Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Wegele 575, Anm. 4

Ebert 10835: "Der größte Teil der Auflage wurde 1726 durch einen Brand zu Frankfurt am Main vernichtet."

D. Hp. g. Ao 35. fol.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

RERVM
MOGVNTIA-
CARVM
TOMVS II.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

VOLVMEN SECVNDVM

RERVM MOGVNTIACARVM,

QVO CONTINENTVR

EXCERPTA

EX

PP. ANTVERPIENSIVM

ACTIS SANCTORVM,

NEC NON

IOANNIS MABILLON

ACTIS SANCTORVM ORDINIS BENEDICTINI,

AD QVORVNDAM

SANCTORVM & ANTISTITVM

MOGVNTINENSIVM

HISTORIAM FACIENTIA;

TVM VERO

ANONYMI *CVIVSDAM DE CAEDE* ARNOLDI *ARCHIEPISCOPI LIBELLVS,*
CHRISTIANI II *ARCHIEPISCOPI CHRONICON MOGVNTINVM,*
GEORGII HELWICHII *MOGVNTIA DEVICTA,*
IACOBI MANLII *HISTORIA COLLATAE DIGNITATIS CARDINALITIAE IN* ALBERTVM I,
GEORGII HELWICHII *ELENCHVS NOBILITATIS ECCLESIAE MOGVNTINAE,*
EIVSDEM *CHRONICON SANTALBANENSE,*
IOANNIS ANTONI *WITLICHII CATALOGVS ABBATVM D.* IACOBI *IN MONTE SPECIOSO.*

QVIBVS IVSTO ORDINE & LOCO ACCESSERE

PRAELATORVM & CANONICORVM METROPOLITANAE MOGVNTINAE,

SVFFRAGANEORVM MOGVNTINENSIVM,

COLLEGIALIVM & MONASTERIORVM,

QVAE MOGVNTIAE SVNT,

CATALOGI, CHRONICA, DESCRIPTIONES,

OMNIA RECENS CONCINNATA,

VARIISQVE DOCVMENTIS & DIPLOMATIBVS ANEKΔOTOIC ILLVSTRATA,

ACCVRANTE

GEORGIO CHRISTIANO IOANNIS.

B. P. Holman. 1778.

FRANCOFVRTI AD MOENVM

APVD

IOANNEM MAXIMILIANVM A SANDE.

ANNO MDCCXXII.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

D. Sp. g. 35 fol.
a

LECTORI BENEVOLO

GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS

S. P. D.

NOn multis hic tecum agam. Cum enim ea, quæ præfationis loco tomo huic danda eſſent, in prælocutionibus, ſingulis, quæ eo comprehenduntur, Opuſculis & Diſſertationibus a me præmiſſis, iam iam dixerim, nil aliud occurrit, quod hic moneam, niſi quod plura, quæ ei inſerere conſtitueram, eodem haud contineantur.

Fruſtra enim hic quæres GEORGII HELWICHII *Chronicon Laurishamenſe*; IOANNIS MAVRICII GVDENI *Hiſtoriam Erfurtenſem*, vna cum SVFFRAGANEORVM ERFVRTENSIVM, ſiue *pontificii muneris per Thuringiam & Saxoniam Vicariorum*, Catalogo; IOANNIS ANDREAE SCHMIDII, Abbatis Mariævallenſis, *de Conciliis Moguntinis Diſſertationem*, cum adnotationibus quibuſdam a me adiectis; IOANNIS HVTTICHII *Antiquitatum in vrbe & agro Moguntino repertarum Collectanea*, cum auctario; WILHELMI ERNESTI TENZELII *de Nummis Moguntinis* Schediaſma, in linguam latinam a me translatum; *Inſcriptionum in templis Moguntinis potiorum*, ſepulcralium æque ac aliarum, *Syllogen*; de *Vicariis* in æde principe libellum; de *Academia Moguntinenſi Commentariolum*, iuxta cum *Rectorum illius* catalogo; de *Patritiorum veterum Moguntinenſium familiis, diſcrimine, iuribus, contentionibus, ac fatis* Narrationem hiſtoricam; de *Doctis Moguntinis* Diſſertationem; de *inuenta arte Typographica* Diſquiſitionem, vna cum IOANNIS ARNOLDI BERGELLANI de ea Carmine, olim edito, pluraque alia, quæ in tomum hunc II me redacturum eſſe, tum in catalogis librorum nundinalibus, annis ſuperioribus hic editis, ſemel atque iterum ſignificaui, tum in adnotationibus ad *Serarii* res Moguntiacas, quaſi in tomo hoc II habeantur, ac euolui poſſint, iterum ac ſæpius citaui*. Cauſſa eſt, quod præter omnem opinionem in maiorem

rem molem volumen hoc ſub manibus excreuerit, quam vt illa his commode adiicere potuerim.

* e. g. *Catalogum Suffraganeorum Erfurtenſium*, lib. III notat. XXIX § III p. 314; *Schmidii* de *Conciliis Moguntinis* Diſſertationem, lib. I cap. XXXIII p. 105; *Epitaphiorum Syllogen*, lib. I cap. XXXI ſectione I § II p. 76; de *Vicariis* libellum, lib. I cap. XXXI ſectione I § I p. 72 &c.

Opera tamen dabitur, ſi vitam Deus prorogauerit, nec librarius in ea edenda ſumtum detrectarit facere, vt in peculiarem congeſta partem luci ſiſtantur publicæ, & quidem non ſine luculentis acceſſionibus. Spes enim me tenet, fore, vt Illuſtris Vir VALENTINVS FERDINANDVS de GVDENVS, præter egregiam illam & aſſiduam, quam mihi in opere hoc concinnando vsque huc præſtitit, operam, ea ſimiliter, quæ de *Vicariis in ſpiritualibus* ſiue eccleſiaſticis *generalibus*, de *Officialibus Archiepiſcopatus hereditariis*, de *Cancellariis Moguntinis*, de *ſupremis Eichsfeldiæ Præfectis*, de *Prouiſoribus* & *Locumtenentibus Erfurtenſibus*, de *Vicedominis Moguntinis*, *Rhingauienſibus*, & *Aſchaffenburgenſibus*, de *Camerariis Ciuitatis Moguntinæ*, de *ſtatu vrbis* &c. collegit, perficiendo illi, quo erga hiſtoriam patriam ſtudio eſt ac amore, libenti animo conferat: Doctiſſimus vero Vir, & in rei nummariæ ſcientia nemini facile ſecundus, CHRISTIANVS SCHLEGELIVS, vberiorem, curatioremque de *Nummis Moguntinis* Diſſertationem conficiat, eique inſerendam beneuole mecum communicet.

Cum maxime vero CODICIS DIPLOMATICI, in tomo I tam ſæpe crebroque citati, habebitur ratio; tum vt lectori in promptu ſint fontes, ex quibus meas ad dictas modo *Serarii* res Moguntiacas adnotationes potiſſimum hauſi; tum vt res eæ hoc plenius diſtinctiusque ad cognoſcendum in aperto ſint, quas nonnunquam verbis in pauca relatis & βραχεῖ λόγῳ complexus ſum.

De reliquo, ordinatim recenſebo, diſtincteque, quæ tomo hoc comprehenduntur. Sunt autem

I *De* S. Creſcente, SS. Aureo & Iuſtina, S. Albano, Lullo, Rabano, & Bardone *Commentarii hiſtorici, ex PP.* ANTVERPIENSIVM *Actis Sanctorum*, & IOANNIS MABILLON *Actis Sanctorum Ordinis Benedictini, excerpti.*

II ANONYMI

II ANONYMI *cuiusdam veteris de cæde* ARNOLDI *Archiepiſcopi Moguntini Narratio*, e chronico manuſcr. *Auguſtinianorum Moguntinenſium* deſumta, & e vernaculo in ſermonem latinum a me conuerſa.

III CONRADI, *incertæ Sedis Epiſcopi, vel potius* CHRISTIANI II, *Archiepiſcopi Moguntinenſis, Chronicon rerum Moguntiacarum, ab anno ſalutis MCXLII vſque ad annum MCCLI, cum notis & additionibus* Georgii Helvvichii.

IV GEORGII HELWICHII *Moguntia deuicta, ſiue de Diſſidio Moguntinenſi, quod fuit inter duos Archiepiſcopos, DIETHERVM Iſenburgium, & ADOLFVM Naſſouium, de Archiepiſcopatu contendentes, Narratio hiſtorica*, cum adnotationibus recens a me adiectis.

V IACOBI MANLII *Hiſtoria collatæ Cardinalitiæ dignitatis in* ALBERTVM *Moguntinum.*

VI GEORGII HELWICHII *Elenchus Nobilitatis eccleſiæ Moguntinæ, h.e. Omnium* Prælatorum *ac* Canonicorum *eccleſiæ Moguntinenſis metropolitanæ, a primordio ipſius, ſexcentorum circiter annorum ſpatio, vſque ad an. MDCXXIII breuis ac ſuccincta enumeratio ac deſcriptio.*

VII *Syllabus* Prælatorum *ac* Canonicorum *eccleſiæ Moguntinenſis metropolitanæ plenior & curatior, ex variis litteris, diplomatibus, ac documentis rarioribus recens conſignatus, & ad præſens vſque tempus perductus.*

VIII *Elenchus* SVFFRAGANEORVM MOGVNTINENSIVM, *ſiue Reuerendiſſimorum pontificii muneris in partibus Rheni, diœceſis Moguntinæ,* VICARIORVM. Itidem recens confectus.

IX *Perinſignium, quæ Moguntiæ ſunt,* eccleſiarum Collegialium,

S. PETRI,
S. STEPHANI, *vna cum appendice de venerabili Capite* S. ANNAE, *eccleſiæ* S. Stephani *furtim ſubtracto,*
S. VICTORIS,
B. M. V. *ad gradus,*
S. CRVCIS,
S. IOANNIS,

S. MAV-

S. MAVRICII,
S. GANGOLFI,
Chronica, recens concinnata.

X GEORGII HELWICHII *Chronicon monaſterii, iam vero Collegiatæ Equeſtris ad* S. ALBANVM, non in meliorem modo ordinem a me redactum, verum etiam adnotationibus illuſtratum, & ad præſens vſque tempus perductum.

XI IOANNIS ANTONI, *Witlichii, Catalogus Abbatum percelebris monaſterii* D. IACOBI *in monte ſpecioſo*, recognitus, notulis paſſim inſperſis emendatus & auctus, nec non ad præſens vſque tempus continuatus.

XII *Breues Diſſertationes de origine, fatis, ſtatuque cœnobii* CARTHVSIANORVM,
CARMELITARVM,
AVGVSTINIANORVM,
DOMINICANORVM,
FRANCISCANORVM,
CAPVCINORVM,
extra & intra mœnia Moguntina;
nec non
ALBARVM DOMINARVM,
D. CLARAE,
D. AGNETIS,
SORORVM de tertia D. FRANCISCI regula,
CONGREGATIONIS B. MARIAE Virginis,
in vrbe Parthenonum, recens conſcriptæ.

XIII *ADDITIONES ad* HELWICHII *de* Diſſidio Moguntino *libellum, & eiusdem* Elenchum; *Syllabum pleniorem* Prælatorum & Canonicorum *eccleſiæ metropolitanæ; Catalogum* Suffraganeorum Moguntinenſium, & *quædam* eccleſiarum Collegialium *Chronica; quasdam item de* Monaſteriis *modo memoratis Diſſertationes; vna cum locorum quorundam Emendationibus.*

His vale, LECTOR BENEVOLE, mihique multas ob cauſſas feſtinanti ignoſce. Scribebam Francofurti ad Mœnum V Kalend. April.
an. MDCCXXII.

De S. CRESCEN-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

DE

S. CRESCENTE,
SS. AVREO ET IVSTINA,
S. ALBANO,
LVLLO, RABANO, & BARDONE,

COMMENTARII HISTORICI,

EX

PP. ANTVERPIENSIVM
ACTIS SANCTORVM,

ET

IOANNIS MABILLON
ACTIS SANCTORVM ORDINIS BENEDICTINI

EXCERPTI.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

DE

S. CRESCENTE,

SS. AVREO ET IVSTINA,

S. ALBANO,

LVCIO, RAMIRO, S. HILARIONE,

COMMENTARII

HISTORICI,

EX

PP. ANTVERPIENSIVM

ACTIS SANCTORVM,

ET

IOANNIS MARTILLON

ACTIS SANCTORVM ORDINIS

BENEDICTINI

EXCERPTI.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

LECTORI

GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS

S. P. D.

DO tibi *Commentarios* de S. CRESCENTIS, primi, vt traditur, eccleſiæ Moguntinenſis Epiſcopi, SS. AVREI & IVSTINAE, nec non D. ALBANI, Martyrum, a Moguntinis in magno ſemper pretio habitorum, LVLLI item, RABANI, & BARDONIS, Sedis Moguntinæ Archiepiſcoporum, virtutis, chriſtianæ pietatis, eximiæque religionis laude paſſim celebratorum, *vita*, *rebusque geſtis*.

Auctores, vt in titulo iam dictum, agnoſcunt Viros doctiſſimos, ac de re litteraria, hiſtoria præſertim eccleſiaſtico - monaſtica, præclare prorſus meritos, DANIELEM PAPEBROCHIVM, Societatis IESV Theologum, & IOANNEM MABILLON, familiæ Benedictinæ Monachum, vtrumque meo encomio longe maiorem.

Cur autem eos hic dare, ac rerum Moguntiacarum Scriptoribus inſerere conſtituerim, facile coniicere eſt. Vt enim ſingulari cura atque eruditione ſcripti ſunt; ita haud parum faciunt ad ea, quæ *Serarius* de iis congeſſit, retulitque, tum illuſtranda, tum ſupplenda (habent enim haud pauca, eaque maxime notatu digna, quæ ille præteriit) tum etiam, vbi opus eſt, emendanda. Accedit, non omnibus ita facile eos patere, cum opera, in quibus habentur, magno conſtent pretio, nec vbique inueniantur.

Dedi autem integros, ſine vlla mutatione. Vnicuique enim ſuum relinquendum eſſe, ſemper mihi viſum fuit. Et quamuis hic illic quædam occurrerint, quæ cerula miniata ſignari potuiſſent, intacta tamen reliqui ea *, ratus, alibi notari poſſe conſultius.

* Si duo in commentario *de S. Albano* exceperis loca; quorum quidem primus eſt § XXI p. 91 (31) vbi ad vocem, *requieſcit*, in margine monui, in allato *Faſtradanæ* epitaphio legi, *cinereſcit*; alter vero § ſequenti XXII, vbi, ad *an. MDLIII*, in ora paginæ, *anno MDLII*, quo *Albertus* Brandenburgicus ædem Albanenſem in buſtum coniecit, poſui. Alia, vt conſtitueram, notaui alibi; ſicuti lib. I *rer. Moguntiac.* cap. XXVI ſect. V ad § XIV p. 87, lib. IV in *Lullo* ad § I p. 371, lib. V in *Bardone* ad § VIII n. 3 p. 472, & ad § IX n. 3 & 4 p. 473 videre eſt.

De cetero, cum doctiſſimus *Papebrochius* in commentario *de SS. Aureo & Iuſtina* § XVI p. 78 (22) ſcripſerit; *Interim edoceri cupio, quænam ſit illa* Heoſtedienſis *S. Iuſtini* baſilica, *vnde ablatum vel corpus vel inſignis reliquia indicatur. Hactenus enim nihil propius occurrit, quam* Hoogſtetten *in Sueuia*; *ſed nimis incerta eſt coniectura, in ſola nominis affinitate fundata:* non poſſum, quin hic prodam, eſſe eccleſiam ſiue

* *

ædem vici olim, nunc oppidi *Hôchſt*, vno infra Francofurtum milliari, a villa vero *Nieth*, amni *Nidda* præterlabenti cognomine, exiguo ſpatio ad dextram Mœni ripam ſiti. Vt dicto fides ſit, afferam verba *Ruthardi*, Archiepiſcopi Moguntini, e tabulis, quibus eam an. MXC monaſterio *D. Albani* extra mœnia Moguntina cum omni iure ac cenſu donauit ac in perpetuum attribuit; *Notum eſſe cupientes omnibus in Chriſto fidelibus, quomodo* baſilica S. Iuſtini, *quæ eſt in* Hoſteden, *in ius & poteſtatem* S. Albani *tranſierit, paucis id notari fecimus -- Sed cum præ anguſtia loci officinæ huius generis religioni non poſſent ibi conuenienter fieri, curtim meam & ædificia mea, quæ eidem monaſteriolo appendebant, in eadem donatione addidi; inſuper tres manſos in Cilolueſheim de mea Salica terra pro ſalute animæ meæ ſuper altare* S. Iuſtini *in vſus Fratrum deuotus obtuli, atque aliquot hortos iuxta* Hoſteden, *in campo contra fluuium, qui* Nita *vocatur, ad nutrienda olera eisdem Fratribus indulſi.* Vid. *chronicon Santalbanenſe* lib. I ſect. II in *Adelmanno* Abbate, p. 737 & ſeq. & conf. lib. I ſect. I cap. V § V p. 722, & ſect. II in Abbate *Hartmanno* p. 773. Locus hic *Hoſteden* alioqui idem ille eſt, in quo *Lullus* Epiſcopi Buriburgenſis, *Albini*, vita defuncti, corpus exponi iuſſit. Vid. *Mabillonius* in elogio *Lulli* § XVIII p. 399 (43) vbi tamen *anonymus* ille *Gemmelacenſis* perperam id Moguntia per Rhenum "*amne ſecundo* eo deuectum dicit. Addo, veterem hanc loci appellationem manifeſto erroris arguere *Latomi* ſententiam, qua putauit *, *Hôchſtam* dici quaſi *Mœni* & *Niddæ* fluuiorum *oſtium.*

* v. *Serarius* lib. V in *Ioanne II* § VIII p. 720.

Quæ *D. Bonifacio*, primo Moguntinenſium Archiepiſcopo, ſcripſere elogia hiſtorica, his adiicere nolui; partim, quod *Mabillonianum* maximam partem iam ad *Othloni* libros & notationes *Serarii* retulerim in adnotationibus; partim vero minus duxerim neceſſarium, alterum ad verbum huc afferre, quum maiori iam menſura de Diui vita, rebus geſtis, martyrio, meritisque actum ſit a *Serario*.



R. P. DANIE-

R. P. DANIELIS PAPEBROCHII, S.I.

de

SANCTO CRESCENTE,

Discipulo S. Pauli Apostoli,

SYLLOGE HISTORICA,

de eius apud Græcos & Latinos cultu,

assertoque ad Viennenses & Moguntinos Apostolatu.

Ex Actis SS.

ad diem XXVII Iunii.

I

SEcundam ad Timotheum epistolam creditur Romæ scripsisse S. Paulus, haud diu post suum illuc aduentum, quem *Henschenius* ad annum I sæculi LVI refert. In hac illum edocet de statu suorum discipulorum quorundam, eum in sua peregrinatione comitatorum : Et, *Demas*, inquit, *abiit Thessalonicam, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam, Lucas est mecum solus.* Hæc vna & certissima est illius notitia, quam in sacris habemus literis & in hoc satis solide fundatur cultus, quem ei Græci ad XXX Iulii, Latini ad hunc XXVII Iunii deferunt. Vlteriorem eius notitiam non videntur habuisse Græci, nisi ex Dorothei synopsi, in qua dicitur *Chalcedonis* fuisse *Episcopus*, cuius rei fides, quam perexiguam suppositicius ille habet, penes ipsum sit. Hinc tamen fieri potuit, vt vicinissima trans fretum Constantinopolitana ecclesia, cum SS. Siluano ac Syla, Andronico & Epenæto, æque Pauli discipulis, colendum eum assumeret, officio per *S. Iosephum* Hymnographum composito : in cuius canone, ode VI, strophe VI sic canitur: Νευρώσας σε Χριστὸς τὸν λογισμὸν, Κρίσκε, χρίσματι τῆς ἀγαλλιάσεως, Χαλκήδονος ἀρχιποίμενα, ὡς τάττε μαθητὴν, ἐυσεβῶς ἀπέδειξε, πλανωμένοις τὴν τρίβον δεικνύοντα. *Mentem tuam confirmans Christus, o Crescens, vnctione exaltationis, te velut discipulum suum Chalcedonis Archipræsulem declarauit, errantibus viam demonstrare aptum.* De eius istic obitu aut reliquiis nil porro Græci. Sed neque constanter *Chalcedonem* nominant : nam catalogus, *Hippolyti* Mart. nomen præferens, in MS. Vaticano, facit *Crescentem Episcopum* Κάρχης ἐν Γαλλίαις : *Dorotheus* vero Ducalis bibliothecæ Monachii Χαλκίδος τῆς ἐν Γαλλίᾳ *Episcopum Crescentem* facit ; in Galliis autem nulla vel *Carche* vel *Chalcis* est ; neque vel ipsæ vel etiam *Chalcedon* in Galatia ; sed hæc in Bithynia, ista in Eubœa & Aetolia, vt de Syria taceam ; tres enim *Chalcides* inueniuntur.

In Dorothei Synopsi dicitur Episcopus Chalcedonis.

Et a Græcis colitur cum aliis 30 Iul.

a quibus etiam Gallia adscribitur.

II *Ado Viennensis* Episcopus, *apud Galatiam*, inquit, *B. Crescens, discipulus S. Pauli Apostoli, qui in Gallias transitum faciens, verbo prædicationis multos ad Christum conuertit;* (& Viennæ, Galliarum ciuitate, per aliquot annos sedit ; ibique Zachariam discipulum pro se Episcopum ordinauit) *rediens vero ad gentem, cui specialiter fuerat Episcopus datus,*

In hæc eum Viennenses sibi arrogant.

Galatas, vsque ad beatum finem suum, in opere Domini confortauit. Desunt verba ( ) inclusa MS. Lobiensi; & absque illis cetera omnia verbatim transscripsit *Vsuardus*, solitus Adonem contrahere, corrigere, & nouis sanctis augere: vti manifestius nobis patuit, eum ex suggestione Claudii Castellani recognoscentibus: cum antea, nihil alterum sciuisse de altero, ideoque eodem fonte ambos vsos esse censeremus. Adonis tamen vere esse verba illa apparet; nam & in chronico dicit, quod Paulus, ex libera sua Romæ custodia, vbi biennio manserat, ad prædicandum dimissus, *nec dum Nerone in tantam persecutionem erumpente, quantam de eo narrant historiæ, creditur ad Hispanias peruenisse, & Arelate Trophimum, Viennæ Crescentem, discipulos suos, ad prædicandum reliquisse.*

III Habemus ex Viennensi MS. his de rebus sermonem in natali ipsius recitandum, vbi dicitur, *quod ingressus eius atque aduentus IV Kalend. Ianuarii, quod est hodie, celebratur; martyrium vero V Kal. Iulii.* Tum recitatis verbis Adonis de S. Paulo, Crescentem Viennæ relinquente, addit auctor: *Huius vasis electionis reliquias per Ioannem Papam recipere meruit ecclesia nostra, sicut epistola eius subterscripta demonstrat.* „*Ioannes Episcopus Eoaldo Viennensi Episcopo. De officiis Missarum, de quibus in litteris vestris requisiuisti, sciat Caritas vestra, quia varie apud diuersas ecclesias fiunt. Aliter Alexandrina ecclesia, aliter Romana facit: cuius tenores & instituta debet seruare ecclesia tua, quæ fundamentum sancti habitus ab illa sumsit. Venerandi pallii vsum per sanctum B. Petri Presbyterum nostrum Felicem tibi destinauimus, nolentes te priuari antiquo B. Petri munere: simul mittentes de capillis S. Pauli, vt esset ecclesiæ vestræ illius intercessione solatium, per cuius discipulum suscepit primum religionis honorem.*" Et alia manu: *Lectio Apostolorum vos ab imbre malignorum custodiat. Sed & Papa Constantinus* (Ioannis mediante Sisinnio, dierum XX Pontifice, successor vsque ad an. DCXXV) *eidem Eoaldo Viennensi Archiepiscopo:* „*Reliquias Sanctorum, ecclesiæ tuæ, sicut rogasti, per Archidiaconum tuum destinaui, de spongia Domini, de vestimentis Domini, de vinculis Apostolorum, de sartagine ærea Machabæorum, de cineribus B. Iohannis Baptistæ. Quæ omnia capsella argentea clausimus, & sub signaculo Sanctitati tuæ commisimus. Rogamus, vt eo studio venerentur, quo de munere Petri ad Sanctitatem tuam transmissa esse noscuntur.* Et alia manu: *Iesus Christus te, frater, sanctificando custodiat.*"

assentiente Ioanne Pontifice VII.

ab eodem & Constantino Papa reliquiis donati.

IV Vtramque epistolam, quia alibi non inuenitur, hic addere placuit, in gratiam illius ecclesiæ, quæ Crescentis apud se Apostolatum Pontificio isto testimonio confirmare gaudet: nec tamen eum in Galatiam Asiæ prouinciam rediisse negat: vti nec hodiernum Romanum, suprapositis Vsuardi verbis, nescio vnde acceptis, concludens; *Demum sub Traiano martyrium consummauit.* Hoc additamento citato, refert Crescentem *Baronius* ad annum Traiani XIX, qui nobis est Christi CXVI; de quo nolim absque auctore disputare. Moguntini apud *Serarium* ex Gallia ad se venisse Sanctum volunt, eumque suum primum Episcopum faciunt, & apud se mortuum. Hinc *in nouo, præclaroque Moguntinæ arcis sacello*, inquit lib. II cap. II *Serarius, hi cum Sancti Præsulis appicta imagine versus:*

Fatentur tamen, rediisse in Galatiam.

Moguntini inde ad se venisse dicunt.

Crescentis fecit clarum sacra pagina nomen,
Dum tibi fidus erat, Paule beate, comes.

Inde

Inde sed occiduas Gallorum cessit in oras,
Vt Christi prompta spargeret ore fidem.
Bisque Maguntinis vndenis præfuit annis,
Et vita clarus, clarus & eloquio.
Martyriumque tulit, Traiano Principe, Christi,
Cum decades denas auxerat vna trias.

qui esset secundum hunc calculum annus CIII.

V Interim loco præcitato fatetur *Serarius, quod nulla S. Crescentis in ritualibus Moguntinorum libris, Breuiariis, Missalibus, & similibus mentio vspiam est.* Sanctitatis vulgo creditæ & cultus indicium aliquod præbet S. Maximini Episcopi vita ex Trithemio, apud *Serarium* prælaudatum illustrata, a cap. X lib. II ad cap. XVII. Obierat is (vt *Trithemius* scribit) anno Christi CCCLXXVIII, XVIII Nouembris, quo die chronologiam Trithemii examinabimus; nunc ex eo sumimus, quod *beatissimi Pontificis Maximi corpus* a discipulis in ecclesia diui Præsulis Hilarii, postea nuncupata in Dalheim, vbi ciuitas Moguntina eo tempore legitur fuisse constructa, debito cum honore, iuxta tumbam S Crescentis, primi Episcopi, fuit sepultum: in quo quidem loco humatum permansit annis quingentis quinquaginta septem, vsque ad tempora Hildeberti, post S. Bonifacium Moguntinensis Archiepiscopi duodecimi, qui anno Dominicæ natiuitatis DCCCCXXXV, indictione Romanorum VIII, die mensis Martii XIV, decem Moguntinorum Pontificum ossa de capella D. Hilarii memorata, solenni cum processione cleri & populi, ad ecclesiam diui Martyris Albani transtulit, & in choro summa cum reuerentia collocauit.

Et apud se in æde S. Hilarii sepultum.

VI De Moguntinæ vrbis destructione sub Attila, Hunnorum Rege, anno CCCCLI, egi ad acta *SS. Aurei & Albani*, XVI & XX! Iunii; per illam autem & diuturnam exinde desolationem loci factum puto, vt seruata dumtaxat episcopali serie (si tamen hæc quoque seruata recte est) primorum XVIII Episcoporum eatenus interierit notitia, vt (quamuis omnes nominentur Sancti) nullius tamen dies vel mortis vel cultus inueniatur adscriptus fastis: ne quidem S. Hilarii, cuius tamen nomen ferebat prima Moguntiæ veteris ecclesia cathedralis: vt de S. Crescente non adeo miremur, sed miremur potius, qua fiducia præsumserit aliquis, singulorum definire annos sedis. Equidem qualicunque traditioni haud ægre concesserim primum Episcopum Crescentem; sed vt hunc quoque credam Pauli discipulum fuisse, quod de primo Viennensi Episcopo creditum antiquitus fuit, multo difficilius Moguntini, quam Viennenses persuaserint, vtpote testes non ita antiquos proferentes. Nam si Viennenses potuit in errorem inducere fortassis identitas nominis; multo facilius id potuit contigisse Moguntinis. Et semper fortior stabit pro Gallis Asiaticis opinio, quod ad illos a Paulo remissus, vel vltro profectus, apud eos consenuerit, interque illos obierit in pace, & ideo minus celebris fuerit posteritati, ab eaque minus cultus, quam si martyr obiisset.

Sed hic Crescens forte alius fuit a Pauli discipulo.

VII *Franciscus Bosquetus*, Prætor Narbonensis, ac postea Episcopus Lodeuensis, historiarum ecclesiæ Gallicanæ lib. I cap. V sic scribens, vt quæ de eo hactenus habentur, satis incerta esse ostendat. *Crescentem*, inquit, *ipse Paulus ad Timotheum ait, in* Γαλατίαν *misisse; quo loco Theodoretus Gallias interpretatur, & Epiphanius illos arguit erroris, qui Galatiam seu*

Si tamen Galatas vnquam adiuit Crescens.

Gallograeciam intelligunt. Hæc autem Crescentis missio in annum primum Pauli, Romam aduecti, incidit: idcirco Viennæ a transeunte Paulo relinqui non potuit, nisi iam ante Vienna Romam redierat. Quod sane non est absimile vero; immo videtur conuenientissimum, vt in Hispanias per Galliam cogitans S. Apostolus adhuc in vinculis positus præmiserit, qui prætentaret populorum istorum animos, & quæ in iis esset dispositio ad euangelicam prædicationem cum fructu excipiendam, qua occasione Viennam vsque penetrauerit *Crescens*, & reuersus suaserit magistro suo, eodem accedere, &, nonnullis ibi iam conuersis promptis, ecclesiam ordinare.

Aut lustrata Moguntia,

Quocunque tamen modo res se habuerit, inquit *Bosquetus*, *Crescentem destinatum Gallograecis, in transitu per Gallias, Viennensem & deinde Moguntinam ecclesiam instituisse, referunt martyrologia, quibus ambarum ecclesiarum tabulæ consentiunt.* De Moguntinis iam vidimus, eas vel nullas vel recentissimas esse: Viennensium primus auctor censeri potest *Ado*, qui, vel decessorum eius aliquis, cum de Crescentis apud Viennenses apostolatu nihil dubitaret, nec tamen apud eosdem obiisse crederetur, sed in Galatiam missus (quo nomine ipsam Galliam intelligendam nemo ibi cogitabat) obitum eius Gallograeciæ ascripsit.


in Gallograeciam transiit.

VIII Pergit *Bosquetus: Verum non recta ibat Crescens in Gallograeciam, per Galliam & Germaniam iter habens: & stupenda illa miracula in peregrinatione nimis flexuosa a Crescente patrata historiæ fidem minuerunt. Atque adeo fuit obscura hæc de Crescente narratio, vt Latini & Galli Crescentem in Gallograecia obiisse vno ore affirment; Graeci vero in diuersas eant sententias, & eorum aliqui illum in Gallia sub Nerone decessisse referant.* Hos vtinam nominasset! Mire enim fauent Moguntinis, quando constantissimum apud omnes est, ex S. Hieronymo aliisque apud *Serarium* lib. I cap. II, *quicquid Oceano & Rheno includitur, Galliam appellari.* Et

Cum solius Gallia meminerint Graeci aliqui,

Galliarum Episcopis apud Athanasium & alios antiquos accensentur Moguntini æque ac Treuirenses, primaque & secunda Germania, ad quas pertinent, Gallicanis prouinciis accensentur. Vt autem Vienna in Gallograeciam flexuosum sit iter Moguntia, hinc tamen illud rectissimum haberi potest vsque ad Pontum Euxinum, trans quem illa iacet, vt consideranti patebit. Sed hoc tam vasto procursu opus non erit, si *Moguntiæ* liceat *Crescentem* retinere cum Græcis, & credere, quod pro ea obrepserit *Chalcedon* vel *Chalcis*. Interim libenter videbo *stupenda illa miracula*, quorum meminit *Bosquetus*. Neque enim hactenus potui vllum indicium reperire; quum etiam ex talibus subinde elicitur aliquid lucis historicæ tanquam scintilla ex silice.

qui in ea pro Chalcedone Chalcidem statuunt.



R. P. DA-

R. P. DANIELIS PAPEBROCHII, S.I.
de
SANCTIS MARTYRIBVS MOGVNTINIS,
AVREO vel *AVRAEO* Episcopo,
IVSTINA,
eius sorore, Virgine,
promiscua vtriusque sexus multitudine,
&
IVSTINO DIACONO
COMMENTARIVS.
Ex Actis SS.
ad diem XVI Iunii.

Edit. I p. 43.

§. I *De eorum Moguntiæ cultu, & tempore passionis & inuentionis.*

1

POstquam Romanarum prouinciarum, primitus sub Augusto constitutarum, numerum augere placuit, pro commodiori earundem gubernatione, *Belgicaque*, longe patens a Sequana & Matrona, vsque ad Rhenum, bifariam diuisa est, in *Primam*, quæ orientem, & *Secundam*, quæ occidentem spectaret; huic Remorum, isti Treuirorum ciuitas metropolis fuit. Et *secunda* quidem, vt instituta est, sic mansit, quoad Imperium stetit: *Prima*, quæ Teutonicæ linguæ sive Germanicæ vsum tota retinuit, trifariam mox ita secta est, vt *Belgicæ primæ* nomen retineret, quidquid Mosella flumine irrigatur, vtrimque vero resciſſæ partes secundum Rhenum, Meridionalis quidem, *Germanica prima*, Septentrionalis, *secunda* dici cœperunt: & hæc quidem *Agrippinam Coloniam*, ista *Moguntiacum* siue *Maguntiam*, Archiepiscopales habere. Omnes autem tres, ipsaque etiam *secunda Belgica* ab inundantibus Hunnis, sub Attila anno CCCCLI diram perpessæ vastationem, non prius ad antiquum splendorem hierarchicique status integritatem redierunt, quam Francicum in iis Imperium constitutum haberetur: posterior tamen omnium *Germanica prima*, a Slauis insuper multum passa, pæne ad antiquam barbariem redierat, quando *S. Bonifacius*, de quo egimus die V Iunii, sub Rege Pippino, Archiepiscopus Moguntinus est constitutus, sæculo Christi VIII.

Anno CCCCLI, *Moguntiæ, quæ Germaniæ I metropolis,* *circa Hunnorum sub Attila irruptionem.*

2 Numerantur nihilominus ordine continuo Episcopi Moguntini quadraginta a S. Crescente, qui Pauli Apostoli discipulus fuisse putatur, vsque ad prædictum S. Bonifacium: quorum viginti habentur sancti, atque in primis *S. Aureus* etiam * *martyr* habitus, hodie recurrit, agiturque memoria, Vsuardi exemplaribus pro Germania auctis passim inscripta. Primus, quod equidem sciam, ad id faciendum exemplo præiuit *B. Rabanus Maurus*, quintus post S. Bonifacium Archiepiscopus; primus, inquam; nam *Beda* & *Ado*, licet a *Baronio* in notis allegati, in suis genuinis

* 44. *Episcopus* Aureus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

primum Rabani Mauri *Martyrologio adscriptus cum* Iustina,

nis Martyrologiis illius non meminerunt: Rabanus autem, in suo etiam *Iustinam* addens, post SS. Ferreoli & Ferrutionis elogium, præteritis SS. Cyrico & Iulitta, diem finit his verbis: *Et in ciuitate Moguntiaca passio SS. Aurei Episcopi, & Iustinæ sororis eius, qui ab Hunnis, vastantibus prædictam ciuitatem, in ecclesia occisi sunt.* Edit. I P. 44.

3 Vsuardi quatuor habemus exempla membranacea; vnum Vltraiecto allatum; alterum in Alsatia ad vsum cuiusdam Commendariæ Teutonicæ scriptum anno MCCCCXII; tertium ab Henrico *Ranzau* Equite Lubecæ emptum anno MDLXXXIV, vt centum minimum annis sit vetustius, ibi, aut in vicinia scriptum, nobisque donatum in Pragensi Collegio; quartum in folio, grandi & elegantissimo charactere Teutonico, vt & aliud, nescio vnde nobis missum. In his omnibus eodem prorsus tenore sic legitur: *Apud Moguntiam ciuitatem, sanctorum martyrum Aurei eiusdem ciuitatis Episcopi, & Iustinæ sororis eius.* Rabani verba in suis additionibus transcripsit *Molanus*, aliaque ante illum Coloniæ excusa auctaque Martyrologia, verbis hinc inde truncatis: pluribus autem Basilense, excusum anno MDLXXXIII, hoc modo: *Moguntiæ passio sanctorum, Aurei, & Iustinæ sororis, & ceterorum martyrum, qui agentes Synaxim, ab Hunnis Germaniam diripientibus improuiso impetu aggressi in ecclesia trucidati sunt.* In margine additur A. D. 454. Recognitores Romani sub Gregorio XIII Basilense transcripserunt; itaque hodie prædictis duobus, qui soli antiquitus commemorabantur, accessit reliqua sacris præsentium turba, idque minime gratis, cum *Sigebardus* infra num. II testetur, an. MCLXXV & MCCLXVII eorum multa corpora cum certis martyrii indiciis reperta fuisse. Addo autem, & *Iustinum Diaconum*, vna cum S. Aureo Heiligenstadiensium Patronum. Quæ per Italiam Galliamque plurima vidimus Vsuardi Manuscripta, ad variarum ecclesiarum vsum aucta, omnia de illis tacent, nisi quod Conuentualium Camberiensium in Sabaudia vnum, post nomen S. Veroli Confessoris, habeat nomen *S. Iustinæ Virginis.*

tum variis in Germania exemplaribus Vsuardi,

ac tandem Basilienſi & Romano *cum sociis:*

Iidem Kalendariis Moguntinis *solis*

festiue *inscripti sac.* 15.

cum Oratione in Breuiario.

4 Non æque facile, vt Martyrologiis, addi poterant nomina noua Kalendariis ecclesiasticis, ea sola continere solitis, de quibus officium aliquod faciendum: hoc autem sine speciali ac propria aliqua caussa non fiebat. Itaque in veteribus Breuiariis vicinarum ecclesiarum Kalendaria omnia vacant ad XVI Kalendas Iulii. In solis ergo Moguntinis, nomina *SS. Auræi & Iustinæ* nobis se offerunt, vt officio ecclesiastico *festiue* celebranda. In iis, quæ excusa habemus anno MCCCCXCV & MDVII, solum dicitur in contextu *Aurei & Iustinæ celebriter*, (cui opponitur τὸ *ferialiter*, quo peragitur officium, quod simplex nunc dicimus) *sicut de martyribus in communi Sanctorum*; solumque hæc propria additur oratio: *Deus, qui gloriscaris in concilio sanctorum martyrum tuorum Aurei & Iustinæ, respice ad preces humilitatis nostræ, vt quorum solennia celebramus, eorum precibus adiuuari mereamur.* Successit impressio anni MDLXX, a cuius Kalendario absunt hæ voces *festiue*, *ferialiter*; sed in contextu satis ostenditur, *festiue* peragendum officium, cum præscribuntur tria Nocturna, & ad primum tres propriæ de sanctis, in Kalendario notatis, Lectiones: quod deinde etiam vicinos Wormatienses mouit, vt in Kalendario anni MDLXXVI nomini *Fereoli*, adderentur nomina *Aurei & Iustinæ*, & in Breuiario præscriberetur officium *de Martyribus*, *trium Lectionum*, scilicet com-

Edit. I pag. commune, cum hac oratione: *Deus, qui nos concedis ſanctorum martyrum tuorum Fereoli, Aurei & Iuſtinæ, natalitia colere, da nobis in æterna lætitia de eorum ſocietate gaudere.*

5 *Latomus* apud *Serarium* in ſuis ad Breuiarium Moguntinum notis, *paſſus*, inquit, *memoratur S. Aureus in ſacello prope Dalheim, vbi adhuc martyrico ſanguine altare rubicatum monſtratur non absque miraculo.* *An cæſus in Dalheim?*

Proximus hic locus eſt cæmentitiis illis extra vrbem molibus, quæ, vtrum aquæductuum potius, quam murorum reliquiæ ſint, controuertitur, & inter eum locum atque hodiernam vrbem ponitur *S. Aurei*, olim *S. Hilarii* eccleſia. Fortaſſis etiam monſtratur ibidem adhuc *puteus*, in quem fuerit deiectum a ſacrilegis cadauer. Sed ſi apud Heilgenſtadium, de quo mox, interfectus eſt Epiſcopus ille ſanctus, prædicta de ſanguine & puteo, referenda erunt ad ſororem, *S. Iuſtinam*, eiuſque ſocios, clericos & laicos vtriuſque ſexus, quorum aliquis ad aram faciens, vel ad eam confugiens, potuit ipſam ſuo ſanguine aſperſiſſe.

Ceterum neſcio, inquit *Latomus*, *quam belle Auræum dicamus, media producta.* *Serarius* ſuſpicatur, dictum *Auræum*, vel *Aræum*, aut *Oræum*, græco ſcilicet nomine, ab Αὔρα *ventus lenis*, Ἄρης *Mars*, vel ὄρος *Mons*. Ego nullam puto quærendam vſus rationem, non magis, quam cur *Diua Helena*, Magni Conſtantini mater, Treueris, vbi palatium habuit & alibi, per vtramque Germaniam, & Galliam, paſſim vocetur, penultima ſimiliter producta, *Helena*, *Helene*. *& quomodo vulgo dictus Auraus?*

6 Nominis rationem & pronuntiationem genuinam incertam manere, minus incommodum eſt, quam ambiguum eſſe tempus geſti a S. *Aureo* vel *Auræo* Epiſcopatus; vt qui ætate Caroli IV Imperatoris credebatur fuiſſe *primus Præſul Moguntinus*, Serario autem numeretur *vigeſimus quartus*, Sigehardo, *iuxta veterem* (vt præfatur) *Catalogum Epiſcoporum, ſit ſextus a S. Creſcente; ante magnum autem Bonifacium, excluſo Gotelone, decimus*, imminuto infra dimidium numero Præſulum nunc recepto. De *Creſcente*, S. Pauli diſcipulo, agam XXVII huius Iunii, & veroſimile faciam, Moguntinenſem (ſi quis fuit) eius nominis Epiſcopum, melius ab illo diſtingui. Hic dixerim, haud ineptam videri coniecturam, qua Moguntinus *Creſcens* & *Creſcentius* eadem cenſebitur perſona, cui ſucceſſerit *Marinus* vel *Martinus*, nihil melius quam ille diſtractus in duos; tum SS. *Cyriacus & Hilarius*, eccleſiæ in Dalheim Prior titularis, ex hinc alii aliquot, vſque ad *S. Maximum*, & rurſus aliquot, vſque ad *S. Aureum*, numero & ordine necdum comperto. *quotus in ordine Epiſcoporum.* *& qui primi fuerint?*

7 *Sigehardus*, mortem *S. Aurei* narraturus, cap. nobis X, *eo tempore*, inquit, *Opilione & Vincomalo Conſulibus, poſt Theodoſium Iuniorem,* * 45. *Marcianus in Oriente, Valentinianus in Occidente præerant Romani * Imperii faſcibus, ſummus & vniuerſalis habebatur Romanæ eccleſiæ Epiſcopus, Leo Papa huius nominis primus; agebatur autem poſt incarnationem Domini his diebus quadringenteſimus quinquageſimus quartus annus.* Et rurſus, capite nobis XX & vltimo, totam ſcriptionem ſic finit: *Ceterum vt paſſionis Sanctorum tempus breuiter, o Lector, inuenias, paſſi ſunt martyres ſancti, Aureus & Iuſtina cum ſociis, ſub Attila Hunnorum Rege, XVI Kal. Iulii; Marciano & Valentiniano Imperatoribus, Apoſtolicæ ſedi Leone huius nominis primo præſidente, anno poſt partum Virginis CCCCLIV, regnante in* *Annus cadis male notatur,*

perpetuum filio Virginis, Rege martyrum D. N. Iesu Christo, cui est cum Deo Patre &c. Idem annus notatur, vt dixi, in margine Martyrologii Basilienſis, quod ex Sigehardo ſumptum vel hinc apparet. Edit. I pag. 45.

potius dicendus 451.

8 Conſules quidem ſuperius ſignati in correctioribus faſtis notantur anno præcedenti, quo anno etiam Attila obiit; ſed vaſtitas ab eo illata Belgicis Germanicisque prouinciis omnino pertinet ad annum L & LI iſtius ſæculi. Hinc ille in Gallias tranſiit, & (non obſtante graui, quam in Catalaunicis ſeu potius Segelaunicis campis ab Aetio Romanorum Duce paſſus eſt, clade ducentorum fere millium) in Italiam tranſit anno LII, atque ad mandatum Leonis Papæ regreſſus in Pannoniam, ibidem, vt dixi, obiit anno LIII. Corrigenda ergo Sigehardi Chronologia eſt, & paſſio Sanctorum adſcribenda anno LI ſæculi V.

qui tunc Moguntiæ Arriani?

Quomodo autem eo tempore aut etiam annis aliquam multis præcedentibus, quibus poſſit *Aureus* præſediſſe, tantum valuiſſe Arriani apud Moguntiam potuerint, quantum Sigehardus præſumit, ipſis exilium Epiſcopi imputans, non ſatis video, multumque vereor, ne illis, in S. Aurei cædem adducendis, ſolus præluxerit *Trithemius*, auctoritatis ad antiquas hiſtorias non magnæ ſcriptor, in vita S. Maximi, XVIII Nouembris examinanda, aſſerens, quod illius deceſſor S. Lucius ab Arrianis occiſus ſit anno CCCXLIII, & ipſe ab eiſdem plurima paſſus.

§. II *De* Goſvvino & Sigehardo *Monachis, ſcriptoribus translationis & miraculorum. Paſſio Heiligenſtadii ſcripta.*

Inuentionis anno 1137 deſcripta & miraculorum libellus.

9 *Molanus*, in annotationibus ad ſuum Vſuardum, ex variarum eccleſiarum vſu auctum, ſic ſcribit: *De Auræo* (vel Aureo potius) *& Iuſtina, breuiter Breuiarium Moguntinum, & Cochlæus in Catalogo de Epiſcopis Moguntiæ, quem Walafrido ſubiunxit. Annotatum eſt ad dictum Breuiarium, quod feratur libellus perſcriptus de miraculis Auræi ad Adalbertum Epiſcopum circa annum MCXXXVII.* Manu id adſcripſerit aliquis: nihil enim tale in Breuiario excuſum: verum eſſe probat nobis ipſum opuſculum, quod Moguntiæ diu fruſtra quæſitum, reperimus in Paſſionali inſigni, Monaſterii Bodecenſis in diœceſi Paderbornenſi, ipſorumque Religioſorum manibus tranſcriptum, curante *R. D. Franciſco Poppenſchutzio* loci Priore, miſit *Ioannes Kloppenborgius*, Paderbornenſis hiſtoriæ poſt Schatenum defunctum ſedulus continuator. *Sigehardus*, Monachus Santalbanenſis, infra in Analectis num. 8 *Goſvvinum Monachum* auctorem nominat, haud dubie ex certa apud ſuos Sanctalbanenſes traditione. Ille autem ipſum diuidit in tres libros, profeſſus initio lib. I, propoſitum ſibi *nonnulla* duntaxat *mirabilia referre, nec alia, quam quæ oculis vidit, & magnarum perſonarum certa relatione didicit.* Præfigitur autem dedicatoria epiſtola *Werneri Abbatis*, cuius iuſſu res ſcripta fuerat, *ad Adelbertum, Sanctæ Moguntinenſis Sedis Archiepiſcopum.*

auctore Goſvvino teſte oculato, datur ex MS.

Ab Hunnis, an ab Arrianis cæſi ſancti, dubitatur.

10 In iſto opere, (quod *libellum* pleriſque placuit appellare) nihil de vita aut martyrio ſanctorum continetur, quia forte nihil de eo ſatis certo dici poſſe iudicabat Goſwinus, aut quia religioſorum diſcrepabant ſententiæ, aliis cum Rabano tenentibus, mortem vtrique illatam ab Hunnis, cum alii veroſimilius eſſe crederent, cædem inter ſacra patratam ab Arrianis; quod poſtea ſub annum MCCXCVIII ſcripſit iam aliquoties nomi-

Edit. I pag. nominatus *Sigehardus*. Heiligenſtadienſes, in ſanctorum *Aurei & Iuſtini*, non *Iuſtinæ*, paſſione, infra danda, ex ipſius loci membranaceo codice, non ſolum illos ab Hunnis martyrizatos tenent, ſed apud ſe, eo ipſo loco, vbi corpora ipſorum, Dagobertus Francorum Rex inuenit & ciuitatem condidit, in eorundem honorem *Heyligen-ſtat*, id eſt *ſanctorum ciuitas*, ſeu *Haziopolis*, nuncupatam. Et hoc veroſimile fit vel ex ipſo Goſvvino, dum num. 23 meminit cerei, *in prima reuelationis* a ſe deſcriptæ *gloria* cælitus accenſi, *quem de Heiligenſtat attulerat totius plebis ac monachorum deuotio*; vtique velut ad ſuos etiam tunc patronos, & quorum corpora olim poſſederant, ſi non etiam tunc bona ex parte poſſidebant; de quo infra. Interim ſatis cauſſæ habere mihi viſus ſum ad diſtinguendum *S. Iuſtinum* a *S. Iuſtina*, absque formidine, ne *Hic*, pro *Illa* ſuppoſitus ſit, cum eum, vt talem, agnoſcant Moguntinenſes Archiepiſcopi; *Aribo* ſub annum MXXI, *Gerlacus* anno MCCC LXIII, & *Bertholdus* anno MCCCCXCIX. *Sigehardus* quidem *S. Iuſtini* alicuius meminit, cuius etiam corpus ad S. Albani ſit, ſed *Confeſſoris* & *ex Heitſtettin* eo transmiſſi: Heiligenſtadienſis autem prætenſionis pro corpore *S. Aurei* nec meminit quidem; nedum Legendæ apud illos ſcriptæ, & inter ſacra recitari ſolitæ: quam profecto non auſim affirmare iam tunc extitiſſe, ſed potius aliquamdiu poſt fabricatam ex populari traditione, nec ſine mendis: quibus tantiſper diſſimulatis, tranſeo ad Sanctalbanenſem Sigehardum.

item, Moguntiæ, *an* Heiligenſtadii.

11 *Serarius* lib. II cap. XVII acturus de S. Aureo: *In Manuſcriptorum*, inquit, *quibus vtor, duobus, deſcribitur Sancti huius martyrium copioſiſſime, ita vt Lectiones, ſeu (vt eorum alter appellat) capitula contineat LX, præter duo prooemia, quorum prius eſt ad S. Albani Abbatem Conradum, totumque Fratrum illius collegium; alterum, ad lectorem. Illud incipit:* Spiritalis militiæ tironibus; *hoc vero:* Hortante propheta Deum in ſanctis laudare; *ipſa hiſtoria*, Conſubſtantialis Patri. *Auctor fuit in eodem S. Albani monaſterio Cœnobita, de quo lib. I cap. XL.* Ibi ſcilicet *Sigeardum* vel *Sighardum* nominat; *ſed quia interdum ſola litera S indicetur, noua*, inquit, *cuiuſdam non ſatis perita manu adſcribebatur, Sigebartus: ſcripſit autem* ſub MCCXCVIII. Addit deinde, quod *multa de Moguntiæ natalibus aliisque ſimilibus*, * *fidei parum probæ, inſeruntur*, quapropter iſtis omiſſis, lectorem contentum eſſe Serarius voluit iis, quæ in Breuiario Moguntino *vti breuius, ita certius* referri, ipſe cenſet.

qui ſub an. 1298 ſcripſit Sigehardus.

* 46

12 Opus illud *ex MS. apographo Carthuſiæ Colonienſis non antiquo* ad vſum Bollandi deſcripſit anno MDCXXXVIII *Ioannes Gamanſius*, ſub hoc titulo: *Incipit vita & paſſio* S. Aurei, *glorioſi viri, quondam ſanctæ Moguntinenſis ſedis Epiſcopi, ac S. Iuſtinæ Virginis ſororis eius. Et in hac paſſione continetur etiam, ex magna parte, vetus hiſtoria primæ conſtitutionis ſiue ædificationis ciuitatis Moguntiæ; ſed & deſtructionis ac reædificationis & translationis eiuſdem, & multorum geſtorum longe ante actorum, vt patebit in proceſſu.* Sed ecgraphum iſtud noſtrum ſolum in XX capita diſtinguitur (vt omnino ſuſpicer, exerranti calamo Serarii adſcribendum, quod LX numeraſſe videatur) nomen vero auctoris neque integre, neque per initialem literam apparet vſpiam; ſed ſpatium illi ſcribendo ſemel iterumque vacuum relinquitur; ſuam tamen ætatem eam requirentibus ſatis indicat auctor, dum in epiſtola ſe profitetur procedere *ex libris Chronicorum Godefridi Viterbienſis, ac Martini, nouelli temporum ſcriptoris, ſecundum ra-*

In noſtro ecgrapho numerantur capita 20.

multa, hic reſecanda, addit, de ipſa ciuitate,

tionem & ſupputationem eorum veriſſimam. Martinus enim *Polonus* Chronicam perduxit vſque ad Ioannem Papam XXI, & obiit anno MCCLIX. Narrat autem *Sigehardus*, inuentionem ſecundam, vt ſuo tempore, anno MCCCVII factam. Edit. I pag. 46.

Cetera quoad ſubſtantiam collecta in Breuiario *habentur,*

13 Quod hiſtoriam S. Auræi *breuius* proponat Breuiarium, quam auctor hic, res ipſa loquitur; quod etiam *verius*, vt præfatur *Serarius*, eatenus ſolum admiſero, quatenus ibi omittuntur parerga plurima iam indicata, quibus multum furfurem erroris & fabuloſitatis inſpergi, agnoſco. Nam quod ipſummet *S. Auræum* eiuſque *ſororem* attinet, id ita refertur, longiori licet verborum anfractu, vt collectorem Breuiarii appareat nihil aliud habuiſſe præ oculis, quam Sigehardi librum. Proinde quidquid in Breuiario eſt hiſtoriæ, (veritatis non auſim dicere) vltra id, quod in Martyrologio ſuo Rabanus paucis verbis præſcripſit, id totum ex Sigehardi calamo fluxit, vt non immerito *Serarius* præcitato lib. I cap. XL dixerit, eas eſſe ipſius *quiſquilias*, *e quibus tamen auri aliquid colligi a non imperitiſſimis queat.* Id facere conatus eſt earum auctor Lectionum, quas ſub annum MDLXX compoſitas exhibet prælaudatum Breuiarium eccleſiæ Moguntinenſis, & hic tranſcribere graue non fuerit. I, *Quo tempore Hunnorum frequentes incurſiones Rhenanas prouincias infeſtarent, omnesque Chriſti eccleſias Arriana perfidia miſerabiliter perturbaret, contigit inter ceteros B. Auræum, Moguntinæ ſedis Epiſcopum, doctrina & ſanctitate celeberrimum, ipſa ſede ſua Pontificali atque vrbe pelli, quem in exilium proſecuta eſt ſoror eius Iuſtina, ſacra Virgo, vna cum aliis quibuſdam orthodoxis hominibus. Poſtquam autem barbarorum & infidelium incurſionibus tota euerſa ciuitas eſſet, tandem Epiſcopus reuerſus, ac diſperſas oues colligens, omnia boni paſtoris munera diligenter obire cœpit.*

in Lectiones diſtributa,

14 II, *Id cum Arrianis, ex inueterato in Catholicam fidem odio, perquam moleſtum eſſet, opportunitatem nacti, Præſulem, in altari ſacra facientem, crudeliſſime cum ſorore trucidant, atque in puteum vicinum præcipitant. In quo, cum permultos annos ruderibus obruti iacuiſſent, ab Riculfo Archiepiſcopo, qui, Carolo Magno imperante, eccleſiæ præfuit, in cœnobium Diui Albani, quod ſplendidiſſime ædificauerat, honorifice ſunt translati.* III, *Eo quoque loco cum martyrum loculi poſteris eſſent incogniti, accidit, vt pauimenta monaſterii vetuſtate attrita, renouarentur, vbi inter alia, beatorum quoque Aurei & Iuſtinæ corpora .... reperta ſunt ... quæ ſtatim martyrum Deus tantis miraculis illuſtrauit, & conſequentibus temporibus tam innumeris erga humanum genus curationum ſanitatumque per ſanctas illorum reliquias beneficiis cohoneſtauit, vt non immerito religioſius tantos patronos, & apud Deum interceſſores Moguntina colat eccleſia.* Hactenus Breuiarium, ſequens relationem Sigehardi, aliquid etiam de *SS. Auræi & Iuſtinæ* corporibus addens, quaſi ſic *reperta* forent, ac ſi *communis natura nil plane iuris in illos habuiſſet;* quod nec Sigehardus, nec, quem deſcripſit, Goſvvinus aſſeruit; nec omnino credibile apparet, multis de cauſis: quare id expunxi, & .... notaui.

vbi mentio incorruptorum diu corporum:

ſuntque bona fide ſcripta,

15 Ipſe porro *Sigehardus* de ſuo nihil commentus præſumi poteſt, quia in epiſtola ad Conradum Abbatem ſic præfatur: *De ſanctorum ſtirpe vel patria, quo loco, quibuſue parentibus fuerint geniti, ſi requiratur, cur ſtylus non explicet, reſpondeo: Intentionem ſcribentis in hoc ſtare, vt ſcilicet vera*

Edit. I pag. *vera tantum & cognita, non incerta & dubia persequatur: nam de hoc diligenti quidem inquisitione & multa sollicitudine percunctatus, nihil me fateor inuenisse vel scripturæ commendandum, vel memoriæ (vt assolet) posterorum, traditione antiquorum, transmissum. Licet enim nulli possit esse dubium, tam præcipuorum martyrum originem, vitam, passionem, seu gesta, ad memoriam futurorum fuisse conscripta, casibus tamen fortuitis accidere poterat, vt hæc, vel hæreticorum eiusdem temporis machinatione suppressa, vel propter diuturnitatem temporis non diligenter prodita, aut antiquo vrbis excidio consumpta, aut certe longæua obliuione deleta sint, vel (si dici liceat) antiquorum desidia non curata.*

16 *Et si quis quærat, quæ meum ad scribendum mentis intentio animum impulit, respondeo. Videns ego ecclesiam S. Albani, immo ipsam dominam urbium Moguntiam, sanctorum Auræi & Iustinæ Virginis sanguine dedicatam, eorum pignoribus decorari ac patrociniis sustentari, relictisque miraculis admirandis, quæ per eos dignatus est opifex rerum operari, ægre meus tulit animus, nulla tantos martyres, præsertim ecclesiæ nostræ singulares patronos, speciali cantus veneratione laudari, passionisque eorum notitiam a memoria hominum prorsus abolitam: (& ideo) præsumpsi, licet in-* omissis miraculis, in inventione patratis,

* 47 *sufficiens, dedique ad laborem tenuem ingenii venam, vt * tam eximiæ passionis memoria saltem ex parte apud vos esset, ad posterosque transiret, & eorum solennitas glorioſa debito laudis munere non careret. Quapropter passionis eorum compilaui historiam: in antiphonis vero & responsoriis harmonicæ dulcedinis contexui cantilenam.* Hæc seorsim descripta cum notis, quas vocant, in Antiphonario an hactenus seruata fuerint, nihil magnopere attinet scrutari. Historia ex Sant-Albanensis ecclesiæ passionali (ut appellabant) legebatur in die festiuitatis & per octauam, quoadusque prolixioris lectionis tædium suasit, grandibus illis voluminibus sepositis, historiarum de sanctis formare Breuiaria; quæ iis, quibus nunc vtimur, diuini officii per annum totum libris inserta deinde sunt. ad usum chori prosa & rythmo.

17 Quod pro Santalbensibus, apud Moguntiam, *Sigehardus*; Heiligenstadii nescio quis alius fecerat, diu ante nouum ibi extructum chorum, adeoque ante annum MCCLXXVIII: scripseratque Legendam in multis valde diuersam ab ea, quam postea edidit *Sigehardus*, de *sanctorum Aurei ac Iustini* passione, & corporali ibidem præsentia. Ibidem quoque fuit compositum (incertum quando) officium vetus in antiphonis, hymnis, versiculis, responsoriis, sequentia, ac lectionibus, quomodo illud etiam nunc ibidem reperitur, post vetustissimum quoddam graduale, rubrica distinctum. Ea omnia ibidem etiam nunc vsurpantur, præter Lectiones, quas nunc pro maiori commoditate malunt ex impresso Moguntinensium Breuiario accipere. Rem totam, vt reperit, ita descripsit anno MDCXCIII *Ioannes Knackrich*, nostri ibidem collegii tunc Rector; qui nihil prætermissum reliquit, quod posset ex literarum ibi asseruatarum monumentis erui ad nos instruendos, pro causa Heiligenstadiensium suorum confirmanda. idem factum Heiligenstadii,

18 Inter illa primum composita videtur Legenda qualiscunque; ex hac deinde sumpta verba, dispersa per antiphonas, responsoriaque &c. sed adeo inuenusta, vt ea absque cantu legi inamœnum prorsus videretur. Quare, cum hæc nihil contineant, quod in Legenda non legatur unde accepta Legenda hic datur:

clarius, hanc ſolam exhibere placet; ſed non ſine cenſura aliqua. Et- Edit. I
enim *SS. Aurei ac Iuſtini* paſſionem, ipſamque eorporum primam in- Pag. 47
uentionem, factam ſæculo VII, iis implicat circumſtantiis, quæ rem totam fabuloſam videri facerent, niſi aliunde veroſimile fieret, ſanctos prope Heiligenſtadium cæſos fuiſſe, non Moguntiæ. Sub hac præcautione, primo loco dabo Heiligenſtadienſium *Legendam*, a reliquo abiunctam officio; tum Gosvvini *libellum de SS. Aurei & Iuſtinæ inuentione & miraculis* in eccleſia S. Albani anno MCXXXVII, ac denique *Analecta*, primum quidem ex Sigehardo, Moguntiam ſpectantia; deinde ex Heiligenſtadienſium monumentis.

tum libellus miraculorum Moguntia factorum,

ac denique Analecta.

§. III *Cauſa Heiligenſtadienſium pro cæſis & tumulatis apud ſe SS. Aureo Epiſcopo & Iuſtino Subdiacono, per veroſimiles coniecturas diſcuſſa.*

Heiligenſtadium, cum eccleſia

19 *Eisfeldia* vel *Eichsfeldia*, regiuncula in confiniis Haſſiæ atque Thuringiæ ſita, diu ante S. Bonifacium ad Chriſti fidem reducta fuit, hodieque, poſt variam ſub variis dominis fortunam, pertinet ad ius Archiepiſcoporum Moguntinorum, ſæpius illis aut vendita aut oppignerata. Caput cenſetur *Heiligenſtadium*, id eſt, *Hagiopolis*, pridem ante S. Bonifacii tempora, ſub Francorum Rege *Dagoberto*, id nominis accepiſſe credita, cum is a lepra (vt aiunt) mundatus, eo loco fuiſſet, vbi humata iacebant quædam ſanctorum corpora, quorum tumulum ipſe eleuans, conditæ deſuper eccleſiæ incluſerit; ſancti iſti ibidem appellantur *Aureus & Iuſtinus*, ſuntque etiam nunc primarii ipſius ciuitatis patroni: vnde inueniuntur literæ ſenatus anno MCCCLXXXIII, lingua Germanica ſtatuentes, *vt dies ſanctorum Aurei & Iuſtini noſtrorum principalium patronorum, ad honorem Dei ſolemnius & perpetuo celebretur* &c. & aſſignantur in illum finem duæ Marcæ argenteæ ab oppidanis Heiligenſtadienſibus eo die dandæ. Quanquam autem eadem eccleſia reſtaurata ſub Archiepiſcopo Moguntino Rabano tranſierit in titulum *S. Martini*, quem etiam exhibet ſigillum Capituli Canonicorum iſtic tunc fortaſſis primum inſtitutorum, ſeruatur tamen hodiedum ſigillum Præpoſiti æneum anni MDXXXVI, & alterum MDXCI, in quibus repræſentantur imagines Sanctorum prædictorum cum literis circumferentialibus ſatis legibilibus, & tale putatur Præpoſitis ſemper in vſu fuiſſe. In eadem ciuitate habet Societas noſtra collegium cum vetuſtiſſima S. Mariæ eccleſia, a cuius ſub annum MDCXCIII Rectore R. P. *Ioanne Knackrichio* accepimus officium indicatum num. 17.

primum a S. Aureo & Iuſtino,

deinde a S. Martino nuncupata,

videtur a Dagoberto Auſtraſio fundatum,

20 Locus non niſi octoginta duos agros intra muros ſuos complectitur, ædificia autem non multo plura quam ſexcenta, multis tamen priuilegiis ceu libera ciuitas dotatur, diſtat ad Euroboream, a ſua metropoli, cum qua de priori Sanctorum ipſorum poſſeſſione contendit, leucis horariis minimum quinquaginta; de quo ex *Matthæi Meriani* Topographia agens *Henſchenius* noſter, in Diatriba *de tribus Dagobertis* Francorum Regibus, lib. II cap. II veroſimile eſſe cenſet, quod huius nominis ſecundus, & primi nepos ex S. Sigeberto Auſtraſiorum Rege, cum ex Hibernia, quo detruſus fuerat, rediit, regnare ibidem ſit exorſus, habens vicinum ibi caſtrum, *Altenborg*, ſeu *Burgum vetus* dictum, vnde pau-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Edit. I pag. paulatim progrediens viribus auctior, primo Alsatiam aliasque adrhenanas prouincias, ac denique totam Austrasiam recuperauit, ab anno DCLXI vsque LXXX haud infelix Rex, felicior etiam vitæ sanctitate, si ipse is est, qui Sathanaci vt martyr colitur, quemadmodum in posterius recognita Diatriba sua censuit prælaudatus Magister meus. * Traditioni Heiligenstadiensium fauet vetus consuetudo Canonicorum, circa festum S. Mariæ solenniter procedentium ad montem, in quo Dagobertini castri rudera ac parietinæ monstrantur: quodque Thuringia, ad quam olim scitur Eichsfeldia pertinuisse, S. Sigeberto paruerit, aliquando etiam contra Radulphum Ducem sibi rebellantem armis vindicata.

post. ann. 661

* 48

12 Heiligenstadienses, vti *Dagobertum* illum Henschenianum, ingrata plus quam mille annorum obliuione apud Historicos sepultum, semper ignorarunt, ita ad illius auum, *Dagobertum primum*, referunt originem suam: nam tertius, si non obiit puer & absque liberis, Thuringiam tamen nunquam attigit. Hæc autem iam inde a tempore primorum Franciæ Regum genti illi amica, Childericum I, suis exosum, excepit profugum, & octo annis aluit apud Basinum Regem, quoadusque in suum ipse regnum rediit, vt narrat S. Gregorius Turonensis. Eandem Thuringiam bello aggressus Chlodouæus, tributariam sibi fecit; & a Chlotario perdomita S. Radegundem ei dedit captiuam, mox futuram vxorem. Dagobertum quoque I, cum adhuc solus Austrasiæ Rex esset, Moguntiæ aliquando moratum scimus; sed, vsque in Eichsfeldiam transiisse, ita saltem, vt sedem ibi fixam haberet, condita ibi nominis sui ciuitate & Altenburgica arce prope Heiligenstadium, nulla ratio cogit præsumere; adeoque iustior præsumptio stat pro *Dagoberto II*, diutius istic & stabiliter commorato, quousque per mortem patruelis sui Childerici, in pacificam reliquæ Austrasiæ possessionem receptus, Metas, Austrasiæ veterem regiam, migrauit. Si quis tamen pro Dagoberto I contendere velit, ipsum fuisse sanctorum corporum inuentorem, vel saltem arcis prædictæ conditorem, nolim cum eo disputationis ferram reciprocare, quia scio, plurima eiusdem Dagoberti æque ac aliorum veterum Regum Francorum gesta per Thuringiam præterita fuisse in annalibus gentis, quorum non pauca indicia habentur ex ipsorum locorum monumentis vel traditionibus, sed plerumque quoad tempora confusis propter synonymiam plurium. Legenda quidem nullum Regem nominat, antiquæ tamen de *Dagoberto* aliquo traditionis testis est *Bertholdus* Archiepiscopus Moguntinus in suo diplomate anni MCCCCXCIX iubens, *apertis ianuis & pulsatis campanis*, post festa Christi & Sanctorum, celebrari *Anniuersarium glorioſiſſimi quondam Principis Dagoberti, Francorum inclyti Regis, fundatoris ecclesiæ Collegiatæ S. Martini Heiligenstadiensis*; si tamen hic titulus tam antiquus est, nec eum alius præcesserit a *SS. Aureo & Iustino* sumptus, præcipuis etiamnum ibi patronis.

potius quam ab eius auo Dagoberto I,

qui tamen potuit etiam fuisse in Eichsfeldia.

22 Non est autem dissimile vero, etsi id scriptores Moguntini, ipsique Sant-Albanenses Monachi semper ignorauerint, aut nescire simulauerint, quod *S. Aureus* cum Subdiacono suo *Iustino* Moguntia abfuerit, occupatus euangelio in Eichsfeldia prædicando, quando Moguntiam inuadentes Hunni, sororem eius *Iustinam Virginem*, in promiscua ciuium suorum cæde in ecclesia congregatorum martyrio affecerunt, quæ peculiari

Inuentis ibi SS. Aurei & Iustini *corporibus;*

liari loculo ibi poſtea fuerit honorata ab iis, qui paulo poſt a diſperſione collecti, cæſos omnes contumularunt in montemartyrum, nunc S. Albani, iſtic vbi ſub huius nomine condita anno DCCCV eccleſia fuit: Ipſi vero Hunni eodem populationis impetu, torrentis inſtar, rapti in Eichsfeldiam, ibique *S. Aureum* cum *Iuſtino* nacti, pariter interfecerint, eodem forte modo, quo S. Nicaſium Rhemenſem & alios alibi SS. Epiſcopos irruentibus lupis obuiam pro ſuo grege progreſſos mactauerunt. Edit. I pag. 48

quorum vnius pars Moguntiam relata ſit,

Denique non eſt incredibile, quod ſacrorum corporum inuentor Dagobertus, eorum alterum vel partem illius transmiſerit Moguntiam, velut ad propriam ſuam ſedem, vel quod Aribo * Archiepiſcopus, qui anno DCCCCXV iſtuc intulit primorum X Epiſcoporum Moguntinorum corpora, partem aliquam de corpore *S. Aurei* Heiligenſtadio acceperit, eique proprium conſtruxerit tumulum, inter quem, & tumulum ſororis *Iuſtinæ* collocauerit grandiorem decem Epiſcoporum arcam, ſicuti omnes tres arcæ anno MCXXXVII inuentæ ſunt, ſub veteri pauimento, vti num. 17 *Sigehardus* explicat.

* Immo *Hildebertus* (1)

& iuncta corpori ſororis ſuæ S. Iuſtinæ,

licet aliter ſentiant Moguntini.

23 Iſtis autem poſitis, æqualiter vtrisque Heiligenſtadienſibus & Sant-Albanenſibus relinquitur *S. Aureus*, nunquam prioribus ſic allatus totus, vt de eius præſentia non potuerint porro gloriari, ipſique Archiepiſcopi Moguntini id eis concedere, maxime habentibus adhuc totum *S. Iuſtinum*, ſicut habebant Sant-Albanenſes *Iuſtinam*, quæ etiam ſæpe ſola nominatur, velut præcipua in veneratione ciuium propter ſepulchrum habita ab illis, prius quam *Aureum*, ſic vt dixi, acciperent. Refragatur quidem dictis *Sigehardus*, quatenus num. 3 ipſum quoque *S. Aureum* in monte martyrum primo ſepultum ait cum ſorore; ſed potuit id, alterius ſepulturæ inſcius, ſcripſiſſe ex propria coniectura; ſicut, ex ſua vel aliena ſententia, ab Hunnis ad Arrianos transtulit cædem Sanctorum, contra tanto ſe ſenioris eiusdemque Archiepiſcopi Rabani aſſertum; quod ignoſcendum auctori poſt tantas rerum conuerſiones ſcribenti, vetuſtis omnibus monumentis deperditis.

Reliquiæ S. Iuſtini an Eyſtadii,

24 Diſtat Heiligenſtadio vnius ſolum æſtiui diei itinere Hersfeldenſis Abbatia, vnde anno MDCXXIII ad Eyſtadienſem noſtræ Societatis eccleſiam allatas *S. Iuſtini* martyris reliquias dixi ad XIII Aprilis, vbi de S. Iuſtino Philoſopho num. 21. Hinc ſuſpicionem non ineptam mouet prænominatus Rector Heiligenſtadienſis, quod ipſæ reliquiæ Heiligenſtadio Hersfeldiam translatæ ſint per illius loci Abbatem. Idem etiam fecerit Corbeiæ in Saxonia Abbas *Wichbaldus*, & de reliquiis *S. Iuſtini* acceperit, quod eius poſtea ſucceſſor *Bodo*, anno MCCCLXXV miſit Carolo IV Imperatori, per literas, quas recitat Pragenſis Decanus in Phoſphoro pag. 476, profeſſus, auxilium ſperare ſe a Carolo contra opprimentium violentiam, *per ſacroſanctas reliquias S. Iuſtini martyris glorioſi & B. Sophiæ Virginis venerandæ, quas Excellentiæ Veſtræ*, inquit, *mittimus, atque veras conſcientiis noſtris puris profitemur.* Nec ab iſta dimouemur coniectura, quia idem Abbas conſequenter dicit, quod *piæ memoriæ Ludouicus Imperator coenobium iſtud in honorem ſanctorum martyrum, Stephani, Viti, atque Iuſtini, ſtudioſe conſtruxit.* quaſi iam tunc illatis eo omnium trium reliquiis: conſtat enim ex ipſius fundatoris literis, in ſolius S. Stephani honorem erectum monaſterium, cui tamen mox acceſſerit S. Viti patrocinium, corpore eius Romæ allato, ſicut

an etiam Corbeiæ,

& inde Pragæ?

dictum

Edit. I dictum XV huius: vt autem Abbatia ex tunc primum cœpit dici *SS. Stephani & Viti*, ita patronus tertius, cuius antiquior nulla scriptura meminit, potuit multo serius accessisse duobus prioribus, ad quod Abbas Bodo animum non aduerterit, cum iam duo sæcula fluxissent.

pag. 73

ANALECTA

Ex libro Sigehardi Monachi *Sant-Albanensis,* qui extat in MS. Carthusiæ Colonienſis.

§. I *Diuersa a priori narratio passionis & sepulturæ; inuentio sæculo XII distinctius proposita.*

1

QVia de hoc libro eiusque ætate & auctore satis actum in Commentario præuio est, nec totum dignum prelo censemus, placet sub titulo *Analectorum* colligere præcipua loca huc spectantia, omissoque duplici prologo, cum tribus primis lacinios capitulis, a capite IV initium ducere, altius pæne quam opus est; non tamen inutiliter ad rerum Moguntinarum cognitionem distinctiorem. Cum ergo dixisset *Sigehardus*, quod *vrbs Moguntia, non in eo, quo modo sita est, sed in alio a Rheno longius distante loco fundata* fuit, vt *tradit antiquitas*, inquit (*imo communis habet opinio*) *prima istius vrbis moenia, in campestri loco spatioso, vbi nunc est domus filiorum Giezi*, id est, Leprosorium, *& ecclesia sanctimonialium* S. Mariæ, *quæ* sacra vallis *dicitur*, *fuisse constructa, ex qua relatione veros*imiliter *potest argui, locum, vbi nunc est capella S. Hilarii, Episcopium tunc extitisse. Illic nempe decem Episcoporum, qui ante tempora magni Bonifacii Moguntinam rexerunt ecclesiam, corpora, quæ nunc in ecclesia S. Albani quiescunt, fuere recondita. Præsumptio enim vehemens est, paucis adhuc existentibus Collegiatis ecclesiis, nusquam eos potius quam in sua Cathedrali ecclesia locum sepulturæ elegisse .... Assertioni autem meæ, super priori ciuitatis Moguntiæ loco, consentiunt superstites in eadem planitie murorum particulæ, & fundamenta subterranea circumcirca reperta, imo etiam superstites theatri ruinæ, quod more Romanorum, ad ludos Circenses seu gladiatorios & ad spectacula publica, constructum fuisse extra vrbem, hodieque monstratur; nec non & tituli, gesta, atque nomina diuersorum Principum lapidibus insculpti, qui infra & extra vrbem pluribus in locis inueniuntur esse disiecti.*

Vetus vrbis ante vastationem

longius a Rheni ripa.

CAP. VIII. 2 *In eorum ergo Episcoporum numero, qui, vt prædictum est, Moguntinam rexerunt ecclesiam, ante tempora sanctissimi Bonifacii beatissimus vir Aureus .... sane vir totus Apostolicus, pontificalis cathedræ dignitatem assecutus, officium tanti nominis sanctissima vita atque diuinis operibus adornans, commissæ sibi ecclesiæ regimen strenuissime gubernabat; licet totus orbis terrarum diuersis & præcipuæ Arrianæ hæresis quateretur procellis .... quæ pestis apud regiæ* * *nobilitatis vrbem Moguntiam in tantum inualuerat, vt vix aliquis auderet manifeste se Catholicum profiteri. Sed beatissimus Pontifex Aureus, huic errori palam obuians, visibiliterque resistens, hæreticorumque rationes diuinarum scripturarum testimoniis*

eius olim Episcopus Aureus,

74

inde ab Arrianis eiicitur

redarguens, conuincebat: & tanquam verus pastor, non mercenarius, pro Edit. I
veritate, proque commisso sibi populo mori gratum ducens, oues sibi creditas, pag. 74
a luporum faucibus abstractas, eripere satagebat ..... Videntes igitur hæ- CAP. IX
reticæ prauitatis alumni, veritatis se rationibus confutari, in beatum virum furiali more debacchantur .... Eiicitur ergo a sede sua beatus pontifex ... excutiens puluerem pedum suorum super eos, suaque diœcesis loca visitans circumquaque, & quos poterat ab errore reuocans, opus implebat
cum sorore Iustina & multis orthodoxis. *Euangelistæ ..... Comitata autem est beati Viri vestigia, non tam mutatione loci, vel incessu pedum, quam actionibus & vitæ munditia, sacratissima Virgo Iustina, tam fide quam sanguine soror eius germana, passionisque eius fida comes & socia post futura ... Complures etiam aliæ religiosæ personæ, viri & feminæ, qui a fidei veritate ac integritate recedere nefas ducebant ..... pari cum sancto Episcopo sententia eiecti sunt .....*

Interim vastatur ab Hunnis ciuitas, 3 Interim, *sicut testatur B. Hieronymus in epistola, quam ad Ageru-* CAP. XI
ciam, viduam nobilem, scripsit, innumerabiles & ferocissimæ gentes vniuersas Gallias occuparunt: quidquid inter Alpes & Pyrenæum Oceano & Rheno includitur, Wandalus, Sarmata, Alani, Gepides, Heruli, Burgundiones, Alemanni, & (o lugenda respublica!) hostes Pannonii vastauerunt. Etenim Assur venit cum illis: Moguntia quoque, nobilis quondam ciuitas, capta atque subuersa est, & in ecclesiis eius multa millia hominum trucidata.... *in cuius ruinas reuersus Aureus,* Itaque *dum beatissimus pastor & pontifex Aureus, cum sua Iustina illoque fideli comitatu ad sedis suæ vrbem, de qua per Arrianorum insolentiam ac persecutionis rabiem dudum eiectus fuerat, reuerteretur, inuenit eam solotenus euersam .... & perfidus Attila Rex, regionem ipsam & prouinciam adhuc vndique gyrans, omnia igne ferroque vastabat ..... (Anno CCCCLI) Sanctissimus tamen Pontifex, non veritus increduli Regis sæuitiam, gentisque peruersæ bestialem insaniam, in medio nationis prauæ atque peruersæ pertransiens, euangelizabat & prædicabat publice Christum, ... confortans mentes singulorum, & admonens, ne, amore vitæ huius in lubrico positæ decepti, mori pro veritate dubitarent.*

suosque ad martyrium animans, 4 *Cuius salutifero admonitionis verbo, sacratissima Virgo Iustina, ... cum illo fidelium grege pusillo, qui exulantem ab vrbe sedeque sua dudum eiectum pastorem secuti fuerant, animati, passioni se vltro ingerere desiderabant .....* * *Completo autem sacræ eruditionis verbo, beatus sacerdos Au-* * C. XIII
reus sancta sanctorum ingressus est, pro se, proque commisso sibi populo, redemptionis nostræ pretium oblaturus, beatissima Iustina ceterisque, quos fidei sinceritas & caritatis erga tantum patrem dilectio non permisit separari,
inter sacra cum illo occiditur, *adstantibus. Vbi dum ad altare stans, missarum solemnia celebraret, seque ipse contrito corde & humiliato mactans offerret Domino; repente turba Hunnorum pariterque Arrianorum irruentes, circumdederunt eum, nec non & fideles, qui erant cum eo: & in Sanctos Dei gladios furoris sui & arma conuertentes, primum beatum Antistitem crudeliter trucidatum mactant, deinde venerabilem Virginem Iustinam cum ceteris fidelibus, qui pariter adstabant .....*

& sepelitur in monte martyrium, nunc S. Albani. 5 Iam olim quidem, *feruente vniuerso orbe persecutionis procella .....* C. VI
infinita Sanctorum agmina, martyrium pro Christi nomine passa in monte, vbi nunc est ecclesia S. Albani extra muros vrbis, qui apud gentiles mons Martis *vocabatur, constat esse sepulta ..... quem, eliminata iam penitus idololatria,*

Edit. I *tria, Christiani, mutato meliori nomine,* Martyrum montem *ex re ipsa &*
*C.XIV *facti euidentia congrue appellarunt . . . . . * Sanctissima itaque beatorum Aurei, Iustinæ, sociorumque corpora, ad montem martyrum superius dictum, secundum exigentiam & qualitatem temporis, admodum honorifice sunt humata, vbi per multa temporum curricula iacuerunt, hominibus ceteris incognita, & propterea quasi sine honore despecta & abiecta . . . . Postea autem reddita iam pace ecclesiis, regnantibus que Catholicis Principibus, de restauratione vrbium, de reformatione ecclesiarum, ad honorem Dei laudemque Sanctorum, coeperunt ipsi Principes cogitare . . . . . ciuitatemque insignem Moguntiam, ab Attila (vt dictum est) euersam, non in eo, in quo condita prius fuerat, loco, sed in alio fluentis Rheni magis propinquo, vbi hodieque* CAP. XV *sita est, multo honestius quam prius restaurauerunt. . . . .* Hactenus ille, Moguntini Breuiarii compilatoribus præiens verba, quæ sub compendio sequerentur; mihi valde incerta omnia, propter locum, modum & auctores martyrii, de quibus antiquiores illo, vt videmus, longe diuersa scripserunt; Heiligenstadienses vero tradunt contraria omnia. Progrediamur ad certiora, quæ ex Golvvini tractatu idem *Sigehardus* descripsit, cap. XIV & seqq.

vrbe deinde restaurata,

6 *Procedente autem tempore, anno videlicet orthodoxi Principis & Catholici Imperatoris, Caroli Magni, tricesimo octauo, qui fuit dominicæ incarnationis octingentesimus quintus, passionis autem sanctorum Aurei & Iustinæ tricentesimus quintus,* * *cum memorandus ille Richolphus, tertius a S. Bonifacio sanctæ Moguntinæ sedis Archiepiscopus, auctoritate iam dicti Principis Caroli Magni, in supra nominato monte martyrum super sacros cineres B. Albani martyris ecclesiam sumptuoso opere, sicut hodie cernitur, fundaret, tam B. Albani, quam etiam sanctorum Aurei & Iustinæ, sociorumque eorum ac multorum aliorum martyrum corpora, loculis magis decentibus & honestis (sicut postea repertum est) commendare curauit; occulte tamen & sub paucorum testimonio, quia timebat sanctum dare canibus, & margaritas reliquiarum tam pretiosarum mittere ante porcos; exactis autem post hanc secun-*
*p. 75 *dam* * *inhumationem Sanctorum annis centum triginta, qui fuit incarnationis Domini annus nongentesimus tricesimus quintus, tempore Henrici huius nominis primi Romanorum Regis, Hildebertus, a Præsulatu magni Bonifacii duodecimus sanctæ Moguntinæ sedis post Herigerum venerabilis Archiepiscopus, reliquias siue ossa decem Episcoporum, qui ante tempora sanctissimi Bonifacii Moguntinam rexerunt ecclesiam, videlicet Crescentii, Martini, Bodadi, Suffronii, Maximi, Sydonii, Sigemundi, Lentgasii, Lantvvaldi, & Laboaldi, de capella S. Hilarii, cuius superius habita est mentio, vbi iidem Episcopi fuerant sepulti primitus, ad monasterium S. Albani transtulit, comitante clero ac populo ciuitatis, cum processione solenni; ipsasque reliquias ante altare Apostolorum (quod etiam S. Vincentii, propter eius sanctissimum corpus in eodem altari tunc reconditum, vocant) in vnius sarcophagi receptaculo collocauit, pridie iduum Martiarum.*

conditur sub anno 805 S. Albani ecclesia,

** immo CCC quinquagesimus quintus*

quibus adduntur anno 935 alia X SS. Episcoporum.

7 *Adiunctis etiam tumbæ siue sarcophago, in quo Reuerendus Archipontifex Hildebertus decem Episcoporum ossa translata reposuerat, absque intermedio duobus aliis loculis decentibus & honestis, in singulis singula beatorum Aurei & Iustinæ corpora reuerendissime collocauit, ac strato desuper gemino pauimento, terræ superficiem complanauit. In quo loco, post Sanctorum inuentionem, tres solennes exstructæ sunt memoriæ: quæ forma tetragona*

communi superexstructa memoria,

& inferuntur in eam sancta corpora:

contiguæ, imo continuæ, marmoreo dispositæ tabulato, a terra paululum Edit. I
multis miraculis deinde clara. *surgere videntur; quarum adhuc vestigia restant. Ad quam Sanctorum* p. 75
memoriam, quot & quanta miraculorum & gratiarum beneficia, eorum meritis, dignatus fuit mirabilis in Sanctis suis Dominus operari, nec lingua referre, nec scribentis sufficeret calamus explicare. Liceat hic mihi *Sigehardi* contextum interpolare paucis versibus, quibus prænotatæ translationis memoriam consignauit illo longe antiquior (si non fallor) Poeta, erutis a *Knackrichio* nostro.

Vetus ea de re carmen,

A Bonifacio meruit qui Pallia primo,
Is pater Hilvvertus Archipræsul duodenus,
Comperit ossa Patrum (quondam) veneranda relicta
Intra basilicam nunc Hilarii sacro sanctam,
E quibus huc denos transuexit in ordine priscos;
Vt locus insignis conseruet pignora dignis.
Attendens merita, simul ipsorum pia gesta,
Huic vt confratres Auræo collaterales
Efficit, & tumulo structo concluſit in isto;
id factum notat, 14 Martii. *Christi nongentos, X ter, semel V legis annos,*
Et decimam quartam lucem vult Martius addam.

Fuit hic dies anno DCCCCXXXV, quo Pascha celebrandum erat XXIX Martii, lit. Dom. *D.* Sabbatum ante Dominicam Passionis.

8 *Locus autem ipse* (inquit porro *Sigehardus*) *vbi beatorum martyrum corpora sacra fuerant recondita (vt iam dictum est) postea non satis certus est factus: & interueniente obliuionis vitio ac diuturnitate temporis, ab ipsis etiam ecclesiæ fratribus quodammodo ignorabatur. Latuerunt ergo post hanc a memorando Hildeberto sanctam inhumationem, siue si quis*
& sic latuerunt vsque ad 1137, *translationem velit dicere, beatissimorum martyrum Aurei & Iustinæ pignora, terræ matris gremio occultata, vsque ad tempus Lotharii Imperatoris. Qui Lotharius Dux Princepsque Saxonum, Henrico quinto huius nominis, in Romano successit Imperio, post annos circiter ducentos & duos; Imperii siquidem huius anno vndecimo, qui fuit incarnationis dominicæ millesimus centesimus tricesimus septimus, sanctorum patronorum nostrorum sæpius nominatorum cor-* C. XVI
quando in pauimenti veteris renouatione, *pora, reuelante Domino Deo, manifestata sunt hoc modo: Cum apud fratres ipsius ecclesiæ, scilicet S. Albani, non esset ambiguum, reliquias sanctorum Aurei & Iustinæ cum suis, in ecclesia eadem quiescere; certo tamen in loco, vbi laterent reconditæ, prorsus ignorabatur; quidam ergo fidelium, religiosa mente bonoque ducti spiritu, speciali erga ecclesiam S. Albani deuotione incitati, pauimenta eius, nimia vetustate consumpta & contrita, ad honorem Dei & Sanctorum, obque suorum peccaminum remissionem, propriis decreuerunt sumptibus renouare; vbi, dum veteris pauimenti sublata esset superficies, inuenti sunt repente sarcophagi, siue loculi, tam qualitate, quam quantitate ab inuicem differentes, multorum ac diuersi temporis Sanctorum corpora seu cineres continentes: quorum quædam pars*
vetustis omnium loculis, *in terram, vnde erat, videbatur reuersa, quædam admodum incorrupta candorem superabat lilii, futuræ resurrectionis gloriam præmonstrans; quædam etiam pars eorum, rubicundior ebore antiquo, recenti adhuc madens sanguine, tanquam in ipso fuisset effusus temporis puncto, passionis eorum & fidei indicia apertissima & euidentissima præferebat. Inter hos siqui-*

Edit. 1 *siquidem loculos, sanctorum Aurei Episcopi & Iustinæ Virginis sororis eius corpora, ad sepulturam decem Episcoporum, quos memorabilem Hildebertum Archiepiscopum paulo superius memini ad ecclesiam S. Albani transtulisse, cum gaudio sunt reperta. Quo autem apud Deum præfulgeant sanctitatis merito, testatur (vt dictum est) ad eorum reliquias venerabiles miraculorum gratia exhibita, imo quæ quotidie exhiberi Sanctorum meritis non desinit multitudo gratiarum. Inuentionis autem sanctorum Aurei & Iustinæ historiam, nec non & miracula, quæ & ante & post inuentionem eorum Dominus operari non cessat, ad plenum qui scire desiderat, libellum Gosvvini monachi, ad Adalbertum sanctæ Moguntinæ sedis Archiepiscopum, a B. Bonifacio vicesimum sextum, super hoc legat editum: ibique reperiet, quo tempore, quo ordine, & cum quibus miraculorum gratiis, beatorum martyrum reliquias, super aurum & topazion pretiosas, reuelauerit ille, qui sanctos suos digne glorificat.*

reperta sunt corpora SS. Aurei & Iustini,

& miracula descripta.

p. 76 ## §. II Sanctorum corporalis præsentia miraculis confirmata. Aliorum plurium inuentio duplex.

9 Quia dubitatum est aliquando apud extraneos, vtrum vere beatorum Aurei & Iustinæ corpora in ecclesia S. Albani quiescerent, an non, ad tollendum omne huiusmodi dubium a fidelium cordibus, duo relatione
CAP. XVII *digna huic opusculo duxi inserenda; vnum scilicet ante, & aliud post Sanctorum, de quibus loquimur, inuentionem sacram, miraculose patrata hoc modo. Erat dies solennis Dominicæ Palmarum, in qua omnium ecclesiarum collegiatarum communis statio ad ecclesiam S. Albani solet de approbata & ex antiqua consuetudine celebrari, cumque ad tantæ gaudium festiuitatis multitudo ciuitatis non parua conuenisset, & singulis singula loca tenentibus cum suis in choro locis, tam Canonici quam monachi cum multa reuerentia diuinis essent intenti, quidam e populo incuriosus, & (vt præsumi potest) minus deuotus, reuerentiam loci non veritus, ignoranter errans, supra dictum decem Episcoporum sanctorumque Aurei & Iustinæ sepulcrum conscendit, & subito, dimissis debilitatisque poplitibus super tumulum beatissimæ virginis & martyris Iustinæ semiuiuus resedit, emissoque diræ vocis horribili sonitu, psallentes in choro, non sine magno terrore & admiratione, compescuit. Concurrentibus autem ad eum his, qui prope astabant, cum sublato eo extra limen ecclesiæ, missa in os eius, vt fieri solet, aqua, ipse tandem resumptis viribus vix respiraret, cœperunt circumstantes ab eo inquirere sollicite, quæ fuerit causa vocis tam clamosæ, & tam inopinatæ ruinæ; quibus ille, vt potuit, respondens, miror, inquit, quia hoc a me discere vultis, quod oculis vestris, omnes, qui hic affuistis, mecum pariter vidistis. Cum enim super sepulcrum ascendens ibi me cohibere cogitarem, repente persona egregia, facie decora, in habitu virginis de tumulo prodiit, & ictum, quem vix ferret homo, mihi dans in faciem, me iam semimorientem sic clamare & ruere coegit. O laudanda diuinæ operationis dispensatio, cuius nutum ignorantiæ delictum corrigens, delinquenti intellectum dedit vexatio. Ex eo ergo tempore, sublato omni ambiguo de thesauri tam pretiosi possessione, non tam inchoata, quam renouata, Deo & Sanctis ibi excreuit reuerentia, Sacris eorum meritis finem nullatenus habitura.*

Adstationem in S. Albani, collecto clero populoque,

quidam, sanctorum sepulcro insistens,

a S. Iustina apparente percutitur.

Anno 1138 Reclusa apparens defuncti Sacrista,

10 *Anno itidem post inuentas sacras reliquias in se exacto, innumeris-* Edit. I
que ad Sanctorum memoriam miraculorum beneficiis exhibitis; cum (vt supra p. 67
dictum) vtrum hæc sanctorum Aurei & Iustinæ meritis fierent, & an vere
ibi requiescerent, adhuc nonnulli dubitarent, cuidam sanctimoniali, feminæ
religiosæ ac Deo deuotæ, apud idem monasterium inclusæ (nam antiquis
temporibus cella Inclusarum *apud nos extitit, monasterio penitus contigua,*
ita vt vnum & eundem monasterium & cella haberent ab vna parte parie-
tem) frater quidam monachus ipsius ecclesiæ, qui custos quondam fidelis eius-
dem monasterii extiterat, & iam dudum vita excesserat, per visum appa-
ruit; vocansque eam ex nomine, an dormiret, interrogauit; qua se dormi-
certam esse iubet de sancti vtriusque præsentia, *re negante, hic qui apparuit, subiunxit, ne dubites, inquit, sed pro certo no-*
ueris, tu & quique fidelis, beneficia & miraculorum gratiam, quæ in hac
Deo dante multipliciter exhibentur ecclesia, sacratissimæ virginis & marty-
ris Iustinæ, in hac veraciter quiescentis basilica, esse suffragia. Illa vero
alacrior iam facta, & quid, inquit Reuerende Pater & Senior, de beato Pon-
tifice & martyre Aureo, Virginis fratre, dicis? Cui ille: eadem, inquit,
quæ de sorore Virgine, remota penitus omni ambiguitate, sentias ac firmiter
credas, tu, & quique fideles Christiani, de fratre. Et his dictis disparuit,
quæ loquebatur ei, visio: & quia hæc duo miracula idcirco hic inserta sunt, vt
prædictum est, vt non liceat alicui dubitare, sanctorum Aurei & Iustinæ, imo
etiam sociorum eorum, corpora, in ecclesia S. Albani, & non alibi, omni abie-
cto dubio repausare.

Alii multi martyres eodem in monte sepulti,

11 Hic porro interponere iuuat, quæ *Sigehardus*, quem describimus, de aliis in eodem monte repertis corporibus, capite VI præmiserat, his verbis: *Antiquorum etiam & valde veterum solers & fida senioribus nostris*
tradita relatio ad nos vsque deuenit, Ducem quendam (vt vere præsumitur)
Catholicum, cum magno promiscui sexus exercitu, in ipso monte occisum
fuisse & sepultum, qui, cuius professionis extiterit, quoniam nec ipsius histo-
ria, nec veterum docet relatio, post multa temporum curricula claruit eui-
denter, licet non vno & eodem, imo diuersis temporibus, indicia fidei eorum
inueniuntur anno 1175, *patuerint. Anno denique dominicæ incarnationis MCLXXV, post inuen-*
tionem vero sanctorum Aurei & Iustinæ anno XXXVIII, imperante Roma-
norum Imperatore Friderico huius nominis primo, Moguntinæ autem sanctæ
sedis cathedram Conrado Archiepiscopo post B. Bonifacium trigesimo guber-
nante, ille, qui in sanctis suis est gloriosus & mirabilis Deus, quique arcana
mysteriorum reuelat electorum suorum, quæ in australi latere monasterii
S. Albani latebant corpora, vna vice dignatus est mirabiliter reuelare. item-
& rursum anno 1267, *que secunda vice anno MCCLXVII, vacante tunc Romano Imperio, Mo-*
guntinæ autem cathedræ glorioso Wernero Archiepiscopo, a præsulatu almi Bo-
nifacii trigesimo sexto, præsidente, multiplicatis beneficiis, de eorum qui re-
mansérant pignoribus, reuelationem dignatus est Dominus iterare.

12 *Ea tam prima, quam secunda beatorum martyrum inuentio seu re-*
uelatio, quia sufficienter a prioribus nostris ad memoriam posterorum est li-
teris annotata, eam hic sub silentio, quasi cognitam, duxi relinquendam.
cum certis veri martyrii & sanctitatis indiciis. *Hoc vnum certe ad ipsorum glorificationem ratihabendam sufficiat, quia signa*
euidentissima atque notissima, fidei, martyrii ac sanctitatis eorum, reuelan-
te Deo, nostris manifeste claruerunt temporibus. * *Fidei quidem; quia* *p. 77
apertis eorum sepulcris, quæ licet præ sui multitudine numerum excederent,
valde tamen accurate atque honeste facta erant, signum salutis nostræ in la-

pidibus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Edit. I p. 77 *pidibus ſepulcra claudentibus intus & extra ſculptum plerumque probauimus : martyrii autem eorum ex hoc euidens patuit indicium, quia in ipſis eorum ſepulcris corpora quædam ſine capitibus, capita etiam quædam ſine corporibus, truncationem pedum aut manuum, aliorumue membrorum defectum inuenimus, quod propter impedimenta perſecutionis factum fuiſſe non dubitamus ; ſanctitatis autem eorum iam non eſt neceſſe rationem quærere, cum in diebus noſtris innumerabilis vtriusque ſexus & ætatis populus, ad ſacratiſſimas eorum reliquias a diuerſis ſanati languoribus, ſanctitatis ipſorum merita experimento docuerint, & quotidie docere non ceſſent.* Hactenus loco citato *Sigehardus :* optare autem magis quam ſperare licet, vt ſcripta iſtæc de duplici Sanctorum iſtorum inuentione reperiantur. *Deſideratur rei geſtæ hiſtoria.*

§. III *Noua ſæculo XIII exeunte Sanctorum inuentio. Reliquiæ alibi.*

13 *Ad principale propoſitum* de SS. Aureo & Iuſtina, *rediens calamus, quid noſtris temporibus*, inquit Sigehardus, *de eorum ſacris reliquiis actum ſit, breuiter & fideliter ſtudeat explicare. Anno ſiquidem,* C. XVIII *poſt vltimam quam* (num. 8) *prælibauimus, Sanctorum reuelationem centeſimo ſexageſimo, qui fuit annus dominicæ incarnationis milleſimus ducenteſimus nonageſimus ſeptimus, Bonifacio Papa huius nominis octauo ſedem Apoſtolicam gubernante, Romani Imperii faſcibus Adolpho Rege ſublimato, ſanctæ vero Moguntinæ eccleſiæ Gerardo huius nominis ſecundo Archipræſule, a beato Bonifacio trigeſimo octauo, præſidente, deſtructa iam ſine ſpe potioris reſtaurationis, propter nimiam ſui vetuſtatem, eccleſia S. Albani, in ea parte, in qua pretioſæ Sanctorum reliquiæ ſeruabantur, in loco, qui iam ſuperius aſſignatus eſt, cogitauerunt Fratres, ſanctorum patronorum ſuorum pignora typo deuotionis de terra leuare, & magis decentibus, ſanctitatique eorum magis congruis loculis conſeruanda mandare. Quapropter, habito religioſo ſuper tam pio opere conſilio, maioris eccleſiæ Moguntinæ Canonicis ad eorum poſtulationem venientibus cum proceſſione ſolemni, ſepulturæ Sanctorum locum cum ſumma reuerentia & deuotione aperuerunt, & pretioſiſſimos reliquiarum theſauros eorum, prout a venerabili Domino Hildeberto Archiepiſcopo ibi reconditæ fuerant, in modum ſuperius expreſſum per omnia inuenerunt. Quas cum magno timore & gaudio, laudes Deo perſonantes & cantica, veneranter tollentes, honeſtis repoſitis ſcriniis, ad principale altare monaſterii S. Albani, cum hymnis & laudum carminibus transtulerunt. Hi quoque petitionibus Canonicorum præfatorum, quas ipſa eorum deuotio parturire videbatur, Fratres ſæpe dictæ eccleſiæ humiliter annuentes, partem ſolemnem ſanctarum reliquiarum, brachium videlicet ſacratiſſimæ virginis & martyris Iuſtinæ, eis pro ſpeciali præmio, donatiuum nobile & munus excellens, in ſignum vnionis fraternæ ac pignus amicitiæ mutuæ cum hilari animo donauerunt ; quod quidem in cathedrali eccleſia Moguntina ad S. Martinum de domo delatum in multo honore & veneratione ſeruatur.* *Anno 1297, aperto ſanctorum ſepulchro,* *transferuntur S. Aurei & S. Iuſtinæ:* *huius brachium Canonicis donatur.*

14 *Felicem igitur dixerim ciuitatem Moguntinam, quæ talium patronorum ſubſiſtit patrocinio ; feliciorem eccleſiam Moguntinam, quæ tam præcipuorum martyrum decoratur martyrio ; feliciſſimamque S. Albani baſilicam,* *Sancti alii, quorum ad S. Albani corpora aut reliquiæ*

silicam, quæ corporali reliquiarum eorum præsentia & suffragio decorari meruit a Domino. Felix societas! beatum collegium! sancta congregatio, tot Christi testium in ecclesia S. Albani, tanquam in domo magni patris familias adunatorum! Illic Dominus domus, inclytus & gloriosus martyr Albanus, hospitio fouens iucunde magnum illum Hispaniæ alumnum Edit. I p. 77

scilicet, Vincentius, Theodorus, Sergius, *mm.* *Vincentium, martyrem & Diaconum, ab orthodoxo Imperatore Carolo illuc translatum: illic Aureus Episcopus & martyr, sedis suæ protector & singularis patronus, ibi soror eius virgo & martyr Iustina, inter hospites tam excellentes non infima, familiæ Domini patrona præcipua. Te quoque, martyr Christi inclyte Theodore, cum Sergio illo beato primicerio, gratissimos hic hospites, imo speciales patronos nostræ veneramur ecclesiæ.*

Iustinus Confessor, 15 *Et numquid Confessor Domini, Iustine alme, ab hac sacratissima te excludi patieris societate? Absit. Te enim aduenam acceptissimum in hac Sanctorum familia, transmisit nobis* Heostedin *tua basilica; ecclesiæ S. Albani spiritalis atque specialis filia. Adhuc sunt in (hoc) numero Deo dicata virgo Innocentia, materque eius, B. Vincentia: quas loci nostri patronos & propitias protectrices, ab Italiæ partibus de vrbe Rauenna ad hanc societatem beatissimam diuina direxit clementia, Oggario, post Præsulatum sancti Bonifacii quinto Moguntino Archiepiscopo, transferente. Talibus athletis nominatis & principalibus gloriatur aurea Moguntia. His tam præcipuis patribus, principibus patronis & protectoribus S. Albani floret ecclesia, totaque gloriatur Germania. Licet præter istos, in ipsa basilica siue monte, infinita Sanctorum contineantur corpora; quorum quamuis nobis incognita, Deus tamen omnium nouit nomina. Vnde sufficiat cuilibet Christiano, ibi fideliter eorum expetere & efficaciter impetrare suffragia, cum nulli postulanti in fide recta, & non hæsitanti, eorum patrocinio neget Dominus optata beneficia.*

Innocentia & Vincentia.

16 De *S. Albano* agemus XXI Iunii huius, de *S. Vincentio* egimus *XXII* Ianuarii, deque corpore vel reliquiis in varias regiones * translatis; non tamen istic nominatur Moguntinensis S. Albani ecclesia, proinde in supplemento istius mensis etiam Moguntinorum causa tractanda veniet. *Caput huc a Carolo Magno translatum Serarius* (lib. I cap. XVII de *Moguntinis Sanctis*) IV loco numerat. *Theodorum & Sergium* idem præterit, neque quorum istæ reliquiæ sint, in concursu plurium eiusdem nominis martyrum facile est definire. *S. Iustini Confessoris* festum *solemniter* cum *IX lectionibus* colendum præscribitur in antiquioribus Breuiariis Moguntinis, *IV Augusti*; quod cur in Breuiario anni MDLXX omissum sit, nescio, nisi forte, quia festum istud, monachis S. Albani proprium, non spectabat Canonicos Moguntinos. Interim cupio edoceri, quænam sit illa *Heostedinensis S. Iustini basilica*, vnde ablatum vel corpus vel insignis reliquia indicatur. Hactenus nihil propius occurrit, quam *Hoogstetten* in Sueuia, sed nimis incerta est coniectura, in sola nominis affinitate fundata; si quis autem de eiusmodi Confessoris vita vel miraculis nouit aliquid, & quod nouit suggerat, gratos nos experietur ad prænotatum diem IV Augusti. De *SS. Vincentiæ & Innocentiæ* translatione facta Moguntiam anno DCCCXXIV egimus I Februarii ad vitam S. Seueri, mariti ac patris; vbi in supplemento licebit addere, quod hic dicitur de altera ad S. Albani ecclesiam translatione. * p. 78

17 In

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Edit. I p. 78

17 In Martyrologio ecclesiæ Pragensis (vt cetera de *SS. Aureo & Iustina* prosequar) ita legitur: *XVI Kal. Iulii in Moguntia, Aurei Archiepiscopi & martyris, cuius partem brachii Carolus Rex (IV) obtinuit in monasterio S. Albani in Moguntia, & decoratum dedit ecclesiæ Pragensi. Eadem die, Iustinæ Virginis & martyris, sororis S. Aurei, cuius caput in eodem monasterio obtinuit Carolus, & dedit ecclesiæ Pragensi.* Compositum fuit Martyrologium istud, seu potius scriptum, & additamentis propriis auctum, sæculo vt summum *XV*; & pluribus apud nos annis manens, tandem repertum ac restitutum est Patri *Gamansio*, qui commodauerat, transcriptis quæ propria erant. Ipsas Caroli literas, ad vniuersos Regni Bohemiæ status, Moguntia datas anno MCCCLIV, die IV Ianuarii, de istis & aliis quampluribus insignibus reliquiis, itinere Germanico per illum acquisitis, recitat integras in Phosphoro metropolitanæ S. Viti ecclesiæ *Thomas Ioannes Pessina*, ipsius ecclesiæ Decanus, ac deinde Samandriensis in Hungaria Episcopus, pag. 433 & seqq. vbi inter alia, *in ciuitate Moguntiensi, per venerabilem Archiepiscopum & Abbatem monasterii, sibi data in ipso monasterio, recenset magnam partem corporis B Albani, magnam partem capitis B. Iustinæ M. & V. & partem brachii B. Aurei M. primi Præsulis seu Pontificis Moguntini.*

S. Aurei *brachium & caput* S. Iustinæ

a Carolo IV *data ecclesiæ Prag. anno* 1354.

18 De *S. Iustini martyris* reliquiis, Heiligenstadio verosimiliter ad Corbeiam Saxonicam delatis, & anno MCCCLXXV a Bodone Abbate ad eundem Carolum missis, egi num. 24 Comment. præuii. Hic addo, eas vel non fuisse additas Pragensis ecclesiæ aut Carolostadiensis arcis reliquiis, vel occultas latere sub nomine *S. Iustinæ:* nam Pessina Decanus, nihil de *Iustino* inuenisse, se profitetur pag. 477 Phosphori sui: sed in consignatione reliquiarum, descripta anno *MCCCLXXIX*, vtique solum quarto post prædictam donationem, iterumque in ea, quæ scripta fuit anno *MCCCLXXXVII*, sic legi inuenerit: *Item costa S. Iustinæ martyris Altissiodorensis, in argento deaurato. Item costa S. Zophiæ virginis, similiter circumdata argento deaurato.* Videtur autem Decanus præsumere, per errorem factum esse, vt ita scriberetur, mutatisque leuiter epigraphis, legi debuisse: *Costa S. Iustini martyris, costa S. Zophiæ Virginis Autissiodorensis.* Verum *Sophiam* aut *Zophiam*, non modo non inuenio Autissiodori, sed nec in tota reliqua Gallia; *Iustinam virginem*, nescio quam, XXX Decembris nominat *Henricus Canisius* in Martyrologio Germanico. Ego fateor, mihi de *Iustina & Sophia* ibi nominatis, nihil liquere: de *Iustini* reliquiis Corbeia missis nequeo dubitare; quod autem Heiligenstadio sint acceptæ, puto per verosimilem coniecturam teneri posse.

Aliquid S. Iustini *Corbeiæ eidem missum anno* 1375.

forsitan costa, sub nomine Iustinæ *latens.*

(o)

DANIELIS PAPEBROCHII S.I.

Edit. I p. 86

de

S. ALBANO Martyre,

Moguntiæ in Germania prima,

item

de ſanctis Martyribus

ALBANO Epiſcopo & DOMINICO Eremita,

Burani prope Venetias honoratis,

COMMENTARIVS HISTORICVS.

Ex Actis SS.

ad diem XXI Iunii.

§. I *Martyrium, ac patria S. Albani Moguntini.*

1

In Rabani *Martyrologio,*

BEatus *Rabanus Maurus*, quartus poſt S. Bonifacium Archiepiſcopus Moguntinus, anno DCCCXLVII ordinatus, cuius Acta *Henſchenius* illuſtrauit IV Februarii, iam inde ab anno X eiuſdem ſæculi, quo Fuldenſis ſcholæ magiſterium ſuſcepit, factus deinde ibidem Abbas anno DCCCXXVII, variis claruit ſcriptis libris, quorum ſingulorum ſatis accurata ratio habetur apud antiquos, nec difficile eſt ætatem cognoſcere. Archiepiſcopus autem, licet conciliis habendis grauioribusque implicatus negotiis, non tamen credendus eſt prorſus ſepoſuiſſe calamum, quin ſubinde aliquid ſcriptitarit, quoad vixit. Defunctus anno DCCCLVI. In his potuit fuiſſe *Martyrologium Hrabani*, prout in monaſterio S. Galli apud Heluetios intitulatum reperit *Henricus Caniſius*, tomoque V lectionum antiquarum inſeruit. quia tamen nullus omnino titulus nomini additur, potius crediderim, id ab eo necdum Abbate ſcriptum, in vſum priuatum Fuldenſium fratrum, quorum varia ſubinde diſperſio effecerit, vt opuſculum iſtud apud illos perierit, ſeruatum autem apud Sangallenſes ſit.

pro Fuldenſi Abbatia ſcripto,

ſolus S. Albanus *refertur hoc die;*

2 Hæc ideo præmiſerim, quia in iſto Martyrologio, tam antiquo (ſi vera præſumptio eſt) & ad Moguntinam diœceſim, intra quam Fuldenſis Abbatia conſiſtit, adeo prope ſpectante, ad XI Kal. Iulii ſolus *S. Albanus* nominatur, & quidem cum prolixiori, quam paſſim alii plerique, elogio, his verbis concepto: *In Moguntina natalis Albani martyris, qui ſub Theodoſio Imperatore de inſula * Namſia pergens cum S. Theoneſto & Vrſo, Mediolanum venit; indeque exiens * peruenit ad Gallias, & in ſeruitio Dei manens, ad martyrium pro nomine Saluatoris promptus* (erat). *Poſtquam autem in Auguſta ciuitate B Vrſus martyrium accepit, Theoneſtus cum Albano Moguntiacum peruenit, dumque ibi prædicaret verbum Dei, Albanus diſcipulus eius martyrium expleuit, & ſepultus eſt iuxta ciuitatem.* Eadem omnia verba in ſuppoſititio ab annis circiter quingentis *Beda* (nam vacat genuinus) deſcribuntur, vt *Diocletianus* pro *Theodoſio* nominetur, & hoc plurimos decepit; vt, licet errorem eum eſſe vix dubitarent, ipſius tamen Bedæ eum eſſe crederent. Sequuntur autem ibi *Albanum* ſic prolixe laudatum primo loco ſancti *Rufus & Martia* cum elogio longiori: deinde nomina *Romanæ & Demetriæ.* *Bollandus*, in ſua ad Sanctorum Acta præfatione generali cap. IV, §. VII meminit alterius Martyrologii, quod S. Maximini maius vocare ſolet, quia ex illius monaſterii codice, ante quingentos annos exarato, nobis tranſcriptum fuit vna cum altero minori antiquiorique, & iſtud, licet nomen auctoris non adſcribatur, in multis tamen reperit ſimile MS. Sangallenſi, ſed ibi, nec primus nec ſolus *Albanus* legitur, neque cum elogio, ſed medius inter alios quatuor hoc modo: *In Africa Saturnini, in Cæſarea depoſitio Euſebii Epiſcopi*; in Mogun-

* alias Nauſia

* an perrexit?

non item in ſuppoſititio Beda,

aut MS. Trenirenſi, quod Rabani *non eſt.*

Edit. I *Moguntia S. Albani martyris ; in Sicilia ciuitate Rufini & Martiæ. Item in Africa Quiriaci & Apolinaris.* Quæ cum sint, vt vides, longe dissimillima; male illud diceretur Rabani ; esto alibi San-Maximianensis scriptor sæpius ac liberaliter
*p. 87 vsus eo sit. Cur autem etiam non hoc loco? * Fortassis, quia videbantur parum congrua illis, quæ ex *Gosvvini* prolixiori Legenda, tunc passim credebantur, de *S. Albano*, licet prorsus asystata.

Isti credimus, ex insula forsan Naxia,

3 Nos istæc omnia quantacunque verbositate exornata, nihil morantur, quin amplectamur inprimis illam, quam Rabanus offert, solidiorem certiorem que notitiam, in qua tamen dolemus, a librariis deprauatum nomen loci, vnde Mediolanum Sancti venerunt; *Namsiam* enim vel *Nansiam* aut *Nauseam* insulam nemo nouit; quamquam præsumere ex nominis affinitate possimus, legendum esse *Naxiam insulam:* quæ Cycladum vna est, antiquioribus *Naxus* dicta, vnde *Paulus Episcopus* τῆς Ναξίων πόλεως *ciuitatis Naxiorum* in concilio CP. act. V inuenitur subscriptus Mennæ Patriarchæ, sententiam contra hæreticos ferenti. Fueritne Episcopus *S. Theonestus*, id quod posteriores voluerunt, non ausim asseuerare; vti nec quod discipuli eius *Vrsus & Albanus* fuerint *Presbyteri.* Potuit absque illo charactere vir egregius & ecclesiastica aliqua dignitate inter Naxios Presbyteros conspicuus, causa negotii cum Theodosio Imperatore tractandi venisse Mediolanum, circa annum CCCLXXX vel CCCXC, vna cum duobus Clericis discipulis suis; exhortationeque S. Ambrosii, contra Arianos fortissime dimicantis, fuisse ad simile certamen animatus, directusque in Galliam. Hoc in conatu, cum Augustæ Prætoriæ in Salassiis martyrium subiisset *S. Vrsus*, de quo egimus I Februarii, tandem etiam peruenerit Moguntiam *Theonestus* post mortem *S. Maximi, ab Arianis hæreticis multas & atrocissimas insidias & persecutiones passi pro fide orthodoxa atque septies de ecclesia sua pulsi* (vti de eo scribit *Megenfridus*) Similia plane sustinebat *Episcopus Auræus*, & ipse aliquando eadem de causa exul, vti in Commentario leges, quem de illo collegimus XVI Iunii. Tum vero *Albanus*, vti iunior, sic & ad lacessendos hæreticos animosior, quam Theonestus, magistro suo præripuerit coronam martyrii, cuius causa tam solenniter a ciuibus colitur.

sub Theodosio *venisse* Albanum,

post mortem S. Maximi:

Ab eodem possunt credi versus,

4 Huic expositioni ad amussim conueniunt pictura & versus, inscripti in fronte sacelli domusque, in platea, quæ S. Petri dicitur, Moguntiæ stantis; ac primum quidem rythmo Germanico hic sensus exprimitur;

Albanus Sanctus hic requieuit,
Scisso cum capite agonem compleuit.

& eosdem adscribimus anno 404, & ætati S. Auræi *Episcopi,*

Versibus deinde latinis, annum Domini CCCCIV martyrio *Albani* assignantibus, neque a stylo & ætate Rabani multum abeuntibus, sic plenius explicatur tota res:

Post Christum natum, genus humanumque redemptum,
Orbe quater centum numerante & quatuor annos,
Dum tenet Imperii moderamina Honorius, vrbis
Sceptra Moguntinæ Auræus fert Præsul & exul,
Arius atque fidem labefactat schismate diro;
Aduenit sanctus longis Albanus *ab oris,*
Qui cum diuini constanter semina verbi
Spargeret, & veræ fidei conuinceret hostes,
Obrutus infida, pro Christi nomine, turba,
Hic capite ablato, passus requieuit, & ipsum
Ipsemet (o factum cunctis mirabile sæclis!)
Complexus propriis cælesti numine palmis,
Adportare locum meruit, valuitque sacratum:
Nunc vbi tam capitis, quam corporis ossa quiescunt.

5 Hic in medio depictus est *S. Albanus*, suum manibus caput gerens, ad eum scilicet modum, quo alias sæpe monuimus, pingi omnes martyres capite cæsos: nam talis mos occasionem dedit opinandi, eos reuera scisso capite ambulasse, ipsumque detulisse ad locum sepulturæ; quem popularem errorem nihil attinet pluribus hic arguere: potius addantur reliqui versus, picti ex altero Sancti latere.

ipso vbi decollatus creditur loco.

Hinc istud pietas olim construxit auorum Edit. I
Albano, *sacra decorans araque sacellum:* pag.
Aedibus hinc istis inscriptum nomen ad Hunum.
Nam iuxta historias, Albani *tempore passi*
Hunorum, quam lata patet Germania, sæuit
Gens, Moguntino sed tunc crudelius agro.
Ergo Moguntinis, Albane, *pie aduena quondam,*
Nunc cæli patriæ ciuis, Christique coheres,
Quæsumus exores patronus Cunctipotentem.

Ex hinc sequentium versuum defluxerant initia, solumque potuerant vltima hemistichia legi ac renouari; haud inepte forsitan sic integranda:

Viuat vt Otgarius *per sæcula nomine clarus,*
Atque Ludouico Dominus *sub Principe, nostras*
Perpetuo seruet, *benedicat, protegat ædes:*
Illisque & populo toti *cælestia secum*
Post vitæ finem, sine *fine habitacula donet.*

6 Ita suppleti versus significarent, scriptos se esse intra annum DCCCXXV, quo Rabani immediatus decessor *Otgarius* cathedræ Archiepiscopali admotus est; & annum DCCCXL, quo *Ludouicus* Pius excessit e viuis. Cum autem locus ipse vulgo nuncuparetur *ad Hun*, id est ad *Gallinam* (sic enim Germanis hodieque scribitur, quod pro dialectorum varietate aliis *Houn*, *Hin*, *Hen* exprimitur) placuit allusionem facere ad *Hunos*, Germaniæ depopulatores atque Moguntiæ vastatores, simulque indicare, martyrium *S. Albani* non adeo multum præcessisse martyrium *S. Auræi Episcopi* anno CCCCLI (vt putamus) cæsi sub Attila. Neque etiam alienum a verosimilitudine est, vel Auræum ab initio fere sæculi IV Episcopatum iniisse, eumque ad annos quinquaginta tenuisse, inter annuas fere barbarorum incursiones; quæ tandem cum excidio vrbis finem acceperint, vel extremis Honorii annis, circa CCCCXX Christi, primum Moguntiam applicuisse cum Theonesto *Albanum*, in auxilium diœcesis, grauissime ab Arianis afflictæ;

ad Hunnum dicto positi:

forsan tamen aliquanto serius passus est Sanctus,

cum ibi turbatissimus ecclesiæ status esset,

7 In vita S. Maximi, quam *Trithemius* in libro de viris illustribus compilauit ex Meginfredo, circa finem sæculi X Fuldensi chronologo dicitur, quod sub turbationibus ecclesiæ, quas ibi enumerat, & quarum bona pars ad Honorii Imperatoris tempora spectat, *multa Christianorum millia propter Catholicæ fidei confessionem ab infidelibus & hæreticis apud Moguntiam & in omnibus terminis eius crudeliter fuerunt occisa:* quorum apud mortales nulla penitus habetur memoria propter malitiam impiorum & penuriam fidelium scriptorum; nusquam satis in vrbibus & oppidis securi; quando & gladius vbique sæuiebat gentilium, insania & non minus perfidia inualuit hæreticorum. Nam etsi pacem videretur habere ecclesia ab istis, qui Romanis Principibus fuerunt subiecti, vt abnegare Christum iam nunc nemo compelleretur; Arianorum tamen in tantum eo tempore vesania præualuit, vt nihil, aut parum a persecutione gentium differret. Denique Franci, tam orientales, quam illi, qui ad ostia Rheni consederant, occidentales. Gothicæ quoque nationes & alii pagani, frequentes in Galliam motus & incursus facientes, Moguntiam, Coloniam, Treuirim, Wormatiam, Spiram, Argentinam, & alias trans Rhenum vrbes nimia crudelitate sæpius molestabant, nulli parcentes gradui, sexui, vel ætati.* * 88

priùs tamen, quam Attila rex Hunnorum anno 251 vrbem vastaret.

8 Ea erat, *S. Auræo* Episcopatum tenente, facies rerum: quæ cum tandem ad extremum vrbis, alias præpotentis, excidium ab Attila illatum prolapsæ scirentur, omnis illa inundantium paganorum multiplicitas cœpit in ore hominum sub nomine *Hunnorum* venire & posteris tradi sermone vulgi: itaque etiam *Albani* cædes ad eorundem tempus referri, etsi multis ante irruptionem Attilæ annis patrata. Interim hic notandum occurrit, quod cum *mœnia* prioris Moguntiæ per Hunnos euersæ *in campestri loco spatioso longius a Rheno distante fundata fuerint, vbi nunc est domus leprosorum & ecclesia sanctimonialium S. Mariæ, quæ* sacra vallis *dicitur*, vt scribit *Sigehardus* in actis S. Auræi, per verba a nobis relata num. 10; notandum, inquam, est, quod a veteri situ ciuitas defluxerit ad eum, in quo *Albanus* cæsus creditur, suburbanum tunc locum: cuius corpus & caput delatum deinde est ad vicinum montem, qui antiquitus a gentilibus nominabatur *mons Martis*, a tumulatis autem ibidem magno numero martyribus, Diocletiani forsitan æuo passis,

mons

Edit. I p. 88 *mons martyrum* cœpit appellari; nunc vero ab ecclesia & Abbatia, istic erecta circa finem VIII sæculi, *S. Albani mons* vocatur.

§. II *Vita a* Gosvvino *male consuta sub annum* MLXXII, *& a* Canisio *vulgata.*

Saculo XI vitam scribit Gosvvinus,

9 *Nicolaus Serarius* noster, lib. I rerum Moguntiacarum cap. XLVIII, num. IV, refutata *Henrici Canisii* coniectura, qua is, edita a se *S. Albani* Acta, *Sigehardo*, monacho Sant-Albanensi, tribuit, ei scilicet, qui dicitur auctor Actorum *Aurei & Iustinæ*, scriptorum sub annum MCCXCVII, *manuscriptorum*, inquit, *meorum optimus, clare ac designate illius* (vitæ) *auctorem pronuntiat* Gosvvinum, *duasque eius præfationes præfigit ... vnam ad Sigefridum, Archiepiscopum Moguntinum, alteram ad Bardonem, S. Albani Abbatem: vnde colligitur primo, scripsisse circa annum MLXXII, quod & postea in eo ipso anno confirmat idem MS. Deinde, videri quidem fuisse monachum, sed non monasterii S. Albani ... nam de Abbate Bardone, ipsique commisso monachorum cœtu ita loquitur, quasi suus neuter esset ... Quin & S. Albanum Bardonis quidem suique sodalitii patronum vocat, non autem suum; denique præfationem priorem sic orditur, vt in Episcopali monasterio Fratrem se esse indicet, his verbis:* "*Quamuis Christianæ religioni, ex sacri ordinis professione debeam, vt Deo & Sanctis eius omnibus orthodoxis humili deuotione inseruiam; tibi tamen, mi Pater sanctissime* (Sigefridum Archipræsulem alloquitur) *& ecclesiæ, cui auctore Christo præsides, speciali quadam seruitutis lege memet adiicio, & ad humilitatis iugum sub manu tua ceruicem mentis inclino ...* Hæc ille, apud præcitatum *Serarium*, apta *Canonicum* fortassis, potius quam *monachum*, significare, nisi idem *Serarius* nos docuisset cap. XVIII, *inter omnia monasteria primum & præexcellens fuisse, quod apud veteres* Episcopale *aut* maius, *aut* S. Martini *monasterium appellatur, hodie vero metropolitanum Canonicorum Collegium.*

S. Martini verosimiliter monachus,

cum duplici præfatione,

10 Præfationes ipsas, Canisio non visas, proferre in lucem operæ pretium non censuit *Serarius*; mihi vero, ipsas habenti ex Chronico Moguntino, olim per *Gamansium* communicato, necessarium est, eatenus saltem delibare vtramque, vt constet, cur & quomodo scribere auctor instituerit. Ac primo quidem *Antistiti Domino Sigefrido Archipræsuli, humilis frater Gosvvinus* apprecatus, *quidquid hominem Deo commendat acceptius*, post alia quædam sic progreditur. *Videns ergo Moguntiam, S. Albani martyris illustrari & patrocinio sustentari, neque vero vitam eius aut virtutes præter admodum pauca sacris codicibus contineri; quæsiui diligenter a senioribus loci, quidnam causæ esset, quod vir tantæ venerationis & martyr tanti nominis, debito munere careret; & ad salutem credentium, vita eius historico syrmate quærentibus non pateret? Qui cum simplici veritate exponerent, antiquo vrbis excidio, vel potius maiorum obsoleuisse desidia, & plura huiusmodi, quæ propter notam temporis supersedenda sunt; obnixe cœperunt rogare, vt quæ ipsi per tomos dispersa legissent, vel a maioribus tradita accepissent, adhibita cura in vnum colligerem & ad honorem beati martyris salutemque legentium literis memoriæque mandarem.*

I. *ad* Sigefridum Archiepiscopum I.

11 *Ego vero, cum paruam ingenii venam & tenuem spiritum, ad implendam hanc dicendi tubam, debita humilitate excusarem; tandem rogatu vel potius iussu venerabilis Bardonis Abbatis eiusdem loci* (*Bardonis nostri magni ab anno MXXXI ad L Archiepiscopi, tam propinquus genere, quam non dissimilis sanctitate, nam fratruelis eius erat*) *ipsius, inquam, iussu me ad stilum contuli, & quæ cana seniorum fide auctore didiceram, in vnum stilo subseruiente collegi, non quidem viribus meis innitens, sed in Spiritu sancto confidens; non de cothurnato turgentium verborum præsumens fastu, sed viuentis aquæ refici desiderans haustu. Magni quidem ponderis videbatur, tale quid vltra vires aggredi; quippe vbi scirem, si ad publicas prodiret aures, me a pluribus notatum iri: sed iterum ad constantiam animum roborabat reuerenda seniorum canities, annis matura, cygneo capite florida,* p. 89 *omnium prorsus auctoritate dignissima, quæ me* * *negantem vrgebat, obedientiæ stimulo renitentem trahebat, caritatis loro astringebat, nullam esse causam dicens, quæ me tantopere ab huiusmodi deterreret; cum pene omnis historia & chronica magis audita, quam visa denarret. Ita ergo nefas putans, huiusmodi non credere; ratum duxi, iubentibus parere, vnde & pedestrem prosaice, pro posse,*

docens, vnde scribenda collegerit;

texui historiam : in Antiphonis vero & Responsoriis harmoniacæ dulcedinis respersi melodiam. Edit. I p. 89

& quomodo? 12 *Quod siquis de fastis & chronicis quædam hic inserta causetur ; & cum martyris agonem & coronam texere debuerim, me potius chronographiæ vel topographiæ ostentaliter studere cachinnetur ; agnoscat* (eruditis) *auribus nil tale mirum videri ; cum sæpe veritas rerum colligi soleat ex congruentia locorum & ordine temporum. Quod si nos vlterius arguat, premens, hic aliter quædam ac in quibusdam historicis poni, nouerit, etiam sanctos Euangelistas, licet vnam loquerentur veritatem, quæ Christus est, non vno tamen modo vel eodem ordine cuncta digessisse, nec vnquam multas eiusdem rei scriptiones, omnibus & verbis & sententiis conuenisse.* Excusans deinde *Gosvvinus*, quod sumens ab ipsomet Christo exordium, irridendum se videatur proponere nonnullis, quasi

-- gemino bellum Troianum orditur ab ouo ;

& deprecans, ne *forte nobilis Moguntia stomachetur ; & quod ingenio tale quid cudendum non reliquerit, causetur* ; petit *& ipse pro indigena haberi* ; tandemque conuersus ad Archiepiscopum suum ; *Iamiam, Pater, ad te redeo*, inquit ; *ad te, cui totus innitor & suspicio, tu labenti porrige dexteram, errata corrige, hiantia supple, rescinde ambitiosa, commode dicta, patrone, suscipe gratiose : quidquid enim hic scriptum est, pro infecto indictoque habebitur, nisi vestra auctoritate roboretur.*

secunda ad Bardonem Abbatem. 13 Tum vero *theoretico Euangelicæ crucis baiulo, Domino Bardoni Abbati*, idem *frater* Gosvvinus *apprecans spiritu vivere, spiritu & ambulare vsque ad coronam gloriæ* ; profitetur, quod *hic diuinus martyr, etsi multa gesserit, per quæ notitia tanti nominis semper superstes viuat ; & ita miraculorum signis se vsquequaque diffuderit, vt vsque in finem mundi nulla obliuione obliterari metuat ; tamen præcipuis eius meritis etiam hæc debetur reuerentia, vt vita ad finem martyrii mandata literis omni posteritati in immortalem memoriam porrigatur .... Tersius ergo*, inquit, *scribentur, si quæ de tanto martyre narrauit antiquitas, si quæ in schedulis fidelium resperfit deuotio, quantum tunc temporis hæreticorum patiebatur immanitas* ; vt quandam passionem, licet modicam, ex tunc scriptam indicare videatur. Laudatur apud *Trithemium* in Chronico Hirsaugiensi circa annum Domini DCCCXCII *Rupertus monachus vndecumque doctissimus, Græce & Latine peritus, qui schola monachorum apud Moguntiam in monasterio S. Albani præsidens multa ingenii sui monumenta posteris reliquit : vitam quoque S. Albani metrice descripsit.* Id si verum est, hanc quoque vidisse & secutus esse potuit *Gosvvinus* ; sed vereor, ne Trithemium fefellerit nomen, eiusque vitæ autor sit alius longe iunior *Rupertus*, qui Gosvvini contextum metrice reddiderit sæculo XIII, vel etiam serius. Id vero pro certo iudicari debet, si de ea vita agit Trithemius, ex qua, vt superiori sæculo adhuc sibi lecta, licet a Serario nusquam inuenta, D. *Latomus* quidam, apud eundem Serarium pag. 276, descripsit leoninos hosce versus, sæculo vt summum XII excoli cœptos,

Collegit Gosvvinus sua ex vetustis schedulis,

non tamen ex metris Ruperti ipsomet iunioris,

Schismate sub tali solio de Pontificali
Pellitur electus, Romamque petit Theonestus.
Inde Moguntinam sedem deuenit opimam
Inclitus Albanus, fidei virtute probatus,
Exponendo fidem, sectas damnabat ibidem.

Infelix Historicus, 14 Verum quæcumque aut quandocunque scripta reperit *Gosvvinus*, in iisdem connectendis infelix admodum historicus fuit ; cum duos *Theonestos* : duosque *Albanos* locis plane dissitis, diuersissimisque temporibus mortuos in eandem conflauit personam. Nam quod ad *S. Theonestum* Albani Moguntini magistrum attinet (Germanice dictum *Sant-Thenaus*) is die XX Octobris colitur, ibidemque verosimiliter sicca morte est defunctus ; forte etiam tumulatus in sui nominis sacello, quod, vt *Serarius* docet lib. I cap. XXXI, *in Rheni ripa extra muros infra S. Martini arcem situm erat, eoque ibat e S. Petri templo frequenter processio, imo etiam maiorum pietas, festis maxime paschalibus, ad Emauntinorum discipulorum imitationem, vnde &* Emaus *vocabatur, forte a corrupto Germanico nomine*, maleque diuiso, quasi *Sant-Enaus* diceretur. *Theonestus* autem *Episcopus* cum sociis *Tabra* & *Tabratha*, ex Africa verosimiliter aduectus, Altinum, in Marchia Taruisina, tempore Wandalicæ persecutionis, vti & alii multi ad varia Italiæ loca, ibidem cum iisdem

Edit. I iisdem obiit ; euersaque ab Hunnis ciuitate translatus in ædem cathedralem Torcellensem, ibidem colitur XXII Nouembris ; similiter alius a Moguntino *Albanus*, neutrius *Theonesti* socius, isque *Episcopus*, habetur Burani, quæ est Veneticarum insularum vna, eodem tamen, quo Moguntinus, die colitur ; propter propriorum actorum defectum. Sed de hoc nihil videtur sciuisse Gosvvinus ; ab Altinensibus vero videtur mutuatus *Thabraham* & *Thabratham*, quos *Theonesto* suo socios peregrinationis iungeret, & Moguntia digressos simul faceret Altini martyrizari.

15 Nec felicior fuit in locorum discrimine. Nam *S. Vrsum*, de quo a de- *Topographus*, cessoribus meis actum I Februarii, quemque *Rabanus* ait, Mediolano in Gallias transire volentem, *in Augusta ciuitate* martyrio coronatum, *Augustam Prætoriam* intelligens, ipse traduxit *Augustam*, *primæ Rhetiæ* seu Vindeliciæ *vrbem*, quem errorem agnoscens eruditissimus *Marcus Velserus* rerum Augustanarum lib. VIII, ad annum CCCCXXV, *Vereor*, inquit, *nostrorum aliquos, nominis errore ductos* (dicere potuisset Moguntinensium scriptis deceptos) *de Vindelicorum vrbe perperam sint interpretati, quæ ad Prætoriam Salassiorum pertinent. Pro Prætoria enim argumenta non obscura sunt aliquot. Consultæ tabulæ ecclesiæ Buraniæ. . . . plane habent ciuitatem Augustam, quæ sita est ad radicem montis, qui dicitur Iouis. Deinde locuples auctor Antoninus in Itinerario, iter Mediolano Moguntiacum describens, Augustam Prætoriam quintæ mansionis loco posuit : tum antiquissimum ad eam monasterium* *p. 90 *titulo S. Vrsi* * *supereesse audio. Nobis contra neque itineris ratio suffragatur, neque vllam nostra ecclesia Vrsi memoriam retinet.* Iam porro quam alienum a verisimilitudine est, quod *Theonestus*, Philippopolis in Macedonia Episcopus (vrbis vtique mediterraneæ & LXX P. M. remotæ a litoribus maris Aegæi) dicatur in exilium missus a Rege Wandalorum in Africa dominantium? Hinc *Serarius* coniectat, *Hippensem* vel *Cipipensem* aut etiam *Hipponensem* in Africa Episcopum fuisse *Theonestum*, quod vt de illo valeat, quem tempore Wandalicæ persecutionis sub Hunerico Rege Altinum credimus appulisse ; sua tamen non caret difficultate ; eo quod, licet *Hippam* & *Cipipam* Ptolemæus nominet, & *Hipponensem* Episcopum sciamus fuisse Augustinum, probare tamen nequeamus eas vrbes fuisse Episcopales, quando Victor Vitensis omnes Africæ ecclesias enumerauit, quarum Episcopi Catholici anno CCCCLXXXVI Carthaginem conuenerunt, cum Arianis disputaturi, nominatis etiam cathedris, quæ tum forte vacabant : vt oporteat tria illa loca, si omnia erant Episcopalia, habuisse Antistites Arianos anno illo, atque adeo *Theonestum*, si ex earum aliqua pulsus aduenit, sub Geiserico, Hunerici patre, pulsum fuisse ante plures annos.

16 Sed omnem priorum confusionum absurditatem vincit confusio tempo- *& Chronologus.* rum, dum in exilium missus ab Hunerico, Christianos Præsules Clericosque in Africa persequente ab anno CCCCLXXVI ad CCCCLXXXV, dicitur confugisse Romam ad *S. Leonem Papam*, qui rexit ecclesiam ab anno CCCCXL ad CCCCLXI, indeque ad *S. Ambrosium*, qui obiit, vt minimum, anno CCCXCVII ; mox vero ad *Sigismundum*, Regem Burgundionum Catholicum, abiisse : qui post annum quingentesimum ad huius fidem primum se contulit ; ab hoc deinde ad *S. Paulinum Treuirensem*, qui iuxta *S. Hieronymum* in Chronico mortuus est anno Constantis XXI, id est, CCCLVIII anno Christi ; vt ducentorum fere annorum ambitum vnius *Albani* non admodum senis aut potius adhuc iuuenis vita sic explicata comprehendat. Omittimus ergo ista tam male cohærentia, omittimus etiam illius vitæ compendium, quod ex MS. Windbergensi consequenter exhibet *Canisius* ; vbi in principio, loco *irruptionis Hunerici*, scribitur, nomen *piissimi Regis Honorii, Persarum atque Medorum & Wandalorum gentis*, cuius iussu *dum Carthagine synodus congregaretur, tam fidelium quam Arianorum sexcenti septuaginta Episcopi conuenerunt, inter quos vir valde egregius Theonestus, a Philippis expulsus, & propria sede priuatus, pro certamine fidei indiuiduæ & sanctæ Trinitatis, peregrinationis causa Romam venit.* Licet eius nomen, vt dictum est, nusquam inueniatur in accuratissimo *Victoris Vitensis* catalogo, Præsulum omnium Catholicorum, qui istic comparuerunt, nomina referente.

§. III Ecclesia & monasterium S. Albani, eiusque ad præsentem ætatem fortuna. Sancti ipsius reliquiæ.

Edit. I

Post restauratam urbem &

17 Veniamus tandem aliquando ad ea, quæ post *S. Albani* mortem, vrbisque Moguntinæ instaurationem, & institutionem Archiepiscopatus Moguntini gesta, certiori testimonio scire *Gosvvinus* potuit: atque his verbis ab eo referuntur: *Post eam persecutionem, quam in vltionem huius sceleris & hæreticæ impietatis sub Attila rege Hunnorum cælesti iudicio factam supra retulimus; cum ecclesiis reddita esset pax, Sanctorum precibus diuinæ animaduersionis iram propitiantibus,*

crebrescentibus ad tumbam S. Albani miraculis,

S. Albani tumba cœpit miraculis celebrari & multo populorum frequentari conuentu, quia videbant, qualiter Dominus Sanctum mirificaret, & quomodo magnificentiam suam in eo exaltaret; videbant enim inibi eius florere orationes, coruscare virtutes, eius meritis multa petentibus præstari beneficia, infirmantibus sanitatem donari. Omnis, qui ad eum de quacunque tribulatione clamaturus ingrediebatur, protinus impetrata consolatione lætus regrediebatur. Videbant ibi illuminari cæcos, in solidos gressus erigi claudos, & omnium membrorum dolores in pristinam sanitatem reuocari. Inde Christiani religione ducti, prout tunc temporis erat copia, super sacrum cinerem paruæ molis ecclesiam fabricant, altare dedicant, eius se patrocinio commendantes, sancti corporis loculum præ omnibus venerantes.

adificatur super ipsam ecclesiola,

quam Richulfus Archiepiscopus amplificans ac dotans,

18 *Aliquanti processu temporis euoluto, cum iam ciuitas ad integrum esset renouata & Christiana religio tam catholice quam canonice ad plenum redintegrata; Venerabilis Richolfus, a Præsulatu magni Bonifacii sanctæ Moguntinæ sedis Archiepiscopus tertius, sicut videbat locum egregii martyris miraculis coruscare, ita hunc fabricis & aliis diuinis cultibus aggressus est honorare; fundans primo basilicam tanto martyri condebitam, cuius fabricæ modum & structuram, quia promptum est oculis cernere, non est opus chartis intexere; estque superfluum, vt literis vel lectione depingatur, cuius facie vel specie omnis ingrediens delectatur. Super sacrum vero cinerem mausoleum erexit, quod auro, argento ac gemmis vestiens diligenter vndique decorauit; addidit præterea quoque, in cultum sanctuarii & in ministerium altaris, vasa aurea & argentea, sacris ministeriis idonea, sacras etiam vestes, diuinis officiis, prout tempus dictat, competentes. Constituxit etiam ibidem omnes vitæ regularis officinas, quas voluit seruorum Dei in loco illo degentium, ad perpetes martyris excubias, esse receptacula, vt eius suffragantibus meritis recipiant eum in æterna tabernacula. Obtulit insuper sancto martyri, adsumptus Deo famulantium, prædia villasque & ecclesiarum decimas, quas sancto altari eius rata adstipulatione firmauit, scriptisque testamentis perpetua stabilitate legauit.*

eidem addidit monasterium.

Illa dedicatio fuit an 804 1 Decembris,

19 Hinc inter ædis istius rudera, lapis repertus est sic inscriptus:

Antistes humilis Richulf hanc condidit aulam,
Martyris Albani nomine namque sacram:
Hanc quoque fulgenti iussit vestire metallo,
Cum titulis, ara, cumque decore sacro.
Perpetuam cuius mercedem, Christe, laboris,
Albani precibus, cui, rogo, redde pie.

Iuxta adiacebat hæc describenti lapis alius, completi operis tempus sic denotans: *Ecclesia hæc est consecrata in honorem sancti Saluatoris Domini nostri Iesu Christi Kal. Decembris anno incarnationis ipsius DCCCV, indictione XIII.* vbi annus Dionysianus notatur, nouem mensibus Ianuarium præueniens, & intelligitur annus DCCCIV, Septembri * mense numerare incipiens indictionem, quando litera Dominicalis F ostendit Dominicam primam Aduentus, idoneam tali actui concurrisse cum I die mensis. Quod autem iam antea aliqua saltem ecclesiola ibidem fuerit, testantur hi versus, apud *Serarium* lib. I cap. XXX, forte inuenti apud *Latomum* ex S. Albani vita metrica, de qua supra, hi videlicet: *p. 91

Dominica Aduentus.

Martyris Albani renouauit culmina Richolf,
Antistes humilis, Christi deuotus amore,
Exornans aram pretiosis atque metallis.

20 Pergit porro *Gosvvinus: Idem ergo venerabilis locus in tanta celebritate cœpit*

Edit. I p. 91 *cœpit haberi, vt non tantum eiusdem regiæ vrbis Pontifices, verum etiam regni primores, cum defungerentur, non alibi se sepeliri poscerent, sicut in argumentum fidei intra & circa ecclesiam quoquouersum extant mausolea, singulorum nomen & obitus diem titulis designantia.* Ex his apud *Serarium* reperiuntur epitaphia, primum *Richulfi* pag. 616; tum successoris *Haistulfi* pag. 619; *Otgarii* pag. 623; *Rabani* pag. 651; *Caroli* pag. 654; sequentis *Luitperti*, licet ibidem sepulti, vel nullum epitaphium extitit, vel abolitum excidit memoriæ: *Zunzonis* seu *Sonderoldi* anno DCCCXCI, VI Kalend. Iulii a Normannis Wormatiæ martyrizati, atque ad S. Albanum delati, monumentum vide apud eundem *Serarium* pag. 668. De *Hattonis* sepultura nihil liquet. Post hunc, ecclesiam suscepit *Hildebertus*, cui ad laudem adscribit *Trithemius*, vbi de S. Maximo, quod *anno Dominicæ incarnationis DCCC XXXV, indictione Romanorum VIII, die mensis Martii quarta decima, decem ecclesiæ Moguntinæ Pontificum ossa* (eorum scilicet, qui sub Romanis illam rexerunt) *de capella diui Hilarii solenni cum processione cleri & populi ad ecclesiam monasterii diui martyris Albani transtulit & in choro summa cum reuerentia locauit.* Sequuntur porro ibidem sepultorum epitaphia, *Friderici*, pag. 685; *Wilhelmi*, pag. 689; *Hattonis* II, pag. 695 *Rupertus*, *Willigisius*, *Erkenboldus*, *Aribo*, *Bardo*, *Luidboldus*, & ipse denique, cui librum suum *Gosuuinus* inscribit, *Sigefridus* alibi sepulturam sunt nacti.

Exinde plures illic sepulti Archiepiscopi,

item ab anno 935, primi X Episcopi sancti,

21 Principum sæcularium ibidem sepultorum meminisse superfluum esse censuit auctor, quando pro omnibus aliis ad ornamentum loci sufficere poterat, quod, vt prosequitur ipse, *potentissimus ille Carolus Magnus & orthodoxus Imperator, cum Fastrada coniux eius apud Franckenfurt diem obiisset, tam nobile funus ad monasterium S. Albani præcepit deferri, & in Aquilonari vestibulo ante altare Apostolorum terræ fecit mandari. Argumento est titulus monumenti eius in eiusdem vestibuli pariete intra fornicem descriptus, pro cuius animæ remedio quædam sancto martyri prædia contulit Carolus, vnde hodieque fratribus ministrantur diatæ.* Titulum istum nunquam nunc reperias; credo, quia ruinam passus est fornix, post ætatem Gosuuini, sæculo forsitan XII vel XIII, quando aliud epitaphium & alio forsan loco substitutum est, Leoninis ex parte versibus (quorum tunc vsus primum cœperat) sic adscriptus.

item prater alios proceres, Fastradana Regina,

pro cuius primo epita; hio, positum aliud adhuc superest,

Fastradana pia Caroli coniunx vocitata,
Christo dilecta, iacet hoc sub marmore tecta
Anno septingentesimo nonagesimo quarto,
Quem numerum metro claudere Musa negat,
*Rex pie, quem gessit virgo, licet hic * requiescit*
Spiritus hæres sit patriæ, quæ tristia nescit.
A & Ω.

* cinereſcit.

22 Atque hoc ibi sic perstitisse credo vsque ad annum MDLIII *, quando fax illa Germaniæ, Albertus Brandeburgicus, mense Augusto depulsus Francofurto, quod obsederat, *omne in vicinam Moguntiam iræ furorisque virus effudit, eamque nemine resistente ingressus, templa sacrilege spoliauit, S. Martini arcem, quæ Archiepiscopi domicilium erat, nefarie incendit, simulque die XXIII, pridie S. Bartholomæi nobilissima templa S. Albani, S. Victoris, S. Crucis, & Carthusiani,* vt ait *Serarius* pag. 920. Eo digresso, vrbeque recepta, tum alia forte plura vetera monumenta in vrbem allata ex *monte S. Albani* sunt, tum illud in primis, quod dixi, Fastradanæ epitaphium, in æde summa prope ostium ad Australem ingressum super columnam collocatum est; addito hoc recentiori epigrammate, rei gestæ teste;

post annum 1553, translatum ad Metropolitanam,

Quæ Fastradanæ coram monumenta tueris,
Haud isto primum fixa fuere loco:
Aede sed Albano sacra, casisque propinqua
Martyribus, claro vertice collis erat.
Nunc ea quod periit flammis hostilibus ædes,
Mota locis zelo sunt monumenta pio.

23 Sacris corporibus factum quid sit, licet non indicet *Serarius*, ex paucis tamen illis reliquiis, quas visu audituque cognitas sibi scribit lib. I cap. XVII, intel-

* leg. MDLII.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quando etiam caput Sancti illatum in vrbem est;

ligas; plerasque ruinis loci inuolutas flammisque consumptas periisse. Ibi primo loco nominatur *caput S. Albani*, tum alia insignia lipsana, vndecim numerantur, illustrium Sanctorum omnia, quæ *reliquiæ, cum ob bella & incendia repositæ a S. Albani Dominis in sancti Ignatii parochiali templo fuissent, inuentæ nuper sunt* (puta sub exitum præteriti aut initium currentis sæculi; nam anno MDCIV sua edidit *Serarius*) *ab Admodum Reuerendo & Nobili Domino, summi templi Canonico Capitulari, Wolfgango ab Heusenstam, cum aliis aliquot antiquitatis monumentis.* Edit. I p. 91

vbi etiam nunc est apud Canonicos S. Albani, *non* Monachii.

Neque de capitis illius veritate cuiquam dubium moueat Namurcensis quidam scriptor, ex occasione quod diœcesis illius patronus quoque *S. Albanus* sit, eius historiam percurrens, atque affirmans, quod anno MDXCIX huius *S. Albani caput* viderit Monachii in Ducis Alberti sacello: re enim examinata existimat *Serarius* pag. 276, quod vel ille *aliud caput sacrum viderit, nomenque ipsi aut male indicauerit Mystagogus, aut bene indicatum memoria exciderit; Nam hoc*, inquit, *Moguntiæ asseruatur ab ipsis S. Albani Dominis, & quidem nunc in Prædicatorum templo, vbi sacra sua peragunt, quod non oculis tantum, sed & osculis etiam tangere, manibusque versare, licet indigno, datum sæpius.* Ita ille Dominos appellans, quia, vt ante dixerat pag. 110, quod prius fuerat cœnobium monachorum *vsque ad annum MCCCCXIX, Martini Pontificis concessu in Canonicorum collegium demigrauit:* qui, destructo licet loco, *suis adhuc fruuntur reditibus, diuinumque suum cultum, psalmodiis, sacrisque Missarum liturgiis obeunt in Prædicatorum templo* prædicto.

Destructa ab hæreticis ecclesia.

* 24 Albaniani templi, cum scriberet *Serarius*, *tantummodo parietinæ* supererant, vt tamen, inquit, *de sanctuario aliquo ibidem restaurando sperare liceat, facit Rev. & Nob. Domini Decani Eberhardi ab Heusenstam pietas, & hodierni Archiepiscopi* Ioannis Svvichardi a Cronberg anno ipso MDCIV ordinati, *qui ante electionem suam illic fuit Præpositus*, aliorumque multorum munificentia; neque vana spes ea fuit; nam cum anno MDCXXXI Gustauus Adolphus Rex Sueciæ occuparet vrbem, iam tum stabat perfectus chorus insignis, aliaque ædificia sacra, qualia videre est in *Matthæi Meriani* Topographia Moguntina anni MDCLVI; sed inclusa aggeribus nouæ ac primariæ arcis, ad meridionale vrbis latus structæ; quo ex tempore credibile est multum decessisse de loci religione propter morositatem præsidiarii militis portas obseruantis. * 92

Alia eiusdem Sancti est Namurci,

25 Felicior fuit alterius Albanianæ ecclesiæ conditio Namurci. Hæc originis tam antiquæ, vt initium ignoretur, cum frequentibus publicæ rei conuersionibus vel esset collapsa, vel ruinam minaretur, sub Adelberto seu Alberto Comite resurrexit in Collegialem Canonicam; & parentum nostrorum memoria sub Philippo II Hispaniarum Rege facta est etiam Cathedralis, instituto illic Episcopatu.

sæculo XI facta Collegiata, nunc Cathedralis;

Io. Baptista Gramayus in historia Namurcensi p. 46 secundam & meliorem fundationem sic describit. *Albertus Comes Reginaldo Episcopo Leodiensi (ab anno MXXV ad MXXXVI) contra Odonem Comitem Campaniæ opem tulit; vbi dum in confertas hostium turmas ruit intrepidus, occubuisse traditus est. Sed inter cadauera latens ignotus, voto concepto se martyris Albani ædem restauraturum, incolumis ad suos remeauit. Et voti reus, consilio imprimis Friderici tum Leodiensis Archidiaconi, postea Pontificis* (sub nomine Stephani Papæ IX) *cæpit templum reparare & loco monachorum substituere Canonicos.* Ita *Gramayus*, ad marginem notans, quod opus anno MXLVII cœpit prædictus Comes Albertus; perfecit MLV. Huius & Episcopi Friderici operæ imputat *Arnoldus Raissius* in Gazophylacio Belgico, quod Moguntia impetratæ sint *S. Albani reliquiæ.* Neutrum nominat instrumentum donationis, ab eodem *Raissio* sic expressum.

huius Canonici, stabilita cum Moguntinis fraternitate,

26 *Wilhelmus Dei gratia Abbas S. Albani in Moguntia, totusque eiusdem loci conuentus, dilectis in Christo fratribus Canonicis S. Albani de Namurco salutem cum sincera & fraternæ dilectionis perpetuitate. Cum peruenissent ad nos viri venerabiles, Decanus & alii vestri Canonici; & per eos intellexissemus, ecclesiam vestram in honorem glorioſi martyris Albani patroni nostri specialiter esse fundatam; ipsis de reliquiis dicti martyris cum humilitate petentibus, petitioni eorum iustissimæ animo libenti duximus annuere; & inter ceteras reliquias, vt ecclesia vestra eo solenniori habeatur in veneratione, æternæ fraternitatis ducti dulcedine, de pretiosissimi martyris capite partem ad vos per viros prædictos transmisimus, & fraternam sinceritatem, corpore & animo, perpetua conseruandam stabilitate, ordinauimus. Vnde*

particulam capitis acceperunt:

frater-

Edit. I p. 92 *fraternitatem veſtram, pro ſalute animarum veſtrarum, modis omnibus monemus & rogamus, quatenus reliquias, quas ad vos transmittimus, cum timore Dei & reuerentia hominum, & fraternitatem inter nos in Domino ordinatam ſine intermiſſione ſeruetis.* Auctor *Sanctuarii Namurcenſis*, editi anno MDCXIX, annis nouem ante editionem Gazophylacii præcitati, Sanctorum & Sanctarum Namurcenſis Comitatus epitomen auſpicatur a *S. Albano*, & addit: *Pars cranii eius habetur in æde principe, argentea incluſa ſtatua*: de quo nolim dubitare, cum id nihil officiat veritati eius capitis, quod etiamnum Moguntiæ aſſeruatur; ſed cum ſubiungit, quod *eiuſdem coxendicis partem ſat notabilem habet Namurcenſe Societatis Ieſu collegium*, tunc apud me fidem inueniet, cum ſimiles Moguntini Capitulicam donantis literas videro: alias verebor, ne Roma vel aliunde allatum os aliquod ſacrum ſub nomine *S. Albani martyris*, habeatur pro oſſe *Albani* eiuſdem, ex cuius capite ſolum pars aliqua, eaque forſitan perquam exigua eſt in Cathedrali.

an os coxendicis in noſtro ibi collegio?

§. IV *De ſanctis* Albano Epiſcopo & Dominico *martyribus*, Burani *apud Venetos quieſcentibus: deque alio* Albano *fictitio.*

27 Cum adeo celebris eſſet *S. Albanus martyr* apud *Moguntiam*,

Quæ caput eſt regni Francorum maxima genti,

vt loquitur poeta, metricæ vitæ auctor, ex *Latomo* apud *Serarium* allegatus; iamque haberetur & late diuulgaretur vita, per Goſvvinum exornata; pronum fuit, vt quicumque alii *Albanum*, vel *Theoneſtum* aliquem *martyrem* apud ſe inuenirent ſolo nomine notos, eis applicarent iſtam Moguntia acceptam Legendam. Id imprimis fecerunt Torcellenſes, receptis ad ſe Altino corporibus *SS. Theoneſti Epiſcopi, Tabræ & Tabrathæ Diaconorum* eius, quos illuc ex Africa appulſos, confeſſoresque potius, quam martyres defunctos, facile concipimus: quod autem iidem *a Philippenſibus egreſſi ex inſula Nauſia*, Roma viſitata, Ambroſioque Mediolani ſalutato, *Gallias prædicando tranſierunt, veneruntque ad regem Roſimundum* (virum forte eis factum ex *Roſimunda*, Alboini Longobardorum regis ſæculo VI vxore) non magis credam, quam quod ſociis *Vrſo Clerico* Auguſtæ, & *Albano Coepiſcopo* Moguntiæ amiſſis, ipſi *ibidem* Moguntiæ *multa cæde mactati in naui perforata miſſi ſunt... ſed Dei virtute reſtaurata nauicula ..... deuenerunt Altinum*, ſicuti ex Torcellenſium ſcripturis narrat *Petrus* de *Natalibus* lib. X cap. XCVIII. Id enim æque abſonum, quam ſi dicas Alpes nauigatas. Nam quæ naualis communicatio Moguntiæ, ad Rhenum ſitæ, concipi poteſt cum Altino, in litore maris Adriatici haud procul a Venetiis poſita? Cetera ad iſtorum patronorum Torcellenſium diem, ſcilicet *X Kal. Decembris*, quo Altini cum ſociis paſſus dicitur *Theoneſtus* iſte, reſeruamus expendenda.

vita a Goſvvino Moguntia ſcripta,

applicata Torcellenſium patrono Theoneſto *& ſociis,*

pro. 23 Nov.


28 In eodem maris ſinu *Buranum* eſt, ab dominatrice Venetorum vrbe P. M. V, vnico autem diſſitum Altino; cuius Borealem partem reſpiciens, nomen etiam inde traxiſſe dicitur, quaſi *Boreanum*. Huc, vt ſcribit *Petrus de Natalibus* lib. V cap. CXXXIII, *translata ſanctorum duorum martyrum Vrſi & Albani corpora, ibidem tumulata ſeruantur: ibique & corpus iacet tertii martyris ſancti Dominici monachi, qui quamuis in iſtorum paſſione non reperiatur ſpecialiter* * *nominatus, ab incolis tamen ipſius loci conſocius Albani & Vrſi fuiſſe dicitur & cum eisdem pro Chriſti nomine creditur martyrio coronatus*; moxque addit *Petrus: Paſſio horum martyrum ibidem agitur XI Kalend. Iulii:* vt appareat, non alium ibi diem ſciri, quam quo Moguntiæ paſſus eſt *S. Albanus*, alio prorſus loco, anno ac die, quam eius ſocius *Vrſus*. De talibus conciliandis nihil ſollicitus fuit *Nicolaus de Caſtro Taglia-Petra* (ſic enim interpretor cognomen, quod ipſe ſcribit Italice, *da Ca Taia piera*) *primicerius Torcellenſis*, qui ſub titulo *Catholici peregrinantis anno MDCXXX Italice edidit, Vitam S. Albani, Epiſcopi martyris, cuius corpus Burani requieſcit in parochiali S. Martini eccleſia.* Hic poſtquam eleganter, vt potuit, prætacta omnia conſarcinaſſet, ſolum ait, *ex maiorum traditione* haberi, *quod prædictorum trium Sanctorum corpora, intra grandem ex ſolido ſaxo arcam, illuc miraculoſe affluxerunt ſuper aquas; quæ arca ibidem etiamnum ſeruetur, cum operculo ſuo, ſimul cum laterculo marmoreo intra ipſam reperto, atque ſic inſcripto barbare ſatis, Albani Epiſcopi, Dominicus Heremita, ambo vna hora occiſi fuere pro Chriſti fide.*

& Buranenſium S. Albano Epiſcopo martyri,

ſocio S. Dominici Erem. M.

sicut in laterculo sepulcrali,

29 Hæc vt distinctius apparerent, rogaui vnum ex Patribus nostris Venetis, *Ioannem Baptistam Romaniolum*, vt Buranum excurrens ipsum laterculum nobis exacte delinearet ac describeret totum, quod sua ipse manu diligentissime fecit hoc modo. Edit. I P. 93



Idem monuit, marmor totum candidum ac læue esse, nisi quod interior fundus tantum deprimatur infra extremum latiorem limbum, quantum opus est, vt ab eo tantundem extent duo minores laterculi, quorum alteri inscribitur *Albani* nomen, sed characteribus (quod mireris) inuersis, alter purus relinquitur; latus etiam dextrum limbi non nihil obfuscatum ætate est, sicut & laterculus inferior extrema sui ad dexteram parte.

veluti contra omnem verisimilitudinem allati Moguntia.

30 His bene consideratis, poterat prælaudatus *Nicolaus da Ca Taia-piera* intellexisse, quod sicut in actis *S. Albani & Vrsi*, quantumcunque deprauatis, testante ipsomet *Petro de Natalibus*, nulla habetur mentio *Dominici*, sic in laterculo Sanctorum corporibus appositio nullus nominetur *Vrsus*, nec quidquam Burani monstretur, quod proprie ipsius sit, aut fidem faciat plus quam duorum corporum, adeoque solum ideo ab imperitis Burani incolis iungi *Albano Vrsum*, vt idem ille esse credatur, qui Moguntiæ colitur, licet ibi vt summum colatur tanquam *Presbyter*, cum titulus prænotatus expresse vocet *Episcopum*, illum qui Buranum allatus est. Tali autem, qualis præfertur, modo allatum eum reuera esse cum *Dominico*, ægre mihi persuadebunt homines, tam parum solida traditione nixi. Videat lector, quæ scripsi XXVII Maii de *S. Liberio*, Anconæ ad idem Adriaticum mare patrono, cuius corpus ibi dicitur per fictionem nihilo minus absurdam, fuisse conditum in arca, a Sanctis quatuor coronatis fabricata iuxta Euphratem, eumque in finem per mare miraculose aduecta Anconitano littore. Quam enim hoc nihil fidei meretur, tam omnem verisimilitudinem superat, quod Moguntia *Buranum* affluxerit arca istæc lapidea, quæ simili fide dici potuisset trans alpes per aërem aduolasse. Si diuinandum est, coniectauerim ego, sub Iconomachis simul passos alicubi in Thracia, vel Macedonia, aut Epiro, similiue Constantinopolitani imperii prouincia, *Albanum Episcopum & Dominicum Eremitam*, quorum corpora alicubi reperta, sicut & multa alia, Veneti aduexerint, cum eo imperio Latini potirentur: allatis autem arcam istam comparauerint Buranenses, posuerintque in ecclesia sua parochiali, cum tunc pariter sculpto latine laterculo iuxta notitiam in loco, vbi primitus colebantur, vel ex simili Græco titulo obiter acceptam.

Eorum corpora ibidem decentius in altaribus

31 Ipsam ecclesiam idem *Nicolaus* ait, nouo opere reædificatam, non minus pulchram, quam sumptuosam, si quidem conferatur cum paupertate incolarum: vnde nec reditus vllos certos habeat, sed conseruatur ornaturque ex meris eleemosynis, quæ istic a vulgo fideli minutim quidem, *sed crebro offeruntur*; *Nunc autem*, inquit, *Confratres sodalitatis, istic in honorem prædictorum Sanctorum instituta, sub patrocinio Illustrissimi ac Reuerendissimi D. Marci Zeni Episcopi Torcellensis, qui abundantia munificentiæ supplens inopis populi defectum, curauit sacris ossibus ædificandum altare, nulli circumiacentium ecclesiarum cessurum, vt nihil minus honoris illa*

Edit. I *illa habeant Burani, quam Torcellis habent corpora SS. Theoneſti, Thabræ, Thabratæ, Heliodori, Liberalis, aliorumque ſanctorum martyrum & confeſſorum, collocata in altaribus, pia liberalitate Antonii Grimani, prius Epiſcopi Torcellenſis, poſtea Aquileienſis Patriarchæ, fabricatis; intra quæ idem eius ſucceſſor Marcus ipſa feſtiuiſſime tranſtulit*; Idem Burani factum intelligo, ex epiſtola prælaudati *P. Romanioli*, ſic ſcribentis : *SS. Albani & Dominici corpora* (ex vulgi errore additur etiam Vrſi) *ſeruantur in capella grandi, erecta ad cornu Euangelii altaris maioris, in qua & feſtum cum ſolenni muſica celebratur, cuius vigilia a plerisque cum ieiunio obſeruatur, nullo licet præcepto cogente.* collocata hoc ſæculo. Feſti cultus.

32 *Memorabilis autem omnino caſus hoc ipſo anno MDCXCI accidit. Solebat Buranenſis iuuentus antiquo vſu partem feſti poſtmeridianam impendere choreis in area ante templum patente ducendis; id cum nouo eius loci Parocho incongruum videretur, oratorem, qui mane dicturus ad concionem erat, rogauit, abuſum iſtum increpare acrius & Parochi nomine prohibere; adfuit nihilominus a prandio tripudiatura iuuentus, cum turba fidicinum; & ecce, erecta medio foro malus, ſupra columnam firmiſſimam cum vexillo communitatis, ſubito ruit, ſuoque lapſu* *p. 94 *tres perſonas contriuit, contritura facile quinquaginta, ſi ſolito numero tunc accurriſſet ad ſpectaculum populus. Res autem eo magis omnes conterruit, quod ipſa columna, cui infixa malus erat, per medium fiſſa diſſilierit, cælo prorſus ſereno & absque vento. Hoc etiam anno circa exitum Septembris, ad noua fundamenta pone eccleſiam domus noſtræ profeſſæ, applicuit cymba, Burano aduecta, cum eius loci inquilinis aliquot. Hi, dum inter exſcendendum inter ſe iocantur, quæſiuit eorum vnus, Græcusne an Italus S. Albanus fuerit? & ſubito in aquas labens videri deſiit: corpus autem diu quæſitum a piſcatoribus, licet mare iſtic vix mediam hominis ſtaturam altitudine ſua æquet, nusquam comparuit, quo certius iudicaretur, vindictam eam diuinam fuiſſe.* Hactenus *P. Romaniolus. Ferrarius*, in generali catalogo Sanctorum in Romano martyrologio deſideratorum ita ſcribit: *Torcelli ſanctorum martyrum Dominici Eremitæ Armeni* (quam eius originem vnde acceperit, non diuino) *& Vrſi, ſocii S. Albani martyris*; in notis autem allegat *tabulas eccleſiæ Torcellenſis, in qua corpora ipſorum habentur eo translata.* Interim neutro in catalogo accenſet Sanctis Italiæ *Albanum*, cum quo *Dominicum* haberi apud Buranum conſtat: *Vrſum* autem nec ibi, nec *Torcelli*, ſed *Auguſtæ Prætoriæ.* Choreas ſub eo ducentes puniti, item iocatus in S. Albanum, Ferrarii errores.

33 Nunc quid de altero illo *S. Albano* martyre dicemus, quem *Petrus Merſæus Cratepolius* in libro *de ſanctis Germaniæ*, diſpoſitis alphabetico ordine, priorem illo *S. Theoneſti* diſcipulo facit, Legendam eius compendio tradens? *Iſte*, inquit *Serarius* pag. 274, *hodie prorſus ignotus eſt, & eum bonus ille auctor vndenam exſculpſerit, neſcio.* Sciuiſſet, ſi Petri catalogum habuiſſet: ibi enim lib. I cap. XVI inueniſſet Legendam prolixiorem, ſed oppido fabuloſam. Quia porro idem *Serarius* dicit, quod talis, *non in templi monumentis & ſchedis, non in ritualibus libris, non in edictis aut ſcriptis manu codicibus, non in hominum etiam ſermonibus & memoriis vllis Moguntiæ reperitur*; mirari ſatis nequeo quomodo de eius ibidem, vt publice notiſſimo cultu, fingere potuerit auctor a Petro deſcriptus, quod, ſicut ibi in fine legitur, *relicto regno* (Hungariæ) *factus Anachoreta & peregrinus, apud civitatem Moguntiam in nemore a latronibus paganis inuentus, dum ſe Chriſtianum diceret, iugulatus eſt; corpus quoque in flumine iactatum eſt. quo curſu fluminis ad molendinum delato, dum filia militis cuiusdam leproſa in flumine balnearet, repente a lepra mundatur. Quod cum admirans deferret in vrbe, multi leproſi venientes, & ſe in amnem tingentes, mundabantur, & mirantibus cunctis, vnde talem aqua virtutem haberet perquirentes, corpus martyris inuenerunt: & reperta pyxide* de collo ſuſpenſa, *vitaque* inibi incluſa *perlecta*, Deo gratias agentes, corpus cum honore ad ciuitatem *portantes venerabiliter condiderunt Kalendis Decembris, vbi & quieſcit miraculis clarus.* Alius Albanus martyr occiſus prope Moguntiam a latronibus, qui dicitur coli 1 Decembr.

34 Sic deſcripta a *Petro de Natalibus* vita, in eius opere, ſicut ipſum habemus impreſſum Vicentiæ anno MCCCCXCV, ſesquicolumnam implet, adeoque compendium duntaxat eſt alterius prolixioris, quam a ſe repertam indicarunt *Belleforeſtius* & *Balbinus* noſter; & *Belleforeſtius* quidem iam olim Bollando, in MS. quodam Gallicano, *Balbinus* vero mihi ſub annum MDCLXXI, ex MS. Codice in Bohemia, hoc vterque principio : *fuit olim in partibus Aquilonis homo potens & nobilis*; fine autem tali : *Da nobis ergo, Domine, compunctionis* inuenitur apud Petrum de Natalibus, ex legendariis MS.

gratiam, laborum tolerantiam, efficaciam pœnitendi, vt per exemplum Albani serui tui, mereamur cum eo a nostris facinoribus ablui, & super niuem in æterna gloria dealbari, Amen. In MS. Bohemico additur insuper hæc *Oratio*, quasi ad Missam vel ad tumulum recitanda; *Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, vt ad cælestia promissa tendentes B. Albani martyris tui deprecatione suffulti, regnorum tuorum cælestium efficiamur hæredes per Christum* &c. Sunt hæc acta vtrobique facile quadruplo prolixiora, quam sit contextus Petri; nec scio an non etiam ipsa ex alia multo longiori sumpta, qualem indicat altera Legenda, reperta a nobis anno MDCLXI, Roma redeuntibus in Cistercienſis legendarii codice tom. IV ante annos trecentos, vt minimum, exarato. Est ea maior prioribus, an vero originem suam debeat isti, quam in Bohemia & Gallia reperiri dixi, id ipse diiudica, si potes, lector, viso Cistercienſis MS. prologo huiuscemodi: Edit. I

ex quibus Cisterciense vnum;

profitetur Petrus augmentum verbosius a se contrahi,

35 *Solet animis placere fidelibus, Sanctorum merita dignis prædicare præconiis, & ibi deuotionis figere desiderium, vbi consequi valeant sanctitatis augmentum. Nobis igitur, vt quietum studium & attentum possit esse silentium, Albani vita proponitur consequenda, cuius exemplis instructa, etusque præsidiis animata mens nostra, nec de viribus præsumere propriis, nec de clementia præsumere audeat redemptoris, quam quidem ab alio nostris temporibus insigniter eloquente digestam & rhetoricis legibus nouimus insignitam, ita vt propter insolitum linguæ scintillantis ornatum, ipse nitor eloquii præferretur materiæ dignitati; huius vero nostri itineris ille merebitur ductor existere, qui quasi ante faciem meam narrationis meæ superficiem visus est præcurrisse, & de suorum copia exuberante dictaminum, nostram supplebit detractio augmentatiua defectum; ita enim pauper editio non polluere poterit, sed pollere, si aliquam habeat, cui innitatur, originem, cuius differendo non delerat veritatem.* Sequebatur deinde stilo, satis pro ætate eleganti, deducta *passio S. Albani martyris*, hoc exordio; *Habitauit quidam Aquilonis in partibus Imperator, tam nobilitatis clarus genere, quam prælatus sæcularis Imperii dignitate; cuius vxor non infimis orta natalibus, stabili iuncta connubio, singularis formæ decore conspicua, &, quod laudabilius est, titulo pudicitiæ commendata.*

& sub finem addit pro epitaphio epitomen metricam.

36 Plura describere non vacabat aut lubebat, cum res tota videretur poetica, fabulamque Oedipi imitata, & substantia iam aliunde haberetur: notaui tamen mihi conclusionem cum epitaphio, futuro breuioris compendii loco: vbi post annotatam mortem & sepulturam *Albani* sic progreditur auctor; *cuius quia actum vitamque descripsimus, tale, quasi super eius tumbam marmoream, epitaphium exaramus.*

De patris incestu pariens sibi filia natum,
Celatura scelus, ne videatur, agit.
Fertur ad ignotos: exponitur; inde iubente
Traditur Vngarico præda reperta Duci.
Floret: adoptatur: vult ducere: iungitur illi
** Mater, amica, filia, nupta nurus.* *p. 95
Rex puero: puer vxori velata reuelat:
Credit vterque, dabant regia dona fidem.
His senior victus resipiscit: pœna iubetur,
Si tria demantur, quæ quadriennis erit.
Iter adimpletur, ad vatis claustra reditur,
Nox nocet; in facinus res replicata redit.
Impietatis opus auctor pietatis adhorret,
Et pietatis opus pro pietate necat.
Pertinet ad veniam geminati pœna laboris:
Hoc opus, hanc seriem, pagina nostra capit.
Effera pacificum, mitem manus impia truncat,
Spiritus alta petit, corpus in amne manet.
Vna prius, per eam generalis lepra fugatur,
Virtutum tumulis, laus cumulata viget.
His vitæ meritis albans Albanus in albis
Transit ad albatos, albificatque suos.

id est septennis.

37 Non memini, vtrum in isto MS. nec scio, an in duobus aliis habeantur notatæ *Kalendæ Decembris*, vti apud Petrum; sed neque res digna est, vt ope-

Edit. I p. 95

operosius inuestigetur: qualiscunque enim sit narratio tota, oportet vt ea primum composita fuerit post Hungaricum Regnum institutum & Christiana fide imbutum, quod primum sub S. Stephano factum est, ad finem sæculi X conuerso, adeoque non solum post ætatem Rabani (quem proinde mirum non sit in suo Martyrologio, ad Kalendas Decembris, de tali *Albano* silere) sed etiam post vitam a Gosvvino scriptam, qui alias non potuisset omittere, quin saltem obiter meminisset recentioris alicuius *Albani* pariter martyris ac Moguntiæ culti. Res autem sæculo XII aut serius gesta & annuo celebrata cultu, quomodo potuit sic tota ex notitia Moguntinensium abiuisse, neque tamen si alius iste *Albanus*, vel nunc haberet, vel alias habuisse probaretur, Moguntiæ tumulum atque cultum, fundatum in vera sanctitate alicuius Eremitæ, istic a latronibus cæsi, quam Deus miraculosa leprosorum sanatione voluerit manifestatam; non ideo, inquam, putarem aliquid veritatis subesse ei, quæ de eo circumfertur, vitæ; sed pro reuerentia prioris *S. Albani*, crederem isti, alias ignoto, factum esse nomen *Albani*; vitam autem, qualis ei appingitur, negarem omnino, sic ab eo scribi iussam, vt prætenditur, colloque appensam repertam cum corpore, diceremque, otioso alicui fabulatori libuisse, illudere credulitati vulgi; exemplo forsan sumpto a similibus *SS. Iuliani & Vrsii* Actis, de quibus *Henschenius* breuiter agit ad III Maii; siquidem horum prior, patrem & matrem; posterior, patrem, vxorem, ac filium dicuntur occidisse, errore alias inculpabili inducti ad facinus, quod longa deinde pœnitentia expiarint; sed ab istorum parentibus vti flagitium aberat, sic nulla inde vera infamia deriuatur ad filios: istius vero *Albani* progenitores, gemino eoque voluntario commaculantur incestu, grauiorque illius, quam Oedipi, calamitas fuisse fingitur; quod nescio cui placere poterit.

Vbi Albanus *dicitur adoptatus a Rege Hungaria,*

parricidiaque & incestus fabulosi multiplicantur.

IOANNIS MABILLON
de
S. LVLLO,
Archiepiscopo Moguntino,
ELOGIVM HISTORICVM.
Ex Actis Benedictinor.

Edit. I

Sect. III Part. II.

I

Scriptores.

LVLLVS seu *Lulla*, quem alii *Lullonem*, *Lullonemue* appellant, alias *Irtel* in monasterio dictus, laudatores multos, nullum, qui res ipsius gestas litteris mandarit, antiquum scriptorem habuit, præter anonymum, de quo mox agendum. *Lullum* celebrant *Willelmus Malmesburiensis* monachus in libro I de Regibus Anglorum, & *Iohannes a Leidis* in chronici Belgici libro III cap. IX, quibus accedunt *Breuiarium* ecclesiæ Maguntinæ, & *Serarius* in historia Maguntina. Exstat in manuscr. codice Gemmelacensi *vita S. Lulli*, cuius exemplum ad nos transmisit noster *Simon Guillemotus*, Sub-Prior Ghislenianus. At scriptio ista, non impolita, fere excurrit in communes locos, pauca Lulli facta commemorat, non sine fabularum admistione. Satius proinde visum est, probatos consulere auctores, vt ex eorum dictis S. Lulli elogium conficiam, anonymi fragmenta quædam relaturus. p. 392.

Lulli patria & parentes.

II *Lullus ex Anglorum gente moribus & vita laudabilis*, inquit *Wandelbertus*, Prumiensis Diaconus, in lib. II de gestis S. Goaris cap. I. In regno Saxonum occidentalium originem accepisse videtur. Parentum ignota nomina. S. Bonifacius Lullum suum ipsius filiolum appellat in epistola XCII; qui Lullus Romæ *auunculum* habuit, forsan *Theophilaciam*, ecclesiæ Romanæ Archidiaconum, de quo infra: *materteram Chunihildem*, quæ vna cum filia *Berathgit*, ipsoque Lullo & aliis in Germaniam accessisse fertur apud * *Othlonum* in lib. I de vita S. Bonifacii cap. XXX. Et *HRothuinus* se Lulli *cognatum* præfert in fine epist. CX ex Bonifacianis, eidemque rursus sese commendat epist. CII, in qua *Wigbertus* Presbyter Lullo scribens, se & ipsum Lullum ex Saxonum gente ortos esse aperte declarat. * p. 393

Monastica professio.

III Monasticam vitam professus est Lullus *in Maldubia ciuitate, Eaba Abbate.* Sic enim monachus anonymus eiusdem cœnobii ad ipsum iam Episcopum testatur in Bonifaciana epistola LXXXVIII his verbis: *Rogo te, o dilectissime frater, vt non immemor sis, sed semper sagacissima mente ad memoriam reducas antiquam amicitiam nostram, quam inter nos habuimus in* Maldubia *ciuitate, quando* Eaba *Abbas in amabili caritate nutriuit: & hoc signum recordabor, quod pronomine vocauit te IRTEL. Idcirco salutat te Hereca Abbas in salutatione sancta & omnis congregatio, quæ in sua cœnobiali vita manet. Maldubiense* monasterium haud aliud videtur, quam *Meldunesburgense* seu *Meldunense*, in diœcesi Schireburnensi, vicinum cœnobio Tettæ Abbatissæ, quæ Liobam seu Leobgitham cum aliis ad Bonifacium misit: quo de monasterio Maldubiensi in elogio *S. Aldhelmi* egimus ad an. DCCIX. Anonymus *Gemelacensis* scribit, Lullum *in monasterium se contulisse, cum septimum ætatis annum attigisset.*

Pronomen Irtel.

Germanica profectio.

IV Grandior factus, circiter annum DCCXXXII in Germaniam accessit, rogatu S. Bonifacii, a quo humanissime est cum sociis exceptus. Huc spectat epistola V inter Bonifacianas, quam Lullus, Denevvaldus, & B. fortean Burchardus ad Kanebadam Abbatissam e Germania direxerunt ad hunc modum: *Dominæ dilectissimæ, Christique religiosissimæ Abbatissæ* Kanebadæ, *regalis prosapiæ generositate præditæ,* Denevvaldus, Lul, *&* B. *filii tui ac vernaculi, sempiternæ sospitatis salutem. Agnoscere*

Edit. I *ſcere cupimus almitatis tuæ clementiam, quia te præ ceteris feminei ſexus in cordis cubiculo cingimus amore, quod poſt genitoris & genetricis, & aliorum propinquorum noſtrorum obitum ad Germanicas gentes tranſiuimus, & quod in venerandi Archiepiſcopi Bonifacii monaſticæ conuerſationis regula ſuſcepti, ipſiusque laborisadiutores ſumus, in quantum naturæ paupercul æ vilitas præualet. Nunc itaque ex intimis præcordiorum illius ſuppliciter flagitamus, vt digneris nos habere in tuæ ſacræ congregationis communione.* Et infra: *Similiter obſecramus, vt puerulos duos noſtros,* Beiloe & Man, *quos ego* Lul & *pater noſter liberos dimiſimus, Romam deſtinantes* auunculo noſtro *commendauimus, pro mercede animæ tuæ, & ſi liberi arbitrii ſint, & illorum voluntas ſit, & in tua poteſtate ſint, nobis transmittere per harum litterarum gerulos ſtudeas: & ſi aliquis eos prohibere vellet iter pergendi ſine iuſtitia, deprecamur, vt eos defendere digneris.* Ex hac epiſtola coniicimus, Lullum eo tempore, quo ex Britannia diſceſſit, verſatum fuiſſe in monaſterio *Kanebadæ* Abbatiſſæ, de qua nihil dicendum occurrit.

V Lullus *Diaconus* ſiue in Britannia, ſiue in Germania ordinatus, ſcripſit Bonifacianam epiſtolam IV *Reuerendiſſimo fratri* Dealuno, *iamdudum Magiſtro, per Denevvaldum fratrem, litterarum portitorem,* quibus ſuffragiorum communionem poſtulat, obſecratque, *vt* Aldhelmi *Epiſcopi aliqua opuſcula ſeu proſarum ſeu metrorum aut rythmicorum ad ſe dirigere dignetur ad conſolationem peregrinationis ſuæ, & ob memoriam ipſius beati Antiſtitis.* Eidem etiam *Diacono* epiſtolam XXXIX inſcribit *Ingalice, indignus* (vti præfert) *Presbyter tuus, tamen per omnia deuotus famulus, per fratrem Aldredum portitorem:* actisque ob munuſcula gratiis etiam ipſe eulogias ſuas gratanter accipi rogat. *Sed & interceſſorem,* inquit, *noſtrum apud Deum, venerabilem Bonifacium Præſulem omnis caterua fratrum noſtrorum cum Abbaterio* (forte, *cum Abbate noſtro*) *in Dei dilectione ſalutare deſiderat.* Eundem *Archidiaconum* Bonifacio commendat *Theophilacias Archidiaconus ſanctæ ſedis Apo-*
p. 394 *ſtolicæ,* ſeu Romanæ eccleſiæ, epiſt. CXLVII. *Itaque* domine ac ſanctiſſime Pater, *quæſumus veſtram adeo ambroſiam bonitatem, vt ſanctiſſimum, nimisque nobis dilectum* Lullum, *benedictum* Archidiaconum *veſtrum, cariſſimum atque dulciſſimum ſodalem & fratrem noſtrum, omnibus modis fouere propter Deum & noſtræ puſillitatis amicitiam commendatum habere dignemini.* Hinc ſuſpicio iniicitur, num
*l. *Lulli* *Theophilacias* fuerit auunculus ille * Bonifacii Romæ degens, ſuperius num. IV memoratus.

Diaconus Dealuno ſcribit,

ab Ingalice Presbytero accipit litteras.

S. Bonifacio commendatur.

VI Lullus Presbyter factus ad Zachariam Papam miſſus eſt a Bonifacio: cuius rei indices ſunt Bonifacii litteræ ordine CXLI, hoc exordio: *Paternæ pietatis veſtræ ſanctitatem ſubnixis precibus obſecro, vt hunc Presbyterum meum, portitorem litterarum mearum, nomine* Lul, *grato animo clementer ſuſcipiatis. Habet enim ſecreta quædam mea, quæ ſoli pietati veſtræ profiteri debet: quædam viua voce vobis dicere, quadam per litteras notata oſtendere* &c. Quo etiam ſpectat epiſtola CXLV Bonifacio directa a *Benedicto Epiſcopo & Vicedomino ſanctæ ſedis Apoſtolicæ* his verbis: *Præſens* Lul, *venerabilis Presbyter, paternæ ſanctitatis veſtræ miſſus, honorandos tuos nobis attulit affatus, quorum textus continebat, multis te neceſſitatibus & turbinibus eſſe triſtatum per homines non timentes Deum, & falſos Epiſcopos atque Presbyteros, & fornicatores dominicos* &c. Hæc legatio contigit anno DCCLI, vt patet ex reſponſione Zachariæ *data indictione V, prid. Nonar. Nouembr.* quæ indictio a die XXIV Septembr. incepta erat. Lege *Othloni* lib. II de vita S. Bonifacii cap. XIII.

Presbyter ad Zachariam miſſus.

VII Poſt annos tres a ſua legatione Lullus a Bonifacio Epiſcopus eſt ordinatus: ac paullo poſt, *adnitente Fulrado Presbytero,* Pippino Rege annuente, Maguntiacenſi cathedræ impoſitus. Probat Bonifacii epiſtola XCII, *cariſſimo conſacerdoti Fulrado Presbytero* miſſa; in qua hæc verba: *Almitatis veſtræ clementiam diligenter in Dei nomine deprecor, vt filiolum meum* Lullum & *Coepiſcopum, ſi Deus voluerit, & ſi clementiæ veſtræ placeat, in hoc miniſterium populorum & eccleſiarum componere & conſtituere faciatis prædicatorem & doctorem Presbyterorum & populorum.* Et *Othlonus* in lib. II de vita S. Bonifacii cap. XIX, vbi de vltima Bonifacii in Friſia expeditione agit: *Priusquam tanti diſcriminis iter arriperet, ſciens non conuenire, vt pro alienis ouibus ſaluandis laborans, proprias ſibique commiſſas oues perire permitteret, ſanctum* Lullum, *qui fideliſſimus prædicationis & laboris ſui comes extitit, cuiusque probitatem omni dignitate condignam ſatis agnouit, cum conſenſu*

Epiſcopus ordinatus.

Bonifacio ſuffectus.

venerandi Regis Pipini, necnon Episcoporum & Abbatum atque Canonicorum, omniumque Procerum ad suam dioecesin pertinentium pro se Episcopum elegit & ordinauit. Nam ab Apostolico Præsule iam ante eundem pro se ordinandum impetrauit. Exstat hac de re epistola Zachariæ apud *Othlonum* in lib. II cap. IX. Othlono præiuit *S. Willibaldus* in vita S. Bonifacii cap. X, vbi Bonifacius Lullum *in Episcopatus gradum prouexisse atque ordinasse* dicitur. Corrigenda proinde *Bedæ* epitome continuata an. DCCLIV, vbi mortuo Bonifacio fertur *pro eo Redgerus consecratus Archiepiscopus a Stephano Papa:* qui quidem nec Lullo pallium misit, nec ordinationem Episcopalem contulit, sed Bonifacius ipse an. DCCLIV, priusquam in Frisiam vltimo proficisceretur. Sane Lullum non accepisse pallium a Stephano Papa probat epistola *Hadriani* Pontificis Romani, *Tilpino*, Remensi Antistiti directa, a *Frodoardo* relata in lib. II histor. Remensis cap. XVII, in qua hæc verba: *Iniungimus etiam fraternitati tuæ, vt quia de ordinatione Episcopi, nomine* Lulli, *S. Moguntinæ ecclesiæ, ad nos quædam peruenerunt, assumtis tecum Viomago & Possessore Episcopis, & Missis glorioſi ac spiritualis filii nostri Caroli, Francorum Regis, diligenter inquiras omnia de illius ordinatione, & fidem & doctrinam illius, atque conuersationem & mores ac vitam inuestiges: vt si aptus fuerit & dignus ad Episcopalem cathedram gubernandam, expositam & conscriptam & manu sua propria subscriptam catholicam & orthodoxam fidem per missos suos, cum litteris & testimonio tuo, seu aliorum Episcoporum, quos tecum esse mandauimus, ad nos dirigat, vt pallium illi secundum consuetudinem transmittamus* &c. Vbi mirari subit, quid causa fuerit, cur Hadrianus examinari voluerit Lulli ordinationem ante annos decem peractam; an quia viuente Bonifacio fuerat ordinatus? & tamen Zacharias id ratum habuerat, vt patet ex ipsius epistola ab *Othlono* relata in lib. II cap. IX, quanquam ante designari quidem permiserat successorem, sed iusserat, vt post Bonifacii mortem veniret ordinandus, ex cap. II.

Edit. I

Hadriano suspectus,

p. 395

3. Bonifacii mortem prædixit,

VIII Bonifacius *sequentem obitus sui diem prædicto Episcopo Lullo pronuntiauit*, inquit *S. Willibaldus*, *& quali mundum sive demum relinqueret, insinuauit, eique per ordinem de ecclesiarum structura & populi doctrina proposuit.* Sed & alia inter monita iussit, vt Fuldensis basilicæ conditionem perficeret, eoque corpus suum deferri curaret. Ita enim addit post pauca *Willibaldus: Sed tu, fili mi carissime, structuram in Thuringia a me cœptam, ecclesiam ad perfectionis terminum deduc, tu populum ab erroris inuio instantissime reuoca, tuque ædificationem basilicæ iam inchoatæ ad Fuldam comple, ibidemque meum multis annorum curriculis corpus inueteratum perduc.* & rursus: *Fili, tuo cuncta prudentissime prouide consilio, quæ in hoc nostro sint vsui itinere copulanda: sed & linteum, quo meum decrepitum corpus inuoluatur, in enthecam librorum meorum repone.* Quibus iussis obtemperans Lullus, magistri sui martyrio affecti corpus Traiecto Magontiam deferri mandauit. Quo in negotio illud accidit, vt Lullus, *qui regali illo tempore præsens erat palatio, aduentus sancti corporis inscius, ad ciuitatem Magontiam velut sub vno eodemque horæ momento perueniret.* Dein vero post aliquas ciuium Maguntinorum de sacro corpore altercationes, cum Presbyteris & Diaconibus, omnique gradu ecclesiastico, ad eum, quem viuens prædestinauerat, locum perduxerunt, & nouo in ecclesia confecto sarcophago ex more sepelientes posuerunt.

eiusque monita accipit,

Varias de morte S. Bonifacii accipit epistolas,

IX Diffuso de S. Bonifacii nece rumore, varias potissimum ex Britannia epistolas Lullus accepit. In primis *Cuthberhctus*, Cantuariensis Archiepiscopus, cum aliis consacerdotibus Christi & Presbyteris seu Abbatibus scripsit Lullo consolatorias litteras, eumque certum fecit de constitutione a se ipsis facta in generali synodo, vt *dies natalitius* S. Bonifacii, *illiusque cohortis cum eo martyrizantis annua frequentatione sollemniter celebretur:* simulque monuit, vt *sacris eius admonitionibus consentire, & pietatis illius exempla pro viribus sequi* studerent. quæ epistola inter Bonifacianas est LXX, scripta ante annum DCCLVIII, quo Cuthbertus Bregovvino successori, Lulli æque amicissimo (vt postea videbimus) cathedram morte resignauit. Eodem spectat epistola LXXVIII, quam *Lullæ Episcopo* direxit *Mildredus* Antistes, cuius obitus an. DCCLXXII consignatus in epitome Saxonica. Sic incipit epistola: *Postquam a tua præsentia & a conspectu corporali sanctissimi Præsulis & beatissimi Patris* Bonifacii *nolens volens tristis abscedebam, & per varios casus & multa discrimina rerum vestris almis orationibus ad terram nostræ peruenimus natiuitatis; ibi nec dum expleto anni circulo nuntium ad nos perlatum*

est

Edit. I *est triste, beatissimum patrem de ergastulo carnis ad superna migrasse.* in summa postulat, vt *fraternam dilectionem* inter sese a Bonifacio *conciliatam non transitoria, sed fixa recordatione recondat in corde* Lullus. Ex quibus apparet, Milredum, Bonifacii discipulum, & in Germania socium fuisse. Etiam Lulli gratiam & suffragiorum communionem ambiit *Cyneheardus* *, Episcopus Ventanæ ciuitatis, scriptis epistolis LXXIV & LXXXVI; nec non *Eardulfus Rofensis ecclesiæ Antistes, cum sancta ecclesiæ filio Eardvvlfo, Rege Cantiæ*, epistola LXXVII, vt videas, quo in pretio Lullus sit habitus, cuius amicitiam & gratiam tantopere ipsi etiam Reges concupierint. Certe *Alhredus Rex* Northanhumbrorum, & *Osgeofu Regina, Lullo venerabili Episcopo sibi perpetuali amicitia copulato* transmiserunt epistolam XC, in qua promissione facta mutuæ suffragiorum vicissitudinis hæc addunt: *Nostris quoque, dilectissime Frater, legationibus ad dominum vestrum, gloriosissimum Regem Carl, obsecramus consulendo subuenias, vt pax & amicitia, quæ omnibus conueniunt, facias stabiliter inter nos confirmari.* Denique *beatissimo & speciali amore venerando Lullo Episcopo* scripsit etiam *Cynevvlf* Rex occidentalium Saxonum, vna cum Episcopis suis, & caterua Satraparum, his verbis: *Tibi testificamur, quod iuxta modum nostræ possibilitatis, quicquid tua sanctitas desiderauerit, siue iusserit, libenter agere parati simus, vt cum reuerendissimo & sanctissimo viro Dei, prædecessore tuo, Bonifacio pepigimus.* Quæ sane litterarum & officiorum frequentia maxime Lulli auctoritatem & famam commendat, testaturque.

Regibus venerabilis.

* p. 396

X Supremis honoribus Bonifacio persolutis, pius successor Lullus patris ac decessoris sui gesta per *S. VVillibaldum*, Eistetensem Episcopum, litteris mandari curauit. Id quod *Willibaldus* præstitit, & scriptionem suam *Lullo* & *Megingozo* Coepiscopis dedicauit.

Vitam S. Bonifacii scribi curat.

XI Paulo post S. Bonifacii mortem *Pippinus gratia Dei Rex Francorum, vir inluster, Domino sancto Patri Lullo Episcopo* misit epistolam XCVI inter Bonifacianas in hunc modum: *Cognitum scimus sanctitati vestræ, qualem pietatem & misericordiam Deus fecit præsenti anno in terra ista. Dedit tribulationem pro delictis nostris: post tribulationem autem, magnam atque admirabilem consolationem siue abundantiam fructus terræ, quam modo habemus. Et ob hoc atque pro aliis caussis nostris opus est nobis illi gratias agere, quia dignatus est seruos suos consolari per eius misericordiam. Sic nobis videtur, vt absque indicto teiunio vnusquisque Episcopus in sua parochia litanias faciat* &c. Exstat in similem caussam ipsius Lulli epistola LXII, directa *carissimis filiis* Deneardo, Eanbertho, Vinberto, Sigehe-rio, & Sigevvaldo, *vt rogent omnes vbique Deo seruientes tam seruos Dei, quam ancillas Christi in prouincia Thuringorum, vniuersamque plebem, vt in communi misericordiam Domini deprecentur, quatenus ab imminenti pluuiarum flagello liberentur; i.e. vt vnam hebdomadam abstineant se ab omni carne & ab omni potu, in quo mel sit: secunda feria, quarta feria, & sexta feria ieiunent vsque ad vesperam: & vnusquisque seruorum Dei & sanctimonialium quinquaginta Psalmos cantet*, i. e. recitet, *omni die in illa septimana; & illas missas, quæ pro tempestatibus fieri solent, celebrare Presbyteri recordentur.* Mox subdit: *Misimus vobis nomina* (nomen) *Domini Romani Episcopi*, pro quo vnusquisque vestrum triginta missas cantet, & illos Psalmos, *& ieiunium iuxta constitutionem nostram.* Quod de morte Pauli aut Stephani III intelligendum est.

Litanias celebrat petente Pipino, abstinentiam & ieiunia.

XII Lulli auctoritatem apud Carolum M. testatam reddunt litteræ *Alhredi* Regis superius citatæ n. IX, quibus vna cum *Osgeofu* Regina petit, vt Lullus *pacem* inter se & *Carolum* Regem *confirmare* satagat. Quænam fuerit illa dissensio, non facile definierim. Eo spectat epistola CIII, quam *Bregovvinus*, Cantuariorum Antistes, scripsit Lullo Episcopo, cuius exordium: *Dies multi elapsi sunt, ex quo sollicitus peroptabam, vt Deo fauente tandem aliquando prosperum iter legatarii nostri perueniendi ad Beatudinem vestram inuenire potuissent: quia per hos scilicet proxime decurrentes priores* * *annos plurima ac diuersa inquietudines apud nos in Britanniæ vel in Galliæ partibus audiebantur existere.·. Nunc vero pace ac tuitione nobis a Principibus indubitanter promissa, misimus ad vestram venerabilem fraternitatem hunc præsentem fratrem istarum præsentium litterarum baiulum, Hildeberchtum nomine, remiscens videlicet, qualiter inter nos in ciuitate Romana de amicitiæ conuentione colloquium habuimus* &c. Intercessit Offam inter Merciorum Regem, & Carolum nonnihil dissensionis; tum etiam inter Carolum ipsum & gentem Merciorum, ob

Anglia pacem componit apud Carolum M.

* p. 397

necem eiusdem Offæ, vt patet ex *Alcuini* epistolis, & *Willelmi*, monachi Malmesburiensis, historia de Regibus Anglorum lib. I cap. III & IV. At ista serius contigerunt. Edit. I p. 397

librorum & litterarum studiosus,

XIII Rei litterariæ addictissimum fuisse Lullum, intelligimus ex Bonifaciąnis epistolis. Is quippe epistola XCV postulat a Cudbertho, Wiremuthensi Abbate, *librum, quem clarissimus ecclesiæ Dei magister Beda de ædificio templi composuit.* Item epistola CXI eiusdem auctoris libros *de ædificatione templi, vel in Cantica Canticorum, siue epigrammatum heroico metro siue elegiaco compositorum, si fieri potest, omnes, sin autem, de ædificatione templi libros tres.* Et a Cœna Episcopo, ad quem epistola CIX, *quemlibet horum librorum, quos beatæ memoriæ Beda Presbyter exposuit*, id est, *in primam partem Samuelis vsque ad mortem Saulis libros quatuor.* Qui Cœna epistola XCIX hæc ad Lullum rescribit: *Illud vero, quod de libris inquisisti, marinis æstibus terram aduectantibus, omnino incognitum est. Ceterum libri Cosmographicorum nec dum nobis ad manum venerunt, nec alia apud nos exemplaria nisi picturis & litteris permolesta.* Gratias Lullo agit Cudberchtus epist. LXXXIX, *ob munuscula* sibi ab ipso *transmissa, maxime ob holosericam ad reliquias beatæ memoriæ Bedæ, ob recordationem & illius venerationem, destinatam.*

in dubiis consulitur,

XIV Nec ea tantum probant Lulli doctrinam & litterarum studium; sed maxime quæstiones ipsi propositæ. Cui rei argumento sunt Megingozi seu Magingaoz, Wirtziburgensis Antistitis, epistolæ tres, quæ inter Bonifacianas sunt LXXX, LXXXVII & XCIV. In prima consulitur de electione Abbatissæ: in secunda, de variis Patrum sententiis circa vinculum matrimonii; in tertia, de voto monasticæ vitæ, a quodam homine sæculari incaute facto.

zelo praditus

XV Nec scientiæ defuit zelus. Gregorio Traiectensi Abbati, viro pio ac sancto, egregia nihilominus dat monita epist. XLV, inter alia sic scribens: *quamuis hoc initisse te negotium liquido nouerim occasione lucrandarum animarum, & pro studio multiplicius seruiendi Deo; tamen memento, quia mollem manum durus capulus exasperat* &c. Eundem zelum manifestat epistola XLVII ad Osvvitham Abbatissam, &

in monachas vagantes,

C ad Stephanum Papam III. Sic vero Osvvitham increpat: *Apostolicum præceptum est, Osvvitha, vt gregem Domini sollicite seruando pascamus, ne absque ouili repertus, luporum morsibus pereat. Hoc quidem te egisse & acturam esse confidens, quæ a sanctissimo viro Bonifacio martyre Christi, eiusque discipulis regularis vitæ disciplinam suscepisti, putabam iuxta modulum intelligentiæ tuæ, sed (quod tristis ac moerens dicere cogor) longe aliter feciſſe comprobaris, quæ neglectis animabus, pro quibus Christus mortuus est, de quarum vita reddituram es rationem in die iudicii ante tribunal Christi, dum sacro palliatas feminas N & N contra statuta canonum & sanctæ regulam disciplinæ, sine licentia & consilio meo, ad iniuriam Dei, eiusque matris B. Mariæ semper Virginis, cui famulatum exhibere debuerunt, in laqueum diaboli propter arrogantiam ac voluptatem laicorum explendam, ad perditionem animarum suarum, liberas ire permiseris in longinquam regionem* * .·. *Pro huiusmodi stultitia excommunicatam te esse scias cum omnibus tuis, qui hunc negligentiæ reatum consentiendo perpetrauerunt, vsque dum digna satisfactione hanc emendetis culpam. Illas autem vagas & inobedientes supradictas feminas intra cellam vestram non recipiatis: sed foras monasterium excommunicatæ ab ecclesia Christi sedeant, poenitentiam agentes, dum venerint, in pane & aqua: & vos similiter abstinendo ab omni carne & omni potu,* *p. 398

in Presbyterum rebellem.

qui melle indulcoratur. Et in epistola ad Stephanum Papam iustitiam requirit in quendam Presbyterum, nomine *Enradum*, qui *in alia ordinatus parochia*, in Maguntina parochia *constitutus, non consentiente Bonifacio, neque* ipso Lullo, ipsius *spernebat magisterium.*

Quædam ipsius gesta.

XVI Plures aliæ exstant ad Lullum epistolæ Bonifacianæ, nimirum LXXIX, LXXXIII, LXXXIV, CII, & si quæ aliæ, quibus non immoramur. Interfuit institutioni S. Willehadi Bremensis Episcopi, &, si recentiori auctori credimus, concilio Gentiliacensi, in quo de Spiritus S. processione quæstio agitata est, anno scilicet DCCLXVII.

S. Goaris corpus eleuat.

XVII Non omittendum id, quod *Wandalbertus*, Prumiensis Diaconus, de S. Goaris translatione a Lullo facta commemorat in lib. II de gestis S. Goaris cap. I; *Perfecta basilica, vbi iam tempus, quo diuino nomini esset consecranda, successit, missi sunt ab excellentissimo Principe Carolo Lullus, Moguntiæ Archiepiscopus,*

vir

Edit. I *vir Anglorum gente, moribus & vita laudabilis : Basilius Nemeti, quæ ciuitas nunc Spira vocatur, & Mehingodus, vrbis, quæ trans Rhenum sita, sermone barbaro Wirziburg appellatur, Episcopi, qui omnes a beato Bonifacio Pontifice & martyre fuerant ordinati : vt per eos & ecclesia consecrari & corpus beatissimi viri in eum, quo nunc est, locum transferri deberet.* Reperto post triduanum ieiunium corpore, & immoto reddito, *Archiepiscopus Deo, vt post claruit, inspiratus, alloquitur plebem, B. Goarem, quoad vixerit, inanem gloriam mundi, plaususque hominum & fauores, vt rem fragilem & caducam amore bonorum perennium contemsisse, eaque nihilo minus eum post obitum quoque contemnere. Proinde oportere corpus simpliciter & cum humili deuotione leuatum ab ipsa ecclesia in nouam domum per illud, quod intererat, spatii reportari, neque ad vulgi fauorem longius, vt statuerant, circumduci. Vix Pontifex verba finierat, & motum continuo feretrum tanta facilitate leuatum est, ac si oneris aliquid habuisset nunquam.* Concessit etiam Albuino, Buriburgensi Episcopo, vt S. Wigberti Abbatis reliquiæ in monasterium Hersfeldense transferrentur, vt in *actis S. VVigberti* vidimus an. DCCXLVII, & ossa S. Ferrutii martyris Fuldam transtulisse dicitur in *HRhabani* inscriptione CIII. *S. Wigberti reliquias dat Hersfeldensibus.*

XVIII Variis modis afflictatus vir sanctus, Cœnæ Episcopo scripsit epistolam CIX, cuius hæc verba : *Assiduis corporis ægritudinibus cum mentis anxietate cogor ex hac ærumnosa & periculis plenissima vita exire, redditurus pio & districto iudici rationem.* Tandem post regiminis annos XXXII morte correptus est XVII Kal. Nouembr. anno Christi DCCLXXXVII, tametsi annum præcedentem signant *annales Fuldenses, annales* vetustissimi *Francorum*, ab anno DCCLXIX ad DCCCVI apud *Chesnium* tom. II, *Lambertus Schafnaburgensis*, & *Hermannus* monachus : quibus subscriberem, nisi contra persuaderet S. Willehadi promotio in sedem Bremensem, cui promotioni Lullo Episcopus subscripsisse inuenitur. Certe Lulli obitum anno DCCLXXXVII reponunt *Marianus Scotus* & Catalogus *Bruschianus*, iisque consentit *Serarius*. Mortuus est S. Lullus in monasterio Hersfeldensi, vbi etiam sepulturæ locum habuit. Lulli obitum *Kalendis Nouembris*, reponit *Iohannes Gerbrandus* in chronici Belgici lib. III cap. IX; at præferenda est auctoritas ecclesiæ Magontiacensis, eum celebrantis XVII Kal. Nouembr. cui anonymus *Gemmelacensis* consentit. Is refert, Lullum mortis suæ præscium, antequam ad monasterium Hersfeldense adiret, arcessisse *eximiæ* (vt creditur) *sanctitatis virum, nomine Albervvinum, Episcopalis officii* * negotia post obire solitum, quem appellatione vulgata Coepiscopum vocant, eique mandasse, vt Missarum sollemnia celebraret. Quo facto ipse Albevvinus repente spiritum exhalauerit: Lullum vero defuncti corpus naui imposuisse, & per Rhenum amne secundo deuectum, in loco, qui dicitur Hostedi, exponi iussisse, *indeque in Heruelden se monasterium* transtulisse. *At sanctus Lullus*, subdit anonymus, *cum ordinationis suæ ageret annum XXXII, XVII Kal. Nouembr. honestissima morte perfunctus naturæ concessit.* Albevvinus hic laudatus est *Albuinus*, Buriburgensis Episcopus, de quo in actis *S. Wigberti* Abbatis actum est. *Morbo periculoso decumbens Coenæ scribit.*

P. 399

XIX *Anno DCCCLII*, scribit idem *Lambertus*, *translatio Lulli in coena Domini*; quod de corporis e terra leuatione intelligendum. Miraculum ex anonymo nostro refert *Serarius*, quod tum perpetratum est, cum *post sexagesimum* (adde *sextum*) *annum corpus eius e terra leuaretur. Saxum immane tumulo eius impositum cum amoueretur, forte manus fugit volutantium illud, & fratris cuiusdam prope adstantis ita pedem contriuit vt ossibus pariter cum carne comminutis, forma etiam pedis amissa, foedum ac miserabile spectaculum præberet circumstantibus. Sed cito B. Lullus moerentium fratrum pectora expediuit. Nocte enim proxima cum languidum sopor oppressisset, ita repente omnibus suis membris vigor rediit, vt hymnis quoque matutinalibus interesset, nulla tantæ calamitatis, ne cicatrice quidem, superstite.* Item *anno MXL*, teste *Lamberto*, *dedicata est crypta Heruelden sis, atque in eam translatæ sunt reliquiæ sanctorum confessorum, Wigberti & Lulli.* *Translatio & reliquiæ.*

XX Lullum celebrat *HRabanus Maurus* epigram. CIII, *pro sepulcro S. Ferrutii martyris*, his versibus: *Lulli elogia.*

Martyris ergo sacri dudum huc transtulit ossa
Ferrutii Lullus Præsul, & vrbis honor.

Eiusdem miracula, sanctitatem, & cultum prædicat *anonymus*, cuius hæc verba: *Quantis apud Deum emineat meritis, etiamsi vitæ clarissimæ ac insigniter actæ memoria*

obſoleuiſſet, indicio tamen eſſent tot & tanta miracula, quibus, licet carne mortuus, viuit tamen apud ſuperſtites carne quondam viuenti multo (vt ita dixerim) viuacius. Viuens enim paucorum, mortuus cunctorum pæne aures ac mentes occupauit. Nos enim ei iam vota facimus, iam diuinos propter Deum honores deferimus, iam ſollemnes feriας inſtituimus. Et *VVillelmus* Malmesburiæ monachus in lib. I de Regibus Anglorum cap. IV; *Bonifacio ſuccedit Lullus, & ipſe natione Anglus, de cuius ſanctitate B. Goarus loquitur*, ob translationem corporis S. Goaris ab ipſo factam, ſupra n. XVII, *& hi verſus*, quos iam inde a pueritia memini me audiſſe, proteſtantur: Edit. I

Antiſtes Lullus, quo non eſt ſanctior vllus,
Pollens diuina, tribuente Deo, medicina,
Occurrit morbis, vt totus prædicat orbis.

Eum nec dum Epiſcopum commendauerat Bonifacius epiſt. XCII ad Fulradum his verbis: *Spero, ſi Deus voluerit, quod in illo habeant Presbyteri magiſtrum, monachi regularem doctorem, & populi Chriſtiani fidelem prædicatorem & paſtorem.*

Lullus a S. Liudgero notatus,

XXI Et tamen a *S. Liudgero* Lullus accuſatus inuidentiæ in B. Sturmium, Fuldenſem Abbatem, cuius expulſio auctori Lullo tribuitur. *Sturmi*, inquit Liudgerus, *amabilis omnibus . . .* Lullo tantum fama eius *bona diſplicuit, & ſemper propter inuidiam aduerſus eum faciebat.* Exorta inter ſe diſcordia fratres in Lulli Epiſcopi ſuffragium confiſi perrexerunt ad Regem, & B. Virum apud illum accuſabant, crimen neſcio quod *de inimicitia Regis* * *obiicientes ei.* Sturmio in exilium miſſo, *tunc rumor eximius omnium aures & ora pariter compleuerat, quod B. Sturmi Abbas a coenobio Fulda eſſet per conſilium Lulli Epiſcopi ablatus. Omnes pariter grauiter hoc ferebant . . . Lullus interim obtinuit apud Regem, vt monaſterium Fulda in ſuum dominium daretur* &c. Equidem litem de iurisdictione monaſterii Fuldenſis Lullum inter & Sturmium interceſſiſſe, nec contentioni bilem defuiſſe, vt fit in ſimilibus cauſſis, pronum eſt credere. Et dum Sturmius iura monaſterii ſui a Romanis Pontificibus conceſſa, Regum auctoritate munita, ſtrenue propugnat; exorta inter ſe ſuosque diſſenſione, pars Lullo metropolitano blandiri, crimina Sturmio adfingere. quæ ille, dum nimis credulus (quod vitium in homines commotos facile cadit) ad Regem defert, inuidiæ notam apud Sturmii amicos & laudatores retulit, & forſitan ob hanc cauſſam male audiit apud Hadrianum Papam, ex dictis.

Eigil *in vita Sturmii c.* 16.

* p. 400

ab anonymo excuſatus,

XXII Verum longe aliter de hoc facto ſenſit anonymus vitæ Lullianæ ſcriptor, qui expoſita translatione corporis S. Bonifacii in Fuldenſe monaſterium, hæc ſubdit: *His rebus bene ex ſententia geſtis, Archiepiſcopus omnem operam ſuam in locum ipſum intendit. Verum ea longe aliter, quam ipſe ſpe conceperat, ceſſere. Nam Sturmio quidam nomine tunc præerat monaſterio, vir excellentis ingenii ac prædicandæ ſanctitatis, ſed vehementis nimium ac ferocis naturæ. Is animum fratrum ſollicitabat, commonens hanc Pontificis Lulli circa ſe gratiam aliorſum ſpectare, quam ipſi opinarentur. His atque huiusmodi ſermonibus a B. Lullo animos fratrum alienauit, & nihil ſuſpicanti non mediocrem inuidiam conflauit. Præterea non mediocri tædio iam viri Dei afficiebatur animus, cum videret, tot tantosque labores ſuos incaſſum effluere, beneficiis inuidiam non exſtingui; extremæ vero dementiæ eſſe, huic loco tantas rerum impenſas ſine fructu inſumere, quibus alio in loco perenne deuotionis ſuæ monumentum poſſit exſtruere. Locus autem erat in ſilua Buchoniæ, cui Herolfelt nomen indidit poſteritas, habitationi monachorum peropportunus. In hoc Abbas Sturmio, tempore quo primo ad ſolitariam, ſilueſtremque vitam cum feruore ſpiritus præcipitem agebat, conſederat, ac erutis arbuſtis paruas ſibi fratribusque cellulas opere impolito conſtruxerat, nouemque annos iam ibi euoluerat. Sed beatum Bonifacium, licet amœnus loci ſitus alliceret, & aquæ opportunitas, offendit tamen latus contiguum Saxonibus, qui adhuc paganis ritibus tenebantur, & plerunque in chriſtiana loca cædes hominum & depopulationes agrorum non modicas dabant. Vt igitur hanc incommoditatem euaderent, altius in Buchoniam tendentem locum, quo nunc Fuldenſe monaſterium conſpicitur, occupauerunt. Locus autem Heruelden ſis, tradente B. Bonifacio, in proprium ceſſit S. Lullo, qui iam tunc forſitan conſtruendi illic monaſterii deſiderium animo conceperat. In hunc ergo locum omnes copias ſuas dedit, ac opere egit ſucciſis profuſius arbuſtis, vt amplioris monaſterii fratribus laxans ſpatium, ipſumque*

Hersfeldenſe monaſterium amplificat.

Edit. I *ipſumque cultioribus ædificiis exſtruere aggreſſus ſit, breuique tempore Heruoldenſe nomen in immenſum gloriæ ac magnitudinis culmen euaſit. Cum autem B. Lullus ab exordio iacti fundamenti eccleſiam monaſterii beatis Apoſtolis Simoni & Thadæo attitulaſſet, angelica in ſomnis voce eſt monitus, vt corpus B. VVicberti eo transferret.* Hæc anonymus *Gemmelacenſis*, quem Sigebertum eius loci monachum eſſe ſuſpicor. De translatione S. Wigberti corporis in Hersfeldenſe monaſterium lege acta *S. VVigberti* ad annum DCCXLVII.

Fuldenſibus reconciliatus.

XXIII Ex dictis apparet, non omnino conſtare, quænam fuerit cauſſa ſimultatis inter Lullum & Sturmium. Quicquid id eſt, Lullum cum Fuldenſi-
*p. 401 bus tandem * in gratiam rediiſſe probat ipſius donatio facta monachis eius loci in hæc verba: *Regnante Domino Carolo Francorum & Longobardorum Rege ac Patritio Romanorum, die XXV menſis Septembris, die Dominica, cum idem glorioſiſſimus Rex Carolus curiam haberet apud nos: ego LVLLVS, Dei gratia Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus tradidi domino meo ſancto Bonifacio Archiepiſcopo & martyri coemtionem prædiorum, quam emi in villa Fargalaha, quæ ſita eſt in pago Thuringiæ, ſuper fluuium Vnſtruth nuncupatum, ea conditione, vt pars mea ſit cum domino & patre meo ſancto Bonifacio martyre & Archipontifice in regno Dei, & vt fratres Fuldenſes mei perpetuo ſint memores* &c. in lib. VIII antiquitat. Fuldenſ. cap. XI.

Compendium ex alia vita.

XXV Poſt conditam a me ſuperiorem de Lullo narrationem, accepi e manuſcr. codice Carthuſiæ Colonienſis compendioſam vitam S. Lulli, a noſtro *Wilhelmo VVlfratho*, Priore monaſterii S. Pantaleonis transmiſſam, quæ recentioris videtur auctoris. In ea Lullus *apud Anglo-Saxones natus* dicitur, *& conſanguinitatis linea attigiſſe* Bonifacium, qui adiutores euangelicæ prædicationis e Britannia arceſſiuit, & *nonnullas* etiam *feminas* pias, *ad inſtruendam in Galliis caſtitatis & pudicitiæ ſcholam, in quibus erat matertera B. Lulli*, Virilis *nomine, cum filia virgine, quæ in Thuringia monaſteriis feminarum præfuerunt.* Si *Virilis* nomen corruptum non eſt, binominis fuit *Chunihildis.* Sic enim vocabatur Lulli matertera, ex dictis, cuius filia *Berathgit.* Addit anonymus iſte: *Poſtquam celebris per Britanniam rumor percrebuit de fideliter geſtis B. Bonifacii, ſancto Lullo adhuc in monaſterio conſtituto, cum Diaconus eſſet ordinatus, incidit in mentem, vt viro Dei tam ſancta occupatione perfuncto opem ferret. Licentia igitur petita a patre monaſterii, per multos maris terræque labores ad S. Bonifacium peruenit.* Denique poſt multa; *trigeſimo ſecundo ordinationis ſuæ anno, XVII Kal. Nouembr.* migrauiſſe ad Dominum perhibetur in cœnobio Hersfeldenſi, vbi *quaſi infinita miracula* præſtat.

IOANNIS MABILLON *ELOGIVM HISTORICVM* B. RABANO, *Archiepiscopo Moguntinensi,* scriptum Actor. Benedictinor.

Edit. I

Sæc. IX.

CAPVT I

Rabani nomina, patria, parentes, natiuitatis tempus.

1

Eius nomina, RABANVS patrio nomine sic dictus, aliud nomen *MAVRVS* accepit ab Alcuino præceptore suo, vti ipse in præfatione commentariis Regum præfixa testis est, vbi ait, se in iis locis, quæ per se exponit, ad marginem *prænotasse M. litteram,* Mauri *nomen exprimentem: quod Magister,* inquit, *meus beatæ memoriæ Albinus mihi indidit.* Nimirum isto æuo mos inualuerat apud litteratos viros in his partibus degentes, vt præter gentilitium nomen, quod plerumque sono duriusculum erat, aliud a Latinis aut Græcis, rarius ab Hebræis adsciscerent, politioris sermonis lenitatem affectantes. Hinc sancto Frichorio Hadrianus; Biscopo cognomen, id est, alterum nomen Benedictus; Willibrordo Clemens; Winfrido Bonifacius; Arnoni, Salzburgensi Episcopo, Aquila; Alcuino Albinus Flaccus; Carolo Magno Dauid; Angilberto Homerus; Riculfo Damoeta; Adalhardo Antonius; Walæ Arsenius, & Hieremias; Ratberto Paschasius; Warino Corbeiæ nouo Abbati Placidius; aliis alia vocabula suppositа sunt. *Hariulfi Chronographi* Centulensis de sancto Frichorio agentis notanda sunt verba in lib. I cap. VI; *Alterius nomen eo quod rictu linguæ barbaræ ineptum visum est, a prioribus mutatum vocatur, & scribitur HADRIANVS.* Adeo vero lenitatem hanc sectabantur illius temporis homines, vt eiusmodi popularia nomina, quasi barbara, pronuntiare fere non auderent, nisi petita venia lectorum: Huc spectat *Seruatus Lupus* in præfatione ad librum de vita sancti Wigberti Abbatis: *Id autem a periti beneuolentia lectoris obtinuerim, vt sicubi latini sermonis lenitas hominum locorumue Germanicæ linguæ vernaculis asperatur, modice ferat: ac meminerit, non carmen me scribere, vbi poetica licentia nonnunquam nomina mutilantur, atque ad sonoritatem Romani diriguntur eloquii, vel penitus immutantur: sed historiam, quæ se obscurari colorum obliquitatibus renuit.* Hæc igitur caussa est, ob quam Alcuinus Rabano cognomentum seu alterum nomen imposuit *Mauro.* quo nomine eum salutare solet in epistolis & poematiis ad illum scriptis. Qui sic duplici nomine affecti erant, alterutrum dumtaxat seorsim vsurpabant, raro vtrumque simul: idque aliis etiam obseruare mos erat. tametsi in epistola *Humberti* Wirziburgensis Episcopi ad Rabanum, Commentariis in Iudicum & Ruth libros præmissam lego hanc scriptionem: *Illustri Viro meritoque insigni ac præstantissimo Patri HRABANO MAVRO Humbertus.* quæ nominum coniunctio itidem in Lotharii Imperatoris epistola expositioni Ezechielis præposita inuenitur. Denique *agnomen* suum *KHabanus* vocat in præfatione ad Matthæi Euangelium. *Iohannes Trithemius* Rabanum passim cognominat *Magnentium,* a Magnentiana familia, ex qua eum processisse credidit. Ex vetustis scriptoribus nullus (quem sciam) hoc cognomen Rabano tribuit ante *Ademarum* Ecolismensem monachum

p. 20.

in

Edit. I in Chronico ab annis ſexcentis exarato, & *Sigebertum* ei ſupparem in lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis cap. LXXXIX, vbi Rabanus alio nomine *Maurus* ſiue *Magnetius* appellatur. HRabanus, qui aliis Rabanus, & Rhabanus, ita nomen ſuum pingere amat cum adſpirata præuia, vt HLudouicus, HLotharius, pro more illius ætatis.

*p. 21 * 2 Rabano patriam alii aliam pro ſtudio quiſque ſuo adfingunt, hi Angliam, Scotiam iſti. Non vacat refellere iſtas nugas. Francum eum fuiſſe, id eſt, in Francia Orientali ortum, conſtat, non quidem Fuldæ, ſed Magontiæ. Audi Rabanum ipſum in Alcuini perſona libros de cruce ſuos offerentem Papæ, & ſic de ſe loquentem : *Patria,*

Ipſe quidem Francus genere eſt, atque incola ſyluæ
Bochoniæ &c.

Fuldæ quippe, quod oppidum in Bochonia ſitum eſt, monachus erat : non tamen eo loci natus, ſed in vrbe Magontia, vt ipſe canit in epitaphio ſuo :

Vrbe quidem hac genitus ſum, ac ſacro fonte renatus :
In Fulda poſt hac dogma ſacrum didici.

Nec audiendi ſunt, qui interpunctionem poſt vocabulum *in Fulda* locant. Rabanus enim ſepulturam ſuam deſignauerat Magontiæ in monaſterio ſancti Albani. Ac proinde verba illa, *vrbe quidem hac genitus ſum*, de Magontia explicare oportet; & quidem ſic explicauit vetus quidam Anonymus, cuius ſententiam referemus infra num. 39.

3 Rabano parentes *RVTHARDVM Magnentiana familia ſatum, virum diuitem & potentem, qui multo tempore ſub Francorum Principibus ſtrenue militauerit; & ALDEGVNDEM honeſtiſſimæ conuerſationis mulierem*, tribuit *Iohannes Trithemius.* Sed qui lapſus eſt in loco natiuitatis eius deſignando, vereor vt ei tute credatur de nominibus & dignitate parentum : quorum nulla mentio apud antiquos. Veruntamen certum eſt, Rabanum inluſtri genere ortum fuiſſe, vt qui fratrem habuit *TVTINVM*, virum cum primis nobilem, teſtante Rabano in eius epitaphio; & nepotem *GVNDRAMNVM* Leuitam, cellæ ſancti Soli Præpoſitum, & Ludouici Germaniæ Regis Capellanum. Tutini epitaphium eiusmodi eſt: Parentes,

Hic iacet inſignis Vir nomine TVTIN humatus,
Complens communem ſorte vocante diem.
Alta clarorum qui natus ſtirpe parentum,
More omni proceres æquiparauit auos.
Ingenio, probitate, fide, verbique decore,
Inter regales vixit honore viros.
Quem iuuenem mediis cecidiſſe viriliter armis
Effecit Domini gratia magna ſui.
Frater Pontificis fuit ille celerrimus armis,
Qui huc germani detulit oſſa ſui.
Flectle genu, palmasque leua, bone lector, & orans
Dic, precor, ambobus propitiare Deus.

Nam vt id de Rabano Pontifice, non de alio interpreter, facit, quod Pontificem non nominat, & quod pro *ambobus* germanis poſtulat preces. Quod ſi cui non ſatis exploratum videatur, ſaltem concedat neceſſe eſt, *GVNDRAMNVM*, virum palatinum, Rabani fuiſſe nepotem. Huius rei certum habemus auctorem, non ſolum Ermanricum eius æqualem in libro de geſtis ſancti Soli; ſed etiam Gundramnum ipſum, qui vt Ermanricum ad ſcribendam Soli vitam adduceret, *domini Abbatis, patrui* (inquit) *mei, licentiam* defert. Quis iſte Abbas fuerit, declarat *Ermanricus* in dictæ vitæ cap. VI, nimirum Fuldenſis monaſterii : *vbi Deo prouidente modo ſanctiſſimus ac in omni arte peritiſſimus dominus Abba Rabanus perſpicaciter fulget. Gundramnum Diaconum, cariſſimum* ſuum *cellulæ ſancti Soli ædituum ac Regis Capellanum, Ermanricus* ita loquentem inducit cap. X : *Ego namque, frater cariſſime, imperante domino meo Rege, ex obedientia patrui ac domini mei cariſſimi & fratrum eius, qui cum eo coenobialiter viuunt, hic ſum, vt cernis, in artiſſimum & ſterilem locum deputatus miniſter.* Id de nullo alio intelligi poteſt, quam de Rabano Abbate Fuldenſis monaſterii, a quo pendebat cella ſancti Soli. Pergit dicere Gun-
*22 dramnus : *Ad hæc * & hoc mentem ſæpiuſcule mouet, quid in me boni dominus Rex potuiſſet nanciſci, quod ſeruitium meum dignatus eſt appetere, vel cur voluiſſet me a quietiſſima*

tissima cœnobii vita, quamuis hactenus non ligatum, in ea educere; & in hac aspe- Edit. I
rrima montium iuga statuere. Nimirum prope cellam sancti Soli villa seu domus regia erat, vt patet ex consequentibus Gundramni verbis, cui villæ præfectus erat Gundramnus, qui & ingemiscit, se vi de monasterio fuisse ablatum, *& in Palatinorum numero nuncupatum.* Alius porro mihi videtur Gundramnus iste a Gundramno, cuius, vti & Otdrudis eius vxoris, epitaphium texuit Rabanus: cum primus Leuita fuerit, alter coniugatus. Hæc de Rabani parentibus, quos claros fuisse ex iam dictis manifestum est.

dies natalis. 4 Natalitium eius diem & annum adseuerantius definit *Trithemius, quarto nonas Februarii, anno septingentesimo octogesimo octauo.* Diem nescio vnde acceperit, annum propter prope attigit. Rabanus ad Diaconatus gradum promotus est anno Christi octingentesimo primo, vt inferius ostendam. Si ecclesiæ veteres leges ac regulas hac in re seruauit, tunc natus erat annos minimum viginti quinque. Hanc enim ætatem exigunt prisci canones, nisi dispensatio accessisset. Ergo in lucem editus est Rabanus anno fere DCCLXXVI. Certe libros duos de laudibus sanctæ crucis scribere aggressus est ante annum DCCCX vbi sex lustra, id est, triginta annos, impleuit.

II *Monastica professio & Diaconatus; studia sub* ALCVINO; *condiscipuli.*

Monastica professio, 5 Fuldæ monachus a puero fuit, teste *Anonymo* inferius adducendo. id quod etiam satis indicat in suo ipsius epitaphio: vbi consequenter post acceptum baptismum se Fuldæ, *dogma sacrum*, id est vitæ christianæ & monasticæ leges didicisse adfirmat. In peruetustis annalibus Fuldensibus, qui in anno Imperii Ludouici Pii desinunt, apud *Lambecium* in tomo II Cæsareæ bibliothecæ, *Raban Diaconus factus* memoratur anno XXXIII regni Caroli Magni, id est, anno Christi DCCCI.

studia sub Alcuino, 6 Adolescentem iam & litteris vtcumque imbutum, Ratgarius Fuldensis Abbas ab anno DCCCII in annos sexdecim, *Rabanum* vna cum *Hattone Turonos direxit ad ALBINVM magistrum, gratia liberales discendi artes*, vt ex peruetusto codice Fuldensi refert *Brouverus* in notis ad Rabani poema XIII. Ratgario id acceptum referre videtur ipse Rabanus in dicto poemate, in quo aliqui versus hoc loco veniunt obseruandi.

Iam mihi concessit bonitas tua discere libros:
Sed me paupertas suffocat ingenii.
Me quia quacumque docuerunt ore magistri,
Ne vaga mens perdat, cuncta dedi foliis.

Hinc Albinum seu Alcuinum præceptorem suum in carmine libris de sancta cruce præfixo inducit, pro se ita sancto Martino supplicantem:

Sancte Dei Præsul, meritis in sæcula viuens,
Causam, quam ferimus, suscipe mente pia.
Nempe ego cum fueram custos humilisque minister
Istius ecclesiæ, dogmata sacra legens:
Hunc puerum docui diuini famine verbi,
Ethicæ monitis & Sophiæ studiis.
Ipse quidem Francus genere est, atque incola sylvæ
Boconiæ, huc missus discere verba Dei.
Abbas namque suus, Fuldensis Rector ouilis,
Illum huc direxit, ad tua tecta, Pater:
Quo mecum legeret metri scholasticus artem,
Scripturam & sacram rite pararet ouans.

His versibus deceptus est *Trithemius* & alii, vt dicerent, Rabanum Alcuino * præceptore litteris operam dedisse Romæ; rati hoc carmen, quod sancto Martino Turonensi Antistiti dirigitur, intelligendum esse de Pontifice Romano, de que Romana ecclesia, in qua litteras professus sit Alcuinus. * p. 23

studiorum socii. 7 Studiorum socios in Turonensi academia Rabanus habuit *HATTONEM* ex dictis, eius postea in Abbatiali dignitate successorem; & *HEMMONEM* seu

Edit. I seu *HAIMONEM*, dein Episcopum Halberstadensem : id enim colligitur ex præfatione operis *de vniuerso* Hemmoni dicati in hæc verba : *Memor sumboni studii tui, sancte Pater, quod habuisti in puerili atque iuuenili ætate in litterarum exercitio & sacrarum litterarum meditatione, quando mecum legebas, non solum diuinos libros & sanctorum Patrum super eos expositiones; sed etiam huius mundi sapientium de rerum naturis sollertes inquisitiones; quas in liberalium artium descriptione & ceterarum rerum inuestigatione composuerunt.* Sodalem etiam habuit *Samuelem* vt patebit ex num. 10. De aliis eius sociis ariolari non lubet.

III *Fuldensis scholæ regimen, celebritas, alii præceptores, Rabani discipuli, & successor in docendo.*

Fuldensis scholæ, quod sustinuit, regimen.

8 TVRONIS reuersus, Fuldensibus præfectus est scholis, Ratgario Abbate, qui parum æquus in litteras & litteratos fuit. Istam prouinciam in se suscepit Rabanus, viuente etiam tunc Alcuino, qui in epistola LV *benedicto sancti Benedicti puero Mauro*, id est Rabano, inscripta, eum *valere feliciter cum pueris suis* iubet. Itaque si Rabanus a Ratgario Abbate, quem anno DCCCII Fuldæ regimen iniisse constat, ad Alcuini scholam missus est; si etiam Alcuinus anno DCCCIV mense Maio viuere desiit; Rabanus exiguo tempore Turonis Alcuinum præceptorem auscultauit.

Scholæ Fuldensis sub eo celebritas.

9 Rabano litteras profitente, magna fuit celebritas Fuldensis academiæ, quæ omnium disciplinarum libris tum abundauit, & præclaros orbi Christiano doctores peperit. Quam ampla fuerit bibliothecæ Fuldensis supellex, docet nos Rabanus in carmine XVI ad Gerhohum Presbyterum, cui commissa erat, quem idcirco *clauipotentem fratrem* appellat:

Dicere quid possum de magna laude librorum,
Quos sub claue tenes, Frater amate, tua?
Quidquid ab arce Deus cæli direxit in orbem
Scripturæ sanctæ per pia verba viris;
Illic inuenies, quidquid sapientia mundi
Protulit in mundum temporibus variis.

Eius in docendo adiutores.

10 Non solus tamen in istis scholis docebat Rabanus, tametsi præcipuus magister erat. Adiutorem, sodalemque habuit *SAMVELEM*, postea Wormatiensem Episcopum, quem etiam sub Alcuino præceptore condiscipulum habuerat. Vtrumque constat ex carmine XXI;

Quondam namque meum gaudebam te esse sodalem
Inter lectores, Frater amate, mihi.
Nunc quoque te gratulor retinere iura magistri
Crescere virtute, patris habere locum.

Quibus versibus significat, Samuelem secum aliquando gessisse magistri seu lectoris officium, quod Episcopus creatus retinebat. Addit post duos versus, eidem etiam communem præceptorem fuisse Albinum;

Quod quondam docuit ALBINVS rite magister,
Hoc pectus teneat, hoc opus omne probet.

Cum Fuldensibus scholis præesset Rabanus, Gildas Hibernus ipsius rogatu librum de computo capitulis XCIX edidit, eidemque nuncupauit. Nuncupatoriam epistolam ex Cottoniana bibliotheca vulgauit inter Hibernicas Vsserius. Ea in epistola operis argumentum Gildas explicat, gratias agens Deo, *qui tibi*, inquit, *eius amorem* * *inspirauit, teque reddit suo fulgore decoratum & proximis tuis profectuosum.*

*p. 24

Discipulicelebriores.

11 Discipulos habuit permultos, in his *WALAFRIDVM STRABVM, SERVATVM LVPVM, RVDOLFVM*, præmissæ vitæ scriptorem, & *OTFRIDVM:* de quibus pauca hic adnotanda. *Walafridus Strabus*, qui postea fuit Augiæ Abbas, se ipse inter Rabani discipulos adnumerat in carmine scripto *ad HRABANVM magistrum suum. Lupus* in epistola I scribit, se ab Aldrico metropolitano suo directum fuisse ad *venerabilem HRabanum, vti ab eo ingressum caperet diuinarum scripturarum.* Eidem *reuerendissimo Patri, eximioque præceptori* suo inscribit epi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

epistolam XL, qui vicissim Lupo post eius ab se discessum dedicauit collectarium in epistolas Pauli. *Rudolfus* Rabanum itidem *præceptorem* ac *magistrum suum* vocat in superiori vita, & in Actis sanctæ Liobæ ab se descriptis. *Otfridus* vero Presbyter, & monachus Wissenburgensis apud Spiram Nemetum, in epistola Liudberto Maguntino Archiepiscopo scripta pro translatione ab se facta Euangeliorum in linguam Theotiscam : *Hunc igitur librum*, inquit, *vestræ sagaci prudentiæ probandam curaui transmittere : & quia a RABANO veneranda memoriæ, digno vestræ sedis quondam Præsule, educata mea paruitas est ; præsulatus vestri dignitati sapientiaque commendare curaui.* Edit. I pag.

in docendo successor.

12 Abbas factus vir sanctus curam docendi liberales artes aliis commisit, reseruato sibi officio interpretandi scripturas sacras. Nam ad eum iam Abbatem missus est Lupus, vti ab eo præludia istius disciplinæ disceret, ex dictis. Eo Abbate humaniores litteras scholaribus tradidit *CANDIDVS* monachus, cuius hæc verba sunt initio libelli, quem de vita Eigilis Abbatis composuit : *De cetero quoque notum facio tuæ caritati, quod anno præterito dominus Abbas HRabanus, cum illi querebar, quia non haberem quemquam mecum consociorum, cum quo in diuina lectione disputando & legendo proficere potuissem, tale mihi responsum referebat : „Exerce*, inquit, *temetipsum legendo & aliquid vtilitatis adde dictando. Nam dum ego ibidem, vbi nunc ipse moraris, quondam commanerem, librum prosa & versibus in laudem sanctæ crucis diuina gratia inspirante incæpi.* Atqui istud opus aggressus est Rabanus, dum humaniores disciplinas doceret in schola monasterii : in qua proinde Candidus tum, cum Eigilis vitam scribebat, præceptoris obtinebat officium.

IV Sacerdotium ; vexatio ; iter Ierosolymitanum.

Eius sacerdotium,

13 Ordinis sacerdotalis gradum suscepit ab Haistulfo Archiepiscopo Moguntino, quod ipse testatur in epistola ad eundem Haistulfum initio librorum de institutione clericorum, in hæc verba : *Tuo enim magisterio semper me libens subdam, a quo recordor me accepisse dignitatem ecclesiasticam*, id est, sacerdotalem ordinationem. Scribebat hanc epistolam Rabanus anno DCCCXIX, signato in versibus Haistulfo inscriptis in limine istorum liborum, quo anno facta est Fuldensis basilicæ dedicatio, cui Rabanus interfuit iam Presbyter, teste *Candido* in vita sancti Eigilis. Atqui Haistulfus sedem Mogontiacensem anno DCCCXV iniisse dicitur apud *Serarium*, ac proinde eodem fere anno ordinatus ab eo est Rabanus. Certe verbum, *recordor*, quo vsus est in præcitata epistola anno DCCCXIX (vt dixi) Haistulfo directa, satis innuit, iam aliquantum effluxisse temporis a sua ordinatione. Postea quam hæc obseruaueram, incidit in manus meas tomus secundus bibliothecæ Lambecianæ, in quo veterrimi habentur Fuldenses annales iam laudati, vbi de Rabani sacerdotio hæc lego : *Anno I* Ludouici Pii *HRaban ordinatur ad Presbyterum X Kal. Ianuarii ab Heilstolfo Archiepiscopo Mogontiacensi.* Ergo anno DCCCXIV desinente, quo proinde anno Heistulfus ecclesiæ Mogontiacensi iam præsidebat.

vexatio,

14 Inter ea motus & simultates excitantur in monasterio Fuldensi ; dira pestis, qua non semel afflicta est illa congregatio, primum quidem Sturmio Abbate, tum etiam (vt coniicio) regente Baugulfo, qui ob id regimine cessisse videtur : dein sub * Ratgario, qui iussu Ludouici Augusti abiectus est ; ac demum itidem sub Rabano, quem monachorum suorum factio Abbatiæ nuntium remittere coegit. Sturmius, iubente Pipino, in exilium missus est *ad magnum cœnobium, quod dicitur Vnnedica*, vt in ipsius vita legitur sæculo III. *Brouverus*, primus vitæ editor, suspectam habuit vocem *Vnnedica*, vbi V. C. *Hadrianus Valesius* legendum putat *Gemedico*, *Iumiege*, quod *Gemedicum*, *Gemeticum*, & *Gimeticum* vocant, situm in pago Rotomagensi ad Sequanam. Certe procliuis est mutatio litteræ *G* in *V* apud Teutones & Francos : adeo vt pro *Gimedico* scriptum sit in Sturmii actis *Vimedico*, cuius loco *Brouverus* legerit *Vnnedico*. Itaque Sturmii exsilii locum esse Gemeticum indubitanter existimem. Et quidem iniqua fuit in Sturmium & Rabanum commotio monachorum : in Ratgarium vero iusta, moderata, & necessaria. Ratgarius quippe, vbi primam iniit pastoralem curam, mox totum fere monasterii disciplinæ Fuldensis statum peruertit, aliorum monasteriorum, nedum sui, mores reprehendens, *quasi regulariter non viuerent :* monachos suos rebus necessariis spoliatos ad laborem manuum assiduum adigebat, abrogatis solitis precibus, frequenti * 25

Missarum

Edit. I pag. Missarum celebratione, & festis diebus non paucis. Hinc querelæ apud Carolum M. depositæ a monachis, quorum supplicem hac de re libellum retuli post vitam sancti *Eigilis* Abbatis Fuldensis. Caroli iussu repressa Ratgarii seueritas, eo mortuo rursus feruere, ad laborem plus quam seruilem suos adigere, eisque libros & studiorum vsum interdicere. Hi precibus primum apud ipsum rem agunt, ad genua procumbentes supplicant, vt mitius cum eis agatur. Rabanus ipse, cum librorum parua supellex adempta fuerat, durum ac ferocem Abbatis animum delinire tentat his versibus:

Te, Pater alme, Virum monachorum, atque optime Pastor,
Inuoco propitium ipse tuus famulus:
Vt tua nunc pietas miserum me exaudiat alma,
Ad te clamantem, Rector vbique pius.
Iam mihi concessit bonitas tua discere libros;
Sed me paupertas suffocat ingenii.
Me quia quæcumque docuerunt ore magistri,
Ne vaga mens perdat, cuncta dedi foliis.
Hinc quoque nunc constant glossæ, paruique libelli,
Quos precor indigno reddere præcipias.
Serui quidquid habent, dominorum iure tenetur:
Sic ego quæ scripsi, omnia iure tenes,
Nec mihi ceu propria petulans hæc vindico scripta:
Defero sed vestro omnia iudicio.
Seu mihi hæc tribuas, seu non; tamen omnipotentis
Diuinitas semper det tibi cuncta bona:
Certamenque bonum cursu consummet honesto,
Cum Christo vt maneas semper in arce poli.

Mouisset ferreum pectus tam iusta, tamque modesta oratio: at saxo cantum est. Hinc malum ingens, secessio & exsilia monachorum, & solitudo in solitudine ipsa. Lugubrem hunc Fuldæ statum pathetikῶς describit Rabanus in carmine XXX ad quendam Fuldensem monachum exsulantem: quod non ab re erit huc referre, vt pastores demum intelligant, quantum malum pariat immoderata seueritas.

Currens charta procul nuntia porta
Dilecto grauia munera Fratri,
Quæ infausta tulerat temporis hora.
Quem dudum eripuit sorte nefanda
Sons, fraus, atque dolor, & labor ingens
Longas compulerat quærere terras.
Pars ablata fuit, parsque remansit:
Cum diuisus homo (proh dolor) vnus
Est voto atque anima corpore bino.
* 26 ** Postquam tu vnanimis Frater abisti,*
Ast mox per varios torsus vbique
Sum casus, odiis læsus & atris.
Sed nunc .·. doleo pectore tristi
Multum posse malum huc generale,
Quam soli mihimet condere damnum.
Ex quo seditio noxia dudum
Inter nos orta est, nemo valebat
Lenire hanc precibus, nec dare finem.
Crescens sed nimium tempore multo,
Aucta est perque dies sorte maligna,
Vastauit populum Patris ob iram.
Durescit qui animo & credere nescit,
Trux deturbat oues, cæde cruentat:
Nullius miseret, sæuit in omnes.
His commota malis turba reliquit
Antiquum stabulum: sit peregrina.
*Læsis vna salus pergere longa * est.*

* l. longe

Venit ſumma dies, tempus amarum, Edit. I
Quando extrema pati turba coacta eſt, p. 26
Et conuicta malis linquere ſedes.
Cuncti conueniunt vndique Fratres,
Queis mens vna fuit, parque voluntas,
Immitem vt precibus flectere certent.
*Duratus qui animo ſpreuerat * omnes,* * *pro* ſpreuit
*Irritans populum * pellit ab æde,* * monachos
Deſperare dedit patris amorem.
Diuerſo interea mœnia luctu
Miſcentur: reſonant cymbala cumque,
Et ſignum eccleſiæ conuocat omnes.
Accurrunt tumulo Martyris almi,
Flet miſta ſenibus plebs iuniorum,
Ex imo gemitus pectore ducunt,
Expanduntque manus cum prece fuſa.

Sic deſinit mutilus codex, ex quo ſatis huius tragœdiæ finem diſcimus. Delata res eſt ad Ludouicum Auguſtum, qui monachis Fuldenſibus facultatem dedit eligendi alium Abbatem. Mox abiecto Ratgario electus eſt anno DCCCXVII Eigil Abbas, vt in eius vita ſuperius dictum eſt. Eo Abbate rediit optata ſerenitas, collecti denuo in vnum monachi regularem diſciplinam & ſtudiorum vſum reuocarunt Rabano maxime præceptore.

Iter Hieroſolymitanum. 15 Per eam Ratgarii tempeſtatem accidiſſe arbitror, vt Rabanus loco cedere compulſus, abierit in loca ſancta: cuius peregrinationis hactenus ignoratæ meminit ipſe in MS. commentariis libri Ioſuæ cap. II verſ. 8, vbi de Sidone agit; *Ego quidem*, inquit, *cum in locis Sidonis aliquotiens demoratus ſim, numquam comperi duas eſſe Sidonas, vnam magnam, & aliam paruam, quantum ad terrenum pertinet locum.* Neque enim iter iſtud reuocari poteſt ad tempus intermiſſi regiminis Abbatialis. Siquidem hos commentarios nuncupauit Fridurico Traiecti ad Rhenum Epiſcopo, qui anno DCCCXXXIV cæſus eſt, ante annos octo, quam Rabanus regimen abdicaret.

V Abbatis munus; res geſtæ; regiminis abdicatio.

16 Eigili Abbati ita, vt dixi, inſtituto, ac poſt quinquennium mortuo, ſucceſſit Rabanus anno *DCCCXXII* menſe Auguſto vel Septembre, vt colligo * ex duabus chartis, a *Piſtorio* editis, quarum vna Eigile Abbate data eſt *VI Nonas Auguſti*, pag. 528; alia HRabano, *menſe Octobri, V Kalendas Nouembris*, pag. 533; vtraque Ludouici Imperatoris anno nono. * 27

17 Præclaras res a tanto Abbate geſtas explicare omnes difficile eſt. Ab eo ſiquidem ſarta tecta viguit monaſtica diſciplina; aucta præter modum cœnobii exiſtimatio & fama, vti & monachorum religio; plurimum temporalis commodi adiectum; litterarum ſtudia mirifice exculta; Regum & Imperatorum, quibus gratiſſimus & acceptiſſimus ſemper fuit, conciliata beneuolentia; & (quod prius dixiſſe debueram) baſilicis, ſacris aris, ac Sanctorum reliquiis cultus amplificatus. Audiendus hoc loco Trithemius. *Sub eius regimine monaſterium Fuldenſe rebus atque perſonis creuit quotidie, & fama ſanctitatis monachorum eius per totum ſe regnum Francorum diffudit. Præcipue tamen Abbatis HRabani opinio doctrinæ & ſanctimoniæ in ore fuit omnium celebris & glorioſa, non ſolum apud Germaniæ Francos, ſed apud Gallicanos quoque & Italos: cuius viri fama Reges & Principes, Epiſcopos & Doctores, quoslibet, etiam longius diſtantes, in eius venerationem permouit. Ex omni regno Francorum, quod tunc erat vnum Germanis & Gallis, ad audiendum illum certatim confluebant viri multarum facultatum periti; & ſe fore beatos exiſtimabant, qui ad eius fuiſſent familiaritatem admiſſi. Multi quoque Principes, nobiles & ciues HRabani magiſterio filios ſuos commiſerunt imbuendos, variis atque magnificis præceptorem donis & muneribus honorantes: quos ille tanta ſedulitate docuit, qua maior excogitari vix potuiſſet.*

res geſtæ, 18 Quid in Sanctorum reliquias & loca ſacra præſtitum ab eo ſit, abunde nos docuit ſuperius *Rudolfus*, niſi quod omiſit, iacta per eum fuiſſe fundamenta Hersfeldenſis

Edit. I pag. feldensis ecclesiæ, teste *Lamberto*, huius loci monacho, cuius hæc verba: *Anno DCCCXXXI Brun & Raban Abbates fundamentum ecclesiæ sancti Wigberti foderunt VI Idus Iulii, feria secunda.* Quam Rabanus post Bruni mortem absoluit, & an. DCCCL dedicauit: cuius rei memoriam versibus testatam reliquit.

Disciplulorum institutio,

19 Fuerunt eo tempore, Meginfrido apud *Trithemium* testante, in cœnobio Fuldensi *monachi centum quinquaginta*, quos ille non minus virtutibus, quam litterarum studiis informabat. Famam eius doctrinæ probat factum Lupi, qui iam vir, magnis rebus occupatus, excultusque litteris, Rabani tamen disciplinæ erudiendum se submisit paullo ante concessam sibi Ferrariensis monasterii administrationem, vt patet ex ipsius epistola V. Idem iam Abbas præceptori gratias agit epistola XL. Quid rei egerit in Fuldensi academia sub Rabano, declarat ipse in epistola sequenti ad Immonem Episcopum Nouiomagensem. *Cur autem vobis significari petieritis, quos libros in Germania scripserim, vel legerim; demiratus sum, nec satis causam comprehendere potui, nisi forte mei experimentum argute capere voluistis propositis duabus rebus: quarum altera, si cessissem, videri poterat ostentationis; altera imprudentiæ puerilis. itaque simpliciter vobis aperio, principem operam me illic destinasse lectioni; & ad obliuionis remedium & eruditionis augmentum libros paueulos parauisse: nec Germanicæ linguæ captum amore, vt ineptissime quidam iactauerunt, sarcinam subiisse tanti tamque diuturni laboris.*

prudentia in dissensione Principum,

20 Inter ea, Ludouici Augusti filiis in patrem conspirantibus, tam prudenter & religiose se gessit Rabanus, vt & patris & filiorum beneuolentiam sibi retinuerit, fueritque apud eos sequester concordiæ & pacis, edito libro de *reuerentia filiorum erga patres & subditorum erga Reges:* in cuius fine Ludouicum Imperatorem ad indulgendum filio & aliis hortatur.

rei familiaris cura,

21 Quid rei familiaris coenobio Fuldensi per eum accesserit, testes sunt litteræ donationum a *Pistorio* & *Brouvero* editæ. Obseruatione digna est *Eginhardi* epistola XVI. *Reuerentissimo Christi famulo HRabano venerabili Abbati* inscripta, qua Gundhartum quemdam eius hominem a militari illius anni expeditione excusatum haberi rogat. Fuldense quippe cœnobium erat ex illorum numero,
* 28 qui Regi dona & * militiam (sic aiunt) debebant. Ad hæc egregium a Gregorio Papa IV diploma obtinuisse dicitur, quo Pontifex sex priuilegia Fuldensibus concedit. „ I Confirmat monasterii patrimonium. II Adsignat Rabano eiusque successoribus domicilium Romæ, puta monasterium sancti Andreæ, dictum Exauilum, iuxta ecclesiam sanctæ Mariæ ad præsepe. III Vetat cuiusuis ordinis Antistibus, ne sacrificent in Fuldensis basilicæ ara primaria. IV Concedit prædicandi facultatem, procdriam & primatum sedendi in publicis consessibus, ante omnes Galliæ & Germaniæ Abbates. V Vsum dalmaticæ, caligarum & sandaliorum. VI Vt Fuldensis Antistes nonnisi ab Apostolica sede benedicatur aut confirmetur. „ Idibus Maii per manus Benedicti Notarii & Scriniarii Indict. XIV, id est, anno DCCCXXXVI, quod diploma *Gretserus* ex Viennensi bibliotheca publicauit, teste *Brouvero* in relectionibus *ad Antiquitates Fuldenses.* Quod diploma, inquit, si genuinum est, magna Rabano ornamenta conciliat.

beneficentia in pauperes,

22 His addit *Trithemius*, Rabanum in pauperes, non sine suorum oblo quio liberalem fuisse; & in refrigerium defunctorum eleemosynas dare solitum: quas cum Adelhardus monachus, homo Francus, nimis quam auarus domesticæ rei dispensator, aliquando fraudasset, egregiæ castigatum cælitus fuisse anno DCCCXXXVII. Id cum legi, venit in mentem illius *Adalhardi incluſi*, cuius epitaphium extat in poematiis Rabani. Quod vero subdit *Trithemius*, eum data lege remouisse feminas ab ingressu Fuldensis ecclesiæ, id ab initio cautum eo in loco, *ex quo a monachis habitari coeptus est*, auctor est *Rudolfus* in libro de vita sanctæ Liobæ Abbatissæ. Quiddam nihilominus notandum est in his Trithemii verbis. *Fecit & aliam valde necessariam constitutionem beatus Abbas Rabanus, quæ (vt fertur) vsque in præsentem diem in monasterio seruatur. Sciens enim quam sit monachis frequens conspectus mulierum periculosus, illis maxime, qui iuniores ætate in timore Domini adhuc minus exercitatos habent sensus; de consilio duodecim seniorum cunctis perpetuo mulieribus ad monasterium interdixit accessum. quæ sancta constitutio vt robur obtineret perpetuum, transitum femineo sexui per aquilonarem vrbis portam, extra quam situm est monasterium, perpetua sanctione prohibuit & negauit.* quod forsan de priscæ consuetudinis confirmatione intelligendum est.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ceterum quod ait Trithemius, istum morem ad suum vsque tempus seruatum fuisse; excipias festum sancti Bonifacii & quosdam alios festos dies, in quibus feminis patebat ingressus ecclesiæ de concessu Pontificis Romani, tametsi obseruatum a maioribus est, prima vice, qua patuit, ecclesiam postridie de cælo tactam conflagrasse, vt dictum est ad vitam sancti Sturmii Abbatis. Edit. I pag.

missa Hirsaugiam colonia, 23 Quod superest, Rabanus Abbas anno DCCCXXXVIII Hirsaugiam misit coloniam monachorum, qui coenobium, ab Erlafrido Comite instructum incolerent, præposito eis discipulo suo Liutberto Abbate, vti *Trithemius* in historia Hirsaugiensi fusius docet.

Abdicatio Abbatiæ. 24 *Anno DCCCXLII*, inquit *Lambertus Schafnaburgensis*, *Liutharius expulsus est a regno, & Raban Abbas de monasterio*, cum illud *per annos viginti nobiliter rexisset*, ex Rudolfo. Id factum dissensione monachorum *Trithemius* ex Meginfrido tradit. *Anno natiuitatis eius quinquagesimo septimo, vt Meginfridus Fuldæ postea monachus est auctor, facta est inter eum & monachos eius sollicitante diabolo grauis quædam, & nociua dissensio, cuius tamen causam non expressit. Quam Ludouicus Germanorum Rex, frater Lotharii Imperatoris ac Regis Italiæ, filius Ludouici primi, missis ad Fuldam nuntiis HRabanum ad se vocauit Abbatem, & monachorum temeritatem regali auctoritate compescuit, venientemque cum honore suscepit, & biennio ferme secum in curia regali detinuit. Interea monachi Fuldenses, pœnitentia ducti, Oratores miserunt ad Regem, humili supplicatione rogantes, vt ablatum sibi redonaret Abbatem: quod tamen facere propter causam rationabilem & Abbas ipse renuit, & Rex admittere nullatenus consensit. Mansit * ergo in aula regia beatus Abbas HRabanus biennio, vsque ad mortem Otgarii Archiepiscopi Moguntini, monachis interim lamitantibus.* * 29 Hic duplex erratum, & quod Rabanus biennio in aula mansisse post dimissam præfecturam; & quod exacto illo biennio sedi Moguntinæ admotus dicitur. Nam toto fere quinquennio priuatus in cella remota degit, ab anno scilicet DCCCXLII ad XLVII, quo successit Otgario. Rem melius distinguunt Abbatum Fuldensium acta vetera a *Brouvero* citata in libro IV Antiquitatum Fuldensium. *HRabanus postquam ecclesiam Fuldensem per viginti annos egregie rexisset, relicta quam habuit potestate vltra Rhenum fluuium in regnum Lotharii se contulit, post quem quidam de fratribus monasterii, si quo modo eum reuocare possent, mittuntur. Illo vero renuente, Hattonem super se Abbatem constituerunt. HRabanus autem post dies paucos ad monasterium veniens, cum concordia Abbatis & fratrum eius ad orientalem plagam monasterii montanus efficitur.* id est, reclusus in cella, quæ in monte sancti Petri sita est, duodecim fere stadiis a monasterio: vbi *DEO seruiens*, inquit *Rudolfus*, *cælesti sapientiæ vacabat.* De hoc secessu explicanda est *Lotharii* Augusti epistola Rabano inscripta initio Commentarii in Ezechielem. *Placet, inquam, tua habitatio nobis, si creditur ab omni iactantia aliena. Plus enim interiorem hominem rustica montium solitudo, quam regalis vrbium pulcritudo delectat, vbi nulla liuentis inuidia tranquillum pectus hilari mentitur intuitu, nec fucati sermonis adumbrata blanditiis artifici scelere mutua fabricatur astutia.* Data est hæc epistola eo tempore, quo bellorum tumultus Lotharium, & fratres eius de regno disceptantes agitabat, vt initio epistolæ Lotharius significat. Tempus dimissi regiminis vir magnæ eruditionis *Stephanus Baluzius* recte statuit in notis ad Lupi epistolam XL, tum ex anno DCCCXXII, quo initam a Rabano dignitatem Abbatialem docent Annales Fuldenses; tum ex spatio viginti annorum regiminis, quos ipsi Rudolfus adsignat vsque ad depositionem curæ pastoralis. Repugnare tamen videtur vetus Abbatum Fuldensium catalogus manu descriptus, citatus a *Brouvero* in notis ad Rabani poema XXVIII, quo in catalogo *Hatto*, *Bonosus dictus*, Rabani successor, *suscepisse gubernaculum Abbatiæ anno Domini DCCCXLI*, perhibetur. quod interpretandum puto de fine anni DCCCXLI secundum veterem calculum; at de initio anni DCCCXLII secundum nouum. Rabanus enim Eigili successit sub finem anni DCCCXXII. Id est mense Septembri, ex dictis dignitate cessit, *cum monasterium rexisset per annos viginti*, teste *Rudolfo*. Ac proinde eius abdicatio contigit initio anni DCCCXLII, quod nonnulli ad præcedentis anni finem referebant. Hunc calculum prævalide firmat *Lupi* epistola XLI, vbi ait, se sospitem reuersum ex Germania, seu ex Fuldensi academia, perculsum fuisse nuntio mortis Aldrici Senonensis Episcopi nutritoris sui, quem sub finem anni DCCCXL, nimirum VI Idus Octobris obiisse superius

in

Edit. I pag. in eius vita ostendi. Atqui Rabanus tum, cum Lupus ab eo discessit, Abbatis munus abdicauerat, vt intelligitur ex *Lupi* epistola XL ad ipsum, in qua iam in Galliam reuersus scribit, se audiuisse, Rabanum deposuisse sarcinam administrationis. Ac proinde id contigit solum initio anni *DCCCXLII*, quo tempore Lotharius cum fratribus suis de regno armis disceptabat, vt dictum est supra. Huc accedunt quædam chartæ donationum apud *Pistorium* pag. 484 & 558, quarum vna HRabano Abbati facta dicitur, *anno secundo Ludharii glorioſissimi Regis Francorum, quarto Nonas Aprilis*, id est anno DCCCXLII, alia Hattoni Abbati, *quarto Nonas Aprilis anno tertio Ludouici Regis Orientalium Francorum*, id est, anno insequenti. Quæ fuerit huius abdicationis causa, sibi renuntiari optat *Lupus* in dicta epistola XL his verbis: *Ceterum audiui sarcinam administrationis vestræ vos deposuisse, & rebus diuinis solummodo nunc esse intentos: Hattoni vero nostro curam sudoris plenam reliquisse: cuius rei ordinem simulque alia, quæcumque videbuntur, beatitudinis vestræ litteris optabo cognoscere.* Verum quid Lupo rescriptum hac de re sit, ignoramus.

25 Huius vacationis tempore vir pius totum se contulit ad studia sacra- *Studia in col. la Petrina.*
* 30 rum * litterarum: tumque opus suum de *vniuerso* dedicauit Hemmoni Episcopo Halberstadensi, ad quem hæc verba facit in epistola nuncupatoria: *Postquam me diuina prouidentia ab exteriorum negotiorum cura absoluit, teque in pastoralis curæ officium sublimauit; cogitabam, quid tuæ sanctitati gratum & vtile in scribendo conficere possem.* Præterea *anno DCCCXLIIII*, vt tradunt Annales Fuldenses, *HRabanus sophista*, id est sapiens, *& sui temporis Poetarum nulli secundus, librum quem de laude sanctæ crucis Christi figurarum varietate distinctum difficili & mirando poemate composuit, per Aschricum & HRuodbertum, monachos monasterii Fuldensis, Sergio Papæ, sancto Petro offerendum, transmisit.* De reliquis eius operibus per id tempus editis postea dicemus. In his commentarios suos in *Sapientiam* & in *Ecclesiasticum* cum *libro poenitentiali* nuncupauit Otgario Mogontiacensi Antistiti, decessori suo: de quo
p. 725 explicanda est cleri Mogunti epistola reclamatoria apud *Chesnium* edita tomo II historiæ Francorum, vbi Otgarii seu Otgeri reditum in sedem suam ab Ludouico Imperatore flagitant Mogontiacenses *propter nimiam necessitatem, quæ quotidie in ipsa parochia grassabatur, absente diu & procul versante suo pastore.* Id autem propterea noto, quod nullam eius rei mentionem facit *Serarius* in historia Moguntiaca. Is est Otgarius, cui Rabanus pro ordinatione Werdrici Diaconi scripsit, probante Eginhardi epistola IV.

VI Archiepiscopalis dignitas, Archiepiscopi gesta.

26 *Anno DCCCXLVII*, habent *Annales Fuldenses*, *Otgarius Mogontiacen-* *Archiepiscopatus,*
sis Episcopus XI Kal. Maii obiit: in cuius locum HRabanus ordinatus est V Kal. Iulii.
Hic scrupulum mouet *Petrus Franciscus Chiffletius*, eruditus Presbyter Societatis IESV, qui in præfatione ad librum contra Iudæos, sub Rabani nomine ab se vulgatum, censet Rabani ordinationem factam esse anno præcedente, nimirum tum propter diem dominicam, in quo Episcoporum ordinationes fieri debent ex antiquo more, eo anno in V Kal. Iulii incidentem: tum propter spatium nouem annorum regiminis cum vno mense & diebus quatuor, qui Rabano tribuuntur in prædictis Annalibus, vbi mors eius refertur ad annum DCCCLVI, pridie Nonas Februarii. Nam a V Kal. Iulii anni DCCCXLVII ad hunc annum non reperiri integrum nouennium. Quapropter existimat, annum DCCCXLVII in istis Annalibus computari secundum veterem calculum, qui annus sit præcedens secundum nouum. Et quidem proba est vtraque Chiffletii ratio: sed nodi vtriusque solutio aliunde repetenda. Mensis enim Iunius, in cuius die V Kal. Iulii ordinatio Rabani facta dicitur, trahi non potest in diuersos annos pro diuerso calculo; sed tantum tres menses primi æræ nostræ vulgaris, neque præcedit vetus computandi ratio; sed Dionysiana & nostra noua. Sic Ianuarius, Februarius, & Martius ad Pascha vsque pertinent ad finem anni DCCCXLVII secundum vetus computum; ad initium vero anni insequentis secundum Dionysianum, quod annos inchoat a Christi natiuitate; & secundum nostrum nouum, quod a mense Ianuario. Scio alicubi variasse hunc vsum, ita vt menses nouem, ab annuntiatione seu a mense Martio ad natale Domini, vno anno præuerterint aliquando eum calculum, qui annos computabat a natiuitate, non ab incarnatione, eumque morem, teste *Couar-*

ruvia, obtinuiſſe apud Pſanos. At rariſſimus fuit iſte computandi modus. Proinde, vt dixi, huiuſce nodi a Chiffletio propoſiti ſolutio repetenda eſt aliunde. Negari certe non poteſt, quin Epiſcoporum ordinationes pro veteri more fieri ſolitæ ſint die dominica: ſed non ſemper. Nam ſancti Wilibrordus & Bonifacius ordinati ſunt Romæ, hic pridie Kal. Decembris anni DCCXXIII, qui dies tum in feriam tertiam incidit; ille anno DCXCVI, die ſanctæ Cæciliæ, qui in feriam quartam. Exiſtimo tamen Rabani ordinationem contigiſſe die dominica; ſed quia teſtantibus Annalibus Fuldenſibus, Franco-Saxonicis, & Hermanno monacho facta eſt anno DCCXLVII, fatendum eſt, mendum irrepſiſſe in diem apud annales * Fuldenſes, & pro *V Kal. Iulii* reponendum eſſe *VI Kal. Iulii*, vti legit *Trithemius.* Quanquam *Franco-Saxonici annales* MS. optimæ notæ, qui cetera hoc loco cum Fuldenſibus conueniunt, Rabani ordinationem reponunt VIII Kal. Iulii, id eſt, die natali ſancti Iohannis Baptiſtæ. Qua die ob feſti celebritatem, tametſi dominica non erat, Rabani ordinatio facile fieri potuerit. Aliud Chiffletii monumentum inferius diluendum eſt, vbi Rabani annos Pontificatus expendemus. Interim moneo, librum ſeu epiſtolam contra Iudæos, ſub nomine Rabani vulgatam, ex qua præcipuum ſententiæ ſuæ de anno ordinati Rabani fundamentum depromſit Chiffletius, non eſſe huic Pontifici tribuendam, ſed Amoloni, vt poſtea demonſtrabo. Nunc res a Rabano Archiepiſcopo geſtæ paucis explicandæ ſunt. Edit. I pag. *31

Res ineo geſtæ. 27 Eodem ordinationis ſuæ anno ex prædictis Annalibus, *iubente HLudovvico Rege apud Moguntiacum ſynodum habuit circa Kal. Octobris*, nimirum in monaſterio ſancti Albani. Occaſio huius ſynodi eadem fuit, quæ Meldenſis concilii, vt *Baronius* obſeruauit. Cum enim a Laicis bona eccleſiarum, iura pariter & perſonæ inuaderentur, deque his frequentes apud Regem querelæ deponerentur; ipſe, vt his malis mederetur, ſatis egit vt eiuſmodi prouinciale concilium colligeretur, *cui Archiepiſcopus Rabanus, vir doctrina valde inſignis, praeſſe deberet, quem ſciret probitate atque ſcientia nulli ſecundum*, inquit *Baronius.* Quot vero Epiſcopi interfuerint, quæue definierint, docet Rabani ſynodalis epiſtola ad Ludouicum Regem miſſa cum capitulis ibidem conſtitutis, quæ exſtant in collectione Conciliorum. In ea epiſtola conſideranda ſunt hæc verba: *Decreuimus, vt ſingulis parochiis per Epiſcopos & Clericos, per Abbates & monachos oratio pro vobis, & pro veſtra coniuge, ſimulque prole nobiliſſima fieret, cuius orationis ſumma eſt, Miſſarum tria millia & quingentæ, & Pſalteriorum mille ſeptingenta.* Et infra: *Tunc vero conſidentes in clauſtro ſancti Albani martyris, ſecundum morem illum, quo priſcis temporibus ſub Carolo Imperatore Hildebaldus & Ricolfus, cum ceteris Epiſcopis & Abbatibus illuc conuenientibus fecerunt, cœpimus in Dei nomine, communi conſenſu & voluntate, tractare pariter de ſtatu veræ religionis, atque vtilitate & profectu Chriſtianæ plebis. Conuenit inter nos de noſtro communi collegio & Clericorum & Monachorum facere duas turmas, ſicut & fecimus: ita vt in vna turma conſiderent Epiſcopi cum Notariis .*˙. *in alia vero turma ſederunt Abbates & probati monachi, regulam ſancti Benedicti legentes atque tractantes diligenter, qualiter monachorum vitam in meliorem ſtatum atque augmentum per Dei gratiam perducere poſſent: vbicunque per negligentiam atque deſidiam Rectorum regularis ordo dilapſus fuiſſet, rurſum ſecundum normam ſancti Benedicti reſtitueretur.* In illa etiam ſynodo ventilata eſt cauſa cuiuſdam, *pſeudoprophetiſſæ de Alamanniæ partibus, nomine* Thiotæ, *quæ Salomonis Epiſcopi* Conſtantienſis *parochiam ſuis vaticiniis non minime turbauerat, adſerendo certum conſummationis ſæculi diem, aliaque perplura diuinitus ſibi reuelata. Hæc in præſentiam Epiſcoporum apud ſanctum Albanum adducta, publicis cæſa flagellis, miniſterium prædicationis, quod irrationabiliter arripuit, cum dedecore amiſit,* vt fuſius legitur in iam dictis Annalibus, ex quibus etiam ſubiecta eruimus.

28 *Anno DCCCXLVIII* HLudovvicus Germaniæ Rex *homines HRabani Epiſcopi aduerſus dominum ſuum conſpirantes, publice conuictos cum eo pacificauit apud Moguntiacum.* Goteſcalcus *quoque quidam Presbyter*, monachus cœnobii Orbacenſis ſub parochia & ditione Archiepiſcopi Remenſis, ſed diœceſis Sueſſionenſis, *de prædeſtinatione Dei praue ſentiens, & tam bonos ad vitam, quam malos ad mortem perpetuam ineuitabiliter a Deo prædeſtinatos eſſe affirmans, in conuentu Epiſcoporum rationabiliter (vt plurimis viſum eſt) conuictus, & ad proprium Epiſcopum Igumarum Remis tranſmiſſus eſt; prius tamen iuramento confirmans, ne in regnum HLudovvici*

Edit. I *vvici vltra rediret.* Meminit iſtius ſynodi *Hincmarus* cum variis in locis, tum
* p. 32 maxime in capite II * poſterioris operis aduerſus Gotheſcalcum, vbiſynodalem epiſtolam profert a Rabanoad ſe miſſam de Gotheſcalco, quæ extat in tomo III Conciliorum Galliæ. Rabanus inſuper tres hac de re ſcripſit epiſtolas ad Hincmarum Remenſem, ad Notingum Veronenſem Epiſcopos, & ad Heberardum Comitem in Italia, quas typis vulgauit *Iacobus Sirmondus* anno MDCXLVII. Duas ſuperiores ſynodos in vnam conflauit *Trithemius* in Chronico Hirſaugienſi, vbi de hac ſynodo agens multa peccat. Tum quia eam ſynodum iuſſu Lotharii coactam fuiſſe dicit, cum Ludovico Rege procurante id factum ſit: tum quia Patres ſynodi recenſens, memorat Altfridum Hildesheimenſem Epiſcopum, qui anno dumtaxat DCCCLI eam ſedem iniit; Hetti Archiepiſcopum Treuirenſem, Hildeboldum Colonienſem, Ludericum Bremenſem Epiſcopum, & Einhardum Abbatem Selgenſtatenſem, qui antea e viuis abierant, & Radulfum Abbatem S. Medardi Sueſſionenſis, *poſtea Bituricenſem Archiepiſcopum*, qui hanc dignitatem iam dudum ante, id eſt, ab anno DCCCXL obtinuerat. Lege *Henſchenii* commentarium num. 51.

29 *Anno DCCCL*, ex iisdem annalibus Fuldenſibus, *grauiſſima fames Germaniæ populos oppreſſit, maxime circa Rhenum habitantes: nam vnus modius de frumento Moguntiaci vendebatur decem ſiclis argenti. Morabatur autem eo tempore HRabanus Archiepiſcopus in quadam villa parochiæ ſuæ, cui vocabulum eſt* Wincella: *& pauperes de diuerſis locis venientes ſuſcipiens, cotidie pluſquam trecentos alimento ſuſtentabat, exceptis his, qui in præſentia illius veſcebantur aſſidue.* Iam ſuperius ex Trithemio notatum eſt, quantæ caritatis in pauperes fuerit Abbas. De Wincella ſermo recurret num. 38. Eodem anno DCCCL, & quidem *V Kal. Nouembris, eccleſia ſancti Wigberti* in cœnobio Fritislarienſi *dedicata eſt a Rabano Mogontiacenſis eccleſiæ Archiepiſcopo*, ex Chronico *Hildenesheimenſi.*

30 *Anno DCCCLII habita eſt ſynodus ex voluntate atque præcepto HLudovvici Sereniſſimi Principis in ciuitate Mogontia, metropoli Germaniæ, præſidente Rabano venerabili eiusdem vrbis Archiepiſcopo, cum omnibus Epiſcopis atque Abbatibus orientalis Franciæ, Baioariæ, & Saxoniæ. Et illi quidem de abſoluendis quæſtionibus eccleſiaſtice tractatum habebant: Rex vero cum Principibus, & Præfectis prouinciarum publicis cauſis litibusque componendis inſiſtens, poſtquam ſynodalia eorum decreta ſuo iudicio comprobauit, .·. Baioariam reuerſus eſt.* De Epiſcopis, qui huic concilio interfuerunt, agit *Henſchenius* in commentarii num. 51, vbi quædam Trithemii errata corrigit: aſſignat etiam ſuam cuique ſedem Epiſcopis, qui primo Rabani concilio præſentes fuerunt, num. 49.

Anno DCCCLIII habita eſt ſynodus *in palatio Regio Franconoford*, præſente Ludouico Germaniæ Rege, in qua quid Gozberto Oſnabrugenſi Epiſcopo in Herifordenſis parthenonis eccleſias competere deberet, definitum eſt coram Ludouico Rege *& Archiepiſcopo HRabano, ceterisque cum eo in ſynodo agentibus.* Eius rei diploma idem Rex conceſſit, ſuperius editum in *obſeruationibus præuiis* ad hiſtoriam translationis *S. Viti.*

31 Sic occupatus in muneris ſui officiis piiſſimus Antiſtes, vix interſpirandi tempus habebat. Quam ob rem a Freculfo Lexouienſi Epiſcopo inſtigatus ad ſcribendos commentarios in Geneſim, ita reſcribit: *Iniunxiſti, vt Pentateuchum .·. digererem. Verum hæc quantum meam poſſibilitatem excedant, tu melius noſti, cum in difficillimo loco conuerſans, propter curam gregis dominici, ne ei neceſſaria deſint, tantum occupatus ſim, vt nec aliorum dicta perlegere, nec propria excogitare liceat.*

VII Scribendi ſtudium; Reuerentia erga Patres.

32 Tantus erat eius amor in litteras, vt eum ab ſcribendi ſtudio non docendi labor, & vitæ regularis officia, non variæ occupationes, non denique morbi re- *Amor in litteras, & ſtudium ſcribendi.*
* 33 uocarent. Facilis quippe amicorum parere voluntati, id vnum * curabat, vt Chriſti eccleſiæ aliorumque ſaluti prodeſſe poſſet. Hoc probat eius præfatio in librum *Iudicum*, Humberto Wirziburgenſi Epiſcopo inſcripta, cuius hæc verba: *Igitur quia paternitas tua a noſtra exiguitate ad hoc aliquantulum dignata eſt quærere ſolatium; propter amorem Dei & veſtram etiam humilem in eo dilectionem, humilem in hoc opere profiteor me vobis eſſe velle ſeruitorem, & boni ſtudii, quantum diuina*

gratia annuerit, beneuolum adiutorem. & in epistola ad Ludouicum Regem initio Commentariorum in libros Maccabæorum: *quam diu*, inquit, *in hoc corpusculo vixero, in Christi seruitio, prout possibile fuerit, laborare contendo.* Fuldensi academiæ præfectus, tametsi vacaret regularibus exercitiis & instruendæ iuuentuti; non tamen desistebat a conficiendis commentariis ex sententiis Patrum, vt testatur eius epistola ad Haistulfum Mogontiacensem Episcopum pro expositione in Matthæum. *Horum ergo lectioni intentus, quantum mihi præ innumeris monasticæ seruitutis retinaculis licuit, & pro nutrimento paruulorum, quod non paruam nobis ingerit molestiam & lectionis facit iniuriam; ipse mihi dictator simul & notarius exsistens, in schedula ea mandare curaui, quæ ab eis exposita sunt, vel ipsis eorum syllabis, vel certe meis breuiandi causa sermonibus.* Bedam venerabilem imitatus, cuius fere eadem verba sunt in eius elogio relata sæculo superiori. Abbas factus, idem studium coluit, tametsi *in desertis locis conuersans, maxima occupatione detineretur, qua seruire ac necessaria prouidere famulis Christi sub regula sancti Benedicti degentibus cotidie compelleretur, nec otium haberet Patrum dicta pleniter perscrutari*; vti scribit in epistola ad Freculfum Lexouiensem in Gallia Episcopum, cui mittit expositionem suam in Leuiticum. quod etiam dixerat in epistola ad eundem, cum explanationem in Genesim ipsi direxit. Quid scripserit Episcopus, postea videbimus. At (quod magis mirere) non eum ab hoc opere morbi remorabantur, probante epistola ad HLotharium Augustum in Commentarios Ezechielis. *Quod vero*, inquit, *tertio loco postulastis de Ezechiele, in præsenti opusculo, prout infirmitas corporis & paruitas ingenii sinit, confectum habetis.* Et in præfatione libelli de sacris ordinibus ad Theotmarum ita loquitur: *Quia mei cooperatorem in sacro ministerio elegi; hortor, vt quod pro infirmitate corporis coram multis exponere non possum, tu qui iunior ætate & validior es corpore, illis, qui ad sacerdotium ordinati sunt, & ministerium sacerdotale agere debent, notum facias, & eis persuadeas, immo iubeas, vt diligenter discant, quod in hoc opusculo conscriptum est.* Denique in præfatione super Hieremiam: *graui agritudine pressus, iam sæpius in lectulo accumbo, quam ad scribendum vel ad legendum in meditatorio sedeo.* Edit. I pag.

Reuerentia erga S. Patres.

33 Quanta fuerit eius obseruantia erga sanctos Patres, docent opera eius omnia, quæ ipse ex eorum sententiis contexuit, appositis ad marginem nominibus: *ne maiorum dicta furari, & hæc quasi mea propria componere dicar*, ait in præfatione ad Matthæi Euangelium. Id autem ita præstabat, vt ibidem ipse dicit, in commodum aliorum: *vt lector pauperculus, qui librorum copiam non habet, aut cui in pluribus scrutari profundos sensus Patrum non licet, saltem in isto sufficientiam suæ indigentiæ inueniat.* Quod optimo consilio factum ab eo nemo negauerit, qui librorum raritatem, qualis eo tempore erat, considerabit. nam extra monasteria nullæ fere bibliothecæ habebantur, ne quidem in cathedralibus plerisque ecclesiis, vt de sua Lexouiensi testatur *Freculfus* in epistola ad Rabanum, a quo petiit Commentarios in Pentateuchum contextos ex dictis Patrum. *Ergo si aliquas excusationis prætendere tentaueris occasiones, ne tantæ molis opus ingentisque laboris subeas; & respondere nisus fueris, cur non proprio sudore eos legendo perlustro libros, ex quibus hæc fieri mando, & quæque libuerint, decerpendo colligam; ad hæc vestræ caritatis vigilantia intendat, quoniam nulla nobis librorum copia, vt hæc facere possimus, suppeditat, etiamsi paruitas obtusi sensus nostri vigeret: dum in Episcopio nostræ paruitati commisso, nec ipsos noui veterisque Testamenti canonicos reperi libros; multo minus eorum * expositiones.* Etsi vero laudanda erat modestia Rabani, Patrum sensa suis præferentis; non defuere tamen, qui hoc in eo reprehenderent: vti de his conqueritur in præfatione super Ezechielem ad HLotharium Imperatorem. *Nec etiam illud silendum arbitror, quod quibusdam narrantibus comperi, quosdam sciolos me in hoc vituperasse, quod excerptionem faciens de sanctorum Patrum scriptis, eorum nomina prænotarem: siue quod aliorum sententiis magis vsus essem, quam propria conderem. Quibus ad hoc facile respondere possum. Quid enim peccaui in hoc, quod magistros ecclesiæ veneratione dignos iudicabam, & eorum sententias, prout eas protulerant, opportunis locis simul cum nota nominum eorum in opusculis meis interposueram? Magis enim mihi videbatur salubre esse, vt humilitatem seruans, sanctorum Patrum doctrinis inniterer, quam per arrogantiam, quasi propriam laudem quærendo, mea indecenter proferrem . . Illi qui se laudari quærunt, nec non ab hominibus vi-* *34

deri

Edit. I pag. *deri appetunt, dicent vel scribant quidquid voluerint, & laudatores suos atque adulatores, vndecumque possint, sibi adquirant. Mihi autem adhærere Deo omni tempore vitæ meæ bonum est, & ponere in Domino Deo spem meam, vt adnuntiem omnes laudes eius in portis filiæ Sion, in illis videlicet portis, de quibus scriptum est: „ Beati qui ambulant in semitis vitæ, & per portas introeunt in ciuitatem.* Vtinam, qui nouos condunt libros, per easdem semitas incedant (vt certe modo incedunt multi) & non per vias intricatas ad inuentionum humanarum & nouitatum, quibus nihil in religione pernicioſius.

VIII Zelus pro fide & pro integritate morum; auctoritas; humilitas.

Zelus pro fide,

34 *RABANI* zelum pro Christiana religione probaret in primis epistola contra Iudæos sub eius nomine a Chiffletio edita. at cum verisimilius sit illam *Amolonis* fœtum esse, vti postea ostendemus, iuuat potius in huius zeli argumentum proferre Martyrologium ab ipso editum de Sanctis, qui ecclesiam factis, vt passione sua, illustrarunt. Id ipsum probant omnia eius auctoris scripta, quæ sinceram Patrum doctrinam & genuinam pietatem spirant, & maxime decreta ab ipso sancita variis in synodis, quas pro ecclesiasticis rebus celebrauit.

& integritate morum,

35 Aduersus morum relaxationes scripsit homilias plures, quas populo recitandas dedicauit Haistulfo Archiepiscopo Moguntino. In quibus extat homilia *contra eos, qui in lunæ defectu clamoribus se fatigabant.* alia *contra paganicos errores, quos aliqui de rudibus Christianis sequebantur.* Item alia *de moribus bonorum & malorum Christianorum.* Neque tantum plebeiis hominibus salubria dabat monita pro correctione morum, sed etiam Regibus & Episcopis. Regibus quidem, tum in libro *de Reuerentia filiorum erga patres* in causa depositionis Ludouici Augusti, tum in prouinciali synodo Maguntina, quam anno suæ ordinationis primo celebrauit. Episcopos denique monet, vt ne plus vacent forensibus causis, quam sacris concionibus, in epistola Hemmoni Episcopo scripta initio librorum de vniuerso. *Multo melius est enim laborare Episcopum in doctrina verbi Dei ob salutem animarum sibi commissarum, quam in disponendis & definiendis ciuilibus quæstionibus & variis hominum contentionibus vacare, qui propter terrenam cupiditatem litem & rixas incessanter mouent, & vnusquisque in his alterum superare contendit. Nusquam enim in scripturis sacris legitur ipse Saluator aut discipuli eius hoc egisse siue docuisse . . . Hæc cum scribantur, mi Domine, nolo vt æstimes, me nouam legem viuendi tibi constituere: sed olim a viris sanctis prolatam ob commemorationem breuiter commemorare.* & in epistola de Chorepiscopis ad Drogonem Episcopum Mettensem carpit occidentales seu Gallicanos Episcopos, qui Chorepiscopos a potestate ordinandi Presbyteros & Diaconos exclusos volebant. *Grandis honor est*, inquit, *Christi ministrum esse. vnde & grande*

* 35 *præmium bene ministrantem sequitur, ita vt cum Christo & sanctis * angelis eius in cælesti beatitudine sine fine lætetur. Atque ideo non conuenit seruis Christi contendere, de sublimitate honoris, sed magis certare de vtilitate sanæ prædicationis & assiduitate bonæ operationis: vt populus Christi audiat ex ore eorum verbum rectæ fidei, & videat in actibus eorum bonum exemplum per humilitatis indicium . . . Non est enim æquum, vt conlatio sacri ordinis seruis Christi fiat causa elationis & terrenæ voluptatis. Quia nec in ipsius magistri, nec discipulorum eius dictis siue exemplis aliquid huiusmodi reperiunt* &c. Cum Rabani sententia consonat *Nicolai Papæ I* epistola XXXIX ad Rodulfum Episcopum Bituricensem.

auctoritas in dicendo,

36 Tanta in dicendo libertas non ipsi, vt solet, parabat eorum, apud quos scribebat, indignationem, sed auctoritatem apud omnes, qui eius scriptis & monitis instrui & emendari peroptabant. Exemplo est Lotharius Augustus, qui cum expositionem in librum Iosuæ ab eo accepisset, gratias agit pro accepto; & iterum alia petit, exponens vehemens suum desiderium crebro eum videndi & alloquendi, vt patet in Lotharii epistola initio Commentarii in Ezechielem, ad Rabanum post Abbatialis regiminis abdicationem scripta: in qua singularis cum eo familiaritatis indicia demonstrat. Nec aliter affecti aduersus eum erant Ludouicus Augustus, & Ludouicus eius filius Germaniæ Rex; quorum ille

Rabani cauſa Fuldenſe monaſterium adiit, teſtante Rabano in epiſtola ad Ludouicum Regem, expoſitioni Paralipomenῶν præpoſita: vbi ait, ſe nuper Commentarios Regum *ſacratiſſimo genitori* eius *præſentialiter* in ſuo monaſterio tradidiſſe. Hic Rabanum arceſſiuit in cellulam monaſterii, quæ vocatur *Rateſtorf*, vbi ſermonem cum eo habuit *de ſcripturis ſacris*, perſuaſitque, vt *cantica, quæ ad matutinas laudes per ſeptimanam dicuntur*, explanaret, prout legitur in epiſtola dictæ explanationi præmiſſa. Mirandum porro eſt, tantis Regibus, tot bellis ac ſæcularibus negotiis implicatis, tantam fuiſſe ſitim verbi Dei: quam ſine dubio accendebat is, qui reſtinguebat, nempe Rabanus. Edit. I pag.

modeſtia animi. 37 Quid inter hæc de ſe ſentiret vir ſanctus, aperit ipſe in præfatione ad Commentarios Ezechielis, cuius libri explanationem ab eo loco, in quo deſierat Gregorius Magnus, a Rabano continuari Lotharius Auguſtus, præter alia, poſtulauerat. *Quod vero*, inquit, *tertio loco poſtulatis de Ezechiele, in præſenti opuſculo, prout infirmitas corporis & paruitas ingenii ſinit, confectum habetis. Feci enim, non quaſi ſucceſſor Papæ Gregorii & prædicator plebis Dei, ſupplendo hoc, quod ille homiliarum conditione populum docens inchoauit, & tamen vsque ad finem Prophetæ non perduxit: ſed quaſi imitator & diſcipulus, non ſolum ipſius memorati Papæ, ſed & aliorum ſanctorum Doctorum veſtigia ſequendo.* Hæc in exemplum de Rabani virtutibus ſufficiant.

IX Mors & ætas; ſepultura & epitaphium; eleuatio; elogia & memoria.

Mors & ætas. 38 *Anno DCCCLVI*, vti legitur in *Annalibus Fuldenſibus, menſe Februario, quarto die menſis, defunctus eſt HRabanus Archiepiſcopus Mogontiacenſis eccleſiæ, habens in Epiſcopatu annos VIIII, menſem vnum, & dies quatuor: cui ſucceſſit Karlus, magis ex voluntate Regis & conſiliariorum, quam ex conſenſu & electione cleri & populi.* Eadem omnino verba leguntur in *Franco Saxonicis* Annalibus MS. *Hermannus* eodem anno & die Rabani obitum collocat: ſed rotundo numero annos tantum nouem regiminis ei tribuit. Duplici modo hunc ſcrupulum explicare poſſumus. Primus eſt, ſi prædictos Annaliſtas dixerimus veteri calculo vſos fuiſſe in deſignando anno, quo deceſſit Rabanus. Deceſſit quippe die quarta Februarii: quæ dies ad finem anni DCCCLVI referri potuit ſecundum veterem calculum; aut ad initium ſequentis ſecundum nouum. At quo minus hoc pacto explicentur Fuldenſes & Saxonici Annales, repugnant tres omnino res: vna, quod nouum calculum ſecuti ſunt, obitum Caroli Magni, qui V Kal. Februarii accidit, reuocando ad annum DCCCXIV, pro nouo numerandi ritu, non ad annum DCCCXIII, pro antiquo. Altera, quod iidem Annales in capite anni DCCCLVI Rabani obitum referunt, & conſequenter Hattonis Fuldenſis Abbatis deceſſum prid. *Idus Aprilis*, tum in ſequenti Auguſto Ludouici Regis expeditionem in Dalmatas eodem anno: relaturi ad annum DCCCLVII, ſi Februarii menſem, quo Rabanus obiit, ad finem anni DCCCLVI ex veteri calculo reuocaſſent. Accedit, quod neque hoc modo numerus annorum IX, menſis I, & dierum IV, quos Rabano Archiepiſcopo tribuunt, accurate conſtaret: ſed numerus menſium VII, dierum VIII vel IX, præter nouem annos. Alia proinde explicandi huius loci ratio, quam obſcure ſuggerit *Serarius*, ineunda eſt, dicendo; Annales Fuldenſes & Saxonicos annum Pontificatus Rabani primum, tametſi eius ordinatio menſe Iunio contigerit, definiſſe anno DCCCXLVII, quem Rabano ſolidum tribuerint: ſecundum vero (quod etiam de ſubſequentibus dicendum) inchoaſſe anno DCCCXLVIII. Hoc enim modo inueniuntur Rabani Epiſcopatus *anni nouem, menſis vnus, dies quatuor*, vſque ad quartum Februarii diem anni DCCCLVI, quo tempore obitum eius reponunt iſti Annales. *Mortuus eſt autem beatiſſimus Archiepiſcopus*, ait *Trithemius*, *apud Vinicellam* *, *habitationis ſuæ vicum, ad littora Rheni: cuius ſacrum corpus, ſicut viuens mandauerat, Moguntiam relatum eſt.* Eum prouectæ fuiſſe ætatis, patet ex epiſtola ad Hincmarum Remenſem Archiepiſcopum, a Sirmondo edita, in qua ſe excuſat a prolixiori Gotheſcalci refutatione: quia ſcilicet id *non permittit infirmitas corporis, nec ægritudo ſenectutis.* Quapropter eum ad annos ætatis fere ſeptuaginta (*ſexaginta octo* habet *Trithemius*) peruenisſe crediderim.

* 36

* Winckel

39 Sepul-

Edit. I pag. 39 Sepultus est in monasterio sancti Albani *in capella sanctorum Martini & Bonifacii*, vti legitur in breui eius commemoratione, quæ extat post libros de vniuerso in codice nostro MS. n. 270 in hæc verba : *Rabanus Maurus, Mogontiæ natus & renatus, & a puero in Fulda monachus, deinde cella inclusus, tandem in Archiepiscopum adsumitur ; cuius idonea sunt opuscula in vtriusque testamenti pagina : & ante portam prædictæ ciuitatis meridianam apud sanctum Albanum sepulcri eius ostenditur memoria in sanctorum Archiepiscoporum* Martini *&* Bonifacii *capella.* Ex hoc monumento, quod in codice nostro ante annos quadringentos descriptum est, intelligimus, Rabanum Moguntiæ (vt superius dixi) natum esse : ac proinde male a nonnullis dispungi tertium & quartum eius epitaphii versus, quod de se ipse composuit, cui præmissus hic titulus in codice nostro MS. *Sepultura.*

Epitaphium SANCTI RABANI MAVRI Moguntinæ sedis Archiepiscopi apud sanctum Albanum sepulti. *Epitaphium.*

Lector honeste, meam si vis cognoscere vitam,
Tempore mortali discere sic poteris.
*Vrbe quidem hac * genitus sum & sacro fonte renatus.*
In Fulda post hac dogma sacrum didici,
Quo monachus factus, seniorum iussa sequebar.
Norma mihi vitæ regula sancta fuit.
Sed licet incaute hanc nec fixe semper haberem ;
Cella tamen mihimet mansio grata fuit.
Ast vbi iam plures transissent temporis anni,
Conuenere viri vertere fata loci.
Me abstraxere domo inualidum, Regique tulere,
Poscentes fungi Præsulis officio.
In quo nec meritum vitæ, nec dogma repertum est ;
*Nec Pastoris opus iure * beneplacitum.*
Promtus erat animus : sed tardans debile corpus.
Feci quod poteram, quodque Deus dederat.
Nunc rogo te ex tumulo, Frater dilecte, iuuando
Commendes Christo me vt precibus Domino.
Iudicis æterni me vt gratia saluet in æuum,
Non meritum adspiciens, sed pietatis opus.
HRaban nempe mihi nomen : cui lectio dulcis
Diuinæ legis semper vbique fuit.
Cui Deus omnipotens tribuas cælestia regna,
Et veram requiem semper in arce poli.

* deest hac in MS.

* MS. vrbe.

* 37

40 Eius *sanctum corpus*, teste *Trithemio*, *annis sexcentis quinquaginta nouem in memorato cœnobio sancti martyris Albani sepultum, in sarcophago iuxta murum chori eleuato permansit. Ad cuius quoque tumulum a principio magnus populi fuit concursus, & plura narrantur facta miracula, qui tamen successu temporis omnino defecit, & sacellum eius diu sine honore permansit. Vnde prouidentia Dei, cuncta gubernantis, ad nominis sui gloriam, & famuli sui perpetuum honorem, sanctissimum corpus eius de Mongontia ordinauit & voluit in Saxoniam transferri anno præsenti, quo hoc scripsimus, dominicæ videlicet natiuitatis millesimo quingentesimo quinto-decimo, Indictione Romanorum tertia : quæ quidem translatio, per quem, qualiter, quando, & quorsum sit facta, speciali syntagmate descripsimus.* Non extat illa Trithemii lucubratio, qui hanc translationem Alberto Moguntino Archiepiscopo auctori tribuit in nuncupatoria epistola vitæ Rabani præfixæ. Sic enim Albertum alloquitur : *HRabanum apud Moguntiacos despectum, & pene sempiterna obliuione sepultum, in nomine iusti summa cum veneratione leuasti de terra : propter quod & omnipotens Dominus animam tuam cum sanctis suis exaltabit in patria.* De eadem translatione signantius agit *Trithemius* in libro de vita sancti Maximi Archiepiscopi Moguntini his verbis : *Cum Albertus anno Archipontificatus sui Moguntini primo, Magdeburgensis autem secundo, pro Dei amore & reuerentia Sanctorum apud Moguntiam circumeundo, basilicam martyris sancti Albani deuotus intrauit, & videns præscriptorum decem Pontificum sancta corpora sine honore neglecta ; auctoritate non minus Apostolica, quam ordinaria vsus, corpus sancti* HRabani *quondam Archiepiscopi totum, sancti* Maximi *Episcopi medium, permissione Canonicorum inde abstulit ;* *Translatio Halam facta.*

ſtulit; & in Saxoniam transferens, apud Hallas oppidum in baſilica ſancti Mauricii ſolemni proceſſionis officio collocauit anno dominicæ natiuitatis milleſimo quingenteſimo quinto decimo, Indictione Romanorum tertia. Edit. I pag.

Honor mortuo delatus.

41 Hinc patet, quantus honor delatus ſit mortuo, quem etiam viuentem nonnulli *ſanctum*, *ſanctiſſimum*ue appellauere. In his *Humbertus* Wirziburgenſis Epiſcopus in epiſtola ſua commentariis Iudicum præfixa:

Salue, ſancte Pater, *meritoque beatus in orbe.*
Tu decus es noſtrum, ſancte Pater, *merito.*

Et *Ermanricus* in libro de vita ſancti Soli, agens de monaſterio Fuldenſi, vbi, *Deo prouidente*, ſubdit, *modo* ſanctiſſimus *ac in omni arte peritiſſimus Abbas Rabanus perſpicabiliter fulget. Amulo* Pontifex Lugdonenſis in epiſtola ad Gotheſcalcum, *bonum & eruditum virum atque Catholicum Epiſcopum*; *Hincmarus* vero in opuſculo contra eundem Gotheſcalcum, *HRabanum venerabilem Archiepiſcopum, zeloſum in ſancta religione Patrem, & Catholicum ſcriptorem*, vocat. Eundem *Frodoardus* Canonicus Remenſis *beatum Rabanum* dicit in lib. II hiſtoriæ Remenſis cap. XXI, & ſanctus *Odilo* Abbas Cluniacenſis *ſæculari ſcientia affatim eruditum, fide catholicum, ſpiritali ſcientia ad plenum edoctum*, in ſermone de laude ſanctæ crucis. Eiusdem meminit *Guillelmus* Abbas Romani monaſterii ſancti Pauli in Kalendario ſanctorum monachorum, quod anno MCCCLXXII compoſuit, his verbis; *Pridie Nonas Februarii Rabani Archiepiſcopi Moguntini.* Denique in codice noſtro n. 170, qui ab annis fere quingentis manu deſcriptus eſt, refertur *epitaphium ſancti Rabani*, ſupra. Ex quibus omnibus patet, Rabanum apud veteres audiiſſe vt *ſanctum*: ac falſum eſſe *Trithemium*, qui eius obitum locat *VI Kal. Nouembris.* *Beatum* appellare malui quam *ſanctum*, donec ſanctior eccleſiæ accedat auctoritas. Siquidem nullo feſtiuo cultu in Moguntiacenſi eccleſia honoratur, teſte *Brouvero* in notis ad poematia. Eum *fulgens Germaniæ ſidus, Theologorum* * *verticem*, Baronius; Bellarminus *aque doctum & pium* vocat. alia aliorum elogia prætermitto. *38

X Iudicium de eius ſcriptis & doctrina.

Hic notandum,

42 Supereſt agendum de Rabani ſcriptis, de quibus tria ſunt quærenda, *vnum*, quæ legitima, quæ ſpuria & aliena; *alterum*, quæ reſtent inedita. *Tertium*, quo tempore ſingula ſcripta ſint.

quæ ſint ſpuria,

43 Inter edita Rabani opera tria tantum ſpuria ſunt, nimirum libri tres *de quæſtionibus Canonum pœnitentialium*, qui in editis *ad Heribaldum* ſcripti dicuntur: tum ſequentes libri itidem tres, *de virtutibus & vitiis: Commentarius in regulam ſancti Benedicti*: & *Liber de ſacramento Euchariſtiæ*, ſub eius nomine Coloniæ editus anno MDLI. *Primum* ſiquidem & *ſecundum* opera ſunt *Halitgarii* Epiſcopi Cameracenſis, vt recte aduertit V. C. *Stephanus Baluzius* in præfatione ad Rabani epiſtolam Heribaldo ſcriptam; qui Halitgarius libros quinque pœnitentiales compoſuit rogatu Ebboris Archiepiſcopi Remenſis, editos ab Henrico Caniſio in tomo V lectionum antiquarum. Nam liber primus de quæſtionibus Canonum apud Rabanum, eſt quintus liber Halitgarii; ſecundus eſt tertius, tertius eſt quartus. Primus vero liber de vitiis apud Rabanum eſt primus Halitgarii; ſecundus Halitgario etiam ſecundus; tertius Rabanicus cuius ſit, incertum. *Commentarius* porro *in regulam ſancti Benedicti* eſt *Smaragdi* Abbatis monaſterii ſancti Michaëlis ad Moſam in diœceſi Verodunenſi, vt conſtat tum ex *Sigeberto* in libr. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis cap. CXVIII, tum ex libris membraneis permultis, quos vidi. Denique liber *de Euchariſtia* eſt *Paſchaſii Radberti* Abbatis Corbeienſis.

quæ edita & inedita.

44 Vt facile diſtinguamus, quæ Rabani opera nondum typis vulgata ſint, operæ pretium eſt diſpicere, quid ex ſcriptis eius a Rudolfo commemoratis deſit in editis. tum quid ex iis, quæ habentur in editis, a Rudolfo prætermiſſum ſit. denique quid præter opera a Rudolfo enumerata, & ea, quæ in collectione Rabani operum extant, vlterius deſiderentur.

45 Ex enumeratis a Rudolfo deſunt in collectione Pameli *Commentarii in libros Iudith & Eſther* inediti, qui penes nos ſunt deſcripti manu *Petri Franciſci Chiffletii*; Epiſtola *de Chorepiſcopis ad Dragonem Mettenſem Epiſcopum*, cura *Stephani Baluzii* edita in tertia editione librorum Petri de Marca de concordia Imperii, vna cum *libro de reuerentia filiorum erga patres, & ſubditorum erga Reges ad Ludouicum*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Edit. I pag. *cum Imperatorem*, qui liber a Rudolfo *collectarium* appellatur; *Epistola ad Notingum Veronensem Episcopum de præscientia & prædestinatione Dei*; *Liber ad Ludouicum Imperatorem de oblatione secundum regulam sancti Benedicti*; *Epistola consolatoria ad eundem*; & *Dialogus de computo*, recens editus in Miscellaneis *Baluzianis*. Ex his epistola *ad Notingum* edita ab Sirmondo est: liber vero *de oblatione puerorum* habetur manu descriptus in bibliotheca Mellicensi.

46 Ex aduerso præter enumerata a Rudolfo habentur in illa collectione *liber de Grammatica: Opus de vniuerso*; *Expositio in Cantica, quæ ad matutinas laudes per septimanam dicuntur*; *Allegoriæ in sacram scripturam*; *Liber ad Thiotmarum de sacris ordinibus*; *Libri tres ad Reginaldum seu Regimbaldum de ecclesiastica disciplina*; *Libri tres ad Bonosum Abbatem*; *Epistola ad Humbertum Wirtziburgensem Episcopum, quota generatione licitum sit matrimonium*; *Liber de anima, & virtutibus* ad Lotharium Regem; *Libellus de vita Antechristi*; *Martyrologium*; *Poematia: Glossæ:* & *de inuentione linguarum.* Quæ omnia videntur esse genuina Rabani opera. De Rabani glossis Teutonicis ad Cæsareæ bibliothecæ tom. II.

47 In indice Rudolfi & in dicta collectione desiderantur epistolæ quædam a *Iacobo Sirmondo* vulgatæ Lutetiæ Parisiorum anno MDCXLVII, nempe *Epistola ad Hincmarum Remensem Episcopum*, & alia *ad Heberardum Comitem*, vna cum synodali Rabani epistola iam in consiliis edita, & *Epistola ad Notingum* Veronensem Episcopum contra Gotheschalcum. Ex quibus epistolæ ad Notingum & ad Heberardum recusæ sunt in tomo III Italiæ sacræ opera Ferdinandi Vghelli, qui Sirmondi editionem non viderat. Denique in dicto indice Rudolfi, & in collectione Pamelii desunt epistolæ duæ magni momenti: vna *ad Egilonem* seu *Eigilem* Abbatem Prumiensem, quæ excidisse creditur: alia *ad Heribaldum* Autisiodorensem Episcopum, quæ a *Petro Steuartio* ex codice Weingartensi prodiit in lucem, recens a *Stephano Baluzio* recusa post collectionem Canonum Reginonis. Item epistolæ duæ ad *Reginbaldum*, Chorepiscopum Moguntinum, *de quibusdam quæstiunculis pœnitentiæ:* vna ab eodem viro clarissimo edita in appendice actorum veterum ad capitularia Regum Francorum, ordine VIII; altera in tomo VIII Conciliorum editionis Labbeanæ. De ceteris opusculis, quæ Rabano tribuuntur a *Trithemio*, nihil pronuntiare ausim, sintne Rabani, an non. His omnibus addit *Brouverus* Lotharii Augusti epitaphium a Rabano conditum, quod ipse refert in annalium Treuirensium lib. VIII. Ad hæc alii *prophetiam de Regibus Francorum, quæ aliena,* quæ a nonnullis S. Augustino adscribitur, etiam Rabano tribuunt; in quibus est *Iacobus Alexander Tenneurius* in veritatis vindicatæ cap. vltimo. Si huic Prophetiæ credimus, quamdiu *Reges Francorum durauerint, qui Romanum Imperium tenere debent, Romana dignitas ex toto non peribit.* Id quo titulo adscribatur Rabano, mihi nondum compertum est. Multo minus id genus oraculi tribuendum sancto Augustino, in cuius tamen operum appendicem refertur tomo IX.

48 Denique eidem Rabano eruditus vir *Petrus Franciscus Chiffletius* adscribit librum seu epistolam *contra Iudæos*, quam ipse Diuione typis edidit anno MDCLVI, vna cum Alcuini confessione. Verum hanc epistolam non esse Rabani, sed Amolonis Lugdunensis Episcopi, diserte probat recentior quidam scriptor in appendice ad Iohannis Dallæi dissertationem de auctore confessionis iam dictæ. Huius anonymi argumenta petuntur primo a pertinaci silentio scriptorum omnium, qui Rabani opera recensuerunt. tum ex eo quod istius epistolæ scriptor ait, se iam Episcopum fuisse anno *ab aduentu Domini DCCCXLVI*, vno ante Rabani po ntificatum. tum ex eo, quod quædam duriora contra Iudæos superiori tempore se statuisse refert. quod Rabano, qui nullum contra Iudæos decretum sanciuit, conuenire nullatenus potest. Præterea quod epistolæ autor non obscure notet, se, cum aduersus Iudæos epistolam scribit, decessoris sui sequi vestigia, qui itidem aduersus Iudæos multa scripsisset, multaque egisset. Otgarium vero Rabani decessorem nihil huiusmodi patrasse in diœcesi Moguntina. Et his quidem argumentis eam epistolam Rabano abiudicat appendicis auctor; iisdemque Amoloni Lugdonensi Pontifici, vt proprio parenti, vindicandam esse contendit. Siquidem Amolo anno DCCCXLI in Episcopum ordinatus est, moxque duriora statuta condidit contra Iudæos, quos effreni licentia in Lugdonensi diœcesi se gessisse ex Agobardo discimus. qui quidem Agobardus, Amolonis decessor, scripta edidit aduersus eosdem Iudæos, ex quibus auctor epistolæ controuersæ

multa transfert in sua. Verum (quod omnibus coniecturis præferendum putat) ex *Frodoardo* Remensi Presbytero in historiæ lib. III capite XXI Amolonem aduersus Iudæos epistolam encyclicam scripsisse colligit, vbi Hincmarus scripsisse dicitur *Amolo Lugdunensi, de placito, quod habuerat cum Rege regnique primoribus, & de Iudæorum in hoc regno statu.* At, si quid video nihil in his verbis de encyclica Amolonis epistola. Quamquam valet is locus ad probandum id, quod mox præmissum est, nimirum Amolonem statuta edidisse aduersus Iudæos. Præferendum itaque est vltimum eiusdem auctoris argumentum ex *Iohanne Trithemio* in lib. de scriptoribus ecclesiasticis, vbi *Trithemius* ait, se legisse Hamuli Episcopi Lugdunensis *opus insigne ad Carolum contra Iudæos*, cuius exordium est ab his verbis, *Detestanda Iudæorum* &c. quod ipsum est Chiffletianæ epistolæ principium. Viderat ergo *Trithemius* aliquem vetustum codicem hanc epistolam sub Amolonis nomine præferentem: Viderit alium *Chiffletius* sub nomine Rabani. At quæ superius allata sunt, potiores *Iohanni Trithemio* partes asserunt. Edit. I pag.

quo singula tempore scripta sint,

* 49 Ordo temporis, quo singula Rabani opera condita sunt ab auctore, sic distinguendus videtur. * 40

Anno ætatis suæ XXX absoluit libros duos *de laudibus sanctæ crucis*, quos rogatu Alcuini præceptoris sui inchoauit: eosque primum sancto Martino Turonensi Episcopo, in cuius monasterio litteris operam dederat, nuncupauit per Alcuinum, in cuius persona carmen nuncupatorium lusit. Eosdem libros postea dedicauit Ludouico Augusto; tum Gregorio Papæ quarto. tametsi non ei, sed Sergio eius successori redditi sunt anno DCCCXLIV per Ascrichum & Ruodpertum Fuldenses monachos; dein Heberardo Italiæ Comiti, qui prædictos libros per Ascrichum & Ruodpertum Roma reuertentes efflagitauerat, vt patet ex Rabani epistola ad eum scripta; ac demum monachis cœnobii Dionysiani in agro Parisiensi. Alcuinum Rabano scribendi hos libros auctorem fuisse apparet ex Alcuini epistola LV, *benedicto sancti Benedicti puero Mauro* (id Rabani alterum nomen) inscripta, in editis mendose *ad Benedictum*, vbi hæc verba: *Libellum, quem me rogante scribi promisisti, rogo vt tua faciat promissio firma, & mea impleatur lætitia.* Et in fine: *Valeas feliciter cum pueris tuis.* Qua ex epistola colligebam, Alcuinum præteruectum esse annum Christi DCCCIV. Sed postea in appendice superioris tomi correxi, quod in Elogio Alcuini asserueram. In eius persona Rabanus sancto Martino cecinit horum librorum carmen dedicatorium, in quo ætatem suam exprimit his versibus:

Ast vbi sex lustra impleuit, iam scribere tentans,
Ad Christi laudem hunc condidit arte librum.

Conuenit hoc tempus cum anno fere DCCCVI, siquidem Rabano Diaconatus, quem anno Christi DCCCI susceperit, anno ætatis XXV collatus est. Idem opus post aliquot annos Ludouico Augusto nuncupauit, apposita initio Imperatoris effigie. Id præstitum aliquanto tempore post primam huiusce operis editionem colligo ex his Rabani verbis: *Nam libellum, quem in honorem* sanctæ crucis *dudum prosa, metroque composui, nunc tuæ Serenitati supplex offero.* Eosdem libros postea, rogatu (vt puto) Hilduini Abbatis, cui Commentarios Regum dedicauit, etiam monachis Dionysianis misit, commendauitque hoc carmine, quod in editis non exstat, cui præmittitur hæc inscriptio: *Dilectissimis in Christo Fratribus in cœnobio sancti Dionysii martyris constitutis RABANVS vilissimus seruorum Dei, æternam in Domino optat salutem.*

Martyribus sanctis placuit mihi mittere donum,
Tempore quod prisco versibus edideram.
Nam crucis ad laudem Christi prosaque, metroque
Confeci librum mente, manuque simul.
Quem post Augusto HLVDOWICO offerre placebat,
Sedi & Apostolicæ mittere post libuit.
Quod verba & sensum facundia rite probaret,
Vrbis Romanæ dogma & Apostolicum.
Et quia cum sociis sanctus Dionysius olim
Inde est huc missus, ipsum opus ei dederam.

Quod,

Edit. I pag.

Quod, fratres ſancti, accipiatis poſco libenter,
Pro artifice ac vili fundite, quæſo, preces.
Vt Deus omnipotens, cunctorum conditor almus,
Delicti veniam det pius ipſe ſuo.
Protegat inlæſum, totum & conſeruet in æuum,
Vt cum fine bono hinc ſcandat ad alta poli.
Chriſtus vos ſaluet, Chriſtus conſeruet vbique
Semper in æternum, vt opto. valete bene.

Anno DCCCXIX Rabanus iam Presbyter libros *de Inſtitutione Clericorum* obtulit Haiſtulfo Archiepiſcopo Maguntino, anno quo facta eſt eccleſiæ Fuldenſis dedicatio, vt conſtat ex carmine dictis libris præfixo, quod inter poematia Rabani editum eſt.

* 41 * Abbas factus anno DCCCXXII *Commentarios in Matthæum & homilias* quaſdam dedicauit eidem Haiſtulfo, qui obiit anno DCCCXXVI.

Anno circa DCCCXXX *Explanationem in Octateuchum* ſubmiſit Freculfo Lexouienſi in Gallia Epiſcopo, qui eam ab ipſo litteris & precibus obtinuit.

Anno DCCCXXXIV ſcripſit Ludouico Auguſto *Conſolatoriam epiſtolam poſt calamitatem, quæ ei accidit ex parte filiorum ſuorum:* poſtea *Collectarium ex ſententiis diuinorum librorum, de reuerentia filiorum erga patres, & ſubditorum erga Reges,* quod a V. C. *Stephano Baluzio* nuper editum eſſe dixi.

Eodem fere tempore *librum Ioſuæ* expoſuit *rogatu Friderici Epiſcopi* Traiectenſis ad Rhenum, anno DCCCXXXIV occiſi, præmiſſa ſequenti epiſtola dedicatoria, cuius fragmentum retulit *Henſchenius*, acceptum a Petro Franciſco Chiffletio, Societatis IESV Presbytero erudito, a quo eam accepit noſter *Acherius*, cum ipſo commentario in tres libros diſtincto, qui in editis non exſtat. Epiſtola eiusmodi eſt:

Domino beatiſſimo, veræque caritatis officio plurimum venerando, FRIDVRICO Epiſcopo Rabanus *viliſſimus ſeruorum Dei famulus, in Chriſto ſalutem. Studium tuum ac diligentiam in ſacrarum ſcripturarum meditatione, plures, qui ſanctitatem tuam nouerunt, laudant, & merito: quia aſſiduus es in lectione, & frequens in doctrina, prout ratio ordinis tui poſtulat, quem lucem mundi cum Apoſtolis Saluator nuncupat; ac de vero lumine inluſtratam lucernam ſuper candelabrum poſuit, vt luceas omnibus, qui in domo Dei ſunt. Vnde plurimi fratrum venerationem tuam colunt, atque colendo diligunt: nobisque inde valde amabilis es, quod non tantum præſentes, ſed etiam abſentes fraterno prouocas amore, ac ſalubri incitas exhortatione, vt legis Dei commune tecum exerceamus negotium. Nec abſurdum eſt, quod facis, licet nos ad hoc officium impares atque indigni ſimus, cum ibi quæris ſacræ legis confirmationem, vnde accepiſti Chriſtianæ religionis exordium. Sanctiſſimus ergo Antiſtes & beatiſſimus Chriſti martyr Bonifacius gentem Freſonum, cui tua dilectio præeſt, non ſolum verbo, ſed etiam ſanguinis ſui effuſione ad fidem Chriſti conuertit. Vnde rationabiliter agis, quod ab illo miniſterii tui patrocinium quæris, a quo ordinis tui ac ſedis primam accepiſti functionem. Ideo quoque memoratus martyr per famulum ſuum dignanter impendit, quod ab illo quærebas, ſolatium. Porro, quia lectionis diuinæ a nobis petiiſti ſolamen, direximus tibi codicem, quem ex ſanctorum Patrum dictis in hiſtoriam Ieſu Naue ſenſu allegorico prolatis collegeram. In quo opere, in aliquantis locis pro paruitate ſenſus noſtri, vbi neceſſe fuit, diuina concedente gratia, aliqua inſerueram: petens, vt fratrum, qui tecum ſunt, vtilitatibus illum accommodes, vt diſcant ex typo Ieſu Hiſtorici, myſterium veri IESV, Domini videlicet Saluatoris, qui ſanguine ſuo nos redemit, ac de infirmitate, qua peccatis noſtris exigentibus grauabamur, ſaluauit. Ante*

annos ergo aliquot tractatum in Euangelio Matthæi, quem rogante bonæ memoriæ Haistulfo Archiepiscopo confeceram, tibi ad rescribendum accommodaui. Sed quia illum necdum recipere potui, remunerationis vice præsens opus transmisi, vt saltim hoc beneficio ammonitus, remittas fœnus, quod acceperas. Lege diligenter Iesum Naue, qui non solum nomine, verum etiam gestis IESVM CHRISTVM typice præfigurauit. Transiit Iordanem, hostium regna subuertit, diuisit terram victori populo, & per singulas vrbes, viculos, montes atque confinia, ecclesiæ, cælestisque Ieruſalem spiritualia regna descripsit. Sicque cognoscis, ipsius libri textum euangelicæ lectioni concordare, quæ Domini Saluatoris ostendit aduentum, prædicationem, passionem, triumphum atque victoriam, qua mortem vincendo, cælestium, terrestrium, atque infernorum adquisiuit sibi dominationem: qui ascendens in cælum, sedensque ad dextram Patris, iudex est venturus viuorum atque mortuorum, & secundum Iudæ Apostoli adtestationem non solum homines, sed & Angelos iudicaturus est: qui in epistola sua ita scripsit, dicens: „Commonere vos autem volo, scientes semel omnia, quoniam IESVS populum de terra Aegypti saluans, secundo eos, qui non crediderunt, perdidit: Angelos vero, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium diei magni vinculis æternis sub caligine reseruauit.„ De cuius diei certitudine primus Apostolorum Petrus nos in sua epistola instruit, dicens: „Vnum vero hoc non lateat vos, carissimi, quia vnus dies apud Deum, sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus. Non tardat Dominus promissis, sed patienter agit propter vos, nolens aliquem perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti.„ Aduenier autem dies Domini vt fur; in quo cæli magno impetu transient, elementa vero calore soluentur. Cum hæc igitur dissoluenda sint omnia, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus expectantes & properantes diei Dei, per quam cæli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent? Nouos vero cælos & nouam terram & promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Propter quod, carissimi, hæc expectantes, satagite immaculati & inuiolati ei inueniri in pace, & Domini nostri longanimitatem salutem arbitramini.„ Huius ergo sacratissimi aduentus diem, sancte Pater, ante oculos semper habe, tuosque tecum in occursum superni iudicis præpara cum lampadibus bonorum operum lucentibus: quatenus eius gratiam inueniens, cum his, qui a dextris eius stabunt, audire merearis: „Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.„ Quod nos promissum tecum audire, donumque illud simul percipere ipse concedat, qui nos a potestate tenebrarum eruere & in regnum suum conuocare dignatus est, IESVS CHRISTVS Dominus noster. Bene valere te cupimus, sancte Pater, nostrique memorem in sacris orationibus fieri. Diuinitas Domini nostri IESV CHRISTI vitam tuam conseruet in æuum.*

Edit. I pag. *42

Paulo post, Humberto Wirtziburgensi Episcopo rogante, explanauit *libros Iudicum* & *Ruth*. Tum *libros Regum* petente Hilduino Abbate; quam expositionem Ludouico Augusto Fuldæ obtulit, nec ita longe post Ludouico Regi transmisit commentationes *in libros Paralipomenon*.

Circiter annum DCCCXXXVI Iudithæ Augustæ, postquam *hostes suos non parua ex parte vicerat*, dicauit scriptionem suam *in libros Iudith* & *Esther*, cuius præfa-

Edit. I pag. præfatio nec dum typis vulgata, quam beneficio eiusdem doctissimi viri Petri Franciſci Chiffletii accepimus, hic reddenda est ex codicibus Benigniano & Fontanensi.

DOMINAE electæ, & merito magnæ pietatis ab omnibus venerandæ atque amandæ, IVDITH *Augustæ,* HRabanus *seruorum Dei seruus, æternam in Christo supplex optat salutem. Cum celsitudo magnitudinis vestræ atque largitio benignitatis, quæ non solum amicis, sed etiam inimicis ab ipsius Domini ore instructa, prodesse didicit, plurimos faciat sibi deuotos; nos etiam quantulacumque pars plebis, a Deo vobis commissæ, sub pietate vestra degente, deuotum cogitamus vobis exhibere obsequium. Qui licet non simus censu pretiosarum opum locupletes, tamen studio sacrarum orationum non sumus omnino vacui, quas incessanter quotidie pro vobis, vestroque Domino simul ac sobole offerimus: deprecantes, vt ipsius dono diu hic incolumes & in futura vita semper sitis felices atque gaudentes. De cetero, quia vos comperi laudabili excellere ingenio, & sanctarum mulierum, quas sacra scriptura commemorat, virtutes ac studium in bono opere imitari; non frustra arbitratus sum, quarumdam illarum historiam, allegorico sensu ad sanctæ ecclesiæ mysterium a nobis translatam, vestro nomini dicare atque transmittere; Iudith videlicet, atque Hester: quarum vnam coæquatis nomine, alteram dignitate. Quæ quidem ob insigne meritum virtutis, tam viris*
*43 *quam etiam * feminis sunt imitabiles, eo quod spiritales hostes animi vigore, & corporales consilii maturitate vicerunt. Sic & vestra nunc laudabilis prudentia, quæ iam hostes suos non parua ex parte vicerat; si in bono cœpto perseuerare atque semet ipsam semper meliorare contenderit, cunctos aduersarios suos feliciter superabit. Adhuc ergo in agone consistitis: ac ideo necesse est diuinum implorare auxilium, vt qui suo sanguine mortem vicerat, mortisque auctorem captiuauerat, in certamine istius mundi veram vobis victoriam pariat; sicque veraciter triumphantes, ad æternæ beatitudinis gaudia vos peruenire concedat. Accipite ergo Iudith homonymam vestram, castitatis exemplar, & triumphali laude perpetuis eam præconiis declarate: ipsumque super omnia benedicite, qui ei virtutem talem tribuit, vt inuictum omnibus hominibus vinceret, insuperabilem superaret. Hester quoque similiter Reginam, Regina, in omni pietatis & sanctitatis actione imitabilem, vobis ante oculos cordis semper ponite; quatenus illius sanctitatis meritum adæquantes, de terreno regno ad cælestis regni apicem conscendere valeatis: per ipsius scilicet gratiam, qui illas sanctas mulieres triumphare fecerat, & vniuersam ecclesiam suam, quam ipsæ typo præferebant, perpetua victoria triumphantem, cælestis patriæ secum efficiat possessorem* IESVS *videlicet Deus & Dominus noster, qui vos intus & foris, hic & vbique, nunc & semper custodire dignetur. Optamus vos bene valere, Domina augusta, memorem nostri.*

Postea explanationem *in libros Maccabæorum* Geroldo Archidiacono palatii Ludouici Imperatoris nuncupauit ante annum DCCCXL; tum *expositionem in Sapientiam* & *Ecclesiasticum* Otgario Maguntino Pontifici; & *Epistolam ad Notingum* Veronensem Episcopum ante mortem Ludouici Imperatoris scripsit.

Post annum DCCCXL, mortuo Ludouico Augusto, *libros in Hieremiam* obtulit Lothario Imperatori: quos Hartmotus Decanus Sancti-Gallensis scribi curauit, referente Ratperto in cap. IX.

Anno DCCCXLII ineunte *Collectarium in Epistolas Pauli* transmisit Lupo, post Abbati Ferrariensi, qui nuper ex schola Fuldensi in Galliam redierat, ex dictis. quo fere tempore *Commentaria in Ezechielem* Lothario Augusto inscripsit; & Otgario Archiepiscopo librum pœnitentialem, in cuius cap. XV meminit pugnæ Fontaneticæ, quæ inter filios Ludouici Augusti commissa est anno DCCCXLI. Ad idem etiam tempus reuocanda est *Epistola de Chorepiscopis* ad Drogonem Mettensem Episcopum. item epistola ad Regimboldum Chorepiscopum Moguntinum *de quibusdam quæstiunculis pœnitentiæ.* Edit. I pag.

Eodem etiam tempore explicauit *librum Danielis Prophetæ*, rogantibus amicis, suamque hac de re lucubrationem postea inscripsit Ludouico Germaniæ Regi: cui item *Expositionem in Cantica, quæ ad matutinas per septimanam leguntur*, nuncupauit.

Anno circa DCCCXLIV, tempore scilicet vacationis a regimine Abbatiali, *libros XXII de vniuerso* condidit in gratiam Hemmonis Episcopi Halberstatensis: quod opus itidem Ludouico Regi petenti submisit cum epistola etiam nunc ei præfixa.

Anno DCCCXLVII scripsit Archiepiscopus *Epistolam ad Heberardum* Comitem contra Gotescalcum, quæ in editione Vghelli data dicitur X. Kal. Maii.

Item eodem anno DCCCXLVII Concilii Mogontiacensis *Canones* Ludouico Regi data epistola obtulit.

Anno sequenti habita synodo contra Gotescalcum scripsit de eo epistolam ad Hincmarum Remensem Episcopum, cui Gotescalcum remisit: & post aliquot annos aliam eidem de eodem typis a Sirmondo vulgatam direxit. Ad hunc etiam annum, quo Ludouicus Rex Mogontiaci placitum habuisse perhibetur in Annalibus Fuldensibus, reuocandam existimo Rabani epistolam ad Regimbaldum Chorepiscopum de pœnitentialibus factis, in noua Conciliorum editione tomo VIII editam, in qua responsi sui moras excusat ex eo, quod ad Ludouici Regis susceptionem fuisset occupatus.

* Denique post annum DCCCLIII scripsit *Epistolam ad Egilum* Abbatem Prumiensem: cuius epistolæ mentionem facit in epistola post ab eo missa ad Heribaldum Episcopum Autisiodorensem. Notitiam temporis, quo vtraque hæc epistola scripta est, debemus diligentiæ eruditissimi viri, *Stephani Baluzii*, qui eam secundis typis vulgauit cum accurata hac de re præfatione: vbi obseruauit, Egilum seu Eigilem, ad quem iam Abbatem Prumiensem prior ex his duabus epistolis scripta est, hanc dignitatem iniisse anno DCCCLIII, vti etiam in eius elogio demonstrabo inferius. Porro in posteriori ad Heribaldum, quæ a Reginone, Iuone & Gratiano in collectionibus Canonum citatur sub nomine epistolæ Rabani, mentio fit epistolæ ad Egilonem Abbatem; ac proinde epistola ad Heribaldum, qui *liber pœnitentialis* apud Steuartium inscribitur, aliquanto tempore post aliam ad Eigilem scripta est, ac fortasse postrema operum HRabani, quæ quidem habemus. * 44

Adamus Bremensis in historiæ ecclesiasticæ cap. XXII mentionem facit *Capituli Rabani de fama Ebonis ambigua.* quod capitulum postremum extat in epistola ad Heribaldum. Hæc sunt, quæ de Rabani scriptis obseruare potui. alia aliorum diligentiæ permitto.

qua in eis memoratu digna.

50 Supereſt, vt examinemus hoc loco nonnulla, quæ in Rabani scriptis animaduersione digna nonnullis fortasse videantur. Vnum est, quod in epistola seu libro pœnitentiali ad Heribaldum, Eucharistiam secessui obnoxiam subobscure dicat, negetque in eo sacramento contineri idem Christi corpus, quod natum est de Maria virgine. Quod postremum diserte asseruit in epistola ad Egilonem Abbatem. Verum quodcumque illud vtrumque est, Rabanum ab omni errore hac in re immunem fuisse contendunt viri eruditi, qui de Eucharistia tractauere. Lege huius tomi præfationem.

51 Alius etiam locus est apud Rabanum in libro IV, de vniuerso cap. X, in quem forsan itidem animaduerti possit, vbi ait: *Nullum catechumenum, quamuis in bonis operibus defunctum, vitam æternam habere credamus, excepto martyrio, vbi tota baptismi sacramenta complentur.* Eandem sententiam habet Chiffletiana Confessio Alcuini, a quo præceptore haud scio an Rabanus hanc doctrinam acceperat. Huic obstat *Augustinus* lib. Quæstionum in Leuiticum cap. LXXXIV; vbi *inuisibilem sanctificationem quibusdam adfuisse, atque profuisse sine visibilibus Sacramentis,*

Edit. I pag. *mentis*, probat exemplo Cornelii & aliorum. Et lib. IV de baptismo contra Donatistas, postquam multa hac de re disseruit cap. XXII, sic concludit: *Tunc impletur inuisibiliter* baptismus, *cum mysterium baptismi non contemtus religionis, sed articulus necessitatis excludit.* Consentit *Ambrosius* in concione funebri de obitu Valentiniani iunioris, vbi non dubitanter asserit, ipsum, etsi ante susceptum baptisma decesserit, accepisse gratiam, quam poposcerat, atque desiderauerat. Hinc præclare de eo scribit in hunc modum: *Qui habuit spiritum tuum, quomodo non accepit gratiam tuum? aut si, quia sollemniter non sunt celebrata mysteria, hoc mouet: ergo nec martyres, si catechumeni fuerint, coronentur, non enim coronantur, si non initiantur. Quod si suo abluuntur sanguine; & hunc sua pietas abluit, & voluntas.* Itaque ex Ambrosii & Augustini sententia non solis catechumenis martyrio adfectis ad salutem prodest voluntas suscipiendi baptismi; sed etiam iis, qui huius sacramenti gratiam sincero ac feruenti animo proposcerunt, ac desiderarunt; nec ab eo suscipiendo reuocati sunt ex negligentia, sed ex dispensatione diuina. Idem valide & diserte propugnauit *S. Bernardus* in epistola LXXVII, seu tractatu ad Hugonem de S. Victore, adductis Augustini & Ambrosii testimoniis, aduersus quendam secus sentientem. At oppositum inuenio apud *Augustinum* ipsum, in sermone XX de verbis Apostoli cap. VI, vbi expendens, quare duobus catechumenis, vno probo, altero improbo, *iste adductus est a gubernatione Dei, vt baptizaretur: ille autem, cum bene catechumenus vixerit, subita ruina mortuus est, & ad baptismum non peruenit*; hoc vnum respondet: *Quare merita, non inuenies, nisi pœnam: Quare gratiam, o altitudo diuitiarum!* Hinc apparet, Augustinum sensisse hoc loco, bono illi catechumeno, quod ad baptismi gratiam
45 non peruenit, deputari ad pœnam, nec bonos mores ad salutem profuisse. Quod vnum Rabanus & Alcuinus fortasse docuerint. tametsi cum Ambrosio & Augustino alio in loco admiserint, bonis catechumenis, qui magna ac perfecta caritate baptismi gratiam desiderauerint, non obesse, quod rapti sint ante suscepta mysteria: secus, si remissa, quamuis bonis operibus præditi fuerint. Quamquam omnes vniuersim catechumenos *sine redemtione baptismi defunctos*, sacra oblatione & ecclesiæ suffragiis priuat concilium Bracarense secundum cap. XVII.

52 Denique nonnulli vitio vertunt Rabano, quod Gotescalcum eiusque doctrinam damnauerit. At ex opposito sunt, qui Rabani factum hac in parte probent. Sane ipsum recte sensisse de prædestinatione constat ex eius epistolis superius laudatis: atque etiamsi Gotescalci sententiam itidem rectam fuisse concedamus, non immerito tamen repressus a Rabano est; tum quia prædicationis officium in eius prouincia temere vsurpauit; tum quia nimis quam pertinaciter vocabulo prædestinationis in sequiorem partem abuti credebatur, cum populi offensa, quo in sensu hæc vox rarius a Patribus sumitur. Hæc fusius in huiusce tomi præfatione. Iam satis de RABANO.

DANIELIS PAPEBROCHII

Edit. I

COMMENTARIVS PRAEVIVS

de

B. BARDONE,

Archiepiſcopo Moguntinenſi,

Ex Actis Sanctorum

Tom. II Iunii.

1

Vita Bardonis reperta in MS. Cæſareo.

NICOLAVS *Serarius*, Societatis noſtræ Doctor Theologus atque in academia Moguntina Profeſſor, libro V Moguntiacarum rerum, acturus de B. Bardone, LX Epiſcopo & Archiepiſcopo XX ſic auſpicatur ſermonem: *Vellem, quam* MS. codex minor *extare ait, meas in manus venire potuiſſet* S. Bardonis vita; *nihil eſſet, quod hic de eo intexere mallem, ſed quia id non licuit, cæptam tenebo rationem; colligam, quæ potero, ex auctoribus; eorum, quoad licebit, ſemper edendo nomina.* Hoc eius votum impleuit nobis *MS. codex bibliothecæ Cæſareæ Viennenſis*, inter Hiſtoricos latinos ſignatus ſuperne numero XXIII, inferne numero III. Hanc ergo prelo paramus, ex eaque conamur fluctuantem apud Chronologos annum mortis ſic ſtatuere, vt inde pariter eluceſcat, obiiſſe eum die XI Iunii, licet propter feſtum S. Barnabæ anniuerſarium eius retrotractum videatur ad diem X. pag. 299

Auctore eiusdem ſæculi Clerico.

2 Auctor manifeſte coæuum ſeſe probat, ſed nuſquam indicat familiarius ſe cognouiſſe *Bardonem*: ſolum num. 8 dicit; *Qualis tunc eſſet* (quando ſcilicet Fuldenſis monaſterii fuit Decanus) id eſt, poſt annum MXV, *adhuc viuentes multi teſtantur, qui etiam in ſeruo carnis tantam libertatem ſpiritus vnquam deueniſſe mirantur:* & de eodem, facto Præpoſito monaſterii S. Andreæ, circa annum forte MXXVIII, num. 11 ait: *Quantum ſe in hoc gradu fecerit ſpectabilem, mihi opus non eſt declarare; quod tot teſtari videntur, quot adhuc eius exemplis illuminati reguntur.* Denique num. 71 referens viſionem, de ſede, morituro breui Archiepiſcopo parata, ait; *Monachus expergefactus ſomnium hoc nobis cum magna dulcedine narrauit.* Vnde videtur colligi poſſe, Canonicum aut ſaltem Clericum Moguntinum fuiſſe ſcriptorem, cum iſta narrabantur.

ex quo cum Chronicis coæuis collato

3 Tria is nobis loca ſuggerit, in ſtatuenda chronotaxi obſeruanda; primum, dum num. 24 dicit, ordinatum *Bardonem* Epiſcopum *poſt feſtiuitatem Apoſtolorum* (puta prima Dominica Iulii) *pæne quinquageſimo ætatis ſuæ anno*; ſecundum, num. 77, vbi aſſerit, quod *ſexta fuit feria, cum ſancta illa anima ſancto egrederetur de corpore*; tertium, quo ponit num. 79 id accidiſſe anno *ætatis ſuæ plus quam ſeptuageſimo, Epiſcopatus ter ſepteno:* primus igitur & vltimus annus vitæ referuntur ad annum ordinationis, quaſi ad centrum. Hunc vero *Lambertus Schafnaburgenſis*, eodem ipſo tempore viuens & chronicon pertexens vsque ad MLXXVII, videtur ſtatuere MXXXI ſic ſcribendo: *Arnoldus Abbatiam Heruelden-ſem perdidit, cui Bardo ſucceſſit: ſed is poſt dimidium annum Ariboni Archiepiſcopo Moguntino defuncto ſucceſſit.* Aſt *Marianus Scotus*, eiusdem fere ætatis, hæc ita diuidit MXXXI: *Aribo Archiepiſcopus Moguntinus obiit MXXXII. S. Bardo ſucceſſit annis XX.* Ambo interim in eo conſentiunt, quod ſanctus obierit an. MLI: & *Marianus* quidem addit, quod IV Idus, id eſt, X Iunii. Aſt neque iſto anno neque duorum præcedentium vel ſequentium aliquo, feria VI concurrit cum X Iunii. Concurrit autem cum eadem, anno Chriſti MLIII, dies XI Iunii: quo ſi mortuus fuerit Bardo, ordinatus iuxta Marianum anno MXXXII, & iuxta vitam, mortuus anno Epiſcopatus ter ſepteno, mortuus fuerit ætatis anno LXXI ferme exacto, natus præcedentis ſæculi an. LXXXI vel II.

conficitur Sanctum obiiſſe

anno 1053 XI Iunii.

4 *Wulfherus*

Edit. I pag. 4 *Wulfherus* in vita sui magistri S. Godehardi Hildesiensis Episcopi, XV annis ante *Bardonem* defuncti, num. 32 indicata Aribonis morte & illius successione in Archiepiscopatum, superfluum credidit *pietatis eius vitam & actus plenius scribere, quia*, inquit, *Moguntiæ pro sanctitatis suæ merito inter Apostolicos sacerdotes magnifice celebratur.* Leo etiam Papa IX, qui natalem Domini, ipso, quo Bardonem obiisse diximus, anno Wormatiæ celebrauerat, * *cum populi multitudinem ad sepulchrum concurrentem vidisset*, num. 69 supra indicato *nunc*, inquit, *Bardo ædificat, si ante neglexerat.* Erant siquidem, qui nimiæ lenitatis viuentem arguerant, in quibus ipse Leo admirabundus & mutata circa hoc sententia, dicebat: *Quis vnquam huius sancti viri patientiam adscriberet misericordiæ, & non potius socordiæ?* Non tamen credibile est, quod vel ipse Leo, vel successorum aliquis Bardonem canonizauit, etsi *Trithemius* in Chronico dicat, *post mortem Sanctorum catalogo insertum.* Si enim plus quam vulgi opinione, in miraculis fundata, habitus fuisset *sanctus*, non omisissent Moguntina ecclesia eius festum quotannis agendum suscipere, cuius tamen rei nullum apparet indicium in Breuiariis, quæ plura habemus ab anno MCCCCXCV & deinceps cusa atque recusa: & ideo, solo titulo *Beati* contentus cum *Serario*, nolui *Sanctum* dicere; quamuis id omnes fastorum monasticorum Collectores fecisse videam.

Sanctitati Bardonis *attestantur vita* S. Godehardi & Leo Papa XI, * 300

qui tamen eum non canonizauit.

5 Quod ad miracula attinet, nihil aliud finiens auctor scribit, quam, *nunc claresci signis & virtutibus, quæ per illum operantur diuinitus*; sed cum is num. 71 volentes legere sermonem, quem vltimum Bardo coram Rege habuit, remittat ad tertium libellum, in quem ipsum alioque retulerit; satis datur intelligi, tripartita fuisse acta ab eo scripto; sic, vt primus libellus, vitam; secundus, miracula; tertius, sermones continuerit; duosque intercidisse merito doleamus; & de sermonibus quidem loquens præcitatus *Wolfherus*; *Vnum*, inquit, *perfectionis eius priuilegium dicam, quod ei in nostris confiniis a sanum sapientibus Clericis, honoris gratia oblatum est, scilicet, vt æquiuocato cum Beato Ioanne Episcopo cognomine, propter dulcisonam prædicandi melodiam*, Bardo Chrysostomus *diceretur.* Quæ verba etiam in Chronico nostro Saxonico legimus.

Desideratur lib. 2 de Miraculis, *& 3 de* Sermonibus,

quorum hi ipsi pepererunt agnomen Chrysostomi,

6 Asserit *Sigebertus*, *sanctitatem* Bardonis *per multam miraculorum gratiam patuisse*; sed illustrius multo eorundem testimonium habemus in vita *S. Annonis* Colonienses Archiepiscopi, defuncti an. MLXXV, danda die IV Decembris, lib. III cap. XII his verbis: *Anno ex more stetit prope tumulum S. Bardonis Archiepiscopi, eius nimirum sanctitate delectatus, quæ recentibus interim miraculis commendabatur .... Cernens autem quendam toto corpore miserabiliter contractum adhærere tumbæ beati Præsulis, isque qui esset non ignorans (fuerat enim a progenitoribus manci pium, super hæc & eleemosynarius illius, cum cineribus ob custodiam assidebat) suo more vsus, contra sepulchrum stans loquebatur: „ Ignotos & prope nullius deuotionis ope celerrima respicis: hunc vero tuis semper innitentem obsequiis tui iuris famulum, te diligentem, te precibus assiduis inquietantem, tanta hactenus obstinatione contemnere potuisti? si nos tuis meritis adscribere vis, quod in aliorum curationibus hic actum esse fama confirmat, in huius reparatione confracti, nobis cernentibus, declara tuæ virtutis efficaciam. „ Hæc multis audientibus cum dixisset, nulla intercipiente mora, ager repente in pedes constitit: incolumitatem suam & alio memorabili signo comitante, quod absque fluore sanguinis, absque dolore neruorum integræ sanitati momento redditus sit. Quod factum* Anno, *Dei seruus, mira lætitia suscipiens, magnoque præconio S. Bardonis nomen & meritum extollens, hymnum*, Te Deum laudamus, *altæ vocis modulatione inchoauit, tam populo quam Clero pariter eadem voce consonante, signisque solenniter concrepantibus.*

ista cultum vt Beati:

ad cuius tumulum S. Anno *Coloniensis Archiepiscopus:*

vidit contractum erigi.

7 Hæc ibi, quanto illustriora, tanto efficaciora ad persuadendum, Bardonis anniuersarium in ecclesia Moguntina satis solenniter agi cœpisse statim a morte, licet fortasis ritu lugubri & cum officio defunctorum, vt aliis pluribus Beatis contigisse notauimus alibi. Id autem quia commode fieri non poterat vero mortis die XI Iunii, propter Apostoli Barnabæ iuris antiqui festum, placuerit Clero vigilia eiusdem funebri obsequio opportunissima: & hinc factum sit, vt *Marianus*, sciens Bardonis memoriam recoli X Iunii, putauerit eum tali die obiisse. Marianum secutus *Trithemius* est, auctorque Florarii MS. illos vero monasticorum fastorum auctores, *Wion*, *Menardus* & *Bucelinus*, *Ferrarius* item in catalogo generali, a quibus nobis

Videtur solitus coli 10 *Iunii, impedito* 11 *per festum S. Barnabæ.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nobis recedendum non putamus: ne cultui apud Moguntinos, quandoque forsitan reſtaurando, præiudicet feſti potioris concurrentia. Edit. I pag.

cuius esset Archiepiſcopus

8 Atque iſta, pro aſſerenda Bardonis ſanctitate & populari olim cultu, ſufficiant; ad hiſtoriam fortaſſis rerum in Epiſcopatu geſtarum non item. Auctori enim noſtro, nequaquam ea cura fuiſſe videtur in explicanda enarrandaque virtutum argumenta, tanquam a ſe potiſſimum aſſumpta, intento. Placet igitur ad finem addere, quæ ex diuerſis collegit Henſchenius. Hic primum ex *Bruſchii* catalogo Antiſtitum Moguntinorum excerpſit, quod *Bardo templum a Friderico Galliarum Regis filio & monacho inchoatum abſoluerit, conſecrarique curauerit.* Sed merito doceri idem *Henſchenius* petiit, quo loco & anno res acta ſit; cuius item Galliarum Regis filius iſte fuerit, aliis omnibus ſcriptoribus ignotus. Itaque pluris fecit, quæ de templo eodem habet *Serarius* pag. 734. *Abſoluit cæptam a Willigiſo maiorem Moguntinam eccleſiam; cumque* S. Stephani *templum* Willigiſus *abſoluiſſet, cæpit maior hæc vocari* S. Martini, *eamque, vt ait in Hirſaugienſi Chronico* Trithemius, *anno MXXXVII dedicauit, Conrado Imperatore, Epiſcopisque multis & Abbatibus præſentibus, IV Iduum Nouembris. Sanctus Bardo*, inquit *Marianus, Archiepiſcopus, præſente Conrado Imperatore, indictione V. IV Idus Nouembris, conſecrauit monaſterium S. Martini, ſedis Moguntinenſis Archiepiſcopatus, imo omnium Francorum, in honore S. Martini cum multis Epiſcopis & venerabilibus viris.* Verba vltima e *MS. Francofurtenſi* reſtituenda, quæ in editis libris deſunt. Narrationi huic aſſentitur *MS. Codex minor*, ſed præſentium Epiſcoporum numerum definit XVII, & de ea, quæ *S. Ioannis* eccleſia dicitur, ſubdit; *S. Ioannis baſilica Collegiata iuxta Metropolitanam Moguntiæ poſita, non modicæ deuotionis extat: quam idem Bardo S. Epiſcopus pro remedio animæ ſuæ dotauit, veteribus eius rebus, cum dote & congregatione in nouam S. Martini transtulit, & in hac veteri S. Ioannis, de qua priorem congregationem transtulerat, prædiis ſua induſtria acquiſitis nouam congregationem reſtituit.* Hactenus *Serarius* citatus.

abſoluit eccleſiam S. Martini.

dotauit baſilicam S. Ioannis.

Vxit Agnetam *Imperatricem.*

9 Dictus Conradus Imperator vita functus eſt, IV Iunii anno MXXXIX, eique ſucceſſit filius Henricus III, dictus *Niger:* qui cum habuiſſet vxorem Regis Danorum filiam Guniheldam, ea absque liberis mortua, duxit alteram Agnetam, Guilielmi Pictauienſis filiam, anno MXLIII; quam anno ſequente apud Moguntiam ab Archiepiſcopo Bardone vngi faciens, regalibus ſibi nuptiis in Ingelheim copulauit, vti indicant *Marianus, Conradus Vrſpergenſis*, aliique. Dedimus XIX Aprilis varia acta S. Leonis IX Pontificis Romani, ad eam dignitatem deſignati Wormatiæ anno MXLVIII, & ſequenti anno Romæ electi in Hypapante Domini ſecunda Februarii, ac die duodecima eiusdem menſis coronati. Hic eodem anno venit in Germaniam, & Moguntiæ concilium celebrauit cum Archiepiſcopo Bardone Moguntino, aliisque ad quadraginta Epiſcopis, vbi hæreſis Simoniaca & nefanda ſacerdotum coniugia ſunt damnata: quæ ibidem in Commentario præuio num. XII latius explicantur, & quatenus Bardonem attingunt, hic ſufficit indicaſſe.

Imago eius apud Serarium

10 Porro apud iam ſæpe laudatum *Serarium*, Bardonis quidem, vt aliorum Sanctorum, de quibus agit, imago exhibetur, quaſi coram populo prædicantis, ſed absque diademate, & ſub ſolo titulo *Beati*; ad quatuor vero angulos idem exprimitur quadrupliciter. Ac *primo* quaſi præſidens in ſynodo diœceſana inter Clericos Monachosque, quod, vti ab illo neglectum non exiſtimo, ſic doleo, non poſſe auctoritate poſitiua probari; *ſecundus* angulus coronationem exhibet Imperatricis præfatæ; *tertius* fabricandæ eccleſiæ intentum Epiſcopum; *quartus* Annonem Colonienſem, præſentem miraculo ſupra relato, quæ vlteriori probatione non egent. Quoniam autem miraculum iſtud coram ſepulchro patratum fuit, quod ibi exprimitur, votiuis circum anathematis ornatum, placet cum eodem *Serario* annotare, quod in eius minori MS. ſic legitur: *Sepelitur in eccleſia Moguntina, in crypta, quæ tum in medio eccleſiæ fuit, nunc autem ibidem per Ioannem Archiepiſcopum altare S. Martini conſtructum eſt.* Nullos ante hoc præſens ſæculum eo nomine Præſules Moguntia habuit, præterquam, ſæculo XIV exeunte, duos; quorum primus Luxemburgius, anno MCCCLXXI ex Argentinenſi Epiſcopatu huc translatus, poſt biennium exceſſit e viuis; Naſſouius alter, ab anno *MCCCXVI ad CCCCXIX ſedem tenuit, quod notatum oportuit propter ſequentia prædicti MS. verba: *Epitaphii autem illius lapis in latere ipſius altaris cernitur*, ad quæ verba *Serarius*; *Quæſiui illum, ſed non inueni.*

ſepulcrum in crypta fuiſſe dicitur:

Cuius ſæc. 14 adhuc ſuperat epitaphium.

*leg. 1397

11 Periit

Edit. I 11 Periit ergo vltimum illud Bardonis apud Moguntinos mnemosynon anno veroſimiliter MDLII, quo in vrbem irrumpens *Albertus Brandenburgicus, Lutherano poculo ebrius, etſi vrbis muros & propugnacula non diruit, quæ tamen muris & propugnaculis omnibus erant meliora ac ſanctiora, templa* S. Victoris, S. Albani, S. Crucis, *ſacrilegis, barbariſque flammis abſumpſit*, teſte *Serario* pag. 28; nec dubitem, quin ea, quibus flamma pepercit, multipliciter deformauerit idem Lutheranus furor, ſacris omnibus infeſtus; vt in his, cenſeri poſſit, fuiſſe altare illud, in cuius latere ſæculo XIV ſolus epitaphii lapis extabat. Quid autem ſepulchrum? id iam antea diſſipatum, credo ruinis eccleſiæ inuolutum fuiſſe; etenim vt taceam incendia anni MCXXXI & MCXXXVII, quibus incertum vtrum quid paſſa metropolitana eccleſia ſit; vix dubitem hanc quoque dirutam fuiſſe, quando ab Imperatore Friderico Barbaroſſa anno *MCLXIII ob Arnoldi Epiſcopi funeſtam cædem euerſa, & pene, (vt locutus eſt veterum quidam)* exfundata *Moguntia fuit.... Iacuitque in ſqualore & ſuis ruderibus ac ruinis annos XXXVI, quoad vſque Imperator Otho IV annueret, vt reſtruere deſtructam liceret anno Domini MCC*, vt refert *Mariani Scoti* appendix. Ita *Serarius* pag. 28 & 35. quæ eo dixerim, vt intelligatur, quibus calamitatibus obſcuratus fuerit tumulus B. Bardonis, & qualiſcunque illius cultus in ſolis antiquis ſcriptis remanſerit, ideo in hoc opere ſolicitius vindicandus. Iisdem etiam calamitatibus tribuatur, quod *Lambertus* atque *Marianus*, iſtius æui Chronologi, minus recte definierint annum mortis.

Sæc. 16 ab olitum.

Sicut antea dirutus fuerat tumulus, forte an. 1173.

IOANNIS MABILLON
OBSERVATIONES PRAEVIAE
in vitam
B. BARDONIS,
ab Anonymo *ſcriptam,*
Ex actis Benedictinor.
Sæc. XI.

1

pag. 1 VItam ſancti *Bardonis*, diu multumque a viris eruditis fruſtra quæſitam, inuenit tandem V. C. Daniel Papebrochius in codice MS. Bibliothecæ Cæſareæ Viennenſis, eamque ad diem decimam Iunii Bollandiani retulit, vnde eam deſcripſimus. Auctoris nomen ignotum eſt: ſicut & eius vitæ genus: at eum ætate Bardoni proximum fuiſſe ex multis ipſius vitæ locis patet, quæ huc referre nihil iuuat, cum legenti cuique obuia ſint. Hoc autem opus tres in libros diuiſum fuiſſe colligit *Papebrochius* ex cap. XXIV, vbi auctor de beati viri Sermonibus ait, *ſe eos in tertium libellum differre.* Vnde vir eruditus infert, ſecundum librum fortaſſe de miraculis, tertium de Sermonibus beati Bardonis aliquando exſtitiſſe, ſed qui exciderint, ſi tamen vnquam exſtiterunt. Nam forte ille autor morte, aut aliquo alio impedimento præuentus, eos libros, quos ſcribere animo conceperat, nunquam edidit. Id vnum ſcimus, illos ſcilicet ad nos vſque minime peruenisſe. Bardonem vero & miraculis claruiſſe, & eloquentia præditum ex aliis quoque auctoribus compertum eſt. Certe eius profundam in euoluendis ſacræ ſcripturæ myſteriis eruditionem ſatis ſuperque probat ſermo ab eo factus, quem vitæ auctor integrum fere retulit. Sed quæ de hoc ſancto viro alii paſſim auctores habent, paucis expendenda ſunt.

Vita ſcriptor

2 Bardonem *Adalberto* patre, quem vitæ auctor *Adalberonem* appellat, in oppido Veterauiæ, cui nomen eſt *Oppershofen*, natum fuiſſe teſtantur vulgati Germanicæ hiſtoriæ ſcriptores, quibus antiqua eiusdem oppidi traditio fauet. Ibi enim, vt ex literis Reuerendiſſimi Abbatis ſancti Iacobi de Monte ſpecioſo didicimus, paternæ

alii laudatores

domus beati Bardonis, in qua natus dicitur, rudera hodieque commonſtrantur. Edit. I pag. At mirum eſt, quam in varias ſententias abierint illi auctores, circa ea, quæ à beato Bardone ante adeptam Moguntinam ſedem geſta ſunt. *Trithemius* in veteri Chronici Hirſaugienſis editione ſcripſit ad annum MXXXI, Bardonem Abbatem fuiſſe Hersfeldenſis monaſterii; at ad eundem annum in noua eiusdem Chronici editione apud ſanctum Gallum procurata, *certam ea de re ſententiam* haberi non poſſe fatetur, *ob multiplicem ſcriptorum diuerſitatem; quoram alii* * *aſſerunt Abbatem fuiſſe Fuldenſem poſt Richardum, alii Hersfeldenſem poſt Arnolfum, & alii Augienſem poſt Beronem.* Quamuis, vti proſequitur, *maior pars Fuldenſem Abbatem fuiſſe poſt Richardum confirmet.* In libro autem *de viris illuſtribus ordinis ſancti Benedicti* eundem *Virdunenſem*, ſeu *Hersfeldenſem Abbatem* fuiſſe ſcribit. Quo in loco errore ſcriptoris *Virdunenſem* pro *Wirthunenſem* irrepſiſſe cenſemus. Idem auctor ad annum MLI Chronici laudati, editionis ſancti Galli, retractans, quæ ea de re in aliis libris, & paulo ſuperius ad annum MXXXI ſcripſerat, *diligentiori inquiſitione certificatus*, concludit: *Conſtat nunc manifeſte*, Bardonem *monachum Fuldenſis exſtitiſſe cœnobii, non Abbatem. Nam Richardo in Abbatia ſucceſſit Sigibertus, poſt quem Roſingus, poſtea Bardo, ſed non iſte, de quo loquimur; deinde Ecgebertus, poſtea alius Bardo, ac deinde Siffridus, qui poſt Lutpoldum Moguntinæ ſedis magnus fuit Archiepiſcopus.* Ex quo Trithemii teſtimonio & aliis paſſim locis duo colligenda ſunt: primo, hunc auctorem in hac ſecunda Chronici Hirſaugienſis editione non ſolum multa retuliſſe, quæ in priore deſiderabantur, verum etiam ea, quæ antea ſcripſerat, accuratius, conſultis etiam veteribus inſtrumentis, retractaſſe. Secundo, eos, qui Bardonem noſtrum Fuldenſem Abbatem fuiſſe crediderunt, ipſum non ſatis ab alterutro e iunioribus Bardonibus, hic a Trithemio memoratis, diſtinxiſſe.

Abbas fuit Herfeldenſis.

3 Verum hos omnes Trithemii aliorumque auctorum ſcrupulos omnino eluat *Anonymus* auctor vitæ, quam huc proferimus. Cui plane ſuffragatur *Chronographus Saxonicus* in noſtro codice MSC. vbi *Bardo vir ſimplex & rectus, Heruelденſis Abbas*, Ariboni Moguntino ſucceſſiſſe memoratur anno MXXXI, qui *Deo prouehente in breui ad ſummæ perfectionis culmen feliciter proceſſit.* Ibidem, ſicut & in *Chronico Hildesheimenſi*, idem vir ſanctus *Wirthunenſis cœnobii procurator* fuiſſe dicitur, priuſquam monaſterio Heruelденſi *Imperatricis Gisle ſuggeſtione* Arnulfo Abbati exauctorato fuiſſet ſubrogatus. Ad annum vero MLI, vbi idem *Chronographus* Bardonis obitum commemorat, eundem *in Fuldenſi monaſterio ſub monachica profeſſione enutritum* fuiſſe ſcribit: *Indeque pro vitæ merito ad Pontificalem dignitatem prouectum* claruiſſe. Habemus item ex *Lamberto Schafnaburgenſi* monacho, qui ſæculo XI ſcripſit, Bardonem ex Heruelденſi Abbate Archiepiſcopum factum fuiſſe. Sic quippe habet ad annum MXXXI; *Arnoldus Abbatiam Herfeldenſem perdidit, cui Bardo ſucceſſit. Sed is poſt dimidium annum Ariboni Archiepiſcopo Moguntino defuncto ſucceſſit*; *Rudolfus vero Abbatiam Heruelденſem ſuſcepit.* His addendi veteres catalogi Abbatum Werthinenſium, qui inter ceteros Bardonem noſtrum recenſent, vt videre eſt apud *Bucelinum* in Germania ſacra.

Fit Archiepiſcopus.

4 Vna videtur omnium eſſe ſententia, ſi Marianum Scotum excipias, qui annum ſequentem aſſignat, Bardonem anno MXXXI thronum Moguntinæ eccleſiæ conſcendiſſe, quem annis viginti, vnum addit vitæ auctor, obtinuit. Hac auctus dignitate vir ſanctus nihil prætermiſit, vt ea, quæ ſui muneris erant, ſtrenue & vtiliter adimpleret. Tanta vero erat eius in diuini verbi prædicatione facundia, vt inde CHRYSOSTOMI nomen ei tributum fuerit. Quod non ſolum *Chronographus* noſter Saxonicus aut *Trithemius* teſtantur; verum etiam *Wolfherus*, vitæ ſancti Godehardi Hildesheimenſis Epiſcopi auctor & diſcipulus, cuius hæc ſunt verba: *Vnum perfectionis eius priuilegium dicam, quod ei in noſtris confiniis a ſanum ſapientibus Clericis honoris gratia oblatum eſt; ſcilicet vt æquiuocato cum beato Ioanne Epiſcopo cognomine, propter dulciſonam prædicandi melodiam, Bardo* Chryſoſtomus *diceretur.* Vno verbo, vt *Trithemius* ait, *in Pontificali dignitate, ad quam pro vitæ merito prouectus fuerat, ſpiritu prophetiæ, multiſque virtutibus & miraculis clarus effulſit.*

Henrico Regi acceptus eſt.

5 Anno MXLIII Henricus III Rex Agnetem, Guillelmi Pictauenſis Comitis filiam, duxit vxorem, eamque poſtea in Reginam vngi voluit, quod apud Ingelheim beati Bardonis miniſterio factum fuiſſe memorant vulgati auctores. qua occaſione, vti ex *Chronographo Saxonico* noſtro mſ. & ex *Trithemii* Chronico fuſiori

Edit. I pag. siori discimus, enituit summa Regis in pauperes propensio, quam Bardoni nostro acceptam referri debere non dubitamus. Cum enim, vt *Trithemius* ad an. MXLIV scribit, ad has nuptias infinita propemodum histrionum & iaculatorum multitudo conuenisset, hos omnes non solum muneribus, sed etiam cibo & potu vacuos Rex abire præcepit; cibaria vero, quæ manducantibus inuitatis superfuerant, non histrionibus & mimis, sed Christi pauperibus, quorum aderat maxima multitudo, iussit distribui. Bardonis opera idem Henricus vsus est non semel in expeditionibus bellicis, vt in Chronico ms. sæpius laudato legitur. Ibi quippe ad annum MXL Bardo noster, cum Eberhardo Marchione, & parua militum manu, Bohemiam, *diuina comitante protectione*, deuastasse dicitur; quam expeditionem victor factus pace coronauit. Aliam item eius expeditionem refert idem auctor ad annum MXLII. Magis huc pertinet, quæ ibidem habentur de muniis eius pastoralibus. Nam tres ab eo Episcopos fuisse consecratos idem auctor testatur: Burchardum scilicet Halberstadensem, die festo sancti Stephani, anno MXXXVII, apud Helingestadium: Thietmarum Hildesheimensem, sancti Godehardi successorem, apud Lauresheim XIII Kal. Septembris, anno sequenti; ac denique Suitgerum Bambergensem Mimigardeuordo, anno MXLI. Addit, censuram eius timuisse Seuerum Pragensem Antistitem, quod, destructis Poloniæ ecclesiis, earum spolia cum sancti Adalberti reliquiis in Bohemiam transtulisset. Hæc ex Chronico Saxonico.

*3 * 6 Eiusdem in sacris locis amplificandis & dotandis cura merito laudatur. Maiorem suæ sedis ecclesiam, quam a Willegiso Archiepiscopo incœptam perfici curauerat, solemni pompa anno MXXXVII, aut sequenti, vt vult *Marianus Scotus*, Deo sub sancti *Martini* titulo consecrauit: cui solemnitati testis est *Trithemius* Conradum Imperatorem, Henricum III Regem, cum multis Episcopis, Principibus & Abbatibus interfuisse. Episcopos numero septendecim ad hanc solemnitatem conuenisse, legitur in codice MS. quem *Serarius* laudat. Ex quo item codice discimus, ecclesiam *S. Ioannis*, quæ, ob sedis in nouam ecclesiam translationem, destituta ab omni Clero remanebat, a beato Pontifice dotatam fuisse. Hæc sunt eius verba: S. Iohannis *basilica collegiata, iuxta metropolitanam Moguntiæ posita, non modicæ deuotionis extat, quam idem* Bardo *sanctus Episcopus pro remedio animæ suæ dotauit: veteribus eius rebus cum dote & congregatione in nouam sancti* Martini *translatis, & in hac veteri* S. Iohannis, *de qua priorem congregationem transtulerat, prædiis sua industria acquisitis, nouam congregationem restituit.* Huic item sancto Antistiti tribuenda sunt celebris monasterii *S. Iacobi* in *monte speciosо* initia, cuius fundamenta iecit anno ML in monte iuxta vrbem, qui olim *Mons Drusi*, aut, vt aliis placet, ab antiquo *Martis* fano, *Mons Martius* dicebatur. Vix cœpta erant monasterii ædificia, cum instante sibi morte pius Antistes Bardoni, suo ex fratre nepoti, qui tunc sancti Albani monasterio præerat, mandauit, suum vt moneret in Archiepiscopatu successorem, ne opus a se incœptum prætermitteret. Paruit beati viri monitis Luitpoldus, ipsius ex monacho, vt volunt, Fuldensi, & Præposito Bambergensi in Moguntina sede successor, qui monasterium, multis opimisque prouentibus dotatum, anno MLV, sollemni ritu, in honorem *S. Iacobi Maioris* consecrauit, cui, aduocatis ex sancti Albani, siue, vt autumant nonnulli, ex Herfeldensi monasterio, Benedictinis monachis, Waltherum Abbatem præfecit. Obiit Luitpoldus anno MLX, die VII Decembris, atque in monasterio sancti Iacobi sepultus est: cuius ossa, vt refert *Trithemius* in fusiori Chronico Hirsaugiensi ad annum MLX, post multos annos leuata, & in capsula lignea deposita fuerunt in extrema chori parte supra ianuam in fenestra subtus altare sanctæ Helenæ Imperatricis. Hodie, vt ex iam laudatis Reuerendissimi *Martini* Abbatis litteris discimus, ad dextrum latus maioris altaris iuxta Presbyterum reposita in ligneo sarcophago asseruantur. Porro celeberrimi istius monasterii, quod hactenus sub regula Benedictina perseuerat, Abbatum catalogum exhibet *Gabriel Bucelinus* tomo I Germaniæ sacræ, quem, si lubet, consule; nos vero beati Bardonis gesta prosequimur.

Ecclesias ornat & dotat.

Monast. S. Iacobi initia.

7 Anno MXLIX Bruno ex Tullensi Episcopo factus Romanorum Pontifex, sub Leonis IX nomine, Remis concilium celebrauit, cui & præfuit: inde in Germaniam profectus, alteram apud Moguntiam synodum habuit, cui quadraginta Episcopi cum Henrico Romanorum Imperatore interfuerunt; inter quos *Adamus Bremensis*, *Albertus* Stadensis Abbas, & *Chronographus* noster *Saxonicus* recensent Bardonem Moguntinensem, Eberhardum Treuirensem, Hermannum Colo-

lonienſem, Adalbertum Hammaburgenſem & Engelhardum Magdeburgenſem Archiepiſcopos; His accenſendus Sigebotho, ſeu, vt alii ſcribunt, Sibicho, Spirenſis Epiſcopus, qui Simoniæ aliorumque criminum accuſatus, ſe ipſum iudicio communionis corporis & ſanguinis Domini expurgauit. Edit. I pag.

Fit legatus Apoſtolicus. In eadem ſynodo Bardo Moguntinus Antiſtes *legatus ſacro ſanctæ Romanæ eccleſiæ declaratus eſt*, vt teſtatur *Trithemius* in fuſiori Chronico Hirſaugienſi, vbi ad annum ML hanc ſynodum cum aliis auctoribus plerisque reuocauit, quamuis nonnullis magis arrideat Adami Bremenſis & Wiberti vitæ Leonis IX ſcriptoris ſententia, qui eandem ſynodum anno præcedenti celebratam fuiſſe litteris mandarunt.

Futura prædixit. 8 Bardonem prophetiæ dono illuſtratum fuiſſe, iam ex *Trithemio* diximus: ſed id ipſum teſtantur quoque vetuſtiores ſcriptores. Prophetiæ ſpiritu donatum fuiſſe ex *Haſenrietano* diſcimus apud *Gretſerum*, vbi Bardo Gebhardum Eiſtetenſem Epiſcopum Romanæ ſedi aliquando præficiendum prædixiſſe memoratur. Vide *Menolog. Benedict.* die X Iunii, & *Gretſerum* de SS. Eiſtetenſibus. Narrant veteres Hiſtorici, hunc eumdem beatum Pontificem, mortem ſibi imminentem diuinitus præuidiſſe. Cum enim Imperator cum multis Principibus (addit *Trithemius* Leonem Papam, ſed iam Henrico valedixerat) feſtum Pentecoſtes apud Paterbornam celebraret, ſanctus Bardo, habita inter Miſſarum ſollemnia concione, obitum ſuum inſtare clara voce prædixit, atque veniam & pacem ab omnibus petens, ſeſe orationibus adſtantium commendauit. Beati viri prædictionem veram fuiſſe probauit ipſe rei euentus. Etenim paullo poſt ineunte Iunio menſe e viuis exceſſit. Sepultus eſt in maiori eccleſia, quam ipſe, vt ſupra diximus, in honorem ſancti Martini conſecrauerat.

Annus & dies mortis. 9 Sancti Bardonis obitum anno MLI conſignant ſcriptores omnes ipſi coæui, *Lambertus Schafnaburgenſis*, *Marianus Scotus*, *Hermannus Contractus*, & qui deinceps ſecuti ſunt, auctor *Chronici Saxonici MS.* *Trithemius*, aliique paſſim, nec diſſentiunt recentiores. *Sigebertus* cum ad annum ML, an errore librarii, reuocat. Ab his tamen omnibus receſſit *Papebrochius* in Iunio Bolandiano, quod illorum ſcriptorum calculus componi nequeat cum vitæ auctore, qui Bardonem vix quinquagenarium Moguntinam ſedem conſcendiſſe ſcribit, ac poſt ter ſeptem regiminis annos ſeptuagenario maiorem, III Idus Iunii, feria ſexta, ad cælos conuolaſſe. Cum autem feria ſexta die XI Iunii anno MLIII contigerit, concludit vir eruditus, Bardonis obitum ad eum diem reuocari debere. At tamen mouet me tot ſcriptorum æqualium, & data opera ea de re, etiam in Germania, ſcribentium auctoritas. Nonnihil etiam difficultatis eſt in aſſignando Bardonis obitus die, quem quidem vndecimo * Iunii die, ſeu III Idus notant vitæ ſcriptor & *Hermannus Contractus*. At Martyrologia quæque diem præcedentem aſſignant: ſed id factum fuiſſe dicit *Papebrochius*, quod dies XI ſancti Barnabæ Apoſtoli ſolemnitate impediretur. Verum eadem quoque fuiſſet ratio, ceteros Sanctos, quos hac ipſa die memorant faſti ſacri, in præcedentem aut ſubſequentem diem reiiciendi. Deinde *Marianus Scotus* in Chronico, vbi nulla ſollemnitatum ratio valere poteſt, Bardonem IV Idus Iunii obiiſſe ſcribit. Non itaque poſſibile eſt illorum auctorum verba ſimul in vnam ſententiam conciliare. Quinam vero ex illis ſcriptoribus ſint ceteris præponendi, definire non auſim. Quare propoſitis, quæ ex vtraque parte occurrunt, ambagibus, rem in medio relinquere viſum eſt; quam forte aliquando viri eruditiores ſoluent. At interea Bardonis obitum anno MLI, vt veteres Chronographi habent, die X Iunii ex faſtis eccleſiaſticis ita in margine conſignabimus, vt Papebrochii ſententiam, qui ex vitæ auctoritate beati viri obitum ad diem XI Iunii anni MLIII reuocauit, reiicere aut impugnare nolimus. *4

Miraculis claret. 10 Bardonis ſanctitatem miracula, quæ ad ipſius tumulum frequenter patrata fuerunt, luculenter probant. Huius rei teſtem omni maiorem exceptione habemus Pontificem ſanctiſſimum, Annonem Colonienſem Epiſcopum, qui, vt refert eius vitæ auctor lib. II cap. XI ſic de beati Simeonis, & noſtri Bardonis tumulis ſuos Sigebergenſes monachos allocutus eſt. *Simeon ille nominatiſſimus, quo Treuiris inclito gloriatur patrono; ſed & Bardo ſanctiſſimus, vrbis Moguntinæ decus, reuera ſanctitatis ſuæ meritum plurimis indiciis commendantes, omni quidem reuerentia ſunt iure colendi: verum quia magna prædicantur & ſunt, donariis amplis honorari ſatagunt: at mihi* &c. Eundem *Hermannus Contractus* anno MXXXI Ariboni Moguntino ſucceſſiſſe dicit, *vita & habitu monachum venerandum.* Ad annum vero MLI; *Eadem ætate* Bardo *venerabilis, Moguntinæ ſedis ex mona-*

Edit. I pag. *monacho Archiepiſcopus, omni pietate & ſanctitate mirabilis, III Idus Iunii ab hac vita ſubtractus, multis poſt obitum claret miraculis*; quæ contractius habentur in editione Piſtoriana; & *Sigebertus* de eodem habet: *Cuius ſanctitas per multam miraculorum gratiam patuit.*

11 Sed ex iam laudata beati Annonis vita lubet hic deſcribere miraculum inſigne, quod eiusdem ſancti Pontificis interuentu ad beati Bardonis tumulum patratum fuit. Sic autem refertur cap. XII. *Apud Moguntiam, Germaniæ nobiliſſimam & populoſam ciuitatem, magnam cuiuſdam nominatæ feſtiuitatis celebritatem regni Principibus & eccleſiarum Præſulibus iuſſio regalis effecerat, qui diuerſis ex prouinciis illic adunatis curiæ præſidebant &c.*

12 Martyrologia quæque tum monaſtica, tum Germanica beati Bardonis memoriam celebrant die decima Iunii; conſentit *Ferrarius* in catalogo generali Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non habentur, vbi obſeruat, hunc beatum virum nullo officio publico in eccleſia Moguntina coli. Quod quidem mirum videtur, cum eius ſanctitatem non ſolum ſcriptores veteres & recentiores, ſed ipſa etiam opera & miracula atteſtentur. Quin & *Marianus Scotus*, *Trithemius* in vulgato Hirſaugienſi Chronico ad annum MXXXI, & alii auctores *ſanctum Bardonem* abſolute nuncupant. Immo *Trithemius* eundem non ſolum *ſancti* nomine donat, ſed etiam hæc de illo ſubiungit: *qui fuit vir doctus & ſanctiſſimæ conuerſationis, atque poſt mortem Sanctorum catalogo inſertus eſt.* * Bardonem tamen in oppido Opershouen antiquitus cultu publico honoratum fuiſſe didicimus ex epiſtola iam laudata Reuerendiſſimi Abbatis ſancti Iacobi, vbi ſic habet: *Illud*, inquit, *quod ſubiungo, ex relatione habeo Illuſtriſſimi Domini Adolphi Godefridi Voluſii, ex ſacræ Theologiæ Doctore & Eccleſiaſte metropolitano glorioſiſſimo, Epiſcopi Domitianopolitani & Suffraganei Moguntini, qui ante annos octo fatis ceſſit, ſua memoria eccleſiam in Opershouen Weterauiæ, vbi de facto adhuc monſtrantur rudera paternæ domus, in qua ſanctus Bardo natus, igne exuſtam, ſalua ſolum imagine ſancti Bardonis, quæ ſuper ligneam tabulam ad viuum effigiata: cuius imaginis poſſeſſionem benefactus Epiſcopus nactus, ſe eandem monaſterio noſtro legare reſoluit: ſed a neſcio quo, ſummo amborum dolore clanculum ſublata, ſpem tanti theſauri irritam reddit.*

Eius memoria.

* 5

13 Sed etſi verum eſſet, Ferrarii tempore, quod quidem non credimus, Bardonis officium nullum in eccleſia Moguntina fuiſſe celebratum, fatendum eſt, paullo poſt fuiſſe in ea inſtitutam beati Antiſtitis feſtiuitatem. Nam ex *Adolpho Ouerhamo*, qui & ipſe monachus fuit Werthinenſis cœnobii, diſcimus in breuiario Sanctorum Mogontinenſium die vndecima Iunii feſtum ſancti Bardonis ſub ritu duplici præceptum inueniri. quamuis in officii lectione quinta dicatur IV Idus eiuſdem menſis obiiſſe. De eodem agunt faſti Werthinenſes, vt ipſe ait Ouerhamus, tum vetuſti, tum recentes, in quibus Bardonis nomen tertio Idus Iunii conſignatur. Quam vero celebris eius fuerit memoria etiam paullo poſt ipſius mortem, ex *VVolfhero* vitæ ſancti Godehardi auctore, eiusque diſcipulo diſcimus, qui de Bardone noſtro agens ſuperfluum eſſe cenſuit, *pietatis eius vitam & actus plenius ſcribere: Quia*, inquit, *Moguntiæ pro ſanctitatis ſuæ merito, inter Apoſtolicos ſacerdotes magnifice celebratur.* Sane Leo IX ſanctiſſimus Pontifex, cui probe Bardo notus erat, hunc viuæ vocis oraculo canonizauit. Cum enim mortis eius nuncium accepiſſet, *nunc* inquit, *Bardo ædificat, ſi ante neglexerat.* Tum de eius patientia ſubiunxit: *Quis vmquam huius ſancti Viri patientiam adſcriberet miſericordiæ, & non potius ſecordiæ?*

Cultus.

14 Eius porro ſepulcrum, quod ob miraculorum frequentiam adeo celebre fuerat, temporis proceſſu ita obſcuratum eſt, vt nullum penitus eius indicium ſuperſit. Habuit *Serarius* codicem MS. in quo vir beatus dicitur ſepultus *in eccleſia Moguntina in crypta, quæ tum in medio eccleſiæ fuit: nunc autem ibidem per Iohannem Archiepiſcopum altare ſancti Martini conſtructum eſt; epitaphii autem illius lapis in latere ipſius altaris cernitur.* Fatetur idem *Serarius*, ſe illum lapidem quæſiuiſſe quidem, ſed a ſe minime fuiſſe inuentum. At illud epitaphium quodcumque tandem fuerit, vetuſtum non fuiſſe ex eo conſtat, quod nullus Iohannes Moguntinus Antiſtes extiterit ante ſæculum XIV. Primus enim huius nominis fuit Iohannes Luxenburgicus, ex Argentinenſi eccleſia ad Mogontinam translatus an. MCCCLXXI; alter e Naſſouiorum gente eodem ſæculo labente ſedem iniit, ſequentis initio mortuus. Vnde coniicit *Papebrochius*, epitaphium, a *Serario* laudatum, diſſipatum fuiſſe anno MDLII, quo Albertus Brandenburgius, Lutherana hæreſi infectus, Moguntiæ præcipua templa flammis violauit ac pæne conſumſit.

Sepulcrum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

NARRATIO
DE CAEDE
ARNOLDI,
ARCHIEPISCOPI
MOGVNTINENSIS,
E MS. VERNACVLO
IN SERMONEM LATINVM CONVERSA.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

LECTORI
GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS
S. D.

DE nece ARNOLDI Archiepiſcopi peculiarem olim extitiſſe narrationem, plures teſtantur. *Monachus* ſane *Kirſchgartenſis* in chron. Vormatienſi ad an. MCLXIII p. 102 diſerte: *Veruntamen hoc fuit propter horrendam mortem, quam ſancto* Arnoldo *Epiſcopo ſuo, ſibi dilectiſſimo, intulerunt: prout in* hiſtoria ipſius Arnoldi, *Epiſcopi Moguntinenſis, habetur*, quam habeo. Idem dicit *Serarius* libro V rerum Mogunt. p. 821; *Extitit libellus quidam* de huius Arnoldi paſſione *inſcriptus, e quo* MS. minor *multa. Eorum hoc eſt initium:* Arnoldus pago Moguntino *&c.* Repetit id *Helvvichius* in annotat. ad *Conradi* vel potius *Chriſtiani* chronicon*, ſimulque addit, Moguntiæ in bibliotheca ad *D. Iacobi* eam haberi; *Totius*, ita inquit, *huius tragœdiæ initium ac finem fuſiſſime recenſet* MS. quidam vulgaris, *qui in bibliotheca* S. Iacobi *Mogunt. aſſeruatur, cuius tamen auctoris nomen non notatur.*

* *Sect. II § II n. XI notat.* †, *& § I n. I* ††.

Vtrum ſuperſit libellus iſte, nec ne, dicere non habeo. Saltim ſtudioſe quæſitum nusquam inuenire licuit. Interim vix dubium eſt, quin auctor *MS. minoris*, de quo *Serarius* l. d. deſcriptum ſi non totum, maximam tamen partem ſuis inſeruerit. Nec aberrauero, ſi dixerim, idem feciſſe chronographum, qui *FF. Eremitis* conuentus Moguntini manu deſcriptus eſt.

Cum igitur libellum ipſum nusquam indagare potuerim, quæ MS. hic *Auguſtinianorum* ex eo ſuas in areolas deriuauit, excerpere, & e vernacula in ſermonem latinum transferre conſultum putaui.

Auctorem alioquin libelli, quisquis etiam is eſt, a temporibus iſtis longius abfuiſſe, eſt, cur ſtatuam. Partibus vero Arnoldi quam maxime addictum fuiſſe, cuiuis facile patet. Vnde vix dubitandum, quin nonnunquam plus dederit affectui, quam veritatis ſtudio. Saltim hic, illic habere, quæ ſecum pugnent; alia vero ſicco præteriſſe pede, ſi chronicon *Conradi* vel potius *Chriſtiani* contuleris, forte haud diffiteberis.

Retinui tamen, quæ dicit, nec quid addidi vel immutaui. Solummodo interdum ſenſum magis, quam verba non adeo bene cohærentia expreſſi.

De cetero, cum *VVitlichius* ſe de immani hac cæde ac calamitoſa monaſterii deſtructione fuſius aliquando acturum receperit in chronico *D. Iacobi* ſect. I n. VII (* VIII) quin manum etiam operi admouerit, (v. *Helvvichius* l. d.) optandum, ſi ſuperſunt, quæ congeſſit, & inter alias eiusdem reliquias litterarias reperiuntur, vt in lucem producantur publicam. Interim tu his fruere, valeque!

§. I AR-

§ I

Arnoldus *nobili natus genere*,

suffectus est Henrico.

ARNOLDVS veteri *Selenhouiorum* stirpe, quæ Moguntiæ, vel, vt alii volunt, in Rhingauia *, olim floruit, oriundus, suffragiis vnanimibus a clero principe Archiepiscopus electus fuit. Nec immerito. Is namque, si quis ista ætate alius, sapientia, ingeniique excellebat dexteritate. Incusatur quidem vulgo, ac si fraude viam sibi ad sedem ineundam munierit, ac decessorem suum falsorum insimularit criminum, eoque ipso, vt gubernaculis ille depelleretur, effecerit. Sed perperam, nec sine iniuria. Ab ineunte enim ætate veritatis fuit studiosus, fide magna, recti amans, scelerisque purus. Et quamuis nemo facile negauerit, Henrico insignite vim factam atque iniuriam, tantum tamen abest, vt Arnoldus auctor actorque rerum illarum fuerit, vt potius dicendum sit, eum, Romæ præsertim, studiose pro illo, honestissimaque semper ratione locutum esse.

* *At vide hic, quæ* Helvvichius *monet annotat. ad chronicon* Conradi, *vel potius* Christiani, *sect.* II § I **.

quæ de caussa?

§ II Vt autem Henrici in locum sufficeretur, non minima fuit caussa, quod ingenii acumine, consilio, probataque morum virtute quam maxima apud Fridericum Imperatorem gratia polleret atque auctoritate: adhæc omnibus naturæ bonis, donisque esset exornatus, statura procerus, forma conspicuus, facilis, benignus, vultu ac sermone in omnes placato, ita vt omnium sibi conciliaret amorem.

Ante fuit D. Petri *Præpositus & Decanus* Aquensis,

§ III Sacris ordinibus cum esset initiatus, beneficio Henrici primum Moguntiæ ad *D. Petri* Præpositi consecutus fuit dignitatem; dein Aquisgrani ad *B. M. V.* quæ magni nominis & Imperialis est Collegiata, Decani capessiuit honores. His vero muniis cum fungeretur, dici vix potest, quantam vitæ probitate, suaque erga pauperes beneficentia famam collegerit, celebritatemque.

Cancellarius *item* Friderici I.

§ IV Venit certe in ipsius Imperatoris notitiam: a quo mox adsciscebatur, vt illam æqui, bonique officinam, quam *Cancellariam* vocamus, ceu supremus quidam legum, rescriptorumque moderator, regeret, ac in potestate haberet.

Magnam beneficentia sua consecutus laudem est.

§ V Quo maior autem honore tum erat ac dignitate, hoc magis animo se demittebat, virtuti studens ac beneficentiæ. Quo factum, vt amplioribus multo, quam ante, laudibus celebraretur. Stipendium sane, quod accipiebat, annuum inopum in vsus conuertebat, & cum totam Germaniam tum maxima premeret annonæ caritas, trecentos quotidie nutriebat pauperes, vnicuique dimensum propria ministrans ac præbens manu; vt taceam, tam benigne viduas illum, orphanos, ac ecclesiastici ordinis homines fouisse, vt pater eorum meruerit appellari.

Electus obtinet Regalia.

§ VI Ad titulos Moguntinos cum adsumtus esset, a Cæsare statim Imperii beneficia, iusque obtinuit regalium: Principibus vero, qui electum, sedique impositum perceperant, hanc attulit spem, futurum, vt resarciret, quæ vel decessorum quorundam socordia, vel temporum morumque malignitate pessum iuissent.

Virtuti, vt ante, studet.

§ VII Ipse interim a pristinæ virtutis haud desciscebat tramite. Solitis certe ad Deum precibus, vt antea, omni vacabat contentione, quantacunque etiam essent, quibus obruebatur, negotia. Præterea non statis modo ieiuniis corpus affligebat, sed exteriore etiam austeritate. Tempore enim anniuersarii Christianorum ieiunii strato semper vtebatur vimineo, totasque noctes orationibus ac vigiliis transmittebat. Et cum ita sobrius esset in victu, cultuque, hunc temperantiæ suæ ferebat fructum, vt quam rarissime minus belle haberet. Similiter ædium sacrarum singularem habebat curam, laceras instaurando, nouas statuendo, haud paucas exornando. Vti vero neminem reperias, cuius virtutes nullo vnquam vitiorum lædantur confinio, ita in eo quoque næui instar fuit, quod pronior erat ad iram. Atenim haud nescius, huic se infirmitati esse obnoxium, horridis macerandæ carnis instrumentis a se ipso, sicubi incautius efferbuerat, pœnam eamque satis grauem & ad sanguinem vsque exigebat.

in iram tamen fuit pronior.

Instituta inquisitione,

§ VIII Improbos, flagitiisque contaminatos omnibus coercebat modis. & cum decessorum quorundam negligentia haud parum mundanæ contagionis, abusuum, ac corruptelarum in mores cleri irrepsisset, id sane pensi habebat, vt in emen-

emendationem illorum incumberet. Nec cunctatus, Epiſcoporum, Abbatum ac Præpoſitorum, ſedi Moguntinæ ſubiectorum, ſynodum coegit, illorum vt ope conſilioque ad rem tam arduam perficiendam vteretur. Quos dignitates, munia que eccleſiaſtica oblato pretio adiiſſe comperit (quorum non paruus erat numerus, maioris etiam ordinis clericorum) tum officiis, tum beneficiis priuabat ac exuebat: contra probos, doctos, frugi, vitæque inculpatæ præficiebat eccleſiis. Præter hæc vero haud pauca ad religionis integritatem ac diſciplinæ eccleſiaſticæ vigorem tum ſtatuebat ac ordinabat. *ſimoniacos eiicit.*

§ IX Nec contentus, rebus ſacris hunc impoſuiſſe ſtatum, ciuilibus etiam manum admouebat, huc animi conuertens ſtudium, vt arces vetuſtate laborantes reficeret, incendio afflictas vel belli vexatas caſibus ad priſtinum decorem reuocaret, ceteras vero repellendæ iniuriæ muris ac turribus firmius obſepiret. *tum arces reficit ruinoſas,*

§ X Quamuis autem tam ſollerter omnes boni Principis ac Archiepiſcopi partes complecteretur, multis tamen impetebatur inſectationibus; quin tam in uiſus nonnullis erat ac exoſus, vt de eo impugnando, interimendoque perfida atque iniquiſſima agitarent conſilia. Hoc fine non ſolum coniurationem inter ſe facere haud verebantur, verum etiam Principum quorundam opem ſibi parabant ac auxilium. In his *Hermanni*, Comitis Palatini ad Rhenum, quem hoc facilius ſuas ad partes pertraxere, quo ægrius is ferebat, ab Arnoldo ſeſe ſacrorum interdicto notatum: quamuis id multis commeritus erat modis. Epiſcopo enim Vormatienſi a longo tempore multum intulerat damni, & bonorum, quibus oculum adiecerat, partem haud exiguam per vim eripuerat ac metum. Inſuper illi Comitum aliquot potentia, opumque modo non vulgari clarorum operam, præſidiumque ſibi comparauere: quorum freti viribus negligere, quæ Arnoldus dabat, mandata, eccleſiaſticæ deteſtationis pœnas ſpernere, bona cleri inuadere, profanos in vſus ea conuertere, multaque contumaciter prorſus agere religioni haud habebant; nullo alio conſilio ac fine, quam vt hoc facilius ipſius opprimendi nanciſcerentur occaſionem, ſi quidem conatus iſtos Arnoldus vellet reprimere. Sigillatim hoc ei maledice paſſim, contumelioſeque inferebant probrum, ipſi maxime imputandum, quod Henricus, tantæ probitatis Antiſtes, ab celſiſſimi muneris gradu deiectus ante diem obierit. Ambitione enim, ſuperbia, cæcaque honorum libidine ductum falſorum innocentem accuſaſſe, reumque egiſſe criminum. *Moguntinenſium incidit in odium,* *incuſatur, ac ſi Henricum inique accuſarit;*

§ XI Vti vero haud lateat, iurene an iniuria id culpæ ei detur, iuuabit adducere, quæ ſæpe numero erga ſuos, aliosque aperte atque ingenue vſurpauit verba: „ Quod alii hanc mihi dignitatem gratulantur ac fortunam, equidem haud magnopere curo. quod vero vos etiam id facitis, non poſſum quin conquerar. Admoueri me paſſus ſum gubernaculis nauis ruinoſæ, claudæ, mutilatæ, in mari violento, vaſto, iactabundo tam variis procellarum turbinibus quaſſatæ, vt iuſtiſſimus ſit metus, proxime confractam demerſum iri. Populus, cui præſum, peruicacis ad omnia eſt animi, refractarius, ac omnis impatiens obſequii, nec alio, niſi duriſſimo labore, domituque frangi, in viam reduci, atque ad frugem corrigi poteſt. Tum vero nemo fere eſt, cui tuto fidere poſſim. Vel ipſi, quos conuictibus adhibeo, capiti meo impias ſtruunt inſidias. Quod vero aduerſarii mei dicunt, & quaſi venenatum aliquod iaciunt telum, ac ſi mea potiſſimum opera factum ſit, vt Henricus dignitate eiiceretur, iniuriam mihi faciunt, quod Deus, qui intimos animorum receſſus ſcrutatur, certiſſime, optimeque nouit. Equidem cum ab inimicis perfidis Romæ, quorundam delatus criminum, conflictaretur iudicio, rogabat me, vt ſibi in re quapiam meum dicarem ſtudium; quod cum præſtare non poteram, ni contra verum niti voluiſſem, renui. Id tamen operam dedi, vt mitterentur, qui cauſſam vtrinque cognoſcerent. Vt deinceps res ſe dederint, ſilentio prætermittam. Deo enim eas commendare, tutiſſimum. Cumque adeo omnis omnino culpæ expers ſim, neſcio qui factum, vt ille cauſſam poſtea in me coniecerit. „ *quod tamen ipſe negat ac confutat.*

§ XII Reſpondit Moguntinenſium votis ſucceſſus. Hermannus enim, Rheni Palatinus, multis in ſocietatem belli pertractis, anno MCLV Archiepiſcopatum armis inuadebat, populationibus, incendiis, omnique maleficiorum genere omnia permiſcens. Arnoldus contra, vim vi repulſurus, & ſuos ad arma vocabat, auxiliisque Comitum quorundam ac Nobilium inſtructus, in hoſtem ibat. *Cum* Hermanno Palatino *implicatur bello,*

Quot alter alteri damna intulerit, facile cogitare est. nec enim a cædibus vtrinque iniuriisque cessatum, donec rumor erat, aduentare Cæsarem. Tum enim arma posuere.

Wormatia vocatur in iudicium.

§ XIII Fridericus autem, cum in Germaniam reuersus esset, vtrique diem, quem sub finem anni in conuentu Wormatiensi obirent, dixit. Caussam enim iudicabat quantocius discutiendam. Quam cum ibi cognouisset, sententiam tulit, eamque satis grauem. Voluit enim primum, vt Hermannus & socii Arnoldo supplices fierent, ac pœnis ecclesiasticæ detestationis se eximi rogarent. Dein, cum vetus consuetudo pro lege apud Francos ac Sueuos inoleuisset, si quis, Rege trans alpes profecto, pacem publicam fregisset ac violasset, vt turbarum suarum pœnas daret, ad omnium terrorem, posteritatisque memoriam cum insignes, tum ignominiosas, Comes quidem, canem, Ministerialis, sellam gestando; Palatinum ipse, quamuis magna dignatione, potentiaque Principem, decemque, quos sibi sociarat, Comites easdem reddere iussit; scilicet, vt quisque gelido isto hiemis tempore, nudus pedes, & supra indusium thoracatus canem humeris de loco iudicii ad Comitatum proximum portaret. Easdem Wilhelmum, Comitem Glizbergensem, & Henricum, Comitem Loheimensem, qui cum Arnoldo fecerant, etiam subire coegit, ne qua pars impunita maneret.

De Moguntinis meliora sperare incipit,

§ XIV Cum Cæsar ita motibus his ac turbis modum statuisset, in spem venit Arnoldus, non vicinos modo, sed Moguntinenses etiam, suo subditos imperio, in posterum nil facile moturos. Quo fine vel illos ipsos, qui omnis fons fuerant simultatis, omni prosequebatur beneuolentia, haud secus, ac si nunquam eos hostes expertus esset ac aduersarios.

Mengoto ignoscit,

§ XV Testimonio sit insignis beneuolentia, gratiaque, quam aulicorum cuidam, cui *Mengoto* nomen, exhibuit. Is nuper aduersariorum facile princeps erat, haud veritus, de vita Heri nefarie tunc cogitare, ac non plane nil moliri. Nihilo tamen secius, inducta iniuriarum obliuione, ad aulæ rursus eum adsciuit ministeria, & quoad vita homini supererat, in præcipuis habuit consiliariis. Aegrotanti post, animamque trahenti sub mediam noctem, sepositа aliquantisper, qua eminebat, dignitate, adfuit, solatiaque alloquio atque cura admouit, luculentis inter hæc documentis ostendens, fatis pressi misericordia se reapse frangi. Quin, optime se homini voluisse, quum mortuo celebrarentur exsequiæ, iustaque peragerentur funeris, haud obscure testatum fecit. Sacris enim officiis præsens interesse haud dedignabatur. Filio dein, quem ille reliquit, cognomini in aulam recepto ad consequendos honoris equestris titulos adiumento fuit; nec id feciſſe contentus, auunculo illius, Burchardo, dignitatem Præpositi ad D. Petri ædem extra mœnia, quam ipse olim tenuerat, adstruxit. Vt taceam, quam singulari erga quosuis alios fuerit animo.

cultum diuinum restituit, cœnobia instaurat.

§ XVI Quod supereſt, cultum diuinum, qui nupero bello negligentius aliquanto peragi cœperat, instaurabat; cœnobia, quæ inchoarat, perficiebat; alia de nouo statuebat, rebusque ad victum cultumque necessariis large ditabat. In his parthenonem B. M. V. honori dicatum in sacra valle, vulgo *Dalheim*, quo loci vrbs Moguntia primum stetit: tum vero *Brumbacense* cœnobium, similiter D. Virgini sacratum; in quo quidem sepulturæ sibi elegit locum, quamuis fato funesto occupatus haud inuenerit.

ecclesiæ suæ honorem tuetur,

§ XVII Per eosdem alioqui dies contigit, vt Hillinus Archiepiscopus Treuirensis, legati Apostolici titulum nactus ac dignitatem, muneris huius obtentu enixe studeret, vt Moguntinensem etiam sedem suum sub imperium cogeret. adserebat enim, id tam late patere, vt ad omnes Germanicæ nationis ecclesias sese porrigat. Quod cum Arnoldus non posset non ægre ferre, ne suæ metropolis auctoritatem, aduersus vetera priuilegia eidem indulta, pateretur imminui, Hillino non solum contradixit, verum etiam Romam iuit, Pontifici suæ ius ecclesiæ commendaturus. Quam multa in itinere hoc, eaque grauia admodum pericula sustinuerit, cum turbæ bellicæ, caussæque aliæ impedimento essent, quo minus recta via proficisci posset, longum esset enumerare. Id vero haud prætereundum, quod Romæ ex voto, animique sui sententia rem omnem confecerit apud Adrianum Pontificem. Factum id anno MCLVI.

itinere Romam instituto.

Wormatia comitiis interest,

§ XVIII Enimuero vix reuerterat, cum Cæsar Principibus indiceret conuentum publicum. Habitus is fuit anno sequenti LVII Wormatiæ, vtriusque ordinis

nis Proceribus, Friderico ſuum teſtaturis obſequium, magno numero affluentibus. Rogabat autem Cæſar eos auxilium. Quippe conſtituerat ſecum, in Italiam ducere, ciuitatemque Mediolanenſem, quæ a multo iam tempore, elatis ad ſuperbiam animis, contumaciter omnia agebat, nec raro alienas ab Imperii Germanici rebus voluntates oſtenderat, ad obſequium reducere iuxta atque coercere.

§ XIX Quod cum ei Principes tantum non omnes pronis addixiſſent animis, ſingulari ille ſtudio Arnoldum ſibi expoſcebat comitem. Quam enim viri antea expertus erat in rebus agendis dexteritatem, ac in conſiliis reperiendis, dandisque προκοπὴν, hanc ſibi maximo nunc vſui futuram, atque adeo neceſſariam eſſe haud inaniter opinabatur. Nec deſiſtebat rogare, obteſtari, inſtare, quamuis Arnoldus tum annis in ſenectutem vergentibus, tum cauſſis aliis in medium allatis, omni ſe excuſaret contentione. Hac igitur re factum, vt manus tandem daret, & Cæſari ſe præſto futurum polliceretur. Verebatur enim Friderici indignationem, ſi in negando perſiſteret. *a Cæſare comes expeditionis Italicæ expetitur.*

§ XX Itineri vero cum ſe præpararet, reputabat ſecum, haud exiguis ſibi opus eſſe ſumtibus. quum vero anno præterito in iter Romanum iam multum impenſæ factum ſit, Archiepiſcopatum ære alieno oneratum iri, ſi quidem denuo ſibi ſoli ferendum veniat, quicquid in expeditionem faciendum impendiorum. graue id futurum ſucceſſori, ſi ſe inter hæc mori contingeret. Cenſebat igitur, æquum omnino eſſe, vt & Moguntinenſes & ceteri ſedis imperio ſubiecti conferant. non priuatam, ſed Imperii Germanici cauſſam agi. quam illos hoc magis ſubleuare par ſit, quo minus eis vsque huc tributi quid fuerit imperatum. *Moguntinenſes collationem poſcit.*

§ XXI Inde rem ciuibus primum Moguntinis proponi iuſſit, ſed molliſſime; addita ſimul pollicitatione, ſi annuerint, ſe memorem in eos animum nullo non tempore præſtiturum. Enimuero fruſtra plane fuit. quippe ſine vlla reuerentiæ, quam debebant, ſignificatione, ferociter illi ſtatim, ac proterue prorſus, obſtinatiſſimeque, ſe quid collaturos, negabant. Negabant autem potiſſimum incenſi atque impulſi ab ſenatorii ordinis ciue quodam, nomine Arnoldo, qui ſuperioribus iam temporibus haud ſemel grauium diſſidiorum ac incendiorum fax fuerat, auctorque. *ſed fruſtrà.*

§ XXII Quare Arnoldus (id genus turbulentis, temerariisque ſermonibus magis offenſus, quam repulſa) tranquillitatis acquieuit amore; neque enim iis id temporis ad contentiones ac res nouas moliendas quidquam cauſſæ præbere volebat; ac priuato impendio copias adornare, ceteraque bello neceſſaria parare inſtituit, vt fidem, quam Cæſari Vormatiæ dederat, præſtaret. Profectus itaque cum centum quinquaginta delectis equitibus, Alpes ſuperauit atque Mediolanum peruenit. Miſera erat agri circumiecti facies. domicilia late incendio deleta, nonnulla cœnobia ſolo æquata, templa exſpoliata, a calamitate, vaſtitate nil fere intactum, inuiolatumque relictum. Qua re ad tantam ipſe miſericordiam & animi ægritudinem adducebatur, vt a ſuſpiriis ſibi haud temperaret, quin, ſæpiſſime effunderetur in lacrimas. Quo facto, vt exemplorum eſt plerunque non leuis vis, etiam qui cum eo erant nobiles non mediocri miſerationis ſenſu percellebantur; quanquam viri erant, quorum animi robur ac præſentia maximis omnium laudibus ferebatur. *Itineri ſe dat,* *ac in Italiam contendit.*

§ XXIII Sed enim haud ita multum præteriit temporis, cum certior fieret, *Burchardum*, Collegio ad D. Petri Præpoſitum, cuius tam beneuole ſtuduerat honori, cuius etiam fidei tantum tribuerat, vt omnium fere rerum arbitrium, curamque abſens ipſi permitteret, Moguntiæ nouas turbas dare; ex clero iam nobiliſſimum ac potentiſſimum quemque ſuam ad amicitiam adiunxiſſe; plebem in partes traxiſſe; factioni præſidium vndique conquirere; idque eo facere conſilio, vt ad titulos Moguntinenſes gradum ſibi ipſe ſtruat. *Moguntinis interim res nouas molientibus,*

§ XXIV Nuntio tam grauis mali accepto, cum in celeritate omne ſæpius momentum ſit, rem ſtatim ad Cæſarem defert, rogatque, permitteret, vt domum reuertatur; ne ſe abſente res Moguntinæ in peius eant. Cum Cæſar, quamuis inuitus, annuiſſet, qua poterat diligentia reditum maturat. Sed quum itinere confecto ad Moguntiam appropinquaſſet, confeſtim ciuium pertinaciam documento haud obſcuro expertus eſt. Cognito enim, aduentare quem metuebant, portis clauſis accedentem introitu prohibebant. *ipſe domum reuertitur,* *ſed vrbe prohibetur.*

Populo Mengoti militis criminationibus incenso.

§ XXV Dux seditiosorum, perfidiæque fax erat *Mengotus*, Eques, nobis supra iam dictus, quippe qui vsque adeo leue duxit, beneficiorum acceptorum memorem esse, vt malum etiam tam bene de se merito rependere, summa vi niteretur. Cum Burchardo sane, cuius sorore natus erat, perpetua Arnoldi accusatione, seditiosis vocibus, quotidiana sollicitatione ita plebem, ad suspiciones natura procliuiorem, irritauerat, armaueratque contra Principem, vt omnes fere nil aliud cogitarent, nil aliud animo, menteque conciperent, quam vt primo quoque tempore Principem optimum, planeque nil tale commeritum, obtruncarent atque e medio tollerent.

Inde rursus in Italiam abit,

§ XXVI Arnoldus simul atque ipsorum erga se animum cognorat, & quid consiliorum agitaretur, accurate explorauerat (correpti enim insidiatorum, quos collocarant, aliquot ab suis fuerant) facile existimauit, eo loco neque tutum, neque consultum fore, diu morari. Quam ob rem, reuersurus ad Cæsarem, in Italiam contendit. Quod cum resciisset Burchardus, statim *Emericum*, *aduersariis insequentibus,* *Mengoti* filium, *Wernerum* *, Abbatem ad D. Iacobi, Bolandia gente natum, præterea vtriusque ordinis non paucos, sibi addictos, acciuit, sociosque adsumsit itineris. Statuerat enim insequi Arnoldum, & quanta posset, celeritate ad Cæsarem in castra festinare. Nimirum, qua erat calliditate, haud temere suspicabatur, fore, vt ab Arnoldo accusentur. Id si accideret, confidebat, coram ita causam sese dicturum, vt culpæ haberentur expertes. Sin minus, posse se, vti quidem ipse, ceterique parati erant, reum ipsummet agere, grauissimorumque criminum postulare.

* Godefridus *dicitur* Dodechino, Trithemio, Dieffenbachio, Witlichio, *vt in chronico monasterii* D. Iacobi *sect. I § VII (* VIII) videre est.*

eumque accusantibus,

sed a Cæsare condemnatis,

§ XXVII Itaque cum ad Cæsarem venissent, Herum acerbissima accusatione oppugnabant, nullum vel pudori locum relinquentes, vel modestiæ. Id vero non impediit, quo minus Cæsar, cui perspecta erat Arnoldi virtus ac probitas, caussa perquam accurate cognita, his eos dimitteret conditionibus: Operam darent, in eamque rem omni studio incumberent, vt in posterum domino suo fidem præstarent, & obedientiam: dein expensas itineris & expeditionis Mediolanensis restituerent. ni facerent, graues sese pœnas daturos.

& simulate tum acquiescentibus.

§ XXVIII Hac sententia illorum plerique acquiescere videbantur. Cæsaris certe metu nil quidpiam contra audebant. Solus, qui resisteret, repertus est *Arnoldus* iste, senatoriæ vir dignitatis, supra iam nobis nominatus. Turbulentus enim erat homo, supra quam cuiquam credibile est. Is vti superiori tempore Arnoldo censum petenti acerrime sese opposuerat, ita nunc omni intercedebat contentione. Fraude profecto, blanditiis, demississima & subiectissima oratione, quin omnibus Cæsarem sollicitabat modis, velit latam sententiam antiquare, populique caussæ fauere. Quod cum impetrari ab eo non posse animaduerteret, & quicquam immutatum iri penitus desperaret, tandem ipse non minus, quam ceteri, imperata se facturum pollicitus est.

Reuersi enim ad ingenium redeunt;

§ XXIX Moguntiam vero reuersi, cum periculi iam nihil metuendum erat, consilio inito statuebant iuxta decernebantque, promissis, quibus metu minisque adducti Cæsari sese obstrinxissent, nequaquam se teneri. Sigillatim plebs, quam turbulenti isti iniecta census & exactionis memoria quam grauissime exacerbarant, adeo ira tumebat, vt nil amplius pensi neque moderati haberet; quin haud dissimulanter Arnoldo, quem improbissima ratione tyrannum vocitabant, ac vnum omnium nequissimum, mortem minitaretur.

Arnoldo synodum agente,

§ XXX Turbido hoc & indies in peius ruente rerum statu, cum & ipse domum rediisset Arnoldus, tempus imminebat, quo communis Episcoporum, sedi suæ subiectorum, Abbatum item clerique per diœcesin Moguntinam spectatioris conuentus veteri more atque instituto agendus erat; quod genus vulgo *Synodum* vocare solent. Quare per litteras eos conuocabat. * Postquam Moguntiæ conueniissent, eo ipse etiam, nullo periculi metu deterritus, perrexit, vt eiscum de his consultaret, quæ cum ad publicam tranquillitatem, tum rei ecclesiasticæ emendationem ac salutem pertinerent. Vti vero in aliis animo maxime erat circumspecto, ita & hic loci securitati suæ prospiciendum ratus, tot Militum siue Equitum, nec

non

non miniſtrorum ſuorum ſibi circumponebat, quot ad vim propulſandam, ſi quidem inferretur, erant ſatis. Quamuis autem his ſuccinctus copiis perduellibus non modo viribus par, ſed longe etiam ſuperior eſſet, ita, vt facile eos opprimere potuiſſet, ſi ad vindictam propenſior extitiſſet, quam clementiam, nil minus tamen cogitabat, quam iræ, tametſi iuſtæ, locum dare, ſpatiumque.

* Factum id anno MCLIX. *Dodechinus* ad h. a. *Aduerſarii Epiſcopi Moguntinenſis poſt feſtum S. Remigii Synodum armata manu, vt eum exturbarent, ingreſſi; ſed Comitibus cum ſuis ad arma alacriter conuolantibus turpiter recedere ſunt coacti. Qua de re poſt feſtum OO. SS. Epiſcopus Longobardiam petit, ſuper hoc Imperatori querimoniam facere; ſed & aduerſarii eius euntem haud ſegnes ſubſequuntur.*

§ XXXI Id tantum verbis mitiſſimis & quam leniſſime fieri potuit, monebat, Cæſaris vt ſtent ſententia, & quod ſancte recepiſſent, faciant: vt ſumtum, qui eſſet factus, rependant: vt audientes poſthac dicto ſint. Simul vero pollicebatur, quicquid eſſet ex aduerſo peccatum, turbulenterque actum, id omne ſe daturum obliuioni. Tantum abeſſe, vt præteritorum meditetur vindictam, vt potius gratia, benignitate, amore, non ſecus atque pater, complecti eos velit. Quibus tamen monitis nil quicquam effectum. Si enim vnquam, tum ſane ſuperbe ſunt ferociterque negata omnina. *& vt Cæſaris ſententia ſtent rogante,*

§ XXXII Hæc dum ita gerebantur, Epiſcopi, Abbates, & Prælatorum reliqui, quid in tanta rerum perturbatione conſilii ſit capiundum, quæ redigendis in concordiam animis adhibenda remedia, in commune conſulebant. Negotium quum multa ponderaſſent deliberatione, placuit, duos ſuo e cœtu delegare, viros prudentia, rerumque vſu præſtantes, qui communi nomine inter vtramque partem ſeſe interponerent, ſubortaſque ſimultates ad tranquillitatem, pacemque conuerterent. *Epiſcopis vero reliquiſque de concordia agentibus,*

§ XXXIII Agunt illi primum cum Arnoldo; poſt contrariam quoque factionem allocuturi. Ante vero, quam ſermonem eo cum finiiſſent, plebs tumultum excitat. Concurritur. quo quiſque natura ferocior, hoc celerius, cataphracta munitus, aduolat. Omnibus propoſitum, Archiepiſcopum, omnesque partibus illius addictos aggredi atque occidere. Rem enim aliquando expediendam exiſtimabant. Erat autem tumultuantium multitudo diuiſa in cohortes tres: quarum vnaquæque peculiarem vrbis locum occupabat. Prouidere enim omni diligentia ſtudebant, vt ne quis euadere poſſet. Adeo altas radices egerat odium in innocentiſſimum Præſulem, & eos omnes, a quibus amari ac defendi credebatur. At Equites & miniſtri, qui Archiepiſcopatui fide erant ac ſacramento obſtricti, hiſce molitionibus occurrere, obſiſtereque nullo intermittebant modo. Erant in iis ſexcenti cataphractarii, omnes magna virtutis, acrisque animi fama. His aliorum etiam, qui tum Moguntiæ ſubſiſtebant, Procerum comites ac miniſtri, quorum non exiguus erat numerus, ſeſe iunxerant, vt ſuppetias Arnoldo ferrent, ac maleferiatorum reprimerent conatus. Libentiſſimis omnes animis pugnæ tentaſſent fortunam, ac cum perduellibus conflixiſſent. Incruentus tamen hic motus fuit. Nec enim Arnoldus permittere volebat, vt res ad manus veniret ac dimicationem. Qua de cauſſa deſignatos arbitros iuſſit, amice illiſcum agere. quod cum facerent, ægre tandem duodecim dierum impetrarunt inducias. *nouas turbas dant.*

§ XXXIV Intra quod tempus ad ſynodum conuocati Epiſcopi & Abbates Moguntia diſcedebant, domum repetituri. Ipſe etiam Arnoldus concedebat Seligenſtadium, vbi Gebhardum, Antiſtitem Herbipolitanum, nuper demum electum, veteri & laudato cæremoniarum ordine Epiſcopum conſecrauit. Statim autem poſt peractum initiationis ritum Moguntiam reuerti cogitabat. Statuerat enim apud animum ſuum, gratia & benignitate pertinacium frangere furorem, tributum ipſis remittere, eam denique inire rationem, vt omnia ſimultatum, odii, turbarum ſemina funditus extirparentur. *Induciis tandem factis, Arnoldus vrbe excedit,*

§ XXXV At longe aliter illi. Ruptis enim induciis, prius, quam de Arnoldi erga ſe voluntate certi quid exploratique haberent, prorſuſque ignari eſſent, vtrum clementia vſurus eſſet an ſeueritate, paucis poſt diebus, quam ex vrbe exceſſerat, tanto, quanto antea nunquam, per tumultum numero conueniunt, ædium primariam furore acti ſuæ poteſtatis faciunt, vt ea, tanquam munitione quadam, vti poſſent; parati, quam primum Archiepiſcopus reuertiſſet, telis ex hoc loco eum, armisque excipere. *ipſi vero nouum excitant tumultum.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Basilicam D. Martini profanant,

§ XXXVI Quam petulanter hic, quam scelerate, ne quidem ipsum venerandi corporis Dominici conspectum reueriti, fecerint, sermone satis exprimi haud potest. Cellis per vim effractis, thesauro sacro, ornamentisque ecclesiasticis manus afferebant, vnoquoque proprio ex arbitrio nequiter abutentes. Nec id fecisse contenti, aulam quoque siue domicilium Archiepiscopale occupabant, quod vini, quod frugum, quod supellectilis reperiebatur, id auferebant omne; tum fores, fenestras, fornaces confringebant; domum denique disturbabant totam. Deleuissent eam incendio, nisi metus damni ex eo proprii nefanda consilia restinxisset. Tandem, vt licentiæ ac proteruitati frenum penitus laxarent, Canonicorum quorundam, omniumque illorum, quos ab sua factione alienos & Arnoldi partibus fauentes rebantur, domos atque fortunas acri inuadebant impetu; & eos quidem non modo rebus omnibus improbissima spoliabant ratione, verum etiam plagis afficiebant, vulneribusque; quin aliquos indignissime obtruncabant.

aulam Archiepiscopalem expilant ac deuastant,

ades Arnoldo fauentium exspoliant;

Arnoldorem aegerrime ferente:

§ XXXVII Quæ omnia cum accepisset Arnoldus, multum profecto ægritudinis cepit. Quis enim id genus iniurias ac maleficia sine maxima animi perturbatione cognoscat? Quantumuis autem rei familiaris insigne fecerat damnum; pertinaciam tamen aduersariorum, dementiamque plebis, malis illorum artificiis deprauatæ, multo tulit, quam acceptum damnum, molestius. Nolebat interim in eos animaduertere. Mitissime enim agendum esse putabat. Litteris itaque ad eos, in quibus honestatis aliquid, fidei item, probitatis, caritatisque publicæ reliquum sperabat, missis flagitabat, viderent, qua ratione plebs concitata pacari queat: auerterent a tam violentis consiliis ac ausibus, si possint, refractarios: id se vehementer rogare & expetere. Hoc se animo erga omnes esse, vt malit obliuisci iniurias, & populo cum bona pace imperare, quam temeritatis tam inconsideratæ pœnas exposcere.

qui tamen in eos animaduertere haud vult,

& duobus inter hæc Pontificibus electis,

§ XXXVIII Hæc dum agebantur, Romæ *Adrianus* P. M. supremum obiit diem. Dum Patres purpurati conuenissent, vt defuncto successorem darent, scissis suffragiis in diuersa abierunt. Duo ac viginti *Alexandrum*, qui nomen hoc tertius tulit, designabant; tres huic opponebant alium, qui se appellauit *Victorem*. quæ discordia multum mali attulit orbi Christiano. Agebat Fridericus Imperator eadem adhuc tempestate in Italia. cum eo plures erant Germaniæ Principes. Ad hos litteras exarauit Alexander, vt dissidio huic componendo vigilias admouerant, petens. Cum maxime vero Cæsarem per iudicium supremum, perque omnia sacra rogabat, obsecrabat, obtestabatur, meminerit iurisiurandi, quod decessori, antequam Imperii insignia atque augustales caperet titulos, iurarit: Cæsarem summum ecclesiæ esse aduocatum: faueat iustæ caussæ, eique præsidio sit: non accedat ad partes aduersarii: nemini dubium esse, quin contra leges, consuetudinem, instituta maiorum sit renuntiatus Octauianus. Idem inculcabat Principibus, monens, fidem, quam ecclesiæ, sedique Romanæ debeant, seruent, iustitiamque rebus anteponant aliis omnibus.

iussu Principum,

§ XXXIX Redditis litteris, cum Cæsar Principes, qui aderant, in consilium vocasset ac adhibuisset, censebant omnes, minime se dubitare, si præsens esset Arnoldus, quin sua sollertia, prudentia, dexteritateque rem eo deducturus sit, vt optabilem habeat exitum. Itaque se suadere, vt sine vlla mora interposita eum accieat; tum vero vtrumque electorum, Episcoposque alios, qui propere adesse possint, euocet; iubeat, vt postridie diei tribus ex oriente profectis Magis festi & illustris, Papiam conueniant; quo & ipse excurrere velit, ac iiscum de negotio hoc arduo consultare. Erat is annus, quo hæc acciderunt, a N. C. MCLIX.

a Cæsare ad Concilium Papiense vocatur.

§ XL Cæsari sententia Principum probabatur. Scribit itaque ad omnes, quos diximus. Præcipue vero Arnoldum hortatur, ne moretur; aduolet ad se, quam posset, maturrime. Qui, quod domi tempestate iactaretur populari, facilis erat ad hoc iter, propensusque. Paratis itaque, quæ ad id necessaria erant, confestim in viam se dabat.

Moguntinis rursum insequentibus.

§ XLI Id cum Moguntini resciissent, suspicabantur, res ab se patratas, cum intolerandi ac inauditi tumultus ac furoris speciem ferrent, Cæsari illum prorsus omnino expositurum. Delegant itaque e suis ad Fridericum nonnullos, viros quidem auctoritatis non plane nullius, tum vero consilio haud segni. Hos iubent dies, noctesque properare, quo Arnoldum anteuertant, & coram Imperatore noxam,

noxam, cuius argui poſſent, ſpecioſis purgare titulis. Accelerabant illi iter, & breui trans Alpes erant. At neſcio quo caſu a Principe quodam in Italia intercepti, tradebantur Arnoldo. Sed nouum hic vide clementiæ, qua erga eos vtebatur, exemplum. Tantum enim abeſt, vt in vltionem excanduerit, in eosque conſuluerit pro meritis, vt potius patris inſtar eos hortaretur ac rogaret, deſiſterent tandem a prauo ſuo propoſito. Sperabat enim benignitate gratiaque conuictos hoc magis redituros ad officium. Sic admonitos dimiſit, libereque Cæſarem adire paſſus eſt.

Ipſe magna cum lætitia a Principibus excipitur.

§ XLII Nuntio allato, Arnoldum aduentare, dici non poteſt, quantam Principes animo ceperint voluptatem. Sibi certe temperare non poterant, quin integrum vnius diei iter obuiam ei procederent. Tantæ habitus apud omnes fuit exiſtimationis. Altero mane, poſtquam aduenerat, conuenit Cæſarem, ſua ei teſtaturus officia: ſimul, quam petulanter Moguntinenſes fecerint, quam grauiter aduerſus ſe deliquerint, exponit. Factum id in conſeſſu Principum, legatis Moguntinorum præſentibus. Illi rei atrocitate permoti omnes indignabantur, grauique pœna coercendos iudicabant; quin vno quaſi ore, *ad rogum, ad ignem,* vociferabantur. cenſebant enim, qui talia, tamque enormia admiſiſſent, lucis vſura amplius haud dignos eſſe. Quod audientes hi, trepidare, oculos humi defigere, nullum verbum facere, conſcientia icti, facinorumque fracti pudore. Rogati inde Principes ſententiam, Cæſaris iudicio rem permittebant. qui cum bellicis tum rebus occupatus eſſet, negotium in aliud tempus reiecit.

Moguntinos accuſat,

qui graui pœna digni iudicantur,

qua Cæſaris fuerit ſententia?

§ XLIII Interea operam dabat Arnoldus, quamuis accuſator ipſe eſſet, multumque damni feciſſet, vt quam mitiſſimam Imperator ſententiam ferret. Eius hæc fuere capita; I) Moguntini æde D. Martini decedant; ſordibus purgatam Archiepiſcopo reſtituant; theſaurum, ornatumque, quem abſtuliſſent, reddant. II) Dein aulam Archiepiſcopalem e ruinis ſuſtollant, atque ad priſcum eam decorem reuocent. III) Tum impenſas in expeditionem Mediolanenſem factas Arnoldo rependant. IV) Porro eocum de illata ei iniuria tranſigant. V) Denique eidem poſthac, tanquam legitimo Principi ac Domino ſuo, pareant, officioque bonorum ciuium fungantur.

hæc ſe ſtaturos, iubentur, iureiurando fidem dare.

§ XLIV Quo magis autem iudicatum facerent, iubebantur legati, quod tumultus non modo auctores & duces, verum etiam plena cum poteſtate a reliquis miſſi eſſent, iureiurando interpoſito fidem dare, Cæſaris ſententia ſe populumque ſtaturos. Qui cum animaduerterent, incaſſum, ſi refragarentur, ſe laboraturos, id ſe facturos, ſacramentique religionem ſancte ſeruaturos polliciti ſunt. Arnoldus vero negauit, ſe permiſſurum, vt iurent, antequam in communionem eccleſiæ, qua merito ſuo excidiſſent, recepti forent.

Concilio dein Papiæ aperto,

§ XLV Imminebat autem inter hæc dies, quem Cæſar, ſuaſu Principum, Alexandro & Victori, Patribus purpuratis, Epiſcopis, ac Principibus præſtituerat. Papiam itaque ſe confert, eos vt præſtoletur. eo etiam remittit negotium de Moguntinenſium abſolutione. Parent maximam partem conuocati. accurrunt, pacis ducti ſtudio, quam firmam & diuturnam cupiebant. Venit & Victor: non item Alexander, cuius tamen cauſſa concilium hoc potiſſimum conuocatum fuerat. Is legatos miſit, qui excuſarent abſentiam. Prætendebat autem, quo minus compareat, cauſſam eſſe, quod vitæ capitique ſuo timeret ab aduerſariorum machinationibus. Male id habebat Cæſarem, Principesque omnes. Neque enim illis quidquam deliberatius fuerat, quam cauſſa cognita curare, vt ſuum cuique conſtaret ius, vt omne diſſidium e medio tolleretur, vt Pontifex Maximus communi reciperetur conſenſu, vt denique ille, ceu caput eccleſiæ, quo decet, afficeretur honore. Quod Alexander ſe haud repræſentaret, multorum malorum fore cauſſam. Perdifficile enim eſſe creditu, fore, vt conquieſcat ille, nihilque miſceat.

& Victore recepto,

diris eximuntur,

§ XLVI Victore recepto, Moguntinenſium etiam habita ratio. Res in eo vertebatur, vt legati pœnis eccleſiaſticæ deteſtationis eximerentur. Hoc beneficium haud difficulter a nouo Pontifice impetrabant. Cærimonia ſub oculis Cæſaris ac totius congregationis ſollemniter eſt publiceque celebrata. Ita cum eccleſia in gratiam redierunt. quo facto, imperatum illi iusiurandum iurabant.

& iurant.

XLVII Victore

Legatis Cæsareis

§ XLVII Hæc inter Imperator Papia legatos miserat Moguntiam, *Simonem*, Comitem Saræpontanum, *Waltherum* de *Hausen*, & ciuem quendam Wormatiensem, cui *Dauidi* erat nomen, spectata virum virtute; qui, litteris ac mandatis allatis, populum perquam serio & multo cum pondere ad officium reuocarent. Summa mandatorum erat: id agerent Moguntini, vt quicquid iussisset Cæsar, prompte facerent ac obedienter: nisi parerent, futurum, vt grauissimas pœnas, Cæsarisque indignationem incurrant. Dein auctores, ducesque superiorum turbarum in exilium mitterent, sacramento prius obstrictos, sese iniussu & insciente Archiepiscopo nunquam in vrbem redituros. Reliqui præteritorum veniam quærerent, ac pœnam subirent ecclesiasticam, ita quidem, vt laneis induti vestibus, tum vero capite nudo, nudisque pedibus ab æde D. Petri per totam vrbem vsque ad D. Albani suppliciter irent. Id sine vlla facerent recusatione, tergiuersatione, mora, legatis spectantibus, vt obsequii præstiti testes esse possint.

Moguntia negotium vrgentibus,

mandata quidem exequuntur;

§ XLVIII Cæsaris itaque mandata, quanquam animis non adeo æquis ac libentibus, exequebantur, & post reditum Archiepiscopi breue tempus, quoad videlicet tumultuum auctores aberant, tranquille, modesteque se gerebant. At post neque ita multo perfecerunt, quod tot vsque huc machinationibus intenderant, scilicet, vt pium, optimumque Principem crudeliter ac per immane nefas necarent. Sic autem res se habuit.

sed breui ad ingenium redeunt.

Factiosis in vrbem reuersis,

§ XLIX Aliquam multi, qui superiores excitarant turbas, auctoritate Imperatoris multati fuerant exsilio. In his *Godofredus* ab Eppenstein, & *Reinbothus* Bingensis. Patritiine fuerint, an plebeii, non liquet. Hi malis agitati geniis, superbiaque elati, suapte sponte, nec sciente, nec permittente Arnoldo (a quo tamen facile redeundi facultatem potuissent impetrare) in vrbem reuertuntur. Nihil perdunt temporis. Plebem de nouo concitant, tantisque Arnoldum criminibus onerant ac flagitiis, vt impendio nunc magis, quam ante, odium deflecteret in innocentissimum Principem. Pereundum Arnoldo esse, tantum non omnes clamabant. Deferunt id nonnulli ad eum; monent, sui rationem habeat; quod tutissimum sit, sequatur.

plebem denuo concitantibus.

Hildegarde instans exitium Arnoldo denuntiante,

§ L Circa idem tempus Bingæ viuebat *Hildegardis*, sanctitatis laude & vaticinandi fama cum maxime illustris. Hanc litteris missis rogat Arnoldus, vt in precibus sui quoque meminerit, suamque Deo salutem commendet. Ipsa, dum rescribit, eum consolatur; simul vero, quid impendeat, & breui euenturum sit, indicat.

Vid. *Helvvichius* in not. ad chron. Christiani sect. III § IX.

Sed & alii erant, plures numero, qui frequenter instantis eum commonefaciebant periculi.

qui vim aduersus eos parat,

§ LI Forte ea tempestate Dux Saxoniæ ei aderat. Hunc consulit, auxiliumque poscit. * Fœdus enim cum eo, aliisque compluribus iam olim percusserat. Quamprimum vero ciues id perceperunt, cum vtriusque Principis nec non Procerum reliquorum vires nossent, ne quid sibi negotii facesserent, aut bellum conflarent, nuntios non mediocri dignitate mittunt, per eos denuo veniam petunt, simulant perfide, ad pacem se propensos esse; deposituros aliquando contumaciam; omnia, quæ imperauerit Arnoldus, modo non supra vires essent, facturos; ea de re se velle cauere obsidibus, itaque se gerere, vt contentus esse possit.

simulatione tamen eorum deceptus,

* *Si* MSto Petrensi Erfurtino *standum, in Thuringia tum egit, vt conflaret copias; sicuti iam alibi notatum.*

amice Moguntiam venit,

§ LII Quamuis autem id sæpius iam promisissent, ac depacti essent, nunquam vero fidem subdidissent pollicitis, postulatis tamen Arnoldus concessit. Dimittit itaque Ducem. Ipse, nimium infidis fidens, paruo suorum numero Binga Moguntiam petit, eo animo, vt æquam, tolerabilem, honestamque compositionem iiscum faciat. Non tamen protinus vrbem intrat, sed in cœnobium D. Iacobi, ante portam arualem colli impositum, diuertit. Hic exspectare constituit, vsque dum pacificatio conficeretur, facta sponsorum firmaretur fide.

cum paucis.

§ LIII Ciues pariter atque Abbas ad D. Iacobi, qui a ciuium stabat partibus, primum in ea erant opinione, multis illum copiis, magnisque viribus venire instructum; qua non plane nil perturbati, quam honorifice poterant, ipsum excipiebant.

Simul

Simul ac vero intellexerunt, haud adeo magno circumſeptum robore, rati ſe impune quiduis auſuros, tergiuerſari, promiſſo de dandis obſidibus moram iniicere ac impedimentum; interim vero conſilia de ſcelere, quod animo agitabant, perpetrando inire. Confert ſe in vrbem Abbas cœnobii, quod modo memorauimus, ad D. Iacobi, quod factioni fauebat, ſponte iam currentibus acriores admoturus ſtimulos. ibi in hanc diſputat ſententiam: Eſſe nunc ipſorum in poteſtate Archiepiſcopum: quem licet interficiant, factum tamen facile eos poſſe defendere. Si alia commodior via excogitari nequeat, nec ipſi parcant monaſterio. Satius ſibi videri, vt in fauillas id vna cum eo redigatur, quam vt Arnoldus euadat. *Quod Mogunti viuentes,*

§ LIV Accidit die Ioanni Baptiſtæ dicato, an. MCLX, vt ciuium aliquot ad eum delegarentur, per ſimulationem colloquii, de conditionibus pacis: finis autem erat, vt accurate explorarent, quos ſecum ille haberet. Hi ſignificant, quum conuentionis momentum in ea potiſſimum re poſitum ſit, vt obſides dent, ſe quidem ſerio, magnaque diligentia in id incubuiſſe, vt, quos dent, reperirent: ſe tamen, quod doleant, nullos, quos tradant, inueniſſe, ſi a quibuſdam pauperculorum ciuium filiis diſceſſerint. Tum Arnoldus, iræ nonnihil atque impatientiæ præ ſe ferens, videte, inquit, fidem & promiſſa ciuium meorum, qui daturos ſe prædes pollicebantur, quoſcunque vellem! Legati, ſpatio ad deliberandum poſtulato, euentus impatientes, in vrbem reuertuntur; vbi decernitur, rem ad exitum eſſe perducendam. *occaſionem eum obtruncandi arripiunt,*

§ LV Sub noctem igitur (meridie factum id eſſe, alii memoriæ prodiderunt*) inconditus tollitur clamor; fit ſtrepitus tympanis, tubis, armis: mulierum lugubris clamor, pauperum, quos Arnoldus nunquam non ſubleuarat, ac beneficiis affecerat, auditur planctus. Conclamatur ad arma. vbi conuentum eſt, omnes verſus portam, per quam ad D. Iacobi itur, ruunt. *& in monaſterio D. Iacobi oppugnare ſtatuunt.*

* *Et quidem recte. Nec enim, quæ tum contigerunt, & hic longo ordine enarrantur, facile patiuntur, vt ſub noctem contigiſſe dixeris.*

§ LVI Arnoldi frater germanus, *Dudo* de *Selenhouen*, primus in cœnobio tumultum audit. Accurrit itaque, fratrem monet, obſecrat, vt protinus ſe abripiat. ſe non vano mentis augurio timere, capiti ipſius impium parari exitium. Cui Archiepiſcopus frater humaniſſime: Se non dubitare, quin hæc animo fidei, caritatiſque fraternæ pleno moneat: vix tamen in animum inducere poſſe, vt perfidis hominibus cedat, tantumque ſemper indulgeat. Nondum adduci poſſe, vt credat, eos vitæ ſuæ vim intentaturos. Quod ſi præter ſpem id moliantur, confidere ſe, duos treſue dies cœnobium ſeſe ab inſultibus eorum defenſurum: interea temporis adfutura auxilia. Et ſic quidem euenisſet, niſi Abbas id ante iam perfida mente ciuium quaſi permiſiſſet arbitrio. *Arnoldo fratris Dudonis conſilium aſpernante,*

§ LVII Deliberabant adhuc inter ſe Arnoldus & Dudo, cum aduerſarii iam ad portas ſucceſſerant. Fit impetus, pars muro ſcalas applicabant, pars murum ſubruere contendebant. Contra ea miniſtri, ſeruique Archiepiſcopi, quamuis numero eſſent admodum pauci, quicquid a viris fortibus ac ſtrenuis exſpectari poterat, diligenter præſtabant. Confeſtim enim interius portas ligno, lapidibusque, quantum temporis, rerumque permittebat ratio, obſtruebant. Ciues contra ad portas, aliiſque cœnobii locis ſedulo excubabant, exituſque omnes cuſtodiebant, ne quis eorum, qui intra clauſtrum erant, clam ſe ſurriperet, aufugeretque. Adhæc quidam tela intro iaciebant, alii lapides mittebant. Interea pius Archiepiſcopus in æde ſacra preces fundebat, maximo animi feruore, ac mente vnam ad opem diuinam alleuata. Quam ſibi, ſuiſque tum præmetuerit, quantum effuderit lacrimarum, quæ ſuſpiria imo e pectore traxerit, innocentiam partim ſuam & calamitatem, partim ciuium pertinaciam, inflexibilem obſtinationem, ſcelus, audaciam deplorans, dici vix poteſt. *ipſi cœnobium inuadunt,*

§ LVIII Hæc inter tumultuantes a duce, Mengoti filio, exſtimulantur, vt clauſtrum inflamment, incendantque. Plebs haud quaquam cunctata, imperio paret, & qua commode poteſt, ignem immittit; qui breui corripuit omnia. Monachi exterriti ſeſe abdunt ac latebras quærunt; alii vicem ſuam miſerabantur. Quid enim miſeri exſpectaſſent aliud, quam præſens exitium? Mox effringuntur portæ, irruunt nefario furore acti perduelles. Plurimos miſerabiliter trucidant; alios capiunt. Monachos e latibulis productos, probeque excuſſos emittunt. *Arnoldus,*

Arnoldo, quo se vertat, nescio,

§ LIX Id pius videns Præsul, probeque perspiciens, nil esse reliqui, quam vt ipse quoque, si in aduersariorum incideret manus, interficiatur, ægre (grauis enim iam ætate erat, & præsentis periculi metu vix consistere poterat) cum paucis, fidis tamen sibi, in summam turrim adscendit, vt altitudine loci, parietumque tegeretur custodiis. Diu hic deliberabat, nunquid sponte hostibus copiam faceret sui? Dubius autem & consilii incertus, quid faceret, nesciebat. Interim vna cum sociis a violentia flammarum, fumique importunitate huc illuc compellebatur.

& frustra vim deprecante,

§ LX Rem memorabilem, eandemque sane quam indignam, si accusare fas est vicissitudinem rerum humanarum, tantæ Principem dignationis, tot arcium, vrbium, oppidorum, vicorum dominum iam ne latebræ quidem habere potestatem, in qua delitescat! Sed ita diuina ferebat voluntas. Interea ordinis quidam equestris, stricto gladio flammam perrumpens fumumque, ad ipsum penetrauit. Norat enim Arnoldum de facie, ab eo de sacro fonte leuatus. Cædem ille spirabat animo, vultuque. Nec alia fini accurrerat, quam vt improbissima ratione tam bene de se meritum obtruncaret. Sed enim id agitantem Arnoldus compellat nomine, alloquitur, diligenter supplexque orat, parceret innocenti, suppetias ferret in vltimas angustias adducto. Nolle se Deum habere propitium, si erga Moguntinenses infesto fuerit animo. Clementia in hoc discrimen se adductum. Si enim animaduertere in eos voluisset, aut vim vi repellere, id quod facillimum sibi fuisset, alio rem nunc futuram loco. Dicebat hæc tam flebili voce, miserandoque corporis motu, vt qui venerat percussoris acturus partes, ad summam permoueretur misericordiam. Libenter illum sua lorica & cataphracta induisset, ac tanquam plebeium captiuum eduxisset, si quidem commode potuisset fieri. Bona tamen pollicitus fide est, Mengoti filium se ei conciliaturum. Sedenim nil retulit responsi. Quod vtrum vasti incendii caussa fuerit factum, an quod per aduersarios non licuerit, dubium est.

Abbate quodam,

Ceteros inter & Abbatem secum habebat Arnoldus, perspectæ virum fidei. Hunc eadem fini ab se dimittit. At similiter incassum. Miserum enim, cum vix loqui cœperat, prosternebant, vulnerabant, in vincula coniiciebant.

& fratre Dudone missis.

§ LXI In his rerum angustiis cum versaretur, præterea vero desertus esset ab omnibus (quos enim adduxerat, partim dilapsi erant, partim in hostium venerant potestatem) fratrem Dudonem ad Mengoti ablegabat filium, quanquam non sine maximo animi dolore, petitum, misereatur infelicis, perditique. captiuum ducat, si velit, & custodiæ det; modo non vita priuet ac de medio tollat. Vt primum autem ad eos ille venit, multo iniquius, quam reliqui, exceptus est: quamuis ab Embricone incolumitatis acceperit fidem. Mengotus enim arcessi iubebat Embriconis fratrem: qui protinus adfuit, Dudonemque, priusquam exponeret, quæ in mandatis habebat, gladio confodit, vt præceps in terram prolapsus spiritum effunderet.

tandem misere iugulatur,

§ LXII Ad postremum, cum Arnoldus omni spe vitæ seruandæ excidisset, timore pulso sub porta turris constitit, animam pulcerrimis verbis Deo commendauit, & quemadmodum agnus lanionem exspectat, ita æquo animo se morti obiecit. Flammæ non solum canos eius adusserant, sed caput etiam ac corpus sic læserant, vt pertenuis spes esset longius aliquanto prouicturum. Extrema exspectantem vix conspexerant, cum derepente vnoque omnes impetu accurrerent, voceque truculenta clamarent; heus, heus, calue sacrificule! hem, pestis patriæ, scelus, portentum! iam dignam factis mercedem a nobis accipies &c. Has inter vociferationes quidam, cui nomen *Helingero*, primus eum gladio transfixit. Quo ictu cum haud concidisset, alius caput illius medium diffidit. Tanta rabie, tanto omnes furore erant correpti, vt quisque vulneribus confectum conuulnerare conaretur, quanquam vix decimo locus erat, eum percutiendi.

Conradus *vel potius* Christianus *l. d. sect. II § II n. XI narrat, de turri, igne iniecto, depulsum, cum comperisset, monachos obtenta securitate abscessisse, similiter euadendi quasiuisse occasionem; sed agnitum & detentum crudelissime iugulatum fuisse.*

post mortem ignominiose tractatur,

§ LXIII Hunc exitum habuit Archiepiscopus *Arnoldus*, vir & pietatis & aliarum virtutum laude non inter mediocres referendus. Cuius postrema adeo fuerunt infelicia, vt eum neque D. Ioannis celebritas, nec consecrata D. Iacobo ædes,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ædes, nec ſupplex omnium delegatorum oratio potuerit ſeruare. Ceterum Moguntinenſes, dummodo libidini obſecundarent ſuæ, iura omnia, diuina humanaque, polluere non dubitabant. Id enim diligenter agebant, vt ne quid ignominiæ aut iniuriæ prætermitterent, quod mortuo iniungi poſſet. Nam cadauer eius miſere conciſum ac lacerum, ablatis ante annulis aureis & reliquiis, quas auro obtextas collo portare ſolebat, veſtibus nudatum in ſterquilinium abiecere. Nec id tantum. Confluxerant pauperes, quibus ex more ſtipem erogarat, quos veſtierat, quibus, quacunque potuit ratione, benefecerat Arnoldus. Hi occiſum lugebant, ac, vt loco conſecrato componeretur, ex ſordibus extrahebant. Quod vbi Mengoti filius, aliique reſcierunt, nolebant id permittere, miniſque eos ac opprobriis repellebant. Nec deerant, qui cadaueri dentes lapidibus eliderent. Adeo ſæuitum in corpus mortuum eſt. Neque a verborum ignominia temperatum. Quin prorſus huc illum illucue trudebant, vt cupidi quaſi paratique viderentur, adhuc ſemel miſerum occidere.

§ LXIV Hic furor in tertium durauit diem. Ad vltimum, cum fœtere iam cœpiſſet, ac de facie noſci amplius haud poſſet, Canonici ad B. M. V. vulgo *ad gradus*, clam & multa induſtria adhibita ablatum, multis lacrimis multoque dolore, in æde dicta condiderunt *. *clam ſepelitur.*

* *Conf.* Conradus *vel potius* Chriſtianus *l. d.* § *II n. XI, quem etiam ad* § *LXIII præcedentem conferre iuuabit.*

CONRADI,

INCERTAE SEDIS EPISCOPI,

vel,

quod verisimilius videtur,

CHRISTIANI II,

ARCHIEPISCOPI MOGVNTINI,

CHRONICON

RERVM MOGVNTIACARVM,

ab anno salutis MCXLII,

vsque ad annum MCCLI

perductum.

Iam olim quidem Basileæ, deinde Francofurti,

cum aliis Operibus historicis, in lucem publicam editum;

nunc notis & additionibus variis illustratum & auctum

a

GEORGIO HELWICH, Moguntino,

Metropolitanæ ecclesiæ ibidem Vicario.

Ad editionem Francofurtensem

An. MDCXXX

recusum & in meliorem formam redactum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

LECTORI BENEVOLO

GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS

S. P. D.

EX antiquioribus rerum Moguntinenſium commentariis (quorum plures olim ſcriptos fuiſſe, alibi iam dictum) ſolum fere, quod ſciam, interitum effugit, ſuperatque, quod hic prelo rurſum ſubieci, chronicon.

Cui adſcribendum veniat, non omnino liquet. Quum enim, qui id concinnauit, ſæculi ſui imitatus morem, nomen ſuum initiali ſolum littera *C* appoſita indicarit, incertos hic maxime dimiſit auctores.

Quidam, quod nomen *Conradi* in manudeſcriptorum quodam inueniſſent, *Conradum* appellarunt: quos inter *Iacobus Spigelius* in notis ad *Guntheri* lib. I Ligurin. p. 286 & 288; vt *Reuberum*, *Vrſtiſiumque*, qui publici id poſtea fecerunt iuris, taceam. Sigillatim vero, præter *Eiſengrinium* ac *Poſſeuinum*, quos *Voſſius* adducit *, *Aubertus Miræus* opinatus eſt, eſſe Conradum I, Archiepiſcopum Moguntinenſem †. Alii contra ſuſpicati ſunt, eſſe *Conradum*, e Comitibus *Hohenſtedenſibus*, eccleſiæ Antiſtitem Colonienſis, poſt Sigefridi III obitum ad titulos Moguntinos vocatum. Hos inter *Vrſtiſius* tomo I ſcriptorum Germanicorum p. 566; cuius veſtigia premit *I. C. Neu* in mantiſſa ad *Degorei Wheari* relectiones hiemales ſectione IX p. 152. Alii probe videntes, nec Conradum Moguntinum, nec Colonienſem intelligendum, *incertæ ſedis* vocarunt *Epiſcopum*; cum maxime *Helvvichius*, tum in titulo editionis ab ſe curatæ, tum in operis, vt ſtatim patebit, argumento.

* De hiſtoricis Latinis *lib. II cap. LIX p.* 479.

† De ſcriptoribus eccleſiaſticis *n.* 378 *p. m.* 66. *Ait autem:* Conradus Moguntinus Epiſcopus ſcripſit chronicon rerum Moguntin. ſub Frederico I, Henrico VI, & Frederico II Impp. geſtarum: quod editum eſt Baſileæ MDLXIX cum Othonis Friſingenſis hiſtoria. Obiit autem Conradus Patauii in Bauaria anno MCCV.

His alii contrarii *Chriſtianum*, Archiepiſcopum Moguntinenſem, qui nomen hoc ſecundus tulit, auctorem fecere. *Georgius* quidem *Heilmannus*, Sigillifer olim Moguntinus, in chronico, quod congeſſit, manuſcr. *Bruſchius* in catalogo Archiepiſcopor. Moguntinenſ. p. 12 b) *Latomus* in catalogo eorundem manuſcr. *Anonymus* chronici, quod FF. Eremitis Conuentus Moguntini eſt, ſcriptor f. 94 a) *Dieffenbachius* in catalogo manuſcr. *Serarius* lib. I. rer. Moguntiacar. cap. XXXII p. 121, & lib. V in *Chriſtiano II* § V p. 841; quos nouiſſime ſecutus auctor *aureæ Moguntiæ* anonymus § XIV n. VI p. 188, & in appendice paranetica § VIII p. 249.

Falli, qui *Conradum I* Moguntinum operis auctorem ſuſpicati ſunt, hoc minus forte negaueris, quo magis obſtat, quod ad Voſſium iam obſeruauit *Sandius* in adnotat. p. 170; Conradum ſcilicet iam anno MCC (pro quo male quidem MCCII habet) diem ſuum obiiſſe, cum tamen auctor rerum Moguntinenſium ſeriem ad annum vsque MCCLI perſtringat. Accedit, vel ex ſectionis II § V & VI apparere, alium potius,

quam Conradum huncce operis ſcriptorem eſſe. Idem dixeris de iis, qui coniecerunt, eſſe *Conradum* Colonienſem: quamuis non ex ea ratione eos haud bene coniectaſſe putem, qua putauit *Helvvichius* adnotat. ad auctoris proœmium.

Id ex auctore ipſo colligas, ordinis illum fuiſſe eccleſiaſtici, dignitate Presbyterum, immo Epiſcopum, quanquam Antiſtitis nomine indignum ſe iudicet in proœmio operis: dein, a temporibus iſtis, quorum res ſummatim exponit, haud remotum; quod vel ipſe *Helvvichius* fatetur *; *Heilmannus* vero olim iam monuit †. Vixiſſe porro Moguntiæ, rerumque Moguntinenſium, earumque vel ſecretiſſimarum, opido peritum fuiſſe. Hæc omnia vero cum quam optime in *Chriſtianum II* quadrent, fateor, illorum ſententiam, qui operis eum faciunt auctorem, mihi ſemper viſam, quin adhuc videri veriſimillimam. quibus ſi addideris, in manuſcr. eoque veteri bibliothecæ monaſterii in monte Iacobæo auctorem diſerte dici *Chriſtianum*, putarim, hoc magis apparere, non alium forte chronici huius eſſe ſcriptorem, quam *Chriſtianum II*, Sifrido III in pontificatu Moguntino ſurrogatum.

* *In adnotation. ad proœm. auctoris ſub finem.*
† *vid.* Serarius *l. d. lib. V.*

Dicit quidem *Helvvichius* *, alia longe de Sifrido narrari, quam auctor chronici, in tantæ dignationis Præſulem iniurius, memoret. dein, etſi ponere velit, vera eum dixiſſe, haud tamen probabile eſſe, Chriſtianum ea miſiſſe in litteras; quum tanto, tantæ præſertim probitatis ac ſanctimoniæ viro atque Archiepiſcopo indignum fuiſſet, de deceſſore ſuo talia, tamque enormia, quamuis vera fuiſſent, litteris prodere, atque ad ſeram poſteritatem propagare. Liquido igitur apparere, illum chronici huius non eſſe auctorem. Quin tamen, quod ille vult, ſibique perſuadet, haud conficiat, vix dubitarim. Quamuis enim *Trithemius* l. d. Sifrido iſtam tribuat laudem, quod magnorum vir fuerit operum, manuque ſtrenuus; quin & bona eccleſiæ Moguntinæ, impetrata ab Imperatore Friderico II Abbatia Laurishamenſi, amplificarit, auxerit; negari tamen nequit, quod ſuis idem ipſe nimiis exactionibus admodum fuerit grauis; bello multum aliis dederit damni; ſibi viciſſim ſuæque diœceſi detrimenti haud parum contraxerit. vide modo, quæ in eo dixi ad *Serarium*. Dein non apparet, cur *Chriſtiano*, ſi quidem is auctor libelli eſt, vitio verti poſſit vel debeat, quod ea haud reticuerit vel diſſimularit. Nec enim occulta erant, & quaſi inuoluta; quod genus res fortaſſis abdere licet; ſed in vulgus nota: quæ ſicco prorſus pede præterire ſi non magis, æque tamen tam probo & antiqui moris viro incongruens fuiſſet, quam indignum putat *Helvvichius*, talia eum prodidiſſe. Accedit, cum hiſtoricum hic agere decreuerat, quod ea hoc minus ſilentio prætermittere potuerit; quandoquidem hiſtorici iuxta, hiſtoriæque prima lex, *Cicerone* bene monente †, eſt, ne quid falſi dicere audeat; deinde, ne quid veri non audeat; neque ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, neque ſimultatis. Interim potuit fieri, quod *Serarius* l. d. monet, vt ob recentiſſimum abdicationis vulnus nonnullo animi dolore incitatus *Chriſtianus*, bonus alioqui vir, ſanctisque Antiſtes moribus, humani quid paſſus ſit, atque

atque adeo de quibusdam interdum paullo loquatur, aut vehementius aut dolentius. Sed satis de auctore.

* *In adnotation. ad section. II § VIII sub finem.*
† *lib. II* de Oratore, *cap. XV.*

Quod ad chronicon ipsum, non est, vt pluribus, quot annorum id res complectatur, edisseram. Præstitit namque hoc ipsum iam in argumento operis eidem præfixo *Helvvichius*, vt *Reuberum*, aliosque taceam. Id tamen non possum, quin adiiciam, non satis caussæ fuisse *Godefrido Hechtio*, vt, dum id attigit *, in hæc scriberet verba: *Conradus Episcopus, dignitate quidem, at non eruditione eximius, chronicon rerum Moguntiacarum exiguum dedit, in quo si demas, quæ de tumultu tempore Arnoldi, Antistitis Moguntini, ex sæculo XII simpliciter narrat, nil inuenias, quod memoria dignum putes. Enimuero, vt in proœmio statim refert, ecclesiæ Moguntinæ casus, quibus per centum annos obnoxia fuit, plebeia oratione persequitur, orditurque ab reliquiis & supellectile sacra ecclesiæ, desinitque in anno sæculi XIII quinquagesimo secundo. Vt adeo centum & decem annos complexus videatur.* Nimirum, constituerat secum pientissimus noster *Christianus*, vel quisquis alius est, scribere de malis, quæ centum annis ecclesiam Moguntinensem presserant, afflixerantque. Hoc vero, vt vel ipse Censor, sibi adeo parum constans, fatetur, idem exposuit iuxta atque persecutus est. Satis igitur proposito fecit suo. At, præter cædem Arnoldi, nil, quod memoratu dignum putes, habet! Ita quidem Hechtius; non item alii; qui, quæ de Rudolfi Zæringensis electione; de conflagratione ædis summæ; de scissis Canonicorum suffragiis in constituendo post mortem Conradi I nouo Pontifice, aliisque tam aperte, quam simpliciter memorat, memoratu non plane indigna censent, rerum præcipue Moguntiacarum studiosi atque amantes.

* *Lib XII* Germaniæ sacræ & litteratæ *cap. V § XIII p. 475.*

Prodiit autem sæpius. Primum Basileæ, cum Witichindo Corbeiensi, anno MDXXXII *, typis Heruagii. Dein anno MDLXIX, cum Othonis Frisingensis historia, vt *Miræum* dicere modo audiuimus. Post Francofurti ad Mœnum anno MDLXXXIV, cura *Iusti Reuberi*, & anno statim sequenti *Christiani* opera *Vrstisii*, iuxta cum aliis rerum Germanicarum scriptoribus historicis. Tum anno superioris sæculi XXX seorsum, cum adnotationibus *Georgii Helvvichii*, in forma octaui ordinis; quæ editio Moguntiæ an. MDCCXVI repetita est.

* *Ex quo corrigendi tum* Helvvichius, *qui anno MDXXXVII primum id editum scribit, haud secus ac* Serarius *lib. I cap. XXXII*; *tum* I. C. Neu, *qui anno MDXXXV primum lucem vidisse vult l. d. Annus MDXXV, quem* Reimmannus *isagog. in histor. litterar. Germanor. parte II p. 389 habet, librarii vitio irrepsisse videtur.*

Quod ad præsentem, opusculum in partes primo incidi, easque tum maiores, quas sectiones vocare placuit, tum minores, paragraphos vulgo dictas; vt singula hoc distinctius atque facilius inueniri, notari, citarique possint. Dein summulis paragraphorum admoui manum, partim refictis, quæ margini adscriptæ erant ab Helvvichio,

vt

vt dictorum sensum hoc magis exhauriant; partim noue adiectis, quibus illæ locis desiderabantur. Tertio Helvvichii annotationes, opusculo in prioribus editionibus subiunctas, in hoc chronico ipsi intexui, minoribus tamen exscriptas litteris; ne tædio esset lectori, alieno eas euoluere loco. Tandem his ipsis Helvvichii notis hic illic aspersi, quæ dictis tum lucem aliquam fœnerantur, tum etiam limæ possunt esse loco: quas quidem, vt hoc facilius distinctiusque ab Helvvichianis discernere liceat, & litteris currentibus siue Italicis exscribi, & apposita semper in fine litera I vncinis inclusa, notari curaui.

REVE-

Reuerendo admodum & Prænobili Domino,

DOMINO

IO. CHRISTOPHORO NEVSTETTER, dicto STVRMER,

Metropolitanæ eccleſiæ Moguntinæ Cuſtodi, Bambergenſis maioris, nec non S. Stephani ibidem Præpoſito, ac Herbipolenſis Canonico:

Sacræque Cæſareæ Maieſtatis Conſiliario digniſſimo, &c.

Domino ac Mæcenati ſuo gratioſo.

QVemadmodum ſumme ſemper extollendi ſunt, *admodum Reuerende, Prænobilis ac Gratioſe Domine*, qui rerum geſtarum ſeries & tractatus hominum, ne futurorum temporum eos malitia infringat, aut obliuionis cæca caligine obumbrentur ac penitus deleantur, litterarum monumentis & ſcripturarum munimine poſteritatis memoriæ commendant: ita quoque ii laudem non poſtremam merentur, qui annales ac hiſtoriarum libros ab aliis quondam collectos atque conſcriptos, ac in bibliothecarum latebris latitantes ac ſepultos, tineiſque & blattis expoſitos, ſtudioſe eruunt, & quodam vindiciarum iure in lucem reuocant, atque in vſum omnium depromunt: aut depromptos iam ante, comptiore veluti ornatu veſtiunt & expoliunt. Vnde & inter omnes alias felicitates, quæ reipublicæ litterariæ noſtris temporibus obuenire poſſunt, non minima ea ducenda putatur, quod tam multi quotidie exiſtunt, qui veterum monumentis ſacris iuxta & profanis in lucem extrahendis, & ab obliuione hominum vindicandis omnem diligentiam ac operam indefeſſam nauant, ea ex omnibus bibliothecarum angulis colligunt, collecta in ordinem redigunt, digerunt, ac illuſtrant, nulli moleſtiæ, nulli impenſæ parcentes.

Horum ego exemplum imitari volens, cum in indagandis & perſcrutandis noſtræ vrbis Moguntinæ antiquitatibus ac hiſtoriis, in quibus iam multis annis deſudaui, in vetus quoddam Chronicon Moguntinenſe, cuius auctor *Conradus* incertæ cuiuſdam ſedis Epiſcopus prædicatur, incidiſſem, in quo theſaurus, qui olim in Moguntina noſtra eccleſia in veſtimentis ſacris reliquoque ornatu, in calicibus item, candelabris, thuribulis, crucibus, toraque ſupellectile ſacra maximus & inæſtimabilis fuit, exacte enumeratur & deſcribitur: itemque quomodo ille idem poſtmodum temporum iniuria ac hominum malitia, per varios bellorum turbines, aliorumque exterorum inuaſiones, nec non alias calamitates ac fortunæ iniquitates diuerſimode diſſipatus atque diſtractus fuerit: vna cum ſuccincta ac compendioſa rerum per annos centum & decem, ab anno ſcilicet MCXLII vſque ad annum MCCLI, circa Moguntinam vrbem & eccleſiam, eiuſque Præſules, nec non Romanos Imperatores geſtarum hiſtoria recenſetur: infinitum illum ac pretioſiſſimum quondam eccleſiæ theſaurum atque ornatum ſumme admiratus; ſimulque hiſtoriis illis, quarum auctor meminit, incitatus, ſummopere illo ipſo chronico recreatus fui. Quod licet iam olim anno MDXXXVII primum Baſileæ in lucem emiſſum: itemque ſuperiori ſæculo anno MDLXXXV Francofurti, ſtudio & opera præclariſſimi ac doctiſſimi viri, *Chriſtiani Vrſtiſii*, antiquitatum perſcrutatoris indefeſſi, in quinto Germaniæ ſcriptorum tomo in folio typis Wechelianis editum fuerit: tamen cum ſuccinctum nimis, ac ſolummodo per compendium conſcriptum id ipſum animaduerterem, plurimaque, quæ illis ipſis temporibus in Moguntina eccleſia circa Præſules eiuſdem ac Romanos Imperatores notatu digniſſima acciderunt, deſiderari viderem: id ipſum additionibus hiſtoricis augere

ac notis illuſtrare, formaque commodiori, quo facilius eius vſus foret (quandoquidem non omnibus totum illum Germaniæ ſcriptorum tomum, in quo illud ipſum continetur comparandi vel occaſio, vel etiam facultas conceditur) ſeorſum emittere, ac omnium vſui dare cogitaui.

De quo meo labore quid quiſque iudicaturus ſit, neſcio: laudabunt docti ac prudentes: ſtolidi & inertes hiſtoriarumque oſores vituperabunt. Tam varia enim ſunt palata mortalium, inquit *Thomas Morus* de ſua Vtopia ad Petrum Aegidium, tam moroſa quorundam ingenia, tam ingrati animi, tam abſurda judicia, vt cum iis haud paullo felicius agi videatur, qui iucundi atque hilares genio indulgent: quam qui ſenes macerant curis, vt edant aliquid, quod, aliis faſtidientibus, aut ingratis, vel vtilitati poſſit eſſe, vel voluptati. Plurimi litteras neſciunt; multi contemnunt. Barbarus vt durum reiicit, quicquid non eſt plane barbarum. Scioli aſpernantur, vt triuiale, quicquid obſoletis verbis non ſcatet. Quibuſdam ſola placent vetera: pleriſque tantum ſua. Hic tam tetricus eſt, vt non admittat iocos: hic tam inſulſus, vt non ferat ſales, &c. Ego vero ſuſque deque habeo, quia his temporibus, his hominum moribus ſic eſt in vſu.

Maiores maiora ſonent: mihi parua locuto
Sufficit, in laudem cedere cuncta Dei.

Tibi autem, *admodum Reuerende, Prænobilis, ac Gratioſe Domine,* hanc opellam ſtudiumque hoc meum offerre & dedicare viſum fuit: tum quia hiſce ſtudiis ſummopere delectaris, ac deliciæ tuæ ſunt ſemper in hiſtoriarum lectione verſari: tum maxime, quia erga ampliſſimam Dominationem tuam ſincera mea obſeruantia & reuerentia debita exigit, & ratio ipſa poſtulat, vt gratioſo tuo in me iam dudum cumulato fauori in via gratitudinis occurrendi occaſione tali oblata, non nihil gratiarum referrem, ne beneficiorum mihi gratioſe præſtitorum, ſi diutius tacerem, penitus oblitus viderer. Quocirca hoc ipſum grati ac ſubmiſſi animi teſtandi cauſſa, candidæque mentis affectione tibi nuncupatum, inſcriptum, ac dedicatum benigne ac ſerena fronte ſuſcipe: & ſi bonum iudicabitur, meæ voluntatis ſtudium: ſin non perinde aptum fuerit, obſequium tamen approba. Quod ſi ita, vt ſpero, euenerit, voluptati ſummæ mihi futurus erit ſuſceptus labor, ſimulque ad maiora peragenda ingenii mei exiguitas, & ad hiſtorias vlterius indagandas ſtudium excitabitur.

Quod reliquum eſt: Deus ter Opt. Max. Gratioſam Dominationem tuam diu incolumem conſeruet: rerumque omnium ſucceſſum exoptatum largiatur; & ad maiorem amplitudinem euehat, obnixe deprecor & exopto. Moguntiæ ipſis Calendis Septembr. anno Virginei partus M DC XXX.

Reuerendæ ac Gratioſæ Dominationis tuæ

humilis ac deuotus eliens

GEORGIVS HELWICH,
Metropolitanæ eccleſiæ Mogunt. Vicarius.

Ad

Ad Reuerendum & Eruditum

D. GEORGIVM HELWICH,

Metropolitanæ eccleſiæ Moguntinæ Vicarium,

Dominum patronum ac patrinum ſuum omni obſeruantia colendum,

Georgius Hainbuch, Moguntinus, Humanitatis Studioſus.

ERuis e tenebris theſaurum mire ſtupendum:
Quem non celabit fuſius ille liber.
Non Rex, non Princeps, potuit nec Crœſus habere
Theſaurum, qualem continet ille liber.
Sed quondam tenuit Moganorum eccleſia talem:
Qualem vix poſſum concelebrare ſatis.
Aſt modo theſauri veſtigia nulla videntur:
Nil quicquam ſupereſt; euanuere ſimul.
Eloquar, an ſileam? ſunt hæc tua ſcripta colenda;
Theſaurus periit, ſed tua ſcripta manent.
Theſaurus periit, labor hic præſtantior illo eſt;
Durat in æternum ſic labor ille tuus.
Hic labor ille tuus theſauro clarior ardet:
Qui neu vi hoſtili, neu igne perire poteſt.

In nomen Autoris anagramma

D. Friderici Weberi, Idſteinii.

GEORGIVS HELWICHIVS

verſo *H* in *F*

tranſcribitur

Heic viuus flos gregi.

ἔκθεσις.

EN heic *Moganidum* flos viuus *floret in hortis:*
Flos notus Charitum Theſpiadumque gregi.
Flos, veterum Heroum producens ſemina viua,
Dum florere facit ſtemmata priſca patrum.
Dum facit hiſtorias maiorum viuere & implet
Laudis odore ſua ſolis vtramque domum.
Donec Mœnus amœnus erit, Rhenuſque ſerenus,
Heic flos, *huic, vireat* viuus *odore*, gregi.

In Zoilum.

CVr frons nigra tibi eſt, calamus quod paucula ſcripſit?
Non cenſuram auctor iuſſit adeſſe tuam.
Hoc ſi diſpliceat, rogo, fac meliora, tuiſque
Offerto Momis, Zoile, linque mea.

ARGVMENTVM HVIVS OPERIS.

PRæsens hoc vetus rerum Moguntiacarum Chronicon *Conradi*, incertæ sedis Episcopi, qui anno MCXC, temporibus Friderici I Barbarossæ claruit, e vetusto codice Moguntiæ quondam transcriptum, eiusdem ecclesiæ breuem & concisam historiam centum ac decem annorum, ab anno videlicet Christi MCXL vsque ad annum MCCLI complectitur. In quo autor primum enumerat, in quantas ecclesia Moguntina, cum adhuc in pace fuerat constituta, opes ac diuitias antiquitus excreuerit; thesaurum illius & ecclesiasticæ supellectilis, hoc est, instrumentorum vestiumque sacerdotalium, cultum & pretium recensendo. Deinde exponit, quomodo subsequentibus temporibus, post Henrici, illius ecclesiæ Archiepiscopi, insidiosam submotionem, & Arnoldi suffectionem, eiusdemque cædem, ipsa ecclesia simul & ciuitas Moguntina opibus attrita, & insigni clade affecta fuerit, ipsa vrbe perduelli & seditiosa Friderico Imperatori grauissimas pœnas dante, ob Præsulis sui Arnoldi prædicti cædem, ciuium tumultu patratam. Præterea quem illius ecclesiæ res, sub sequentibus Cæsaribus, vsque ad Fridericum II cursum tenuerint, & quam varias eadem metropolitana sedes iniquioris fortunæ iacturas perpessa sit, in diuturnis & pernicioſis schismatibus, partim inter illius ecclesiæ proceres, partim inter summos Pontifices, & Fridericum II Imperatorem temporibus inuicem succedentibus obortis, breuiter ac per compendium demonstrat.

In hocce autem opusculo, epitome fit historica subscriptorum Archiepiscoporum Moguntinensium, qui se inuicem per annos CX secuti fuerunt,

Henrici Felicis, qui electus fuit anno Domini,		1142
Arnoldi de Selehofen,		1153
Rudolfi D. Zæringensis, repudiati,		1160
Conradi C. Palatini a Wittelspach, sede pulsi, postmodum restituti,		1160
Christiani C. de Buche,	1164 *l.*	1165
Sifridi B. de Epstein, *senioris*,		1200
Sifridi B. de Epstein, *iunioris*,	1225 *l.*	1230
Christiani,		1249
Gerhardi C. Siluestris,		1251

CHRO-

CHRONICON MOGVNTINVM
vetus *CONRADI* Episcopi.
PROOEMIVM AVTORIS.

Venerabili Patri, Domino Theodorico *Abbati, & Fratribus C.* Ludouico *Priori*, Ioanni * Rudolpho *Sacerdotibus*, Conra * & dus * *Presbyter, Episcopali nomine indignus, gaudia electis Dei* * C. *ante mundi exordia præparata. Solent plerumque res olim gestæ, si scriptis non fuerint commendatæ, sic obliuionis conculcari pede, vt nulla de ipsis a posteris memoria habeatur: cum tamen earum notitia posset forte fore aliis causa cautelæ, & instrumentum euadendi pericula vel vitandi. Quod si non sic sit, saltem legentibus & audientibus tædium tollitur, dum ea, quæ transierunt, eis quasi quædam recentia renascuntur: Vnde fit vt ex hoc in admirationem ducantur vel stuporem, vel certe ad passionis gemitum prouocentur. Scripturus itaque vobis iacturam & oppressionem, qua annis iam centum cœpit ruere ecclesia Maguntinensis, ipsius inuoco gratiam, cuius ea, quæ sustinuit, & adhuc sustinere non desiit mala, iudicio est oppressa. Igitur vt eius miserabilior calamitas, quam patitur, & flebilior eluceſcat, prius, quibus honoribus claruit, quibus diuitiis & ornatibus referta fuerit, succincte & breuiter disseremus.*

De nomine ipsius Auctoris, eiusdemque ætate.

Diuersa sententia scriptorum de nomine autoris;

QVandoquidem autor huius chronici Moguntini in aliis editionibus vnica C littera signatur, dubium est, vtrum *Conradi*, an vero *Christiani* nomen eadem littera designet. D *Georgius Heylmannus*, Moguntinensis quondam Sigillifer, testatur, se in quodam manuscripto inuenisse huius operis autorem fuisse *Conradum*, & illud ipsum nomen habet hoc Chronicon anno MDXXXVII Basileæ editum, itemque altera eiusdem editio superioribus annis MDLXXXV typis Wechelianis Francofurti, in quinto tomo illustrium Germaniæ historicorum, opera & studio Christiani Vrstisii in folio edita. Baronius quoque in suis annalibus, itemque alii autores *Conradum* appellant. Et sunt, qui hunc *Conradum* Colonienſem Archiepiscopum, Comitem de Hoesteden, fuisse autumant, illum scilicet, qui teste hoc ipso chronico, anno salutis MCCXLIX, post obitum *Sigefridi* iunioris ad Moguntinum pontificatum postulatus, sed Romana sede electionem eius repudiante non admissus fuit, vt suo loco dicetur. Sed si is *Conradus* fuisset, procul dubio hoc chronicon, vsque ad obitum suum, qui ipsi anno MCCLXI accidit, perduxisset. Verum his omnibus contrarius est *Nicolaus Serarius* in chronico suo Moguntino, qui non *Conradum*, sed *Christianum*, Archiepiscopum Mogunrinum, hoc nomine Secundum, qui anno MCCLI a sede depositus fuit, huius operis scriptorem fuisse dicit; secutus prædictum D. *Georgium Heylmannum*, Sigilliferum Moguntinum; qui de autore huius chronici ita scribit; *Ego non Conradum, sed Christianum Archiepiscopum secundum intelligendum huius libri auctorem arbitror, tum quia inferius demolitionis turris per ventum facta mentionem faciens, ait, se vidisse quasdam trabes de eadem turri deportatas, quod contigit per quinquaginta ferme annos ante suum Episcopatum; tum quia tractatus ipse vsque ad eundem Christianum pertendit, quando ipse ab Episcopatu semotus, substituto Gerhardo, hunc edidisse creditur libellum. Vnde & in principio dicit:* C Presbyter episcopali nomine indignus *vbi quod fuerit antea dignitatis officio, aut ad minus electione Episcopus, & renuntiauerit, liquide patefacit scriptor huius libelli. Quod si Episcopus fuit, quare non magis Moguntinensis, quam alterius ecclesiæ ipsum fuisse Episcopum æstimandum est? cum vtique ipsius ecclesiæ thesaurum tam secretum nequaquam potuisset adeo luculenter conscribere, nisi præcipuus, & secretissimus fuisset eiusdem thesauri recognitor: tum quia hoc ipsemet tacite innuit in prologo suo dicens:* Scripturus itaque vobis iacturam & oppressionem, qua annis iam centum cœpit ruere ecclesia Moguntina. *Cum enim hæc iactura cœperit post Henricum I, circa annum Domini MCLI, constat auctorem huius libelli vixisse, additis centum annis, anno MCCLII, quo anno Christianus Archiepiscopus depositus fuit, quem hunc libellum edidisse ipso anno cognoscimus.* Hæc citatus *D. Georg Heylmannus*. Huius sententiæ quoque *Bruschius* fuisse videtur, dum ait, *Christianum* illum Moguntinum Archiepiscopum, historiam exauctorationis Henrici V, Arnoldi quoque Archiepiscopi Moguntini, & aliorum quorundam antecessorum suorum descripsisse. Codicem quoque manuscriptum *Serarius* se in monasterio S. Iacobi Moguntinensis vidisse scribit, qui *Christiano* Archiepiscopo Moguntino hoc chronicon vendicat.

Quo tempore vixerit, clarum.

Quo tempore autem hic auctor vixerit, diserta ipse mentione exponit, cum ait, se turbinis illius magni meminisse, quo anno circiter MCXC sub *Conrado I* Archiepiscopo, pinnaculum maioris ecclesiæ deiectum fuit, vt in historia ipsa describitur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

SECTIO I,

Qua autor incipit Moguntinenſis eccleſiæ ornatum *ac* theſaurum, *quem olim habebat, deſcribere.*

§ I

Purpura ac tapetia.

†Rücktücher.

ERant ibi purpurarum pretioſarum * tantæ copiæ, vt diebus feſtiuis totum monaſterium **, cum ſit tamen longum & latum, intrinſecus tegeretur, & tamen adhuc ſuperfuerunt. Erant tapetia & dorſalia † mira picturæ varietate diſtincta, quæ operis ſubtilitate & pulchritudine animos intuentium admiratione delectabant. Præter iſta erant & alia, quæ ſuper pauimentum templi, & ſcamna, & coram altaribus ſternebantur.

Quid hic purpuræ *ac* tapetia.

* Intelligit hic autor omnia aulæa picturata, & verſicolori textura ſpectabilia, quæ a Græcis περιστρώματα nominantur, quibus eccleſiæ parietes atque ſedilia vniuerſa in maioribus feſtiuitatibus, ornatus gratia, obtendebantur, ac ſternebantur.

Eccleſia Moguntina olim monaſterium *dicta & Canonici* fratres *appellati.*

** Intelligit eccleſiam maiorem Moguntinam; variis enim nominibus ac titulis eadem olim a diuerſis fuit inſignita ac vocata. nam in antiquiſſimis litteris de anno MLXXI *monaſterium S. Martini*, itemque ſub an. MLXXXI *monaſterium epiſcopale* fuit appellata, *Mariano Scoto* teſte. *Dodechinus* quoque ſub anno MCXXXVII *monaſterium maius* ipſam appellat. Ipſi quoque Canonici in epiſtolis ad ſanctam Hildegardim Abbatiſſam ſancti Ruperti Bingenſis conſcriptis, ipſam *conuentum fratrum de domo*: itemque *conuentum fratrum de S. Martino*, ſiue *in ſancto Martino* nominant; cuius nunc vulgaris ac trita appellatio eſt *eccleſia maior*, ſeu *metropolitana ſancti Martini*, vel *metropolitanum Canonicorum collegium*. De quibus appellationibus diuerſis alias ſuo loco dabitur explicatio ac ratio. Quod autem *monaſterium* & *conuentus fratrum* ab antiquo fuit appellata, ipſique Canonici etiam *fratres* dicti, ratio eſt, non quod primitus verum monaſterium ſeu monachorum cœnobium; vel ipſi etiam Canonici veri monachi ac tribus ſolennioribus votis obſtricti fuerunt (vt plurimi inanibus rationibus innixi falſo arbitrantur) ſed quod Canonici olim in eadem ſimul vno in loco, qui *clauſtrum* dicebatur, habitarint, communi refectorio ac dormitorio iuxta concilia, ac decreta Patrum vſi fuerint, & in omnibus ita regulariter vixerint, vt eorum vita monachali vitæ non videretur eſſe inferior: vt *Molanus* teſtatur his verbis: *Priſci Canonici abſque votis monaſticis canonicam & regularem atque communem vitam ſancte egerunt.* Et alio in loco: *Erat eis communis menſa, commune cellarium, commune dormitorium, communis oratio ſimul ac lectio. Cratepolius* Minorita in annalibus Treuirenſibus, *olim*, inquit, *in clauſtris ſimul omnes habitabant, & in vno dormitorio dormiebant, & in vno refectorio reficiebantur, quo facilius poſſent ad horas canonicas celebrandas occurrere, ac de vita & conuerſatione ſua admoneri & doceri.* Ex hoc igitur monaſterio ac ſolitario ſtatu, ſeu a curis ſæcularibus & extraneis ſegregata viuendi ratione ac norma; nec non a communi & fraterna clericorum vita eccleſia ac domicilia eorum ſacra olim non improprie monaſteria dicta fuere; vnde & ipſi etiam clerici *clauſtrales*, *cœnobitales*, *fratres conuentuales*, & ſimilibus nominibus appellati: & vt *Molanus* ait; *malebant humilioribus vocibus clerici & fratres dici, quam a canonicæ regulæ obſeruatione Canonici appellari.* Et alio in loco ſentit, quod quia in communi viuebant, & libentius clerici aut fratres, quam Canonici nominabantur, pietas maiorum noſtrorum huiusmodi fratrum conuentus, ac communia clericorum ſiue canonicorum habitacula & clauſtra, monaſteria vſitatiore locutione nuncupauit, reiectaque canonicorum voce fratres eos appellauit, a fraterna illa & communi eorum vita, quam in ſuis collegiis, quaſi in monaſteriis ſimul profitebantur & exacte ſeruabant.

Cur eccleſia collegiata olim monaſteria *dicta & Canonici* fratres *appellati.*

Antiqua Canonicorum vita & conuerſatio.

Palla altarium.

II Erant pallæ altarium *, auro intextæ pretioſæ. Inter quas tres erant præcipuæ, quarum vna æſtimabatur, poſſe valere marcas C, alia Lx, atque aliæ non minoris, vel parum minoris poterant æſtimari.

Pallæ altarium *idem quod* antipendia.

* *Palla* ſignificat honeſtæ mulieris veſtimentum, hoc eſt, pallium, quod palam te foris eſt, ad veſtimenta vſque demiſſum; ſic hic *palla* accipiuntur pro veſtimentis illis anterioribus altarium, quibus ipſa veſtiuntur, quæ vulgo nunc *antipendia* nuncupantur.

Caſula ac Cappa.

Cappæ vnius valor.

III Erat in Caſulis, Dalmaticis, Subtilibus †, & Cappis ſericeis & purpureis, auro & gemmis intextis, pretioſus & copioſus theſaurus. Inter quæ ſex Cappæ præcipuæ erant, quarum vna æſtimata eſt ad Lx marcas: (ſic enim & obligari poterat) aliæ quinque minoris erant æſtimationis: ex iis duas ego vidi, quarum vna vetu-

vetuſtate fuit ſic conſumpta & attrita, quod alicui vſui non valebat : data ergo eſt igni, & reddebat tres marcas auri cum dimidia. Alia, quæ adhuc recentior videbatur, vendita eſt cum vna palla altaris. Quid pro iis acceptum fuerit, vel quo deuenerit venditum & acceptum, penitus ignoratur. Inter Caſulas autem de quolibet colore duo paria : duæ nigræ aurifrigiatæ, & eiuſdem operis duæ Dalmaticæ, & duo ſubtilia, latis aurifrigiis ornata : & hæc omnia valde bona. Item duæ Caſulæ de ſamitto albo, & eiuſdem fili Dalmaticæ duæ : Subtilia duo cum auro ornata, omnia valde bona. Item duæ Caſulæ de rubeo ſamitto, & tot Dalmaticæ, & Subtilia aurifrigiata, valde bona. Item duæ Caſulæ de viridi ſamitto, & tot Dalmaticæ, & Subtilia aurifrigiata valde bona. Item duæ Caſulæ de croceo ſamitto, tot Dalmaticæ, & Subtilia valde bona. Vna inter ceteras erat Caſula ante paucos dies violacea, latis & magnis aurifrigiis, longa & * larga, aureis lunulis & ſideribus inſertis : quæ tanti erat ponderis propter aurum, vt plicari non poſſet, & in ipſa vix aliquis poterat, niſi valde robuſtus, diuina myſteria celebrare. Veſtiebantur tamen illa Pontifices & Prælati, feſtis præcipuis cantaturi. Sed poſt Euangelium cantato offertorio, factis oblationibus, illam deponentes, flexibiliorem ſumentes, in illa diuina perfecerunt.

Caſula diuerſorum colorum.

* prolata.

Caſula magna & grauis.

Dalmaticæ & Subtilia *qua veſtimenta.*

† *Dalmatica* veſtis eſt, qua Diaconi & Subdiaconi in miniſterio altaris in ſolennitatibus vtuntur, vt 76 diſt. *de ieiunio*. *Subtilia*, id eſt, byſſum interpretati ſunt LXX. quod & ipſum in Sacerdotum veſtibus texitur. Byſſum autem tenuiſſimi lini genus ſignificat; hinc veſtimenta illa interiora Sacerdotum ſeu Diaconorum oblonga, quæ modo vulgariter *Alba* appellantur, *Subtilia* hic dicuntur, eo quod ex tenui lino conſtent.

IV Item multæ tunicæ diuerſorum colorum, videlicet rubei, viridis, & violacei coloris, virgulatæ, crocei, albi, quibus vtebantur miniſtri altarium, & Acolyti, & chriſmatis * portatores.

Tunica miniſtrorum altarium.

* portitores.

V In albis, cingulis, humeralibus, ſtolis & ceteris ornamentis, potius credenda copioſa diuerſitas, quam ſcribenda.

Alia ornamenta.

VI Erant infulæ vel tiaræ XVIII aurifrigiatæ, chirothecæ valde bonæ.

Infula & chirotheca.

VII XVI annuli pontificales boni & magni, de Robino vnus, & impoſitis aliis gemmis minutis : de Smaragdo vnus : de Saphiro vnus : de Topazio vnus.

Annuli.

VIII Baculi paſtorales duo veſtiti argento.

Baculi paſtorales.

IX Caligæ octo, & tot ſandalia. Hæc de veſtimentis.

Caligæ & ſandalia.

§ II

NVnc de ornatu & theſauro eccleſiæ, & primo de pertica audiatis. Erat pertica argentea concaua deaurata, quæ tantum præcipuis feſtis, vt in * Paſſione, Pentecoſte, in dedicatione eccleſiæ, in feſto patroni glorioſi Confeſſoris beati Martini, in natiuitate Saluatoris, ante altare dependebat : in qua vaſcula ſuſpendebantur quædam eburnea, quædam argentea, formarum diuerſarum, omnia reliquiis plena. In horum omnium medio fulgebat Smaragdus, ſuſpenſus catenis aureis duabus, habens quantitatem & ſpiſſitudinem dimidii peponis magni **, & per omnia ſimilitudinem habens peponis, & ipſe concauus : huic ſolebat aqua infundi cum duobus vel tribus piſciculis paruis : & depoſito deſuper operculo, cum mouebantur piſciculi, ſimplices & vetulæ lapidem viuere affirmabant.

Theſaurus.

Pertica argentea.

Vaſcula reliquiis plena.

Smaragdus magnus.

* *Forte* Paſchate *volebat dicere.*

Pepo, ** *Pepo*, teſte *Plinio* lib. XIX c. V. cucumeris genus eſt, magnitudine cetera excedens, concoctu difficile. Eſt & alterum cucumeris genus multo minus; quod quia mali coronei ſpeciem referre videtur, *melopeponem* vocant.

II Erant thuribula X argentea deaurata, & vnum aureum, habens auri marcas tres, & † acerræ XI; inter quas vna erat de lapide integro †† onychino concauo, habens ſimilitudinem vermis horribilis, id eſt, vt bufonis : concauitas eius patebat in dorſo, vbi & circulus argenteus cum litteris græcis ambiebat. In fronte huius acerræ, quia caput habebat ſimile vermi monſtruoſo, erat lapis ** Topazius valde pretioſus, magnitudinem habens dimidii vitelli oui : in oculis eiuſdem acerræ duo Robini, quos Carbunculos vocant. Adhuc eadem acerra habetur hic, (*ſcilicet, quo tempore autor viuebat.*) ſed gemmæ non.

Thuribula & acerra.

Acerræ *quid.* † *Acerra* arcula olim dicebatur, in qua thus apud gentiles reponi ſolebat, quo diis ſacrificabatur, θυμιατήριον Græcis dictum, Latinis *thymiamaterium*, id eſt, *thuribulum*.

Qui-

Quidam putant esse aram, quæ ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebant. *Cornutus* scribit esse pateram, in qua libatur. Virgilius; *Et plena supplex veneratur acerra.*

Hic *acerra* dicuntur ipsa thuris vascula, e quibus hoc in thuribula imponitur.

Lapis Onychinus.

†† *Onyx* marmoris genus est, quod a nonnullis *Onychites*; ab aliis etiam *Alabastrides* appellatur, in montibus Arabiæ præcipue nascens; postea etiam in Germania inuentum, quod ad potoria & vnguentaria vasa primum cœpit excauari, postea etiam lectorum pedes, & sellæ, & solidæ etiam columnæ ex eo fieri cœptæ, vt autor est *Plinius* lib. XXXVI c. VII & VIII. Hinc *onychinus lapis*, *onychina vasa*, quæ ex onyche confecta sunt. habet autem hic lapis humani vnguis similitudinem. Ex hoc marmoris genere olim etiam pretiosissima fiebant pauimenta; vnde *Martialis* lib. III

Calcatusque sub pede lucet Onyx.

Figurate etiam inuenitur *Onyx* accipi pro vasculo vnguentario ex hoc marmore excauato, quod innuit idem *Martialis* lib. VII

Vnguentum fuerat, quod onyx modo parua gerebat.

Hinc apud Græcos proprie vnguentum significat, a cuius similitudine hoc marmoris genus, & ipsa etiam gemma nomen acceperunt, quod scilicet humani vnguis colorem referant.

Est etiam *Onyx* gemmæ cuiusdam species humani vnguis candorem referentis, interuenientibus venis quibusdam Sardæ & Iaspidis colorem imitantibus. vide *Plinium* lib. XXXVII cap. V.

Lapis Topazius.

** Gemma est viridis coloris, dicta a *Topazio*, insula maris rubri, in qua hic lapis mire pellucidus inuenitur. Insulæ autem huic idcirco *Topazio* nomen factum putant, eo quod nebulosa sit, sæpeque a nauigantibus fuerit quæsita, antequam inueniretur, ἀπὸ τοῦ τοπάζειν, hoc est, a *quærendo* dicta. vide *Plinium* lib. XXXVII cap. VIII, & lib. VI cap. XXIX, & *Strabonem* lib. VI.

Grues, quibus thurificabant.

III Item erant duæ grues argenteæ concauæ, quæ solebant poni iuxta altare hinc & hinc, & dorso patebant, & impositis carbonibus & thure vel thymiamate boni odoris fumum per guttura & rostra emittebant. Erant autem grues tantæ magnitudinis, cuius viuæ.

Libri Euangeliorum, &c.

IV Erant libri, qui pro ornatu super altare ponebantur, vt Euangeliorum, Epistolæ siue lectionarii, benedictionales, collectarii quidam vestiti ebore sculpto, alii argento, alii auro & gemmis.

Pelues & vrcei.

V Erant pelues quatuor argenteæ, & vrcei diuersarum formarum (quos * manilia vocant, eo quod aqua sacerdotum manibus funderetur ex eis) argentei: quædam habentes formam leonum, quædam draconum, auium, & gryphonum, vel aliorum animalium quorumcunque.

* Idem quod *malluuia*; est autem *malluuium* vas, in quo lauantur manus, Græce χειρόνιπτρον. Manilia *quid.*

Candelabra.

VI Erant candelabra magna duo, quæ iuxta altare ponebantur, argentea, & alia minora, quæ super altare ponebantur, quibus rotæ supponebantur latæ, propter stillicidia candelarum. Quot fuerunt, nescio.

Corona.

VII Erat corona magna pendens in choro ad similitudinem eius, quæ adhuc pendet ad sanctum Albanum (*scilicet quo tempore autor viuebat*) & vna in medio templi, atque aliæ tres minores ante altare sancti Martini, omnes ex argento diligentius fabricatæ.

Cruces portatiles.

VIII Erant cruces argenteæ portatiles, miræ pulchritudinis, quarum duæ in Palmis, duæ in Paschate, duæ in hebdomada Paschæ, duæ in Rogationibus, duæ in die Ascensionis Domini ferebantur. X per totum erant.

Crutes alia.

IX Erat & vna crux tantæ longitudinis, vt totum brachium magni viri, in qua erant Sanctorum reliquiæ multæ & magnæ. In medio vero continebat de ligno Dominicæ crucis ad quantitatem digiti, longitudinem vero palmæ virilis; vestita erat hæc crux auro purissimo, & gemmis pretiosis & multis. Erat & alia crux lignea, auro optimo vestita, in qua imago erat aurea Domini crucifixi, quæ imago cuiuslibet communis hominis magnitudinem excedebat, concaua, sed multum spissa, cuius venter plenus erat reliquiis & gemmis pretiosissimis. Dicebatur autem nec Romanum Imperium * meliores habere. Hæc crux poterat dissolui membratim in iuncturis, primo in talo, in genibus, in femore, in humeris, in cubito, in manibus, in collo, vbi corpori inhærebat: cetera pars corporis, dorsum scilicet & venter, pariter cohærebant: & hoc ideo, vt commodius & securius posset in arca sibi ad hoc deputata specialiter reseruari. Hæc crux raro exponebatur, nisi forte præsente Rege, vel alio magno Principe, & in festis Paschæ, vel natalis Domini, & Pontifice hoc iubente. Cum autem hoc fieri oportebat,

* meliorem.

tunc

tunc in loco valde eminenti in templo ſuper trabem, vbi nulli alieno patebat acceſſus, a miniſtris fidelibus locabatur. In huius imaginis capite loco oculorum erant duæ gemmæ, quas carbunculos vocant, tantæ magnitudinis, vt duo vitelli ouorum, qui in tenebris coruſcabant. Huic cruci inſcriptus erat verſus iſte: *Crux* Benna *miræ magnitudinis, ac valoris ingentis.*

Auri ſexcentas habet hæc crux aurea libras.

Et nota, quod vna libra habet duas marcas auri. Sic ergo erant mille & ducentæ marcæ auri probatiſſimi. Nec ſilendum arbitror, quod pro ſpeciali huius auri * examinatiſſimo valore, crux ipſa proprio nomine cenſebatur: vocabatur enim *Benna* †. * *Feingold*

Crux aurea Benna *appellata mille ducentarum marcarum.*

† Hæc crux, quæ proprio nomine *Benna* dicebatur, ex auro ſolido erat facta, pondere mille ducentarum marcarum, id eſt, ſexcentarum librarum auri, vt ex verſiculo ei inſcripto conſtabat, quæ conſtituebant quadraginta quinque millia florenorum, vna libra LXXV flor. vt *Iacobus Spigelius* ait *, valente. Quis autem hanc crucem Moguntinæ eccleſiæ obtulerit, diuerſæ ſunt ſcriptorum opiniones. *Aegidius*, religioſus in monaſterio S. Mariæ aureæ vallis, ord. Ciſtertienſis, diœceſis Treuirenſis, qui floruit anno Domini MCCXXX, in hiſtoria Epiſcoporum Leodienſium, in Radulpho, ſeu Rudolpho Zeringiæ Duce, Epiſcopo Leodienſi, qui anno MCLX a Moguntinis poſt Arnoldi Epiſcopi cædem aſſumptus fuerat, ſed a Pontifice Rom. repudiatus (vt infra ſuo loco dicetur) hanc crucem *Benonem* vocat, quam Iudæi ſuo ære iuſſu Imperatoris erexerant, eo quod pincernam eius nomine *Benonem* occidiſſent. *Magnum chronicon Belgicum* (cuius autor quidam ordinis S. Auguſtini Regularium prope Nuſſiam prædicatur) idem fere habet, quod ſcilicet Imperator eam per Iudæos, qui pincernam ſuum occiderant, fieri fecerit. Quis autem hic Imperator fuerit, aut quo tempore id factum ſit, non annotatur.

Aquo hæc crux oblata diuerſæ opiniones.

Dodechinus alterius eſt opinionis; *Willigiſus*, inquit, *fecit crucem auream & in monaſterio S. Martini poſuit eam. Patibulum erat cypreſſinum, laminis aureis & lapidibus pretioſis ſuperintectum, & imago aurea, vbi verſus erat inſcriptus:*

Auri ſexcentas tenet hæc crux aurea libras.

Nicolaus Serarius lib. V rerum Moguntiacarum, in eodem Willigiſo Archiepiſcopo, primo Electore, aſſentitur Dodechino, aſſerens, quod Willigiſus præter alia dona quamplurima, eaque maxima, quæ eccleſiæ Moguntinæ contulit, crucem etiam hanc pretioſiſſimam, *Bennam* nomine, itemque ingentes illos, mortariorumque inſtar graues calices aureos, de quibus paullo poſt, donauerit. Sed prout ſit, facile eſt perſpectu, tam immenſam auri vim a priuatis donatoribus non veniſſe, ſed a magnis Principibus, pie ac liberaliter in Dei honorem ac domus Domini decorem, oblatam fuiſſe.

Quomodo autem hæc ipſa crux poſtmodum per vices mutilata, diſtracta, ac penitus tandem ablata, tantuſque theſaurus eccleſiæ diminutus fuerit, in ſequentibus patebit.

* In annotat. ad *Güntheri* Ligur. l. I pag. 288 ſcript. Reuberianor.

De indumentis quotidianis, crucibus, calicibus, ampullis, attinentibus, & thuribulis, mentionem facere propter multitudinem non bene poſſum. Sed quia de calicibus dicimus, ſubit memoriæ, quod fueram iam oblitus.

X Erant calices XII argentei omnes deaurati, eiuſdem ponderis cum patenis ſcilicet de tribus marcis, dempto calice, qui pertinebat ad maius altare, & is ceteros dimidia marca præcellebat. Cuilibet calici erant ampullæ argenteæ, & pyxis argentea ad hoſtias deputata. Præter hos calices erant tres aurei. In vno horum poterat celebrari, qui etiam ſuas habuit ampullas & pyxidem ad hoſtias ex auro puriſſimo & margaritis, & peram ad corporalia filis aureis inſertis, miri operis & decoris. Habebant etiam calices alii ſuas peras ad corporalia ex purpura & aurifrigiis adornatas. *Calices & patenæ.*

XI Erant fiſtulæ † quinque ad communicandum argenteæ deauratæ. Erant * colæ argenteæ nouem, per quas vinum poterat colari, ſi neceſſe fuiſſet, præter eam, quæ attinebat calici aureo, & hæc aurea erat. Hoc aureo calice ſolus Pontifex, vel Prælatus eccleſiæ maioris in ſummis feſtiuitatibus vtebatur. *Fiſtulæ. Colæ.*

Fiſtularam *quis vſus* Colarum *item:*

† Harum vſus fuit in ſumendo ſacro Domini ſanguine.

* Harum vſus fuit in colando vino, vel conſecrando, vel conſecrato, ſi quid forte ſordidum incidiſſet. *Colatorium*, inquit, *Onuphrius* lib. de vocibus eccleſiaſticis, *vaſculum quoddam ſubtiliſſimis foraminibus ab imo perforatum, quo vinum ex hamulis in calicem refundebatur.* Et huiuſmodi adhuc in metropolitana æde Colonienſi teneri manu ſolet ab eo, qui ſolenni ſacro miniſter eſt, & ab imperitis *perforatum cochlear* vocatur. Deducitur autem a verbo *colare*, quod in vernacula lingua ſignificat, *durch ein Tuch ſeyen. Manilius:*

Et colare vagos inductis retibus amnes.

XII Alii duo calices tantæ erant quantitatis, quod cum ipſis diuina myſteria nequaquam poterant celebrari. Erat tamen vnus maior altero. Minor habebat cum patena marcas auri electiſſimi XVIII; in cuius pede per circuitum pre- *Calices duo aurei miræ magnitudinis.*

tioſi erant lapides valde, in patenæ circuitu limbus eiuſdem operis ambiebat, & ipſe quidem gemmis pretioſis non carebat. Calix maior quot marcas auri habuerit, neſcio: certum autem eſt, quod ſpiſſitudo eius erat digiti, & per totum, tam in pede, quam ſupra, gemmis erat pretioſiſſimis adornatus. Habebat etiam idem calix duas anſas, quæ poterant manus replere leuantis, ſicut ſolent habere lapides mortarii, in quibus piperata & ſalſa præparantur. Huius patena talis erat latitudinis & ſpiſſitudinis, quod ipſi calici congruebat, & ipſa gemmis per circuitum decorata; hic calix habebat altitudinem vnius vlnæ, & capere poterat dimidium ſextarium vini. Nec ab omni homine poterat leuari a terra commode **.

** Hi calices ingentes & graues mortariorum inſtar erant, teſte autore *Conrado*, ex auro ſolido & examinatiſſimo, quorum vnus minor altero cum patena ponderis erat marcarum XVIII, quæ DCLXXV florenorum Rhenenſium valorem æquabant, vel etiam excedebant. *Beatus Rhenanus* rerum Germ. lib. II *fuerunt*, inquit, *illic* (in eccleſia Moguntin.) *inſuper duo calices aurei, quorum minor decem & octo marcas auri optimi habebat, maior longe plures; ad hæc anſatus vterque & tam ſuperne quam inferne gemmis pretioſiſſimis exornatus, craſſitudine digitali, altitudine vlnæ, non multum diſſimilis mortario, capiebatque vini ſeſtarium dimidiatum.* Hos autem calices cum cruce illa magna aurea, *Benna* nomine, de qua ſupra, Willigiſum quoque Archiepiſcopum donaſſe *Serarius* ſcribit.

A quo hi calices dono dati.

Eccleſia Moguntina apud omnes venerabilis habita: hinc tantæ illius opes.

XIII Nullus me in hoc ſcripto arguat, obſecro, falſitatis. Nam eccleſia ipſa & ſedes ab omnibus Regibus & Imperatoribus, Principibus, Comitibus, Baronibus, & Liberis, & omni populo venerabilis habebatur, propter Pontificum ſanctitatem, Cleri deuotionem, ciuium pietatem, qui tamen in rigorem peſſimum, & ſuperbiam modo & duritiam ſunt conuerſi. * O Moguntia felix, tot bonis inclita, ſi tu mutares gentem rationis ac honoris egentem!

* Aliæ editiones hæc addunt; *minus iuſte dixi*, conuerſi, auerſi *dixiſſe debueram. O Maguntia, Maguntia, Felix villa ſitu, tot donis inclita, ſi tu Mutares gentem rationis, honoris egentem.*

SECTIO II,

Qua autor de calamitoſo, poſt depoſitionem Henrici, ſub Arnoldo, Conrado, Chriſtiano, ac Sigefrido vtroque, eccleſiæ Moguntinenſis ſtatu agit.

§ I

Henricus ſit Archiepiſcop. Moguntin.

IGitur quum, ſicut iam ſupradictum eſt, ſic Pontifices ſe haberent, & clericalis diſciplina optime ſeruaretur, ita vt plebs Clero, Clerus Prælatis, obedientiam & reuerentiam exhiberent, inuicem honorantes, inuicem diligentes, præſidente tunc quodam Henrico Archiepiſcopo †, viro vtique pacifico & benigno, ac multis virtutibus dotato: diabolus, qui hoc ferre non valebat, ipſi venerabili viro, quia veritatis ac pacis amator erat, lites & incommoda excitauit. Nam quia ſemper ei erat cordi, vt Clerus honore debito gauderet, populus iuſtitia regeretur, terra pace publica exultaret; ecce accuſatur apud Papam *, quod ſomnolentus & inutilis haberetur. Quod vir venerabilis vt cognouit, ſolennes nuntios pro ſua excuſatione ad ſummum Pontificem decreuit protinus deſtinare. Miſit ergo omnium ſuorum ſecretiſſimum cognitorem quendam, Arnoldum clericum **, quem ipſe Archiepiſcopus ad Præpoſituram maiorem † promouerat iam recenter, tanquam eum, qui non poſſet eſſe immemor beneficii tam nouiter conſecuti, & propterea eidem iam Præpoſituram S. Petri etiam contulerat; inſuper & Camerarium conſtituit ciuitatis Moguntinenſis. Erat autem idem Arnoldus miri ingenii & facundiæ, atque congeſtor pecuniæ infinitæ ††.

accuſatur apud Papam tanquam inutilis.

Arnoldum Præpoſitum & Camerarium Mogunt. Romam mittit.

† Fuerat hic prius maioris, nec non S. Victoris eccleſiarum Mogunt. Præpoſitus ſub an. MCXXX, cognominatus *Felix*, electus in Archiepiſcopum poſt mortem D. *Marcolfi. Anno MCXLII* (inquit *Dodechinus*) *Marcolfus Moguntinenſis Archiepiſcopus obiit, pro quo Henricus maioris domus Præpoſitus conſtituitur, & a rege in Francofurt inueſtituram accepit, præſentibus Cardinalibus Gregorio & Dicvvino.* Anno MCXLV (habet M. S. quoddam) *Eugenius miſit Henrico pallium per Theodevvinum Cardinalem.* Fuit autem hic huius nominis primus in ordine LXVIII Epiſcopus, XXVIII Archiepiſcopus, & XII Elector Moguntinenſis.

Henricus Marcolfi in Epiſcopatu Moguntino ſucceſſor.

* Hic *Henricus* Archiepiſcopus Moguntinus, quoniam erat vir inſigni pietate, pro officii ſui ratione Canonicorum ſuorum vitia corrigere

Henricus falſo apud Pontificem accuſatur.

rigere conabatur, & si qua ei difficultas & quæstio incideret, S. Bernhardum, magna tunc sanctitatis & doctrinæ fama inclitum, litteris consulere solebat. Sed Canonici, qui pastorem ac patrem audire debebant, seque ipsos corrigere, falsis eum apud Pontificem criminationibus (quarum præcipua e ficta castitatis violatione ducta fuisse dicitur) accusando, huiusque postea legatos pecunia corrumpendo effecerunt, vt anno MCLIII deponeretur, vt in sequentibus patet.

Quis ille Arnoldus;

** *Henricus* Archiepiscopus, cognoscens se apud Pontificem falso accusatum, pro sua excusatione illum *Arnoldum*, quem intimum habebat, & ad diuersas Prælaturas ac dignitates promouerat, Romam destinauit. Fuit autem hic *Arnoldus* natione ac patria Moguntinus, familia nobilis, ex ea ciuitatis parte, quæ *Selehoven* antiquitus, vt in multis vetustioribus litteris inueni, nunc autem vulgariter, *auff dem Graben*, iuxta parochiam scil. S. Ignatii, nuncupatur, ex qua familia plures milites Moguntiæ olim vixisse ex diuersis litteris, quas ipsi tanquam testes subscripserunt, didici. *Bruschius* eum de nobili familia in Ringauia, *Selehoven*, ortum fuisse scribit, quam familiam ego in Ringauia vnquam extitisse, nullibi inuenio. Fuit statura procerus, vultuque angelicus, vt in quodam M.S. notatur, & vt *Trithemius*, & *Bruschius*, aiunt, Decanus Aquisgranensis: aliqui etiam Friderici I Imp. Cancellarium fuisse scribunt. Sed cum Fridericus ille anno MCLII regnum adierit, vt scriptores tradunt, eum non nisi annum vnum ipsi a cancellis fuisse necesse erit; nisi iam antea, cum Sueuiæ tantum Dux erat, eum fuisse velint.

† Errat hic autor, qui eum *Præpositum maioris ecclesiæ* fuisse dicit, quia nunquam maioris, sed *S. Petri* solummodo, ac ciuitatis Moguntinensis *Camerarius* fuit. Postquam enim *Henricus* prædictus Archiepiscopus ad Episcopatum venit, anno Christi MCXLII, qui prius maioris Præpositus fuerat, ei in præpositura quidam *Hartmannus* successit, cuius in diuersis litteris sub an. MCXLV, MCXLVI, MCLI, MCLII, & MCLVIII, fit mentio. Hic autem *Hermannus* successorem habuit in præpositura alium *Arnoldum* quendam, cuius mentionem faciunt litteræ antiquæ de annis MCLXXI, MCLXXXI, MCLXXXIV & MCLXXXVII.

non fuit Præpositus maioris, sed S. Petri solummodo Moguntinensis.

†† Hunc præterea *Arnoldum* sapientia, ingenii acumine, facundia, & humanitate perinsignem fuisse tradunt omnes. Extitit libellus quidam *de huius* Arnoldi *passione*, in quo eius in pauperes benignitas & in religiosos ac ecclesias Dei reuerentia plurimum commendatur. Eius initium hoc fuit: Arnoldus *pago Moguntino ex religiosis nobilibusque parentibus extitit oriundus; postquam diutina instantia sub Theologicæ disciplinæ ferula sudauit, factus est Imperialis aulæ illustrissimus Cancellarius, & quasi alter Imperator. Tempore ingruentis inopiæ, qua totam Germaniam premebat, trecentos pauperes nutriebat, religionem arctius amplectens, illius professionis viros, quorum iugiter fruebatur contubernio, tanquam patres & fratres fouebat, manum soliciti tutaminis ipsis impertiens, ecclesias beneficiis multis dotauit; diruta earum resarcire, dilapsa atque dispersa congregare, & ne religio penes eos tepesceret vel remitteretur, solicitus erat.*

Commendatur Arnoldus *ab humanitate & benignitate in pauperes, & reuerentia erga ecclesias Dei & religiosos.*

II Is itaque veniens ad curiam Romanam, pontificatumque ambiens Maguntinensem, primum sibi Cardinales pecunia fauorabiles acquisiuit; deinde duos specialiter pecunia corrumpens, qualiter de sua propria promotione ageret, & postmodum consummaret, cum illis familiarius pertractabat. Tandem ab illis instructus, & de se certificatus, cœpit in suum Dominum accusationis iacula dirigere, quem venerat excusare*. Breuiter, tantum in sua processit audacia, & effecit, vt duos legatos destinari peteret huius rei cognitores & iudices; obtinuitque eosdem duos, quos corruperat. Tandem tractu temporis multa interuenerunt facta, quæ sicut scribentibus esset onerosum, ita legentibus tædiosum.

qui ambient Mogunt. Pontificatum, Cardinales pecunia corrumpit, & Henricum Archiepiscopum accusat.

* Magna fuit ingratitudo huius *Arnoldi* in *Henricum* Archiepiscopum, quem tamen ipse suum intimum habebat, & cuius beneficio plures dignitates fuerat assecutus. Accusauit eum, a quo pro defensione sui fuerat missus, vt Archiepiscopatum acciperet. Sic Michael Thraulus Leonem Imp. de medio sustulit, cuius tamen beneficio ad summum dignitatis gradum fuerat elatus. Sic Lucius Ostius tempore bellorum ciuilium patrem suum proscriptum, quem Triumuiri ad supplicium perquirebant, latentem prodidit, vt eius bona acciperet *.

* *Enimuero* Latomus *perhibet*, Arnoldum *per omnem vitam constanter, maximaque obtestatione asseuerasse, fieri sibi iniuriam: bona se fide Henrici egisse causam. Idem dicit* manuscr. FF. Eremit. *Conuent. Mogunt. vt ad* Setarium *notatum.*

III Veniunt ergo legati † Wormatiam; Henricus Episcopus citatus comparet, nihil prætendere poterat pro se, quod admittere vellent iudices siue legati supradicti *. Præsidentes autem iudicio, in loco, qui Neuhusen ** vocatur, Henricum laudabilem virum ab Episcopatu amouent Maguntinensi, Arnoldum substituunt; dicebatur autem quod Fridericus Imperator huic negotio assensum præbuerit, sed occultum ††.

Inde Henricus *Archiep. Wormatiam citatus, ab Episcopatu deponitur.*

† *Post hæc* (inquit *Baronius*) anno eodem scil. MCLIII, *decernitur ab Eugenio Papa legatio in Germaniam ad indicandum Archiepiscopum Mogunt. Fuerunt delecti ad hoc munus obeundum duo Cardinales,* Bernhardus *Presbyter,* & Gregorius *Diaconus, vt* Otto Frisin-

Frisingensis, *qui aderat, tradit.* Huius etiam meminit *Crusius* annal. Sueu. part. II lib. X cap. XII. Anno MCLIII, inquit, *Rex Pascha Babenbergæ celebrans duos Cardinales* Bernhardum *Presbyterum &* Gregorium *Diaconum ob Episcopos quosdam incommodos abrogandum a Pontifice Eugenio missos secum habuit. Pentecosten deinde Wormatiæ agens, Moguntinum Archiepiscopum* Henricum *per eos exauctoranit, cui Cancellarium suum* Arnoldum *suffecit.*

S. Bernhardus *excusat illum,*

* Extat epistola *S. Bernhardi* pro *Henrico* Archiepiscopo ad legatos scripta, in qua eius simplicitatem & innocentiam commendat, &

Scripta ad Cardinales legatos epistola,

est talis: *Dominis & Patribus reuerendis Apostolicæ sedis Legatis, puer sanctitatis eorum, Bernardus Claræ vallis vocatus Abbas, per omnia Deo placere, & gratos fructuosæ suæ legationis manipulos reportare. Etsi corpore remoti, sed affectu & bona voluntate vobis appropianimus, optantes & orantes, duci actus & studia vestra ad omne, quod decet & expedit. Inde est, quod audientes, miserandum illum Archiepiscopum Moguntinensem, vocatum ad vestram præsentiam, ibique responsurum aduersariis suis, ausi sumus, vestram pro eo interpellare bonitatem. In hoc enim credimus honorificari ministerium vestrum, si (quatenus salua iustitia licet) parieti inclinato, & macerias depulsæ humeros vestræ auctoritatis supponitis, nec calamum quassatum conteri, nec linum fumigans (quod in vobis est) extingui permittitis. Sentiat, obsecramus, sibi profuisse, & precem nostram & suam simplicitatem, ob quam fertur a falsis fratribus circumuentus potius, quam inuentus in aliquo dignus depositionis.*

De Collegiali Neuhusen.

** Locus non procul ab ipsa vrbe Wormatia, vbi quondam Chlotarii ac Dagoberti piissimorum Francorum Regum aula memorabilis fuit, quæ postmodum anno Christi DCXLVI ab ipso Dagoberto in ecclesiam Canonicorum conuersa, sanctoque Dionysio consecrata: a Carolo deinde Magno Imper. eiusdemque filio Ludouico egregie ampliata ac dotata fuit; qui Ludouicus Imperator acceptis Romæ S. Cyriaci martyris reliquiis, easdem ad hanc ecclesiam detulit, eamque de nouo in eiusdem sancti martyris honorem per Samuelem Wormatiensem Episcopum anno DCCCXLVII consecrari fecit; vnde antiqui extant versus hi:

Regalis quondam solii memorabilis aula;
Iam tibi, Cyriace, sum noua digna domus.
Qua felix celebris recubas rectturus habenas
Hic tranquilla tuis ossibus esto quies.
Te prior ante ibat Areopagita patronus:
Nunc ambo ætherea plaudite rupe patres.

De hac ecclesia fusius in nostris *annalibus Wormatiensibus*, quos præ manibus habemus.

†† *Dodechinus* in appendice ad chronicon Mariani Scoti, *anno*, inquit, *MCLIII* Henricus *Archiepiscopus Moguntinensis in Pentecoste ex præcepto Eugenii Papæ depositus est, &* Arnoldus *Cancellarius electus est.* Ceterum iuste an iniuste depositus fuerit, varia est assertio scriptorum. Excusandam esse simplicitatem dicit in sua epistola *S. Bernhardus*, ob quam a falsis fratribus circumuentus fuerat. *Conradus* Episcopus in hoc chronico itidem ipsum innocuum prædicat. *Otto* tamen, Episcopus Frisingensis, noxium eum asserit, qui de hac Cardinalium in Germaniam legatione, & *Henrici* depositione hæc habet; *At Rex* (Fridericus videlicet) *in proxima Pascha Babenberg coronam gestans, duos Cardinales videlicet* Bernhardum *Presbyterum &* Gregorium *Diaconum, ad depositionem quorundam Episcoporum ab Apostolica sede destinatos, secum habuit. Proximam dehinc Pentecosten Wormatiæ ferians*, Henricum *Moguntinæ sedis Archiepiscopum, virum pro distractione ecclesiæ frequenter correptum, nec correctum, per eosdem Cardinales deposuit*, ac Arnoldum *Cancellarium suum per quorundam ex clero ac populo, qui illuc venerant, electionem ei subrogauit.* Hæc citatus *Otto. Conradus* vero Episcopus, autor chronici huius, ab exordio rem gestam narrans, omnem culpam reiicit in *Arnoldum*, Henrici Archiepiscopi proditorem, atque in legatos ab ipso *Arnolao* pecunia corruptos. Præfuerat autem Moguntinæ sedi *Henricus* annis XI.

Vtrum iuste an iniuste depositus fuerit, variant opiniones.

Totam historiam depositionis *Henrici* Archiepiscopi, iam fuse satis in supradictis expositam, breuiter complectitur *Iustus Lipsius* in monitis & exemplis politicis, lib. II cap. XI de iustitia diuina his verbis: *Friderico Aenobarbo Imperatore, Antistes Moguntinus fuit* Henricus, *vir pius, tranquillus suarum rerum; & ideo Roma accusatus, vt ineptus sine inutilis muneri, quod gerebat. Accessit* Arnoldus, *qui postea in locum eius venit, & fertur ab ipso* Henrico *missus ad purgandum, igni oleum addidisse; & purpuratorum quosdam Patrum corrupisse, & in se vertisse. Eo ventum, vt Cardinales duo Moguntiam missi, de caussa quæsiuerint,* Henricum *damnarint, abdicarint,* Arnoldum *illum subrogarint. Henricus patienter id ferens hactenus, questus est, vt diceret:* iniuste iudicastis; appello igitur ad Iesum Christum, æquissimum iudicem, ibi me responsurum exhibebo: venite! *Illi ioco eludentes:* cum præcesseris, nos sequemur. *Profecto factum est; nam ille post annum fere & dimidium fato concessit: & rumore ad aures Cardinalium delato, iterum illudentes*, ecce præcessit, *inquiunt*, nos sequemur. *Secuti sunt, & vno die vterque subito obiit. Addunt annales de genere mortis, quæ sileo: nec assensum huic narrationi firmiter etiam dono.* hæc *Lipsius* loco citato.

Quo facto Henricus *ad Deum tanq. iudicem appellat.*

IV Venerabilis vir *Henricus*, tam manifesta peruersitate turbatus, ipsos peruersos alloquitur in hunc modum; *Si ad sedem Apostolicam appellarem contra vestrum iniquum processum, Papa forsan ipse nihil amplius attentaret, & nihil mihi accresceret, nisi labor corporis, amissio rerum, & afflictio spiritus, & euisceratio mentis, & euacuatio gratiæ. Appello ergo ad Dominum IESVM CHRISTVM, tanquam*

*tanquam iudicem iustissimum. Vos cito ad eius tribunal. ibi * mihi coram summo iudice me responsurum exhibebo. Non enim iuste, nec secundum DEVM, sed mercede corrupti, sicut placuit, iudicastis.* At illi; *Quum tu praecesseris, nos sequemur.* Hæc autem ridentes & deridentes dixerunt. Acta sunt hæc anno gratiæ MCLIII. Dominus Henricus abiit * ad quoddam claustrum Cistercienſis ordinis, non monachus effectus, sed in consueto habitu vitam ducens. * vobis.

Henricus *in Saxoniam secessit, Eimbecique post pauces menses obiit.*

* *Aduersariorum iniuria*, inquit *Serarius*, *oppressus & depositus* (Henricus) *in Saxoniam secessit, Embecique placide quieteque pauculos, quibus eius & peccata expiari, & virtutem probari DEVS voluit, menses egit; nam eodem anno MCLIII obiit Calend. Septemb. vt* Dodechinus *inquit: sed epitaphium pro* Calendis *habet* Nonas Septemb. *Ioannes Leznerus* in chronico Eimbecensi germanico habet, quod hic *Henricus* Moguntinus Archiepiscopus post depositionem suam in Saxoniam commigrauerit, vbi in ciuitate Eimbecensi in curia monasterii Amelungsbornensis Ord. Cistertiensis, a Domino *Wernero*, eiusdem Abbate, benigne ac honorifice susceptus, aliquandiu adhuc vixit, quem tandem eodem anno MCLIII defunctum in ecclesia, *auff der Neustatt*, Eimbeci dictus Abbas sepeliri curauit, hac superimposita lapidi sepulchrali orichalcinis litteris inscriptione:

Anno Domini MCLIII Nonis Sept. obiit Reuerendus Pater Henricus Felix *Archiepiscopus Moguntinus.* *Epitaphium Henrici,*

Ad Christum sospes eat huius corporis hospes.

Superaddit idem autor; *Hæc tumuli inscriptio licet in magno illo incendio, quo anno MDXL in ciuitate exorto, hoc ipsum monasterium conflagrauit, etiam perierit, illius tamen copiam in peruetusto Missali praeter alia inibi notata fuisse repertam.*

Laudibus vero non exiguis illud extollendum est, quod ipsum *Henricum* in Episcopatu dicere solitum tradunt: *Fui diues Canonicus, pauper Praepositus, mendicus Episcopus.* *Dictorium illius.*

Huic suum obitum biennio ante prædixerat quædam S. virgo, *Hildegardis* nomine, Abbatissa cœnobii S. Ruperti prope Bingiam Moguntinæ diœcesis, de qua infra. S. Hildegardis *obitum ei prædixit.*

§ II

ARnoldus non moram faciens, quum fuisset, vt moris est, ab Imperatore regalibus inuestitus, Maguntiam venit, ibique solenniter est susceptus. Post annum fere dimidium venerabilis Henricus præsul defunctus, Deo, ad quem appellauerat, totum processum lachrymabiliter assignauit. Arnoldus *inuestitur & Moguntiam venit;*

II *Arnoldus* autem primordia sui consecrans præsulatus, purpuram optimam de Almaria tollens, sibi fecit vestes, tunicam, sorcotium, & mantellum, vt in Imperatoris curia glorioſior appareret. Sed omnipotens Deus non diu sustinuit istud nefas. Orta est enim dissensio valde grauis inter ipsos ciues Moguntinenses †. Nam vna pars dolebat vehementer, venerabilem virum Dominum Henricum ab Episcopatu amotum; alia gloriabatur & superbiebat Arnoldum substitutum. Erat enim oriundus de ipsa parte ciuitatis, quæ Selehoven nominatur. Tam grauis autem crescebat de die in diem inuidia inter ciues, vt tribus diebus in septimana congrederentur, & per plateas cum gladiis, & fustibus, ac contis, cuspidibus, & lanceis inuicem se mactarent, caderentque hinc & hinc, tanquam oues occisionis. Nec se *Arnoldus* interponere curauit pro pace & concordia reformanda; sed suos fautores potius contra partem aduersam animauit. Propter quod accidit, vt pars illa de Selehoven, quam fouebat & animabat Arnoldus, maius monasterium * occuparet, illoque pro castro vteretur contra aduersarios. *pretiosas vestes sibi facit:* *Dissensione inter ciues Moguntinos orta,* *& in nerum erumpente,* *vni parti ciuium assistit.*

† Occasionem tantæ, tamque funestæ seditionis, quæ fuit inter ciues Moguntinenses, ortam fuisse tradunt, ex capitatione quadam bellica, & Adelberti Archiepiscopi priuilegio ciuibus quondam dato. Huc spectare arbitror, cuius meminit *Dodechinus* in anno MCLVIII, *Quidam*, inquit, *ex clero Moguntinæ ecclesiæ, scilicet Gotfridus Abbas S. Iacobi, & Burchardus Praepositus S. Petri, cum aliis, omnesque simul vrbani, maiores cum minoribus, Episcopum suum* Arnoldum *nimis exosum cœperunt habere, & Imperatorem aduersus eum sæpe interpellarunt. Soli, qui* Silthouera *dicuntur, partibus Episcopi fauebant.* Et postmodum anno MCLIX; *Aduersarii Episcopi Moguntinensis, post festum S. Remigii, synodum armata manu, vt eum exturbarent, ingressi; sed Comitibus cum suis ad arma alacriter conuolantibus, turpiter redire sunt coacti. Qua de re post festum omnium Sanctorum Episcopus Longobardiam petit, super hoc Imperatori querimoniam facere, sed & aduersarii eius euntem haud segnes subsequuntur.* Arnoldus *exosus fit multis.*

* Id est, ecclesiam maiorem seu metropolitanam *S. Martini*, de qua supra sat dictum.

III Durabat hæc dissensio dies multos, & Clerus grauiter oppressus, contemptus habebatur; quia iam copia maioris ecclesiæ eis concedebatur ad diuinum officium exequendum, non nisi pro illorum libitu laicorum, qui illud temere occu- *Ex quo multa mala ecclesiam Mogunt. premunt.*

pauerant; & iam quidem multi venerabilem *Henricum* conqueruntur mortis debitum exsoluisse.

Vltione interim diuina in morte duorum Cardinalium, qui Henricum *de posuerant, manifeste apparente:*

IV Rem refero, fratres, omnibus illius sæculi notissimam. Mors venerabilis Henrici multis innotuit; peruenit etiam ad aures illorum Cardinalium, qui ab Episcopatu eum amouentes se promiserant sequuturos, & ludentes ad alterutrum, dixerunt; *Ecce præcessit, suo tempore nos sequemur.* Et ecce transiit tempus breue, & ambo vno die moriuntur **. Nam vnus sedens in sede naturæ, vt purgaret ventrem, omnia intestina sua in cloacam eiecit, & animam miserabiliter exhalauit: alius manuum suarum digitos articulatim abmordens, & de ore expuens, deformatis manibus, quasi se ipsum deuorans, expirauit. O Deus vltionum, Domine Deus vltionum, hoc est, iustum exercens iudicium! Et in his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus extensa. Audita sunt hæc in terra nostra, & fama celebri diuulgata, nec a quoquam aliud dicebatur, quam: *Benedictus Dominus, qui venerabilis Henrici iuste iniuriam vindicauit.* Sic isti dies suos clauserunt.

Simul enim morte correpti.

** Huius exitii duorum Cardinalium, ac de iudicio Dei iusto aduersus eos exhibito, meminit quoque *Iustus Lipsius*, in supra notatis: itemque manuscripti quidam vulgares antiqui.

Discordia vero ciuium vehementius exardescente,

V Crescebat autem in malum vehementius odium & pugna ciuium prædictorum. Iam conducuntur de foris auxiliatores milites ab vtraque parte, peruenitur iam ad maiores. Nam quidam Comites promissionibus attracti, huic prælio se immiscuerunt †. Tractatur ab vtraque parte de sumptibus acquirendis: & pars, quam fouebat Arnoldus, festinatum consilium inuenerunt, & vt mutuo acciperent de ecclesiæ ornatu *, secretum habuere tractatum. Iam integritas ipsius ornatus in parte est non modice vulnerata. O Cardinales, Cardinales, pacem de terra accepistis, & vt homines se inuicem interficiant, vos fecistis! Quodcunque mali prouenit, quæcunque fuerint homicidia perpetrata, vestra est in caussa peruersitas, vestra est iniquitas operata, vt veniat super vos omnis sanguis, qui effusus est, & deinceps effundetur. Ecce in omni terra non est, qui huic malo velit occurrere ad sedandum; sed crescit & intumescit mare istud plenum frementium bestiarum, ventis afflantibus vtique ex inferno.

& ecclesia Mogunt. ornatus immiuuitur,

Hermannus *Com. Palat. diœcesin Mogunt. depopulatur.*

† Inter hos præcipuus fuit *Hermannus*, Comes Palatinus, qui absente, & bellum contra Mediolanenses gerente Rege, auxilio aliorum Comitum, multis *Arnoldum* Moguntinum Archiepiscopum, eiusque diœcesin, depopulationibus, cædibus, & incendiis affecit *. Sed Rex reuersus, vtrumque & Episcopum & Palatinum pœna, quæ ad omnium terrorem posteritatisque memoriam insignis esset, debita affecit; cuius meminit *Martinus Crusius* part. II Annal. Sueu. lib. X c. XIV his verbis: *An. MCLVI Imperator natalitia Domini Wormatiæ celebrauit. Ibi* Arnoldus *Moguntinus Archiepiscopus, & Hermannus Palatinus Comes in disceptationem trahuntur, eo quod Principe Friderico in Italia versante, ipsi interim rixantes inter se, contra se mutuo prædationibus & incendiis grassati fuerant. Cumque ambo cum complicibus suis deprehensi essent sontes; ambobus pœna imposita est. Vetus erat consuetudo pro lege inter Francos & Sueuos* (teste Othone Frisingensi) *vt si quis nobilis, ministerialis, aut colonus coram iudice talis rei conuictus esset; is antequam capitali supplicio afficeretur, ad ignominiam sui, nobilis canem, ceteri sellam, de Comitatu in proximum Comitatum portare cogerentur. Tunc igitur, Episcopo quidem ob pontificalis ordinis reuerentiam, ne ipse portaret canem, parsum est. Sed tamen pro eo canes portarunt Ludouicus Comes de Lohun, Wilhelmus Comes de Glitzberg, & alii; verum mox tamen cessare permisi sunt. Palatinus vero Comes, magnus Imperii Princeps, canem portare per Teutonicum milliare coactus est, ipse & decem socii eius Comites; inter quos Emicho Lyningen, Gotfridus Spanheim, Henricus Katzenelbogen, Conradus Kirchbergen, Henricus Didesheim. Pacem enim a Friderico mandatam vtrinque violauerant.* De hac pœna Palatini *Hermanni* & aliorum Comitum, vide *Dodechinum, Ottonem Frisingensem, Serarium,* & alios scriptores. Vocabatur autem hæc pœna antiquitus, *haremscara*, cui si quis obnoxius erat, debebat in propria persona, siue Comes, siue Nobilis fuisset, tecto capite portare magnum canem nigrum super humeris per totam ciuitatem, & etiam per integrum milliare. Huius meminit *Agapetus Diaconus* in scheda Regia Aphorismorum, aphoris. IV his verbis: *Magna* (inquit) *olim fuit legum & disciplinæ Imperialis acerbitas, rigiditasque, & mira Electorum, Ducum & Principum erga Imperatorem suum Romanum reuerentia & obedientia. Nam cum* Arnoldus *Archiepiscopus Mogunt. &* Hermannus Comes Palatinus *bellis mutuis totum pæne Rheni tractum infestarent, & depopularentur aliquando; in ius vocatis ipsos Wormatiam ad comitia Imperator; ibi cum vterque reus huius malefacti conuincerentur, ex lege consuetudinis Francorum & Sueuorum antiquæ, hæc pœna irrogata fuit pacis turbatoribus, & aliis decem Comitibus & Magnatibus eiusdem facti sociis; vt canem quisque*

Canum *portatio, pœna Principum pacem violantium.*

Sellæ *portatio inferiorum.*

Hermannus *Com. Pal. & alii Comites canes portare coacti.*

* Enimuero, Hermannum *aliis plane de caussis* Arnoldo *inimicum factum, hostemque*, Trithemius, *quem ad* Serarium *iam adduximus, chron. Hirs. ad an. MCLV p. 428. prodit.*

que humeris gestarent per integrum milliare Germanicum ex territorio suo in aliud: reliqui autem nobiles eidem pœnæ obnoxii suum Dominum sequerentur, ferentes scabellum, in quo residere posset princeps, si vel lassus ex via, aut onere cuperet respirandi gratia quiescere.

Hoc stricta lege tenendum erat, nec vlli hæc pœna, qui ea dignus erat, remittebatur, præterquam vbi vel senio cuiusquam, aut aliis grauissimis ex caussis alicui videbatur esse parcendum: tunc enim ipsimet quidem indulgebatur reo, sed tamen pro illo alius quispiam optimatum, summo loco natus, legi satis facere coactus fuit. Sic Nobiles, quando ob petulantiam & peruicaciam suam pœnas merebantur, a Principibus ad *stiuas* fuerunt admoti, atque eos sub iuga aratri coactos, equorum vice terram sulcare oportuit, donec positis superciliis didicerint tandem continere se & humiliare. Hoc testatur historia Landgrauii *Ludouici Ferrei* in chronico Saxoniæ *Mansfeldico*, & *Otbonis* Frising.

Nobiles ad stiuas admoti.

Hoc totum quod tunc cum dictis Comitibus actum fuit, pulchre describit *Guntherus* Ligurinus, illius temporis vates, lib. V gestorum Friderici I Imperatoris Barbarossæ dicti, his verbis:

Descriptio Guntheri, quomodo Principes canes persarint.

Hic quoque multimodas dubia sub lite querelas
Emersisse ferunt: quas inter maxima pœne
Hæc erat: Arnoldus *tuus, o Moguntia,*
Præsul,
Hermannusque *Comes, magna sub Principe summo*
Acriter inter se conflictum litis agebant.
Nam dum Teutonicis Rector submotus ab oris
Ausonias premeret bello seu legibus vrbes,
Tantus in Arctoo belli furor arserat orbe,
Vt penitus concussa suos Alemannia clades
Fleret, & absentem reuocaret sedula Regem.

Et paullo post, cum Wormatiæ in publico Imperatoris consessu variorum querelas descripsisset:

Tunc duo præfati proceres, Arnoldus, & alter
Aulicus ille Comes, multis vehementer in illos
Accensis, Regemque graui stimulantibus ira,
Ob sua multiplici crudeliter acta reatu,
Iudicio victi, capitalis vulnera noxæ
Excipiunt: ac ni grauis ætas, & sacer ordo
Pontificem tutata forent, aut sanguine pœnas
Solueret, aut summi pateretur probra pudoris.
Quippe vetus mos est, vbi siquis, Rege remoto,
Sanguine vel flamma, vel seditionis apertæ
Turbine, seu crebris regnum vexare rapinis
Audeat: ante grauem quam fuso sanguine pœnam
Excipiat, si liber erit, de more vetusto
Impositum scapulis ad contigui Comitatus
Cogatur per rura canem confinia ferre.
Sin alius, sellam. Cuius dispendia pœnæ
Ille Palatinæ custos celeberrimus aulæ
Non potuit vitare Comes, cunctisque videndus
Portauit scapulis passus plus mille latrantem.
Hanc quoque tunc alii simili pro crimine pœnam
Sustinuere decem Comites, totidemque coacti
Fœda tulere canes generoso pondera collo.
Cuius inaudita pœnæ timor altus in omnes
Irruit: vt nullus Procerum præsumeret vltra
Armata certare manu, sed pace sequestra
Iudicis arbitrio sua quisque reposceret æqui.

* Hic *Arnoldus* Archiepiscopus ornatum ac thesaurum ecclesiæ Moguntinæ, quem auctor *Conradus* Episcopus fuse describit, plurimum imminuit, & præcipue, quo posset obsistere copiis, & iniuriis Hermanni Comitis Palatini, de quo prius dictum, alterum crucis illius Willigisianæ aureæ, cui *Benna* nomen erat, pedem cum crucibus abstulit, militemque inde conscripsit, vt scriptores tradunt.

Arnoldus thesaurum ecclesiæ imminuit;

Crucem, cui Benna nomen, mutilat.

VI Iam se immiscet Arnoldus. Qui cum esset, Archiepiscopus loci, fautores plurimos acquisiuit in propriæ ciuitatis interitum & iacturam, nolens parcere, vt quidam ei imponebant, nec sexui, nec ætati; propter quod consilium pars aduersa, vt in mortem sui Domini armarentur, iniit.

ac ipse interitum Moguntiæ promouet.

VII Longo ergo & secretissimo habito tractatu, in proposito scelere se inuicem adhortantes, se roborant & coniurant, tacent & abscondunt quidquid pro sua malitie perpetrandum.

Contra quem factiosi conspirant;

VIII Sed nihil opertum, quod non reueletur. Per plures enim admonitus Arnoldus, est præmonitus, vt se cautius obseruaret. Qui fertur suis monitoribus respondisse: *Canes Moguntinenses mordere non norunt, nec aliquid valent, quam latratibus deterrere; a corde carentibus timeantur.*

quod tamen Arnoldus despicit.

IX Erat quidam Abbas in claustro Eberbach, ordinis Cistercienſis **, qui ipsum Arnoldum pro suis excessibus sæpe litteris arguit, & imminentia pericula intimauit. Erat quædam sancta virgo, nomine *Hildegardis* †, quæ per spiritum vidit ipsum Arnoldum citius moriturum; scripsisse quoque dicitur ei in hæc verba: *Pater, prospice tibi, canibus enim sunt funes abstracti, qui insequuntur te* ††. Non autem acquieuit monitis aliquorum *.

qui ab Abbate Eberbacensi, cui a S. Hildegardi de periculo imminenti monetur.

Monasterii Erbacensis

** Hic Abbas dicti monasterii (quod diœcesis Moguntinæ, in Ringauia situm, & ab apro & riuo præterfluente *Eberbach*, vulgo *Erbach* nominatur, anno Christi MCXXXI, sub Lothario Rom. Imp. instinctu ac hortatu S. Bernhardi, ab *Adelberto* seniore, Comite Saræpontano, Archiepiscopo Mogunt. & Apostol. sedis legato fundatum fuit) *Ruthardus* fuit appellatus, vir spectabilis, & in omni religione & virtutibus probatus, qui a sancto Bernhardo

Abbas Ruthardus,

do vna cum conuentu monachorum de Claravalle assumtus, primus eiusdem loci Abbas fuit ordinatus, qui & templum nouum de integro, ea qua hodie videtur structura ac mole, fabricando incepit, quod postmodum successor eius scripta) *Moritur autem sub Friderico Imp. I, anno Domini MCLXXX, Indict. XIII, XV Calend. Octobr. ætatis suæ ann. LXXXII, sepulta in medio chori iam dicti monasterii S. Ruperti (quod ipsa construxerat) ante maius altare.* Moritur.

quando mortuus. eius *Arnoldus* compleuit. Obiit autem *Ruthardus* Abbas iste, vitæ sanctimonia, continentiæ puritate, modestiaque nobilissimus, anno Christi MCLXXIII, XIX Calend. Septembr. postquam præclara suis posteris monumenta reliquisset, ac S. Bernhardi, præceptoris sui, vestigia imitatus, summa cum laude & felici rerum successu annis XLII monasterio præfuisset. Sepultus in vestibulo templi in ambitu ipsius monasterii, in sarcophago muro incluso, vna cum duobus suis in Abbatia successoribus, videlicet *Arnoldo* & *Gerhardo*, cui inscriptio apposita est hæc:

Epitaphium trium primorum Abbatum.

Abbatum lapis iste trium tenet ossa priorum
Istius ecclesiæ, quæ flagrat amore Mariæ,
Ruthardus *primus erat*, Arnoldusque *secundus*,
Tertius Gerhardus, *dolus in quo non fuit vllus.*
Istorum vita virtutibus est redimita.

S. Hildegardis *diuinis reuelationibus illustrata multa scripsit.*

† Hanc *Trithemius* in catalogo illustrium virorum ita depingit; Hildegardis *sanctimonialis, Abbatissa monasterii S. Ruperti confessoris in opposito Bingensis oppidi, ex altera parte Nahi fluminis, Moguntinæ diœcesis, ordinis D. Patris Benedicti, oriunda ex Comitatu Spanhemensi, discipula quondam B. Virginis Guttæ, sororis Megenhardi, Comitis de Spanheim, fundatoris nostri* (scil. monasterii Sponheimensis, cuius ipse *Trithemius* Abbas erat,) *virgo sanctissimæ conuersationis, & a pueritia sua diuinis reuelationibus illustrata, multis in vita sua miraculis claruit, & odorem sanctitatis in longinquas regiones diffudit, adeo vt Eugenius III, Anastasius IV, Adrianus IV, & Alexander III, Romani Pontifices eam scriptis suis crebro visitantes, & se, & Romanam ecclesiam orationibus eius commendarent.*

Eius scripta approbantur. *Eugenius quoque III, in concilio apud Treuerim habito, S. Bernhardo, & multis Cardinalibus, Episcopis, Abbatibus, & clericis præsentibus, libros huius virginis publice coram omnibus lectos approbauit, tanquam diuinitus inspiratos, & Catholicæ fidei consentaneos, & vt cœpto perseueraret in proposito, epistolis Apostolicis admonuit. Scripsit autem multa opuscula ex reuelatione angelica, de quibus extant subiecta* (hic enumerat *Trithemius* omnia

†† Extat alia eiusdem sanctæ Virginis *Hildegardis* ad *Arnoldum* Archiepiscopum epistola in hæc verba: *O pater, viuens lumen hæc verba mihi ad te dedit: Quare faciem tuam abscondis a Deo, quasi in perturbatione iracundæ mentis tuæ? Nam mystica verba a me non profero, sed secundum ea in viuenti lumine video: itaque sæpe, quæ mens mea non desiderat, & quæ etiam voluntas mea non quærit, mihi ostenduntur, sed illa multoties coacta video. Posco tamen a Deo, vt auxilium suum non sit tibi quasi exilium, & animæ tuæ sit deuota in pura scientia, respiciens in speculum salutationis, vt in æternum viuas. Splendidum etiam lumen gratiæ Dei a te nunquam abscindatur; sed misericordia Dei te protegat ita, ne antiquus insidiator te decipiat: nunc autem oculus tuus in Deo viuat, & viriditas animæ tuæ non arescat. Lux viuens tibi dicit; cur non es fortis in timore tuo? quasi zelum habes, quasi triticum excribres, ita vt superando delicias, quod tibi contrarium est. Sed hoc nolo. De oculo autem cordis tui inquietam mentem absterge, & de te ipso, & de populo tuo iniustitiam abscinde, quia tempus bellorum in moribus hominum nunc instat, ita quoniam nec in disciplina, nec in districtione timoris Domini sunt. Tu autem ne formides eos ad bonum coercere, quam si propter hoc tribulationem & angustiam sustinueris, ne paueas, quia filius Dei eadem passus est. Surge ergo ad Dominum, quoniam tempus tuum cito veniet.* S. Hildegard. Arnoldum *Archiepisc. per epistolam admonet.*

* Durum *Arnoldi* animum nullatenus flecti potuisse, nec precibus nec monitis multorum, insinuat autor, vt pacem inter partes vtrasque statuisset, ac suæ saluti ipsemet prospexisset; de quo non incongrue dici potest: Arnoldus *Archiepiscopus non curat admonitiones aliorum.*

Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca sonarent,
Quodque foraminibus tibia mille canit:
Quodque leues calami, quod suauis cantat aedon,
Quod lyra, quod citharæ, quod moribundus olor;
Non potuit duram Arnoldi flectere mentem,
Consiliisque bonis non dedit ipse fidem.

Quum igitur in monte Iacobæo diu restitisset, ciues Moguntini ad arma conuenunt. X Accidit, vt in vigilia Ioannis Baptistæ, post prandium, de quodam oppido Bingen †, ciuitati Maguntinensi appropinquaret, ac se in clausto monachorum iuxta muros ciuitatis, ad S. Iacobum, in monte speciosо * (sic enim dicitur) se locaret. Et ecce Maguntinenses vsque in crastinum sese armant, & constituunt, vt cum in ipso die Ioannis audita fuerit campana, quilibet sit paratus; & factum est ita. Venit dies, & maturius solito prandent omnes, pulsatur campana, & a maximo vsque ad minimum vniuersa ciuitas congregatur. Præsul Arnoldus se iam dederat quieti **, & audito campanæ sonitu, vltra quam credi possit, vehementer expauit, & timor irruit super eum, amissoque rationis gubernaculo, quid posset facere, ignorabat. Obstruxit autem repagulum, & lapidibus & lignis quibus poterat, ianuas omnes monasterii memorati. Turba autem turbata ex aduerso omnes portas & fenestras, vel quoscunque alios exitus obseruabat, ne euaderet, quem quærebant. Iam ignem ad officinas admouebant ††; vix & cum multa

Et dum ille se defendere conatur, monasterium occupant, ac incendunt.

multa difficultate monachi receſſum obtinuerunt ; & dum monaſterium fumo plenum, flammisque per circuitum premeretur, ipſe Præſul turrim monaſterii aſcendens, miſericordiam deprecatur, & ſi quem offendiſſet verbo vel facto, ſatisfacturum ſe, ſuppliciter pollicetur. Sed turba, viſo Pontifice, clamare cœpit furioſe, nec poterant ſupplicantis verba præ tumultu turbatæ turbæ intelligi vel audiri; ſed admoto igne ad turrim, in qua ſtabat, ipſum de turri deſcendere compellebant; flamma iam monaſterio dominatur.

Tum ipſe miſericordiam ciuium fruſtra implorat.

Bingenſe oppidum vetus.

† In quibuſdam litteris *Bingium* ſeu *Pinguia*, vulgo *Bingen*. Huius oppidi ſupra mentio fuit in *S. Hildegarde* virgine, de quo *Münſterus* ſic ; *Locus iſte propter confluentiam Rheni & Nahæ vetuſtiſſimus eſt, tenuitque nomen ſuum a natiuitate Chriſti vſque in hunc diem. Hic olim interfectus fuit Druſus Auguſti priuignus, aut, vt alii ſcribunt, lapſus ab equo interiit. Extat in hunc vſque diem* Druſelbrunn. *prope oppidum iſtud fons, qui a Druſo, Druſelbrunn vocatur.* hæcille. *Tacitus* quoque huius oppidi mentionem facit. Iuxta hoc oppidum pons Nahæ flumini impoſitus eſt lapideus, qui a *Willigiſo* Archiepiſcopo Mogunt. extructus fertur. Iuxta illud oppidum in medio Rheni cernitur turris quædam, quæ a muMäusthurn. ribus nomen habens, vulgariter *der Mäusthurn* appellatur, in qua quondam Hattonem Moguntinenſem Epiſcopum ob facinus quoddam in pauperes perpetratum, a muribus abſumptum eſſe, vulgaris eſt hominum opinio.

Monumentum antiquiſſimum, glandiſaxum, *vulgo Eichelſtein.*

Cœnobium S. Ruperti prope Bingiam.

Huic oppido ex altera parte Nahæ adiacet nobile virginum *S. Ruperti* cœnobium, ab ipſa ſancta *Hildegarde*, de qua ſupra, anno MCXLVII fundatum. Hoc ipſo loco ipſum oppidum *Bingenſe* olim ſtetiſſe, in vita S. Ruperti exprimitur.

Monaſterium S. Iacobi prope Moguntiam.

* Monaſterium hoc ordinis D. Benedicti ſub patrocinio *S. Iacobi* Apoſtoli maioris iuxta murum ciuitatis Moguntinæ, in monte, qui antiquitus *Druſi*, poſtmodum vero *ſpecioſus* appellatus fuit, ſitum, a D. *Bardone* XX Archiepiſcopo, ac IV Electore Moguntinenſi, anno ML, primum fundari cœpit, eoque defuncto a ſucceſſore eius *Luipoldo* Archiepiſcopo ædificatum ac conſummatum, magnificeque dotatum fuit : atque ab eodem anno MLV conſecratum, Abbate illic primo conſtituto D. *Walthero*, multarum virtutum viro, vt annales ipſius loci iam dudum editi teſtantur : quocirca hic plura de eodem ſcribere ſuperuacaneum duco. Extat iuxta hoc ipſum monaſterium, antiquiſſima illa ac prægrandis ſubſtructio, toto pæne orbi cognita, quæ a glandis figura, quam præ ſe ferre cernitur, *glandiſaxum*, vulgo *Eichelſtein* nuncupatur, altitudinem habens centum pedum & planitiem in cacumine pedum octo : baſin vero in circuitu pedum CXXXII. Hanc autem in Druſi honorem ac memoriam extructum eſſe, conſtans & communis fere exiſtimatio omnibus eſt : licet nonnulli ſint, qui coniectura ducti, monumentum Aurelii Alexandri Imperatoris Romani, Moguntiaci in tumultu militari occiſi, hanc eſſe putant. Sed fuſius de ea in *antiquitatibus Moguntinis*, quas, Deo annuente, breui in lucem dabimus. Ad propoſitum noſtrum reuertamur.

Incipit interitus luctuoſus Arnoldi *Archiepiſcopi.*

** Hic incipit autor, iuxta vaticinium S. Virginis *Hildegardis*, tragicum Arnoldi interitum ac miſerabilem vitæ finem deſcribere, in vindictam, ſiue (vt inquit *Baronius*) intruſionis promeritum, quem Deo vltore accepit poſt damnatum ſua ſententia Alexandrum Romanum Pontificem, in exemplum terribilis iudicii magni Dei.

Quando monaſterium S. Iacobi fuerit incenſum;

†† Diuerſæ ſunt hic diuerſorum opiniones : horum aliqui poſt cædem ipſius *Arnoldi* Archiepiſcopi monaſterium *S. Iacobi* incenſum volunt ; alii iam prius vinente adhuc ipſo ignem admotum aiunt. *Trithemius* in Chron. Hirſaug. *ſcelere*, inquit, *peracto* (occiſo nimirum *Arnoldo*) *criminis impii auctores ſe ad ciuitatem cum feſtinatione receperunt, ſtatimque comites & miniſteriales interempti Archiepiſcopi, vna cum macellariis monaſterium ipſum, violenter fugatis monachis, deprædantes incendunt, & omnes manſiones monachorum penitus euertunt.* Huic etiam *Dodechinus*, *Albertus Stadenſis*, & alii aſſentire videntur. Sed autor noſter verius ante ipſius Epiſcopi interitum iam ignem admotum fuiſſe dicit, quemadmodum & alii teſtantur. Antiquum quoque manuſcriptum, quod in bibliotheca monaſterii *S. Iacobi* aſſeruatur, innuit, quod ante ipſius *Arnoldi* mortem eius miniſteriales ac milites propter flammas ab ipſo fuerint ſegregati.

Sub habitu monachi effugere tentat, ſed miſerabiliter mactatur;

XI Videns ergo monachos obtenta ſecuritate abſcedere, tentat, ſi forte & ipſe cum eis, & inter eos poſſit euadere. Aſſumpto itaque habitu monaſtico occultari tentat, vt & ignem, qui inualuerat, & gladium euaderet, quem timebat. Apertis eccleſiæ valuis, cum monachis fere abſceſſerat; ſed a quodam eſt cognitus & detentus infelix †. Quidam primo gladium vibrans collo Epiſcopi immerſit : alter in fronte * eius percutiens mucrone ab aure vſque ad aurem ſuperiorem partem capitis ad inferius diuiſit. Sicque actum eſt, vt alii contis, alii fuſtibus, alii gladiis, alii lapidibus mactantes, ſolo tenus præcipitarent. Iacentem ſic, & vulneribus & ſanguine deformatum, vulgus nequam & peruerſum veſtibus ſpoliarunt, quidam annulos de digitis abſtulerunt. Reliquiæ quædam, quas collo pendentes ſolitus erat ferre, ab aliis ſunt ablatæ. Hæc autem circa horam nonam parum ante veſperas ſunt peracta, nec poterant clerici ab ipſis malefactoribus aliquatenus obtinere, vt ſaltem occiſus in loco traderetur debito ſepul-

• eum

occiſus, a plebe veſtibus ac annulis ſpoliatur:

turæ.

triduo inhumatus relinquitur: a mulierculis inhumaniter tractatus,

turæ. Sic ergo iacebat in campo ſuper foſſam ciuitatis, vbi canum & luporum tranſitus habebatur, deſiderantes, eum & ab huiuſmodi beſtiis deuorari. Tribus diebus ſic nudus toto corpore manens, veniunt aliquæ maledictæ feminæ, caſeorum & ouorum atque olerum venditrices, mercatrices, meretrices, ſaxisque dentes Pontificis contuderunt: aliæ vero ſtipites ardentes & titiones fumantes eius gutturi infixerunt, adiicientes linguis & labiis maledicta. Poſt diem tertium Canonici S. Mariæ ad gradus, iam incognoſcibilem & fœtentem, furtim ſublatum, deferunt in ipſam eccleſiam, lachrymoſis ſuſpiriis ſepeliendo *.

a Canonicis Marianis sepelitur.

Cades miſerabilis Arnoldi *varie deſcribitur,*

† *Arnoldi* Epiſcopi cædem referunt multi, ſed obiter. Anno MCLX, inquit *Dodechinus*, Arnoldus *Præſul Moguntinus reuertitur, & in natiuitate Domini Ioannis Baptiſtæ a Moguntinenſibus occiditur in monaſterio S. Iacobi; monaſterium vero incendio & præda vaſtatur. Albertus Stadenſis* Abbas, an. Domini MCLX ait, Arnoldus *Mogunt. Archiepiſcopus in atrio eccleſiæ B. Iacobi occiditur, ipſaque eccleſia cum omnibus ædificiis monaſterii igne comburitur.* Vberius in Hirſaug. chron. *Trithemius*, cuius verba hæc ſunt: *Peracto concilio* (ſcilicet Paduano, in quo Fridericus Imperator Victorem præſentem pro Papa ſuſcepit, Alexandrum vero abſentem condemnauit) Arnoldus *Archiepiſcopus Moguntinus, licentia ab Imperatore ſuſcepta, Moguntiam reuerſus eſt. Tandem cum in die natiuitatis B. Ioannis Baptiſtæ ad monaſterium S. Iacobi extra muros Mogunt. cauſſa deuotionis exiuiſſet*, Gotfridus *Abbas eiuſdem loci*, & Burchardus *Præpoſitus S. Petri, vna cum ceteris conſpirationis ſociis, ſicarios de inſidiis, quos conduxerant, emittentes, Archiepiſcopum in eodem cœnobio crudeliter occiderunt, ciuibus magna ex parte conſentientibus. Scelere peracto criminis actores ſe ad ciuitatem cum feſtinatione receperunt, ſtatimque comites & miniſteriales interempti Archiepiſcopi, vna cum macellariis monaſterium ipſum, violenter fugatis monachis, depræda tes incendunt, & omnes manſiones monachorum penitus euertunt.* Hæc ille. *Bruſchius* hunc tragicum *Arnoldi* interitum his verbis deſcribit: *Anno MCLXVIII* (reponendus MCLX numerus, qui forte errore typographi falſo mutatus fuit) *in die S. Iohannis Baptiſtæ, miſere a ſuis Moguntinis ciuibus, incomparabili tyrannide trucidatus in cœnobio S. Iacobi, veſtibuſque exutus, & in ſterquilinium præcipitatus eſt; vnde a pauperibus quibuſdam iterum extractus, mortuus etiam per integrum triduum horribilibus modis tractatus; tandem vero a Canonicorum collegio clam quæſitus, in vrbem portatus, & cum ſummo luctu terræ mandatus eſt, in D. Virginis collegiata eccleſia.*

Totius autem huius tragœdiæ initium ac finem fuſiſſime recenſet manuſcriptus quidam vulgaris, qui in bibliotheca *S. Iacobi* Mogunt. aſſeruatur, cuius tamen autoris nomen non notatur. Sed quoniam hoc argumentum alteri cuidam in manibus eſſe intelligo, fuſius hunc tragicum actum deſcribenti; eundem hic pluribus enarrare ſupersedeo.

* Triduo poſt immaniſſimam necem, incognoſcibilis ac fœtens a Canonicis D. Virg. *ad gradus* clam ſublatus, in eorum eccleſia in medio choro ſub lapide magno depoſitus fuit, ſed nulla inſcriptione ſuperaddita.

Ad gradus ſepelitur in medio choro.

XII O furiam Moguntinam, o maledicta gens, dura corde, gens immitis, gens intractabilis, gens indomabilis, gens iniqua, inuiſa cælo & terræ; impia in Deum, ſeditioſa inuicem, temeraria in ſancta pace: quam nemo neminem honorantem honoret, nemo neminem amantem amet. Væ tibi infelix Maguntia, quæ proprium patrem mactas, vt te in ſuperbiam ponas, & parias genimina viperarum. Acta ſunt hæc MCLX.

O Cardinales, huius rei vos eſtis initium. Venite ergo, venite, haurite nunc, & ferte architriclino veſtro diabolo, eique offerte cum ea, quam deglutiſtis, pecunia etiam vosmetipſos.

§ III

Rudolphus *Dux Zaringenſis a ciuibus Arnoldo occiſo ſucceſſor datur.*

PErpetrato hoc ſcelere, aliud ſibi curare ſatagunt; nullam clericis, quorum interat eligendi poteſtas, licentiam concedentes; aſſumtoque quodam *Rudolpho*, cognomine *Clobelauch*, fratre Friderici Ducis Zæringiæ, in ſedem collocant *, adhuc occiſi Præſulis ſanguine fumigantem. Hoc autem factum eſt, vt poſſent vltionem Imperatoriam, quam meruerant, euitare. Erat enim idem *Rudolphus* vir potens, amicus ipſius Imperatoris, conſanguineus, propinquus. Hic pro inueſtitura regalium, & conſecratione ſua, ac pallio acquirendo, quod eſt pontificalis honoris inſigne, conſultans ac pertractans, quando ſumptus non habentur in promptu, vnde poſſent res huiusmodi acquiri, quibus in honore ſuo acquiſitis dignitas obtineri, & obtenta valeret conſeruari, ei ad nutriendum ignem ſumptuoſæ ambitionis, quaſi lignorum ſtruem, ſecretiores conſiliarii conſilia ſubminiſtrant. Theſaurus eccleſiæ nimius & inutilis perhibetur; quid enim grues argenteæ ad fumigandum altare? Poſſet & eccleſia tota thurificari thuribulis cupreis abun-

Quo facto de theſauro ec-

abundanter. Item, ad quid calices aurei & gemmati tantæ quantitatis, vt in eis non valeant diuina mysteria celebrari. Hæc & similia consilia placuerunt; quæ eo poterant facilius & citius adimpleri, quo percusso pastore, grex dispersus iam ambierat vagabundus. *Ecclesia Moguntina dissipando traslatur.*

Tres post eadem Arnoldi *in sedem Mogunt. electi fuerunt.*

* *Tres post immanem* Arnoldi *eadem electi fuere*, inquit *Serarius*, Rudolphus, *Conradi Zæringiæ Ducis filius, a furente adhuc populo & vi adacto Clero*; Christianus *Comes de Buche, Thuringus, ab Hasso & Conrado Palatino*; Conradus *frater Ottonis Palatini, Comes de Wittelsbach, a Friderico Imperatore.* De duobus his vltimis postmodum dicendum erit; de priore autem, *Rudolpho*, hæc habet *Dodechinus: Scelere peracto, sceleris auctores cum Clero, licet coacto*, Rudolphum *filium Conradi Ducis de Zæringen, Episcopum substituunt postposita fide, quam prius in manus Imperatoris dederant.* De hoc *Rudolpho* plura in sequentibus. Cum autem autor hunc fratrem *Friderici* Ducis Zæringensis nominat, in eo errat, quoniam nullum fratrem huius nominis habuit *Rudolphus*, sed vnum *Bertholdum*, qui frustra contra Philippum Cæsar aliquando electus fuit, Zæringensis familiæ propagatorem; alterum *Adelbertum*, qui Ducum Tecensium conditor extitit; tertium *Hugonem*, multorum prædiorum & feudorum in Brisgoia dominum, absque herede defunctum, de quibus vide genealogicos scriptores. Huius autem *Rudolphi* parens *Conradus Dux Zæringius*, inquit *Elias Reusnerus* in genealogia Ducum Zæringiæ, *Comes Brisgoiæ, & Præfectus Turegiensis, ætate iam grandior, ob Ducatum Sueuiæ patri ademptum, dum Friderico Hohastaussio bellum mouet, a Friderico Barbarossa, huius filio, victus, & Turego, nobilissimo Sueuiæ oppido, exclusus, simul eius Præfecturam amisit, vna cum Comitatu Hochburgico: quem Imperator Fridericus postmodo in feudum concessit Marchioni Veronensi.* Naturæ satisfecit anno Christi MCLII, sepultus in cœnobio D. Petri, in finibus nemoris Hercynii. Cum vxore *Clementia*, nobili Francorum Ducum prosapia orta, obtinuit Comitat. Burgundiæ, a Iura monte ad Heluetios vsque se extendentem; quem minorem vocant Burgundiam. *vt & patre eius.*

in hic Rudolfus,

de quo sigillatim.

II *Rudolphus* ergo iam dictus Episcopus nominatur, disponensque itineri suo, brachium ab illa magna cruce, de qua supra mentionem fecimus, quæ BENNA vocabatur, ad vsus necessarios amputauit *, fideliter promittens, se reparatu rum brachium æqualis ponderis & valoris, si peracto negotio prosperum iter ei faceret DEVS. Proficiscitur versus Romam; sed præualuerat fama ad curiam, quæ facta fuerant manifestans; & Papa tactus dolore cordis intrinsecus de morte crudelissima Archiepiscopi, & de infamia intrusionis Rudolphi per manum laicam, & eorum maxime, qui crimen homicidii perpetrarunt, ipsam intrusionem, intrudentes cum intruso, excommunicationis anathemate condemnauit. *Rudolphus Clobelauch* ad curiam non peruenit, inque via diem clausit extremum †, procul dubio eius crucifixi occisus brachio, cuius ipse brachium amputarat. Rudolphus *brachium de cruce illa aurea*, Benna *dicta, pro pallio Romam mittit*; *a Pontifice autem repudiatur cum suis donis, & excommunicatur.*

* *Anno MCLXI*, inquit *Dodechinus*, *totum quod residuum fuit* (scilicet de illa cruce *Benna*, iam a *Marcolpho* & *Arnoldo* Episcopis mutilata) *supradictus* Rudolphus *cum beneplacito Moguntinensium sumpsit, & placaturus sibi & illis Imperatorem, Longobardiam pergit, sed frustra perrexit: quia Conradus Palatinus alium nomine* Christianum *Episcopum leuauit*; *& Rex munera* Rudolphi *& aurum spreuit, sicque Moguntinenses cum suo Episcopo delusi sunt.* *Beatus Rhenanus* lib. II rerum Germ. *Primus*, ait, *thesaurum istum imminuit* Rudulfus Clobeluchus, *frater Ducis Zæringensis, quem* Arnoldo *cæso populus Mogunciacensis substituit, dum regalibus* (*vt vocant*) *suscipiendis & pallio redimendo quærit pecuniam. Nam* Bennæ (*crucifixi nomen est*) *alterum brachium abstulit.* Quod autem iste *Rudolphus* non primus fuerit, qui hanc crucem mutilauit, dictum est in superioribus.

Rudolfus *non statim mortuus, sed Leodiensis Episcopus factus est.*

† Quod hic *Rudolphus* statim in itinere versus Romam eodem anno obierit, iuxta *Conradum* Episcopum, varii contradicunt autores, qui eum postmodum ad Leodiensem ecclesiam promotum fuisse, ac tandem an. MCLXXXIX in itinere Asiaticæ expeditionis contra Saracenos decessisse scribunt. Horum autem omnium primus est & antiquissimus *Aegidius*, S. Mariæ aureæ vallis cœnobita, in superioribus citatus, qui floruit anno MCCXXX. Hic in historia Episcoporum Leodiensium de hoc *Rudolpho* hæc habet: *Post Alexandrum* (Episcopum Leodiensem, qui obiit an. MCLXVII) Radulphus *vir secundum sæculi dignitatem non infimus, frater scilicet Bertholdi Thuringiæ* (*Zæringiæ* scripsisse debebat) *Ducis, ac frater Conradi & Alberti, adiuuantibus auunculo suo Henrico Comite Namurcensi, & aliis cognatis suis viris nobilibus, electus est Episcopus sexagesimus secundus, vir vtique acri ingenio & sæculari prudentia, qui valde laude dignus extitisset, si quod acceperat gratis, dedisset gratis. Is Mogunciæ post* Henricum & Arnulphum (Arnoldum) *erat Archiepiscopus, sed quia stimulante auaritia confregerat* Bennonem, *hoc est, quandam statuam auream in ciuitate Moguntina, quam Iudæi suo ære iussu Imperatoris erexerant, eo quod pincernam eius nomine* Benonem *occidissent, aurum vero omne expenderat, & cognatis suis diuiserat, idcirco ab Archiepiscopatu cedere debuit.* Sed quando scribit hic autor, *erat Episcopus*, non est ita, sed solummodo a furente populo Mog. postulatus ac intrusus, a Pontifice

eius auaritia, tifice vero repudiatus. Quod autem de auaritia eius dicat, & quod gratis accepta gratis rursum non dediſſet, fusius explicat alio in loco his verbis : *Iisdem diebus Dominus* Rudolphus *auaritiæ facibus succensus, aliquot prædecessorum suorum* (videlicet in ecclesia Leodiensi) *errorem detestandum non solum verbo approbauit, sed etiam opere adimpleuit. Fecit enim non mirabilia, sed miserabilia in vita sua : spirituale namque in temporale commutans, de incorporali fecit corporale, quod esse alienum a rerum natura non dubium est. Præbendas namque in foro rerum venalium per manum cuiusdam carnificis, qui appellabatur Vdelinus, senex quidam & inueteratus dierum malorum, vendi faciebat ; ad ipsum igitur omnes confluebant, qui præbendas emere volebant : nam in eum omnis potestas translata fuerat mercimonii tam sacrilegi.* Hæc ille. quomodo autem super hoc reprehensus fuerit, vide apud eundem in chronico Episcoporum Leodiensium, qui de pœnitentia ac obitu eiusdem Rudolphi hæc scribit ; Rudolphus *Episcopus, proprii sceleris eum acriter perurgente conscientia, crucis charactere coram omnibus insignitus, & ad partes Hierosolymitanas profectus est, anno Domini MCXC. Profectus & eodem itinere Romanorum Imperator Fridericus magnus cruce signatus, & alii multi.* Et quibusdam interiectis : *Noster vero* Rudolphus *postmodum reuertens ad propria, cum iam quasi in ianuis soli natalis esset, vitiatum veneno ferculum siue poculum* (vtrum tamen hoc vel illud, ambigimus) *latenter sibi oblatum sumpsit, vt dicitur, sicque vitam finiuit, sepultusque est in quadam proprietatis suæ ecclesia, anno Domini MCXCI.* De hac *Rodulphi* pœnitentia ac crucis signatione sic loquitur *Lambertus paruus* (vt in annotationibus citati autoris Aegidii *Ioannes Chapeauillius* habet) *an. Domini MCLXXXVII* Radulphus *Episcopus Leodiensis cum Imperatore Friderico & Optimatibus totius Imperii cruce signatur ab Henrico S. R. E. Cardinale, ad recuperandam terram sanctam, quam Saladinus anno præcedenti christianis eripuerat.* Idem referunt gesta Abbatum *S. Laurentii*, Leod. diœcesis, & *magnum Chronicon Belgicum.* Hæc de *Rudolpho* antiquissimus autor ille Aegidius. Aliorum æqualis est relatio, nisi quod in anno obitus ab hoc priore secedant. D. *Ioh. Pistorius*, S. Theol. Doctor, Pont. Max. Prælatus domesticus, Vratislauiensis Præpositus, in genealogia Ducum Zæringensium de *Rudolpho* hæc habet : Rudolphus (*Conradi Ducis & Clementiæ C. Namurcensis filius*) *Episcopus Mog. sed reiectus sit Episcopus Leodiensis ; profectus cum Barbarossa Cæsare in Syriam, & moritur Herderæ prope Friburgum an. MCXC.* *Reusnerus* in genealogia eorundem Ducum ; Rudolphus, inquit, *Leodiensis Præsul in celeberrima illa in Palæstinam expeditione obiit Losannæ circa annum Christi MCXC, sepultus in S. Petri cœnobio.* Idem in Ducibus Lotharingiæ de eodem, quem tamen male ibidem *Simonis II*, Simplicis, & Pacifici Lotharingiæ Ducis, ex *Agnete* Namurcensi & Luxemburgensi Comitissa filium esse scribit, hæc habet : Rudolphus *Archiepiscopus Mog simoniæ labe fœde deformatur, qui a ciuibus obsequium detrectantibus expulsus* (non a ciuibus expulsus, sed ab ipsis postulatus, & a Pontifice repudiatus fuit) *ope auunculi Comitis Namurcai ad Leodiensem promotus est ecclesiam. Comes tandem Friderici Imp. in Asiatica expeditione contra Saracenos, in itinere decessit, anno MCLXXXIX.* Ex his itaque testimoniis clare liquet, *Rudolphum* istum Moguntinum postulatum non statim in itinere versus Romanam curiam obiisse, vt noster autor *Conradus* Episcopus scribit, quem & alii scriptores secuti sunt ; sed triginta ferme annis adhuc superuixisse, ac Leodiensem Episcopatum diu rexisse.

pœnitentia ductus, ad terram sanctam proficiscitur,

vtneno vitam finit.

III De thesauro hoc sciatur, quod qui olim affluxit, nunc velocius auolauit. Magna eius pars Imperatori creditur affluxisse, pars ab aliis ablata, Iudæis pignore obligata, pars furtim subtracta ; dispersi sunt lapides sanctuarii, non quidem in capita platearum, sed in bursas furantium.

Moguntini ob occisionem Arnoldi *ab Imperatore pœnis afficiuntur ;*

Ciuitas Moguntina in pagum redigitur.

Munitiones ecclesiæ hinc inde destruuntur.

IV Quæ vindicta sequuta sit mortem Domini Arnoldi, hic credimus non tacendum. Ab Imperatore proscripti perpetuo exilio sunt damnati, hi scilicet, qui manu nefanda ipsum facinus perpetrarunt ; ipsa ciuitas omnibus iuribus & libertatibus ac priuilegiis perpetuo est priuata. Murus, & fossarum, & aliæ turrium munitiones sententialiter condemnatæ, & destructa funditus & euersa ; ita vt ciuitas ipsa deinceps lupis & canibus, furibus & latronibus pateat peruia, nec vnquam reædificandi habeat facultatem : insuper & plebs ipsa perpetua infamia subiaceat, totius deinceps exsors gratiæ & honoris. Destructæ etiam sunt munitiones ipsius ecclesiæ in diuersis locis, & ecclesia multipliciter afflicta.

Non murus solum urbis,

† Vindictam huius cædis fuse explicat autor, cuius etiam mentionem faciunt diuersi scriptores vetustiores. Rem paucis notat *Albertus* Stadensis : *Imperator*, inquit, *Moguntiam destruxit, & interfectores Archiepiscopi trucidauit.* Sed pluribus *Monachus Erfordiensis* in additionibus ad Lambertum Schaffnaburgensem his verbis : Anno MCLXIII *Imperator Fridericus primus Moguntiam cum magno terrore ingressus, curiam suam ibidem habuit, ciuibusque timore in diuersa fugatis, murum in circuitu omnesque munitiones ciuitatis funditus destrui præcepit, ob necem* Arnoldi *Archiepiscopi.* Et alio in loco ; sub anno MCLXV, *maxima*, inquit, *clades oppressit Episcopatum Moguntinensem, destructis castellis Rusteberg, Horburgk, Amanaburg, Bingen ; subuerso etiam funditus muro*

muro in Erphensfurt a Ludouico secundo Landgranio *. *Gotfridus* monachus S. Pantaleonis Coloniæ in suis annalibus: *Anno Domini MCLXIII*, inquit, *Imperator curiam celebrem apud Moguntiam habuit, & quosdam conuictos de interfectione Archiepiscopi* Arnoldi *digna vltione multauit, & ad reprimendam ciuium insolentiam, murum destrui ciuitatis mandauit.* *Albertus Krantzius* lib. VI Saxoniæ: *Imperator Moguntiam circumsedit, vindictamque sumpsit de ciuibus, quod Archiepiscopum suum in ecclesia Diui Iacobi oppressissent.* Fusius rem narrat *Dodechinus* his verbis: *Anno MCLXIII Imperator Pascha Wormatiæ celebrauit, & in octaua cum Principibus Moguntiæ curiam habuit. Vrbani pane omnes, exceptis valde paucis ex infimis, & quibusdam, qui ad Cæsaris gratiam prius venire meruerunt, de ciuitate fugerunt, ne inueniret eos illic Cæsar. Vnus quidam de tanta turba sceleratorum, Brunger nomine, captus, & ante Cæsarem ductus, capitalem sententiam accepit.* Gotfridus *Abbas S. Iacobi præsentatus, vt se de obiectis purgaret, inducias accepit: sed non valens, pulsus est ab Abbatia & patria; monachi vero in vna domo clausi iussu Imperatoris, qui ante obedientiarii erant, videntes in malo se positos, alii per fenestras, alii quocunque ingenio fugam captabant, reliqui abire permissi sunt. Sicque illo in loco diuina omissa sunt. Murus etiam ciuitatis iubente Cæsare diruptus est.* Ex *Dodechino* eadem fere narrat *Trithemius*, & superaddit: *Abbate itaque vna cum monachis omnibus expulso, & monasterio S. Iacobi penitus destructo, locus ille per annos XIV sine habitatoribus mansit desolatus, sicque diuinæ laudis obsequia ibidem sunt intermissa. Denique ad comprimendam ciuium insolentiam, murus in circuitu ciuitatis, iussu Imperatoris, ex toto destructus est, & in puluerem resolutus; Et sic Moguntia sine muro per annos triginta septem permansit. Crusius*, hic (Imper. Fridericus) inquit, *cædis auctores perpetuo exilio damnauit (Brinnigero, vt capite coniurationis, decollato) ciuitatem omnibus priuilegiis in perpetuum priuauit; muros & turres funditus destrui iussit: vt furibus, lupis, canibus introitus pateret, nec vnquam instaurationem faciendam sanciuit.* *Ligurinus* huius vrbis destructionem hoc carmine describit:

verum etiam Monasterium S. Iacobi destruitur.

Ciuitas Mog. per annos 37 sine muro stetit,

priuilegiis omnibus priuata.

Turribus hæc eadem (Moguntia) *quondam murisque superba,*
Pane fuit toto sedes notissima regno,
Donec ob infandum detestandumque furorem,
Strata luit meritas occiso Præsule pœnas.
Inde ruinosis deformis & horrida muris.
Testatur iustas offensi Principis iras.

* *Posteriora hæc* Monachi verba *ad pœnas, quas de Moguntinis sumsit Fridericus, male referri, manifestum est, & vel ex iis, quæ post asseruntur, patet.*

§ IV

SVccessit post hoc Dominus Conradus, Imperatoris consanguineus, de Bauaria oriundus *. Sed suscitauit diabolus inter Imperatorem & Archiepiscopum immortales inimicitias †, quia erat adhuc misera ecclesia Maguntinensis amplius castiganda. Caussam huius discordiæ longum esset enarrare; ideo prætermitto: nam & præsentem materiam non contingit. Dominus itaque Conradus Imperatoris non habens gratiam, exul & profugus fugit, Romam venit, ibique Imperatori, quicquid mali poterat, fabricauit **. Papa pro quadam caussa Imperatorem excommunicauit, ortumque est graue schisma inter ecclesiam seu Clerum, & Imperium. In his omnibus Dominus Conradus fuit Imperatori aduersarius capitalis. Sic ergo iterum ecclesia Maguntinensis patris spiritualis est solatio destituta. Non erat, qui clericos in ipsa diœcesi ordinaret, chrisma consecraret, pœnitentes admitteret, moniales velaret, capellas & ecclesias consecraret. Hæc omnia mala ob venerabilis Henrici ab Episcopatu amotionem, cuius supra memoriam fecimus, pullularunt. O misera ecclesia Maguntinensis, quid pateris? O lugubre & amarum poculum, quod tibi ira Dei miscuit ad potandum!

Conradus Palatinus de Witelspach fit Archiepiscop. Moguntinus.

Ab Imperatore Friderico e sede pellitur,

cui aduersarius sit capitalis.

Misero inter hæc ecclesia Moguntina statu.

* Cum post *Arnoldi* Episcopi cædem tres, vt supra dictum est, fuerint in Moguntina sede designati, quorum primus fuit *Rudolfus* Zæringensis, a furente populo, & vi adacto Clero, de quo iam supra dictum; alter *Christianus* Thuringus ab Hasso & Conrado Palatino; Tertius *Conradus* C. de Wittelsbach, Ottonis Palatini frater, ab Imperatore Friderico. Itaque priore a Papa repudiato, Fridericus Imperator, altero etiam *Christiano* postposito, tertium *Conradum* Palatinum in sede Moguntina tutatus est. De quo *Dodechinus*; *Anno MCLXII*, inquit, *Imperator in Longobardia res publicas agens, Christiano priore electo interim neglecto, cum electione Priorum Moguntinæ ecclesiæ, qui tunc inibi plures præsentes affuerunt, Episcopum constituit Moguntinæ sedi* Conradum, *fratrem Ottonis Palatini.* Sed hic non diu permansit, verum ab ipso Imperatore rursum e sede deturbatus fuit, vt in sequentibus patet.

† *Anno MCLIX* (inquit *Trithemius*) *cum Adrianus Papa Fridericum Imperatorem pro coniugii dissidio excommunicare disponeret, morte præuentus mense Octobri ab hac vita discessit. Quo mortuo, magna in ecclesia Dei turbatio subsecuta est. Cardinales namque ad inuicem dissentientes, duos sibi Pontifices elegerunt, Rolandum Cancellarium, quem Alexandrum III appellarunt, & Octauianum, quem Victorem IV nuncuparunt. Porro Alexander, verus Christi Vicarius, prædecessoris sui sententiam per omnia approbauit, sed Victor Imperatori plurimum fauebat.* & alio in

Magna in ecclesia turbatio, dum duo Pontifices simul creati.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

loco sub anno MCLXIV idem *Trithemius*:

Conradus *Archiepiscop. adhærens Alexandro vero Pontifici contra Imperatorem, sede sua pellitur.*

Conradus *Archiepiscopus Moguntinus Alexandro Papæ, & contra voluntatem Imperatoris, fide & iuramento confœderatus est, atque ab Imperatore & eius antipapa recessit; vnde indignatus Imperator, de Archiepiscopatu Moguntinensi eum expulit, & fugere ad ipsum Papam Alexandrum coegit.* Huius etiam meminit *Bruschius* his verbis; *Præfuit vix biennium* (scil. *Conradus* Mog. Archiepiscopus) *cum & ipse ab Imperatore Friderico e Moguntina cathedra deturbaretur, eo quod Octavianum Cardinalem tituli S. Cæciliæ non vellet habere & agnoscere pro Romano Pontifice. Dodechinus* sub eodem anno; Conradus, inquit, *Moguntinus electus confœderatus est Orlando, qui & Alexander, fide & iuramento: Vnde & ab Imperatore pulsus est Episcopatu. Historia Erphesfortensis* de Landgrauiis Thuringiæ hæc habet; *quia* Conradus *Archiepiscopus Moguntinus adhæsit Papæ contra Fridericum* (Imp. excommunicatum) *ideo a Friderico Episcopatu est privatus, & maxima clades depressit Episcopatum, destructis plurimis castris, scilicet Rostenburgk, Horberg, Amelburg, Bingen; & a Ludouico Thuringiæ Landgranio, iussu Imperatoris Friderici, eius sororio, murus ciuitatis Erffordiæ in contemptum Episcopi Moguntinensis funditus destruitur & euertitur.*

Conradus *Archiepiscop. Mog. ad Pontificem fugiens Cardinalis & Episcopus Sabinensis designatur.*

** *Romam igitur fugiens* (inquit *Bruschius*) Conradus *ad Pontificem Alexandrum, propter quem in tale periculum inciderat, Episcopus ibi Sabinensis electus & designatus Cardinalitio etiam galero donatus est, seque deinde semper adhuc & Archiepiscopum Moguntinum, & Episcopum Sabinensem in omnibus publicis literis professus est. Onuphrius Panuinius* in prima creatione Cardinalium Alexandri Papæ III, *Anno*, inquit, *MCLXIII, Pontificatus V,* (scilicet Alexandri) *mense Decembri, in Galliis Papa Alexander III primo creauit Cardinales, qui fuerunt* Conradus *de* Staphen, *Sueuus Germanus, Imp. Friderici affinis, ex Archiepiscopo Moguntino & Saltzburgense, Episcopus Cardinalis Sabinus,* scilicet creatus est, & reliqui. *

* *Conf. huc, quæ diximus ad* Serarium *in annotat. ad § III & V in* Conrado *primum Moguntinensi Archiepiscopo.*

§ V

Christianus *sit Archiep. Mogunt. contra* Conradum.

VIdens Dominus Fridericus Imperator durum sibi fore, & contra Papam, & Archiepiscopum certamen gerere, Domino Conrado aduersarium suscitauit. Instituit ergo Dominum *Christianum*, suæ quidem curiæ Cancellarium †, loco Domini Conradi Bauari, virum vtique miræ prudentiæ, in rebus ambiguis & arduis, subtilissimi consilii & velocissimi inuentorem; erat etiam vir miræ patientiæ in aduersis; nulla in prosperis superbia extollebatur; vultus benignitate omnibus gratiosus, & aliis honestis moribus adornatus. Hunc ergo quia tam ecclesiasticarum, quam sæcularium personarum fauorem cognouit habere, constituit Episcopum Maguntinensem. Durauit hoc schisma annis XVIII. Tandem Dominus Christianus se interponens inter Papam & Imperatorem, ambos ad concordiam reuocauit. Actumque est de Episcopatu Maguntinensi, vt Dominus Christianus Archiepiscopatum Maguntinensem obtineret pacifice & quiete: & Dominus Conradus Saltzburgensem Archiepiscopatum accipiens gubernaret; erat enim in ipsa ecclesia a puero enutritus. Quieuerunt mala per tempus modicum, & Dominus Christianus obiit; obiit autem iuxta Romam. Grauiter ægrotanti vicinus erat summus Pontifex, qui Episcopum, vt proximaret, paternis litteris hortabatur: cumque Papa ad Archiepiscopum peruenisset, sed languor in tantum prævaluerat, vt Patri sancto assurgere non valeret: facta ergo confessione summo Pontifici, de manu eius communicationem sanctam accepit, aliaque ecclesiæ sacramenta, & Dominus Papa, facta & dicta indulgentia, in pace abiit, & Dominus Christianus Deo animam reddens, mortem obiit *. Audita morte Domini Christiani, Imperator intime doluit, & vniuersa eius curia, & omnes, quotquot intellexerunt, grauibus suspiriis sunt turbati. Rursum etiam misera ecclesia Maguntinensis plorans plorauit, quod dolor eius renouatus est.

Conradus *vero exul, fit Archiepiscop. Saltzburgensis.*

Christianus *interim fatis functus.*

Christiani *genus.*

† Deturbato ab Imperatore *Conrado*, ab eodem reuocatus Moguntiam fuit *Christianus* Comes a Buche, Thuringus, prius etiam cum *Rudolpho* Zæringensi, & ipso *Conrado* ab Hasso & Palatino, vt dictum est, electus, ipsius Friderici Imper. Cancellarius, quem *Bruschius* his verbis describit; *Erat Princeps & corporis proceritate, & omnibus ingenii bonis clarissimus, & idcirco Friderici Imperatoris supremus Cancellarius, quem in Italiam proficiscentem secutus ille, multa ibi præclara facinora edidit; prope Tusculum parua manu Germanorum quindecim millia Romanorum cecidit.* D. *Ioan. Latomus* Decanus Francofurtensis: *fuit*, inquit, *diuersis naturæ dotibus ad miracula vsque conspicuus; facundus, illustris, largus, magnanimus, Latina, Græca, Italica, Gallica, Belgica lingua vt sua vtebatur, diuinarum scripturarum non ignarus. Laudat illum vir celeberrimus Leo Thuscus, Emanuelis Constantinopolitani Imp. orator. Scripsit* vitam & gesta Friderici Imp. Epistolas diuersas, orationes præstantes. *Illum orantem admirati sunt Itali, vt* Trithemius & Crantzius *aiunt, vnde hæc eius elogia habemus. Vsus est eius opera plurimum Imperator.*

dotes corporis & ingenii,

Virtutes & doctrina,

scripta,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

perator in legationibus obeundis, in bellis vero maxime. Serarius de eo hæc habet: Fuit ab Imperatore cum exercitu in Italiam missus, ibidemque, vt ait libro VII Nicetas, plures a Pontifice vrbes auulsit; sed ab Imperatoris Constantinopolitani equitatu profligatus cum suis omnibus, & captus est. Fuissetque, vt ait idem Nicetas, fortasse Byzantium missus, nisi Imperator antea obiisset. Vide, si libet, historiam Venetam in Sebastiano Zinao, & Arnoldum Abbatem Helmoldo adiunctum, in quibus tamen personarum & temporum errata plura. Gotfridus Monachus S. Pantaleonis in suis annalibus hæc scribit: Anno MCLXXI Imperator Christianum Moguntinum Archiepiscopum in Italiam misit, qui per quinque fere ibi degens annos, multa strenue operatus est. Nam Anconam ciuitatem maritimam expulsis Græcis Imperatori restituit. Vituperatur idcirco, inquit idem Serarius, tanquam militaribus nimium studiis deditus, & aquo minus Episcopalibus; itemque tanquam ecclesiæ Romanæ iniquior. Nec sane culpatur iniuste, si vera sunt omnia, quæ apud Crantzium lib. VI Metropolis cap. vlt. & lib. VII cap. I, & ab aliis scriptoribus narrantur, quæ hic breuitatis causa omittimus.

Expeditiones bellica, *fatum,* *gesta & res.*

* Godefridus monachus S. Pantal. Colon. Anno Domini MCLXXXIII Christianus, inquit, Maguntinus Episcopus in Italia moritur, cum iam ibi iussu Imperatoris per vndecim fere annos armata manu Longobardos, Tuscanos, Græcos edomuisset. Bruschius de eius obitu hæc habet: Mortuus tandem in Italia non procul a Roma anno Christi MCLXXXIII, cum præfuisset Archiepiscopali sedi Moguntinæ XIII annis cum summa laude. Huic infert Serarius; sed si expulsus est Conradus anno MCLXIV, vt dictum est, & præfuit iste Christianus annis XIII, eum necesse est mortuum non anno MCLXXXIII, sed anno MCLXXVI. At præfuit annis XVII, & sic potius anno MCLXXX mortuus fuit. Quo ipso anno eum a Principe Montisferati captum & incarceratum fuisse scribit Robertus de Monte Abbas in appendice ad chronicon Sigeberti Gemblacensis, qui ipsius obitum in annum MCLXXXII reiicit *.

Mors.

* Obiit sane Christianus anno MCLXXXIII; vt ad Serarium plurium scriptorum testimoniis dedimus probatum.

§ VI

POst hæc Principes quidam Dominum Conradum Saltzburgensem Archiepiscopum, Imperatoris recuperata gratia reformant, vt ipse Imperator eundem Archiepiscopum Conradum ad Maguntinensem ecclesiam redire postularet, quod ipse Dominus Conradus maximo desiderio affectabat †. Suscipitur ergo Dominus Conradus in ecclesia Maguntinensi, tanquam fuisset angelus Dei. In continenti autem postea grauem ponebat exactionem in Clerum, & mirati sunt vniuersi, & omnes, qui audiebant, dicebant: Qualis est hic, qui tributarium facit Clerum? Sed conualuit hæc pressura, & exin hoc suis deinceps successoribus relinquebat.

Conradus gratia Cæsaris ad sedem Moguntinam redit,

† Eo defuncto (scilicet Christiano, inquit Bruschius) rediit e Roma Maguntiam Conradus Episcopus Sabinensis, qui rursum Moguntinum Archiepiscopatum gubernauit annis XVII laudabiliter ac vtilissime. Sed non multo post (addit Serarius ex autore Conrado) cum nouam quandam Clero exactionem imponeret, magna multos admiratio subiit.

II Modico tempore post Imperator Fridericus †, dum transiturus esset riuulum paruulum, qui pedibus poterat transmeari, impetu aquæ quasi submersus est. Ipse dicebatur fuisse aliquantum grauis venerabili viro Domino Henrico Archiepiscopo, & ad ipsius depositionem occulte consilium ministrasse. Huic filius suus Henricus VI successit ††, quieuitque terra a prœliis.

modico post tempore Friderico Imper. filius Henricus succedit.

Friderici Barbarossa Imperatoris interitus,

† Friderici Imperatoris obitus, qui anno MCXC accidit, fuse ac varie a scriptoribus narratur. Abbas Vrspergensis ita: Deuenit in Armeniam; vbi peccatis nostris promerentibus, dum in æstu maximo, in flumen, quod Serram incolæ appellant, lauandi gratia descendisset, mortuus est; & accessit damnum inæstimabile christianis. Nauclerus volum. II gen. XL sic: Quodam die calore æstuans, cum lauandi gratia ad quendam descendisset fluuium, rapidum amnem inexploratum ingreditur; tantorumque exercituum Imperator in vndis periit, in totius christianitatis irrecuperabile detrimentum *. Mortuus est autem (inquit in historia Sueuorum Fr. Felix Fabri) hic inclitus Princeps, eiusque funus a filio repertum Tyrum delatum, ibique cum luctu sepelitur, in cuius sepulchro hi sculpti sunt versus:

Si probitas, sensus, virtutum copia, census,
Nobilitas orti possent resistere morti:
Non foret extinctus Fridericus, qui iacet intus.

* Legi hic merentur, quæ personatus auctor Georgius Rumelinus, pluribus edisserit fascic. XVIII biblioth. nouæ Halensis p. 696 & seq.

Obiit autem (pergit idem) anno XXXVIII Laus, Imperii sui, vir certe magnificus atque præclarus, qui adeo suo tempore dilatauit Imperium, vt post Carolum Magnum gestorum magnificentia vix parem haberet, & perpetuum Sueuorum decus esset, & omnium Germanorum. Eius elogia plura vide apud auctores diuersos.

†† Citatus auctor Fr. Felix Fabri; Filius autem, inquit, eius Fridericus, Dux Sueuiæ, qui cum patre fuerat, cum paucis ad obsidionem Ptolomaidæ venit, ibique post paucos dies etiam obiit in sacro prœlio. Hunc Principes exercitus Domini statim loco patris creauerunt in

in Regem Romanorum in ipsa expeditione; sed, vt dictum est, non multis diebus superuixit, ideo inter Reges Romanorum non connumeratur. Et paullo post; *Mortuis itaque Friderico I, & filio eius in expeditione Ierosolymitana, creatus est Imperator Romanus de consensu Principum filius Friderici I Henricus VI, Dux Sueuiæ, natus de Stauffen, anno Domini MCXC, & imperauit annis VII. Erat autem hic Henricus in agendis strenuus, in hostes acer, in largiendo munificus, Princeps statura mediocri, decora facie, corpore tenui, animo autem imperterrito, & hostibus formidando.*

Dum vero Conradus *eccles. Mogunt. iterum praest, maior ecclesia conflagrat;*

III Iam sperabat ecclesia Maguntinensis post tot calamitates, miserias, pressuras, iacturas, ærumnas, fletus & vulnera in statum surgere potiorem, & pastoris proprii protectione & præsentia consolari. Sed adhuc diuina hoc vltio non admisit; nam ignis egressus de foro fœni *, quem veniens ventus ab oriente detulit super templum, combustaque ecclesia ** & libri multi & boni, priuilegia quoque multa & valde vtilia sunt consumpta, etiam pars ornatus magna partim ignibus deuorata, partim per asportationem subtracta.

Incendii huius etiam ab aliis mentio fit;

* Huius incendii, sicut & illius turbinis prodigiosi, qui hoc incendium subsecutus est, meminerunt etiam alii scriptores recentiores, sed ab ipso *Conrado* auctore, vt ex iisdem verbis apparet, edocti.

Ecclesia Mogunt. quarto igne destructa

** Hæc quarta fuit ecclesiæ Moguntinæ maioris destructio. Prima enim accidit anno MIX, in ipso dedicationis die, qua a *Willigiso* Archiepiscopo ac primo Electore eiusdemque fundatore, consecrata fuerat, nescio quo casu vel infortunio incensa, quam mox reædificare cœpit, sed morte præuentus beato Bardoni suo successori in Electoratu quarto consummandam reliquit. Secunda anno MLXXXI, sub *Sigefrido* XXII Archiepiscopo, quo vna cum maiore parte ciuitatis, ac aliis tribus ecclesiis, quarum nomina non patent, igne consumpta fuit, *Mariano* teste. Tertia rursum anno MCXXXVII, cum ciuitate conflagrauit sub *Adelberto I*, XXV Archiepiscopo. Quarta accidit hoc anno MCXC, cuius hic mentio fit.

Hinc Conrad. *nouam ecclesiæ fabricam incipit,*

IV Venerabilis autem Pontifex, Dominus Conradus, nouam monasterii fabricam inchoauit, sed non consummauit. In his omnibus nec Clerus a suis se lasciuiis temperauit, nec laici a sua malitia respirarunt.

qua post prodigioso turbine damnum accipit.

V Post paucos annos ventus veniens ab occidente, pinnaculum templi deiecit. Erat autem ligneum, & super ciborium antiquum collocatum. Cum tanto autem impetu in ipsam structuram ventus irruit occidens, vt quasdam trabes in Rhenum mitteret, quasdam vltra Rhenum ad milliare, iuxta villam Hocheim, in aere deportaret. Certissimum a multis famabatur, quod non ventus, sed diabolus hoc feciſſet; erant enim trabes quercinæ & abiegnæ, quantitatis illius, quæ in torcularibus solent esse. Ego memor sum istud vltimum accidisse. In omnibus his non est auersa ira Domini, sed adhuc manus eius extenta.

irruit is auctore viuente

Conrad. *contra Saracenos proficiscitur, & cum inter hæc Henricus diem obiisset, Moguntinensis ditio misere desolatur.*

VI Post hæc iter cœpit idem Archiepiscopus transfretare, & de manibus Saracenorum eripere terram sanctam, atque restituere cultui christiano: se ipsum & alios multos cruce signauit, mare transiuit, fere tribus annis militans Domino in partibus transmarinis *: circa finem anni tertii Henricus moritur Imperator **; heu! heu! væ terræ! de partibus Hierosolymitanis redit Archiepiscopus, terram reperit desolatam incendiis & rapinis. Nusquam enim, vbi rex non est gubernator vel potens, non potest a populo pax haberi. Desideratur ab omnibus Conradi Archiepiscopi aduentus, & ecce venit desideratus, & terram inuenit prœliis & incendiis conturbatam †, studebatque omni desiderio, pacem terris, & quietem prouinciæ reformare; & hoc feciſſet, si mortis debitum non soluisset. Graui enim ægritudine fatigatus, & cum de die in diem se conualescere speraret, subito & inspe-

Ipse vero Conradus *moritur* 1200

rata morte præuentus, Deo spiritum reddidit, MCC ††.

Iter ingressus sub an. 1197

* Sub annum MCXCVII (inquit *Serarius*) *cum a Cœlestino Pontifice, vt contra Saracenos in terram sanctam susciperet expeditionem, moneretur Henricus* (Imperator) *& ipse per se ipsum eo proficisci, aut non posset, aut nollet; destinauit illuc magnis cum copiis* Conradum *hunc nostrum* (Archiepiscopum Moguntinens.) *Conradum Herbipolensem Cancellarium suum, Henricum Saxoniæ Ducem, Leopoldum Ducem Austriæ, Hermannum Thuringiæ Landgrauium, aliosque complures Episcopos & Principes*, prout refert Vrspergensis. *In eo itinere,* ait *Bruschius*, *Leonem Armeniæ Regem coronauit, ex mandato Henrici* (Imperat.) *quemadmodum Conradus Herbipolensis Antistes Amalricum Regem Cypri. Robertus Abbas Montensis* in appendice ad Chronicon *Sigeberti Gemblacensis* hæc habet; *Archiepiscopus Moguntinus cum multitudine Alemannorum, & cum rege Hungariæ & regina profectus est in Palæstinam contra Saracenos & obtinuerunt Baruc, & quasdam alias vrbes, & regem Christianorum creauerunt Hannericum.*

Leonem Regem Armeniæ coronat.

Baruc *& alias vrbes expugnat.*

** Germaniæ Principibus plurimis, inter quos & *Conradus* Moguntinensis Antistes erat, in Syria versantibus, Henricus VI Imperator

De morte & sepultura Henrici.

in

in Sicilia interim versans, dum venationi operam dat, in silua ex frigidissimo fonte bibit: vnde in tebrim incidens, & Messanam deportatus, cum finem adesse sibi vitæ videret, filium suum paruum Fridericum, cum matre eius Regina Constantia, commisit tutelæ Pontificis Romani atque fratris Philippi, quem Romano Imperio, dum Fridericus adolesceret, præesse voluit. Inde III Kalend. Octobr. anno MCXCVIII in festo S. Michaelis animam Deo reddidit. Alibi ad MCXCVII, aut MCXCIX annum obitus eius ponitur. Sepultus Panormi in maximo templo.

Mortuo Henrico secutum bellum ciuile,

† Mortuo Imperatore Henrico, secutum est dehinc ciuile in Germania bellum, qua de re versiculus antiquus:

Augustus moritur: fugit hinc pax, lis reparatur.

cuius caussa schisma inter Philippum & Ottonem Reges Romanorum electos.

Hæc turbatio autem & belli motus ex Principum inconstantia de nouo Cæsare eligendo aduersus Henrici filium Fridericum præcipue moti fuerunt. Concertatio enim vehemens inter Philippum Sueuiæ Ducem, Friderici Barbarossæ filium, & Ottonem IV, Henrici Iunioris Superbi filium, de Imperii summa exorta fuit, & arma hinc inde quassata. Nam Philippus consensu Pontificis & fauore quorundam Germanorum Moguntiæ coronatus est: Otto vero Aquisgrani coronam accepit, sicque Germania duas suo cum periculo factiones fouebat; vnde prœliis & incendiis conturbata omnia, ex partibus maritimis reuersus *Conradus* Archiepiscopus inuenit. *Sed callidè*, inquit, *Vrspergensis, propter timorem Domini Papa se gessit in hoc facto; latenter tamen aduersatus Philippo potius, quam fauens: timebat enim eum* *.

* *Atenim conf. quæ dixi in eo*, secundum *Moguntinensi Archiepiscopo, in annotationibus ad* Serarii *§ VI n. 1, 2, 3, 4.*

Moritur Conradus, *pace inter Reges Hungariæ facta.*

†† Missus fuerat ab Imperatore *Conradus* Archiepiscopus in Hungariam ad pacandos, & in gratiam reducendos Reges Hungariæ fratres, Emericum & Andream, Belæ III filios, qui capitali odio inter se dissidebant. *Qui cum, concordia inter ipsos facta, ab Hungaria reuerteretur*, inquit M. S. *in partibus Austriæ, in territorio Patauiensi, carnis debitum soluit, in vigilia Simonis & Iudæ* (anno scilicet MCC) *cuius cadauer celebratis defuncti exsequiis, Wolfherus eiusdem loci Episcopus ad Maguntiam honorifice deuexit, ibique sepelitur, vti desiderauerat.* Hæc M. S. Quo autem in loco reconditus quiescat, non constat; verisimile autem videtur, ipsum in choro ferreo ecclesiæ maioris tumulatum. *Et hinc etiam apparet*, inquit *Serarius*, *postquam rediit ad sedem suam* Conradus, *siquidem statim, vt veri est simillimum, rediit, præfuisse adhuc annos XX, non autem solum XVII, vt ait Bruschius; & vniuerse annos XL, non autem solum XXXVII, vt idem scripsit Bruschius, siquidem interiectus Christiani principatus includatur.*

Tempus regiminis Conradi *Archiepisc.*

VII Audita morte Archiepiscopi, Dux Bauariæ, filius fratris eius †, omnem thesaurum & ornatum, quem in casulis, & infulis, & cappis habuit copiosum, & ecclesiæ donare disposuerat Maguntinensi, abstulit violenter; quod tamen Deus non reliquit inultum. Nam & ipse Dux post multum temporis interfectus, turpiter interiit ††; neque corpori Christi participans, neque regno, vt existimatur. Equidem iuste satis superque satis, vt qui beatum Martinum debito sibi decore spoliauerat & ornatu, ipse quoque cælesti ornatu & gloria priuaretur. O altitudo & profunditas iudiciorum iusti iudicis Dei, terribilis in consiliis super omnes filios hominum.

cuius thesaurum Dux Bauariæ ecclesia Moguntinensi aufert,

& post vltione diuina interiit.

Dux ille Bauariæ, Ludouicus,

† *Ludouicus* scilicet (non *Otto*, vt in auctore in marginalibus posuimus) secundus Dux Bauariæ, Ottonis Maioris, Comitis de Wittelspach, qui fuit frater *Conradi* Archiepiscopi, filius, qui ex Ludomilla Premislai Regis Bohemiæ filia stemma Boiaricum propagauit.

qui post Kelhemii interfectus.

†† Chelhemii scilicet post cœnam in ponte deambulans, a Stichio morione, quem per ludum incessabat *, cultello letali vulnere sauciatus, illico in conspectu omnium aulicorum exanimatus corruit XVI Calend. Octobr. anno Christi MCCXXXI, teste *Reusnero* & aliis. Corpus Schiram delatum magnifice regio luxu est humatum, postquam Bauariam a patris obitu rexisset annos XLVIII.

* *At vid. quæ annotaui ad* Parei *historiam Bauarico-Palatinam lib. II sect. I § 2 p. 64.*

§ VII

Schismate in Imperio, & ecclesia Moguntinensi exorto, duo de Episcopatu Mogunt. contendunt,

IMperator obierat, & surgunt duo Reges pro Imperio litigantes *; non est, qui a malis imminentibus se abscondat. Maguntinensis Archiepiscopus non est, & duo pro eo, quis eorum fiat maior, decertant †. Ex vtraque parte amici & fautores promissionibus & muneribus acquiruntur. Et turpe est dicere, ipsi Clerici electores simoniæ vitio maculantur, & multiplicantur mala super terram, & scinditur ecclesia Maguntinensium. Qui vni adhærent, cum eo recedunt: alii remanent cum altero. Sufficere poterat ad desolationem terræ vnum schisma; sed funes peccatorum dupliciter circumplexi, difficilius dissoluuntur.

Peruertunt cuncta simul hæc duo schismata iuncta
Regum, Pontificum, nec nouit amicus amicum.

* Mortuo scilicet Henrico VI, duo pro Imperio contendunt, Philippus scilicet Sueuorum Dux, & Otto IV, de quibus supra. De quo schismate vide auctores fuse satis scribentes.

Sifridus & Lupoldus.

† Mortuo Archiepiſcopo *Conrado*, duo rurſum in ſchiſmate electi fuerunt: *Sifridus* ſcilicet Baro *ab Epſtein*, maioris & S. Petri eccleſiarum Præpoſitus ab vna Capituli parte Bingiæ electus: *Lupoldus* vero Wormatienſis Epiſcopus ab altera parte, & Philippo Rege poſtulatus fuit. Sed Innocentius Pontif. III, repudiata poſtulatione Epiſcopi Wormatienſis *Lupoldi*, electionem *Sifridi* confirmauit; cuius decreto Archiepiſcopus deſignatus Bingiæ ſe continuit; verum *Lupoldus* in manu valida, fauore Philippi Regis veniens, Bingiorum oppidum cepit, & *Sifridum* cum ſuis electoribus inde exturbauit: qui ſe Coloniam ad Pontificis legatum Prænestinum conferens, per manus ipſius in ſacerdotem & Epiſcopum conſecratus fuit. Cuius mox litteris commendatitiis, Ottonisque Regis acceptis, Romam progreſſus, ab Innocentio Pontif. accepto pallio in Archiepiſcopum confirmatus fuit. Quoad tamen in viuis fuit Philippus Rex, Moguntinam ſedem tueri, eaque in vrbe manere haud potuit: ſed furori cedens in Italia degens, *S. Sabinæ* Cardinalis renuntiatus fuit, vbi per biennium (quo *Lupoldus* Wormatienſis Philippi Regis potentia adiutus ſedem Moguntinam occupauit) permanſit *. Fuit igitur iſtis temporibus in omni terræ ciſrhenanæ regione maxima calamitas; præcipue tamen in Moguntina prouincia. *Lupoldus* Wormatienſis excommunicato Regi Philippo, vtpote ſimilis ſimili, adhæſit, cum quo bellis omnibus perſonaliter interfuit, multaque mala in omni hac prouincia commiſit. Nam ſicut miles pugnauit, pauperes ſpoliauit, eccleſiis & monaſteriis minime pepercit. De cuius laudibus (vel quaſi) vide *Serarium* ex Cæſario plura referentem.

Roma confirmatus, & S. Sabinæ Cardinalis creatus.

Lupoldus ſedem Mogunt. occupat & Philippo Regi adhæret: eccleſiis & pauperib. iniquus.

* *Lege hic, quæ curatius paullo in eo*, primum *Archiepiſcopo, in annotat. ad* Serarii § *III & V dixi.*

Sifridus Bingæ exturbatur, Colonia conſecratur Epiſcopus.

Pars Canonicorum cum Lupoldo excommunicatur, & Philippo Rege occiſo debilitatur.

II Vna pars, quæ remanſerat Canonicorum, cum ſuo electo excommunicatur. Sed ipſi hanc excommunicationem ſe ſimulantes ignorare, diuina celebrare non omittunt. Durauit hæc contumacia annis VIII.

III Contigit poſt hæc, vt Rex Philippus, qui fouebat hanc partem interdictam, occideretur in ciuitate Bambergenſi *, & hæc pars debilitata eſt †, atque fautores alterius Epiſcopi, qui de ciuitate exierant, conualuere.

Diuerſi auctores de Philippi Regis interitu ſcripſere;

* De interitu Philippi Regis diuerſi ſcribunt auctores; *Albertus* Stadenſis, Abbas *Vrſpergenſis*, *Iohan. Trithemius*, *Hermannus Aedituus*, *Auentinus*, *Aemilius*, *Nauclerus*, *Krantzius*, & plures alii, quorum ſingula teſtimonia adfert *Cruſius* parte II Sueuic. annal. lib. XII cap. XIII. Ego vnicum hic *Abbatis Vrſpergenſis* apponam. *Statuit*, inquit anno MCCVIII, *Philippus cum exercitu venire in Saxoniam, contra quoſdam adhuc ſibi iis in locis rebelles. Babenbergam itaque venit. Aduenerat illuc quoque nefarius Otto Palatinus de Wittilsbach. Rex vero minutionem ſanguinis fecit ibidem de venis vtriuſque brachii. Plurimi quoque de ſuis minuebant ſanguinem. Tunc ſceleratus Otto, aſſumptis militibus Epiſcopi Eggiberti & Marchionis de Andechſe Henrici, fratris prafati Epiſcopi, venit in palatium. Ille vero impius acceſſit ad oſtium cameræ, in qua Rex quieſcebat. Pulſabat, vt intromitteretur. Quem Rex iuſſit intromitti, nihil mali ſuſpicatus. Cum ibi cerneret Otto, neminem eſſe in camera prater Regem, deinde Cancellarium & Henricum Dapiferum* (de Walpurg) *qui erant in conſilio; rediens aperuit ianuam cameræ, accipiens gladium a ſeruiente: quem vibrare cœpit in collum Regis. Sed Dapifero exclamante territus, vix plagam perfecit; & paruulum vulnus in collo Regis fecit: ſed venam vnam organicam amputauit. Cumque præfatus Dapifer ei exitum ianuæ intercludere vellet, maxillam ipſius eodem gladio vulnerauit: quam laudabilem cicatricem vſque ad mortem habuit. Oritur vndique tumultus; Rex quoque paullulum procedens exſpirauit. Ille vero malignus ad prædictos Epiſcopum & Marchionem confugit: vnde & illi rei habiti ſunt de tali morte.* Fuit autem occiſus X Calend. Iulii, hac ſola cauſſa, vt aiunt, quod cum deſponſaſſet vnam de filiabus ſuis præfato ſceleroſo, idem quendam liberum familiarem Ducis Bauariæ perfide interfecit; de qua perfidia coram Principibus notatus fuit; & ideo Rex ei filiam ſuam tradere denegauit. Corpus eius prius Bambergæ humatum, poſtea a Friderico II Spiram translatum fuit. Quæ autem vindicta Ottonem, Philippi Regis interfectorem, ſecuta ſit, deſcribit *Auentinus* libro VII his verbis; *Philippo interfecto, confeſtim Otto a Wittelſpach, Eckbertus Epiſcopus & frater eius Henricus læſæ Maieſtatis condemnantur & proſcribuntur. Eckbertus in Vngariam ad ſororis maritum, Henricus in Palæſtinam elabitur. Otto in Boiaria palabundus oberrat. Rapoto ab Artenberg prætorio Boiariæ præficitur, qui vices Cæſaris abſentis, præſidendo tribunali, perfungatur. Ludouicus Dux Boiorum, Otto a Phalay, Henricus Calatinus, Andechs, arcem Henrici, & alia loca inuadunt, diripiunt, ſolo æquant, prædam inter ſe diuidunt — Ludouicus præterea Dux Boiorum Wittelſpach quoque diruit, ſolo æquat: templum ibi D. Virgini condit, ſacratis Teutonum Equitibus tradit.* Anno deinde MCCIX *Henricus Calatinus apud Oberndorff proxime Abudiacum* (Abach) *haud longe a Reginoburgio, in ripa Danubii, Ottonem a Wittelſpach profugum deprehendit, vulneribus confoſſum occidit, caput ei amputat, in Danubiumque proiicit: Cæſari ſanguine percuſſoris atque parricidæ parentat. Reliquum corpus Ottonis ad Vndersdorff deportatur, & nono demum anno* (MCCXVII) *indulgente Pontif. Max. more chriſtiano humatur.* Huius *Ottonis* filios, *Theodoricum* & *Brunonem*, ob paternum ſcelus ex Bauaria pulſos, in ſilua Arduenna ſiue nemoribus Weſtraſiæ prædia ædificaſſe; indeque *Comites Silueſtres* eſſe vocitatos, nonnullorum eſt opinio *.

e quibus Vrſpergenſis *adducitur.*

Vindicta in Ottonem de Wittelſpach,

Andechs & Wittelſpach *arces diruuntur,*

Ipſe vero Otto ab Henr. Calatino necatur.

Origo Comitum Silueſtrium.

Cauſſa mortis Philippi Regis.

* *Sed falſa, vt oſtendit* Fuchſius *in addit. ad* Lehmanni *chron. Spir. lib. V cap. LXX p. 499 & ſeq.*

Scilicet

Lupoldus Moguntia eiicitur, & Wormatiensi sede priuatur.

† Scilicet quæ *Lupoldo* Wormatiensi Episcopo contra Sifridum adhærebat. Occiso enim Philippo Rege, *Lupoldus* Wormat. Episcopus, qui eiusdem Regis auctoritate, Moguntinensem Episcopatum sibi vsurpabat, ab Ottone Imper. Philippi Regis aduersario anno MCCVIII Moguntia eiectus est, Wormatiensi etiam Episcopatu priuatus & in exilium missus; quin immo propter eius sceleratam vitam ab Innocentio Pontif. excommunicatus, quatuor annis omnibus odiosus in exilio pœnas dignas luit, vsque ad annum MCCXII. Omnes etiam eius fautores animo nimis consternati, spe securitatis amissa, viribus defecerunt, & vel Ottonis Regis gratia conciliati, vel suis e locis exterminati fuerunt. *Sifridus* autem eodem anno, id est, exilii sui octauo, Innocentio iubente, ad sedem suam Moguntinam venit, libenterque ac honorifice a Moguntinis receptus, non Archiepiscopatum modo suum, sed Wormatiensem etiam Episcopatum rexit, quoad, Pontificis permissu, Friderici Regis deprecatione, Wormatiam ab exilio rediit *Lupoldus*.

Sifridus *Mog. reuertitur.*

Episcopatum Worm. administrat.

IV Anno Domini MCCVIII Principes post mortem Philippi Regis in Othonem conueniunt, qui fuerat aduersarius Philippi pro Imperio, cuius parti etiam Papa fauebat *. Iste Otho maturauit ad Papam venire pro Imperiali consecratione, solenniter proficiscitur, consecratur: post annum excommunicatur; eique filius Henrici Imperatoris, Rex Siciliæ Fridericus, suscitatur a Papa †; redeunt mala, surgunt incendia, spolia reuiuiscunt **. Fridericus venit de Apulia contra Othonem: post annos aliquot Otho moritur ††: Fridericus dispositis, prout melius potuit, rebus, Romam proficiscitur, in Imperatorem consecratur, anno Domini MCCXX ab Honorio Papa: quo mortuo Gregorius Papa succedit †††. Hic etiam Fridericum excommunicauit ***. Lætantur prædones & exultant lictores capta præda: conuertuntur vomeres in gladios, & falces in lanceas; non est, qui in latere non deferat chalybem & lapidem in præparationem incendii, & in exustionem. Omnia mala confluunt, specialiter super ecclesiam Moguntinensem, & maxime circa partes Rheni, de ciuitate Spirensi vsque ad Colonienſem.

Ecclesia vero Moguntina, enatis postea nouis inter Papam & Imperium dissidiis, miserè rursum affligitur.

Otto Rex mortuus Phil. Imperium quiete possidet.

* Philippo iam e medio sublato, ex consensu Principum, vti conuenerat, quiete possedit Imperium Otho, qui fuerat aduersarius Philippi pro Imperio; qui anno insequente MCCIX ab Innocentio III, die XXVII Sept. coronatus fuit. Vir maiori animo & cupiditate, quam consilio & religione.

Post Papa contrarius,

† Otto Imperator iam coronatus, etsi ante coronationem suam Pontifici sancte promisisset, se nec rebus, nec patrimonio Romanæ ecclesiæ obfuturum; regressus tamen in Longobardiam, fidem violauit. Falisços & Flaminiam Pontifici ademit, Apuliam inuasit; vnde ecclesiæ hostis proclamatus, & excommunicatus fuit, eique Imperii ius a Pontifice abrogatum; eoque deiecto Proceres Germaniæ, Rex Bohemiæ, Saxoniæ & Bauariæ Duces cum Moguntino Archipræsule, permissu Pontificis, elegerunt Fridericum, Henrici VI Imp. filium, vtriusque Siciliæ & Hierosolymæ Regem, virum vti magnificum, sic & plurimarum linguarum egregie peritum; quod factum est an. MCCX, Id. Dec. Hinc Fridericus anno MCCXII de ciuitate in ciuitatem progrediens, ab omnibus vt Rex suscipitur, & in breui tempore Romanum Imperium obtinuit. Anno dehinc MCCXV multi Principes Aquisgrani collecti, Fridericum in Regem Romanum per manus *Sifridi* Moguntinensis vnxerunt, eumque in sede regali cum gaudio collocarunt, Ottone pæne ab omnibus deserto.

excommunicatur & Imperio priuatur.

Fridericus vero Henrici VI filius Imp. eligitur,

& Aquisgrani vngitur a Sifrido Mogunt.

** *Ob hæc aliaque crimina*, inquit M. S. *Imperator Otto excommunicatur, & ab Italia circa quadragesimam rediit in Germaniam.* Sifridus *autem Moguntinus Archiepiscopus cum iuxta præceptum summi Pontificis Innocentii per totam Alemanniam denuntiaret, Imperatorem excommunicatum, & ab Imperio depositum esse; mox Henricus Palatinus Comes Rheni, frater Ottonis Imp. Henricus Dux Brabantiæ, & alii multi nobiles Ottoni fauentes, circa festum S. Michaelis totam prouinciam Moguntinam denuo rapina deuastant, & incendits in mirum modum, nihil præter ciuitates & castra relinquentes intactum.* Sifridus *igitur Archiepiscopus hæc omnia propter obedientiam sedis Apostolicæ sufferens, cum nunquam sua in patria posset tutus agere, ad Thuringiæ Landgrauium Hermannum confugiens, ibidem aliquandiu mansit.*

Vnde Henricus C. Pal. & alii Mogunt. prouinciam deuastant,

Sifridus *in Thuringiam fugit.*

Sifridus *excommunicatum Imper. denunciat;*

†† Brunsuigæ scilicet anno MCCXVII, vt Misnensis Presbyter *Sifridus* ait; vt vero *Albertus Stadensis* MCCXVIII, qui eum in castro Hartesburg XIV Calend. Iunii obiisse scribit *: relaxatus tamen prius excommunicationis vinculo a Sifrido Hildesheimensi Episcopo, quam absolutionem Pontifex Gregorius confirmauit.

Otto Imp. moritur.

* *Quin anno* MCCXVIII Harzburgi *mortuus, Brunsuici vero in ade* D. Blasii *tumulo maiorum illatus fuit, vt ad* Serarium *in anotation. ad § Viam dictum.*

††† Anno scilicet Christi MCCXXVII, sedis vero suæ anno X, mens. VIII, Romæ in ecclesia B. Mariæ maioris sepultus. Hic Honorius huius nominis III Fridericum, quem anno MCCXX Romæ in basilica S. Petri Imperatorem Romanorum coronauerat, sibi rebellem & Romanæ ecclesiæ aduersarium comperiens, anathematizauit, atque Barones omnes ab eius fidelitate absoluit. Huic Honorio successit Gregorius IX, natione Campanus, qui olim Hugolinus vocatus, Hostiensis Episcopus fuerat. Hic sedit annis XIV, mens. IV, dieb. III, mortuus anno MCCXLI.

Fridericus vero tum ab Honorio,

tum Gregorio *excommunicatur.*

*** Gregorius, Honorii Pontificis succeſſor, ſententiam, quam prædeceſſor ſuus contra Fridericum Imper. fulminauit, roborauit, eo quod ex magna parte patrimonium eccleſiæ Romanæ occuparet, & de ſuſcipienda in terram ſanctam expeditione promiſſis non ſtaret. Hinc rurſum mala & calamitates in Germania reſuſcitatæ fuere.

§ VIII

Sifrido *ſeniore Archiepiſcopo defuncto, ſuccedit* Sifridus *iunior;*

POſt mortem Domini *Sifridi* Archiepiſcopi Moguntinenſis ſenioris *, ſuccedit Dominus *Sifridus*, fratris eiuſdem filius: hic duobus annis laudabiliter vixit. Sed quia elati cordis erat & ſuperbiæ magnæ nimis, ſe contra Fridericum Imperatorem erexit: non quidem vt diuinam, ſed Papalem gratiam obtineret. Graui etenim infamia non ſolum apud Papam, ſed apud omnes homines laborabat. Hic ergo vultum & animum leonis induens, leo factus eſt, & cœpit orphanos & viduas facere, villas comburere, ciuitates deſtruere, homines deuorare, terram in deſertum deducere, & Papæ mirifice complacere. Et quia iam inquiſitionis litteras contra dederat, ex iis factis *fratrem venerabilem* appellabat. Hic *Sifridus* Epiſcopus malum opus operatus eſt, qui per flammam ignis terram depauperauit, & theſauros eccleſiæ ablatos prædonibus diſperſit, dedit raptoribus; iuſtitia eius non manet in ſæculum ſæculi. Is itaque Landgrauium Thuringiæ in Regem eligi procurauit: ſed breui viuens tempore, & regnum & animam reſignauit.

qui male regit eccleſiam;

Henricum Regem facit contra Fridericum:

Interea Gregorius Papa moritur, ſedes vacat annis duobus vel tribus; huic autem Papa ſuccedit Innocentius IV, qui in concilio Lugdunenſi contra Fridericum Imperatorem depoſitionis ſententiam promulgauit. Mortuo Landgrauio Rege, *Wilhelmus* Comes Hollandiæ in Regem eligitur tantum ab Archiepiſcopis, Maguntinenſi & Colonienſi.

eoque mortuo Wilhelmum.

Sifridus *ſenior quando mortuus;*

* Obiit *Sifridus* ſenior Moguntinenſis Archipræſul an. Chriſti MCCXXV, quinto Idus Sept. regiminis an. XXV * Erffordiæ ſepultus; cuius epitaphium hoc fuit:

Migrans vir fidus quinto Septembris in Idus,
Præſul Sigfridus, fulget cælo quaſi ſidus.

* *Immo, anno* MCCXXX *ob. vt ad* Serarium *in notis ad § VIII n. 1 quam firmiſſime demonſtrauimus.*

In Sifridum, *qui ſucceſſit, iuniorem* Conradus *auctor iniurius eſt.*

Ei in Moguntina ſede ſucceſſit *Sifridus* alter, eius ex fratre nepos. Iniurius valde & contumelioſus in hunc *Sifridum* eſt auctor *Conradus* Epiſcopus, cum eum elati cordis & ſuperbiæ magnæ nimis fuiſſe ait, quod a nullo alio ſcriptore vnquam de ipſo teſtatum reperio.

Nil enim ſponte ſua contra Fridericum ille fecit,

Quod ſe contra Fridericum Imp. erexiſſe dicit, nihil eum ſponte propria, ſed ſummi Pontificis mandato ac nutu ex obedientia omnia feciſſe conſtat. Anno enim MCCXXVII, cum de ſuſcipienda in terram ſanctam expeditione promiſſis non ſtaret Fridericus, excommunicatione ad illam coactus fuit a Gregorio IX; quam cenſuram ſiue excommunicationem per Germaniam ex mandato denuntiauit *Sifridus* *. Anno poſtmodum MCCXLIV varias ob cauſſas excommunicatione in Lugdunenſi concilio ab Innocentio IV in ipſum Fridericum lata, cum facta eſſet Principibus Germaniæ Imperatoris noui eligendi poteſtas; *Sifridus* cum Colonienſi & Treuirenſi Archiepiſcopis Henricum Haſſiæ & Thuringiæ Landgrauium contra ipſum Fridericum elegerunt; ſed eo breui in expugnatione vrbis Vlmenſis ex vulnere interempto †, Guilhelmum Hollandiæ Comitem ſubſtituerunt, qui tamen poſt paruum tempus etiam a Friſonibus occiſus eſt. Hæc omnia Friderico iam excommunicato facta ſunt. Præterea quod orphanos cepiſſe, viduas feciſſe, villas combuſſiſſe, ciuitates deſtruxiſſe, homines deuoraſſe, terram in deſertum deduxiſſe, per flammam item ignis terram depauperaſſe, & theſauros eccleſiæ ablatos prædonibus diſperſiſſe, & raptoribus dediſſe ſcribit, quis vnquam de ipſo audiuit talia? Videtur autem cauſſam ſumpſiſſe ex hoc, quod, cum anno MCCXXXII inter ipſum *Sifridum* & Conradum Landgrauium Haſſiæ bellum pernicioſum ortum eſſet, ipſe Landgrauius Moguntinæ eccleſiæ multa damna fecerit, oppido Friſlarienſe capto, & quaſi funditus euerſo; huius mali forte cauſſam præbuiſſe vult *Sifridum*. A bellicis etiam exercitiis eum cul-

nec eorum, quæ Conradus *refert, ab aliis inculpatur.*

Vnde Conradus *hac ſcribendi ſumſerit occaſionem?*

pare videtur, & ex his reprehenſionis materiam ſumere, quod anno MCCXXXVIII vna cum Conrado Spirenſi Epiſcopo, & aliis multis nobilibus in Longobardiam ad Imperatorem cum exercitu profectus ſit, quorum auxilio multa ibidem prœlia fuerunt geſta. Verum in his, ſi quæ talia facta ſint, quæ auctor ipſi obiicit, hoſtibus non amicis vel ſubditis facta eſſe ſciat; quæ licet aliquando ex fragilitate humanæ conuerſationis commiſſa ab ipſo fuerint; ſuper his tamen illi Waltherus, monaſterii Eberbacenſis venerabilis Abbas, egregium puræ confeſſionis amariſſimæque contritionis teſtimonium tribuit. Quin potius apud alios a rebus bellicis laudatur, & quod cum CCC aliquando DCCC fuderit, *Iudæ Machabæo* ſemel & iterum comparatur. Immo adiungunt, quæ maior in Epiſcopo gloria eſt, eum domi ſacerdotalia munia, vel adminiſtrationem

Sifridus *in expeditione Italica hoſtibus grauis fuit, non aliis;*

ab aliis ſane laudatur, in bellicis Iudæ Machabæo *comparatus.*

* *Enimuero, non ipſe Pontificis in Fridericum diras h. t. per Germaniam denuntiauit, ſed patruus, vt alibi iam dictum.*

† *Henricum Wartburgi extinctum, non autem in oppugnatione vrbis Vlmenſis accepto vulnere, vt recentiores magno produnt numero, interemptum fuiſſe, oſtendit* Sagittarius *cap. III diſſertat. de eo vulgata § II p. 26 & ſeq.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Trithemii testimonium de eo optimum.

tionem ciuilem minime neglexisse. Vnicum *Trithemii* testimonium ad omnia ei obiecta diluenda hic sufficiat, a quo *vir magnorum operum* prædicatur, qui ecclesiam honore & rebus magnifice ampliauit, & inter tot mala, tot bella, totque pericula, quibus Imperium nutabat, sapientissime rexit. *Ecce ecclesiam*, inquit, *suam honore & rebus magnifice ampliauit*; non ipsius thesauros, vt auctor dicit, ablatos prædonibus dispersit & raptoribus dedit. Quin etiam ecclesiam Moguntinam maiorem, quæ sub *Conrado* Archiepiscopo combusta, vt supra dictum, ab eodem de nouo inchoata fuerat, sed minime consummata, magnifice ac sumptuose reædificauit, eamque anno MCCXXXIX, IV Non. Iulii, cum magna solennitate consecrauit; cui consecrationi tanta hominum multitudo adfuisse scribitur, vt omnes non ciuitas ipsa, non campus caperet; sed trans Rhenum apud Castell & in insulis stationes fieri oportuerit. Atque hæc longe aliena sunt ab illis, quæ auctor ipsi adscribit. Hoc vnicum eius vitam, & erga ecclesiam Moguntinam merita satis commendat, quod ait M. S. quidam, ecclesiam ipsam eum multo tempore planxisse. Ex his autem nostri auctoris obiectis liquido constat, eum, cum suum nomen vna sola littera C indicauit, non *Christianum* Archiepiscopum Moguntinum, ipsius scilicet *Sifridi* successorem, fuisse, vt quidam autumant. Indignum enim fuisset, ipsique minime glorioſum de anteceſſore ſuo talia tamque enormia, licet vera fuissent, in lucem prodere, atque etiam scriptis omni posteritati mandare, quæ potius occultare, & ab omni hominum memoria delere debuisset, præsertim cum ipse *Christianus*, vt infra dicetur, fuerit vir bonus & sanctus.

Huc etiam pertinet, quod ecclesiam Mog. reædificauit ac consecrauit.

E *quibus patet, quod auctor huius Chronici non sit* Christianus *Mog. Archiepiscopus.*

III Post breue tempus Dominus *Sifridus* Archiepiscopus etiam rebus valedicit humanis *, abiens in regionem longinquam, nec tamen ideo cessant mala. Sifridus *iunior moritur.*

* Anno scilic. Christi MCCXLIX, VII Idus Martii Bingiæ, anno regiminis XXIV *; ætatis adhuc florentis, Moguntiæ in choro ferreo ecclesiæ maioris sepultus: cuius epitaphii inscriptio, cum vetustate oblitterata fuisset, ei piæ recordationis ergo, anno MDCXXIII hoc epitaphium tabellæ inscriptum posui:

D. O. M. S.

Epitaphium Sifridi Archiep.

*Sigefrido tertio ex illustri Baronum de Epstein prosapia nato, Mogunt. sedis Archiepiscopo XXIII, Sacri Rom. Imperii per Germaniam Archicancellario ac Principi Electori XVII, Legato Apostolico, & Fuldensis ecclesiæ quondam Administratori, viro magnarum virtutum & actionum: qui cum ecclesiam hanc Moguntinam a Conrado Archiepiscopo de nouo inchoatam consummasset ac consecrasset, Henricum Landgr. Hassiæ, & Wilhelmum Hollandiæ Comitem in Rom. Reges coronasset, Archiepiscopatum honore & rebus magnifice ampliasset, eumque inter varia bella & pericula, quibus Imperium tunc nutabat, annis XXIV * sapientissime rexisset: in flore ætatis extremum vitæ diem obiit Bingiæ anno MCCXLIX, VII Idus Martii, & hic rite in Christo humatus, pia defunctorum perfruitur requie.*

* Immo, XIX; *per ea, quæ iam diximus.*

§ IX

Conradus *Archiep. Colon. frustra in Archiepiscopum Mog. postulatus.*

COnuenerunt ergo fratres ecclesiæ Maguntinensis, tractantes de patre futuro, persuasi qui posset ipsam tot & tam grauibus oppressam miseriis, & tanto tempore iam plorantem, paternis affectibus consolari: & concorditer in venerabilem virum, Dominum *Conradum* Colonienſem Archiepiscopum vota sua transtulerunt; postulantes a sede Apostolica, ipsum sibi præfici in pastorem. Sed heu heu, hoc non poterat obtineri, non est hæc postulatio admissa, sed electio Capitulo restituta. Et ne Archiepiscopus Colonienſis ægre ferret, suum desiderium non completum, ipsi legationis dignitas est commissa.

Christianus *Præpositus eligitur.*

II Consedere rursum fratres ecclesiæ Maguntinensis, eligunt suum Præpositum nomine *Christianum*, qui a cunabulis fuerat in ipsa ecclesia enutritus. Eadem die est a legato, qui tunc erat præsens, confirmatus, & a Rege regalibus inuestitus, die Petri & Pauli. Omnia hæc acciderunt * vno anno, scilicet quod Dominus Colonienſis est postulatus: quod factus est legatus; quod Dominus Christianus factus est Episcopus & consecratus; quod pallium est assecutus.

* 1249.

Christiani *munia & laudes.*

* Fuit hic vir bonus, sanctus & doctus, primum Cantor ecclesiæ Moguntinæ sub anno MCCXIX, dehinc Decanus sub anno MCCXXVIII, tandem Præpositus sub anno MCCXLVII **; de qua dignitate mortuo *Sifrido* iuniore ad Archiepiscopalem assumptus fuit anno MCCXLIX, cum omnium bonorum gratulatione ac iubilo, sperantium ecclesiæ Moguntinæ iam tandem aliquando post tot calamitates & pressuras pacem fore & quietem, quoniam non bellicis negotiis assuetus, sed pacis erat amantissimus.

** *Quin, iam sub an. XXIV Decanus fuit, & sub an. XXXVI Præpositus. vid. quæ dixi in eo ad § I* Serarii *n.* 2.

Is post, tanquam inutilis Episcopatui, accusatur.

III Omnes religiosi, & qui Deum præ oculis habere credebantur, super huius hominis promotione gaudebant, sperantes, pacem rebus dari, maxime quia idem bellicis rebus non fuerat assuetus; etiam qui negotio fuerant inimici, congratulantur ei. Sed non stetit diu in Episcopatu: accusatur enim apud Papam,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quod omnino inutilis esset ecclesiæ, & quod euocatus ad expeditiones Regis inuitus veniret †. Hoc autem verum erat, eo quod fierent incendia, sectiones vinearum, deuastationes segetum. Dicebat etenim, nequaquam decere talia sacerdotem : sed quicquid deberet per gladium spiritus, quod est verbum Dei, omnimode se promptum asserebat & voluntarium seruitorem. Quumque eius prædecessorum sequi vestigia moneretur, respondit : scriptum est, *Mitte gladium in vaginam*. Ob hoc in odium Regis & multorum incidit laicorum, qui omnes eum accusantes, apud Papam obtinuerunt, eum ab Episcopatu omni submoueri. Cessit ergo anno Domini MCCLI.

ab Episcopatu deponitur

Accusatur autem falso,

† Quia Guilhelmum Regem ad bella sequi, togamque & pedum in sagum, & gladium mutare nollet, ipsius in se odium conuertit : accusatus itaque apud Pontificem, quod suæ ecclesiæ inutilis esset, & quod iuxta exemplum prædecessorum suorum euocatus ad expeditiones Regis inuitus veniret : eum ab Episcopatu submoueri obtinuerunt *. Quod factum est an. MCCLI, ab *Hugone* S. Sabinæ Cardinale, Pontificio legato : quo ipso anno non multo post ipse quoque vitam cum Pontificatu deposuit.

decedit;

eodemque adhuc anno moritur.

Episcopatu

* *Vtrum de dignitatis sua deiectus fuerit gradu, an sponte loco cesserit, quari adhuc potest. quo fine conf. quæ in eo dixi ad* Serarii § IV n. 2.

§ X

Gerhardus C. Siluester Archiepiscopatum Mogunt. emit.

SVbstitutus est autem ab eodem Legato adolescens Subdiaconus, *Gerhardus* nomine, filius Comitis *Conradi*, qui dicebatur Siluester Comes. Hunc autem substituit Cardinalis Presbyter & legatus, inductus a quodam Henrico Archiepicopo Herburgdunensi, qui socius erat ipsius legati ; nec tamen hoc ipse Henricus Archiepiscopus consuluit sine caussa ; acceperat enim occulte CC marcas pecuniæ numeratæ a Gerhardo, quem idem Archiepiscopus instituit procurauit. Nihil opertum, quod non reueletur. Propter has autem CC marcas factæ sunt destructiones multæ ecclesiæ Maguntinensis.

Gerhardus Christiano substitutus,

* Deposito sic Christiano ab eodem legato *Hugone* S. Sabinæ Cardinale substitutus fuit in sedem Moguntinam *Gerhardus*, Comes Siluestris de Kyrberg, Canonicus Moguntinus, adolescens adhuc : sed qua via, quibus mediis, sat explicat auctor. Præfuit hic sedi Moguntinæ annis IX, & quoad vixit, Wilhelmi Regis partes secutus est. *Declarauit autem*, inquit *Serarius*, *incommodo suo, quam a bellis prauorumque consiliis & iuuenum procacitate abhorrere debeant ecclesiastici*. Nam an. MCCLVI per Albertum D. Brunsuicensem in prædio monachorum Walckenrode captus, & cum multis aliis in Saxoniam abductus, multo tandem ære se liberauit ac redemit, *Paulo Langio* in Chron. Ziticensi testante. Mortuus est anno MCCLX †, & in Erffordiensi Franciscanorum cœnobio tumulatus, teste *Trithemio* : successorem habens *Wernerum*, Comitem de Falckenstein *, Præpositum Moguntinum. Cum hoc itaque *Gerhardo* hoc Moguntinense chronicon concludo, & cum auctore nostro subsistendo finem facio.

redemit.

Imp. Wilhelmi sequitur partes,

captus a Duce Brunsuicensi multo are se

Moritur.

† *Immo, mortuus est iam anno MCCLIX, die XXV Septembr. vt ad* Serarium *liquido ostendi in notis ad § VI n. 1.*

* *Rectius*, Dynastam *de* Eppenstein.

Hucusque Conradus *Episcopus Chronicon hoc Moguntinense deduxit.*



MOGVN-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

MOGVNTIA DEVICTA,

hoc est,

DE DISSIDIO MOGVNTINENSI,

quod fuit inter duos Archiepiſcopos Moguntinos,
DIETHERVM Iſenburgium, & *ADOLFVM* Naſſouium, Comites,
de Archipræſulatu contendentes;

nec non

De vrbis Moguntinæ expugnatione, direptione ac deuaſtatione, anno MCCCCLXII, ipſa SS. Simonis & Iudæ Apoſtol. vigilia, facta, aliſque circa eandem in Moguntino territorio eodem tempore geſtis,

NARRATIO HISTORICA,

Ex variis, tum editis, tum manuſcriptis auctoribus,
quorum ſeries ſub finem præfationis exhibetur,
congeſta ac conſcripta

per

GEORGIVM HELWICH, Moguntinum,
Metropolitanæ eccleſiæ ibidem Vicarium.

Secundum exemplar
FRANCOFVRTI ad Mœnum,
ſumtu CASPARIS ROETELII,
anno MDCXXVI excuſum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

LECTORI

GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS

S. P. D.

LIbellum hunc, funeſtum iſtud *DIETHERVM* inter & *ADOLFVM*, de Pontificatu Moguntinenſi decertantes, diſſidium, bellumque, pulcre complecti, non eſt, quod pluribus ediſſeram: cum iam ſint, qui ſuo id teſtimonio ſatis ſuperque comprobarint *.

* Turckius *diſſertatione de Geographia medii ætui*, Hachenbergii *de Germania media diſſertationibus ſubiuncta*, § *XIX in notis lit. c) p.* 354; Helvvichius huius vrbis fata, direptionem, & vaſtationem lamentabilem, dimicantibus de Archiepiſcopatu *Diethero* Iſenburgico & *Adolfo* Naſſouio, eleganti libello deſcripſit. ὁ θεῖνα, *qui faſculo LIII Ephemeridum, titulo* Aulæ bibliothecariæ *prodeuntium, n. III libellum hunc breuiter recenſuit, p.* 355 *ait:* Georgius Helvvichius diſſidium Moguntinenſe diligentia haud plane nulla (*mit ziemlichem fleiß*) e plurimis auctoribus & narrationibus manu deſcriptis deſcripſit.

Potius eſt, vt de ſtudio, iſti a me impenſo, paucula præmittam. Enimuero, vt hoc commodius enotari, citarique poſſit, primum in partes illum incidi, easque tum maiores, quas *ſectionum* appellare placuit nomine: tum minores, quas voce vulgo recepta vocaui *paragraphos*. Dein rerum ſummulas, margini adſcriptas, nonnunquam in aliam redegi formam, nonnunquam auxi, nouis adiectis. Tum vero, cum auctor interdum alucinetur, interdum opinionum diſſenſione ab aliis diſcrepet, interdum nonnulla maxime huc pertinentia prætermittat, annotatiunculas quasdam huc & illuc appoſui: quibus quidem errores, ne cui offendiculo ſint, diluuntur; ſententiæ aliorum contrariæ breuibus recenſentur, & quæ deſunt, adducuntur. Quo quidem in negotio, præter alios, quos ingenue citaui, non ſine operæ quodam pretio vſus ſum manuſcripto quodam de diſſidio hoc, συγχρόνῳ fere, linguaque concinnato germanica: cum maxime vero documentis, quæ e tabulariis mecum communicata fuere, publicis. Tandem loca ſcriptorum, quæ ſuas auctor in areolas deriuauit, libris, capitibus, paginisque adnotatis, paſſim perſtrinxi, notauique.

Ceterum, cum mihi haud plane nullæ fuerint rationes, cur illorum, quæ germanico edita ſunt ſermone (quorum tamen, vt ſtatim patebit, non plane nullus eſt numerus) libro huic nil vel inſpergerem, vel attexerem; putarim, non immerito huc conferendum, quem ſemel atque iterum in notulis adſperſis laudaui, *Ioannem Ioachimum Müllerum*, in luculento opere, quod germanice, *des H. Römiſchen Reichs Reichs-Tags-Theatrum vnter Kaiſer Friderico V*, inſcripſit: ſigillatim lib. IV cap. XI § 8 p. 38 & ſeq. vbi *Dietheri Apologiam* ſiue *Defenſionsſchrifft vvider die entſetzung ſeines Stiffts:* § 9 p. 46, vbi *Cæſaris* litteras *de exauctoratione Dietheri* ad *Fridericum* Saxoniæ Electorem datas: § 10 p. 47, vbi litteras *Adolfi* ad *Wilhelmum*, Saxoniæ Ducem, quibus ſe Diethero ſurrogatum nuntiat, Ducisque implorat auxilium:

§ 11

§ 11 p. 48 & seq. vbi *Dietheri* ad eundem Wilhelmum : Cap. XX § 2 p. 106 & seq. vbi *compositionem anno MCCCCLXI* Dietherum *inter* & Adolfum *die B. Martino sacra factam* : § 4 p. 110, vbi *Adolfi* litteras ad dictum Saxoniæ Ducem Wilhelmum , eiusdem opem aduersus Ditherum postulantes; § 5 p. 113 & seq. vbi aliud *Dietheri* scriptum apologeticum siue *Manifestum* anno MCCCCLXII, die Martis post dominicam *Lætare* editum: § 12 p. 120 & seq. vbi litteras *Consiliariorum Adolfi* ad Archiepiscopum Colonienſem de prono Heri ad dissidii huius compositionem animo: Cap. XXV § 3 p. 160 & seq. vbi litteras *Adolfi* ad Wilhelmum, Saxoniæ Ducem, de capta Moguntia, dato omnium & singulorum horum scriptorum apographo, studiose adducit.

Quod superest, nolim ignores, libellum hunc, anno sæculi huius XV, *Martini Bourgeat* , typographi & bibliopolæ Moguntinensis, sumtu preli beneficio fuisse repetitum.

Reuerendiſſimo ac Illuſtriſſimo
Principi ac Domino,

DOMINO
GEORGIO FRIDERICO,

Sanctæ Moguntinæ Sedis Archiepiſcopo,
ac Wormatienſi Epiſcopo,

S. R. I. per Germaniam Archicancellario,
Principi Electori &c.

Domino ſuo clementiſſimo.

CVm nuper vacante ſede ex obitu Reuerendiſſimi ac Illuſtriſſimi in Chriſto Patris ac Domini, Domini *Ioannis Suicardi*, Archiepiſcopi Moguntini, Principis Electoris, feliciſſimæ recordationis, ad diem XIII Kalendar. Nouembrium huius milleſimi ſexcenteſimi viceſimi ſexti anni a Chriſto nato, vnanimibus ac concordibus totius Collegii Moguntinenſis Canonicorum ſententiis ac votis, ad hierarchicum Moguntinæ ſedis thronum, & primarium Septemuiratus S. Romani Imperii faſtigium, ſummo omnium cum Cleri, tum populi applauſu, feliciter euectus eras, *Reuerendiſſime ac Illuſtriſſime Princeps, Domine Clementiſſime*, aderat inprimis Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dominus *Petrus Aloyſius Caraffa*, SS. Domini noſtri Vrbani Papæ VIII in partibus Rheni Legatus de latere, Epiſcopus Tricaricenſis &c. qui de nouo ſidere denuo in eccleſia Catholica tam feliciter exorto ſummopere gaudebat, tuæque Illuſtriſſ. Celſitudini nomine ipſius Romani Pontificis felicem temporalium in regimine ſucceſſum exoptando gratulabatur, ac ſacram Romanam eccleſiam, eiuſque ſpecialem ſemper filiam Moguntinam tuæ ſollicitæ prouiſioni ac regimini, tanquam vigilantiſſimo paſtori, inprimis commendabat. Sereniſſimi quoque & Inuictiſſimi Domini noſtri Ferdinandi II, Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Conſiliarius ac Legatus, Prænobilis ac Strenuus, Dominus *Ioannes* Baro a *Reck*, eodem tempore præſens, lætabatur, S. R. Imperium tali columna rurſum ſuffultum ac ſtabilitum, tuæque Illuſtriſſ. Celſitudini ex parte ipſius Imperatoris de tam fauſta ac felici electione congratulabatur, regimenque pacificum, ac omnia fauſta ac felicia ad annos Neſtoreos precabatur. Alii item diuerſi appropiantes manus humiles ac deuotas dabant, feliciſſimum tantæ dignitatis ingreſſum ac progreſſum in regimine fauſtiſſimum, pacem perpetuam, omnemque cum corporis tum animæ ſalutem ex intimo animo imprecantes. Alii carminibus gratulabantur; alii varios honorum titulos in ſignum gratulationis ac lætitiæ erigebant. Immo gaudebant vniuerſi, quod in talem, qui priori autoritate, pietate item & Catholicæ religionis zelo ſimilis, & virtutibus omnibus ipſi vicinus eſſet, ampliſſima illa Moguntinenſis eccleſiæ gubernatio adeo feliciter & exoptate fuiſſet translata.

Congaudebam quoque ego, & ex hoc tam felici rerum ſucceſſu ſummam lætitiam capiebam: ſed contriſtabar ſimul, non quod in talem Principem iamdudum dignitatis, autoritatiſque nomine, nec non pietatis omniumque virtutum inſigniis ab omnibus commendatum, electio contigiſſet; ſed quod mihi ſoli, qui tantis a te, *Reuerendiſſime ac Illuſtriſſime Princeps*, beneficiis hactenus affectus atque ornatus fueram, eo ipſo temporis articulo munuſculum deeſſet, quo & debitum tuæ Celſitudinis piæ gratulationis officium peragerem, & inceptis ſtudiis meis patrocinium conciliarem, ſimulque grati ac beneficiorum memoris animi ſignificationem redderem. Verum curioſius inueſtigando, occurrit tandem exiguus quidam tractatus, quem annis abhinc aliquot amicorum quorundam petitione ex variis tum manuſcriptis, tum editis autoribus collegeram, de Diſſidio ſcilicet illo deteſtabili ac pernicioſo Moguntinenſi, quod anno Chriſti MCCCCLXII inter

Diethe-

Dietherum Isenburgicum & Adolfum Nassouicum Comites de Archiepiscopatu contendentes extitit : vrbisque ipsius expugnatione, direptione ac incensione lamentabili, pridie SS. Simonis & Iudæ Apostolorum eodem anno peracta : nec non variis eodem tempore in Moguntino territorio deprædationibus, expugnationibus, deuastationibus, incendiis, proeliisque diuersis, illo ipso dissidio caussante, multifariam patratis.

Satis autem admirari nequeo, ex tam multis, quos nostra ciuitas Moguntia semper habuit doctissimos, & dicendi facultate, & omnigena eruditione clarissimos, neminem vnquam prodiisse, qui hanc historiam & præsentibus & futuris temporibus memorandam, ac a nobis totaque diœcesi Moguntina summe semper deplorandam, prolixiori quadam narratione scriptis commendarit, quamuis non desint, qui succincte eandem in suis scriptis perstringant, vel mentionem solummodo verbis paucissimis eiusdem faciant. Quocirca, cum iam ante annos aliquot neminem falcem suam in hanc messem misisse, neminem etiam aut prodire, aut in hoc ipso machinari aliquid intelligerem : patriæ amore motus, amicorumque quorundam iustissimæ petitioni (qui hoc sæpius a me efflagitabant) satisfacere, aliisque illud idem expetentibus gratificari desiderans, cogitationes huic historiæ fusius describendæ intendere cœpi, cuius gratia nactus aliquot manuscripta tum latinæ, tum etiam vernaculæ linguæ vetustiora, ab ipsis quondam ciuibus Moguntinis, aliisque, qui huic dissidio vel ipsi interfuere, vel eo ipso tempore vixere, conscripta, ex quibus humili ac impolita dictione plurima desumsi, non quidem verbum e verbo exprimens (inculta enim & implicata nimium quædam erant,) sed latius nonnunquam, contractiusue res ipsas explicans, ordinemque rerum, sicubi commodius visum fuit, commutans : quibus varia ex diuersis scriptoribus supra citatis, quæ præcipue circa hoc ipsum dissidium tum in ciuitate Moguntia, tum etiam in eius territorio memoratu digna acciderunt, superaddidi. Quam quidem historiam describendam in me susscepi, non quod plus aliis possim, sed quod plus ceteris omnibus volui, primus audaci conatu minime in obscuro esse passus sum, sed eam ad posteritatis memoriam merito duxi transmittendam.

Hunc igitur tractatum, qualiscunque ille sit, *Reuerendissime ac Illustrissime Princeps*, quoniam se nunc ita occasio offert, propter memoriam multiplicis beneficentiæ in meos olim parentes multifarie diffusæ : tum mihi priuatim hactenus, licet immerenti, magna semper dignatione ac gratia impertitæ, grati atque obnoxii animi, non quale iam diu volebam, sed quale temporis angustia, & virium mearum exiguitas patitur, leuidense monumentum Illustrissimæ Celsitudini tuæ, de eodem illo virtuti tuæ debito ac delato nuper Archiepiscopatus Moguntini honore humili deuotione cum aliis gratulando, dedico ac offero, obnixe rogans, vt hunc laborem qualemcunque a me præstitum placide, manuque benigna susscipias, meque humilimum, tuæque Celsitudini deuotissimum in sinu gratiæ tuæ concluſum teneas, foueas, ac conserues.

DEVS ter optimus maximus vt Illustrissimæ Celsitudini tuæ istius supremæ dignitatis ingressum felicem, regimenque faustum ac pacificum donare, eamque vniuersæ ecclesiæ Catholicæ, totique Imperio Romano, nec non diœcesi Moguntinæ, nobisque omnibus in multos annos saluam ac incolumem conseruare dignetur, omnes boni paribus, ardentibusque votis exoptant, & ego cum votis hoc publico libello id ipsum pariter adprecor & opto.

Reuerendissimæ Illustrissimæque Celsitudinis Tuæ

humilimus ac deuotissimus Sacellanus,

GEORGIVS HELWICH,

Metropolitanæ ecclesiæ Moguntinæ Vicarius.

AVTORES,

Qui huius dissidii Moguntinensis mentionem faciunt, quibus ego in hoc opusculo vsus fui.

Pius II Pontifex Maximus, *ante* Aeneas Syluius *nominatus, in suis commentariis pluribus de hoc dissidio tractat, quoniam sub eius Pontificatu contigit.*
Iohannes Trithemius, *Abbas Sponheimensis, in gestis Friderici I Comitis Palatini, Victorioſi dicti. Itemque in Chronico Sponheimensi.*
Ioannes Nauclerus, *Volumine II Chronographiæ generat. XLIX.*
Huldrichus Mutius, *in Chronico Germaniæ lib. XXIX.*
Leonhardus Pauholtz, *in Chronico Bauariæ.*
Sebastianus Münsterus, *Cosmograph. lib. III de Germania.*
Abbatis Vrspergensis, *Paraleipomena.*
Nicolaus Serarius, *Rerum Moguntiacarum lib. V in Diethero & Adolfo, Archiepiscopis.*
Marquardus Freherus, *in notis ad gesta Friderici Comitis Palatini Victorioſi, a Trithemio conscripta: & alibi.*
Christophorus Lehmann, *in Chronico Spirensi Germanico.*

Præter hos autores, habui varia manuscripta antiqua, Latina & Germanica, consignata ab iis, qui ipso tempore huius dissidii vixerunt.

In Zoilum.

Cur frons nigra tibi est, calamus quod paucula dedit?
Non censuram Autor iussit adesse tuam.
Hoc si displiceat, rogo, fac meliora, tuisque
Offerto Momis, *Zoile*; linque mea.

SECTIO I

Edit. I p. 1

De Dietheri *electione, confirmatione, regimine, depositione.*

Defuncto Theodorico *Archiepiscopo,*

ANno a nato Christo, humani generis redemptore, millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo nono, pridie Nonas Maii, ex hac lachrymarum valle emigrauit Reuerendissimus in Christo Pater ac Dominus, *Theodoricus*, ex Dominis de Erpach, qui Rom. Imperii Pincernæ * appellantur, ortus, Archiepiscopus Moguntinus, & S. R. Imperii per Germaniam Archicancellarius, Princeps Elector, postquam ecclesiæ an. XXIII, mensibus X, diebus II præfuisset, homo miræ frugalitatis †, qui satis prouide in vtroque statu ecclesiam suam rexit, multaque bona ac pia opera præstitit; & hac inprimis laude memorandus, quod in schismate Basiliensis concilii, Apostolicæ sedis partes fuerit secutus: cuius corpus, Aschaffenburgi in oppido ad Mœnum, quod ipse ædificiis plurimis adornarat, in SS. Petri & Alexandri collegio, quod semper impense coluit, & largissime dotauit, inter piissimos eiusdem fundatores, scilicet Ottonem Sueuorum, Bauarorum, Saxonumque Ducem inclitum, Ottonis II, Cæsaris Augusti ex fratre Luidolfo nepotem, & Luchardim eius coniugem, in chori medio, tumulatum ac reconditum fuit. 2

& Aschaffenburgi sepulto,

* Enimuero Erbacenses appellatos quidem *Pincernas*, sed non *Imperii*, iam ad *Serarium* dictum, in *Theoderico* n. 1 § I.

† Theodericum clementia, pacis studio, aliisque eluxisse virtutibus, nec *Bruschius*, nec *Latomus* inficias eunt. Negant tamen, tanta fuisse frugalitate, qua *Helvvichius* heic vult; vt ex iis, quæ ad *Serarium* dixi, satis constat.

ad Electoratum Mogun-

II Post huius autem Præsulis obitum, ad Moguntinam ecclesiam, postea-quam vacasset diebus quadraginta tribus, quoniam Archiepiscopatus eius inter Septem-

Edit. I pag. Septemuiros ſeu Electores Imperii, quibus Imperatorem Romanum deligendi facultas eſt, primas tenet, iuxta priſcos illos verſus: *tinum, quà omnium primus,*

Treueris ætate: ſed rerum proprietate
Gaudet Agrippina: ſed honore Maguntia prima:

3 eiusque Imperium ‖, inſtar ampliſſimi regni, longe lateque patet, multi aſpirauere, opibus potentes, atque progenie illuſtres, eiusdem eccleſiæ Canonici: horum autem omnium, ardentiſſimus erat, *Dietherus*, ex illuſtri, Iſenburgensium, Comitum de Büdingen, familia, patre *Franciſco* *, matre vero *Margareta*, Cattimelibocenſi Comitiſſa, procreatus, metropolitanæ eiuſdem, ab anno MCCCCLIII vſque huc, Cuſtos, nec non Collegiatarum eccleſiarum SS. Victoris, & Ioannis Præpoſitus, qui tamen non tam genere, quam ambitione inſignis apparebat. *plures adſpirant; præcipue Dietherus C. de Iſenburg,*

* Male. Patri nomen fuit *Diethero*, matri vero, quæ non *Catimelibocenſibus*, ſed *Solmenſibus* Comitibus procreata erat, *Eliſabethæ*, vt iam ad *Serarium* §1 n. 1 notaui.

III Hic iam dudum, ſedente Caliſto Pont. Max. Treuirenſem Archipræſulatum, poſt obitum Domini Iacobi a Sirck Baronis, magna auri ſumma ſibi comparare attentarat; ſed quoniam eum emere non potuit, huc ad Moguntinum deinde animum conuertit. Verum cum certo ſciret, in Capitulo per ſuffragia maioris partis electionem in ſe cadere non poſſe, quoniam difficillime multitudo corrumpitur, in paucos compromiſſum fieri ſtuduit. Tempore igitur electionis aduentante, ſeptemuiri e Capitulo nominati ſunt, hisque noui Pontificis eligendi ac creandi poteſtas data †; quorum tres iam pridem donis ac muneribus corrupti, *Dietherum* prædictum Iſenburgicum elegerunt: tres autem alii, *Adolfum*, Adolfi Comitis Naſſouii, & Wisbadæ, ex Margareta Badenſi Marchioniſſa, filium, Canonicum item Moguntinum, genere & probitate illuſtrem, de Imperiali quondam ſanguine procreatum, poſtularunt. Septimus, alium quendam Canonicorum nominauit, ſed tribus millibus aureorum inarrhatus, ad Dietherum tandem etiam acceſſit *. Hic itaque, votis & ſuffragiis maior, die XX menſis Iulii ** anno ſupra dicto MCCCCLIX in Archiepiſcopum Moguntinum electus, ac per Reu. ac Nob. Dominum Vulpertum a Ders, metropolitanum Scholaſticum, cæremoniis conſuetis, ſollemniter, clero ac populo, eadem ipſa die, denuntiatus atque proclamatus fuit, atque ita, ad poſſeſſionem bonorum eccleſiæ Moguntinæ, malo tamen exemplo, receptus. *qui iam ante Archiepiſcopatum Treuirenſem affectarat; & quum rem nunc ageret donis, ſuffragiis maior Archiepiſcopus fit Mog. & a Vulperto a Ders proclamatur.*

† Eſt ita. Fuere ſeptem deſignati, quibus noui Pontificis eligendi poteſtas data: nominatim *Richardus de Lapide*, vulgo *von Oberſtein*, Decanus, *Conradus Ravv* de *Holtzhauſen*, Cantor, *Ioannes Mönch* de *Roſenberg*, *Fridericus*, Comes *de Wertheim*, *Vdalricus*, Dominus *de Bickenbach*, *Hertandus de Lapide*, *Dammo* de *Praumheim*. Qui quidem miſſa *de S. Spiritu* (inter quam ſacra vſi erant ſynaxi) finita, in ſacrarium ſe contulere, Archiepiſcopum nomine omnium, ex compromiſſo, electuri. *Manuſcriptus* de diſſidio Mogunt. germanicus.

* At quod diuiſis ſuffragiis tres præſulem dixerint *Dietherum*; tres *Adolfum*; ſeptimus alium quendam; qui tamen pecunia corruptus, tandem ad Dietherum etiam acceſſerit, nemo, quod ſciam, alius dixit, quam *Pius* in Bulla exauctorationis, & poſt eum *Gobellinus*, lib. III commentar. Pii Papæ II p. 64, quem auctor hic κατὰ πόδα ſequitur, ac exſcribit. *Manuſcriptus*, quem dixi, nil horum habet. De cetero *Dietherus* conſtanter negauit, pecunia ſeſe, malisque artibus potiora ſibi eligentium ſuffragia comparaſſe; id quod iam ad *Serarium* notaui.

** Menſe *Iunio* iam electum, ſolioque impoſitum fuiſſe, firmis, vt puto, rationibus euictum dedi in notis ad *Serarium* n. 4. ad § 1, quas conſule.

IV Indixerat tum temporis Pius II Pontifex Romanus publicum conuentum Mantuæ, in quo ex omni Europa congregatis Oratoribus, ac Regum, Principum, Communitatumque Chriſtianitatis legatis, de auxilio aduerſus Turcos, fidei Chriſtianæ hoſtes infenſiſſimos, & ad recuperandas terras, & ciuitates fidelium, iam dudum in Europa amiſſas, agebatur. Illuc *Dietherus*, quamprimum poſt electionem ſuam legatos ad Pontificem miſit, ſuperbe & arroganter nimium (vt ſcribit ipſe Pontifex *Pius*) confirmationem petens: quibus aduenientibus, Pontifex, qui rem cum Diethero geſtam ignorabat, neque eum ſimoniace electum ſciebat: *Conuentum*, inquit, *hoc in loco de rebus Chriſtianæ religionis agimus: accerſiuimus Theodoricum, dum viueret, Archiepiſcopum Moguntinum, qui, magnæ Pontifex eccleſiæ, conſilio & auxilio eſſet Catholicæ fidei, quam Turcarum impietas & feritas* *Dein Mantuæ a Papa per legatos petit confirmationem. Qui Dietherum ipſum aduenire iubet;*

opprimere & delere conatur: illo fatis functo, veniat electus æquum eſt, quem e veſtigio confirmabimus. Legati, his auditis, febricitare Dietherum dixere, & inopia laborare; longa eſſe itinera & inſecura: ad quæ, Pontifex, conualeſcentiam eius expectari poſſe reſpondit, paupertatem & inopiam ac viarum incommoda confutauit †. Legati, mandata hæc Diethero perferentes, rurſum ad Pontificem miſſi ſunt, ſed remiſſi, eadem ipſa, quæ antea, renuntiarunt: hinc pietatem impietas, & manſuetudinem vicit pertinacia, neque Diethero acceſſus ad indictum conuentum perſuaderi potuit. Simoniæ enim & aliorum criminum conſcientia eum terrebat atque detinebat. Breui tamen Pontifex, relatione facta per Cardinalem S. Marci, Dietherum abſentem, tanquam præſentem, confirmauit, palliumque ei, per Dominum Vulpertum a Ders, maiorem Scholaſticum ante dictum, ipſius Dietheri legatum, transmiſit, hac tamen lege, vt intra anni ſpatium ſedem Apoſtolicam ipſemet accederet, ibidemque viuendi normam reciperet: quod per legatos eius Pontifici promiſſum fuit: qui & omnia, quæ de iuramento Epiſcopi erant, pro ipſo Diethero tunc iurarunt. Edit. I pag. 7

& legatis Herum excuſantibus, in ſententia perſiſtit

Dietherus *nihilominus ad conuentum venire renuit,*

& tandem abſens confirmatur.

† Ita rurſum *Gobellinus*, ſcriptor *Pii* partibus iuſto addictior, l. d.

Sed tamen confiſta fides, nec promiſſo factum ſatis, nec iuris iurandi religioni congruum. Dietherus enim, prouiſione & confirmatione per legatos ſuos obtenta, tanquam certus iam & ſecurus, in ſede Moguntina acquieuit, nihil de iuramento cogitans, quod procuratores eius, pleno mandato ſuffulti, dum prouiſionem obtinuiſſent, in animam eius iurauerant, quod ſcilicet inter cetera, in anni ſpatio Romanam curiam adire deberet: quinimmo, conditiones omnes, & vniuerſa eccleſiaſticarum legum vincula, quibus Apoſtolica autoritate conſtrictus fuerat, contemptim, tanquam aranearum telas, dirupit, abiectisque omnibus timoris DEI habenis, in omne, quod animus ſuggeſſiſſet, effrenata libertate deuolutus, diuina & humana iura violauit ac contempſit, ſacra officia profanauit, infra tempus, a iure ſtatutum, Epiſcopalem ordinem accipere neglexit, creditoribus ſuis nuſquam ſatisfecit, nouas, aduerſus Pontificem Romanum, turbas excitari procurauit: Canonicos eccleſiæ ſuæ per contumeliam eiecit, ſacerdotia pretio vendidit, reddendi iuris nullum ſtudium habuit, ſubditis grauiſſima onera impoſuit, ſubſtantiam aliis abripuit, cruentiſſimisque prœliis ſeſe immiſcuit, quibus eccleſiam ac totam diœceſim ſuam grauiſſimis debitis implicauit & obſtrinxit *, quemadmodum in ſequentibus videre licet, quæ breuiter hic enumerare, non incongruum duximus. 8

Poſt ſui iuramenti oblitus ad curiam Romanam accedere negligit.

Diuina ſimul ac humana iura violat ac contemnit,

Moguntinam eccleſiam grauiſſimis damnis ac debitis implicat ac obſtringit.

* *Gobellini* denuo hic auctor legit veſtigia. Is enim ſic loquitur, dum anni ſequentis res, actaque perſtringit.

V Anno MCCCCLX ipſe Dietherus, *Ioannes Nix* de *Hoheneck*, dictus *Entzberg*, Spirenſis Epiſcopus *, *Albertus* Marchio Brandenburgenſis, *Ludouicus* Dux Bauariæ, *Niger* cognominatus, *Carolus* Marchio Badenſis, *Vdalricus* Comes Wirtembergenſis, *Emicho* Comes Leiningenſis, aliique Comites ac militares in vnum conſpirantes, ſe, Friderici Comitis Palatini, Philippi tutoris, hoſtes & inimicos publice denuntiarunt, cauſſas ſinguli ſuas prætendentes. Dietherus propterea, quod Palatinus, partes Adolfi Naſſouii, qui contra eum electus erat, defendebat †. Comes Wirtembergicus, Margaretam, filiam Ducis Sabaudiæ, Ludouici Comitis Palatini, fratris Friderici & genitoris Philippi, relictam, duxerat vxorem, cuius dotem præcedentis matrimonii, iuxta condictum, iure poſtulare videbatur, contra quam poſtulationem, Fridericus Palatinus negatiue reſpondendo, replicabat, quod dicta Margareta, ſecum ex Camera Palatinatus, in clenodiis, iocalibus & aliis, præter corporis ſui neceſſarium ornatum vel vſum, in valore non minus centum millium florenorum detulerit: reddat illa prius, & dotem promiſſam reciperet **. Aliis aliæ cauſſæ fuere. Maxima tamen omnium fuit, quod Fridericus Imperator, non ſolum permiſiſſet, ſed etiam præcepiſſet, vt bellum contra dictum Palatinum hi Principes mouerent, eo, quod videretur nimium ſuperbus, arrogaretque ſibi titulum electionis Imperialis, Philippo Comiti, cuius tutor erat, debitum: quod Imperialibus præceptis, rebellis & inobediens, Ludouico Bauariæ Duci conſentiret. 9

Idem vna cum ſuis aſſeclis fit hoſtis Comitis Palatini.

Cauſa ſingulorum contra Palatinum.

* *Ioannes Entzberg*, ad titulos Spirenſes anno ſuperiori MCCCCLIX adſumtus, animo quidem in Fridericum fuit haud æquo. Vtrum autem tum ei ſe hoſtem aperte profeſſus ſit,

Edit. I pag. ſit, dubites fere. Nec enim legas, illum cum reliquis arma hoc anno aduerſus Fridericum induſſe. Quod *Helvvichius* eum hic ceteris annumeret, in cauſſa *Trithemius* eſt, chron. Hirſaug. ad h. a. p. 437; quem tamen temporum ſequentium acta cum præſentis anni rebus confundere, haud in obſcuro eſt.

† Haud aliter *Hachenbergius* lib. III annal. manuſcr. de vita rebusque geſtis Friderici Victorioſi, *Struuius* ſyntagm. hiſt. german. diſſert. XXX, § XXXIV p. 1063; quibus non ſecus ac auctori rurſum præiuit *Trithemius* l. d. p. 436. Atenim, ſi Dietherum audias, longe alias is belli aduerſus Fridericum ſuſcepti cauſſas habuit. De variis nempe iniuriis, quas Fridericus eccleſiæ Moguntinenſi & intulerit, & etiamnum inferat, conqueſtus eſt. Ex his vero in apologia, ſuo ſociorumque nomine edita, duarum potiſſimum facit mentionem, vt apud *Müllerum* (qui ſcriptum iſtud lib. III *des Reichs-Tags-Theatri ſub Friderico III*, cap. XXVII p. 762 & ſeq. inſeruit) legere licet. Prima harum; Fridericum nil minus velle, quam quidem ſtare ſententia, quam ſuperiori anno *Ioannes* Eichſtadienſis & *Albertus* Auſtriæ Dux Norimbergæ tulerint, ac ædis Moguntinenſis primariæ Canonicis nouem illa, quæ poſtulet, florenorum millia remittere; quin, aperte queri, ea quammaxime ſe grauatum eſſe. Conf. quæ *Fridericus* ipſe in ſuis ad Spirenſes litteris affert, apud *Lehmannum* chron. Spirenſ lib. VII cap. CIII p. 852. Altera; eundem eccleſiam Moguntinenſem in iure, quod certa pro parte a ducentis iam annis in metallifodinas Deymbacenſes habuerit, grauiter interpellare, omni nuper metallo vi ablato, atque Alzeiam deuecto.

** Sic rurſum *Trithemii*, qui rem his verbis l. d. narrat, auctoritate *Helvvichius*. At vero non ita bene. Neque enim ille litis, quæ tum ipſos inter erat, materiam recte cepit. Audiamus modo *Vlricum* in dicta apologia p. 768; *Als ir dann ſchreibt, ich Grafe* Vlrich *von Wirtenberg, vnd mein liebe Gemahel, ſein mit euch gericht, vnd vmb etlich gebrechen veranlaſſet für meinem Hern vnd Fründe, dem Teutſchen Mayſter, dem ich nit nachkomen ſull ſein, vnd mein Gemahel vnd ich haben vnns gegen euch vnd Herzog Philipp verziegen vnd begeben* drew tauſend mynder achtzehen gülden geltz, *vnd meynent, daß es billigen dobey blybe* &c. *Nun vvie vnd durch vvas geſtalt das dazu komen iſt, darff dißmals nit erklerung* &c. Hiſcum conf. quæ *Fridericus* ipſe in litteris modo citatis apud *Lehmannum* p. 853. narrat.

VI Igitur tot inimicis circumdatus Fridericus, nequaquam mente fractus, aut animo perturbatus fuit, ſed contractis copiis, principatum inprimis ſuum, per circuitum, præſidio valido muniuit, ac deinde cum reliqua parte exercitus *Schavvenburg*, caſtrum eccleſiæ Moguntinenſis in montenſi ſtrata ſituatum, obſidione vallauit: idque, octaua die, quæ erat dominica proxima poſt reſurrectionem Domini, cepit. Erat autem caſtellum illud muris, turribus atque foſſis ſatis munitum, bombardis, baliſtis, machinis, victualibus & cunctis neceſſariis abunde prouiſum: in eo equites decem & octo, pedites vero triginta reperit, quos omnes Heidelbergam captiuos abduxit *.

Palatinus parat ſe aduerſus hoſtes;

Caſtrum Schavvenburg obſidet & capit;

* Ita ſane *Trithemius* l. d.

VII Poſt aliud deinde tempus, habens ſecum Ludouicum, Landgrauium Haſſiæ, cum multo milite mercede conductum, Rheno flumine tranſito, oppidum *Pfedersheim*, quod ad Moguntinam quoque eccleſiam ſpectabat, haud procul a Wormatia ſitum, obſedit *. Erant tunc in ipſo oppido viri plures & fortiſſimi, ad eius defenſionem ab Epiſcopo Moguntinenſi, Diethero, deſtinati; videlicet, Ioannes de Naſſau, Wilhelmus de Wertheim, Otto de Henneberg, Philippus de Leiningen, Henricus de Runckel, omnes Comites **, aliique militaris ordinis viri permulti. Aderant & Ringauienſes incolæ in magna copia, in cuſtodiam loci, & pugnam, ab eodem Moguntinenſi Præſule conſtituti. Palatinus autem, cum ſuis, oppidum fortiter impugnans, id ipſum tandem cepit, multis aduerſariorum occiſis, pluribus vero captis. Ibidem, quingentos equos ſellatos, & prædam non modicam reperit, quæ omnia, in proximam villam, Weſthoffen, deportari, & inter milites ſuos diſtribui procurauit †. Capti tunc fuere ſupradicti Comites quinque, nobilium quoque & ignobilium ſexcenti tredecim, qui omnes magno ære ſe redimere coacti, pauci ex reliquis, fuga lapſi, euaſere ††.

Idem Pfedersheim oppidum obſidet.

& magna cum præda capit.

Numerus captiuorum.

* Ante vero, quam id obſideret, Dietherum cum ſociis iuxta id ipſum acie deuicit, caſtrisque exuit. quo vid. *Irenicus* Exeges. German. lib. III cap. LI p. 135, *Lehmannus* l. d. p. 856, quos copioſius expoſuit *Hachenbergius* l. d. vt in notis ad *Serarium* videre eſt.

** Cum omnes hos ante iam in prælio ceperit Fridericus, errat auctor, dum dicit, eos ad defenſionem oppidi a Diethero fuiſſe deſtinatos, vel potius relictos, eoque expugnato demum captos. vid. quæ e veteri quodam manuſcr. attuli ad *Serarium*.

† Prædam hanc fecit Fridericus, non oppido capto, ſed ante, hoſte fuſo, in caſtris. vid. *Lehmannus* l. d. Ceterum, pro *quingentis equis* ſellariis legas *quadringentos*. Tot enim tum Fridericum cepiſſe, ac Weſthofii inter militem vna cum manubiis aliis diuiſiſſe, *Lehmannus* refert.

†† Duo ſunt, quæ hic notes. Primum eſt,

est, oppido expugnato captos quinque istos Comites; præter eos vero sexcentos ac tredecim alios, nobiles partim, partim ignobiles. Quod enim ad Comites, aliquot iam ante diebus in pugna captiuos factos, iam dictum. Idem dicendum, quod ad plerosque ceterorum attinet. Nobilium sane centum, & quod excurrit, tum manus dedisse victos, ex iis, quæ ad Serarium dicta, patet.

Alterum est, captiuos hosce coactos, vt magno omnes se redimerent ære. Crediderim potius, Dietherum ipsos redemisse, & donec pretium præstaret, villas Handschuchsheim & Dossenheim, vna cum castelli Schawenburgici reliquiis (*Burgstadel*) pignoris loco Friderici in potestate reliquisse. Id vt mihi persuadeam, facit, quod nobilibus, dum in Dietheri partes transibant, repromissa indemnitas; cum maxime vero, quod in pacis factæ tabulis diserte legatur: *sollen alle Gefangene, sie sin Grafen, Herren, Rittere* &c. *vff ein schlecht alt Orpfed ledig sin, vnd gehalten vverden, vnd alle andere Schatzungen, Brandschatzungen, von gegeben Gelt, Bürgschafft, vnd Sicherunge dafür geschee, sollen abe sin, vnd ferner nit gegeben vverden.* Si *Lehmannum* l. d. audias, pacis inter conditiones duodecim florenorum millia constituta, quibus Dietherus componeret captiuos, redimeretque. Edit. I pag.

Ex quo concordia inter eum & Dietherum facta.

VIII Hisce peractis, cum Fridericus Palatinus vlterius contra Moguntinum procedere disponeret: Wilhelmus Landgrauius Hassiæ* & alii quidam, de concordia inter eos statuenda, tractarunt, fuitque tandem pax hisce conditionibus stabilita, vt scilicet Palatinus, pro impensis, quas fecerat, triginta millia florenorum, haberet in pignus, castella *Schavvenburg*, *Dossenheim*, & *Hendschuchsheim*, cum villis, & omnibus prouentibus eorum, quorum tamen omnium reemptio, pro dicta pecuniarum summa, in arbitrio vniuscuiusque Archipræsulis Moguntini pro tempore existentis, esset posita. Adhæc Ringauienses nouem millia florenorum persoluerent, ipsi Comiti, pro quibusdam bonis, prouentibus & iurisdictionibus, quas apud villam Lorch, iure, seu gladio, acquisierat †. 11

* Haud absimiliter *Hachenbergius*, *Müllerus*, *Struuius*, alii, *Trithemium* improuide secuti: qui, consimilis fere vocabuli sono deceptus, ex *Hessone* Landgrauio fecit Landgrauium *Hassiæ*, ac *Vilhelmum* vocauit, cuius nominis tum sane nullus Hassiæ Landgrauius in rerum erat natura. Qui pacis Dietherum inter ac Fridericum auctor erat, fuit *Hesso*, Landgrauius Leiningensis, ac Comes Dagsburgi, magna tum nominis fama, auctoritateque Princeps. quod tametsi iam ad *Serarium* notaui, nil tamen impedit, quo minus hic ipsis tabularum, quas tum edidit, verbis hoc maiorem dictis fidem conciliem: *Wir* Hesse *von Gots gnaden Lantgrave zu Lyningen vnd Grave zu Tagsperg, bekennen, als der Ervvurdige in Got Vater, Her* Dieter, *ervvelter vnd bestetigter zu Menze, vnd der Hochgeborn Furst, Her* Friderich, *Pfaltzgraf by Rine, zu offen Fehden Kriegen vnd Fiendschafft miteinander kommen, darin sie etvve lang gevvest sin, vnd darin bis dato beharret han, dass vvir — zu vermeiden Blutvergiesen vnd viel arges — beteidinget* &c. *Lehmannus* l. d. in consiliariis, quos pacis conditiones confeciisse refert, memorat *Iesse*, Comitem Leiningensem; verum is, nisi totus fallor, ipse, quem dixi, *Hesso* est.

† Ita quidem *Trithemius* l. d. quem præeuntem secuti, hic, *Helvvichius*, alibi, *Hachenbergius*. Paullo aliter *Lehmannus* l. d. aliter item *manuscr.* noster germanicus. Genuinas pacis conditiones ex ipsis tabulis tum confectis dedi ad *Serarium*; quem velim inspicias.

Qua antequam iniretur, Palatinus ades Canonicorum, extra mœnia spoliat ac incendit; quorum malorum Dietherus auctor.

IX Ante initam autem concordiam, ipse Palatinus Fridericus, Moguntiam cum exercitu veniens, ædes Canonicorum *D. Albani*, *Victoris*, ac *S. Crucis*, impetu inuasit, spoliauit, ac incendit; quod factum reliquos terruit, & vt pecunia sese præseruarent ab incendio imminente, concitauit. Nam, datis Comiti quatuor florenorum millibus, clerus reliquus ciuitatis, domos, ædes, curtes, frumenta ac bona sua, ne incendio perirent, liberauit *. Horum autem omnium auctor fuit Dietherus. Taceo innumera alia damna, calamitates, & miserias, quas ecclesiæ & subditis suis, aliisque vicinis, in istis sæuissimis commotionibus, machinationibus suis causauit. 12

* Aliter paullo, rerumque circumstantiis conuenientius *Manuscr.* noster de hoc dissidio germanicus. Conf. quæ dixi § XXXIII chronici Collegiatæ ad *D. Victoris*.

Qui inde apud Papam accusatur:

X Erat certe fœda omnium tunc rerum facies Moguntiæ. Capituli nulla reuerentia, lamentari populus, conqueri Clerus, nemo suum Præsulem Dietherum, sed hostem, nemo pastorem, sed raptorem, ac totius patriæ deperditorem appellabat. Quocirca omnes ex Rhenanis partibus venientes, apud Romanum Pontificem eius regimen accusabant, vitamque eius turpissimam ac sceleristissimam proponebant, miseriam simul suam, & totius patriæ calamitatem maximam, deplorantes.

XI Pon-

Edit. 1 pag. 14

XI Pontifex, his nuntiis acceptis, grauiter commotus, confirmationem Diethero cum conditionibus supra nominatis datam, retraxit, eumque, tanquam Romanæ ecclesiæ inobedientem & obstreperum, excommunicauit †: quo audito, Dietherus in ira exarsit, & de vindicta suscipienda cogitauit, ac, tanquam iniuria summa affectus, ad futurum concilium appellauit, conuocatisque pluribus conuentibus, proceres quosdam, vt appellationi suæ adhærerent, magnis precibus inuitauit: ex quibus fuerunt, prædictus Comes Palatinus Fridericus, postquam ipsi iam reconciliatus esset; Fridericus item Marchio Brandenburgicus, & alii Principes, qui appellationi eius adhæserunt ††. His Principibus, Dietherus, contra Papam & sedem Apostolicam scripsit, satagens, vt natio Germanica ab oneribus curiæ Romanæ, contra conciliorum Constantiensis & Basiliensis decreta, exoneraretur, & sic multa, tum aduersus Romanam ecclesiam, tum etiam contra Imperatorem, molitus est, in eosque, tanquam suprema orbis capita, cornua erigere, & calces iacere, non dubitauit; nec censuras veritus ecclesiasticas, quamuis excommunicatus, sanctuarium ingressus est, diuina fœdans ministeria, missarumque sollemnia per contemtum visitans.

qui confirmationem retrahit:

quare is ad futurum Concilium appellat.

Multis aliis Principibus appellationi eiusdem adhærentibus.

Censuras ecclesiasticas non curat;

† Enimuero, res ita habet. Aerario Moguntinensi exhausto, legati a Diethero missi pecuniam Pontifici pro pallio soluendam a mensariis mutuo sumserant, hac quidem lege, ni ære hoc ad constitutum Dietherus exiret, anathematis illigandum vinculis. Inde, cum ad diem nomen, vt legati receperant, haud explicaret, creditores, quibus id per erat molestum, Iudices adibant Cameræ; qui haud cunctati Dietherum, Papa quidem inconsulto, sacrorum interdicto subdidere. *Inter hæc accidit*, ita ipse *Pius II* Pontifex, *vt ad instantiam mercatorum, qui pecunias Apostolicæ sedi debitas sibi concesserunt, cum iam satisfactionis tempus præteriisset, Dietherus ipse excommunicaretur, absque nostra scientia: nam id per iudices inferiores in forma Cameræ fieri solet.* Conf. quæ *Dietherus* ipse in sua, quam ad Ordines in conuentu Moguntino habuit, oratione narrat, infra § XIV.

†† Plures dicit auctor Dietherum conuocasse conuentus. Sed enim vero non plures, quam tres indixit; quorum tamen secundus, Francofurti habendus, hæsit, vt alibi iam notatum.

In duobus istis sua quidem de prouocatione seu appellatione egit. Vtrum vero tam magnis alios precibus, vt ei subscriberent, inuitarit, mihi sane haud exploratum.

Quin, præter Brandenburgensem ac Palatinum, qui isti appellationi tum adhæserit, nemo alius in actis occurrit, quam Herbipolensium Præsul, Ioannes.

XII Prædicti quoque Principes, Palatinus & Brandenburgensis, epistolas duas ad Pontificem Maximum, acres satis & pungentes, plenasque minarum, miserunt, sex hos articulos complectentes. I, de tollenda decima. II, de reuocanda restitutione Mantuana. III, de auferendis annatis secundum decreta Concilii Basiliensis. IV, de congregando nouo concilio. V, de grauamine illato singulariter electo Moguntino, & adhærendo appellationi suæ. VI, de accipiendo in his remedio dato, quod Papa non vellet hæc facere, vt incepta sunt. Ad hos articulos Pontificii oratores responderunt, minatique de alio Archiepiscopo præficiendo, & de Moguntina ecclesia archicathedrali, suffraganealem facienda.

sicut quoque Palatinus & Brandenburg. epistolas acres Papa transmittunt.

XIII Pontifex autem, vbi accepit, Dietherum, excommunicationem suam parui pendere, & per contemtum, aduersus Romanam curiam nouas adhuc tur
16 bas excitare, aliosque, ad eandem persequendam, instigare, diuina simul & humana iura violare, ac in omne, quod animus ipsi suggereret, effrenata libertate ipsum deuolui, Reuerendum ac Nobilem virum, Dominum *Rudolfum* de *Rüdesheim*, Decretorum Doctorem, ac cathedralis ecclesiæ Wormatiensis Decanum, vna cum Domino *Francisco*, Decano Toletano, Subdiacono, ac iuris ciuilis interprete, ablegauit, qui res in Germania inspicerent, atque ipsius Dietheri animum, aut mollirent, aut furori eius resisterent. Conuenerunt igitur Moguntiæ, præter reliquos Germanorum Principum Oratores, quoque hi duo, cum quibus, & *Gregorius Heimburgensis*, Sigismundi Austriaci legatus, iam pridem hoc ipso anno MCCCCLX propter hæreses damnatus. Suasere legati, ne homini hæretico communicaretur. Spreuit eorum verba Dietherus, Gregoriumque illum inprimis audiendum, ad conuentum, cui præsidebat, admisit, & quæ vellet, dicere iussit: cuius oratio plena blasphemiarum atque errorum fuit, vnde postmodum,
17 non *Gregorium*, sed *Errorium*, cum appellauere Catholici.

Hinc Papa, perceptis his,

Legatos contra Diethenum mittit

ad Conuentum Moguntiæ, in quo Greg. Heimburger

virulentam habet orationem,

* Principes, Legatique Moguntiam conuenere anno MCCCCLXI; quod notandum; ne quis verbis Helvvichii, *iam pridem hoc ipso anno MCCCCLX*, in erroneam concedat sententiam.

tentiam. Et quidem conuenere ipsis feriis sacratissimæ Triadis honori dicatis. Discas id ex litteris Pii Pontificis, quibus legatorum suorum declarationem in conuentu hoc factam approbat. ibi namque, *qui* (oratores) inquit, *pro parte nostra dietæ apud Moguntiam in festo sanctæ Trinitatis proxime præterito celebratæ interessentes* &c.

Conuentui huic *Gregorius* quidem *Heimburger* interfuit, sed nomine publico; missus a Sigismundo, Austriæ Duce, hero suo, vt auctor ipse fatetur. Quod cum ita habeat, putarim, Diethero non tam facile fuisse, hominem excludere, præsertim cum eum nec alii aditu prohiberent. Eius alioquin in consuetudinem tum se dedisse, vel opera etiam in capiundis consiliis vsum esse, his in apologia sua l. d. p. 44 infitiatus verbis est: *Wir haben auch die zyt Gregorien Heynburg zu dem Dage gein Menze zu kummen nicht verbotet, auch nach yem nicht geschicket, noch vns synes Rats oder Wesens nicht gebrucht, meinen auch, daß syn Sendebotten solichs vf demselben Dage nicht anders erfunden haben.* Edit. I pag.

Ceterum, quæ hic auctor dicit, ad verbum debet *Gobellino*, apud quem libro VI Commentariorum Pii Pontificis II p. 143 ea reperias.

& post eum Dietherus ipse;

XIV Post eum, quoque Dietherus locutus est in hunc ferme modum, vt habet ipse *Pius II* Papa * Commentariorum suorum lib. VI, cuius ipsa verba ponamus. *Quibus me modis*, inquit Dietherus, *persecutus fuerit superioribus diebus Roman. Pontifex, nullum vestrum, arbitror, viri fortes, ignorare: repetam tamen breuiter, si quis ignoret, quæ norunt omnes. Inprimis, cum essem ad ecclesiam Moguntinam electus, missisemque procuratores, pro veteri consuetudine, ad impetrandam confirmationem, vsque Mantuam, vbi tum erat Romana curia, diu preces meas suspendit contempsitque, procuratores vacuos remisit, cum nollent indignis petitionibus assentire: petebatur magna vis auri, confirmationis caussa; iuramentum insolitum exigebatur, illudque inter cetera prorsus indignum requirebatur, vt conuentus nationis suo iniussu non cogerem. Prætereo alia multa, nationi Germanicæ grauissima, de decimis, atque indulgentiis, ad quas præstare iubebar assensum. Sustinui, quoad potui, non acerbo animo dilationem. Remisi procuratores, nouas adieci preces, pecunias obtuli, quas consuessent mei prædecessores Apostolico ærario pro confirmatione inferre: diu protracta res est. Postremo, cum alio modo confirmationem obtinere nequirem, iurauí, præter consuetudinem, antequam annus elaberetur, ad præsentiam me Pontificis conferre; negotiatores, rogati a meis procuratoribus, in sese onus faciendæ solutionis, & me sibi, in formula, quam vocant Camerae, obligatum assumpserunt. Præteriit tempus, non potui in præfixo termino satisfacere, excommunicatus sum, & publice denuntiatus. Hæc de mea caussa. Ceterum quantum ad vos attinet, quid sibi velle, vel decimas, quas petunt, vel indulgentias, quas afferunt, arbitramini? Bellum contra Turcas gerendum aiunt, pecunia opus esse. Insidiæ sunt; quod si me adiueritis, non prævalebunt fraudes. Ego ad futurum concilium appellaui, non tam quod iniuste sum excommunicatus, quam ne prouinciales mei decimarum onere afficiantur. Vnicum hoc nobis remedium aduersus Apostolicæ sedis imperium relictum est. Vos, si sapietis, exemplo meo, & vobis ipsis, & subditis vestris, peropportune consuletis.* 17 18 19 20

in qua accusat Pontificem,

multa in sui excusationem affert;

alios in suam partem trahere conatur.

* Immo, *Gobellinus* Commentar. de rebus Pii II l. d. p. 143 & seq.

Qua finita legatus Rudolfus pro Pontifice locutus,

XV Hæc cum dixisset Dietherus, & iam propemodum persuasa concio videretur: assurgens Rudolfus, Wormatiensis Decanus, prænominatus, a Pontifice ablegatus, patria lingua, (nam & Dietherus teutonice verba fecerat) in hunc modum locutus est. *Da veniam, Diethere, si hoc in conuentu præstantissimorum virorum, summi Pontificis innocentiam defensurus, calumnias tuas repulero: & vos Proceres, pro communi omnium patre, magistro, & domino, loquenti, benignas aures adhibete. Contumeliosus est Christi vicario, Dietherus: falsam calumniam illi irrogat: procul a vero abfuit eius oratio, iniuriam intulit, non accepit. Audite rem gestam; si mentiar, adsunt procuratores, qui Dietheri negotia apud Mantuam tractauere; ipsi testimonium perhibebunt. Rogatus Pontifex Max. Dietherum in ecclesia Maguntina confirmare, facturum se, dixit, quod peteretur, quam primum electus ad curiam proficisceretur, conuentum haberi Mantuæ, de tuenda religione consulturum; vocatum eo fuisse præcessorem suum; par fore, subrogatum illi, id concilium adire, pro sua prouincia, quæ maxima esset, responsurum. Quis hoc reprehendat? quis Pontificem accusat de tuenda orthodoxa fide sollicitum? pium desiderium, piam Præsulis mentem, male interpretatur Dietherus. Iubent sacri canones, eum, qui electus est, Romanum adire Pontificem, confirmationemque coram petere. Quid delicti est, eum aduentum requirere, qui iure debetur? Vocatos ad synodum Episcopos, parere oportet,*

Dietherum contumeliosum ac calumniosum dicit; quid Pontifex desiderarit, exponit,

Edit. 1 pag. tet, & quæ synodus, maiorem ob causſam, auo noſtro celebrata eſt, quam Mantuana? ſi licuit, iam conſecratos illic Epiſcopos accerſiri, non licuit electos? ſi fuit honeſta vocatio, quis recuſationem laudet? Turpiter ad pontificatum veniſti, Diethere, prima tuæ dignitatis rudimenta inobedientiam prætulere, a rebellione cœpiſti. Dicis, ingentem pecuniarum ſummam fuiſſe petitam; quid agis, bone vir, ſiccine verum procul abiicis? caue, ne mendaciis auſcultes, mentiti omnes ſunt, qui vel nummum vnum abs te flagitatum aſſerunt, vltra ſummam in Camera prætaxatam. Decem millia auri nummum principalis taxatio requirit, minutaque, quæ vocant, ſeruitia, & litterarum expeditio, & oratorum ſumptus, circiter quatuor millia depoſcunt, nec ex te quicquam vlterius, vel exactum eſt vel poſtulatum; neque vnquam memoria noſtra, Moguntina eccleſia minus ſoluit Treuirenſi, quæ multo minor eſt, ſub Caliſto tertio triginta millia dedit. Quid habes, quod queraris? Nimia Pontificis benignitas ſuperbum te fecit: Iam vero, quod de concilio generali & conuentibus nationis aſſeruiſti, quis toleret? nunquam hæc excogitata fuerunt, ne dicam petita. Nam, quid ad te Germanica congregatio? Liberum eſt Teutonicis, quando venit Imperator, conuenire; generalis concilii conuocatio Romani Præſulis eſt, non Maguntini: illum mandare fas eſt, te obedire oportet: arbitraris, concilii nomen odioſum eſſe Pio? falleris: nihil tam illi iucundum fuerit, quam in conuentu totius chriſtiani orbis apparere; in quo tandem, & tua, & aliorum rebellium contumacia plecti poſſet: ſi adſit generalis ſynodus, præſidentia eius erit: ipſe caput, ipſe dux, ipſe moderator habebitur: te multi præcedent, quamuis non es ea doctrina, vt magna in eccleſia audeas apparere. Nam quid diceres, qui vix vnum vel alterum proferre verbum latine noſti? En, qualem inuenimus generalis concilii aſſertorem! bene habet eccleſia, quando ad te denique ventum eſt, ex cuius arbitrio concilium pendeat. De decimis atque indulgentiis non videris memoria tenere, quæ tua ſponte obtuliſti, daturum te illis curſum in tua prouincia: verum partem cupere: vendere tuas operas voluiſti: nec tunc prouincialium te cura tenebat, nec miſerebaris ſubditorum, nec ſpoliari Germanos auro, dolebas, dum portionem acciperes. At Pontifex deſtinatam in opus fidei pecuniam partiri tecum, nefas duxit, cuius tibi retinendæ animum nunquam induxit, quod DEO dandum eſſet, ſacrilegium exiſtimauit, ad priuatos transferre vſus. Non eſt pius, qui vnum dicat, alterum faciat; quod habet in corde, habet & in ore. Ego* menſarium noui, qui dedit argentum, neque in obſcuro res acta eſt. Pontifex ſuam portionem, Cardinales ſuam, reliqui miniſtri ſuam, accepere. Extant libri Cameræ, extant publica documenta, extant idonei teſtes. Vellet mercator, qui tua cauſſa ad inopiam vergit, verum te dicere: mendacium tuum, & ſibi in arca, & tibi in conſcientia, damnoſum eſt. Dicis, iniuſtam eſſe tuam excommunicationem: quomodo iniuſta? ſi in eo tempore non ſatisfeciſti, in quo ſub pœna excommunicationis diſſoluere mutuum tenebare? at, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, timenda fuit: ſpreuiſti cenſuras, non timuiſti, percuſſus anathemate, diutnis te officiis immiſcuiſti, factus extra eccleſiam, ingredi eccleſiam non horruiſti, polluiſti ſacras cæremonias, non honoraſti, non veritus es, irregularitatem incurrere. Sed appellaui, dices: quando appellaſti? Sane, iam cum lata eſſet excommunicationis ſententia, & iam Romæ, Maguntiæ, Coloniæ, multisque aliis in locis publicata. Rurſus, oro, a quo iudice prouocaſti? ab eo certe, qui non habet in terra ſuperiorem; nam quis maior Papa in terris? quæ celſior autoritas, quæ ſublimior dignitas? quæ poteſtas altior, quam Ieſu Chriſti vicariatus? ab eo appellaſti, Diethere, qui tamen ægre ferres, ſi quis prouincialium tuorum a te ipſo appellaſſet. Sed quem appellaſti iudicem? quem prouocaſti tuæ cauſſæ cognitorem? Futurum concilium, dicis, appellaui: & vbi eſt futurum concilium? vbi ſedet? vbi tribunal eius requiremus? pulchra inuentio, vt impunita ſint ſcelera, vt liceat, ſine metu iudicii, aliena inuadere. Is iudex appellatur, qui nuſquam reperitur. In Mantuano conuentu aduerſus hanc nequitiam lex edita eſt, quæ, appellanti ad futurum concilium, eam irrogat pœnam, qua rei maieſtatis, & fautores hæreticorum plectuntur. Intelligis, quæ te pœna expectet, Diethere; quamuis Apoſtolicæ ſedis decreta parui exiſtimas, cui non ſatis erraſſe fuit, niſi & alios tuo errore inuoluas, quando & hos Proceres, vt appellationi tuæ adſtipulentur, hortaris. At vos, viri prudentes, quid ſibi velit hæc appellatio, & quantum ſecum adferat veneni, plane intelligitis: fugite hanc peſtem, nolite, Dietheri cauſſa, & animas veſtras, & nationem perdere: ad gehennam omnes ædificant, qui ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ obedientiam declinant. Et quid erit natio noſtra, ſi licet ad futu-

Diethe rum Simonias & mendacii arguit.

eiusque excuſationes confutat;

* Numularium vel Argentarium.

ac querimonias contra eum inſtituit.

rum concilium appellare ? quis Epiſcopus ? quis iudex , ſuo ſatis officio faciet ? quæ manebit obedientia ? quæ ſententia executionem habebit ? omnes , qui appellant a Romano Præſule ad futurum concilium , ſupremum tribunal eſſe fatentur , quod appellant. Sine medio igitur ad futurum concilium patebit appellationis via : ea enim eſt ſupremi tribunalis prærogatiua , vt ſine medio prouocetur. Pernicioſum eſt hoc virus , & nationi noſtræ , & Apoſtolicæ ſedi , quæ profecto non meruit , vt nobis auctoribus ſuam eminentiam perdat : ipſa mater noſtra eſt : ipſa nos Chriſto regenerauit: ipſa nos lacte fidei nutriuit , & veræ doctrinæ lumine illuſtrauit. Nolite , Patres , nolite, Fratres , matrem contemnere , nolite conculcare Apoſtolicam ſedem. Et vbi requiremus gloriam noſtram , ſi hæc perierit ? quid hoc mali eſt ? Superiores cuncti contemnimus , & dum liberi omnes eſſe volumus , nemo non ſeruit. Decimas & indulgentias horretis , quæ pecunias nationis exhauriunt : bono eſtote animo , nihil ab inuitis Papa requirit. Bellum aduerſus Turcas indixit ; ſperauit , quod Oratores veſtri Mantuæ promiſerunt , ratum futurum : decimas atque indulgentias eorum conſilio decreuit, ex quibus pecuniæ , ad bellum neceſſariæ , cogerentur : ſi non placet religioni opem afferre , liberi eſtis ; conſulite in medium , tam vobis vicini , quam Italis. Turcæ ſunt , communi periculo res agitur : nolite arbitrari , ab inuitis auxilia Pium exſpectare. Ego & collega meus fidem facimus , nationem Germanicam , niſi ſponte ſua voluerit , nihil collaturam : huius rei ſi opus fuerit , decretum dabimus. Vos , pro veſtra circumſpectione , Chriſtianæ religionis ſtatum , & inualeſcentem Turcarum potentiam , & pericula , quæ noſtris capitibus imminent , & quibus modis inſtanti ruinæ E dit. I pag. 26 27

Quamuis ſint, qui pauciora & minus libere dixiſſe volunt.

ſit occurrendum , iudicabitis. Hæc , prædictum Wormatienſem Decanum , in hoc conuentu , Moguntiæ vulgari lingua peroraſſe , nonnulli affirmarunt , quemadmodum ea omnia , ad verbum , habet ipſe Pius Pontifex in ſuis commentariis , loco ſupra citato : plerique vero , quamuis egregie locutum , pauciora tamen & minus libere , dixiſſe , tradiderunt. Sed dixerit , quæcunque voluerit, conſtat , conuentum eius peroratione perſuaſum , nihil eorum feciſſe , quæ Dietherus efflagitauerat ; Gregoriumque Heimburgenſem , Errorium illum , qui pro Diethero verba fecerat , inde confuſum abiiſſe , ac teſtes, qui pro Diethero producti fuerant , aduerſus eum depoſuiſſe *.

Inde conuentus diſſoluitur.

* Ita ſane *Gobellinus* l. d. Idem dicit *Pius* in exauctorationis , quam mox promam , ſententia.

Quo diſſoluto, Dietherus *ad mentem redit, & veniam poſtulat,*

XVI Conuentu diſſoluto , fractus animo Dietherus , & conſcientiæ ſtimulis compunctus , Apoſtolicis nuntiis ad ſe vocatis , varia cum iiſdem locutus eſt , aliumque ſe deinceps fore promiſit , appellationi ſuæ renuntiaturum , ac Pio Pontifici, quoad viueret , obtemperaturum , ſi modo aliqua ſpes veniæ & gratiæ conſequendæ ſibi reſtaret. Legati , ſibi de venia nullatenus dubitandum , reſponderunt: gratiam vero qualem optaret , ſe ignorare : quod ſi annatam ſibi remitti expeteret , eo quod paupertate premeretur , non licere ipſis certi quid deſuper polliceri; tamen cum Pontifice ea de re ſe acturos , promiſerunt : difficile autem eſſe Apoſtolicæ Cameræ , iura dimitti ab eo Pontifice , qui multis oneribus grauaretur : appellationem ſi reuocauerit , rei ſuæ ſummopere conſulturum. Victus his verbis Dietherus , accerſito tabellione , & teſtibus quibuſdam , appellationi , quam publice interpoſuerat , occulte renuntiauit , vt quem , non tam appellaſſe , quam appellationem reuocaſſe , pudebat. Idem fecerat , paucis diebus ante , Fridericus , Comes Palatinus , poſtquam Rudolfo , illo Wormatienſi Decano , inſtruente , appellationi Dietheri male ſe adhæſiſſe , didiciſſet. Sed neuter in via permanſit: ambo ad vomitum rediere †. 28 29

ac dum venia ac gratia ipſi pollicetur ,

ſua appellationi renunciat.

† Sic quidem *Gobellinus* l. d. quem auctor, fere ad verbum ſecutus eſt. Conf. interim, quæ attuli ad *Serarium* § I.

Neque tamen in via permanet.

XVII Pontifex autem , vbi temeritatem , ac in errore pertinaciam Dietheri cognouit , emendationemque eius fruſtra exſpectari vidit , eum in ſede Moguntina nequaquam cenſuit vlterius tolerandum , modo aliquem potentem inueniret , quem contra eum Pontificem conſtitueret , ne fruſtra ſententiam ferret. Miſit igitur quendam ex cubiculariis ſuis , D. *Ioannem Flaslandium* , Decanum Baſilienſem , in Germaniam , qui facta Dietheri inſpiceret , & an quiſpiam Canonicorum Moguntinenſium ad id idoneus inueniretur , inquireret , qui , opibus & amicis munitus , ſe Diethero opponere auderet. Inquiſitione itaque habita , illi omnium digniſſimus inuentus eſt Adolfus , ex illuſtri ac peruetuſta , immo regia , Comitum

Vnde Papa legatum mittit, pro alio in locum Dietheri conſtituendo ;

Edit. I pag. 30 mitum de Nassavv prosapia oriundus, ex qua Adolfus Rom. Imperator anno MCCXCII electus fuerat, Clero populoque dilectus: quem Canonici procul dubio Diethero prius prætulissent, si libera Capituli electio fuisset, & non in paucos compromissio facta, pecuniis & malis artibus patuisset: septem enim, vt supra dictum est, fuere compromissarii, quorum tres, Adolfum hunc; tres vero, Dietherum elegerunt: septimus, tribus millibus aureorum emptus, ad partes Dietheri quoque inclinauit. *cui Adolfus, C. Nassouius, omnium dignissimus visus.*

XVIII Erat autem in Adolfo doctrina insignis, eiusque generi mores respondebant. Hunc, cum *Ioannes* ille, Basiliensis Decanus, conuenisset, percunctatus est, an animus sibi esset, aduersus Dietherum, Moguntinam ecclesiam acceptare. Adolfus, induciis ad respondendum petitis, rem ad amicos detulit. Conuentus autem erat difficilis magnorum virorum, sine suspicione. quapropter peregrinationem, Aquisgranum versus, quo tempore celebris eo concursus habebatur, simulantes, Coloniæ Agrippinæ conuenerunt; ibidemque, discusso in vtramque partem negotio, Adolfo Moguntinam ecclesiam acceptandam censuerunt; auxiliisque, aduersus Dietherum, promissis, iuramento se ipsi obstrinxerunt, scripseruntque Pontifici, si eo modo prouisionis litteræ mitterentur, quo esset cum Ioanne, Apostolico legato, conuentum, nullum dubium fore, quin Dietherus e sede Moguntina eiiceretur. Conscii huius negotii erant, *Ioannes*, Archiepiscopus Treuirensis, eiusque frater *Georgius*, Episcopus Metensis, & *Carolus*, Marchio Badensis, *Vlricus* Comes Wirtembergensis, *Ludouicus*, Landgrauius Hassiæ, & tres Moguntinenses Canonici præcipui, quibus omnibus suasoribus & impulsoribus, & Adolfus, Moguntinam ecclesiam acceptare, & Pius, Pontifex, illi eandem committere, persuasus fuit. *Adolfus, Archiepiscopatu sibi oblato, petit inducias ad consultandum. & consultatione cum suis habita, Episcopatum suscipere annuit: De conscijs negotii huius.*

XIX Rebus ita constitutis, Ioannes, legatus Apostolicus, ad Pontificem cum Tybur petere statuisset, reuersus, omnia, quæ cognouerat, ipsi exposuit. Aderant Cardinales quinque: Rothomagensis, Zamorensis, Spoletanus, S. Susannæ, & Vicecancellarius. His accersitis, Pontifex Dietheri contumaciam ac
32 scelera explicauit. & quidnam in tali rebellione agendum esset, ab iisdem rogauit, secreto sub pœna excommunicationis indicto: qui omnes Dietherum deponendum decreuerunt, cuius tanta crimina referrentur: nec opus esse * telis iudicii aduersus eum, qui publice ad futurum concilium appellasset, periurasset*que*, nec statuto tempore sacris pontificalibus initiatus fuisset: manifesta crimina non egere ordinario processu: Adolfum & sua virtute, & progenitorum claritate, Moguntinam ecclesiam mereri *. *Ioanne reuerso Pius, habito cum Cardinalibus consilio, Dietherum exautorandum, & Adolfum substituendum decernit.*

* tela

* Hæc omnia rursum *Gobellinus* l. d. De cetero notes, *Flaslandium* hunc *Adolfi* quam maxime studiosum fuisse; *Adolfum* vicissim memorem in bene meritum præstitisse animum. Dabo, ne dubites, *Adolfi* ipsius verba: *Wir* Adolf — *bekennen, dass vvir haben angesehen soliche annemig mergliche Dienst, so der Wurdige* Her Iohann Werner *von* Flasland, *Dhomprobst zu Basel, vns oft vnd dick getan hat vnuerdrosslich — darum versprechen* vvir *ime sin lebetag die vvil vvir veh im Leben sin vverden, alle Iare funfzig Riniſche Gulden — zu geben.* Habentur in litteris Ratisbonæ anno MCCCCLXXI, ipsa D. Mariæ Magdalenæ memoria scriptis.

XX Præfuerunt autem iam ante, Moguntinæ ecclesiæ, ex maioribus Adolfi aliqui, eamque summa cum laude pluribus annis rexerant; videlicet *Gerlacus*, qui anno MCCCXLVI ex Decano Archiepiscopus, & XXVI Elector Imperii constitutus, anno MCCCLXXI, die XII Februarii obiit. Item *Adolfus*, dicti Gerlaci ex fratre nepos, qui anno MCCCLXXIII ex Spirensi Episcopo, Moguntinus Archipræsul, & XXVIII Rom. Imperii Elector factus, anno * MCCCLXXXVIII mortuus est. *Ioannes* quoque, dicti Adolfi frater, qui anno MCCCXCVII Archiepiscopus & XXX Elector creatus, anno MCCCCXIX diem obiit. Præterea,
33 Præposituram Moguntinensem, qua, post pontificiam, nulla maior dignitas existit, rexerunt *Wilhelmus* & *Henricus*, quorum prior anno MCCCCXXX mortuus: alter hoc ipso dissidii tempore vitam adhuc egit. Taceo reliquos huius illustris prosapiæ in Moguntina ecclesia Canonicos. *Qui ex Comitibus Nassouia ecclesiæ Moguntinæ præfuerint.*

* Legas MCCCXC. Eo enim anno viuis *Adolfum I* excessisse, demonstraui ad *Serarium*.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

SECTIO II

Edit. I pag.

De Adolfi *substitutione.*

I

Dietherus deponitur, & Adolfus ei substituitur.

COmmuni itaque Pontificis ac Cardinalium decreto, e vestigio depositus fuit Dietherus, & Adolfus in eius locum suffectus, liberatique vasalli a iuramento præstito, iussi sunt, nouo electori Adolfo, fidelitatis iusiurandum exhibere: factæ litteræ, & prædicto Ioanni, Cubiculario, summo silentio in Germaniam perferendæ traditæ: qui, tanquam aliud acturus, Basileam profectus est, indeque, per Rhenum, ad constitutum diem, Moguntiam peruenit, vbi coniurati aderant, & cum iis *Ludouicus*, Comes Palatinus Veldensis, ex Bauariæ Ducibus.

Bullarum Papalium, quæ tum editæ fuerunt, sunt quatuor, vno eodemque die signatæ: quas quo minus huc afferam, nil, vti quidem existimo, impedit.

* *

Sententia exauctorationis

aduersus *Dietherum*, Electorem Moguntinum, lata.

PIVS *Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. In Apostolicæ sedis specula diuino consilio constituta, duo inter alia præcipua, quæ a nobis diligentissime inspici, curarique debent, alterum, vt bene merentes condignis præmiis & gratiis prosequamur, alterum, vt diuinæ legis contemptores, contumaces, ac rebelles, qui corrigi & emendari nolunt, congruis pœnis ac suppliciis afficiamus. Præmio enim & pœna res publica continetur, tum nostri æui conditio, in quo qui populo præsunt, non tam præmiandi, quam puniendi curam habere oportet, quamuis nec superiorum temporum bonorum numerus malorum excesserit, & omnis Pontifex inter aduersantium insidias atque arma transiuerit; perrari quippe boni sunt, & prona in malum est natura hominis; quæ, si aliquam impunitatem assequitur, tanquam prouocata, magis ac magis prolabitur; nec tam venia communi vtilitati consulit, quam vindicta. Cessant enim peccare homines, vbi seueritas delicta compescit: facilitas veniæ incentiuum delinquendi præbet.*

Experti sumus hoc nos in pluribus aliis, sed præcipue in Diethero, qui se Moguntinum electum appellat, quem tanto contumaciorem & rebelliorem inuenimus, quanto ei clementiam & benignitatem maiorem ostendimus, quemadmodum ex his, quæ infra dicemus, cuilibet intelligere licebit. Vacauit siquidem superioribus temporibus, cum Mantuam pergeremus, ecclesia Maguntina, quemadmodum & metropolitica est, per obitum bonæ memoriæ Theodorici, vltimi eius Archiepiscopi. Canonici capitulariter, vt moris est, congregati, ad electionem futuri pastoris procedere volentes, in quosdam arbitros compromisere, qui suo nomine electionem facerent; illi similiter conuenientes Dietherum prædictum elegerunt, quamuis, vt postea nobis enotuit, non sine labe & infamia simoniæ: siquidem vnus ex arbitris magna vi pecuniæ corruptus extitit, cuius vox quarto loco accedens inter septem arbitros causam præbuit, vt Dietherus maiorem partem haberet, & electus diceretur: qui similiter cum Capitulo procuratores & decretum electionis ad nos misit, petens, vt electionem huiusmodi confirmantes de per-

Edit. I pag. *perſona ſua Maguntinæ eccleſiæ prouideremus. Nos attendentes, quanta eſt Maguntini Archiepiſcopi apud Germanos auctoritas, & quam Conuentui Mantuenſi, cui tunc præſidebamus, ſua præſentia admodum vtilis eſſet, propter ea, quæ contra Turcorum perfidiam agere intendebamus, Diethero eidem mandauimus, vt ad nos, ſicut iura volunt, pro confirmatione ſeſe conferret, quia multa pro Dei honore & ſalute populi chriſtiani ſecum tractaturi eramus, prorogantes veniendi tempus & certiſſimam ſuæ confirmationis ſpem facientes, dum eius promotionem illi eccleſiæ vtilem putaremus. Sed homini pertinaci ac duræ ceruicis nunquam perſuaderi potuit, vt ad nos & conuentum tam neceſſarium accedere vellet, modo corporis infirmitatem, modo pauperiem prætendenti; quamuis & valetudinem bonam eius expectaturos nos diceremus, quæ mox conſecuta eſt, & aduentum eius cum pauco comitatu requireremus. Dum ſtaret immobile vitiati animi propoſitum, nec flecti ad veniendum poſſet, ceſſimus inſectari ſuperiores, & ad diſcipuli voluntatem magiſtri deſcendimus, ſperantes vincere in bono malum, & duri capitis opinionem clementi benignitate mollire, prouidimus eccleſiæ Maguntinæ de ſua perſona, litterasque prouiſionis in forma conſueta decreuimus. Neque enim ea nobis innotuerant de ipſo vitia, quæ poſtea palam emerſerunt, & bonum eſſe arbitrabamur, quem Capitulum Maguntinum in paſtorem efflagitaſſet. Procuratores Dietheri eius nomine & in animam eius ea nobis iurauerunt, quæ ceteri Epiſcopi Romanis Pontificibus iurare conſueuerant, & vltra hoc venturum ipſum perſonaliter infra annum ad præſentiam noſtram, quocunque in loco cum Romana curia degeremus, ad quæ facienda procuratores prædicti ſpeciale mandatum exhibuerunt. Credidimus bonis verbis eiuſdem Dietheri, qui per litteras & nuntios eius optimum ſe futurum & obedientiſſimum filium pollicebatur. Sed cum animo ſitienti expectaremus hunc hominem, tanquam ſedis Apoſtolicæ propugnatorem, & Catholicæ fidei defenſorem, ea curare, quæ pro tutela chriſtianæ religionis in Mantuenſi conuentu concluſeramus, inuitare homines ſuæ nationis ad expeditionem contra Turcos obeundam, ad obediendum in ea re cariſſimo filio noſtro, Friderico, Romanorum Imperatori Auguſto, ad quem idcirco legatum de latere miſeramus ad parandos exercitus, ad ſoluendas decimas, ac vigeſimas & trigeſimas contribuendas, & alia præſidia præſtanda, homo in reprobum ſenſum datus, Dei hoſtis, & totius gratitudinis inimicus, mox cornua erexit in Apoſtolicam ſedem, & matri ſuæ maledicere cœpit, latrauit contra nos plurimis modis, legatum noſtrum calumniatus eſt, qui decimas conaretur exigere, quibus copiæ contra Turcos armari poſſent, palamque dicere non eſt veritus, nos argentum nationis, non fidei defenſionem quærere; licet nos decimas ipſas non niſi conſentiente natione exigi mandauiſſemus, & illarum cuſtodiam ac diſpenſationem in manibus eorum tradi iuſſiſſemus, quos natio ipſa delegiſſet. Inter hæc accidit, vt ad inſtantiam mercatorum, qui pecunias Apoſtolicæ ſedi debitas ſibi mutuo conceſſerunt, cum iam ſatisfactionis tempus præteriiſſet, Dietherus ipſe excommunicaretur absque noſtra conſcientia: nam id per iudices inferiores in forma Cameræ fieri ſolet. Quod vbi ad eius notitiam peruenit, cenſuris eccleſiaſticis innodatus, non quomodo ſe ſolueret, & ad communionem fidelium rediret, ſed quomodo magis ac magis ſe pœnis immergeret,*

geret, excogitauit. Non recurrit ad nos, nullam nobis querelam fieri curauit, nullum a nobis præsidium, nullum remedium petiit, sed passim clamans & vociferans contra nos, indigna se pati dicens, & Apostolicam sedem blasphemans, confecto quodam infamatorio libello ad futurum concilium contra Mantuanam bullam appellauit, excommunicationem ipso facto, a qua, nisi a nobis, absolui non potest, & alias pœnas, contra reos maiestatis & hæreticæ prauitatis fautores a iure fulminatas, incurrens. Nec animo irreuerenti & infrunito satis fuit, primam sedem his modis contemsisse; nisi & diuina quoque contemneret, illis se publice immiscens, palam & notorie excommunicatus & in irregularitatem incidens. En, quæ reuerentia canonum! quis timor Dei! quæ religionis consideratio! Bis excommunicatus, bis extra ecclesiam factus, non coactus, non iussus, non absolutus, ecclesiam ingreditur; & diuinis officiis se ingerit, & sacrosancta polluere audet. Edit. I pag.

Nimia est hæc contumacia ac rebellio, & argumenta sunt hæc hominis de christiana religione parum bene sentientis, & omnia iura diuina & humana confundentis: quod in Diethero manifestissimum est, quem violasse iuramentum suum, nobis præstitum, apertissime constat. Namque cum terminus ad nos veniendi, iam semel prorogatus, instaret, non fidei memor, non promissi tenax, non debiti obseruator, non iuramenti cultor, sed excommunicatus, periurus, irregularis, & totius religionis expers atque inimicus, labi tempus permisit, nec ad nos venit, nec quod venire non posset, se excusauit: quippe qui eleuata facie & arroganti mente nihil se debere Romano Præsuli existimat, & fortasse maiorem eo se credidit, verbo & opere superbus, & inflatus opinione sua nunc istos, nunc illos hortatus est, vt appellationi suæ damnatissimæ adhærerent, sperans suam nequitiam tanto magis inultam esse, quanto plures mali consilii consortes inueniret; sed paucissimi ei adhæserunt, & illi quidem decepti ac circumuenti, quorum aliqui, cognita fraude, mox ab eo in ea parte sequestrati sunt, & appellationi renuntiauerunt, seque fideles Romanæ ecclesiæ filios declarauerunt, scientes, nihil tam pernicioſum esse, quam in errore cognito persistere. Dietherus autem feroci animo & mente peruersa quotidie magis ac magis insaniens, quamuis Capituli, cui adhæsionem extorquere non potuisset, tamen aliarum ecclesiarum Capitula ac Prælatos in suam dementiam trahere omni studio nisus est.

Indixerat auctoritate sua nationis conuentum apud Francofordiam: quod sibi ex eo licere affirmat, quia Moguntinus Præsul per nationem Germanicam Romani Imperii Archicancellarius existat. Fatemur eum, qui Maguntinæ præsit ecclesiæ, Archicancellarium esse Imperii apud Germanos, sed vocare nationem in vnum aliquem locum inuito Imperatore posse, aut ei licere, nequaquam fatemur. Sed ipse vero nimis multa sibi arrogans, nondum sacris pontificalibus initiatus, nondum Episcopus, nondum regalia consecutus, aduersante & contradicente Imperatore nationem vocare audet & conuentum tenere: & quamuis dicat, ea se idcirco agere, vt nationi & reipublicæ christianæ consulat (quod ad eum non pertinet, nisi quatenus a superioribus mandetur) re tamen vera nihil aliud studebat, quam sibi fauores aduersus Apostolicam sedem in reprobata appellatione sua quærere.

Hæc

Edit. I pag.

Hæc cum nos accepiſſemus, nuntios noſtros, viros præſtantes, ad eum miſimus, qui male vadentem retraherent, & in viam reducerent, monſtrarent ſibi, quantum a recto tramite diſceſſiſſet, quantum diuinis legibus aduerſaretur, quanto in periculo eſſet, quantum ſibi & nationi ſuæ & vniuerſæ chriſtianitati eius conſilia nocere poſſent: ſed nihil profuerunt hortamina noſtra; multi Principes ac Prælati eum flectere fruſtra conati ſunt; non audiuit genitorem, qui recta monebat; non conſiliariis ſuis auſcultauit; Suffraganeum ſuum, inſignem Theologum, qui, quantum Apoſtolicæ ſedi quilibet Epiſcopus obnoxius exiſtat, per ſacras litteras fideliter oſtendebat, contumeliis proſecutus eſt: nemo animum ſuum potuit immutare; nullum audire niſi ſeipſum voluit, & qui prurientes auribus ſuæ cupiditati conſona dicerent. Cumque apud Francofurdiam, prohibente Imperatore, congregationem habere non poſſet; nam boni ciues domino paruerunt; ad Maguntiam conuentum tranſtulit, ibique præſidere præſumſit, quamuis pauci aduenere, quorum pars, non vt ei auſcultaret, ſed vt eius reprimeret audaciam: nec tamen defuere nonnulli, qui eius inſaniæ conſentirent: inter quos Gregorius Haimburgenſis *inuentus eſt, quem veriori vocabulo* errorium *appellant, iniquitatis alumnus, quem, quamuis hæreticum publice damnatum, excommunicatum, ac rebellem Dietherus ipſe non ignoraret, ad conuentum admiſit, & illi palam communicauit, noſtris nuntiis, ne id ageret, commonentibus. Sed cur vitet excommunicatus excommunicatum, infidelis infidelem, periurus periurum, aut rebellis rebellem? pares cum paribus facile conueniunt, & colligatas inter ſe gerunt perfidi caudas. Gregorius Sigiſmundi ex Principibus Auſtriæ iam damnati & excommunicati, propter iniectas in Cardinalem S. Petri manus, in eo conuentu nuntius affuit, dignus Domini ſui orator, & dignus, quem Dietherus ſuæ perfidiæ conſortem admitteret.*

Habitus igitur eſt Conuentus Maguntiæ multo minor, quam Dietherus ſperauit; in quo ipſe plenus minarum multa contra nos & Imperatorem locutus eſt, audens os in cælum ponere, & duobus capitibus vilis ouicula maledicere; & quamuis nuntii noſtri magnopere eum hortarentur, ne ſe hoſtem Apoſtolicæ ſedi redderet, ne damnatam appellationem proſequeretur, ne Imperatori moleſtus eſſet, ne Papam impugnaret; intelligeret, ſe nullam habere cauſſam, cur talia tentaret; perſuaderet ſibi, omnia, quæ honeſta eſſent, facile poſſe a nobis impetrari; recognoſceret ſtatum ſuum, neque altiora ſe quæreret; ſciret, ſe, quantum ad Romanum Pontificem attineret, ouem eſſe, non paſtorem, & quantum ad Imperatorem, vaſallum ſe gerere, non Dominum, & vtrumque ſibi iudicem eſſe: impenderet reuerentiam ſuis ſuperioribus, & Dominorum potius clementiam, quam cenſuram experiri vellet: homo tamen criminoſus, & qui odio inextinguibili contra Romanam ſedem ardet, nec Imperatoris nomen audire poteſt, nullis flecti precibus, nullis deterreri comminationibus potuit, quin conceptum contra nos virus euomeret, plura attemptare auſus, quæ Apoſtolicæ ſedis, & Romani Imperii iuribus mirum in modum aduerſabantur. Sed nouerunt prudentes viri, qui aderant, machinamenta eius, nec manus tantæ malignitati dederunt. Finem habuit conuentus aliter, quam præparauit Dietherus: ruunt enim vana conſilia, nec temeritatis diuturna eſt cum proſperitate ſocietas.

Fractus omnino & desertus ab his, in quibus plurimum spei collocauerat Dietherus, paululum immutatus est, vocatisque nostris, tanquam resipere vellet, mendaci & contumeliosissimæ appellationi suæ renuntiauit; verum id haud quaquam publice, sed in domo coram paucis, vt quem non tam appellasse, quam appellationem reuocasse pudebat. Sperauerunt tamen nuntii nostri, eum in viam velle redire; sed cum interius hominem tetigerant, nihil solidi inuentum est. Perseuerabat in austeritate sua, & sibi Romanam sedem cedere dignum arbitrabatur, & tanquam nos ab eo, non ipse a nobis, instrui deberet, arrogantissime loquebatur. Non se satisfacturum mercatoribus obtulit, non vitam emendaturum, non iuramenta seruaturum, aut alia facturum, quæ tenetur: sed tanquam nobiscum pacisci vellet, hæc atque illa promittebat, si nos sibi, quod ipse cupiebat, promitteremus. Edit. I pag.

Quibus ex rebus animaduertentes, incorrigibile cor eius esse, nec sperandum, quod ad frugem recte viuendi perduci possit, & maxime cum eius electio, sicut ante diximus, per Simoniacam labem celebrata fuerit, de qua nobis postea grauia testimonia sunt exhibita, & hoc in partibus illis vulgatissimum est: difficile est enim, vt potestas malis artibus acquisita bonis moribus administretur. Cumque multæ querelæ ad nos peruenerint de malo ipsius Dietheri regimine, de violentia, qua vtitur in subditos, de tyrannide, de rapina, de sæuitia, de pluribus aliis excessibus; non est visum nobis, hæc vlterius dissimulare; esset enim nimis periculosum, si Dietherum ipsum in ecclesia non sua præsidere, & sponsam illam immaculatam vlterius in adulteri potestate permitteremus, quod nihil aliud videri possit, quam oues lupo deuorandas tradere, & deuotum ecclesiæ Maguntinæ clerum, qui hactenus ab eo corrumpi non potuit, in manu hostis dimittere, qui pro sua libidine vindictam sumeret, & cum impunita huic tanta rebellio cessisset, facile aliorum animos ad audenda similia traheret.

Ea propter cum manifestissimum sit, Dietherum præfatum ad futurum concilium appellasse, easque in pœnas incidisse, quæ in litteris per nos Mantuæ editis continentur; iuramentumque violasse non solum de veniendo ad nos intra præscriptum tempus, sed etiam de obedientia & reuerentia præstanda; qui mandata nostra contemsit, multa contra nos & statum nostrum molitus est; cum litteras Apostolicas accipere neglexerit, cum intra tempus a iure statutum nec se fecerit promoueri, nec prorogari tempus postulauerit; cum excommunicatus ac publice denuntiatus diuinis se immiscuerit officiis, & irregularitatem incurrerit, atque in censuris sorduerit, vt de hæresi vehementer suspectus videatur; cum eos multis modis persecutus sit, qui se excommunicatum vitare voluerunt; cum multa sibi arrogauerit, quæ ei non conueniunt, de Papa & Imperatore iudicare præsumens; cum Clero & populo suo grauis & iniuriosus existat, atque ecclesiam ipsam Maguntinam in spiritualibus & temporalibus male gubernet & multis modis afficiat, sintque hæc omnia ita publica atque notoria, vt nulla possint tergiuersatione celari; quamuis propter præmissa iam cecidisse a iure suo videri possit, si quod in ecclesia Maguntina, aut ex electione, aut ex prouisione nostra præmissis sibi competit, nihilominus de Venerabilium Fratrum nostrorum, S. R. E. Cardinalium, consilio, ad maiorem cautelam propter

Edit. I pag. *pter huiusmodi tam temerarios ausus & tam enormia facinora, ipsum dicta ecclesia Maguntina, & omni iure, quod sibi in ea competere posset, priuamus & priuatum esse declaramus, atque amouemus ab eadem, & ab omni vinculo absoluimus, quo tenerentur eidem, Capitula, Præpositos, Scholasticos, Custodes, Camerarios, Cantores, Thesaurarios, omnesque ac singulos Prælatos, quocunque nomine censeantur, Canonicos, Pastores, Plebanos, Vicarios perpetuos ac temporales, Altaristas ipsius ecclesiæ ac totius diœcesis Maguntinæ, omnes denique ac singulos Vasallos, Ligios, Castrenses ac Simplices, Officiatosque omnes, cuiuscunque status ac conditionis existant; Scabinos ciuitatum ac oppidorum, villarum, fortalitiorumque omnium, Burgimagistros, Consules, eorumque Rectores, quocunque censeantur nomine, & subditos vniuersos ac singulos eiusdem ecclesiæ Maguntinæ, eidem Diethero in nulla re obedientiæ vinculo teneri, & a iuramento, si quod ei præstiterunt, liberos & absolutos esse decernentes, ac mandantes eisdem, & eorum cuilibet, sub excommunicationis pœna, quam ipso facto contrauenientes incurrant, ne de cetero ipsi Diethero aut suis procuratoribus in aliquo respondeant, pareant, vel intendant, sed ipsum, tanquam morbidam pecudem, & pestilentem bestiam, vbique deuitent.*

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ priuationis, declarationis, amotionis, absolutionis, constitutionis, mandati & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Tyburi anno incarnationis Dominicæ MCCCCLXI, XII Kal. Septembr. Pontificatus nostri anno III.

Litteræ prouisionis Pii II *Papæ,*

ad *Adolfum*, Comitem *de Nassau*, Electum Moguntinum.

PIVS *Episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio, Adolfo de Nassavv, Electo Moguntinensi, salutem & Apostolicam benedictionem. Ad Apostolicæ dignitatis apicem superna dispositione vocati, ex pastoralis officii debito, vices temporum, qualitates rerum, & conditiones personarum solerti consideratione pensare debemus, vt circa statum ecclesiarum quarumlibet, præsertim cathedralium & metropolitanarum, sic sollicitis studiis intendamus, quod ab eisdem lupos rapaces ac vsurpatores & illicitos detentores amoueamus, ac cum de ipsarum regiminibus agitur committendis, tales eis in pastores præficere studeamus, qui commissum sibi gregem Dominicum sciant non solum doctrina verbi, sed etiam exemplo boni operis instruere, commissasque sibi ecclesias in statu pacifico ac tranquillo velint & valeant, duce Domino, salubriter regere & feliciter gubernare.*

Cum itaque nos hodie iniquitatis filium Dietherum, periurum, simoniaca labe respersum, excommunicatum, publice denuntiatum, mandatorum sedis Apostolicæ contemptorem, irregularem ac de hæresi vehementer suspectum, qui se pro electo Moguntinensi gerebat, & a nobis confirmationem per falsas suggestiones obtinuerat, licet propter eius violentiam, tyrannidem, rapinam, sæuitiam, & alios enormes excessus, ac diuersa publica & notoria crimina, iam cecidisse a iure suo manifestum esset, si quod in ecclesia

Moguntina aut ex electione aut ex prouisione nostra sibi competiisset; nihilominus de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, ad maiorem cautelam, propter huiusmodi tam temerarios ausus & tam enormia facinora ipsum Dietherum ipsa ecclesia Maguntina & omni iure, quod sibi in ea competere posset, priuauerimus, & priuatum esse declarauerimus, atque amouerimus ab eadem, eumque omni vinculo absoluerimus, quo teneretur eidem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Et propterea dicta ecclesia Magunt. vacare noscatur, nullusque de illa præter nos se intromittere potuerit siue possit, ex eo, quod nos cupientes eidem ecclesiæ, cum vacaret, per Apostolicæ sedis prudentiam, vtilem ac idoneam præsidere personam, prouisioni ipsius ecclesiæ, ordinationi & dispositioni nostræ duximus ea vice specialiter reseruandam, decernentes ex tunc irritum & inane, si secus super his a quoquam, quauis autoritate, scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Edit. I pag.

Nos igitur ad prouisionem tam insignis ecclesiæ celerem & felicem, ne ecclesia ipsa longæ vacationis exponeretur incommodis, paternis & solicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de præficiendo eidem ecclesiæ personam vtilem & idoneam, cum Fratribus nostris habuimus diligentem, vt tanto melius fideli Clero & populo consulatur, quantocius per legitimi pastoris aduentum nefarius excludatur adulter; demum ad te ipsius ecclesiæ Canonicum, in Subdiaconatus ordine constitutum, vitæ ac morum integritate, doctrina & litterarum scientia præditum, & in spiritualibus prouidum, ac prudentia & rerum experientia in temporalibus circumspectum, nec non hospitalitate, clementia, misericordia ac iustitia, & aliis multarum virtutum donis insignitum, ac de magno Nobilium & Comitum genere procreatum, cuius sanguis vsque ad Imperii cacumen ascendit, direximus oculos nostræ mentis; quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona tua nobis & eisdem Fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem Maguntinensi ecclesiæ, de dictorum Fratrum consilio, auctoritate Apostolica prouidimus, teque illi præficimus in Archiepiscopum & pastorem, in illo, qui dat gratiam, & largitur præmia, confidentes, quod præfata ecclesia sub tuo felici regimine, gratia tibi assistente diuina, prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus & temporalibus suscipiet incrementa: sperantes præterea, te maiorum tuorum vestigia secuturum: nam nonnullos de progenie tua de Nassavv eidem ecclesiæ Maguntin. quondam præfuisse percepimus, qui adeo prudenter, adeoque modeste & vtiliter ac magna cum omnium gratia se gesserunt, vt in hanc diem clarissima illorum memoria, famaque sit publica, tunc Moguntin. ecclesiam floruisse, cum aliquis ex sanguine de Nassavv illam administrauit: spem etiam in Domino suscipientes, te nefandi Dietheri tyrannidem soluturum, & multa commoda ecclesiæ ac vniuerso Clero & populo Moguntin. allaturum, &, quoad vixeris, inconcussa fide, deuotione atque obedientia nobis & successoribus nostris adhæsurum, & omnia, quæ bonus & verus Archiepiscopus tam ecclesiæ sibi commissæ, quam Romanæ, omnium matri, ac magistræ & dominæ, præstare debet, impleturum.

Iugum igitur Domini, tuis impositum humeris, prompta deuotione suscipiens, curam & administrationes prædictas sic exercere studeas sollicite, fideliter & prudenter, quod ipsa ecclesia Maguntin. gubernatori prouido ac fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque præter æternæ retributio-

nis

Edit. I pag. nis præmium, nostram & Apostolicæ sedis benedictionem & gratiam vberius consequi merearis. Dat. Tyburi, anno incarnationis Dominicæ MCCCCLXI, XII Kal. Septemb. Pontificatus nostri anno III.

Bulla Pii II *Papæ* ad Capitulum Moguntinum.

PIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis, Capitulo ecclesiæ Moguntin. salutem & Apostolicam benedictionem. Inter ceteras, variasque curas, quibus assidue premimur, illa potissimum mentem nostram excitat ac inducit, vt circa ecclesiarum omnium, præsertim cathedralium & metropolitanarum, statum feliciter dirigendum diligenter intendamus, ac ab eisdem lupos rapaces ac vsurpatores & illicitos detentores amoueamus, eisque & veris & bene meritis earum Prælatis de opportuno ecclesiasticæ subuentionis auxilio prouide ac salubriter succurramus.

Cum itaque nos hodie iniquitatis filium Dietherum, qui se pro electo Moguntino gerebat, & a nobis confirmationem per falsas suggestiones obtinuerat, licet propter eius enormes excessus, ac diuersa publica & notoria crimina, iam cecidisse a iure suo manifestum esset, siquidem in ecclesia Maguntina aut ex electione aut ex prouisione nostra sibi competiisset, nihilominus, de Venerabilium nostrorum Fratrum S. R. E. Cardinalium consilio, ad maiorem cautelam, propter huiusmodi tam temerarios ausus & tam enormia facinora, dictum Dietherum prædicta ecclesia Maguntinensi & omni iure, quod sibi in ea competere posset, priuauerimus & priuatum esse declarauerimus, atque amouerimus ab eadem, eumque, licet absentem, & inuitum ab omni vinculo absoluerimus, quo tenetur eidem, nec non præfatæ ecclesiæ Maguntin. vacanti de persona dilecti filii Adolfi de Nassavv, electi Maguntin. nobis & eisdem Fratribus, ob suorum exigentiam meritorum accepta, de dictorum Fratrum consilio, auctoritate præfata, prouiderimus, etiam præficiendo eundem Adolfum in Archiepiscopum & pastorem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur.

Nos igitur, quorum incommutabilis voluntas & intentio nostra semper fuit & est, de præsenti, quod huiusmodi nostra prouisio de dicto Adolfo electo bene merito facta, ac litteræ prædictæ, desuper habitæ, absque dilatione aliqua suum sortiantur effectum; propterea vos vniuersos & singulariter singulos Canonicos, sub excommunicationis, priuationis omnium & singulorum beneficiorum, dignitatum personalium, & administrationum ac officiorum, nec non bonorum, iurium, & priuilegiorum, libertatum, & indultorum, ac honorum, quos, quas, & quæ ab ecclesia vel Imperio obtinetis, inhabilitationisque ad ea & alia in posterum obtinenda, nec non perpetuæ infamiæ nota atque macula, pœnis, sententiis & censuris, quas contrafacientes ipso facto incurratis, requirimus, & monemus, vobisque & cuilibet vestrorum per Apostolica scripta mandamus, quatenus mox post exhibitionem vel insinuationem præsentium, aut postquam pro parte dicti Adolfi electi fueritis requisiti, absque cuiusuis moræ dispendio eundem Adolfum electum, tanquam patrem & pastorem animarum vestrarum, grato admittentes honore, ac exhibentes eidem reuerentiam & obedientiam debitas & denotas, iuxta aliarum litterarum nostrarum tenorem, ad ipsam ecclesiam Maguntinam recipiatis & admittatis, cuiusuis appellationis vel contradictionis obstaculo, ceterisque non obstantibus contrariis quibuscunque; etiamsi de ipsis eorumque certis tenoribus præsentibus habenda foret mentio specialis. Alioquin ex tunc, prout ex nunc, vos & quemlibet vestrum pœnas, sententias, & censuras huiusmodi incidisse declaramus, & vt tales denuntiari & euitari, publicarique volumus atque mandamus. Datum Tyburi, anno incarnationis Dominicæ MCCCCLXI, XII Kal. Septembr. Pontificatus nostri anno III.

Eiusdem Bulla ad Diœcesin Moguntinam.

Edit. I pag.

PIVS *Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis, vniuersis Capitulis, Præpositis, Scholasticis, Custodibus, Camerariis, Cantoribus, Thesaurariis, omnibusque & singulis Prælatis, quocunque nomine censeantur, Canonicis, Pastoribus, Plebanis, Vicariis perpetuis ac temporalibus, Altaristis ecclesiæ, & totius diœceseos Maguntin. omnibus & singulis Vasallis, Ligiis, Castrensibus ac Simplicibus, Officiatisque omnibus, cuiuscunque status & conditionis existant, Scabinis ciuitatum, oppidorum, villarum, fortalitiorumque omnium, Burgimagistris, Consulibus, eorumque Rectoribus, quocunque censeantur nomine, & subditis vniuersis & singulis eiusdem diœceseos Maguntin. salutem & Apostolicam benedictionem. Cum nos hodie iniquitatis filium* Dietherum, *qui se pro electo Maguntinensi gerebat, & a nobis confirmationem per falsas suggestiones obtinuerat, licet propter eius enormes excessus ac diuersa publica & notoria crimina iam cecidisse a iure suo manifestum esset, nihilominus de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, ad maiorem cautelam propter huiusmodi tam temerarios ausus & tam enormia facinora, dictum Dietherum prædicta ecclesia Maguntina & omni iure, quod sibi in ea competere posset, priuauerimus & priuatum esse declarauerimus, atque amouerimus ab eadem, eumque, licet absentem & inuitum, ab omni vinculo absoluerimus, quo tenetur eidem: nec non eidem ecclesiæ Maguntinæ vacanti de persona dilecti filii* Adolfi de Nassavv., *electi Maguntin. nobis & eisdem Fratribus ob suorum exigentiam meritorum accepta, de dictorum Fratrum consilio, autoritate præfata prouiderimus, præficiendo eundem Adolfum eidem ecclesiæ Moguntinæ in Archiepiscopum & pastorem: Vos itaque omnes eidem Diethero in nulla re obedientiæ vinculo teneri, & a iuramento, si quod ei præstitistis, liberos & absolutos esse decreuerimus, ac vobis mandauerimus sub excommunicationis pœna, quam ipso facto contrauenientes incurretis, ne de cetero vos aut procuratores vestri dicto Diethero in aliquo responderetis, pareretis, vel intenderetis, sed ipsum, tanquam morbidam pecudem & pestilentem bestiam vbique euitaretis, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur.*

Nos igitur ad habendam maiorem cautelam, & ad maiorem mentis nostræ & sedis Apostolicæ declarationem, vos vniuersos & singulos præfato Diethero in nulla re obedientiæ vinculo teneri decreuimus, & a iuramento, si quod eidem Diethero præstitistis, nec non quoscunque alios vigore feudorum quorumcunque aut confœderationum seu ligarum, aut intelligentiarum seu aliarum obligationum, quocunque nomine censeantur, penitus & omnino, autoritate Apostolica, absoluimus & liberamus, ac absolutos esse declaramus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, absolutionis, liberationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Tyburi, anno incarnationis Dominicæ MCCCCLXI, XII Kal. Septembr. Pontificatus nostri anno III.

II Con-

Edit. I pag. 34

II Conuocato itaque Capitulo, frequentes Canonici conuenere; videlicet, *Richardus* de *Oberſtein*, Decanus, *Rupertus* Comes a *Solms*, Cuſtos, *Vulpertus* a *Ders*, Scholaſticus, *Conradus Ravv* de *Holtzhauſen*, Cantor, *Salentinus* a *Scharpfenſtein*, & alii plures*, cum quibus & Dietherus ipſe adfuit. Ibi, Adolfus, Apoſtolicas litteras manu tenens, Dietherum depoſitum, ac ſeſe in eius locum Moguntinum Archiepiſcopum, a Pontifice Max. conſtitutum, declarauit, litterasque eaſdem, publice legi, ſibique eccleſiæ & Archiepiſcopatus poſſeſſionem tradi petiit.

Hinc, conuocato Moguntiæ Capitulo,

Adolfus *litteras Papæ exhibet.*

* Frequentes tum adfuiſſe Canonicos, *Gobellini* auctor ſcribit auctoritate. Is enim l.d. ita loquitur. Aliter Dietherus in litteris ad Wilhelmum, Saxoniæ Ducem, Aſchaffenburgi Mercurii proxima poſt D. Franciſci ſollemne datis: *Dann vvievvol etzliche vnſer Tumherren*, doch nit über fünfe, *über hoch Glübde, Eyde vnd Verpflicht ſich des vnbillichen ſvveren Miſshandels, der genant von Naſſavv gegen vns vnd vnſern Stifft fürnympt, vmbe Gabe vnd Gelt, ine darumbe verſprochen, vnd eins teyls alle gereyde vvorden ſin mag, mit ime vereynt vnd vertragen, auch vnſers Capitels groſs Ingeſiegel dieblich entvvand vnd entvveldiget haben, iſt es doch nit mit des merenteyls der Tumherren vnd des gemeinen Capitels Willen, Mainunge oder Verhengkeniſſe zugangen oder geſcheen, denn eynsteyls vnſrer Tumherren by vns, etliche zu Colne, etliche zu Spier, vnd an andern Enden ſin, den dann ſoliche grobe Getayt, an vns vnd vnſern vvirdigen Stifft zu hovver Beſchvverunge vnd Verderpniſſe begangen, mit truvven leyt, vnd durch ſie nit mit Bevvilligunge noch mit irem Wiſſen beſcheen iſt.*

III Dietherus, rei nouitate attonitus, quidnam ageret, dubius & anceps, diu animo fluctuabat, multaque in excuſationem ſui prætendebat: tandem appellare ſe a Pontifice non bene inſtructo, ad eundem melius inſtruendum, dixit †. Sed Canonici, cupientiſſimis animis, ſe Pio Pontifici parituros annuentes, Adolfum ipſum amplexum, in Epiſcopali ſolio collocarunt, & ad fidem & obedientiam debitam, ei ſeruandam, iuramento conſueto ſe obſtrinxerunt. Introducentes eum deinde in chorum maiorem, magna ſollemnitate, ac cæremoniis debitis, 35 *D. Ambroſii* hymnum, *Te Deum laudamus*, altiſonis vocibus cum iubilo decantando, de more in altari collocarunt, campanis omnium eccleſiarum, in lætitiæ ſignum, concrepantibus: aderant & ducenti circiter ciuium armatorum, quos Senatus, rogatu Capituli, conſtituerat. Poſthæc, Scholaſticus metropolitanus, Dominus *Vulpertus* a *Ders*, qui prius Dietherum, Moguntinum Præſulem electum, proclamarat, idem ipſe, ambonem aſcendens, Adolfum, Diethero abrogato, verum Archiepiſcopum Moguntinum & S. R. Imp. Electorem, a Romano Pontifice conſtitutum, populo publicauit *. Facta ſunt hæc, Iouis**, proxima poſt S. Michaelis Archangeli feſtum, anno MCCCCLXI, circa horam veſpertinam, quibus peractis, veſperæ ſollenniter fuerunt decantatæ.

Dietherus *contra appellat.*

Adolfus *nihilominus recipitur,*

& a Vulperto *a* Ders *proclamatur;*

† Eſt ita. Dietherus ipſe, ſe tum temporis a Pontifice non bene inſtructo ad melius inſtruendum prouocaſſe, cum alibi fatetur, tum in litteris modo dictis. Enimuero non ſolum ad Pontificem appellauit, verum etiam ſine mora apologiam vernaculo edidit ſermone, ac Imperii Principibus, Ordinibusque transmiſit. Quin, cum tandem præter ſpem Clerus maiori numero ad Adolfi ſe partes adiunxiſſet, profeſſus eſt, Cæſaris, Septemuirorum, Epiſcoporum Bambergenſis, Wirtzburgenſis, Eichſtadtenſis, Vormatienſis, Spirenſis, Ducum Auſtriæ & Bauariæ, Collegii etiam metropolis ſuæ primarii, Conſulum denique & Senatus ciuitatum Moguntinênſis, Francofurtenſis, Vormatienſis, Colonienſis, Rotenburgenſis, Vindshemenſis, Friedbergenſis, Gelnhuſanæ, Spirenſis, Heilbronnenſis, iudicium ſeſe paſſurum, illorumque ſtaturum ſententia. quo videas, quas die Dionyſii ad eundem Saxoniæ Ducem Wilhelmum dedit, litteras apud *Müllerum* l. d. § XI.

* *MS.* germanicus ita rem nobis narrat. Die Iouis Canonicis, qui aderant, Adolfus, exhibitis Pii litteris, exponit, ſe, Diethero exauctorato, conſtitutum eſſe Archiepiſcopum Moguntinum. velle ſe igitur ſummæ rerum admoueri. Reſpondent illi; quum in præſentiarum non omnes adſint, petere ſe, ad deliberandum, menſis vnius moram. Adolfus vero in ſua perſiſtebat ſententia. Sequenti igitur die, cum denuo congregati eſſent, *Rupertus* Comes Solmenſis, Volpertus *a Ders*, Conradus *Ravv de Holtzhauſen*, Cuno *Herdan de Buches*, aliique Pontifici ſe dicto audientes fore promittunt. Quo facto *Ioannes*, Comes Naſſouius, & *Eberhardus* Comes Königſteinenſis, & Eppenſtein I Dynaſta, & quidam alii Senatum ciuicum conueniunt, ſignificantes, Collegium metropolitanum decreuiſſe, ſeſe veſperi Adolfum Naſſouium, nunc a Papa conſtitutum Præſulem, ſollemniter in dignitatis Archiepiſcopalis poſſeſſionem immiſſurum; atque adeo velle, vt Senatus e ciuium numero CC, eosque armatos, ſecuritatis cauſſa, ſummam ad ædem conſtituat. Senatui res mira viſa, de exauctoratione Dietheri, cui plures fauere norat, Canonicos conſenſiſſe. Delegat igitur

igitur ad eos quosdam suorum, an res ita se habeat, curatius cognituros. Qui percepto, sic esse, vt missi a Collegio dixerant, Senatui id referunt. Qui dein non moratus, ducentos ciues armatos vesperi ad ædem metropolitanam adesse iubet. Vbi aduesperauerat, *Volpertus* a *Ders* & *Conradus Ravv* de *Holtzhausen* Adolfum foris iuxta tabernas amiculo linteo induunt, indutum in templum deducunt, deductum in ara collocant, sollemnitate consueta hymnum decantantes Ambrosianum: quo finito *Volpertus* a *Ders* publice, eum sedi Archiepiscopali impositum, populo denuntiat.

** Vno, eodemque die hæc acta, dubites fere, si quidem manuscr. quem modo adduxi, fidem haud derogaueris. Dein ante D. Michaelis sollemne bullas Pontificias Clero iam prælectas fuisse, disces ex his Dietheri verbis: *Nachdem vnd vff Samstag nechst vergangen von vvegen vnsers Heiligen Vaters Pabst Pii vor vnsern Capitel vnd Pfaffheit hie zu Menze offentlich verkundet vnd verlesen vvurden sint etlich Pebstlich Bullen, inhaltende, vvie derselbe vnser Heiliger Vatter der Pabst nach Rate siner Brüder, der Cardinäle, vns vnsers Stiffts zu Menze entsatzt.* Verba vero, *vff Samstag nechst vergangen*, respicere diem Saturni, Michaëlis Archangeli ferias præcedaneam, clausula docet: *Geben in vnser Stadt Menze am Dornstage nach Michaelis.*

Tum Cæsaris litteras Senatui exhibet.

IV Vt autem Senatus Adolfum verum & legitimum pastorem agnosceret, ipse litteras Cæsareas exhibuit, e quibus Dietherum, tanquam Apostolicis mandatis inobedientem, rebellem & contumacem, omni iure & priuilegio suo Episcopali nudatum, eumque Cæs. Maiestatis consensu, a sua dignitate non immerito depositum, intelligeret. In iisdem litteris Cæsar Senatui ac omni communitati Moguntinæ mandauerat, vt Adolfo, contra Dietherum abrogatum, auxilia ferrent, quarum litterarum copiam quoque Senatus recepit *. Exultabat in hoc tota ciuitas Moguntia, clericorum alter alterum inuitabat, eamque diem esse arbitrabantur, qua tandem sæuæ tyrannidis iugum excussisse viderentur. 36

Hinc magna latitia Cleri ac populi.

* Non Senatui solum, sed Ordinibus etiam Imperii aliis Cæsar per litteras denuntiauit, suo consensu & Dietherum sede Archiepiscopali dejectum, & Adolfum ipsius in locum suffectum esse. Quas ad Fridericum Septemuir. Saxonem dedit, legas apud *Müllerum* l. d. c. XI § 9 p. 46.

Post hæc Dietherus obiecta sibi refutare nititur, & frustra appellat.

V Post hæc, Dietherus, conuocatione rursum Capituli facta, multa in sui excusationem, per Doctorem *Humelium*, attulit aduersus ea, quæ ipsi ab Adolfo fuerant obiecta, & ad futurum Concilium appellauit *; sed frustra omnia: nitebatur enim in bullis Apostolicis, & confirmatione sua Pontificia Adolfus, a quibus nullatenus recedebat.

* Si non ante ea, certe non longe post. Mercurii enim post *D. Francisci*, e strata montana (quo se, Moguntia excedens, contulerat) reuersus, Aschaffenburgi ad Vilhelmum, Saxoniæ Ducem, dedit, quas supra citaui, litteras.

Ceterum suspicor, pro *Humelius* hic legendum *Humery*. Ansam ita coniectandi hæ mihi præbent litteræ: *Ich* Conrad Humery, *Doctor in geistlichen Rechten, beken, als ich in des Edlen mines gnedigen Hern* Dieterich *von Isenburg Graven zu Büdingen Dienst gevvest bin* &c. Scriptæ sunt proxima post *Pauli conuersi* memoriam Dominica an. MCCCCLXXI.

Ciuitati alioquin Conradus hic Humery fuit a consiliis, (*der Stadt Paffe vnd Iuriste*) annuo centum & triginta aureorum stipendio conductus. Post Cancellarii ciuici (*der Stadt Canceller*) auctus titulo, aucto itidem ad ducentos & octo aureos salario.

Ad munitissima oppida se recipit.

VI Postquam autem Dietherus, Capitulum & Clerum, sibi penitus aduersari animaduertit, vna cum *Emichone*, Comite Leiningensi, vrbem quadraginta equitibus egressus, ad munitissima, quæ sibi parebant, oppida confugit †. Quod si Adolfus, quemadmodum ipsi facultas fuerat, eum intercepisset: & seipsum, & vrbem, totamque ecclesiam ac diœcesin Moguntinam, atque omnia circumiacentia loca, ingentibus, quæ postmodum secutæ sunt, calamitatibus, periculis, ac damnis liberasset. Sed non præuident omnes omnia, & ipsa sæpe felicitas hebetat intellectum *, qui, tanquam cum capite, membra omnia suæ ecclesiæ recepisset, aduersarium contempsit. 37

† Traiecto Oppenhemii Rheno Starckenburgum, quod munitissimum tum temporis habebatur castrum, sibi adseruit: dein vero ad alia perrexit. *Manuscr. germanicus.*

* Sequitur apud *Gobellinum* l. d. pag. 147, quem auctor exscribit; *Adolfum nimia confidentia decepit. Qui tanquam* —

Adolfus homagium tum excipit:

VII Rebus porro omnibus ita compositis, & feliciter, vt opinio erat, transactis, Adolfus quam primum ab officialibus Moguntinæ ecclesiæ, tam ecclesiasticis quam sæcularibus, fidelitatis iuramentum excepit. Domini item de Capitulo, qui a partibus ipsius erant, de vrbe recedentes, quidam in Gauii tractum, alii in

Edit. I pag. 38

in Ringauiam, alii alia in loca, perrexerunt; ex quibus erant Dominus *Richardus* de *Oberſtein*, Decanus, *Rupertus* Comes *de Solms*, Cuſtos, *Vulpertus* a *Ders*, Scholaſticus, *Conradus Ravv* de *Holtzhauſen*, Cantor, *Salentinus* de *Scharpffenſtein*, & alii plures: hi omnes, præfecturas oppidorum Hoffheim, Algesheim, Vlmen occuparunt; teloneum quoque Lonſtein inuadere conantes, ab incolis ibidem, qui rem cum Diethero habebant, repulſi fuere.

Miſſis quibusdam Canonicis, qui diuerſa loca occupant.

SECTIO III

De bellicis vtriuſque apparatibus, ſociiſque ſibi adſcitis.

I

INterea Dietherus, Steinheim & Aſchaffenburgum, oppida: telonea item in Höchſt, & Gernsheim, totamque ſtratam montanam, poſſidebat *. Comes quoque Leiningenſis Emicho, Pfedersheim, oppidum eccleſiæ Moguntinæ, non longe a Wormatia, nomine Dietheri, in deditionem iam pridem acceperat. Commorans itaque in montenſi ſtrata Dietherus, Senatui & communitati Moguntinæ ſcribens, ſignificauit, proditionem vrbis ſuæ per quoſdam breui futuram; petiitque idcirco quoſdam ad ſe mitti, cum quibus hac de re pluribus loqueretur. Duobus igitur e Senatu, & duobus e communitate, qui mentem Dietheri, viamque proditionis, atque ipſos proditores explorarent, in caſtellum Dieburg, vbi tunc, cum Comite Leiningenſi, morabatur, miſſis, Dietherus pro-
39 ditores ac proditionis conſcios ipſis reuelauit, ex quibus Dominus *Vulpertus* a *Ders*, Scholaſticus ſæpe dictus, *Ioannes* Naſſouiæ Comes, aliique, cum ex Senatu, tum ex communitate complures, nec non Ringauienſes quidam erant: dixitque, ſe quidem aliquoties, ad vrbis obſidionem, ab iis requiſitum atque inſtigatum †, nunquam tamen id perpetrare in animo habuiſſe, neque eo induci potuiſſe, quoniam ſemper vrbis totius proſperitatem, ſalutem, & pacem exoptaſſet.

Dietherus multa caſtra & oppida ſibi obnoxia facit & habet;

proditionem vrbis futuram Senatui aperit:

Proditores indicat,

ſe ſemper amicum vrbis fuiſſe prætendit.

* Tum vero caſtrum, oppidumque *Lohnſtein*, non procul a confluentibus Loganæ & Rheni. De quo ſeruando quum turbido illo, dubioque rerum ſtatu non immerito ſollicitus eſſet, in ordinem præſidiariorum, ei defendendo pridem lectorum, ipſis ſtatim Michaelis Archangeli feriis, cooptauit *Philippum Hoenſtein*, virum manu ſtrenuum, conſilio vero bonum.

† A *Volperto*, Höchſtii: a *Ioanne* Naſſouio, Algeshemii. *Manuſcriptus germanicus*, ſæpius iam citatus.

II Multæ ſane, & graues, olim inter Clerum & Senatum, totamque communitatem Moguntiæ, ſeditiones, ſimultates, ac rixæ extiterant, propter ducillationes vinorum, frumentorumque venditiones, domorum ſtructuras, portarum ciuitatis clauſuras, bona immobilia, atque alia plura, ad iuriſdictionem vtrorumque pertinentia; quæ tamen iam dudum ſuperiori anno MCCCCXXXV compoſitæ fuerant ac pacatæ, concordiaque deſuper facta per venerabiles & circumſpectos, *Ioannem*, Maulbrunnenſis cœnobii Abbatem, *Ioannem* de *Palmar* *, Romanæ
40 Curiæ Auditorem & Archidiaconum Bononienſem, atque *Tilmannum Iohels* de *Lintz*, S. Florentini Confluentiæ Præpoſitum, a Baſilienſi concilio ad hoc ſpecialiter deputatos, vti ex inſtrumentis, deſuper confectis, late patet.

Occaſione diſſenſionum priſtinarum Cleri cum Senatu,

* leg. *Polemar.* Ceterum conf. huc, quæ attuli ad *Serarium* in *Theodorico* ad annum dictum.

Hæc animo reuoluens Dietherus, cogitanſque, qualiter Senatum & vniuerſam communitatem ſibi reconciliaret, & ad ſuas partes traheret, promiſſis artificioſis rem aggreſſus eſt, pollicituſque, ſi eius conſilium ſequerentur, eumque paſtorem fouerent, ſe effecturum, vt concordia illa & vnio, ſeu deciſio, inter Clerum & Senatum ab olim facta, tolleretur, & penitus annihilaretur, Cleruſque poſthac, cuncta ciuilia onera, in angariis, vigiliis, cuſtodiis, vectigalibus, aliiſque huiuſcemodi, ſicuti & ciues, portarent atque ſuſtinerent, ſicuti habet manuſcriptum quoddam peruetuſtum, his verbis vulgaribus: *Er vvolle die Rachtung, Entſcheidt vnd Verträge, ſo zvviſchen gemeiner Paffheit eins: auch Burgermeiſter, Rath vnd Gemein der Statt Meinz, andern Theils, verſchienener Zeit bethedingt, verglichen vnd auffgericht vvorden, den Weinſchenck, Verkauffen der Frücht, Häu-*

artificioſis promiſſionibus ciuitatem in ſuam partem trahere conatur.

ser, vnd anderer vnbevveglicher Güter: vvie den Rändten, Zinß vnd andere dergleichen; auch die Pfortenschlüssel betreffend, vffheben, vnd dieselbige dem Rath vnd gantzen Gemein übergeben, also daß hinfüro zu evvigen Zeiten die Paffheit alle Beschvvernussen, gleich andern Burgern in der Statt, tragen solten. Quam pollicitationem dictorum constantia adeo firmauit, vt nihil minus putaretur, quam non facturum illum, quod tam asseueranter promisisset. Edit. I pag. 41

Senatui Mogunt. placent promissiones Dietheri.

III Legatis Senatui & communitati hoc referentibus, placuit conditio, crediderunt que his sponsionibus, & explendo desiderio illius, quod diu satagebant, intenti, plurimis in eandem sententiam, ex ciuium numero adductis, Diethero obsequendum esse statuerunt, ciuitatisque & ecclesiæ administrationem, contra ius omne, & contra Romani Pontificis, Imperatorisque decreta, ipsi credere non sunt veriti. Sed accidit diuino iudicio, vt malo inchoata initio, calamitosum post exitum caperent: tantarum enim promissionum fructus perceptus vllus est, sed fundamenta posita sunt totius, quæ superinducta est, lachrimabilis cladis, totiusque vrbis direptionis, nec non totius diœceseos perditionis. 42 l. *nullus*

Idem Dietherus Fridericum *Palatinum in suam partem attrahere aggreditur.*

IV Antequam autem super hanc Dietheri promissionem Senatus responsa daret, Dietherus, non valens tædium repulsæ, quam in sede Moguntina tulerat, & fœditatem tantæ iniuriæ, vt ipse æstimabat, acceptæ concoquere, quoniam dies noctesque animo obuersabantur, sollicitamque eius mentem perpetuo cruciatu torquebant, omnibus viribus ac neruis eo intendere cœpit, vt inustam sibi hanc turpitudinis notam, si non extingueret prorsus, saltem rerum exinde gerendarum amplitudine quadam obscuraret. Itaque Fridericum Palatinum, cum quo, vt in initio dictum est, graues simultates & contentiones periculosas prius habuerat, sed iam sibi reconciliatum, profusissimis largitionibus, & maioribus pollicitationibus sollicitans, in fœderis societatem sibi adiungere, atque in gratiæ ac familiaritatis gradum summum vocare conatus est, cuius opera & auxiliis, pristinum gloriæ splendorem, ac dignitatis eminentiam recuperare, & contractam contumeliæ labem obliterare, & penitus extinguere, commodissime sperabat. 43

Palatinus promissionibus allectus, Diethero *opem promittit.*

V Hic Palatinus antea Adolfum contra Dietherum tuitus fuit, ideoque ab ipso Diethero, cum aliis Principibus, oppugnatus *: nunc e contra, a Diethero in auxilium, aduersus Adolfum, rogatus, postmodum nouem Moguntinæ ecclesiæ oppida sub imperio Dietheri retinuit, ceteris ad Adolfum deficientibus. Palatinus igitur, munerum amplitudine, & promissorum magnitudine pellectus, vt audiuit, Dietherum auxilium eius expetere, non tam muneribus ac precibus, quam spe prædæ alicuius non modicæ, incitatus (auaritia enim ipsum maxime trahebat in auxilium Dietheri, quod speraret, se hoc modo de Moguntinensi ecclesia quid accepturum, quod & accidit) ipsi suppetias contra Adolfum promisit, si fœdus secum iniret.

* Conf. huc, quæ supra iam dixi ad sect. I § V.

Senatus vero Moguntin. legatos ad Dieth. *mittit:*

VI Interim Senatus Moguntinus gratiam illam sibi a Diethero promissam, auide exspectabat, & ardenti desiderio desiderabat: quare & legatos ad ipsum, in Steinheim oppidum, quo secesserat, mittens, animum consiliumque eius, quidnam in hoc fieri optaret, exploraturus, cuius gratia tanta promisisset. Sed quoniam ipsi in respondendo fuerant tardiores, Dietherus dubius & anceps, & aliud iam animo voluens, se iam dudum aduentum eorum exspectasse, respondit; quia vero rem diutius pertraxissent, Palatinum interim secum fœdus initurum, sibique suppetias contra Adolfum laturum promisisse: timere tamen, si Adolfus a Pontifice & Imperatore auxilium ferat, Palatinum minus potentem fore: misisse se nuntios ad ipsum, qui, num illius adhuc mentis esset, intelligerent: sin minus, se cum Adolfo ipso pacto acturum. Adhæc legati Dietherum consuluerunt, quidnam ipsis hac in re faciendum suaderet? quibus ille, si, inquit, Palatinus, vna cum Comite Cattimelibocensi Philippo, contra Adolfum, mihi auxilio fuerit, Senatui & communitati idem suadeo faciendum: sin minus, nec illud agendum ipsis consulo. His responsis acceptis, legati recessere. 44 45

qui eis dubie respondet.

Palatinus *post* Diethero & Adolfo *diem statuit,*

VII Non multo post, nouus in vulgus rumor spargebatur, paxque inter Dietherum & Adolfum, per legatos contracta, eaque scriptis vtrimque confirmata, dicebatur, quorum copiam Adolfus Senatui transmisisset. Priusqam vero

hoc

Edit. I pag. hoc ad aures Palatini peruenisſet, ipſe duobus illis diem ſtatuit Oppenhemii, ad cauſſam eorum diſcutiendam. Eo Dietherus, ex ſuis, miſit *Emichonem* Comitem Leiningenſem, & Nobilem *Theodoricum von der Hauben*, Cubicularium ſuum: Adolfus autem, *Adolfum* Naſſouium Comitem, eius ex fratre Ioanne nepotem, Conſiliarium Cæſareum ac Imperialis Cameræ Iudicem, delegauit. Qui, cum eo peruenisſet, totum negotium inter duos Præſules tranſactum ac compoſitum, Palatino dixit. Quo audito, Palatinus ipſe valde obſtupuit. Legatis itaque recedentibus, nihil in conuentu illo peractum fuit. *ad quem vterque Legatos mittit.*

† Fuit ita, vt rumor tum ferebat. Quippe cum Adolfus ſecundioribus indies ſucceſſibus vteretur, Dietherus per amicos agere de concordia cœpit. Conuenerunt itaque vtriuſque legati haud procul Moguntia, eodemque hoc anno LXI, circa diem Martino Epiſcopo ſacrum, formulam pacis ediderunt, quam partes ratam dein habuerunt, ac ſollemni iureiurando interpoſito confirmarunt; Adolfus per *Stamme* von *Goritz* & *Adolfum* de *Breithart*, Canonicum S. Petri & ad B. M. V. ad Grad. Dietherus per *Petrum Winheim*, & *Ioannem* de *Erlebach*. vid. litteras Conſiliariorum Adolfi apud *Müllerum* l. d. cap. XX § 12 p. 121, litteras itidem fiduciarias, quibus Dietherus ſuis plenam poteſtatem dedit, nomine ſuo eam iurato firmandi, apud eundem l. d. § 4 p. 112. Formulam ipſam legas § 2 pag. 106. & ſeq. Conditiones huc potiſſimum redibant: Dietherus Archiepiſcopatu decederet, & Adolfum agnoſceret Præſulem, dominumque: Adolfus Diethero de bonis Archiepiſcopatus, ad dignitatem ſuſtinendam, quoad vixerit, caſtrum Höchſt cum oppido, Steinhemium, Diepurgum, Starckenburgum, Benshemium, Heppenhemium, & Morlebacum, cum omni iure, prouentibusque permitteret. Ceterum conf. litteras Adolfi ad Wilhelmum, Saxoniæ Ducem, die Mercurii poſt feſtum natiuitatis Chriſti Eltuillæ datas, apud eundem l. d. § 4 p. 111 & ſeq. Conſiliariorum, quas modo diximus, p. 121, Caroli, Marchionis Badenſis, ad Fridericum, Electorem Palatinum, apud eundem cap. XXII § 4 pag. 132. Fridericus, conuentionem iſtam non e re ſua fore ratus, Dietherum nuntiis miſſis a ſententia auertit, fœdere, auxilioque oblatis. *Gobellinus* l. d.

VIII Priuſquam tamen illi, qui a Diethero miſſi fuerant, ſeceſſiſſent, Senatui & communitati Moguntinæ reſcripſerunt, admonentes, ne fidem adhiberent compoſitioni, quæ inter Adolfum & Dietherum facta dicebatur; nihil enim quicquam de pace eos concluſiſſe: ſed in verbis illis, quæ in Steinheim, oppido, Dietherus ad eos locutus fuerat, perſiſterent: ipſum, vna cum Comite Palatino, & Philippo Cattimelibocenſi, proxima Lunæ, in villa *Heinsbach* * conuentum habiturum, ad negotia vlterius proſequenda: eo ipſi ſuos quoque mitterent, ad rerum gerendarum modum audiendum. Quibus auditis, Senatus quoque ſuos, ad prædictum locum, ſtatutis temporibus mittere decreuit. *Interim legati Dietheri Moguntin. ad fidem Hero ſeruandam litteris hortantur.* *qui dicto illis audientes ſunt.*

46

* leg. *Hemſpach*. Quæ villa, ceterarum in platea montana haud vltima, fœdere ſuperiori anno Dietherum inter & Fridericum Palatinum iam nota.

IX Dietherus dehinc pactum cum Palatino fecit, eumque in auxilium, contra Adolfum, aſſumpſit: verum cum labores & impenſas pecunia recompenſare non valeret, bona eccleſiæ Moguntinæ alienare compulſus eſt, eique caſtella quædam & oppida munitiſſima, & maximi cenſus, pro quibus armis ante diu decertarant, ad Moguntinam eccleſiam ſpectantia, videlicet Starckenburg, Heppenheim, Bensheim, Morlebach, omnemque ſtratam montanam, cum vniuerſis ſuis prouentibus, ſtipendii loco, pro centum florenorum millibus, in poſſeſſionem tradidit; omnium tamen horum reemtionis iure ac titulo eccleſiæ Moguntinæ reſeruato †. Quæ terra, præterito MDCXXIII Chriſti anno, per Reuerendiſſimum D. *Iohannem Svvicardum*, Archiepiſcopum Moguntinum, piiſſimæ memoriæ, ad eccleſiæ Moguntinæ ditionem rurſum reducta fuit, non modica inter Heidelbergam & caſtrum Diepurg, oppida, caſtra, villasque habens non exiguæ vtili atis. Fuitque ea quondam anno MCCXXXII a *Sigefrido*, Moguntinenſi Archiepiſcopo, de nobili ac percelebri virorum D. Benedicti cœnobio Laurisheimenſi, in ipſa montenſi ſtrata ſito (cuius breui, DEO volente, peculiare chronicon dabimus) Moguntinenſi eccleſiæ incorporata. Dietherus *Palatino Stratam montenſem concedit.* *quæ longo poſt tempore demum ad eccleſiam Moguntinenſem rediit.*

47

† Ita *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. MCCCCLXI p. 443. Factum id Weinheimii, *vff S. Eliſabeth der heiligen Witvve Dag*. Tabulis ſigilla, præter Dietherum, appendere *Philippus*, Comes Catimelibocenſis, *Emicho*, Comes Leiningenſis, aulæ præfectus, & *Ioannes*, Comes Eberſteinius, ſinguli Dietheri a conſiliis (*vnſer Rete.*)

Pactione hac cum Friderico facta huc potiſſimum curas vertit Dietherus, vt Moguntinos pariter ſibi obnoxios faceret, deuinciretque. Conferebat igitur ſe Moguntiam, vna cum Friderico

derico Palatino, & Philippo Catimelibocensi, ac cum Senatu agebat. Conuenit tandem ipsos inter Mercurii post D. Andreæ. Ciues spopondere, appellationi, quam Dietherus nuper exauctorationi suæ interposuerit, sese adhæsuros, fideliterque ipsius a partibus ad finem vsque disceptationis staturos: Ei, fœderatisque, Friderico & Philippo, liberum semper ingressum & exitum patefacturos, permissurosque, vt in vrbe, quicquid vsus postulet, ære suo, pecuniaque sibi parent: Ipsis præterea fidem daturos publicam, non item hostibus; hac tamen conditione, ne maiori equitum vel peditum numero, quam ducentorum, vrbem ineant, nisi ciuium venia: Concessuros denique, vt iudicium exerceat Dietherus in eos, qui e Clero vrbis culpæ alicuius inueniantur rei. Dietherus vicissim ciuibus multa benigne pollicitus est, prolixeque. Et primum quidem iis immunitatem indulsit ab omni vectigali, Lohnsteinii, Ehrenfelsæ, Höchsti, Gernshemii, aliisque Archiepiscopatus locis pendendo: Dein, abolita compositione per legatos concilii Basileensis Clerum inter ac ciues anno MCCCCXXXV facta, quin singulis ac omnibus eandem respicientibus cum declarationibus tum confirmationibus resciissis, statuit, Clerum ciuitatis (Canonicis ad ædem maiorem solum exceptis) ad vectigal vino impositum (quod vulgo *vngelt* dicitur) soluendum obligari. Adhæc eisdem fecit gratiam, fontibus salui conductus, vt appellant, dandi litteras, pari quidem ratione ac modo, quo Camerarius ciuitatis hactenus eas Archiepiscopi nomine dederit, locoque. Tum vero Curiam ecclesiasticam a sede præsenti (erat autem ea Höchsti) Moguntiam reuocaturum, nec eam hinc alio se vnquam translaturum, recepit. Quin nec se, nec fœderatos vllam cum hoste vel aliis societatem inituros, aut pactionem aliquam facturos, nisi habita simul ciuitatis ratione. Si contigerit, vt fœderis huius caussa a Papa, Cæsare, vel aliis impetantur, ipsis se, fœderatosque in terris suis liberum, tutumque præbituros receptum, omnique simul affuturos consilio atque ope. Ad postremum, Cleri his accessisse consensum. Simul vero condictum, ne quem in Archiepiscopum recipiant, qui pactionem hanc confirmare detrectet, vel prius quem eligant, quam iurarit, ratam se habiturum eam, firmamque: tum vero conuentione pactorum stent, etiamsi Papa iurisiurandi ipsos absoluere velit vinculis, vel reapse iam solutos pronuntiarit. (*Vnd ob einig Pabst von sein selbs Bevvegung sie dauon absoluirn vvollte, oder vvürde, dass sie das nicht achten, sondern gleichvvohl diese Verschreibung vnd dern Inhalt stet und vest halten* ——) Hæc de fœdere illo, quæ probe notari velim ad sect. IV § III, IV, V.

Edit. I pag.

Qui præterea Diethero adhæserint.

X Senserunt præterea cum Diethero, præter Fridericum Palatinum, *Fridericus* quoque, Brandenburgensis Marchio, *Henricus* iunior, Landgrauius Hassiæ, * *Philippus* Cattimelibocensis, & *Emicho* Leiningensis, Comites, itemque *Philippus* & *Ludouicus*, ipsius Dietheri fratres †. 48

* Est ita. Iniere autem fœdus inter se Dietherus & Henricus Landgrauius, Francofurti ad Mœnum, ipsis Kalend Ianuar. anno MCCCCLXII has in conditiones; Henricus Dietheri caussam agat, tanquam suam: vocatus, cum copiis adsit subsidio: loca hostibus erepta, vna cum captiuis tradat in manus Dietheri. Dietherus vicissim Landgrauium cum suis pro rata ad participationem prædæ admittat (*vßgeschiden, vvas in die Beut gehört, daran ime vnd den sinen, als gevvöhnlich ist, vverden soll*) dein eundem præstet indemnem; nec cum Nassouio compositionem faciat, nisi Henrico consentiente; ei denique ex locis in Hassia Moguntinis concedat. . . .

Quo fœdere percusso, Henricus die VI Ianuar. ei quoque nomen dedit, quod Dietherus, Fridericus Comes Palatinus Rheni, & Philippus Catimelibocensis inter se stipulati fuerant.

† Quin præter hos longe plures fuere, quos Dietherus in belli adiutorium sibi adsciuit; *Georgius* nimirum, Comes Tubingensis, Dynasta, Lichteneckius, *Waltherus* & *Godefridus* de *Reiffenberg*, pater & filius, *Gerlacus* de *Cleburg*, *Crato* de *Rodenhausen*, *Hermannus* de *Vrspringen*, *Conradus* von *Oetingen*, dictus von *Bitsch*, *Eckhardus* de *Heusenstein*, *Willeboldus* de *Bellenberg*, *Henricus* de *Otterbach*, *Ioannes* de *Heidersdorf*, *Diezo Rußvvurm*, dictus *Kothe*, *Christmannus* de *Assenheim*. *Wilhelmus* von *der Kehre*, *Conradus Echter*, *Henricus* de *Weingarten*, *Hartmannus* de *Biedenfelt*, *Engelhardus* de *Berlichingen*, *Ludouicus* de *Hutten*, *Henricus* de *Stege*, *Philippus Hirt* de *Saulnheim*.

Insuper, stipendio ducentorum florenorum promisso, sibi Veneris post diem B. virgini conceptæ festum obstrinxit *Philippum*, *Hartmannum*, & *Iacobum* de *Cronenberg*, liberum simul ingressum, exitumque, quantacunque manu armatorum arcem ipsorum, oppidumque Cronenberg inire vellet; copiam itidem Adolfum inde armis persequendi, sibi pactus.

Enimuero & Adolfus aliquot loca Ludouico Nigro eripuerat,

XI Adolfus porro Archiepiscopus, contra potentiam Comitis Palatini & ceterorum, Diethero assistentium, auxilium *Ludouici* Nigri, Bauariæ Ducis, qui in oppidulo Meisenheim morabatur, implorauit, assignans ei pro stipendio, quicquid Moguntina ecclesia in districtu & Comitatu Sponheimensi * habebat, *Bickelnheim* scilicet castrum, *Sobernheim*, *Montzingen*, *Nusbaum*: *Vlmenam* item & alia oppida ac villas in Gauii tractu complures, cum omnibus vtilitatibus & prouentibus eorundem, sub certa pecuniarum summa, reemtione tamen salua: quæ omnia postmodum, Fridericus Palatinus, iure belli, suo quoque imperio subiecit.

* Rhin-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Edit. I pag. 49

* Rhingauienſibus in fidem acceptis, Adolfus, vt Lohnſteinenſes, Dietheri perſiſtentes in obſequio, ſuam ſub poteſtatem negotio hoc faciliori redigeret, caſtrum vicinum *Lahneckam*, ab ædis ſummæ Canonicis, quibus obnoxium erat, ſuos in vſus obtinuit, ac aliquot præſens inſedit dies; dein vero Eltuillam ſe retulit, primarium Rhingauiæ oppidum, ac paſſim vires ad prima caſtra conquiſiuit.

Caſtrum & oppidum *Vlmen* Ludouico, ipſis D. Eliſabethæ feriis, defendenda & commeatu militari inſtruenda commiſit, facta ſimul poteſtate, ea cum omni prouentu tenendi, poſſidendique, donec ipſi de impenſis in ea factis fuerit ſatisfactum. Dein eodem hoc anno in ſtipendium ei conſtituit ſummam ſeptem millium & ducentorum florenorum, per annos ſex penſionibus æquis (XII C ſcilicet) exſoluendam. *Sobernheim*, *Montzingen*, *Beckelnheim* caſtrum, & *Beckelnheim* villam generatim primum in ſecuritatem ei oppoſuit Ehrenfelſæ, Lunæ poſt Circumciſionis anno ſequenti MCCCCLXII; rationibus vero anno MCCCCLXVI, Iouis poſt D. Matthæi memoriam ſubductis, pro XL florenorum, quæ ei debebat, millibus.

Carolum item, Marchionem Badenſem, in auxilium vocauit Adolfus, cui pro ſtipendio, in pignus contulit villas *Algesheim*, *Gavvbickelheim*, & nonnullas alias, in illa plaga exiſtentes, cum omnibus vtilitatibus & prouentibus, recuperationis iure reſeruato *. *alia* Carolo Badenſi *confert.*

Vdalricum etiam, Comitem Wirtembergenſem, hominem audacem, bellicoſum ſimul & valde potentem, ſtipendio viginti millium florenorum in prompta pecunia conduxit **. *aliis alia promittit.*

Wilhelmum quoque, Saxoniæ Ducem, & Henricum de Schvvartzenburg, Comitem Thuringum, ſibi ſtipendiarios fecit, eis pro mercede dominia quædam in Eisfeldia aſſignans †.

Eberhardum item Königſteinium, ſororium ſuum, auxiliatorem habuit, cui Comitatum Hoffheim in mercedem dedit ††.

* *Carolo*, opem ſibi ſpondenti, pro tolerandis belli ſumtibus, damnisque, ſi qua daret, Mercurii poſt Michaelis Archangeli, caſtrum & vicum Algesheim, cum bonis contributis, in ſecuritatem contulit. Dein Saturni poſt D. Catharinæ feriis eidem promiſit, quicquid militi conducto conſtituerit ſtipendii, id bona ſe repræſentaturum fide. Anno ſequenti vero, Iouis poſt Fabiani & Sebaſtiani, præter *Algesheimium*, eidem etiam *Gavvbeckelnheim*, *Drommersheim*, & *Ockenheim* cum omni oppoſuit prouentu; ſine onere (vt in aliis litteris Wisbadæ Iouis poſt D. Antonii datis habetur) reddendarum rationum. His locis poſt adiecit villas *Windesheim* & *Kembden*, quas eidem, vna cum illis, ad XX florenorum oppignerauit millia; mille præterea de vectigali Ehrenfelſano, & quingentos aliunde quotannis percipiendos, & hos quidem decem, illos viginti florenorum millibus redimendos. Quæ ſingula atque omnia Badenſis deinde anno MCCCCLXVI Philippo Comiti Catimelibocenſi pro quinquaginta florenorum millibus pignori reliquit.

** *Vlrico* non ſolum generatim anno MCCCCLXI, Dominica proxima poſt Remigii, ob præſtitum auxilium omnia viciſſim pollicitus eſt officia, verum etiam Lunæ poſt D. Thomæ ferias quadraginta florenorum millia in belli promiſit ſumtum.

† *Wilhelmo*, Saxoniæ Duci, florenorum Rhenenſium probi ponderis & valoris millia quatuordecim (*vierzehen tuſend guter genemer Riniſcher Gulden*, *gut an Golt*, *vnd ſvver von Gevvicht*) conſtituit, & in ſecuritatem oppoſuit *Ruſtenbergam*, *Heiligenſtadium*, *Greiffenſtein*, *Biſchoffſtein*, pignerata itidem ſedi Moguntinæ loca, *Gleichenſtein* & *Lindavv*, cum bonis contributis, iuribus, cenſu, redditibusque aliis. Viciſſim ab eo ſibi ſtipulatus eſt mille quingentos equites, pedites totidem, currus vero, quot ſufficiant, ſarcinarios; hac lege adiecta, vt manum hanc præſens ipſe, quando vocatus fuerit, in hoſtem ducat.

†† *Eberhardo Eppenſteinio*, ſororio ſuo, ſex florenorum millia, Francofurti ad diem cathedræ Petri feſtum ſeſe præſtiturum recepit. Litterarum clauſula docet, id factum die Vrbani anno MCCCCLXII.

XII Præterea, auxiliares eius fuerunt *Iohannes*, Archiepiſcopus Treuirenſis, & *Georgius*, Epiſcopus Metenſis, ambo ſupradicti Caroli Marchionis Badenſis fratres *. *Ceteri auxiliares fuere Archiepiſcopus Treuir. qui Lanſtein bis obſedit;*

Quorum, Ioannes, Treuirorum Antiſtes, volens & ipſe mandatis obedire Apoſtolicis, & Dietherum exterminare, Lanſtein, oppidum Rheni, non procul a Confluentia, quod in diœceſi quidem Treuirenſi eſt, ſed iure dominii eccleſiæ Mogun-
50 tinæ pertinet, bina obſidione vallauit, eo quod incolæ partes quoque Dietheri ſequebantur. Obſeſſi ergo ciues, murorum & turrium firmitate defenſi, fortiter egerunt, ac hoſtes fatigatos ſine effectu diſcedere compulerunt. Altera autem poſthæc vice, Archiepiſcopus ille denuo contra eos obſidionem firmauit: ſed rurſum ſine effectu, cum ſuæ eccleſiæ damno non modico, & confuſione ſui, abire coactus fuit. Ioannes quoque, Epiſcopus Spirenſis, ex nobili familia Nix de Hoheneck, dicta Entzberg, oriundus, nec non Albertus, Marchio Brandenburgen- Spirenſis *et* Brandenburgenſis,

gicus & Hassus.

sis, & Ludouius, Landgrauius Hassiæ, multique alii Comites ac Nobiles, Adolfo in auxilium occurrerunt †. Edit. I pag.

* *Ioanni* Treuirensi sumtus in bellum factos sese exsoluturum, ipsis Kalend. Ianuar. anno MCCCCLXII spopondit, & in securitatem quartam vectigalis Lohnsteinensis partem oppignerauit; facta potestate, simul ac oppidum Diethero ereptum fuerit, eandem capiendi, & tamdiu colligendi, quam sumtus ille omnis ipsi esset refusus.

Metensi similiter de damnis, si qua faceret, cauit, Veneris post diem ascendenti in cælos Seruatori sacrum; pollicitus, Lohnsteinio expugnato, se ei quotannis feriarum natalitiarum tempore quingentos florenos de portorio loci depensurum.

† Quorum quidem hos Adolfus, constitutis stipendiis, sibi in commilitium adsciuit. Veneris post D. Galli, *Gerhardum*, Wildgrauium in Dhaun & Kirburg, Rhingrauium zum Stein; Veneris post D. Lucæ, *Wilhelmum*, Comitem Virnenburgium; Lunæ post D. Seueri, *Fridericum* de *Sombreff*, Dynastam Kerpensem; Dominica post XI millium Virginum, *Ioannem*, Comitem Nassouio-Saræpontanum; Saturni post Simonis & Iudæ, *Salentinum* Isenburgensem, iuniorem; feria D. Elisabethæ, *Dietericum* ab *Anglach*, Equitem, & *Wilhelmum Herter* de *Herteneck*; D. Barbaræ memoria, *Philippum*, Comitem Nassouio-Saræpontanum; per eosdem dies, *Aluicum*, Comitem Sulzensem, & hunc quidem in decem annos; anno sequenti MCCCCLXII, Dominica post Kalend. Ianuar. proxima, *Henne* siue *Henricum* de *Hazfeld*, Dominum Wildenbergæ; die Antonii, *Reinhardum*, Abbatem Fuldensem, remissa eidem pecuniæ (pro qua Fulda, Hunfelt, Geisa, & Rockenstul sedi Moguntinæ adhuc erant obnoxia) dimidia parte, quæ quatuor florenorum millia faciebat; Saturni post D. Iulianæ Virginis, *Henricum*, Comitem Hennebergensem, Canonicum Wirzburgensem; Mercurii proxima post Dominicam Reminiscere, *Othonem*, Comitem Waldeccium; Dominica Lætantium, *Ernestum*, Comitem Hohensteinensem, Dominum Lahræ & Clettenbergæ; Lunæ post annuntiationis, *Eberhardum*, Dominum Rodenmachræ, Cronenburgi, & Nuenburgi; peruigilio almæ Pentecostes, *Ioannem Hatzfeldium*, Dominum Wildenbergæ, Equitem; iisdem fere diebus, *Wirichium* de *Dune*, Falckensteinii & Obersteinii Dynastam, promisso bis mille florenorum stipendio; Saturni post D. Bartholomæi, *Ioannem* de *Waldenstein:* a plerisque certum sibi pactus equitum numerum; ab Eberhardo quidem, Rodenmachræ Domino, centum armatos (*gevvapnete*) ab Hohensteinensi, triginta; a Waldeccio, viginti; ab Hennenbergensi, viginti & quatuor; ab Hatzfeldio, quinquaginta; ab Isenburgio, armatos decem; a Sombreffio illorum septendecim, equitum vero sex & decem; a Wildgrauio, viginti.

Præter hos in auxiliariis numerauit *Adrianum* de *Bebinberg*, cum quinquaginta duobus equitibus; *Vlricum Halerer*, cum quadraginta & vno; *Simonem Zimmermann*, cum decem: *Henricum Scholer*, Heluetium, cum quadringentis quinquaginta peditibus; *Ioannem Sunderdorffer*, cum septuaginta quinque; *Martinum* de *Lindavv*, cum viginti quatuor; *Iodocum Sutern*, cum centum. Porro, *Henricum*, Comitem Bipontinum in Bitsch, & *Ioannem Pfufern* de Norstetten, præfectos militares Ludouici, Dynastæ Lichtenbergensis; *Ioannem* de *Wallendorf*, *Fridericum* de *Bubenheim*, *Nicolaum Zorn*, *Casparem Romrot*, *Conradum* & *Ervvinum* de *Bellersheim*, *Kalin* de *Druckenbach*, *Valentinum* de *Bischofsvveiler*, *Cleschin* de *Steinavv*, *Iacobum* de *Stein*, *Ioannem Mönch*, *Ioannem* de *Saarbrucken*, *Henricum* de *Husen*, *Philippum* & *Ioannem* de *Bergen*, *Dietericum* de *Helfenstein*, *Dietericum* de *Staffel*, *Petrum* de *Nyffen*, *Eberhardum Geilling* de *Altheim*, *Nicolaum Beyer*, *Wilchin* de *Velzberg*, *Philippum Hilchin*, *Hugonem* de *Stein*, *Ioannem* de *Burscheit*, *Burcardum* de *Beymelburg*.

Prætereo copias, a Philippo Burgundiæ Duce, sub *Petro*, Domino *in Bosoig*, & *Ioanne*, Domino *in Behevort*, missas; quas idem Adolfus suis aluit stipendiis.

Inde diuturna Principum concertatio.

XIII Tanta itaque sua potentia, tanta Archiepiscopatus sui amplitudine, ac tot Principum ac Comitum societate suffultus Adolfus, facillimum fore sibi persuasit, vt in sede Moguntina permaneret. Inter hos vtrimque certatum est diu, illi, vt contra Pontificis ac Imperatoris mandata Dietherum in Archiepiscopatus possessione conseruarent, quem iniuste priuatum aiebant: Hi vero, Papæ Imperatorisque mandatis obedientes, vt Diethero electo, Adolfo regiminis possessionem traderent. Videre hic est, in quantam miseriam nobilis Moguntina ecclesia tunc deuenerit, sub qua in hodiernam vsque lucem adhuc oppressa iacet: in cuius desolationem & interitum hi duo Principes, acriter de imperio contendentes, omnia vbique inuaserunt, destruxerunt, ac penitus perdiderunt. Multiplicata sane fuere mala tunc in terris, his Principibus subiectis: grauissima passim & vndique damna illata, in deuastandis, diripiendisque ac diruendis, seu etiam incendendis oppidis, monasteriis, ac arcibus, in terra ferro & incendio misere grassatum, rapinis ac furtis hostiliter loca quælibet depopulata, villæ in Moguntino territorio combustæ, deuastati agri, certamina multa, crudelia ac cruenta, peracta, cædes passim patratæ, captiuati plurimi, feminæ & virgines raptæ, vitiatæ, nuptæ, nulli

& miserstatus terræ Moguntin.

Edit. I pag. 52 nulli ætati venia data, non parſim eccleſiis, neque monaſteriis, diuina & humana vtrobique fœdata, vt in ſequentibus patebit.

XIV Sæpius inter hæc, Nicolaus de Cuſa, Epiſcopus Brixienſis, Cardinalis, aliique complures, ad Ioannem, Comitem Iſenburgicum, Dietheri fratrem, ſcripſere, eum adhortantes, quatenus fratrem a tam peruerſiſſima viuendi ratione abduceret, eumque admoneret, vt ſeſe humiliaret, veniamque ſupplex a Pontifice Max. poſtularet; non fore dubium, quin gratiam & indulgentiam conſequeretur. Sed ſurdis cantata omnia. Pater quoque ipſius Dietheri, *Franciſcus* *, qui quondam primum apud Electores Moguntinos in conſiliis locum obtinuerat, ſæpius filium hortatus, ne Romanam eccleſiam ita contemneret; ne Moguntinam ita dilaceraret ac deperderet: ſed cum fruſtra ſe conari tandem animaduertit, mœrore nimio conſumptus, ſupremum ſpiritum exhalaſſe perhibetur. *Diethero omnes admonitiones ſpernente,* *Patris etiam.*

53 *Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca ſonarent:*
Quodque foraminibus tibia mille canit:
Quodque leues calami, quod ſuauis cantat aedon,
Quod lyra, quod citharæ, quod moribundus olor:
Non potuit duram Dietheri flectere mentem,
Conſiliisque bonis nec dedit ipſe fidem.

Quin & ab ipſo, & ſuis aſſeclis omnibus, litteris & proceſſibus Pontificiis, ſub capitis pœna interdictum fuit: &, ſi conſtiterit de nuntiis talibus, vt caperentur, ac præfectis eorum præſentarentur.

* leg. *Dietherus.* Hoc enim nomine vocatum fuiſſe, ſupra oſtendi.

SECTIO IV

De fulmine Pontificio in Dietherum iacto, & minacibus Pii ad Palatinum litteris; tum vero de ſollicitatione Senatus Mogunt. a Diethero & Adolfo facta.

I

POntifex autem Max. vbi Dietherum ſemper contumacem, ſuiſque mandatis non inobedientem ſolum, ſed maxime etiam obſtreperum reperit, atque fruſtra emendationem in ipſo exſpectari vidit, acrem ſatis excommunicationis ſententiam in eum denuo fulminauit, bannoque pontificali, cum omnibus, ei adhærentibus, notauit, ſecundo Kalend. Septemb. an. MCCCCLXI*, 54 idque per auditorem Cameræ, Coloniæ aliisque in locis, publicari fecit. Cauſſæ autem excommunicationis ad priorem (quod ſcilicet infra ſtatutum ſibi tempus Romanam curiam non adiiſſet, confirmationemque petiiſſet) aliæ præterea acceſſere, quod videlicet non conſenſiſſet in impoſitione decimæ contra Turcam, ſed legato, eam exigendum miſſo, dixiſſet, Pontificem argentum nationis, non fidei defenſionem, quærere. Item, quod mercatoribus, a quibus mutuum, pro diſſoluenda annata ſedi Apoſtolicæ, iam pridem acceperat, non ſatisfeciſſet: ſumma autem, quam debebat, erat viginti millium, ſexingentorum & quatuor florenorum. Ad hæc, quod conſecrationem, ordinemque ſacerdotalem, infra conſtitutum ſibi a ſede Apoſtolica tempus, non accepiſſet. Quod in natione, conuentum Principum, contra voluntatem Imperatoris, conuocaſſet. Quod a bulla Mantuana, ſuper decimatione decreta, ad futurum concilium appellaſſet. Quod nuntios & legatos Apoſtolicos cum reuerentia non ſuſcepiſſet, honorem debitum eis non impendiſſet: ſed eorum litteris, mandatis, commiſſionibus, & factis contrarius, rebellis, & inobediens fuiſſet. Quod a Papa male informato, ad melius informandum, appellaſſet. Quod denique Friderico, Comiti Palatino, quem Apoſtolica ſedes illo tempore, ad informationem & inſtantiam quorundam Principum regni Germaniæ, vt rebellem & inobedientem eccleſiæ Catholicæ, condemnarat, adhæſiſſet; prout hæc omnia, in ipſa excommunicationis Bulla, plenius continebantur. *Dietherus a Pontifice excommunicatur.* *Cauſa excommunicationis.* 55

* Confundit auctor Bullam *exauctorationis* cum ea, quæ *excommunicationis* ſiue *banni* dicitur. Illa anno MCCCCLXI, XII Kalend. Sept. perſcripta fuit; hæc vero anno ſequenti MCCCCLXII.

Ceterum formam, modumque, quo ſingulis

gulis diebus inter Missarum sollemnia Dietherum cum sociis diris deuouendum volebat, peculiaribus idem *Pius* litteris præscripsit; quas e *Raynaldo* huc afferre non ab re erit.

Vniuersis ac singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Præpositis Decanis, & tam Cathedralium, quam Collegiatarum Capitulis, nec non quorumcunque Ordinum & Monasteriorum Conuentibus, ac Religiosis exemptis & non exemptis, parochialiumque ecclesiarum Rectoribus, & loca tenentibus eorundem per vniuersam Germaniam constitutis salutem &c.

Habentes fiduciam in eo, cuius vices, licet immeriti, gerimus in terris, quique nobis talem contulit potestatem, aduersus quam neque porta inferni prævalere possint, ad fidelium orationes, sanctorum Patrum exemplum imitati, duximus recurrendum, qui, dum aduersa necessitate premebantur, orationis clypeum opponebant, & velut arma spiritualia capessebant: orante namque Moyse populus Domini Amalecitas superasse scriptura sacra testatur: Muri Iericho non armis & ferro, sed tubarum sacerdotalium clangore corruerunt: Assyrios sub Rege Sennacherib DEVS precibus populi sui per angelum contriuit vsque ad internecionem.

Vobis igitur, omnibus & singulis, in virtute sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis pœna, quam ipso facto inobedientes incurrant, illis autem, qui nobis & sedi Apostolicæ fidelitatis iuramento sunt adstricti, sub pœna periurii districte præcipimus & mandamus, quatenus singulis diebus in omnibus & singulis ecclesiis vestris, in quibus conuentualem Missam dici contigerit, inter Missarum sollemnia, mox post orationem Dominicam, pulsatis campanis, candelis accensis, omnis Clerus genubus flexis submissa voce legendo Psalmum centesimum octauum, qui ineipit, Deus laudem tuam ne tacueris, *vsque ad finem dicat. Quo finito sacerdos celebrans similiter dicat collectas seu orationes, scilicet:* Hostium nostrorum quæsumus, Domine, elide superbiam; *& aliam, cuius initum;* Ecclesiæ tuæ *&c. Quibus finitis candelas extinctas in signum maledictionis in terram proiiciant. Quem modum tam diu seruari volumus & mandamus, donec prafati rebelles humiliati ad pœnitentiæ lamenta peruenerint. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ MCCCCLXII, Kalend. Febr. Pontificatus nostri anno V.* Edit. I pag.

Is vero multa aduersus excommunicationem affert.

Sed Dietherus e contra, multa, in sui defensionem, aduersus excommunicationis articulos prædictos, attulit, & quædam non esse vera, reliqua autem excusabilia, respondit: & se non monitum, non vocatum, non auditum: sed contra ius fasque, fuisse excommunicatum. At nulla eius excusatio locum apud Pontificem obtinuit †.

† Enimuero hæc non tum attulit Dietherus, sed anno superiori, in sua aduersus Bullam exauctorationis apologia. Ceterum ægre prorsus ferens, Ioannem Treuirensem, Ludouicum Bipontinum, Carolum Badensem, & Ioannem Nassouium, Adolfi amplexos partes, armis sibi incumbere, scripto Höchstl Martis post *Latare* signato, passimque diuulgato, contra fœdus illos facere, fidemque questus est; simul vero denominauit, quorum arbitrio, si quidem æquo iudicio decidi vellent, rem permittere paratus sit, *Georgium* videlicet Regem Bohemiæ, *Petrum* S. R. E. Cardinalem & Episcopum Augustanum, *Theodoricum* Colonienſem, *Fridericum* Rheni Palatinum, *Fridericum* Marchionem Brandenburgensem, Principes Electores, Episcopos *Bambergensem, Herbipolensem, Wormatiensem, Spirensem, Argentoratensem, Eichstadtensem, Wilhelmum*, Saxoniæ, *Ludouicum, Othonem, Ioannem, Sigismundum*, Boiariæ, *Albertum & Sigismundum*, Austriæ Duces, *Eberhardum*, Comitem Wirtembergensem, *Hessonem*, Landgrauium Leiningensem, Consules & Senatum Ciuitatum *Colonienſis, Argentoratensis, Wormatiensis, Spirensis, Norimbergensis, Francofurtensis, Augustana, Vlmensis, Erfurtensis, Treuirensis, Confluentina, Boppardiensis & Vesaliensis*; permissa illis eligendi, quos vel quem ex his velint, optione. vid. *Lehmannus* l. d. cap. CV, pag. 859 seq. *Müllerus* l. d. cap. XX § 5 p. 113. & seq.

Contra *Ioannes* Spirensis, *Ludouicus* Bipontinus, *Carolus* Badensis, & *Vlricus* Wirtembergicus, Martis post ramos Palmarum, conceptis inter se stipulati sunt verbis, se Diethero & Friderico omnibus bellum facturos viribus, nec destituros, quam ad exitum res fuerit perducta (*daß vvir — vvollen vvider den von Isenburg, — Friderich, all ire Helffer, vnd vvider ire Land vnd Lute mit allen vnsern Mechten strenglich vvürcken, one Vffhören, so lang bis soliche Sachen vnd Kriege vverden gerichtet.*)

Palatinus minaciter a Papa obiurgatur

II Palatinum quoque Fridericum, quod Diethero, priuato iam & anathematizato, arma iungeret, ecclesiæque Moguntinæ bona ad se traheret, & edicta contra eos, qui litteras Apostolicas in suo territorio publicarent, poneret, cum omnibus suis assecliis excommunicauit *, & interdixit, inhibuitque, ne quis eis panem, vinum, carnes, equos, currus, balistas, lanceas, & alia id genus, adferret, vti ea in litteris Apostolicis fusius continebantur, quæ Argentorati, Spiræ, aliisque in locis, ecclesiarum valuis fuerunt affixæ †. Huius autem executores constituti fuerunt Archiepiscopus Colonienſis, & Argentoratensis Episcopus: itemque, Decani, Treuirensis & Argentinensis. 56

* Die

Edit. I pag.

* Die VIII Ianuar. Ita Adolfus, Spirensis, Bipontinus, Badensis, & Wirtembergensis in litteris suis, de quibus post: *Dadurch er ist gefallen in die swvere Pene des Bannes, Entvvurdigunge, Entsetzunge, Maledidunge, vnd Verdampnisse, als die sint geflossen vs dem Hertzen vnd Willen des vvaren Vicarien Iheſu Christi, vnsers Erlosers, nach lut der Bullen daruber vsgangen, anno incarnat. Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſecundo, VI Id. Ianuarii.*

† Spiræ, menſe Februario, ante Liberalia. *Lehmannus* l. d. lib. VII cap. CIV pag. 858.

Extat epistola quædam ipsius Pontificis, ad Fridericum Palatinum, quam hic apponere placuit, & est talis: *Epiſtola Papæ ad Frid. Pal.*

Pius, Episcopus, seruus seruorum Dei, Nobili viro Friderico Comiti Palatino, Sacri Imperii Electori, salutem. Quod te dilectum, de more, filium non vocamus, atque benedicimus tibi, faciunt opera tua: qui & ecclesiæ Moguntinæ bona ad te attrahens, aduersus Apostolicæ sedis mandata, Diethero, priuato & anathematizato, iungere arma
57 *non es veritus, & vlterius publica edicta ponere, ne quis litteras nostras in tuis territoriis vel publicare vel exequi audeat, mortem ei comminatus, qui contra fecerit: quod nihil est aliud, quam primæ sedis & Iesu Christi vicario rebellare. Quibus ex rebus quamuis non a nobis, ipso tamen iure excommunicatus es, & extra Christi ecclesiam factus: neque dilectus filius appellari potes, neque benedictionis capax haberis; non tua te tuentur edicta, nec inhibitiones, quibus Apostolica decreta prohibes ad te deferri. Non flumina, non montes, non muri, aut aliæ quæuis munitiones excommunicationis ad te aditum impedire possunt. Dei fulmen est Apostolicum anathema, cui nulla possunt arma resistere. Tu longam epistolam ad nos scripsisti, vt excusares, quod feciſti; sed quanti momenti sint, quæ dicis, Deus nouit, & tu ipse scis: nec ignoramus, iudicat te conscientia tua. Quæ te causſa mouerit, Diethero, tuo prius inimico, auxilium præstare contra iustitiam, omnes intelligunt. Potes multa dicere, sed veritas in suo loco manebit. Petis, ne credamus inimicis tuis, neue causſam tibi demus quærendi remedia, quibus defendi possis: & arroganter aliqua per minas subnectere videris. Nos solum operibus credi-*
58 *mus, & ea, quæ palam videmus, non possumus non credere: tua offensio notoria est & manifesta rebellio. Si te volueris emendare, vt bonum filium decet, & Apostolicis obedire præceptis, vtemur pii patris officio, nec redeuntem filium aspernabimur: quin potius vitulum saginatum apponemus, sicut in Euangelio, erga filium prodigum, feciſſe legimus bonum patrem familias. Quod si perges, Apostolicam sedem impugnare, & eius decreta contemnere, senties, maiorem esse Romanam ecclesiam, quam tu sis, vel quicunque alius, qui tibi opem afferre voluerit. Prudens es, & nosti, quæ possunt aduersus te fieri: & plane intelligis, quia non potest vinci veritas, & quod iniuste agenti nulla satis tuta possunt inueniri præsidia. Datum Romæ anno MCCCCLXII, VII Kalend. Martii.*

III Verum, inanis, aut certe nulla, hæc adhortatio Palatino fuit; aliis enim Principibus, supra nominatis, in auxilium vocatis, ipse & Dietherus, a Senatu quoque & communitate Moguntina, petierunt, quatenus partes eorum sequerentur, seque, in auxilium, ipsis, contra Adolfum, coniungerent: qua-
59 propter & legatos Moguntiam destinarunt, qui, pluribus cum ipsis, desuper agerent. Verum, cum diutius negotium protraheretur, nihil tamen vtrimque proficientibus, Dietherus ipsemet & Palatinus, vna cum Comite Philippo Cattimelibocensi, Oppenhemio discedentes, inscio Senatu, Moguntiam venerunt, vt legatos vtriusque partis ipsi audirent, negotiumque, qua possent, dexteritate pertractarent. Pertranseuntibus autem illis ecclesiam maiorem, diuina omnia summa sollemnitate peragebantur, quod & in aliis Collegiatis ecclesiis ac monasteriis fiebat. Mirabatur super hoc Senatus, quoniam sciebat, Dietherum ipsum, & alios ei adhærentes excommunicatos, ac Pontificali banno notatos, ideoque interdictum in eorum præsentia esse habendum. His autem, per dies aliquot, in ciuitate, in curia, *zum alten Schulteſſen* dicta, commorantibus, nihil tamen inter eos, eo quod plurimum inter se dissentirent, concluſum fuit. *Quo rerum statu ipse, & Dietherus Moguntinenses in suas partes vocant.* *Quin vterque Moguntiam venit.*

60 IV Non multo post, Adolfo, qui in Altauilla, *Eltuil*, Ringauiæ oppido morabatur, innotuit, Dietherum fœdus cum ciuitate Moguntina pacturum, eumque vnionem illam seu decisionem, inter Clerum & Senatum, totamque communitatem, quondam factam, Senatui dissoluendam & annihilandam traditurum, si modo eius partes sequerentur, & auxilium ipsi, contra inimicos suos, ferrent. Quapropter, e vestigio Philippo Nassouio, suo ex fratre Ioanne nepote, viro Mauortio, Moguntiam ad Senatum ablegato, multo maiora promissis Dietheri ciui- *Viciſſim Adolfus* *legates ad Senatum mittit*

quibus auditis, ad Adolfum declinant:

tati pollicebatur, si a partibus eius starent: quibus auditis, varia deliberatione per dies aliquot habita, rem ad communitatem detulerunt, quorum plures, sicuti & de Senatu, promissorum magnitudine pellecti, tandem communi decreto, promissionem illam Adolfi, quæ maior, & amplior esset, acceptandam statuerunt. Edit. I pag.

Alii ad Canonicos cum Diethero facientes rem deferunt;

Reliqui autem, quibus id displicebat, & a partibus potius Dietheri esse malebant, postquam aliorum mentem ac propositum cognouerunt, Canonicos quosdam metropolitanos, Rabanum de Liebenstein, Iohannem Mönch de Rosenberg, Ioannem Specht a Bubenheim, & nonnullos alios, qui cum Diethero sentiebant, accedentes, iisdem retulerunt, quosdam, e Senatu & communitate, ad Adolfum defeciisse, fœdusque cum eo inire decreuisse, ideoque rem in periculo esse, eosdem, vt ad reprimendos eorum conatus quantocius aduolarent, rogantes: qui, continuo accersito Senatu & communitate, hortati sunt, vt quid agerent, prouiderent, ne verbis illis & nudis promissionibus Adolfi fidem adhiberent, ei nullam, in hoc, quod ipsis polliceretur, potestatem esse, dictitantes. Et sic dissidium hoc rursum compositum ac sopitum fuit. 61

qui Senatum continuo dehortantur.

Post hæc Dietherus petit, vt Clerus appellationi adhæreat.

V Post hæc, Dietherus clerum quoque requisiuit, vt appellationi suæ, qua propter depositionem & excommunicationem suam ad futurum concilium appellarat, adhæreret: sed quoniam plurimi ex clero, Adolfo, tanquam legitimo pastori, a Pontifice constituto, fauebant, magna bonorum suorum parte relicta, ex vrbe discessérunt. Prælati videlicet, Canonici, aliique viri religiosi, quorum bona Dietherus publicari fecit. Omnes enim, quicunque cum Diethero non sentiebant contra Rom. Pontificem, eius censuras, sententias, interdicta, & Adolfi confirmationem contemnendo, vrbe cedere, eamque deserere compellebantur. Facta sunt hæc anno prædicto MCCCCLXI. 62

Abbas S. Iacobi cum fratribus Moguntia abire iussus, id facit.

Præerat illis temporibus monasterio S. Iacobi, ordinis Benedictini, iuxta mœnia foris ciuitatem, in monte speciosо appellato, Reuerendus Pater, Eberhardus de Venlo, iam ab anno MCCCCLVI Abbas dignissimus, vir, experientiæ ac prudentiæ multæ, secundum instituta Bursfeldensium, vna cum fratribus suis, optime reformatus. Is, cum Pontificis mandata constantissime in se & suis obseruaret, nec in præsentia excommunicatorum & interdictorum diuina celebrare consentiret, monasterio quoque cum fratribus deserto, procul abire iussus est: qui Christi vicario malens obedire, quam Diethero excommunicato, ab vrbe discessit, fratresque suos de cœnobio quoque exire præcepit. Prior itaque, in crastino Epiphaniæ Domini, anni sequentis MCCCCLXII processionaliter, vna cum conuentu, de cœnobio exiens, per medium ciuitatis transiuit, signum crucis, nobili Ottone de *Salbach, cœnobii professo, præferente: tribus duntaxat senioribus in monasterio, ad sarcinas, vt dici solet, remanentibus. Fratres autem illi, hinc inde dispersi, quidam ad S. Matthiam prope Treuiros, alii apud S. Martinum Coloniæ, alii aliis in locis, vsque ad tempus restitutionis & reuersionis suæ, mansiones suas acceperunt. * 63

*l. Selbach

* *Trithemius* chron. Hirsaug. ad an. MCCCCLXII p. 454; quem auctor hic ad verbum fere exscripsit.

SECTIO V

De bello Adolfum *inter ac* Dietherum *reapse gesto.*

I

Dietherus dictionem C. Königstein deuastat ac incendit.

DIe Veneris post Nicolai Episcopi, anno supradicto MCCCCLXI, Dietherus, fœderatorum suorum auxilio, ingressus fines Eberhardi, Comitis Königsteinii, qui sororius Adolfi erat, late omnia deuastauit, vicos quosdam, videlicet Schirstein, Biberich, Mosbach, Kloppenheim, Erbenheim, Wicker, & alios nonnullos circumiacentes, vastauit ac diripuit, subiectoque igne incendit. Quo patrato, versus Castel, Costheim, Hochheim, Flersheim, & alia vicina loca perrexit, in iisque depopulandis, octiduum commoratus *, in diem vsque Lunæ, post Luciæ Virginis, quo, contractis magnis copiis, in Ringauiam descendit, vt incolas eius, aut promissionibus aut armis, etiam in suas partes compelleret, rumor enim quidam ad aures eius peruenerat, sub certæ 64

In Ringauiam descendit,

pro-

Edit. I pag. 41

promiſſionis ſpecie, quod, ſi ad Ringauios deſcenderet, in eius deditionem tranſituri eſſent. Fines igitur eorum aggreſſus, prope vicum Walloff, iuxta eccleſiolam illam † in monte vinifero, *zum Retgen*, neſcio quo nomine, appellatam, cum exercitu reſedit: ſed rumorem illum promiſſionis falſum ac fictum inuenit; quapropter deceptus & confuſus, infecto negotio, altera die, plenus irarum, cum ſuis, Moguntiam reuerſus eſt: dicebatur tamen, etiam Ringauiorum præſidia, quæ ſatis fortia erant, metuiſſe. *confuſus e Ringauia reuertitur:*

* Si *manuſcriptum* noſtrum audias, Dietherus caſtellum, Moguntiæ in litore obiectum, vulgo *Caſſel*, *Hochheim* & *Flersheim* ſuæ tum ditionis fecit, præſidioque firmauit. Conf. quæ vel ipſe auctor *Helvvichius* § ſequenti habet. Adolfus contra e caſtro *Gavv-Beckelenheim* Palatino multum paſſim intulit damni.

† Quam auctor *eccleſiolam* vocat, ædes eſt ampla ſatis, magnaque, ad viam ædificata regiam. Ceterum id temporis in bonis erat cœnobii *Denckendorffenſis*, Ord. S. Sepulcri Hieroſolymitani, non procul Eslinga, haud incelebri in Sueuis vrbe, ſiti; poſtea vero anno MDXXXVI vna cum bonis contributis, omnique ornatu ſacro iure emtionis tranſiit in ius eccleſiæ Moguntinæ; vt tabellæ auctoritatis ab Vlrico Veliſen, Præpoſito, totoque Conuentu Denckendorffenſi, Lunæ poſt B. V. natalem ſcriptæ docent. Dum ſacris dicabatur vſibus, pia conditorum voluntate fuit ſtatutum, vt ſingulis Dominicis, feriiſque ſollemnibus (*gebannte Feyertage*) pateat ad miſſæ celebrandæ officium; quolibet trimeſtri, ad gratam fundatorum memoriam agendam; & quinquies per annum, ad concionem pro ſuggeſtu ad populum congregatum habendam.

II Poſthæc maiores copias colligere ſtatuit, ad Ringauiam oppugnandam, ad quod plurima nauigia præparari iuſſit, inter quæ & duo erant maiora illa, quo
65 rum in Francofurtenſibus nundinis vſus eſt, *Franckfurter Marckſchiff*: apparatum præterea magnum armorum bellicorum inſtituit. Sed rumor interea ſparſus, Carolum, Marchionem Badenſem, cum Ludouico Comite Veldentiano, aliiſque multis Comitibus ac Nobilibus, in auxilium ab Adolfo vocatis, cum maximo etiam Burgundiæ Ducis exercitu, in Ringauia morari: quo perterritus Dietherus, obſidionem non eſt aggreſſus, ſed ante natalitia feſta, quiſque ad ſua rediit. *quam tamen rurſus inuadere ſecum conſtituit, quanquam euentu fruſtraneo.*

III Appropinquabat autem iam S. Stephani protomartyris feſtus dies, quo ciues Moguntini, fidelitatis iuramentum annuum Senatui præſtare conſueuerant. Itaque Senatus recordabatur gratiæ illius, iam dudum a Diethero promiſſæ, cuius implendæ ſpem maximam habebat: quocirca, quidam e Senatorum numero ipſum accedentes petierunt, vt, poſteaquam iam ciuitas fœdus cum ipſo & Palatino iniiſſet, ipſe quoque promiſſis ſuis ſtaret; tempus enim proximum eſſe, quo ciues, iuramentum Senatui præſtare teneantur. Præterea rogarunt, quo-
66 nam modo ſeſe ratione iuramenti, exactionis, aliorumque ciuilium onerum, in die ſtatuto, erga Clerum eſſent habituri. Eam Senatus petitionem Dietherus primoribus Cleri propoſuit; quod autem reſponſum deſuper datum, me latet. Puto tamen, Clerum in hoc nequaquam conſenſiſſe. Dietherus autem, quo niam Senatus & totius communitatis gratiam ac fauorem ſummopere expetebat, Pilati inſtar: quod ſcripſi, ſcripſi: quod promiſi, promiſi: annuit, & idipſum totum, voluntati & arbitrio Senatus, commendauit, vt videlicet exactionem de Clero, ſicuti a ciuibus, deinceps exigeret, Cleruſque poſthac omnis cuncta ciuilia onera & moleſtias ſuſtineret. *Die annua iuramenti ciuium appropinquante, Senatus Dietherum premiſſi admonet; Cuiitſe tandem annuit.*

IV Poſt hanc Dietheri ſententiam latam, Senatus conſilium iniit, de exactione illa poſtulanda, cogitauitque, qua ratione opportunius, abſque vlla perturbatione & offenſione, id fieret: quare, conuocatione Cleri facta, die Martis poſt S. Thomæ Apoſtoli feſtum, anno MCCCCLXI dicto, quidam e Senatu
67 miſſi, ſubdole ſimulabant, Senatum ſummopere dolere tantam in Moguntina eccleſia diſſenſionem exortam, Senatum, a Diethero, & aliis eius adhærentibus, requiſitum & inſtigatum, quatenus vna cum communitate appellationi eorum adhæreret; ad quod agendum inprimis commotus eſſet, quoniam vidiſſet nuper, Clerum in præſentia ipſius Dietheri & aliorum excommunicatorum, oſtiis eccleſiarum recluſis, diuina omnia ſumma ſollemnitate peregiſſe: præterea, quia ante hoc diſſidium, Clerum ſumma familiaritate cum illis Principibus coniunctum cognouiſſet. Dicebant autem, hac ratione fœdus cum Diethero iniiſſe, vt vnio illa Cleri, iam pridem facta, tolleretur, & Clerus ipſe, poſthac, omni- *Vnde Senatus vnionem Cleri tollere nititur:*

bus ciuilibus oneribus ac molestiis, sicuti ipsi ciues, subiectus esset, quemadmodum & ipsis a Diethero promissum fuerat: quocirca rogarent Clerum, ne se in hoc difficilem præberet, sed perpenderet, summas illas expensas & damnum maximum, quod hactenus ciuitas in hisce periculosissimis temporibus, & bellis variis, ratione Moguntinæ ecclesiæ perpessa esset, quatenus securius posth ac a ciuitate protegi ac defendi possit: quod si autem quidam huic intentioni contrarii forent, ii proxima Iouis, quæ erat vigilia natiuitatis Domini futura, coram Senatu apparerent, mentem suam super hoc explicaturi. Edit. I pag. 68

Clerus dilationem postulat consultandi.

V Die igitur illa Iouis illucescente, de mane quidam a Clero destinati, Senatum accesserunt, dilationem huius negotii post festa vsque natalitia rogitantes, eo quod tempus hoc sanctum ad diuina negotia eos inuitaret: indecens enim esse, tali tempore, huiusmodi litigiis & dissensionibus vacare. Quibus Senatus respondit, se ab iis solummodo, qui in hoc non consentirent, responsum exspectasse; sed quoniam in communi dilationem postularent, videri, sibi eos iam omnes contrarios, neminemque eorum in proposita re assensurum; quare conuentu soluto, re infecta, ad inuicem rursum discesserunt.

Re ad Dietherum delata,

is suadet, Vnionem Cleri non prælegendam communitati.

VI Ea autem ipsa die, Senatus quosdam ad Dietherum misit, hoc Cleri responsum ipsi relaturos, consiliumque accepturos, quidnam in proximo S. Stephani festo, ratione iuramenti, iuxta promissionem & decretum eius, cum Clero acturi essent. Igitur Dietherus, conuocato Clero, post varias consultationes, eum tandem eo induxit, vt permiserit, ne decisio illa Cleri, in prædicta S. Stephani die, vt prius moris fuerat, prælegeretur; de exactione autem & aliis specialem super hoc conuentum fieri postulauit. Itaque decisio illa, seu vnio, inter Clerum & Senatum olim erecta ac confirmata, in dicto S. Stephani festo, coram Magistratu, vti debebat, neque lecta neque iurata fuit. 69

Adolfus Hochheim obsidet,

alia loca incendit.

VII Posthæc die Martis, quæ festum sanctorum Innocentum secuta est, magnus exercitus Adolfi, ex Ringauia ascendens, villam Hochheim ad Mœnum obsidione cinxit; sed quoniam aliqui ex Isenburgico milite ad defensionem illius fuerant relicti, obsidione soluta retrocedere coactus, ad vicos Costheim & Castel veniens, eosdem Vulcano tradidit, indeque in Ringauiam rediit.

Quo rerum statu Senatus, quid a Clero expectandum sit, perquirit.

Clerus auxilium Senatui spondet;

promissa iuramento confirmat.

VIII Quoniam autem Carolus Marchio Badensis, ciuitati Moguntinæ, ratione Dietheri, quoque aduersabatur, eiusque copiosus exercitus in Ringauia etiam morabatur, indies fœderatorum inimicitiæ augebantur. Senatus igitur Dietherum accedens, rogauit, quidnam ipse, ac tota communitas, auxilii, in hisce periculis, a Clero expectare possent, aut, quod solatium ac refugium ad ipsum haberent. Ad quod requisitus Clerus omnem suam operam & auxilium pollicitus est, neque vlla in re Senatui ac communitati se defuturum promisit. Verum, Senatus in nuda ista sponsione minime acquiescens, neque in ea satis fidendum existimans, iuramento id sibi, tum ab ipso Clero, tum etiam ab Officialibus ac famulis eiusdem, affirmari voluit, quod & factum. Nam sabbato, ipsa circumcisionis Domini vigilia, quæ erat vltima dies anni MCCCCLXI, hora circiter secunda post meridiem, in ambitu ecclesiæ maioris, coram Dietheri Vicario, Consulibus ac Senatu præsentibus, Clerus ad fidelitatem ciuitati seruandam, iuramento se obstrinxit *. 70

* Pridie *K*alend. Ianuar. Senatum inter & Clerum de formula iurisiurandi conuenit. Qua quum sequenti die, qui circumcisionis Christi memoriæ sacer erat, sese obstringere debebant Clerici, piis moribus magis iudicarunt conueniens, rem postridianum ad diem differri. Quod & concessum. Atque adeo IV Non. Ianuar. conceptis illi verbis demum iurarunt. Ita *manuscriptus* noster germanicus.

Qui ob id excommunicatur,

nonnullis inde in pœnitentiam versis.

IX Quia vero omnes, hoc præstito iuramento, excommunicationem incurrerant; aduersus enim Romani Pontificis mandata Diethero adhærentes, in ipsius Adolfi perniciem iurauerant; idcirco, paullo post, quidam ex ipsis, facti pœnitentes, ciuitatem exierunt, & ad Adolfum redeuntes, humili ac submisso animo delictum suum confitentes, absolutionem postularunt: multi quoque, a iudicibus & commissariis Adolfi per litteras petierunt, quatenus priuationem eorum differrent (priuandi enim erant omnes, qui Diethero, contra Adolfum, adhærebant) seque absolui permitterent, se prima occasione vrbe egressuros, partesque Adolfi secuturos, promittentes. Horum autem quorundam litteræ, 71

Quo intellecto,

quas,

Edit. I pag. quas, tum viri tum feminæ, clam, in Ringauiam, Adolfo, eiusque commiſſariis, deferendas acceperant, a cuſtodibus vrbis interceptæ, & Senatui præſentatæ fuere; ex quibus cognouit, quosdam e Clero omnis iuris & æqui (vt putabant) fideique ſuæ datæ oblitos, Adolfo adhærere, multos item ipſius partes ſequendas ſibi propoſuiſſe.

Dietherus Clerum conuocat:

72 X Conuocatione igitur Cleri, proxima Iouis, poſt Dorotheæ Virg. feſtum an. MCCCCLXII inſtituta, in maioris eccleſiæ loco capitulari, circa horam tertiam pomeridianam, Dietherus vna cum Palatino ibidem comparuit, qui ſe, non ſine admiratione ac commotione, intellexiſſe aiebant, quosdam, contra fidem datam & iusiurandum, ex vrbe migraſſe, & ad Adolfum defeciſſe; reliquos autem quotidie hoc ipſum quoque attentare: idcirco certificari velle, quidnam acturi eſſent, cuiusnam partes ſequendas ſibi propoſuiſſent: ſi ipſos ſecuturos ſe, vti ante promiſerant, iuramento confirmarent, & in hoc conſtanter ac firmiter, vsque in totius negotii exitum, perſeuerarent, polliceri ſe, cum ſuis, nullum fœdus cum Adolfo pacturos, niſi de præbendis illorum recipiendis & retinendis certificarentur: ſi qui vero hoc ipſum facere recuſarent, eis abeundi facultatem eſſe conceſſam. Hiſce propoſitis, Clerus paullulum ſecedens, varia deliberatione habita, ſed tamen non omnibus ſatis ponderatis, & iuxta conſcientiam ſuam excuſſis, mox reuerſus, Diethero ſuisque aſſeclis ſe nouo iuramento obſtrinxit, fideliter ac firmiter ſe vſque in finem ipſis adhæſuros: & licet aliqui libentius retroceſſiſſent, tamen idipſum iurare compulſi ſunt, nulla enim tunc retrocedendi facultas dabatur.

qui eius propoſitione audita,

habitaq; deliberatione,

73

de nouo eidem iurat.

Eodem die Dietherus & Palatinus tria a Senatu petunt:

XI Eo ipſo autem die, antequam prædictus Cleri conuentus fieret, mane hora octaua, Dietherus, Palatinus, & Comes Philippus, legatos ad Senatum mittentes, tria petierunt. Primo, vt quosdam ex ſuis ad indictum Cleri conuentum poſt meridiem deſtinaret, & quæ ibidem decernerentur, cognoſceret. Secundo, vt ipſe, & ciuitas ſe vna cum ipſis Adolfo inimicos publice declararent, ipſisque in auxilium occurrerent. Tertio, conſenſum poſtularunt, vt, ſi qui forſan ex Clero forent, qui contra fidem datam cum Adolfo ſentirent, eos Dietherus, tanquam Moguntinenſis Præſul, in ciuitate comprehendere, & pœnam deſuper ſumere, po-

ad quæ is respondet.

74 teſtatem haberet. Hiſce petitis, primum quidem Senatus conceſſit, ſuosque ad dictum conuentum ſe miſſurum promiſit: de aliis vero duobus conſultandum eſſe reſpondit. Permanſit hoc itaque in diem vsque ſabbati ante Valentini, quo Senatus, legatis rurſum ad Dietherum & Palatinum remiſſis, poſtrema illa duo petita penitus ipſis denegauit.

Principes inde a Senatu liberum acceſſum & receſſum poſtulant.

XII Ad hæc Principes illi rurſum a Senatu liberum ciuitatis ad hoſtes exitum & regreſſum ſibi concedi poſtularunt, exercitum eorum extra vrbem ad S. Iacobum, S. Albanum, & S. Victorem absque damno permanſurum promittentes. Senatus, id ciuitati moleſtum ſimul ac periculoſum fore, & ex hoc plurimum damni inferri poſſe, conſiderans, nullatenus in hoc conſentire voluit. Hæc reſponſa Dietherus, minus grata & accepta, acceptauit Moguntiæ, in curia *zum alten Schulteſſen* dicta, in qua tunc commorabatur: Palatinus autem ab vrbe interim receſſerat.

Per eos dies alter alteri damnum infert.

XIII Et quoniam hiems hoc anno vehemens & aſpera erat, nam Rhenus a natali Domini ad ſeptem ſeptimanas conſtringebatur, nihil inter partes vtrinque

75 fiebat, neque aperto Marte ſe mutuo aggrediebantur; clanculum tamen, vt fieri ſolet, latrociniis ſeſe infeſtare non deſinebant, multi per incurſiones & leuia prœlia cædebantur, fœda populatione, tempeſtatis inſtar, omnia vaſtabant, vicos & caſtella hinc inde mutuo ſibi concremabant, multaque damna, deuaſtationibus & incendiis, inferebant.

Ludouicus Haſſus terram Ludouici Iſenburgii incendit.

Ludouicus Landgrauius Haſſiæ, in auxilium Adolfo veniens, Ludouici Comitis de Iſenburg, qui frater Dietheri erat, eique adhærebat, fines ingreſſus, vicos quosdam igni tradidit: quo patrato, in oppidum Wisbaden ſecedens, nuntiis Moguntiam miſſis, quosdam ex Senatu, cum quibus loqueretur, ad ſe mitti poſtulauit: ſed Senatu id renuente, hoſtem ſe ciuitati publicis litteris declarauit.

Adolfus Amelburg & alia loca obſidet.

Poſt hæc Adolfus, ingenti ſecum exercitu aſſumpto, vna cum Ludouico Landgrauio prædicto, caſtrum Amelburg, oppidum nouæ ciuitatis, & Frideslar obſidione vallauit: hinc conatus, Eisfeldenſes etiam, vna cum ciuitate Erfordia,

in deditionem accipere; sed reluctantibus iis, cum suo milite, vsque in Dominicam Oculi, in illis partibus permansit. Edit. I pag. 76

Interea Bulla Pontificia ad Moguntinos missa;

XIV Interea, Bulla quædam Pontificia, sub aliarum quarundam litterarum specie, quasi ad Consules & Senatum ciuitatis Moguntinæ scriptarum, per nuntium quendam, a Ludouico Bauariæ Duce, qui cum Adolfo sentiebat, missum, custodibus portæ Gauiensis tradita fuit die Martis, XIX Martii, MCCCCLXII, post meridiem, sigillis duobus obsignata, inscriptionem habens hanc: *Den Ersamen Burgermeistern vnd Rhat der Statt Meintz* &c. quo minus animaduerteretur, litteras Pontificias esse. In hac Bulla, Pontifex Max. Moguntinensibus ciuibus inter cetera mandabat serio, vt Dietherum Pseudoepiscopum, vna cum Palatino, aliisque excommunicatis, vrbe pellerent, & Adolfum, verum pastorem suum, agnoscerent ac fouerent. Senatus, ea perlecta, quandoquidem latina erat, eam teutonice verti, ac toti communitati, proxima solis, prælegi curauit. Iudicabat autem consultum, si de Bulla illa appellaret, ne, si quis forte casus inde accideret, aut quoddam grauamen oriretur, Clerus ansam arriperet, interdictum seruandi: non baptizandi paruulos, mortuos non sepeliendi, sacramenta non administrandi, aliaque diuina in ecclesiis non peragendi: consultatione igitur habita, id ipsum tota communitas approbauit, vt scilicet de prædicta Bulla appellatio fieret: quamuis nonnulli erant, qui id summopere dissuadebant. Facta igitur, & publice affixa fuit illa appellatio, ipso annuntiationis Deiparæ virginis festo, cuius copiam in fine dabimus. 77

a qua illi appellant.

Palatinus procedit contra Ludouicum Veldentinum.

XV Dum autem hæc fierent, die Martis ante præfatum festum, Fridericus Palatinus, maximis copiis, quas Henricus Landgrauius Hassiæ (qui filiam & heredem Annam, Philippi Comitis Cattimelibogæ sæpe dicti vxorem habebat) ex Wetterauia, vicis quibusdam Eberhardo Comiti Königsteinio incensis, in auxilium adduxerat, contra Ludouicum Bauariæ Ducem, Nigrum cognominatum, tanquam publicus hostis processit, & castrum Waltbeckelnheim *, in Comitatu Sponheimensi, quod Dux ipse prius, stipendii loco, cum aliis ab Adolfo acceperat, vt supra dictum, firmissima obsidione vallauit, machinisque bellicis acriter impugnauit, cepit, spoliauit, murosque & turres, aliaque eius ædificia solotenus deiecit, ignibusque totum castrum incendit ac penitus desolauit. Fuerat id quidem exiguum, sed muris, turribus, & fossatis optime munitum, in quo, pro defensione, in præsidio collocati fuerant multi viri genere nobiles, armis & audacia potentes, ex quibus centum sexaginta pedites captiuati, cæsi plurimi, reliqui per fugam saluati, inter quos fuit nobilis vir, Henricus de Hohenstein, loci illius Satrapa, qui cum ceteris, captiuus quoque abductus fuit. 78

Waltbeckelheim spoliat, incendit, ac destruit.

* Tum *manuscr.* noster pro *Waldbeckelnheim* habet *Gavvbickelheim*, tum *Trithemius*, chron. Hirsaug. ad an. MCCCCLXI p. 445, tum *Hachenbergius* l. d. lib. IV.

Senatus rursum requirit Clerum, vt appellationi adhæreant,

XVI Die Veneris post festum annuntiationis Mariæ antedictum, Senatus & communitas Moguntina rursum Clerum requisiuit, vt appellationi suæ, qua de Bulla Apostolica appellauerant, adhærerent, & in fœdus, quod cum Diethero, Palatino, & aliis inierant, quantum ad decisionem & vnionem illam, olim inter sese factam, spectaret, consentirent, idque sigillo communi confirmarent, quemadmodum hoc ipsum iam dudum postulatum fuerat. Clerus autem, quoniam capitulariter hæc consultanda erant, proxima Lunæ post Dominicam Lætare, ad ea se responsurum promisit. 79

qui responsum differunt.

Interea Canonici maiores consultationem habent cum Senatu.

XVII Altera autem die sabbati, Rabanus de Liebenstein, & Ioannes Mönch de Rosenberg, Canonici maiores, nomine Capituli, inscio Clero secundario, Senatum accedentes, rogarunt, quid sibi agendum esset, si quis forsan ex tribus illis, Diethero scilicet, Palatino, & Comite Philippo, cum quibus fœdus inierant, mortem obiret: quapropter conuentum fieri postularunt, in quo pluribus desuper consultarent; hoc tamen fieri prohibentes, donec Clerus, statuta die Lunæ proxima, ratione appellationis responsum dedisset: &, vt hoc ipsum interea sub silentio maneret, rogarunt. Annuit Senatus, suosque, die præfixa, ad eundem conuentum missurum spopondit. 80

Clerus vero appellationi

XVIII Sequenti Lunæ, Clerus Senatui super appellatione responsum dedit, & se appellationi eorum adhæsurum promisit, hac tamen lege, vt, si forsan

Edit. 1 pag. ſan ſimile Clero a Romano Pontifice inferri contigerit, propter apud appellare etiam neceſſe foret, Senatus itidem eius appellationi adhærendo præſtaret. Quo- ad deciſionem autem, ſe ſæpius quidem propterea requiſitum, reſpondit, ſed in eo poſitum eſſe, vt quidam a Diethero & Senatu, quidam ex Clero, in directores huius negotii deputentur, qui illud iudicio ſuo decernerent atque definirent, & vt hoc quam primum fieret, poſtulauit, ſe ſuos quoque delegaturum promittens, quod poſtmodum factum. Priuſquam tamen hæc vnio ſigillis confirmaretur, palam Senatui obiiciebatur, hanc vnionem a Clero nequaquam fore ſeruandam, neque Clerum promiſſis ſatisfacturum: quo audito, Senatus Dietherum rogauit, quatenus Clerum adigeret, vt vnionem hanc ſigillis confirmaret. Quibus Dietherus; Senatus, inquit, poteſtatem mihi nequaquam concedit, vt Clerum vi eo adigam: neque ipſemet hoc facere attentat: concedat, vt, ſi qui facere recuſent, eos in vrbe apprehenſos, aut vi eo impellam, aut pœnas ſuper hoc meritas ab illis exigam. Sed in hoc Senatus minime conſenſum præbuit, ſicque infecto negotio ab inuicem rurſum diſceſſerunt.

ciuium cum conditione adhæret.

81

XIX Ea ipſa die Lunæ, Palatinus ex Comitatu Sponheimenſi ab oppido Waltbeckelnheim prædicto, quod funditus iam deſolatum & euerſum relique- rat, veniens Moguntiam verſus, in villam Weiſſenavv perrexit, ibidemque contractis vndique nauigiis, exercitum per Rhenum traducere cogitauit, in caſtelis Flersheim, Hochheim, Coſtheim & Caſtel de nocte permanſurum. Ipſe autem, aſſumpto ſecum Comite Philippo, exiguo equitatu, inter horam octauam & nonam veſpertinam, Moguntiam venit, & ad hoſpitium rubeæ domus, *zum Rothen Hauſs*, diuertit; vbi, Conſule vrbis, a quo in vrbem intromiſſus

Palatinus contractis copiis Rhenum tranſire cogitat,

Moguntiam venit.

82 fuerat, accerſito petiit, quatenus exercitui, qui erat quingentorum equitum, ac mille & quingentorum peditum, ſequenti die venturus, liber per vrbem tranſitus ad Rhenum vſque, vt tranſuehi poſſit, concederetur, ſine maleficio aliquo illum deducendum promittens. Senatus, conſultatione habita, communi conſilio tranſitum permiſit, modo id absque damno ac detrimento vrbis ac ciuium fieret. Igitur die Martis, mane diluculo, maxima, per Rhenum & Mœnum, multitudo peditum, itemque tria millia equitum, nauigiis venit, inter quos ipſe Dietherus dux & anteſignanus erat, qui omnes in campeſtri loco cis Rhenum prope Caſtel conuenerunt. Exercitus quoque ille per vrbem deductus, Rheno tranſito, ipſis coniunctus fuit. Hac multitudine in vnum congregata, Dietherus, cum Palatino & ceteris, circa horam tertiam pomeridianam, Ringauiam rurſum aggreſſus eſt, caſtraque ponens iuxta vicum Walloff, in monte vinifero ibidem, ad eccleſiolam, *zum Retgen* nuncupatam, cum

Exercitum per Rhenum traducit.

Cum Diethero Ringauiam aggreditur.

83 exercitu reſedit. Ringauienſes vero incolæ, quamprimum Dietheri & Palatini ſenſere aduentum, eorumque conatum intellexere, confeſtim ad præſidia ſua confluxerunt, & venientibus hoſtibus armis ſeſe fortiter ac ſtrenue oppoſuerunt: atrox tunc dimicatio inter eos exorta, certatum a die Mercurii vſque in matutinum diei Veneris; magnæ clades hinc inde illatæ & acceptæ fuerunt; non tamen Ringauiis hoſtes præualuerunt, ſed propter nimiam aeris inclementiam & frigus, quod tunc erat, exercitus eorum diutius manere nequaquam potuit: quare, obſidione ſine effectu ſoluta, Principes hi quantocius retrocedere & abire coacti ſunt. In hoc conflictu, magnus Diethero & Palatino nobilium numerus periit, multi vulnerati Moguntiam aduecti: Equiti cuidam, Petro de Vdenheim, crus, bombardæ globo, ablatum fuit: alius quidam, Maternus de Mudersbach, ſimiliter globi iactu interiit. Neque etiam Ringauiis incruenta iſthæc victoria ceſſit. Plurimi enim ex ipſis quoque ceciderunt, multi ſaucii receſſerunt. Itaque

At, atroci dimicatione inter ipſum & Ringauienſes oborta,

retrocedere cogitur.

84 negotio rurſus infecto, Dietherus & Palatinus cum copiis ſuis reuerſi ſunt, quorum equitatus in villis Hochheim, Flersheim, Rüſſelsheim, & oppido Höchſt: peditatus vero in campeſtribus, iuxta Rüſſelsheim & Flersheim, reſedit, vſque in dominicam Iudica, qua, equitatu in prædictis locis relicto, peditatus ad propria rediit.

XX Ne autem receſſus ille Principum ex Ringauia, timori potius & puſillanimitati eorum, quod metuebant, quam infortunio, adſcriberetur, ipſa dominica Iudica, Palatinus, cum Comite Philippo, Diethero a Sickingen ſuæ curiæ præfecto, Ioanne a Dalheim, & aliis quibuſdam, Moguntiam veniens, conuentu

Suum regreſſum ex Ringauia excuſat,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tu facto, coram Senatu & communitate, se suosque de recessu illo purgauit, quod scilicet non metus hostium, aut damnum, quod ab ipsis retulerunt, obsidionis solutionem causauerit : sed aeris inclementia & frigus eos diutius ibidem morari non permiserit : insuper caussam aliam fuisse prætendebat, quod, ante eorum in Ringauiam discessum, Senatus, iuxta petitionem eorum, eis contra Adolfum suppetias ferre recusarit : quocirca denuo petiit, quatenus ciuitas tota se ipsis contra Adolfum coniungeret. Verum Senatus, consultatione inita, proxima Lunæ, per legatos id penitus renuit, caussas prætendens, quod impossibile illud sit, cum ciuitas maximis debitis sit obstricta, & ex hoc multo maioribus adhuc obstringeretur : maximum præterea, & irrecuperabile damnum inde prouenire posse : quocirca, ciuitatem in hoc excusatam habere, eamque hocce onere & grauamine subleuare velint, rogauit ; promittens, se omnia alia, ad vnionem spectantia, illæsa seruaturum, nullaque in re alia ipsis sua opera defuturum. Quibus responsis Principes acquieuere, ac ciuitati omnia vicissim, quæ promisissent, fide certa ac indubitata, se seruaturos spoponderunt. Sicque ab vrbe ipsa die recesserunt.

Edit. I pag. 85

atque ciues in auxilium frustra vocat ;

Adolfus interea Ringauiensibus succurrit.

XXI Interea, dum hæc fierent, Adolfus, trecentis cum equitibus ex Hassia, vbi per tempus aliquot commoratus fuerat, reuersus, in Ringauiam venit, vt incolis auxilium contra Dietherum & Palatinum, a quibus aliquoties obsidione cincti fuerant, adferret. Multas præterea copias Philippus Comes Nassovius in auxilium miserat, plurimique, a Treuirensi Archiepiscopo conscripti, aduenerant : his omnibus, circumdandus cum suis Palatinus dicebatur, si paullisper adhuc in Ringauiæ finibus commoratus fuisset.

86

Inde multæ irruptiones, ac cædes vtrimque factæ.

XXII Multæ postmodum irruptiones & incendia, atque cædes, ab vtraque parte contigere, quæ omnia hic enumerare superuacaneum duximus : durauit enim Principum ista contentio ac concertatio diu satis, non sine multorum damno, periculo, ac sanguine.

SECTIO VI

De tractatu pacis conciliandæ caussa habito.

I

Tractatus de concordia habetur ;

TAndem vero fessis aliquantum partibus, & ærariis exhaustis, amicorum consilio & autoritate, inprimis Illustrissimorum Principum, Dn. Theodorici Comitis de Morsa, Archiepiscopi Colonienſis, ac Dn. Philippi, Burgundiæ Ducis, de concordia cœpit fieri tractatus, qui, tanquam veri pacis amatores, iustitiæque cultores, maximo studio vnionem inter eos, & pacem componere conabantur, propositisque multis & variis mediis, Dietherum admonebant, vt æquas conditiones concordiæ ac pacis acceptaret : qui, varia deliberatione habita, perpensisque tot damnis & plagis Moguntinæ ecclesiæ propter se illatis, de pacis consilio ac conditionibus tandem etiam cogitabat, & iam, cessurum se Adolfo annuebat, si sibi castella quædam, quoad viueret, possidenda concederentur, e quibus honeste, iuxta statum suum, sustentari posset. Conuenerunt igitur vtriusque partis legati, non procul a Moguntia, quibus consultandi negotium pro pace fuerat commissum, certisque concordiæ articulis & clausulis propositis, statuerunt terminum, intra quem procuratores partium, quisque ad suos Principes inuenta referret : certoque die, quem quintum Iulii Francofurti elegerant, cum plena potestate instructi, concludendi & pacem faciendi, redirent. *.

87

Dies pro pace ineunda statutus.

* *Nauclerus* chronolog. volum. III generat. XLIX p. 488, *Trithemius* l. d. ad an. MCCCCLXII pag. 450.

Et quidem Dietherus pacis formulam subscripsisse, & iam quasi confirmasse dicebatur, in qua cautum erat, Archiepiscopatus Moguntini honorem apud Adolfum remanere : ipsi vero Diethero reditus quosdam & oppida aliqua, in quibus reliquum vitæ honeste degeret, cedere debere.

Miscet auctor, quæ superiori anno Dietherum inter & Adolfum conuenerant, cum his, quæ nunc quidem hac de re pertractata fuere. Ceterum hæc, quæ affert, vna cum sequentibus, *Gobellini* sunt, qui ea habet l. d.

II Sensit

Edit. I pag. 88

II Senſit id Palatinus Fridericus, neque pacem eccleſiæ Moguntinæ e re ſua fore putauit, neque etiam ſibi conducere, ſi Adolfus Marchioni Badenſi & Comiti Wirtembergenſi, ſuis inimicis, eſſet amicus. Quapropter, nuntiis quam primum ad Dietherum miſſis, ſtolide ac minus ſapienter eum agere dixit, qui nobilem eccleſiam, & primam inter Germanos eccleſiaſticam dignitatem, ſponte dimitteret; degeneris eſſe animi, honores refugere: Iſenburgicam familiam, de qua natus eſſet, ſua culpa perpetuo infamem futuram, quæ alioquin inter Germanos nobilis & maxime illuſtris haberetur: caueret, ne tantam generi ſuo notam inureret: ſi hoſtis impetum per ſe ferre nequiret, nollet idcirco ignominioſam amplecti pacem, futurum ſe ipſi auxilio, neque paſſurum, Adolfi partes victoria potiri: percuteret fœdus ſecum, conditiones æquas inuenturum, ſuperaturumque procul dubio tandem Adolfum. Promiſſione hac pellectus Dietherus, rurſum, omnis iurisiurandi religione contemta, annuit. Quis enim ſemel periurus iuramento tenetur, & non iterum atque iterum peierat? conuenere igitur ſimul ambo: Palatinus operam ſuam non defuturam promiſit.

Quo audito, Palatinus Diethero pacem diſſuadet,

89

Qua perſuaſione ac promiſſis Palatini ille a pace ineunda reuocatur.

Duæ autem res, vt alibi dictum, Palatinum trahebant, auaritia ſcilicet, & inimicitia Badenſium, quibus incommodum afferre cupiebat: tunc vero ambitioni ſuæ morem gerere videbatur, ſi Moguntinam eccleſiam, cum qua ſæpius contenderat, ferro & igne dilaniatam & deuaſtatam cerneret.

Cur Palatino pax diſplicuerit.

III Cum igitur ſtatutus adeſſet dies quintus Iulii pacis conſtituendæ, Archiepiſcopus Colonienſis Theodoricus de Morſa, cum aliis Nobilibus, & doctrina illuſtribus Francofurtum venit: Dux vero Burgundiæ Philippus Ioannem Naſſouiæ Comitem delegauit. Adolfus quoque Archiepiſcopus, cum Eberhardo Königſteinio ſororio ſuo, aliisque multis, Comitibus & Nobilibus comparuit: a partibus autem Dietheri & Palatini nemo viſus eſt, præter quoſdam conſiliarios, quibus tamen nulla loquendi, vel concludendi quicquam, facultas conceſſa erat, niſi Adolfum Epiſcopatu ceſſurum intelligerent *: quod ipſe ſimpliciter recuſabat. Itaque re infecta partes vtrimque rurſum diſceſſerunt.

Inde Conuentus Francfurtenſis pro pace conſtituenda fruſtraneus.

90

* Id forte nemini adeo mirum videbitur. Hæc inter enim Dietheri res, victoria Palatini ab hoſte obtenta, haud parum erant erectæ; Adolfi vero attritæ, afflictæque. Theoderico interim ac legatis Burgundicis ſcripto declarabant conſiliarii Adolfi, Herum, ne videatur animo a ſarcienda concordia alieno, paratum eſſe, de ſua cum Diethero re vel apud Cæſarem experiri, vel Romanum Pontificem: polliceri inſuper vtriusque ſe ſtaturum ſententia. Legas id apud *Müllerum* l. d. cap. XX § 12 p. 120 & ſeq.

SECTIO VII

De commiſſo Palatini cum hoſtibus prælio, partaque victoria.

I

Principes partium Adolfi, conſilio habito,

INterea autem, termino ita pendente, Principes partium Adolfi, Ludouicus ſcilicet Bauariæ Dux, Niger appellatus, Carolus Marchio Badenſis, & Georgius Epiſcopus Metenſis, frater eius, nec non Vdalricus Comes Wirtenbergenſis, vt aliquid adhuc gloriæ ſuæ adiicerent, conuentione habita, ſtatuerunt, ante concluſam pacem, adunatis copiis ſatis iuſtis, terras Palatini Friderici ingredi & vaſtare: rumor quippe falſus exierat, cuius credulitate decepti fuerunt; quia Palatinus, qui in Bauaria morari dicebatur, occulte in patria latitabat. Igitur hoc ipſo anno MCCCCLXII, contracto milite, prædicti Principes exercitum ſexcentorum circiter equitum, & tot millium peditum, adunarunt, atque haut longe ab oppido Bruchſal, in campeſtribus ad ſanctam Helenam conuenientes, ibidem caſtra ſua fixerunt; multo tamen minoribus copiis, quam inter eos conuentum fuerat: immo nec Dux ipſe Ludouicus Bauarus, qui tamen huic negotio initium dederat, comparuit. Illinc, Palatini terram, quem longe extra patriam abſentem credebant. deuaſtare cœperunt, & Heidelsheim inprimis, oppidum, obſidione cinxerunt. quod cum Comes Palatinus intellexiſſet, viros probe armatos, quotquot videbantur neceſſarii, ſecum aſſumens, occulte, tempore nocturno, oppidum intrauit, & pauciſſimis cognitus, cuſtodias & defenſores per muros & turres

terram Palatini ingrediuntur,

91

ingreſſi deuaſtant eam, & Heidelsheim obſident;

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

obsidione soluta, turres sufficientes collocauit. Videntes autem Principes illi, quod oppidum expugnare non valerent, obsidione soluta, inde recesserunt, expeditionem vlterius mouentes, haud procul ab Heidelberga, residentiæ Comitis Palatini oppido, castra posuerunt, quibus ibidem locatis, auxiliarii missi ab Adolfo Moguntinensi, equitum quadringenti, peditumque tria millia, superuenerunt. Inde, penultima die mensis Iulii, prima luce, iidem Principes tres, cum multis Comitibus & Nobilibus, peditatu omni in castris relicto, solo equitatu, mille circiter virorum, nixi, in agrum Heidelbergensem descenderunt, nullis, vt fama erat, speculatoribus præmissis, ibidemque pedetentim equitantes, cuncta villagia & curtes religiosorum igne deuastare & incendere cœperunt. Edit. I pag. 92

Heidelbergam versus mouent;

Quorum aduentum Palatinus occulte expectat, II Fridericus autem Palatinus, per exploratores, de hostium intentione mane certificatus, vndique corraso milite (cui & opportune longis itineribus auxiliares copiæ trecentorum equitum, quos ipse Dietherus abrogatus ducebat, superuenerunt) cum septingentis equitibus & peditatu multo, cum adhuc tenebræ essent, Heidelberga exiuit, ac in nemore proximo, haud procul a Seckenheim villa, vbi hostes transituri erant, sese abscondit.

& in nemore sese abscondit.

Tandem impetu in eos facto, III Postquam ergo tres memorati Principes cum equitatu pertransissent, inter angustias Rheni & Neccari, vbi nullus fugæ locus, nisi retrorsum, dabatur; Palatinus, parte copiarum, quæ a tergo feriret hostem, in insidiis relicta, cum reliquo exercitu, non exspectatus, occurrit, & magno clamore manus conseruit, impetuque facto a tergo, præcedentes inuasit, percussit, vulnerauit atque occidit. Videntes autem Principes, se hostibus & aquis præclusos, nullum euadendi locum dari, ferro aperiendam viam esse, solam in dextera spem ponentes, alter alterum hortatus est, tumultuarieque acie instructa, imparibus copiis, hostem exceperunt, summisque conatibus in cædem proruperunt, contra quatuor millia, mille: & contra multos, pauci. Certamen atrox commissum, & iam Palatini exercitus cessurus erat, nisi prodeuntes e latebris eius pedites, longioribus hastis Principum equos confodere cœpissent, stragemque animalium horribilem fecissent. Ea res Palatino victoriam peperit, quamuis non incruentam, cum ferox etiam, cæso equo, in quo sedebat, in pedes erectus, certamen instauraret, neque se victum fateri vellet, nisi vulneratus. 93

atrocique prælio oborto.

eos deuincit,

multisque occisis, IV Hac pugna, in prima acie occisi sunt duo nobilissimi Comites, vnus de Helffenstein Vlricus, alter de Salm, cum nonnullis equestris ordinis propugnatoribus, videlicet, Georgio Barone de Brandis, Conrado Thoman, Liuinio de Hornstein, Nicolao Weis, & aliis viginti octo Nobilibus *. 94

* *Fridericus* in litteris ad Ludouicum Boicæ Ducem infra § VII; *Vnd ist ein Herr von Brandis, ein* Graf *von* Helffenstein, *vnd sonst etlich von der Ritterschafft auff der Wahlstatt blieben auff der Feind Seiten.* Hinc *Hachenbergius* l. d. *Cæsos eo die tres Comites*, Salmensem, Helffensteinium & Brandisium, *tum triginta & duos Nobiles & magnam gregariorum militum manum tradunt. Sed in litteris, quas ad Ludouicum Bauarum scripsit, nequaquam tantum numerum inuenio.* Quæ cum ita sint, nescio, an *Struuius* syntagm. histor. Germanic. dissert. XXX § XXXV pag. 1065 conuenienter dicat, Adolfi adsecias ad Heidelbergam *ad internecionem* a Palatino cæsos fuisse.

tres Principes capit, Capti vero tres illi Principes, *Georgius* Episcopus Metensis, & frater eius, *Carolus* Marchio Badensis, *Vdalricus* Comes Wirtembergensis, aliique Comites, Nobiles ac ignobiles, ferme quingenti; e quibus fuerunt, *Ioannes* Comes a *Falckenstein*, *Ioannes Bodman* Miles, *Ioannes* de *Landeck*, *Henricus* de *Sternfels*, *Vberlinus* a *Reischach*, *Casparus* a *Klingenberg*, *Otto* a *Seckendorff*, *Sigismundus* de *Hohenberg*, *Iacobus* & *Ioannes* de *Helmstat*, *Vitus* ab *Asch*, *Fridericus Bock*, *Wilhelmus Böcklein*, *Henricus* a *Schellenberg*, *Wilhelmus* a *Grüningen*, *Wilhelmus Truchses*, *Conradus* a *Stein*, *Wilhelmus* a *Neyperg*, *Conradus Plaurer*, *Wilhelmus Kranch* a *Kirchheim*, *Rudolfus* a *Weyler*, *Iacobus* item Comes *Salmensis*, *Hartmannus* Comes *Leiningensis*, *Wilhelmus Welrcurt* Miles, *Bernhardus* a *Fischbach*, *Petrus* de *Entzberg*, *VVilhelmus Horneck*, de *Hornberg*, *Casparus* de *Kaltenthal*, *Henricus* de *VVerthnauvv*, *Dietherus & Ludouicus Speth*, *VVilhelmus* de *Kolmar*, *Georgius* a *Stein*, *Fridericus* de *Sachsenheim*, *Fridericus* de *Antvveg*, *Marcus* de *Neuhausen*, *Emericus* de *Bubenhoffen*, *Ioannes* a *Stetten*, *Nicolaus* de *VValdeck*, *Ioannes* a *Greiffeneck*, *Georgius* de *VVerdnauv*, *Ioannes* a *Gültlingen*, *Melchior* a *Falckenstein*, *VVilhelmus* de *Herlingen*, *Sixtus* a *Volmers-* 95

vna cum multis Nobilium.

Edit. I pag. *mersheim*, *Iacobus* a *Wiltſtetten*, *Iohannes* de *Caſtel*, *Iodocus* a *Reiſchach*, *Ioannes* a *Dalheim*, *Alexius* a *Freyberg*, *Bernhardus* a *Nippenburg*. Serui ex parte Epiſcopi Metenſis capti numero LIII; ex parte Caroli Marchionis Badenſis LXXXI; & ex parte Comitis Wirtembergenſis LXXII; reliqui, gladio non occiſi, per fugam ſalui euaſere. *& ſeruorum.*

V Reperi, inter alia antiqua litterarum monumenta, chartulam antiquam, illo æuo, a Nobili quodam conſcriptam, in qua ſingulorum nomina, quæ in iſto 96 conflictu, a Palatino, vel cæſi, vel capti fuere, denotantur; cuius apographum ad verbum huc apponere placuit. Eius initium tale eſt. *Quorum hic habetur catalogus.*

Dieſe nachgeſchribne ſint nidergelegen off Mitvvoch vor vnſer lieben Frauven Tag Viſitationis, anno MCCCCLXII. Als myn Herre Pfaltzgraffe mit ſinen Vyanden getroffen hat by Seckenheim in dem Velde.

Marggrave Karle von Baden.
Herr Iorg Biſchoff zu Metze.
Graff Vlrich von Wirtenberg.

Dieſe nachgeſchribne ſint mit ine nyddergelegen vnd gefangen.

Die Marggräffiſchen Edeln.

Grave Iorge von Werdemberg.
Herr Hanſs Herr zu Falckſtein.
Herr Hans Iacop von Bodemen, Ritter.
Herr Hans von Lendeck, Ritter.
Henrich von Sternenfelſs.
97 Eberlin von Ruſchach.
Caſpar von Elingenber.
Ott von Seckendorff.
Reinhart von Windeck.
* Hörrit. Peter * Harant.
Iorg Hele.
Sigemont von Hamborg.
Iacob von Helmsdorff. (*Helmſtett*)
Vlrich von Lungingen.
Vyt von Aſch.
Frederich Bock.
Heinrich von Schellenberg.
Hans von Helmſtett.
Wilhelm Truchſeſs.
Wilhelm von Nypperg.
Hans von Vehingen.
Burghart von Richſchach.
* Bodmar. Hans Iacob von * Bodemen.
Hans Geier.
Heinrich vom Stein.
Itelhans von Staffel.
Hugk von Rechberg der Ionge.
Conrad vom Stein.
Vlrich Ruck von Tanneck.
Conrad Plarer.
Wilhelm Gremich von Bruchingen.
Rudolff von Wyler.
98 Werſe Bock von Stouffenberg, Heuptman.
Hans Feltbrether von Sachſſen.
Wilhelm Böcklin.
Conrad Vngelter } *Burger von Eßlin-*
Iheronimus Hipp } *gen.*

Diether von Gemmingen.
Ludvvig Schefferlin, *Burger von Eßlingen.*
Hans Mertlin.

Summa 40.

Die Metziſchen Edeln.

Grave Iacob von Solme.
Grave Iacob von Leynyngen.
Herr Heinrich Beyer v. Bopparten, Ritter
Peter von Beffremont.
Wilhelm von Vollionart.
Iohan von Demaicin.
Iohan Duſchir.
Debolt von Toſche.
Thoman von Felley.
Colla von Herbefolly.
Iorg von * Abecort. * Harracourt.
Reinhart von Lutehort.
Lenhartt Goldorff.
Bernhard von Viſpach. 99
Iohan von Erendorff.
Iohan von Duren.
Iohan von Fylat.
Symont von Clerica.
Marx von Fuſy.
Iohan von Roſyrs.
Olyfir Fecray.
Paris von Rombeſal.
Iohan von Bretany.
Wilhelm von Montry.
Iorg Baſtart von * Aprumont. * Appermont.
Wilhelm von Sigelſchet.
Arnolt von Bubingen.
Philips von Cletheim.
Wilhelm von Peſchlingen.
Arnolt von Pütlingen.
Peter von Grymberg.
Heinrich von * Oriokourt. * Harracourt.
Kolyſſen von Spynnele.
Iohan von Androny.
Eliſs von Virdenheim.
Heinrich Hultzappel.
Bernhart von Nypperg.
Symon Heſſe.
Friderich Hultzappel.

Summa 39.

pag. *Die Wirtenbergischen Edeln.*

100 Wilhelm Herter von Herteneck.
Wolff Dachssenhuser.
Caspar von Kaltendale.
*Wertnavv Heinrich von * Werdenauvve.
Dieterich Spett.
Hans Symon Kayb.
Conrat Scharff von Fridenberg.
Wilhelm von Kolmer.
Iorg vom Stein.
Friderich Atvvig.
*Sachsen Friderich von * Sachssen.
Marx von Nuhusen.
Hans von Stetten.
Heinrich Gutt.
Claus von Waldeck.
*Graueneck Hans von * Grauneck.
*Wertnavv Iorg von * Wederauvve.
*Geisspitzheim Friderich Vetzer von * Geispeltzheim.
Albrecht Schillingk.
Heinrich von Wege.
Symon Sckenck.
Hans von Giltlingen.
Melcher von Falckenstein.
Wilhelm Ketheler.
Wilhelm von Horgheim.
101 Ludvvig Spett.
Huge Hune.
Ludvvig von Bernhusen.
*Helmstet Iacob von * Helmstein.
Sittich von Folmerschhusen.
Hans von Kastel.
Albrecht Göler.
Ebirhart von Achelfingen.
Iacob von Auvve.
Iost von Richshach.
Hans von Talheim.
Ernfrid von Duchenavve.
Alexies von Friberg.
Bernhart von Nippenberg.
Ittelhans von Bodemen.
Conrad von Bubenhoffen.
Friderich Sturmfeder.
Wilhelm von Zulnhart.
Ludvvig von Werdenavv.

Edit. I pag.

Summa 44.

Item hundert vnd zvvene Reissiger Knecht sind mit dem Marggraffen von Baden ihrem Herrn nydergelegen, der Namen in myns Herrn Pfaltzgraffen Hoffe aller vvissen ist.

Item vier vnd funfftzig Reissiger 102
Knecht sind mit dem Bischoff von Metze ihrem Herrn nydergelegen, der Namen auch in myns Herrn Pfaltzgraffen Hoffe vvissen ist.

Item siben vnd achtzig Reissiger Knecht sind mit dem von Wirtenberg ihrem Herrn nydergelegen, der Namen auch aller zu Heydelberg ist.

Diesse Edeln sind dot bliben.

Graff Iorg von Branditze.
Graff Vlrich von Helffenstein.
Iorg Rugraffe.
Iorg zur Wittenmülen.
Lux von Hornstein.
Conrad Tumman.
Vnd by 30 Reysligen Knechten.

Item off myns gnedigen Herrn sytten sind diese tot bliben.

Herr Wipprecht von Helmstat.
Iorg zur Wittenmülen.

Item vierhundert Reysliger Pferde gevvonnen.

Strage Principum audita, qui in castris remanserant, diffluunt.

VI Postquam autem rumor in castris, in quibus peditatus eorum totus re- 103
manserat, nuntiatus fuit, Principes suos esse captos, vnusquisque, vitæ suæ consulens, fuga salutem quæsiuit, maioreque clade fugientes, quam acie pugnantes, affecti sunt.

Epistola Pal. ad Ludouic. Bauarum.

VII De hac victoria, extat nuntiatoria epistola, ipsius Comitis Palatini, ad Ludouicum Bauariæ Ducem, ipsa die victoriæ data, in hæc verba;

Dem Hochgebornen Fürsten, vnserm freundlichen lieben Vettern, Herrn Ludvvigen Hertzogen in Vndern vnd Ober-Beyern, &c. vnsern freundlichen Dienst vnd vvas vvir liebs vnd guts vermögen zuvor, Hochgeborner Fürst, lieber Vetter. Es seindt auff heut dato des Brieffs Marggraff Carle von Baden, sein Bruder der Bischoff zu Metz, vnd Graff Vlrich von Wirtenberg, mit einem starcken reysigen Zeug bey achthundert Pferdt inn das Ampt Heydelberg kommen, vnd allernechst bey Heydelberg angestossen zu brennen: so haben vvir vnsern reysigen Zeug zu guter maß heimlichen beyeinander gehabt, vnd vnser Freundt der 104
Bischoff zu Mentz ist heimlich mit dreyhundert Pferden vnden zu vns gestossen, vnd vvir seynd den Feinden nachgezogen, vnd ihnen ein Furlaß geben, vnd vvolten sie in die mitte nemmen: da seind vvir mit dem Hauffen zusammen gestrichen, vnd durch Genad vnd Hülffe des Allmechtigen GOttes, haben vvir die genante drey gefangen, vnd mit ihnen ein Graffen von Sendenvverd, vnd ein von Leyningen, vnd sonst viel guter Ritter vnd Knecht: Vnd ist ein Herr von Brandis,

Edit. I pag. *Brandis, ein Graff von Helffenſtein, vnd ſonſt etliche von der Ritterſchafft auff der Wahlſtatt blieben auff der Feundt Seiten. So iſt auff vnſer Seiten niemand, dann ein Ritter Her Wiprecht von Helmſtedt todt blieben. Den Handel vvolten vvir Evver Lieb nicht verhalten, in dem Getravven, daß ihr das zu groſſen Frevvden gern vernehmet, vnd euch auch in evvern Sachen deſto füglicher vviſſet zu richten. Datum Heydelberg auff Mitvvoch Petri vnd Pauli Apoſtoli, anno LXII.*

Hertzog Friderich Pfaltzgraff, Churfürſt.

105 VIII Acta ſunt hæc in campo latiſſimo, non procul a Ladenburgo, vt ſupra dictum eſt, iuxta villam Seckenheim hodie dictam, olim Sigenheim & Sickenheim, ſuper flumine Nechar † in pago Lobodunenſi ſitam, quos campos eundem locum eſſe aiunt, vbi Gratianus Imperator olim Germana agmina fudit, & vltra Nicrum fluuium repulit; vbi tum oppidum habebant Lobodunum *, *Auſonio* teſte, quod hodiernum *Ladenburgum* † eſſe, nemo eſt qui dubitet. Inde loco & villæ, ab inſigni victoria Gratiani, factum nomen *Sigenheim*, veluti Nicopoli aut Niceæ: vt alteri villæ, Ladeburgo proximæ, *Walſtat*, a clade & internecione ſua, luctuoſum nomen, ab ipſis Germanis, tribui potuit, quaſi *vff der Walſtatt* clades illa Germanorum contigiſſet. Hic locus poſtmodum, ab hac Friderici Palatini victoria, nobilior redditus eſt: in cuius memoriam, in agro illo, vbi prœlium hoc, ſeu ſtrategema contigit, crux lapidea erecta eſt, cum hac inſcriptione: *Als man zalt nach GOttes Geburt, MCCCCLXII Iahr, auff Sanct Paulus* 106 *Gedechtnus Tag, ſeind auff dieſer Walſtatt, durch Hertzog Friderich, Pfaltzgraffen bey Reyn vnd Churfürſten, nidergevvorffen vvorden, Herr Iörg Biſchoff zu Metz, Margraffe Carl von Baden, vnd Graffe Vlrich von Wirtenberg, mit einer merckichen Zahl ihrer Diener, Graffen, Herrn, vnd Knecht, vnd denſelben, die in ſolchem Geſchefft todt blieben ſeynd, vvolle GOtt barmhertzig ſein.*

De loco pugna,

* *Lupodunum*

† *Ladenburg*

nec non de monumento in ſignum victoriæ poſito.

† Sono forte deceptus, e flumine Nicro, vulgo *Necker*, *Iacobus*, Cardinalis Papienſis, epiſtol. CCLXXXII fecit *Egram* oppidum, ſcripſitque: *Concurritur non multo poſt apud oppidum* Egram: *Superantur noſtri, Duceſque fere omnes in poteſtatem hoſtis viui deueniunt.*

IX Captiui porro omnes, Heidelbergam, cum magno triumpho, deducti fuere, eorumque vexilla ad tholum templi S. Spiritus ibidem ſuſpenſa: ipſi vero dure ſatis, & ſine vlla clementia, vt ſcribit ipſe *Pius II* Pontifex Maximus *, vinculis mancipati, atque in tetro carcere clauſi, compedibusque & catenis, tanquam rei, vltimo ſupplicio digni, reſtricti, vltra annum, ibidem detenti fuerunt, qui, cum ferre miſeri captiuitatem nequirent, & carceris ſqualorem horrerent, poſt plurimas preces, tandem certis conditionibus, & graui pecuniæ mulcta, vt 107 infra dicetur, liberati ſunt. Vulnerati quoque ex captiuis, ciui cuidam Heidelbergenſi, cui nomen *Flurer* erat, in cuſtodiam fuerunt deducti.

Qua obtenta captiui Heidelbergam deducuntur.

* Ita quidem *Pius*. Aliter longe *Hachenbergius* l. d. lib. V; *Fridericus liberaliter eos habuit, illisque omnem honorem ſeruauit.* Cruſius *annal. Sueuic. lib. VII part. III cap. XIII pag.* 410. *Nam quod Pontifex eos in carcere tetro clauſos, compedibusque & catenis, tanquam reos, vltimo ſupplicio dignos, vinctos fuiſſe, queſtus eſt, id ſenem ira perfuſum, & ad Palatinum infectandum dixiſſe creditur.*

X Tradunt, Palatinum, deuictos captoſque hoſtes, in prima cœna, conuiuio ſatis lauto, ac Principibus digno, excepiſſe: ſed panem apponi prohibuiſſe; hunc vero cum poſcerent conuiuæ, reſpondere iuſſiſſe, non eſſe iuſtum, illis panem præberi, qui ſegetes, contra belli iura, crudeliter vaſtaſſent, & frumenta in horreis combuſſiſſent, molasque paſſim igne deſtruxiſſent.

Principeſque laute excipiuntur, ſed ſine pane.

XI Hæc Palatini victoria poſtquam Moguntiæ innotuit, altera ſtatim die Iouis, mane, ſonantibus omnium eccleſiarum campanis, D. Ambroſii hymnus, ſumma ſollemnitate & applauſu, ab vniuerſo Clero decantatus fuit, qui idem, in maius lætitiæ ſignum, poſt meridiem, in Dominorum area ignem maximum excitauit, atque ſabbato deinde ſequenti proceſſionem generalem, cum venerabili euchariſtiæ ſacramento, ad collegiatam D. Stephani protomartyris ec- 108 cleſiam, inſtituit, in gratiarum actionem DEO, quod hoſtes ciuitatis, & qui Diethero aduerſabantur, tandem aliquando deuicti eſſent, tranquillitaſque & pax ciuitati inde reſtituta crederetur.

Moguntiæ ob victoriam hanc magna oritur lætitia.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Palatinus gratias Deo agit.

XII Sunt etiam qui scribunt, Fridericum Palatinum, postquam, hac victoria potitus, Heidelbergam reuersus esset, non statim arcem ascendisse: sed templum prius ingressum, longo tempore ante sacram aram, flexis poplitibus, precationem suam ad Deum dixisse, eique, pro liberatione e periculis & hostium manibus, gratias egisse. Edit. I pag:

SECTIO VIII

De Pontificis cura, studioque Adolfo opem ferendi.

I

Pii Pontificis sententia de hac Palatini victoria.

POntifex autem Maximus, hoc infelici nuntio accepto, *superbia*, inquit, *nostrorum Ducum res Moguntinas debiliores fecit, non abstulit: viuo tamen Pio, nunquam Dietherus ex autoritate primæ sedis Moguntinæ præsidebit ecclesiæ; & nisi fallimur, victoria, quæ nunc ad hostes defecit, cito ad nostros redibit* *.

* *Gobellinus* l. d. pag. 221.

II Litteras posthæc ad *Franciscum*, Decanum Toletanum, dedit, vt Ducem Burgundiæ, *Philippum*, in auxilium *Adolfo* Moguntinensi Præsuli ferendum inuitaret; quarum tenor hic est: 109

Eius litera ad Decanum Toletanum.

Pius II dilecto filio Francisco Decano Toletano, Subdiacono, Nuntio & Oratori nostro. Dilecte fili salutem. Ex litteris dilecti Petri Ferrici, *collegæ tui, datis ex Confluentia, sexta die præsentis mensis, accepimus de prælio commisso cum Comite Palatino, & de captiuitate Episcopi Metensis, Marchionis Badensis, & Comitis de Wirtenberg, quod nobis certe displicentiam attulit; nam per ea, quæ apparebant, confidebamus, res ecclesiæ Moguntinæ cito felicem exitum habituras. Sed propter hoc non est spes abiicienda, maximeque confidendum est in potenti manu Dei, quæ nunquam iustitiam succumbere permittit. Vt autem cito succurratur, volumus, vt communicato consilio cum dicto collega tuo, tu aut ipse, prout melius inter vos conuenietis, propere se conferant ad dilectum filium, nobilem virum, Philippum, Ducem Burgundiæ, eumque omnibus rationibus & suasionibus inducere conemini, vt in hac re consilium præbeat, & quam celeriter, pro nostro & Apostolicæ sedis honore, auxilium & opem Adolfo præbere velit: nam nulla in re possit nobis magis complacere, prout nos etiam efficaciter ad eum scribimus. Vtimini igitur in hac re omni studio & celeritate, prout rei importantiam postulare cognoscitis. Datum in Abbatia S. Saluatoris Clusensis diœcesis sub annulo Piscatoris, die XXVIII Iulii MCCCCLXII, pontificatus nostri anno quarto.* 110

& ad Ducem Burgundiæ.

III Litteræ autem, quas ipse Pontifex, ad dictum Burgundiæ Ducem, *Philippum*, transmisit, sunt hæ:

Dilecte fili salutem. Credimus Nobilitati tuæ abunde cognitum esse, Dietherum de Isenburg, ob eius obstinatam duritiem & contumaciam, aliaque grauia ipsius demerita, a Moguntina ecclesia depositum & priuatum a nobis extitisse, & dilectum filium Adolfum de Nassavv, ad eandem ecclesiam fuisse promotum. Credebamus, Dietherum iustæ sententiæ nostræ acquieturum. Verum ipse in reprobum sensum penitus conuersus, & DEI ac nostro, & Apostolicæ sedis honore contemto, ad arma deuenit, & ad ruinam desolationemque nobilissimæ illius ecclesiæ anhelans, adiuncto secum & accito Friderico Comite Palatino Rheni, omnium conatu nixus est & nititur facere, quæ potest ad destructionem ecclesiæ prædictæ. Et licet Adolfus cum suis fautoribus hactenus magno animo restiterit malitiæ Dietheri & complicum, resque ad bonum & felicem exitum directa videbatur: tamen ex insperato accidit noua calamitas, quæ non parum rationes nostras conturbauit. Nam vt te iam intellexisse opinamur, capti sunt in bello Episcopus Metensis, Marchio Badensis, & Comes de Wirtenberg: propter quod credibile est, partes Adolfi & eius fautores non parum esse consternatos, & opus est, vt eis celeriter succurratur. Nos itaque, quibus hæc res, supra quam dici potest, pro nostro & dictæ sedis honore, cordi est, cum animum in multas partes verteremus, tua nobilitas potissimum occurrit, quæ sua potentia lassis rebus facile succurrere possit. Proinde hortamur eandem, & per Christi charitatem requirimus, vt quam celeriter, prout rei necessitas postulat, velit potenti manu sua auxilia opportuna prædicto Adolfo ferre. Consideret Excellentia tua, in hoc agi de honore DEI & sanctæ 111 112

Edit. I pag. *sanctæ sedis, matris tuæ, quæ, audacia & scelere Dietheri, non leuiter violata est. Nos autem, cum semper de tua nobilitate opinionem Catholici Principis gesserimus, omniaque magna de tua potentia nobis metipsis polliciti fuerimus, persuademus nobis, nihil vnquam a tua excellentia gratius & acceptius nobis fieri posse, quam si celerrime Adolfo auxilium tuleris, & tale auxilium, vt ecclesia Moguntina, quæ illi canonice a nobis commissa est, a sæuitia & violentia Dietheri * dicti Comitis liberetur. Hoc erit opus dignum tanto Principe, acceptissimum Deo & nobis, ex quo immortalis gloria excellentiam tuam sit secutura. Datum in Abbatia Sancti Saluatoris Clusens. diœcesis XXVIII Iulii MCCCCLXII. Pontificatus nostri anno quarto.*

* f. dictique

IV Habentur etiam aliæ litteræ dicti Pontificis ad eundem Ducem Philippum, quibus eum contra Fridericum Palatinum, Dietherum abrogatum, & Philippum Cattimelibocensem Comitem inuitat, & sunt tales: *Alia Pii ad eundem littera.*

113 *Pius Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio nobili viro, Philippo Duci Burgundiæ, salutem & Apostolicam benedictionem. Scripseramus superioribus mensibus charissimo in Christo filio, Friderico Roman. Imperatori Augusto, quam potuimus accuratius, vt causam defensionis ecclesiæ Moguntinæ amplecti vellet, ac operam daret liberationi venerabilis fratris nostri, Georgii Episcopi Metensis, ac dilectorum filiorum Caroli Marchionis Badensis, & Vdalrici Comitis Wirtenbergensis, qui superiori æstate, rebus aduerse gestis, a Friderico Comite Palatino Rheni capti extiterunt. Requisiuimus suam serenitatem, vt aggredi vellet hæc opera, in quibus & laudem & gloriam sibi parare posset. Rescripsit nobis nuper sua sublimitas, animumque promtum quidem & optime dispositum demonstrauit: adiecit autem inter cetera nonnulla de peruerso proposito Palatini prædicti, eumque accensum contra honorem nostrum & Apostolicæ sedis esse significauit: quodque post inducias, Nurenbergæ initas inter ipsos, idem Palatinus astu & dolo nonnullis Principibus & Prælatis ac communitatibus se coniungere & colligare nixus est, eo consilio, vt Apostolicam*
114 *Imperialemque dignitatem pro damnabili sua libidine confundere & pessundare posset. Suadet Imperator, obuiandum esse tantæ iniquitati, & ad conseruationem vtriusque dignitatis præ ceteris vnam & expeditam viam nobis obtulit, qua via vna opera occurri possit malignitati Palatini & complicum, & liberatio Episcopi Metensis aliorumque captiuorum procurari. Ea est, vt nos simul cum ipso Imperatore communi nomine nobilitati tuæ, aut dilecto filio Carolo, nato tuo, contra Palatinum & Dietherum de Isenberg & Comitem de Katzenelenbogen, & illis adhærentes ac sequaces capitaneatum committamus, litterasque Apostolicas cum censuris & pœnis ecclesiasticis ad coercendum rebelles & hostes concedamus. Placuit nobis & placet Imperatoris consilium, idque amplecti animo decreuimus. Sed quia nescimus, quæ*
115 *sit in hac re intentio tuæ nobilitatis, deliberauimus prius ad te scribere, vt nobis significes, quid intendas. Nam si nouerimus, tibi cordi hanc rem esse, alacri animo capitaneatum huiusmodi, vt Imperator censet, deferemus. Nobis enim gratum supra modum futurum est, vt nobilitas tua, aut filius tuus onus assumat: & vt assumere velit, affectuose hortamur & requirimus: id etiam postulantes, vt super eam rem intentionem nobis notam facias: si eam acceptandam duxeris, nos confestim litteras Apostolicas ad te transmittemus; confidentes nihilominus, quod propter hoc non deseres religionem Christianam, quin ei contra Turcos (vt sæpe pollicitus es) auxilia opportuna ipse præstes. Erit igitur prudentiæ tuæ, examinatis rebus id consilii capere, quod dignum sit tanto Principe, & quod tibi & domui tuæ laudem & gloriam afferat. Ceterum ex ipsius Imperatoris litteris læto animo accepimus, eum decreuisse, nostra præsertim contemplatione, concedere tibi regalem inuestituram, super quo in tui fauorem sæpius ad celsitudinem suam scripsisse meminimus: & hoc non tantum facere deliberasse, sed etiam affinitatem tecum contrahere ratione filii sui & filiæ tui nati, ac tibi Vicariatum Imperii in terris Gallicanis vltra Rhenum concedere statuisse. Quod profecto nobis est gratissimum, idque serenitati suæ & generositati tuæ prosperum & felix esse optamus, ad pacem & perpetuam consolatio-*
116 *nem vtriusque vestrum, ac sedis Apostolicæ & Christianæ religionis conseruationem & augmentum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ MCCCCLXIII, XIIII Kalend. Februarii, Pontificatus nostri anno quinto.*

SECTIO

Edit. I pag.

SECTIO IX

De debellatione Episcopi Spirensis.

Palatinus proficiscitur contra Spirensem.

PRincipibus porro illis in captiuitatem actis, vt dictum, Fridericus Palatinus, exercitum contra Episcopum Spirensem, *Ioannem Nix* de *Hoheneck*, dictum *Entzberg*, eo quod & ipse Adolfo adhæreret, traduxit, ac oppidum inprimis Rottenberg, cum castello annexo, obsidione circumdedit, expugnauit ac cepit. Ad instantiam vero Capituli maioris Spirensis, concordia postmodum sub tali conditione facta est, vt castellum prædictum, cum oppido Rottenberg, similiter Wersau, iuris Palatini perpetuo essent: in nemore quoque Spirensis ecclesiæ, dicto Lushart, omnis venatio cunctis temporibus soli Palatino cederet *. His ita conclusis, post miserabilem ecclesiæ Spirensis desolationem, post rapinas & incendia varia, tandem pax ibidem reformata fuit, non sine maximo diœcesis incommodo ac damno. 116 117

loca aliquot expugnat,

ex quo, Capitulo admittente, inter eum & Spirensem fit concordia.

* Vid. *Trithemius* chron. Sponh. ad h. a. pag. 365, Hirsaug. pag. 452, *Lehmannus* l. d. cap. CVII pag. 866.

SECTIO X

De Principum captiuorum liberatione.

I

Quibus conditionibus Principes capti liberati fuerint,

QVomodo autem, ac quibus conditionibus, prædicti Principes tres captiuitate sua postmodum liberati fuerint, antequam ad ipsam vrbis Moguntinæ direptionem, de qua deinceps agendum erit, transeamus, paucis hic annotare visum fuit.

II Principes captiui, post diutinas incarcerationes, ac preces multas, atque varias, his tandem conditionibus, sat grauibus ac duris, anno MCCCCLXIV † dimissi fuerunt. Georgius Metentis Episcopus, Iacobi Marchionis de Baden filius, pro liberatione sua, Palatino quadraginta quinque millia florenorum dare compulsus fuit: ac se cum omni militia sua, & tribus in Lotharingia castellis, Bergard, S. Theobaldi, & S. Crucis, ipsi perpetuo obnoxium scripsit *.

& quidem Episcopus Metensis.

† Hoc demum anno illos e captiuitate dimissos similiter vult *Hachenbergius* l. d. lib. V. Sed fallitur vterque. Libertati namque iam anno MCCCCLXIII fuere restituti. Pro testimonio sit, quod Carolus Badensis ipso hoc anno LXIII pacis inter Dietherum & Adolfum conciliandæ egerit sequestrem. Quin idem colligas ex litteris *Dietheri*, eodem hoc anno, Lunæ post festum *Corporis Christi*, Steinhemii scriptis. Iis namque consentit, vt Fridericus partem castri Neuenbeymberg, qua alias inter conditiones Carolus eidem se cessurum stipulatus erat, iniret.

* Sic *Trithemius* chron. Hirsaug. p. 450.

Carolus Badensis.

Carolus Marchio Badensis, dicti Georgii Episcopi frater, pro liberatione promisit, scripsit, & dedit centum millia florenorum. Verum quia tanta pecuniarum summa ad manum in promptu non fuerat, tali conditione satisfecit: Quicquid in Comitatu Sponheimensi habuit, Palatinatui, sub reemptionis titulo, tradidit. Oppida quoque Besigheim, Beinheim, cum telonio, & castello, simili sub reemptionis iure, assignauit. Insuper omni reemptionis iuri, quod se habere sub oppido Heidelsheim & Eppingen prætendebat; venationibus quoque & piscationibus, inter Seltz & Germersheim, in terra & Rheno, pro quibus ante lis & contentio fuerat, in perpetuum renuntiauit. Oppidum denique Pfortzheim Palatinatui feudale constituit; & se, cum omni posteritate sua, litteris & iuramento necessariis, in perpetuum Palatino obnoxium fecit †. 118

† Ita l. d. idem *Trithemius* p. 451.

Vdalricus C. Wirtenberg.

Vdalricus Comes de Wirtenberg autem pro centum florenorum millibus a Palatino similiter multatus fuit, quorum in promptu quadraginta millia soluit: viginti autem millia, sibi ab Adolfo Moguntinensi, super strata montensi stipendii loco assignata, Palatino quoque resignauit; sicque florenorum sexaginta millia tunc 119

Edit. I pag. tunc ſoluta fuere: de reliquis vero quadraginta millibus penſionem annuam duorum millium Palatino promiſit, quam monumentis neceſſariis confirmauit. Marpach inſuper, oppidum, ipſi Palatino quoque feudale conſtituit, ſeque cum omni militia ſua Palatinatui obnoxium ſcripſit *.

* Sic denuo *Trithemius* l. d. Neſcio tamen, vtrum explorate ſatis. In litteris enim *Adolfi*, Martis poſt Dominicam *Eſto mihi*, anno ſequenti MCCCLXIV datis, hæc lego: *Vnd als der Graf* Vlrich *dem* — Friederich *ſechzig tuſend Gulden in einem ſondern Brief ſchuldig vvorden, vnd ime der funfzehen tuſend bezalt hat, vnd noch fünf vnd vierzig tuſend vnbezalt ſin* &c.

Ceterum (quod *Trithemius* ſilentio præteriit) ſyngraphis illi datis tum ſimul polliciti ſunt, ad Pontificem ſe ſcripturos ac Cæſarem, curæque ſibimet habituros, vt vterque iram erga Fridericum, ſimultatesque deponat. Id ſi impetrare nequirent, ſe, præter lytron conditum, certam pecuniæ ſummam Friderico præſtituros; *Metenſis* quidem decem florenorum millia; *Badenſis*, triginta; *Wirtembergenſis*, ſimiliter decem. Liquet id ex litteris Adolfi modo dictis, de quibus ad *Serarium* vberius.

III De huius liberationis modo ac conditionibus extat ſcriptum quoddam apud *Leonhardum Pauholtz* de Operchouen, Presbyterum diœceſis Ratisponenſis, in chronico Bauariæ †, lingua populari, his verbis eodem tempore datum. *Conditiones alterius autoris,*

† pag. 63 edit. Schilterianæ.

Anno Domini MCCCCLXVIII (eſt error in numero, qui debet eſſe MCCCCLXIV) *am Sambſtag nach Anthonii, iſt der Biſchoff von Metz ledig vvorden. Am erſten hat er gegeben fünffzehen tauſent Gülten. Item er ſol in etlichen Iahren geben zvvantzig tauſent Gülten. Auch hat er ihm an Land geben das Frieſsland, das mag er vvieder löſen vmb zehen tauſent Gülten. Item darzu ſol er allen*
120 *Vnvvillen vnd Vngnad gegen dem Bapſt, vnd dem Keyſer in der Friſt abtragen, oder darfür geben zehen tauſent Gülten. So iſt der Biſchoff mit allen ſeinen Mitgefangenen verbündlich vvorden, vvider den Pfaltzgraffen nicht ſtehen, noch verſprechen, noch ſchaffen zu thun, vveder heimlich noch öffentlich, ohn Gefehrde.* *& quidem 1 Epiſcop. Metenſis,*

Item Marggraff von Baden iſt am Pfingſtag nach Quaſimodogeniti ledig vvorden anno, vt ſupra. Am erſten hat er geben zvvantzig tauſent Gülten. Beſigkaim mit ſeiner Zugehörung mag er löſen für dreiſſig tauſent Gülten. Der Pfaltzgraf hat darauff zum Bavv vier tauſent Gülten, ſol er zahlen nach dem ſie verbavvet ſind. Item Pehenheim mit ſeiner Zugehörung, mag er löſen für zehen tauſent Gülten. Item Sponheim die Grafſchafft, vnd vvas zu Creutznach gehöret, mag er löſen für zvvantzig tauſent Gülten. Item Pfortzheim mit ſeiner Zugehörung, ſol der Marggraff vnd ſeine Erben hinfüro zu Manlehen empfangen von der Pfaltz, oder darfür geben fünff-
121 *tzig tauſent Gülten. Item er vnd ſeine Mitgefangene ſeind dem Pfaltzgraffen verbündlich, als der Biſchoff. Auch alle Gerechtigkeit iſt ab, die der Marggraff vermeinet hat zu haben zu Haydenhaim vnd zu Epping.* 2 *Marchio Badenſis,*

Der von Wirtenberg Graff Vlrich iſt ledig vvorden in der Wochen vor Cantate, anno, quo ſupra. Er ſol geben hundert tauſent Gulten, dieſelben bezahlen in zehen Iahren, oder ſol nach der Friſt Güld darvon geben. Ietzund muß er geben viertzig tauſent Gülten, dafür hat er ihm eingegeben zvvo Stät, Peternavv vnd Wellingen. Er ſol auch Lebenſtain vnd Meckenmül, (die ſeine Fravv inne gehabt) vvider geben. Er ſol Mirpach mit ſeiner Zugehörung zu Manlehen empfangen: So er das ſein nit mehr thun vvil, ſol er der Pfaltz geben fünfftzig tauſent Gülten. Sein Ritterſchafft iſt auch verbündlich als die andern. Auch alle Klainoder, die ſein Fravv hinvveg hat, vvieder geben. 3 *Vlricus Comes Wirtemb.*

Et his omnibus ita conſtitutis & peractis, prædicti Principes liberati fuere.

SECTIO XI

De Moguntia per inſidias ab Adolfo capta.

I

PRiusquam autem illi captiuitate ſua liberarentur, Adolfus Moguntinenſis Archiepiſcopus confirmatus, motibus tam diuerſis defatigatus, vltimo
122 cogitans, quomodo tandem ciues, qui partes Dietheri abrogati ſequebantur, vi ſibi ſubiiceret, ac in ſuam poteſtatem perduceret, cum quibusdam *Adolfus de ſubigenda cogitans Moguntia,*

obsidionem vrbis molitur.

partium suarum Proceribus, rem nouam, & insperatam, & illi ipsi dubiam, aggressus est, consiliumque, vrbis obsidendæ ac capiendæ iniit. Conscii huius erant, Ludouicus Bauariæ Dux, Niger dictus, Aluicus Comes Sulzensis, Eberhardus Königsteinius, Adolfi sororius, sæpe memoratus, & perpauci alii; hi omnes duorum ciuium Moguntinensium informationem, & clandestina consilia sequebantur, Ortvvini scilicet & Dudonis, qui, locorum vrbis gnari, copias se introducturos, sicque Adolfo vrbem tradituros promittebant *. Edit. I pag.

Duorum itaque ciuium clandestina consilia secutus,

* Vid. *Nauclerus* volum. III generat. XLIX pag. 489, *Trithemius* chron. Hirsaug. ad an. MCCCCLXII pag. 453, quos auctor hic maxime sequitur.

Ceterum, cum de vrbe insidiis intercipienda consilium iniissent Adolfus & Ludouicus Niger, hanc inter se, Martis ante diem *Simonis* & *Iudæ* Apostolis festum, fecere conuentionem. Annona omnis, far, siligo, zea, auena, omne itidem vinum, tum cibaria, caro recens ac salita, lardum, pernæ, & id genus alia, tormenta, bombardæ, puluis pyrius, nitrum, sulphur, ceteraque, quæ ad armaturam referri solent, omnia, exceptis solum sclopis manuariis (*alleine Hantbuchssen*, *die man one Anslagk in der Hand schussen soll*) arcus denique, pharetræ, sagittæ æquis inter vtrumque diuidantur partibus. Vrbs cum munimentis, ædibus itidem Collegialibus & Clero, intra & extra mœnia, in ius potestatemque transeat Adolfi. Cleri vero res, flata, signataque pecunia, supellex domestica, & id genus bona alia (*Barschaft*, *Plundere*, *vnd Gut*) adnumerentur prædæ. Vectigal Filsbacense vtrique commune sit. Quod ad frumentum granariis Collegii metropolitani conditum, vinum itidem in horreis eiusdem vinariis, id quidem, quod Canonicorum sit ac Vicariorum, his, qui Pontifici dicto obsequentes fuissent (*den gehorsamen Geistlichen*) seruetur; quod ciuium ibi sit, exterorumque, æquis vtrique obueniat partibus. Templorum ornamenta, hierothecæ, calices, patinæ, donaria, aliaque aris decenter instruendis destinata vtensilia sarta in ædibus sacris seruentur, tectaque. Pecunia ceteroquin omnis, annuli, catenæ, fibulæ, armillæ, cingula, scyphi, pocula, cimeliaque alia, culcitræ, puluinaria, toralia, stragula, vela, conopœa, textilia, sericumque, omnis denique supellex culinaria, ahenæ, caldaria, pultarii, sartagines, ollæ Cypriæ, cacabi, catini stannei, lances, lagenæ, canthari (*vvas man an barem Gelt*, *es sy Silber oder Golt*, *silbern oder golden Geschirr*, *Kleynot*, *Ringe*, *Spengen*, *oder ander Gezorde*, *desglichen von Betten*, *Sergen*, *Kussen*, *Lylachen*, *Vmhengen*, *gevvyrckten oder syden Tuchern*, *allen vnd iglichen Hussgezerden*, *Kessel*, *Duppen*, *Pannen*, *Kannen*, *Fleschen*, *vnd Husplunder*, *auch anderm Werte*, *allezumal*) prædæ referantur in cumulum; cuius alteram partem capiant Adolfus & Ludouicus, alteram socii milites (*die Gesellen*) Vrbe expugnata commeatus militaris, ceteraque articulo primo comprehensa statim diuidantur. quo facto, vterque tot militum præsidiariorum, quot necessitas poposcerit, vrbi imponat suisque alat sumtibus; tot etiam tormenta in vsum communem (suo tamen vterque sub imperio) inibi relinquat. Captiui, siue pedites sint, siue equites, aliique & Adolfo fidem adstringant & Ludouico; dein vero sorte inter vtrumque dispertiantur; Comites æqualiter; æqualiter Equites, militiæ honoribus decori, & Nobiles; æquabiliter denique gregarii. Neutri tamen liceat, sine alterius concessu suos dimittere liberos. Alvvico, Comiti Sulzio, cum supremus ordinum in hac expeditione sit ductor, decima pars prædæ, cuiuscunque ea sit generis, obueniat. Ioanni, Comiti Hohensteinensi, propterea quod mandata accepta tradat reliquis (*als einem Ansager*) iisque, qui exploratorum in se susceperint partes, siue Nobiles sint, siue plebeii, quinque florenorum cedant millia; de quibus Ioannes tria accipiet, reliqua duo ceteri. Ex his vero apparitorum ἱππαγωγῶν ac ceterorum negotii administrorum quisque florenos quindecim; totidem Ioannes der Canzler, Antonius de Hoimstein, Ioannes Svvalbach: Caspar vero Franckenstein & Lauuenburger Senior quinquaginta capiant. Ad eum, qui mœnia primus transcenderit (*dem Stieger*; is autem erat *Iohannes* iste *Schvvalbach*) domus ex ciuicis ante alias bona, commodaque, vna cum mille perueniat florenis. Signifero peræque, quod par est, tribuatur.

omnibus ad expugnationem necessariis comparatis,

Itaque machinis, scalis, aliisque omnibus, ad expugnandam vrbem necessariis, quantocius comparatis, vbi tempus rei gerendæ opportunum visum est, quamuis rigeret hiems, profectione indicta, collectis militibus, circiter sexcentorum equitum, & quadringentorum peditum Heluetiorum, prædicti Principes, die vigesima septima mensis Octobris, quæ erat ipsa vigilia Sanctorum Simonis & Iudæ Apo- 123

machinis bellicis de nocte vrbem aggreditur.

stolorum, anno dominicæ incarnationis MCCCCLXII, profunda nocte, & satis intempesta, cum silentium quietum teneret omnia, cum dictis copiis, vrbem petierunt, ad eiusque fossata, iuxta Gauii portam, quo in loco, quoniam vrbs aliquantum præmunita, adituque difficilis videbatur, idcirco fere custodibus vacua erat, negligentiusque custodiebatur, appropinquarunt. Ea in parte, exploratores silenter per fossata, vepribus & spinis oppleta, falce tramite facto, muros ipsos vrbis attigerunt, scalisque applicatis, totis viribus ascensum pararunt.

II In-

Edit. I pag. II Interea autem, dum muris ſcalas apponerent, quiſpiam eorum, muro inſidentem eminentemque noctuam cernit, quæ ſedens vno fixa in loco, ſuper murum, alas iam extendebat, iamque deprimebat: cumque hoc in longam feciſſet horam, territi fuere cernentes, propterea, quod fortem ſuper muros cuſtodiam latere arbitrabantur; nam propter tenebrarum horrorem, clare, quid
124 eſſet, diſcernere non poterant: prope iam fuerat, ſi paullo diutius ſpectaculum hoc duraſſet, vt ſcalis a muro ſepoſitis, metu perculſi, infecto negotio, hoſtes retroceſſiſſent: ſed ecce, ſubito beſtia illa auolans metu liberauit ſemideſperatos †.

Dum ſcalæ mœnibus applicantur,

noctua fere ciuitatem liberaſſet ab hoſte.

† *Trithemius* l. d.

III Quo comperto, facti alacriores & audaciores, ab ea ipſa parte, qua vrbem præſidio minime munitam iam cognouerant, muros ſcanderunt, qui vineas & hortos intra vrbem claudunt, atque ſucceſſiue, ſilenterque introgreſſi, traditorum informatione ac ductu, impetum in præſidiarios, ſeu murorum cuſtodes, fecerunt, eoſque, tum forte vino ſomnoque, vt fieri quandoque conſueuit, ſepultos, tum etiam re ſubita conſternatos, facile oppreſſerunt. Erat autem hora, poſt mediam noctem, ferme quarta, conſopitis adhuc ciuibus. Hinc, in vrbem viri circiter centum deſcendentes, proximam vrbis portam S. Stephani, applicatis machinis, infringere, & aperire conabantur; quæ dum fierent, vigiles reliqui in vrbe conſtituti, ſtrepitu, ex portarum fragore, hoſtiumque, qui per muros in ciuitatem deſcenderant, tumultu deprehenſo, in hæc ipſa loca de-
125 uenientes, conſpectis hoſtibus, clamorem continuo extulerunt, quo expergefacti vicini, conſurgentes, hoſtem quoque adeſſe perſenſerunt, ſicque clamor per vrbem diffuſus, totum populum reliquum excitauit. Expergefacti ciues, & magnitudine rerum attoniti, quid primum agerent, aut vbi ſuccurrerent, ignari, armis tandem correptis, qui proximi fuerant, tumultuarie excurrerunt, & in paucos hoſtes, vrbem per muros ingreſſos, impetum fecerunt. Sed porta interim refracta, multitudo reliqua, equitum & peditum, irrupit, primiſque audaciam & vires, contra miſeros ciues, addidit. Dederat quoque ſignum hoſtis Ringauienſibus, qui Adolfo quoque adhærentes, infra Rhenum latitantes hærebant, in ſuccenſione domus Iudæorum, extra, in arena, ſeu reconditorio eorum, poſita, quam vbi ardere conſpexerunt, ipſi quoque veloces, Adolfo in ſuccurſum Moguntiam properarunt.

Errore dein comperto, hoſtes muros aſcendunt.

Ciuitatis portam vi aperire conantur.

Interea ciues tumultu hoſtium expergiſcuntur.

IV Coadunati tandem etiam ciues, ad arcendas hoſtium turmas, magna vi
126 in ipſos irruerunt: pugna incepta, magna contentione, vtrimque & varia fortuna, inter frequentia vrbis ædificia pugnatum, hoſtibus annitentibus, vt deiectis ciuibus, prædam, quam maximam fore ſciebant, diriperent: ciuibus vero, vt ſibi, fortuniſque ſuis, parentum, coniugum, ac liberorum ſaluti conſulerent. Mira profecto, & miſerabilis tunc vrbis facies erat, inaudita calamitas, terror & tremor incolarum maximus, clamoribus & gemitu morientium perturbata omnia, luctibuſque paſſim repleta vniuerſa: quin, & præter extraneum hoſtem, non defuit hoſtis intra mœnia, prodendo.

Hinc ciuibus in hoſtes irruentibus, atrox inter eos & hoſtes pugna oritur.

& magna calamitas eſt in vrbe.

V Ea ipſa nocte, Dietherus abrogatus, qui pridie, vna cum *Philippo* Comite Cattimelibocenſi, Moguntiam venerat, in curia *zum Alten Schulteſſen* *, Comes vero, in diuerſorio *zum Rotenhauſs*, morabantur, Fridericum Palatinum, qui poſtridie quoque venturus erat, exſpectantes. Hi, cum hoſtem inſperato ciuitatem occupaſſe accepiſſent, trepidi, mentem ciuium, proditionemque me-
127 tuentes, ſubito ex mœnibus vrbis †, ſune per intimos quosdam ſuos dimiſſi, piſcatoria ſcaphula, Rheno transmiſſo, fuga ſalutem ſibi compararunt, quod niſi factum, hoſtis eos, in lectulis ac ſtratis ipſis adhuc requieſcentes, comprehendiſſet. Canonici quoque Diethero adhærentes, tam repentino oppreſſi malo, vrbe ceſſerunt; ex quibus, *Rupertus* Comes *a* Solms Cuſtos, *Rabanus* de *Lichenſtein*, *Ioannes Mönch* de *Roſenberg*, *Ioannes Specht* a *Bubenheim*, *Dammo* a *Praumheim*, & alii, erant. Palatinus autem *Fridericus*, conſilio Mathematici ſui, *Matthiæ* de *Kemnaten*, præmonitus, nunquam induci potuit, vt vel vna nocte in Moguntia permaneret, eo quod, vrbem ſibi periculoſam fore, aſtra prænuntiarent *.

Dietherus, vna cum Comite Catimelibocenſi, fuga ſalutem quærit,

aliique item e Canonicis.

Palatinus *præmonitus periculum euadit.*

* Ita quoque *manuſc.* noſter. Atque hinc perperam *Nauclerus* volum. III chronol. generat. XLIX pag. 489; *erat illa nocte in arce vrbis.* Quin & *Trithemius* ad h. a. pag 453;

Dietherus vna cum Philippo Comite de Kazenelenbogen erant in castro, quod vrbi iacet annexum. Quod vt hoc magis appareat, notes, Moguntiæ tum nullam Archiepiscopis fuisse arcem: eamque, quam *Trithemius* intelligit, aliquot annis post ad inferiorem vrbis partem, iuxta fluenta Rheni, demum ædificatam. vid. infra sect. XV § III. Edit. I pag.

† E regione domus, quæ *das Stierhaus* dicebatur. *Manuscr.* germanicus.

* *Trithemius* (cuius hæc sunt) l. d. chron. Hirsaug. p. 454.

Dietherus ciuibus auxilium promittit.

VI Dietherus interea exul ciuium de suorum cæde perterritos animos confirmabat, atque in melioris fortunæ spem erigebat, hortabaturque eos, vt acriter sese hosti opponerent, quantocius se ipsis auxilium missurum promittens *; quod & factum. Non multo post enim, ducenti circiter equitum peditumque, ab ipso fuere missi, quibus sese ciues, in Augustinensium platea, totis viribus iunxerunt, forumque boarium versus, ad comprimendum hostem properarunt; vbi tanta vi in eum irruerunt, vt bis, terque pedem referre compulsus fuerit, eumque tandem etiam extra primam seu interiorem Gauii portam repulerunt. Adhæc, tormenta duo ænea maiora, in prædicto foro, contra hostem directa erant, sed director eorum, cum & ipse Adolfo contra Dietherum faueret, ea non in hostem, sed vnum in S. Stephani turrim, alterum in Gauii portam, absque vlla hostis læsione, exonerauit. Hinc reuersi hostes, magna vi atque impetu, ciues rursum sunt aggressi, machinas prædictas ipsis eripientes. Atrox tunc pugna vtrimque iterum commissa, vtrimque multi occubuere. Tactus globo *Henricus Furt*, vrbis Capitaneus, in fugam sese dedit; Consulum vnus, cum Senatoribus duobus, quorum vnus in ipso foro boario habitans, sellator erat, & aliis multis ciuibus, occubuit. Ex hoc conflictu & pugna, omnis platea a Gauii porta, ad domum vsque militum *S. Iohannis Hierosolymitani*, quam *S. Sepulchri* vulgo appellant, corporibus occisorum referta erat, quorum numerus, quadringentorum circiter æstimatus fuit. 128 129

Quo misso, illi aliquoties hostes retrocedere cogunt:

quibusdam tamen clam cum Adolfo facientibus, factum, vt reuerterentur: vnde pugna atrox fit;

plateis occisorum cadauerum plenis.

Lucan. Bel. Ciuil. lib. I.

Quis furor, o ciues? quæ tanta licentia ferri?
Bella geri placuit, nullos habitura triumphos.
Heu quantum terræ potuit pelagique parari
Hoc, quem ciuiles hauserunt sanguine dextræ?

* Hochhemio, vt *manuscr.* germanicus addit. Qui vicus medio milliari ab vrbe abest.

Fluctuante sic fortuna, hostes ciuitatem incendunt.

VII Fluctuante autem sic prœlio, ita vt modo ciues, modo hostes præualituri viderentur, ciuesque, collatis in vnum viribus, ab illa parte, qua hostis intrarat, fortiter resisterent: hostis ab altera parte, subito ciuitatem incendi iussit, ædemque fratrum Dominicanorum, vna cum ipsa ecclesia †, & circumiacentibus quibusdam domibus: loca item foro vicina, plateam sutoriam, ab vtraque parte: hospitium quoque ad speculum, cum multis aliis ædificiis vicinis, quorum pæne centum quadraginta erant, misere Vulcano tradidit, multoque plura igne absumpsisset, nisi resistentia ciuium impeditus, retrocedere coactus fuisset. 130

† *In suis substantialibus, structuris videlicet, tecto tam ecclesiæ, quam chori, turri, campanis, sacristiæ, laterum, & aliis ædificiis, ex ignis incendio & voragine miserabiliter combustam & consumtam* dicit *Adolfus* in litteris, quibus FF. Dominicanis quauis suæ diœceseos parte subsidia postulandi potestatem concessit, Kal. Iun. an. MCCCCLXVI datis.

Inde ciues ad ignem extinguendum intenti, hostium obliuiscuntur;

nouo tamen milite superueniente, dimicationem reiterant;

VIII Audito igitur nouo in vrbe tumultu, & incendio exorto, miseri ciues, qui acriter cum hoste decertabant, eumque repellere conabantur, mali tanti necessitate compulsi, singulique, de suis solliciti, ad ignis extinctionem, suorumque e flammis ereptionem, confugerunt, hostium ingressus penitus obliti: quibus ita distractis ac dissipatis, nouus semper miles hostium absque impedimento seu resistentia superuenit, vehemens dehinc dimicatio reiterata, & vtrimque magna contentione rursum res gesta est, his, hostibus inquam, annitentibus, vt incepto furori satisfacerent: illis vero, ciuibus scilicet, vt amantissimas coniuges, liberos dulcissimos, parentesque charissimos, ætate iam plurimum exhaustos, omniaque sua a mortis periculo ac interitu vindicarent. Pugnatum a prima luce vsque in serum vesperum: sed longe impar ciuium paullatim congressus fuit, eo quod hostes numero pugnatorum, & apparatu omnium rerum instructissimi erant: vrbana vero turba, non bellis admodum assueta, nec armata satis, quippe, quæ somno adhuc oppressa, oculisque vix apertis, multis 131

sed impari cum hoste conflictu.

acceptis

Edit. I pag. acceptis cladibus, ad paucitatem rediret: quadringenti enim & plures ex ciuibus deſiderabantur *.

* Qui Hochhemio ciuibus auxilio venerant, a Diethero miſſi, cum viderent, rem ad extremum perductam eſſe caſum, omnemque vrbem ſeruandi ſpem concidiſſe, ciuitate ſe per portam Filsbacenſem eiecere: quorum quidem pars a Naſſouicis capti: pars, Rheno celeriter ad Filsbacum tranſmiſſo, in fuga ſalutem inuenerunt. Ciuium vero quamplures præcipiti ſaltu ad telonium de muro ſe deiecere, quorum tamen nonnulli e fuga retracti ſunt.

Interea Ludouicus Comes Veldentzius deditionem vrbis petit;

IX Interea Ludouicus Comes Veldentzius, cum Comite Eberhardo Königſteinio, a ciuibus deditionem poſtulabant, addebantque blanditiis minas, ni deditio fieret, ſe direptione, cædibus atque incendiis totam vrbem mixturos, minitantes: hoc audito, metu perculſi miſeri ciues, conſilio deſuper habito, ſe, ſi id abſque corporis periculo, bonorumque ſuorum iactura fieret, deditionem facturos reſponderunt. At illi, corporis ac vitæ tutelam ſolummodo, non bonorum libertatem, pollicebantur. Tandem cum miſeri cadentium numero multo debiliores facti, imparibus ſeſe viribus cum hoſte decertare nequaquam poſſe

quam miſeri ciues tandem faciunt,

132 animaduerterent, diuturno conflictu fatigati, proiectis armis, deditionem fecerunt, liberumque ingreſſum irrumpentibus hoſtibus conceſſerunt. Eberhardus dehinc Königſteinius *, Wiricus Miles a Stein, Iacobus Krückenſtein, fori magiſter, cum pluribus aliis, turres murorum aſcendentes, ciuibus, in præſidium ibidem conſtitutis, indicarunt, Senatum ſeſe, cum aliis, Adolfo Archiepiſcopo tradidiſſe, ſimiliter vt & ipſi facerent, poſtulantes, quoniam id Senatus mandaſſet, corporis tutelam, libertatemque omnium bonorum ſuorum iiſdem promittentes. Hoc audito ciues turres relinquentes, hoſti eoſdem tradiderunt, qui

ac turres & propugnacula tradunt.

continuo Ringauienſes incolas, & Heluetios milites præſidiarios in iiſdem collocauit.

* *Eppenſteinius* ſane multum ad ſubigendam ciuitatem contulit. Audiamus modo Adolfum in litteris, quibus an. MCCCCLXVI Collegialem *Königſteinenſem* ſtabiliuit: *qui non ſolum Dominium & terras ſuas pene in deuaſtationem, ſed etiam in propria perſona — tanquam Apoſtolice ſedis obediens filius, nobis — in grauibus & continuis periculis ac perturbationibus conſtitutis, ac tandem glorioſo triumpho in victoria ciuitatis noſtræ Maguntinæ obtento, tanquam alter Machabæus, præ ceteris potenter & viriliter contra hoſtes noſtros fideliter pugnans, aſſiſtentiam præbuit.*

Tum occiſorum corpora a ſuis deportantur, & in cœmeterio D. Agnetis ſepeliuntur.

X Miſerando ſpectaculo cernere tunc vxores maritos, filios patres, reliquos item ſuos, magno clamore atque eiulatu, inter occiſorum cadauera inquirentes, eoſque repertos humeris propriis, ſanguine adhuc e vulneribus promanante, quoſdam occiſos, alios vero paullulum adhuc reſpirantes: & hos quidem

133 ad refocillandum, reliquos vero ad ſepeliendum, deportantes. Legi in manuſcripto quodam monaſterii S. Iacobi peruetuſto, omnia occiſorum, tum ciuium, tum etiam aliorum, corpora in cœnobii monialium S. Agnetis in foro boario vna fouea fuiſſe recondita ac ſepulta.

SECTIO XII

De miſero ciuitatis poſt occupationem ſtatu.

I

Armis a ciuibus traditis, ciuitas ſpoliatur.

POſtquam autem, omiſſo certamine, ſeſe dedere ciues, arma mox tradere iuſſi ſunt, vrbemque hoſtes, vbique inuadendo publicas priuataſque, cum Cleri tum ciuium ædes, depopularunt ac deuaſtarunt.

Poſt Adolfus Moguntiam venit:

II Die Veneris autem poſt, quæ erat XXIX Octobris, Adolfus, qui interea in Altauilla, Ringauiæ oppido, rei totius exitum exſpectans, moratus fuerat, Moguntiam venit, & in curiam, iuxta Franciſcanorum cœnobium, (quod nunc Ieſuitarum collegium eſt) quam *Bartholomæus* * Medicus quidam inhabitabat, diuertit, vbi Senatus ei carratam vini, & piſcium pondera aliquot propinauit.

* *Von Eten* cognomento. De quo pluribus in catalogo Rectorum.

Ciues conuenire iubet,

III Altera deinde die ſabbati proxima, concilio cum ſuis habito, Senatui mandauit, vt poſt meridiem in foro boario, absque vlla mora, vniuerſis ciuibus

ciuibus, nemine excepto, sub pœna corporis bonorumque iactura, conuentum indicerent: quod per Senatorem quendam, Gabrielem nomine, in curia Dominorum factum fuit. Priusquam autem in dicto loco congregarentur ciues, quindecim ex illis comprehensi fuere, quorum octo in Ringauiam deducti, ibidem in turri castri Ernfels incarcerati sunt, e quibus vrbis Prætor, N. Sternberger, Maternus, Henricus, Albertus, Iacobus Post, Michael Apothecarius, & quidam vini adustor, erant. Edit. I p. 134

ex quibus, antequam se congregarent, aliquot in Ringauiam deducuntur.

Cum congregati essent,

IV. Hora igitur præscripta, octingenti circiter ciuium, in foro boario, loco ipsis præscripto, conuenerunt, arbitrantes, se Adolfo victori fidelitatis iuramentum præstituros, ex quibus trecenti, qui ab Adolfi partibus erant, segregati, secedere coacti fuere. Reliquos vero, in vnum congregatos, Adolfus, vna cum Ludouico Veldentzio & Eberhardo Königsteinio, ceterisque suis asseclis, Ringauiensium & Heluetiorum manu valida stipatus, veniens circumdedit, ac instar gregis ouium, in vnum agmen compulit. Pauebant miseri ciues victi, ac quidnam de se futurum esset, anxii hærebant. Hinc durioribus ac iracundis verbis grauiter eos increpans Adolfus, iisdem obiecit, quod fidei datæ obliti, atque omni iureiurando neglecto, contra omnes Bullas Apostolicas Cæsarisque mandata, Diethero deposito & excommunicato adhæsissent, ac in maximos & incredibiles sumptus Moguntinam ecclesiam, itemque se ipsos ac suos, sua perfidia ac malitia, induxissent, & idcirco pœnas grauissimas eos promereri. Post hæc iussi omnes, nullis induciis concessis, sine vlla cunctatione, ex vrbe migrare, nemini suam coniugem, liberos, parentes aut cognatos salutandi, vel iisdem valedicendi facultate data, atque in locis certis tam diu, quoad Imperatoris sententia super eos ferretur, commorari, adiurati sunt. Ad quam vocem miseri, stupore vehementer perculsi, quid agerent quidue dicerent, ignorabant: sed flexis poplitibus veniam & misericordiam, magno eiulatu, humillime deprecabantur. At nullus veniæ locus datus. Hinc Adolfo cum suis recedente, omnes simul inter Ringauiensium & Heluetiorum turmas, re lictis in hostium potestate vxoribus, liberisque charissimis, ac bonis omnibus, egentes & mendici fortunam suam summopere deplorantes, vrbem exiere, singulorum nominibus notatis & inscriptis *. Et Ringauienses quidem conuiciis plurimis eos lacessebant, fœdifragos, impios, & hæreticos appellantes: Heluetii vero amice & humaniter eos consolabantur, eorumque tristes ac perterritos animos, spe melioris fortunæ, erigebant, & consolationibus variis confortabant, & ad patientiam animosque bonos hortabantur. Factum est hoc ipso sabbato post SS. Simonis & Iudæ Apostolorum festum, quæ erat dies XXX mensis Octobris anni prædicti, horam circiter tertiam pomeridianam.

eos, qui cum Diethero fecerant,

dure alloquitur,

& ex vrbe migrare iubet

qui veniam & misericordiam frustra petunt,

atque adeo, vrbe cedunt.

Ringauiensium duricies & Heluetiorum humanitas in eos.

135

136

* Atque adeo male *Gobellinus* lib. XII comment. p. 295; *aduersæ factionis ciues sponte sibi exilium elegere.*

Triste spectaculum, dum excedunt.

V Triste tunc spectaculum erat: vidisses ibi matronas atque virgines vlulantes, pectoraque ferientes, manus ad cœlum tollentes, supplices ciuitatis opem implorantes, lamentis ac ploratu omnia miscentes, fortunam suam dolentes, & qualia conueniens est in tantis calamitatibus dicere & agere. Querebantur, se male in illum diem seruatos senes, detestabantur fati iniquitatem iuuenes, plurimi satius esse, mature ex viuis fato eripi, quam in tantis ærumnis aut superesse, aut mox fortassis ab hoste crudeliter trucidari, cogitabant.

137

Iurare coguntur, se ad vrbem reuersuros.

VI Cum autem ciues illi intra duas Gauii portas peruenissent, iuramento affirmare sunt adiurati, se circa proximos Bacchanaliorum dies in vrbem reuersuros. Pistores tamen, cum eorum opera nullatenus carere poterant, cum aliis nonnullis, quibus gratia facta fuerat, in ciuitate remanserunt.

Interim successiue in vrbem reuersi, propria sua pretio redimere coguntur.

VII Ciuium autem illorum exulum plurimi in vicinis oppidis, pagis, atque vicis aliquamdiu commorati, successiue postmodum in ciuitatem reuertebantur; qui omnibus, in vino, frumentis ac supellectile, sibi sublatis, tum propria, tum etiam alia, certo pretio a prædæ magistro, prout cum ipso conueniebant, rursum redimere ac emere cogebantur. Ceteris vero, qui vel fuga elapsi, vel penitus ex vrbe emanserant, omnia sua publicata, vxoresque eorum ac liberi, relictis omnibus, vrbe quoque cedere iussæ, ac ædes eorum aliis assignatæ ac concessæ fuere.

138

VIII Cleri-

Edit. I pag. VIII Clericis quoque & clauſtralibus, qui cum Diethero rem habebant, minime parſum fuit, ſed refractis eccleſiis, virorum virginumque cœnobiis, nulla ſacrorum habita ratione, omnia in lacrimabilem direptionem fuere data. Eccleſiaſtici ſpoliati, & duobus millibus ducentenis quadraginta florenis mulctati. Iudæi ſimiliter, quorum non minima turba erat, graui pecuniarum ſumma æſtimati, & extra vrbem eiecti. Vidiſſes tunc miniſtros Chriſti ſacerdotes, vna cum Iſraelitica illa ſobole adultera ac perfida, ignominioſe vinculis mancipatos, cum ſumma turpitudine, ciuitate pelli, ac in Altamuillam, Ringauiæ oppidum, cum maximo improperio, ligatos deduci. Franciſcani item & Auguſtiniani monachi vrbe pellebantur, eo quod & ipſi a partibus Dietheri eſſent, qui, ſi diuina celebra-
139 re vellent, a ſede prius Apoſtolica abſolutionem impetrare neceſſe erat: omnes enim, qui cum Adolfo contra Dietherum non ſentiebant, a Pio II Pontifice excommunicati decernebantur. Opificum præterea famuli omnes, qui in vrbe erant, exire cogebantur. In hac vrbis direptione eccleſia Franciſcanorum fratrum in ſtabulum & receptaculum tranſierat equorum.

Clerici aduerſa partis ſpoliantur.

Iudæi pecunia mulctati vrbe pelluntur:

Franciſcani & Auguſtiniani vrbe cedere coguntur:

Opificum itidem famuli.

IX Erat dum temporis Moguntinenſis ſedis Suffraganeus, nomine Sigefridus (quem male manuſcriptus quidam nomine fratris ſui Dudonem appellat) de ordine Prædicatorum: hic prius a partibus Adolfi fuerat, poſtmodum vero quoque Diethero fauens, veſtimentis peregrini cuiusdam amictus, clandeſtino ſeſe ex vrbe ſurripere & fugam capere attentabat; qui, cum in ſuburbium Filtzbach vsque peruenisſet, agnitus a quodam Wigando, nomine Kalckborn, interceptus ac proditus fuit; vnde ipſe proditor ab Adolfo quatuor florenis donatus fuit.

Sigefridus Suffraganeus fugam attentans, comprehenditur.

X Animaduerſum etiam maxime fuit in maiores vrbis, qui Dietheri partes
140 tutati erant. Quin & in ipſam imbellem femineam turbam, pari immanitate, ſæuitum eſt, ita vt nulli ſexui, ætati, aut ordini fuerit parſum; virgines & feminæ vitiatæ ac ſtupratæ, variisque ignominiis & iniuriis laceſſitæ. Nihil denique fuit, quod inter arma ſceleratæ hoſtium quorundam manus incontaminatum liquere. Direpta deinde ciuitas, eaque magnitudine & opibus clara, ferro & igni ad internecionem vsque ferme deleta. Hoſtes, quicquid in ea inuenire potuerunt, absque vlla miſeratione rapuerunt, nulla ſacrorum aut profanorum habita ratione. Curiam Senatoriam depopulati, in qua magnam auri argentique ſummam, quæ partim ipſis Imperatoribus, partim ciuium erat, repererunt, omnesque libertates, immunitates & priuilegia, a Pontificibus, Imperatoribus ac Archiepiſcopis ciuibus conceſſa, abſtulerunt, dilacerarunt, penitusque extinxerunt. Adhæc omnia, quæ in emporio inuenerunt, pretio MDCC florenorum, quæ tamen vltra VI M florenis æſtimabantur, vendiderunt. Auri quoque
141 & argenti vim maximam in phialis, ſcyphis, aliisque huiuſcemodi vaſis pretioſis, nacti ſunt, quæ omnia per Henricum aurifabrum ponderata XLVI M marcas continebant. Et vt paucis complectar, prædam tantam hoſtis accepit, quæ non vnius ciuitatis, ſed pæne totius patriæ theſaurus eſſe videbatur. Omnes namque in vicinia eccleſiæ, monaſteria, Nobiles & alii, inferioresque plebeculæ, bona & fortunas ſuas in ciuitatem, velut in portum quendam, contulerant, propter diſſenſiones, deuaſtationes, & incendia tam varia, quæ a Principibus vtrimque ſine intermiſſione fiebant. Diethero quoque in ipſa vrbe LX equi intercepti: extra vero plus quam CC ſuorum trucidati, ac plurimi Nobilium capti fuere.

Nulli ordini, ſexui aut ætati parſum.

Ciuitas direpta.

Curia Senatoria ſpoliata.

Priuilegia dilacerata.

Emporium ſpoliatum.

XI Sic tandem, poſt multas illatas clades, ac ingentem prædam adeptam, vrbs Adolfo Naſſouio ceſſit: prædæ autem pars maior Duci Bauariæ Ludouico Veldentziano, aliisque proceribus, qui vrbem deuictam Adolfo tradiderunt. Ad
142 hæc Ludouico Veldentziano dicto, & Philippo Naſſouio ſuo ex fratre nepoti, Adolfus in remunerationem partem telonii in ſuburbio Filtzbach poſſidendam tradidit *; cuius pars illa Naſſouiana, noſtris temporibus, anno MDCV, ex obitu Illuſtris & Generoſi Ludouici Comitis Naſſouii in Wisbaden, rurſum feudali iure ad Archiepiſcopum Moguntinum deuoluta eſt.

Ciuitas Adolfo ceſſit, prædæ pars Veldentino, vna cum parte telonii in Filtzbach.

* Dimidiam quidem Ludouico Veldentino, vt ex conuentione, quam ſupra ad ſect. XI §I attuli, patet.

Idem Ludouicus Comes Veldentzius poſtmodum die Martis poſt feſtum Dorotheæ Virginis anni ſequentis MCCCCLXIII machinas bellicas, quæ in vrbis emporio

multiq; machinis bellicis.

porio fuerunt, XXIV equis ac XXI curribus, rebus aliis onustis, in Niderulmense oppidum vehi curauit †. Edit. I pag.

† De diuidendis, quos vrbe capta ceperant, Nobilibus iuxta ciuibusque aliquandiu post ipsum inter ac Adolfum discrepatio quædam fuit; quæ tamen opera *Petri Ferrici*, Canonici Maioricensis, decretorum Doctoris, Causarum S. Palatii Apostolici Auditoris, Nuntii & Oratoris Pontificii, ad concordiam adducta. Adolfus nimirum litteris Moguntiæ, Iouis post Dominicam Oculi, an. MCCCCLXIII datis spopondit, illorum causa sex millia florenorum se Ludouico præstiturum: Ludouicus vicissim, vt ex litteris postridie in castro Vlmen scriptis liquet, captiuos, quos tenebat, omnes Adolfo in manus tradidit ac potestatem, libero in eos arbitrio ipsi in solidum permisso (*nach seinem Willen vnd Gefallen allein mit ine handeln, thun solle vnd mag, vngehindert vnser*) cui conuentioni legatus, quem dixi, Pontificius tabulis Moguntiæ die X Martii editis robur adiecit ac firmitatem.

Præda reliqua in vrbe vendita.

Præda autem reliqua, quæ in foro boario in vnum collecta, militibus diuidenda restabat, sabbato ante Valentini Episcopi, sub pretio III M florenorum, vendita fuit, indeque militibus stipendia numerata, videlicet equitum vni XIV floreni, XII albi: peditum vero vnicuique VII floreni, VI albi. Supellectilem porro reliquam, quam non vendiderant, Ringauienses secum domum asportarunt*.

* Patritiorum ceteroquin nonnullorum domus Comites inter ac Nobiles, qui Adolfo in vrbe occupanda opem tulerant, diuisæ sunt; a quibus etiam postea appellationem traxere. MS. *Germanicus.* Domus *zum Silberberg*, iuxta officinam monetariam, a pluribus sæculis Moguntinas inter celebris, Alvvico Comiti Sulzensi cessit; alia *zum Algesheimer* Ludouico Dynastæ Liechtenbergensi. Ea, quæ vulgo *zum Rotenhaus* dicebatur, iuxta montem D. Stephani sita, Eberhardo Dynastæ Eppensteinio, coniugique ipsius Annæ, Adolfi sorori: alia *zum Rosenbaum*, iuxta D. Christophori ædem, Ioanni, Comiti Nassouio &c.

Reperi in manuscripto quodam Germanico antiquo, fimum in ciuitate a nobili Henrico de Hohenvveisel duobus florenis cum dimidio emptum, ac in Geysenheim, Ringauiæ oppidum, deuectum fuisse. 143

XII Hic itaque contentionum finis, hic bellorum funestissimorum exitus fuit, quæ hi duo Principes inter se exercuerunt, quibus tantum sanguinis effusum est, tot oppida spoliata, diruta, incensa, ac funditus euersa, tot ab ecclesia Moguntina alienata, tot pagi ignibus cremati ac deleti. Hunc denique occasum tulit tunc celeberrima ac nobilissima, immo aurea hæc nostra ciuitas Moguntia, sanctæ Romanæ ecclesiæ, ab antiquissimis temporibus, specialis vera filia, Clero præ ceteris vrbibus clara, diuini cultus, ornamentorumque sacrorum, cum sanctissimum tum locupletissimum domicilium †.

† Faciunt huc, quæ *Anonymus*, qui libellum hunc recensuit, habet: *Quæstio est, quis illorum magis inculpandus sit, & calamitatum, quæ diœcesin Moguntinam tum afflixerunt, auctor præcipue habendus? Noster* (Helvvichius) *qui nihil non improbat ac damnat, quod Pontifici Romano bilem mouet, ex continenti in Dietherum inuehit, eumque defectorem vocat: quem ego potius in Principibus habuerim versutis iuxta honorisque auidis; cui haud voluntas, vel ius, sed vires tantum & fortuna defuere, sua auctoritatem sedis aduersus curia Romanæ impetum tuendi. Id sane pro certo habendum, plus boni Dietherum præstitisse, quam Adolfum.*

Nomina Magistrorum ciuium, ac Senatorum tempore dissidii huius.

XIII Qui autem tunc temporis ciuium Magistri, Senatores, aliique vrbis Præsides ac Officiati fuerint, e manuscripto quodam peruetusto illius æui linguæ vulgaris, iuxta ordinem, quo descripti fuerunt, duxi hic annotandos, cuius autor, 144
se quoque a Dietheri partibus contra Adolfum fuisse, clare ostendit in hoc, quod eos, qui Diethero adhæserunt, honestos, probos, ac simplices viros: reliquos vero, qui rem cum Adolfo habebant, fœdifragos, proditores, homines nauci, flocci, leues ac nullius momenti fuisse, dicat. Recensentur autem hoc ordine:

Iacob Fausst, Goltschmidt,
Eberhart Dymmerstein,
* Lemmer Henn, Metzger, } *Alle drey Burgermeister.*

** Hans Leine.*

Herman Sternberger, Gertner.
Ieckel Grückenstein, Gasthelter. } *Beyde Rechenmeister.*

** Dudo.*

* Thomas von Bieburgk, Fischer.
Henn Ottvvyn, Seyler. } *Baumeister.*

Martin

Edit. I pag.

Martin von Seſſenheim *, Tuchſcherer.
Peter von Steigk, Kannengieſſer.
} *Rathsverwandten.* * Sonsheim.

145 *Dieſe neun Perſonen haben gewüſt umb die Verrätherey, dardurch Meintz hingeben worden, und die Hand, auch Steuwr und Hilff, darzu gethan: doch hat einer mehr darvon gewüſt, dann der ander, haben aber nicht vermeindt, daß dieſe Ding alſo vorgenommen ſolten werden.*

Gabriel von Kitzingen, Schneider,
Körten Ieckel, Kirſchner,
Gerlach Scherg, Sattler,
Geörge Ieckel, Metzger,
Hen Spieſs, Bender,
Peter Ottwein *, Seyler,
Mattheis Limpurgk, Wöber,
Ioſt Kauffmann, Schneider,
Hen Burckhard *,
Cuntz von Saulheim, Schuſter.
} *Rathsverwandten.* * der alte, * Becking.

Dieſe ietztbenampte zehen Perſonen ſeind auch deſs Raths gewesen auff die Zeit, und ſeind leuchtfertige Leudt gewesen, dumme und unverſtändig, den nit zu trawen noch zuvertrawen gewesen, und ſeind doch partheiſch gewesen, heut hie, morgen dort, der mehrer theils auff deſs von Naſſawws Seiten.

146 Iohan Kolſsman, Wöber,
Chriſtian N. Löher,
Henn Eich, Holtzſchreiber,
Eberhard von Straſsburg, Sattler.
Henn Gieſsen, Schuſter.
Henn Brun, Krämer.
Hanſs Ferber, Wöber.

Dieſe obgedachte ſieben Perſonen ſeind auch deſs Raths gewesen, fromme, erbare und einfaltige Leut, die ſich iederzeit from und erbarlich gehalten zu der Gemeine, und ſich aller Erbarkeit befliſſen.

Volgen die Namen deren auſs der Gemeinde, ſo auch die Statt helffen verrathen.

Hen * Knauff, * Hans
Heinrich Rawv, Würt zum Spiegel,
Herman Apotecker,
Hans Romp, Vnderkeuffer,
Clas Franck, Marckmeiſter, zuuor gewesener Burgermeiſter,
Adam von Schirſtein, * Schiffmacher, * Seifenmacher
Herman Quadheim, Richter *, * zu Lucern
Bechtold Dinger, Würt zum Schwanen,
Hans Koch, Weinſticher,
147 Eberhard Eltuelt, Becker *, * aufm Diebmarck.
Iohan Mancherley, der Bawmeiſter-Schreiber.

Obgemelte auſs der Gemeinde haben ein mercklichen Anhang aus der Gemeinde, uff zweyhundert Perſonen, darzu auch etliche Geiſtliche und Frawen Perſonen zu ſich bracht.

*Item N. Hornick Hauptmann, Walther * und Henrich beyd Stattſchreiber, haben auch wol umb die Verrätherey Wiſſenſchafft gehabt.* * Matern

Allen denienigen aber, die umb dieſen Anſtalt gewüſt, ward vorgehalten, daß, wan Ertzbiſchoff Adolff von Naſſawv in Meintz käme, alsdan der Feindt ſolte ausgeruffen, und derenſelben niemand kein Schaden zugefügt werden: Welche aber Pfaltzgräffiſch, Eyſſenburgiſch, und Catzenelnbogiſch weren, ſolte man am Leben ſtraffen.

Auch was deſs Feindts Anſchlag dahin gericht, und die Sach alſo beſtelt, daß (nachdem der Pfaltzgraff, der von Eyſsenburg, und der Graff von Katzenelnbogen

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

vff Mitvvochs zu Nacht in vigilia SS. Simonis & Iudæ in die Statt Meintz kommen solten) sie vmb Mitternacht einkommen vvolten, vnd gedachte drey Fürsten in ihren Bettstetten vberfallen: Als aber der Pfaltzgraff dieselbige Nacht nit einkam, besorgte sich der Feind, er vvere gevvarnet, machte derhalben ein andern Anschlag, vnd nahme gegen Tags Morgens vmb 4 Vhrn die Statt ein. Edit. I p. 148

Hæc ex præscripto manuscripto, paucis quibusdam, propter obscuritatem sensus ac verborum, immutatis *.

* Partibus Adolfi hac fortuna erectis, Ioannes e Comitibus Nassouiensibus DC militum Gallorum (*Wallonen*) e Ducatu Luzemburgico accitos, Wisbadæ & * Hochhemii collocauit in præsidiis, animo, tractum Gerauiensem inuadendi, depopulandique: quem tamen conatum Fridericus Victoriosus, Gerauia milite firmata, anteuertit, atque in irritum redegit. Palatini contra anno sequenti LXIII, circa festum Purificationis Mariæ, Ingelnhemio egressi Nassouios, quos Algesheimio elicuerant, fugarunt, X illorum occisis, XXIV, vna cum tribus tormentis minoribus, captis. Henricus vero Brômser de Rüdisheim, societate cum Volperto a Ders facta, non longe post Friderico Electori Palatino inimicitias denuntiauit, incenso, simul ac bellum indixerat, quodam agri Palatini vico. *MS.* germanicus.

* f *Hofheim*

SECTIO XIII

De dissidio hoc Adolfum inter ac Dietherum tandem composito.

I

Post omnimodam desolationem & ararium exhaustum,

POstremo, post tot clades & miserias, fatigatis iam Principibus, & ærariis, continuis belli motibus, exhaustis, de concordia, inter Adolfum & Dietherum statuenda, cœpit haberi tractatus.

Hic est perpetuus sæclorum lusus & vsus:
Ludendi vt faciat consumpta pecunia finem.
Sic, vbi vastatæ gentes lacrimantur, & vrbes,
Aurea tum demum feriuntur fœdera pacis.
Heu, quanto satius foret, hæc præuertere damna:
Atque animos hominum saluis coalescere rebus! †

† Hoc fine, die Veneris ante Liberalia, conuentus Oppenhemii habitus; ad quem ex parte Adolfi venere Legatus Pontificius, Ludouicus Dux Bipontinus, Wiricus Falckensteinius, Abbas ad D. Iacobi in monte speciosо, Ioannes Nassouius, & Volpertus a Ders; ex parte Dietheri, Petrus Weinheim, Consiliariorum intra cancellos Præses; ex Palatini vero, summus aulæ Magister, vna cum Cancellario. At; quum consiliis biduum agitaris, labor omnis in cassum caderet, die Lunæ ad suos quisque discessit.

Non multo post tamen iterum ibidem de concordia actum. Aderant Rupertus, Archiepiscopus Colonienſis recens electus, suam ad reconciliandam pacem impensurus operam, & Henricus, Nassouiæ Comes, summæ apud Moguntinos ædi Præpositus: quibus præsto erant vtriusque partis legati. Miserat autem Dietherus fratrem, & Petrum Weinheim: Adolfus Richardum Obersteinium, Ioannem Nassouiæ Comitem, & Volpertum a Ders.

Vt negotio hoc faciliori de pace agi posset, Fridericus Palatinus litteris tertia Paschalium Heidelbergæ scriptis pollicitus est, a die ista ad Dominicam *Misericordias Domini* dictam, eaque ad solis occasum vsque, ab armis se conquieturum esse. Cum multa in medium consuluissent Agrippinenſis ac Henricus Nassouius, rem eo tandem deduxere, vt Lunæ post Dominicam dictam proxima partes inter pactio has iniretur in conditiones: A die ista, vsque ad XI Nouembr. D. Martini Episcopi memoria sollemnem, sint induciæ; vtriusque partis auxiliariis æque ac aliis ditioni eorundem subditis itinera passim sint tuta, liberaque: Captiuis, præter ciues Moguntinos, omnibus dies statuatur hanc inter & Pentecosten: de dissidio hoc penitus tollendo ac in tranquillum conferendo, induciarum harum agatur tempore; tributa imperata, aliaque redimendorum incendiorum caussa constituta pretia hæc inter haud exigantur. Hæc vbi conuenerant, inducias pactas publice denuntiarunt tum Dietherus, tum Adolfus. Fridericus Palatinus iam ante se istas seruaturum, litteris publicis (quas apud *Müllerum* l. d. cap. XXXII § 2 pag. 190 & seq. legas) sancte receperat, prolixeque. Hæ belli dum agebantur feriæ, de pace componenda semel atque iterum agitata consilia. Primum postridie diei Christo in cælos adscendenti sacræ, Idsteinii. Conuenerant autem Ioannes Nassouius, Eberhardus Eppensteinius, & Sifridus Suffraganeus, ex parte Adolfi; Dietheri & Palatini ex parte consiliarii quidam; arbitri vices obibat Carolus, Marchio Badensis, paullo ante libertati restitutus. Dein Dominica sequenti, Moguntiæ in telonio illorum quidam de eodem egere negotio, quos

Edit. I pag. quos inter Palatinus ipſe. Tum rurſus circa diem D. Iacobi memoriæ ſacratum. Ita *manuſcriptus* noſter germanicus. Sed enim auctori rurſum præbendæ aures.

Carolus itaque Marchio Badenſis, qui ſupra a Friderico Palatino, cum aliis, in pugna captus fuerat, e carcere dimiſſus, inducias pepigit, paciſque fœdera in hunc modum dixit: Archiepiſcopatum Moguntinum, pro decreto Pii Pontificis, Adolfo Naſſouio adiudicandum: Diethero vero, quoad viueret, quatuor oppida relinquenda, ac peccati veniam dandam eſſe. Quæ Dietherus caſtella Palatino donaſſet, ea, nomine pignoris, apud illum remanerent, donec auri Rhenenſis centum millibus nummum redimerentur: cenſuras iam prolatas vltro remittendas: fratrem Palatini, electum Colonienſem, quam minimo fieri queat ſumptu, a Pio Pontifice confirmandum: omnes, qui mandata Pontificis ſpreuerint, damnumue eccleſiæ Moguntinæ dederint, abſoluendos: & cetera in hunc modum minutiora. Quæ ſi a Pontifice impetrari poſſent, Palatinus de ſumma centum millium florenorum pro redimendis caſtris decreta, viginti millia remitteret: captiuis quoque dimiſſis inflictam mulctam comminueret. Quin & Adolfus ita ea probare ſe ait, ſi Pio Pontifici placerent *. *Tandem de pace agitur.*

149 *Pius conditiones.*

* Sic quidem *Gobellinus*, quem auctor hic rurſus ad verbum exſcribit, l. d. pag. 328.

Ob quam rem legati miſſi ſunt, Marcus, Marchio Badenſis, Caroli frater, Vulpertus a Ders Scholaſticus Moguntinus, & Adolfi nepotes, tres item Doctores, & nonnulli alii; quibus apud Tybur auditis Pontifex, grauia eſſe poſtulata, reſpondit: legatumque videri mittendum, qui conditiones eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedis amicorum meliores efficeret, neque id legatis ingratum viſum, qui quam primum, id vt fieret, annuerunt. Miſſus itaque Tricaricenſis epiſcopus Honufrius, homo Romanus, e familia locupleti, quæ S. Crucis dicitur, natus, in Germaniam ad res illas Moguntinæ eccleſiæ componendas †. *Quæ vt a curia Romana probarentur, legati quidam ad Pontificem mittuntur.*

150

† Ita rurſus, quem auctor ſequitur, *Gobellinus* l. d. Cetérum Honufrio adiunctus Petrus Ferrici, qui iam in Germania agebat: vtrique vero libera poteſtas conceſſa, auctoritate pontificia conuentioni per Carolum Badenſem Adolfum inter & Dietherum factæ conſenſum præbendi, roburque adiiciendi; ſingulos adhæc atque omnes religionibus obſtrictos expiandi, ac piorum in communionem reſtituendi: Litteræ vero, quibus hæc perſcripta, datæ Tiburi Non. Septembr. MCCCCLXIII. Quod ad cauſſam Ruperti Colonienſis, aliis litteris biduo ante exaratis ſpes facta, proxime commodis ipſius conſultum iri. *De quibus omnibus* (ita *Pius*) *vniuerſitati veſtræ fidem per præſentes facimus, ac dum cauſſa ipſius Ruperti in Conſiſtorio coram nobis & venerabilibus Fratribus S. R. E. Cardinalibus proponetur, dignam rationem habebimus.*

II Interea fractus animo Dietherus, ac longis bellorum calamitatibus affli ctus, immo diuinitus ab iniquo propoſito retractus, miſereri tandem eccleſiæ cœpit, cuius eſſet filius, & quam diutius adeo miſere afflictaſſet: haud ignarus, Palatinum Comitem nil aliud belligerando quærere, quam Moguntinæ ſedis neruos omnes elidere, ac dignitatem eius prorſus extinguere, quæ ſuum videretur ſplendorem obnubilare. Clam igitur, per internuntios, Adolfi conuentum quæſiuit, quoniam pacem ei reddere ſtatuiſſet. Dietherus *pacem cum Adolfo ſtatuere quærit.*

III Conuenere itaque ambo, cum amicis & belli ſociis, excepto Palatino Comite Friderico, in Francofurto, ciuitate Imperiali, quæ Mogano adiacet, Imperatorum electione & frequentibus nundinis inſignis. Ibi, accerſito Petro Ferrici, Apoſtolico nuntio, cuius autoritate res gereretur, nec non Ruperto Palatino Colonienſi Archiepiſcopo, aliisque pacis amatoribus & iuſtitiæ cultoribus, de concordia tractauere: conuentumque ibidem inter eos hac conditione, vt Dietherus iure, quod in eccleſia Moguntina ſibi competere aſſeruerat, prorſus dimiſſo, Adolfum tanquam Archiepiſcopum a Romano Pontifice ordinatum, ac dominum ſuum, veneraretur. *Hinc conueniunt Francofurti.* *Vbi tandem pax certis conditionibus ſtatuitur.*

151

Hæc rurſum *Gobellinus* l. d. p. 345, præterquam quod haud meminerit, Rupertum Colonienſem ſimul fuiſſe accerſitum. Cum vero nec ille, nec *Helvvichius* compoſitionis, cuius auctor Henricus, Haſſiæ Landgrauius fuit, vel verbo mentionem faciat, quæ tamen maxime huc pertinet, operæ pretium erit, paucis eam perſtringere. Scilicet, antequam Honufrius appuliſſet, vtraque parte ad pacem quamprimum ineundam prona, Henricus Haſſiæ Landgrauius his conditionibus rem ad concordiam adduxit: Adolfus ſuo procuret ſumtu, vt Legatus Pontificius ſententias omnes ac cenſuras aduerſus Dietherum latas infirmet, diſſoluat, peni-

2 penituſque tollat. Suo itidem obtineat impendio, vt Legatus Dietherum in gratiam Pontificis reſtituat; ſi is hoc non poſſit, tum Adolfus ipſe apud Pium inſtet, vt omnem erga Dietherum iram deponat ac indignationem. Idem Dietherum omni iuriſdictione Archiepiſcopali eximat, faciatque, vt Pontifex ſuis quoque litteris exemtum pronuntiet. Cæſari etiam reconciliet Dietherum, curetque, vt eum pariter ac belli geſti ſocios in omnia beneficia, iura, libertateſque reſtituat. Tum vero operam det, ſuoque efficiat ſumtu, vt menſarii non minus quam Pontifex Dietherum de pecunia præſtanda abſoluant, prædes de neruo eximant. Aere præterea ſuo Bullam impetret, qua Pius Clericos iuxta ac ſæculares, qui Dietheri adhæſere partibus, vel etiamnum eocum faciunt, eccleſiaſticæ deteſtationis pœnis eximat; eccleſiaſticos vero, ſiue ſacris iam initiati ſint, ſiue adhuc initiandi veniant, ad beneficia denuo reddat habiles. Speciatim vero pro Friderico Palatino, Henrico, Haſſiæ Landgrauio, ac Philippo, Comite Catimelibocenſi, abſolutorias a Pontifice petat, redimatque: quas cum acceperit, Diethero in manus tradat, qui neutri illorum prius earundem faciat copiam, quam in has pacis iuerit leges, pollicituſque fuerit, iſtas ſe ſeruaturum, ac captiuos, cautione de non vindicando accepta, e carcere dimiſſurum. Hæc cum præſtiterit Adolfus, ac ad effectum deduxerit, tum Dietherus (quod ſponte ſua ac vltro, nec alieno metu ſe facturum dicit) Archiepiſcopatu decedat, omnia iuris Moguntini caſtra, oppida, loca, vna cum omni apparatu bellico, ac ſupellectile alia, oppidis Höchſt, Steinheim, & Diepurg exceptis, Adolfo tradat, populo ſacramenti præſtiti vinculis ſoluto. Loca, quæ excipiuntur, Höchſta ſcilicet, Steinhemium, & Diepurg, cum bonis contributis, ſingulis ac omnibus, vicis, villis, beneficiariis ſiue vaſallis, incolis, aquis, paſcuis, ſiluis, molis, iuribus, libertatibus, portoriis, vectigalibus (*Lantzollen*) ſpeciatim Flersheimenſi, Erbenheimenſi, Hochheimenſi, Newenrodenſi, Caſtellenſi, Coſtheimenſi, Weiſſenauienſi, Aſtheimenſi, Mersfeldenſi, Langenſi, Offendanenſi, & Vrbruchenſi, cenſu itidem, prouentibuſque aliis omnibus, ad dies vitæ Dietherus quiete teneat, poſſideatque. Caſtrenſes, ſcripturarii, officiorum quorumlibet adminiſtri, ciues, & incolæ horum caſtrorum, oppidorum, locorumque iureiurando, quo Archiepiſcopatui deuincti ſunt, ſoluti, iubeantur Dietheri in verba iurare, eiuſque, quoad vixerit, iuſſa promptiſſime ſequi. Quicquid in tribus hiſce caſtris ſupellectilis eſt domeſticæ ac tormentorum, id omne in indiculum quendam referatur, vtrique impertiendum. Dietheri ab exceſſu illorum nil tollatur vel aſportetur, ſed in loco vnumquodque ſuo permaneat, ſerueturque. Adolfo Dietherus litteras publicas, ſyngraphas, actorum commentaria, libros cenſuales, inſtrumenta, omnesque id genus tabulas, quæ Archiepiſcopatus res attingunt, tradat, exceptis ſolum iis, quæ loca ceſſa ſpectant; quarum autographa ſibi ſeruet, Adolfo apographa, ſicubi opus eſt, haud deneget. In locis, oppidiſque ceſſis, quoad Dietherus in viuis fuerit, nec Adolfus, nec ſuccedentium aliquando Archiepiſcoporum quiſpiam fieri quid iubeat, vel prohibeat, præterquam de his, quæ ſacramenta, teſtamenta, & iura ſynodi ſpectant (*dann allein vßgeſchieden, vvas die heilige Sacramenta, Teſtament vnd Sentrecht antrift*) atque adeo nec mandata det, nec interdicta interponat, vel dari ea atque interponi permittat. Diethero Adolfus & ſummæ ædis Canonici publicis caueant tabulis, ipſi ſe tria hæc caſtra, oppidaque, vna cum locis connexis, ad dies vitæ libere permiſſuros, & ſi contingeret, vt vnum forte vel alterum bellica ei vi eriperetur, tum operam daturos, vt quamprimum id armis recuperent, recuperatumque eidem e veſtigio reddant. Nec Adolfus, nec ſucceſſorum quiſpiam Dietherum, loca Dietherо ceſſa, illorumque ciues, municipes, ac incolas armis inuadat, vexetque: Dietherus viciſſim nec Adolfum, nec ex ſucceſſoribus Archiepiſcopis alium bello petat. Partes Dietheri Adolfus aduerſus quemque aggreſſorum iuuet, & quos ille hoſtes habet, eos etiam habeat ipſe. Idem curet, faciatque, vt ad ædem principem Canonici fidem dent, Archiepiſcopatus gubernacula nulli ſe prius commiſſuros, quam iurato promiſerit, pactionem hanc ſe ratam habere, firmamque. Si Adolfus diœceſi tributum vel ſubſidium imperet, integrum ſit Diethero, & locis ſibi ceſſis id penſionum genus iubere, repræſentatumque ſibi ſeruare. Feuda ſiue clientelas, locis ceſſis contributas, quoties & quocunque vacauerint modo, Dietherus iure, rituque beneficiario, ſine vlla Adolfi contradictione, conferat. Adolfus monachos, quos Moguntia intercepta certis obſtrinxit ſacramentis, ſine mora vel conditione quadam interpoſita iiſdem ſoluat: ſin minus poteſt, vt Papa liberos pronuntiet, enitatur. D. Franciſci ſodalibus, qui Francofurti ſe continent, fratribus itidem Carmelitis illic loci ſcripto caueat, ſe non vindicaturum, quod Dietheri adhæſerint partibus, ac ſacrorum vacatione indicta rebus diuinis faciundis haud ſuperſederint; tum vero accuret, ne Pontifex id vltum eat, vel Imperator. In tribus hiſce locis idoneo cuidam viro, quem Dietherus nominarit, Adolfus auctoritatem conferat Archiepiſcopalem; præter hunc vero ſex ibi habentes, quos Dietherus ſimiliter deſignauerit, omni iuriſdictione Archiepiſcopali eximat; hac tamen conditione adiecta, ne inter hæc Moguntiæ ſedem figant, vel quicquam, quod ad ipſos haud pertinet, agant, curentque. Si qui ſunt, quibus oppida, curiæ, domus, prædia, fundi, durante hoc bello, erepta fuerint, iiſdem ea reſtituantur, ciuitate Moguntina cum bonis contributis ſolum excepta. Conrado tamen Humery, Decretorum Doctori, Dietherico Billung, ciuitatis Sculteto, Goſwino Zuckacker, ſartori, Ioanni chirurgo, Conrado doliario, Petro lanioni, & Ioanni Iſenecker, Dietheri officialibus ac miniſtris aulicis, domus fundique, quos Moguntiæ habuere, reddantur. Omnes captiui e carcere dimittantur liberi, exceptis ciuibus ac incolis Moguntinis, non eccleſiaſticis, vrbe capta in captiuitatem ductis; quibus tamen Doctor Humery, ceterique

Edit. I p. 151

14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24

Edit. I p. 151. 25 ceterique Dietheri officiales ac miniſtri aulici haud adnumerandi. Clientelæ ſiue feuda, quæ Ioannes, Comes Naſſouius, Wilhelmus & Ioannes, Comites Wertheimenſes, Ludouicus, Comes Iſenburgius, & Eberhardus Eppenſteinius dimiſerunt ſiue reſignarunt, eiſdem 26 denuo iure clientelari concedantur. Diethero curiam, quam Moguntiæ habuit, Adolfus reſtituat, illiuſque item Sacellano, Conrado 27 Affen, quam poſſedit, domum. Omnem vterque iram & indignationem aduerſus Principes, Comites, Dynaſtas, Equites, præcipue vero Archiepiſcopatus ciuitates, alioſque, qui durante hoc bello alteri adhæſere, deponat, nec e quopiam ea propter vltionem petat. Idem, ne Cæſar vel Papa faciat, operam det. 28 Quæ Dietherus tempore ſui regiminis contraxit debita, Adolfus in ſe atque Archiepiſcopatum 29 transferat, eaque exſoluat. Quo fine Dietherus intra menſem, a compoſitione hac facta, omnes creditores, quibus ſatisfaciendum, conuocet, moneatque, vt intra trimeſtre proximum Adolfum adeant, cautionem de ſoluendo accepturi. Nominibus autem tum ad æquitatem redigendis ex parte Dietheri vacent Fridericus de Riſſenberg & Dietherus de Iſenburg; ex parte Adolfi, Eberhardus Eppenſteinius & Stamme 30 de Schlitz. Diethero Adolfus ex continenti quinque florenorum numeret millia, vel totidem de vectigali Lohnſteinenſi propediem capienda aſſignet, vt creditoribus ex parte ſatisfacere ac fidem ſuam liberare poſſit. Eos vero Dietherus Adolfo denominet: Adolfus quinque iſta millia de viuo ſiue ſumma dein detra- 31 hat. Inter hæc & donec de quatuor articulis pecuniariis, pactione hac ſigillatim comprehenſis, Diethero æque ac iis, quibus debet, ſatisfactum ſit, ipſe caſtrum oppidumque Lohnſtein, vna cum vectigali, cenſu, iuribusque in ciues ac incolas omnibus, pignoris teneat loco, nec Adolfo vel Antiſtiti ſuo tempore ſucceſſuro, Collegioque principi prius reſtituat, quam ea, quæ conuenit, via rationeque, quicquid dictis continetur articulis, confectum ſit. 32 Quin, vt Diethero res omnis hoc magis in tuto ſit, nouem ex Archiepiſcopatus ciuitatibus, vna cum Rhingauienſibus, ſcripto ſuam interponant fidem, ac in ſe recipiant, ſe eum in quieta caſtrorum dictorum, oppidorum, locorumque poſſeſſione ætatem tuituros, nec vnquam aduerſus eum cum quoquam facturos. Tum vero Adolfus ipſe & Collegium metropolitanum pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus, Diethero de his tum tabulis publicis caueant, tum datis obſidibus, Ioanne & Adolfo, Comitibus Naſſouiis, patre & filio, Ioanne, Comite Wertheimenſi, & Eberhardo Eppenſteinio, 33 Dynaſta KönigſteinI. Omnia tentoria & tormenta bellica, quæ in Archiepiſcopatus bonis ſunt, Adolfo tradantur, excepto vno maioris ordinis caſtrenſi, quod Dietherus ipſe fundi curauit (*ein groß Hauptbüchs, die Herr Diether ſelbſt getzuget*) vnoque tentorio, Archiepiſcopatui, eo fatis functo, rurſus ceſſuro. Pactioni huic ſigilla appendere auctor, *Henricus*, Haſſiæ Landgrauius; *Adolfus* & *Dietherus*, qui ſimul eam non dextris ſolum datis, ſed iureiurando etiam interpoſito firmarunt; *Ioannes* de *Iſenburg*, Comes in Büdingen, *Eberhardus* Dominus de *Eppenſtein* & in *Königſtein*, ille *Dietheri*, iſte *Adolfi* ex parte; ambo ſimul tum manu, tum præſtito ſacramento quam religioſiſſime polliciti, eam per omnia ſeruatum iri. Clauſula docet, hæc acta in caſtris prope *Zeilsheim*, Höchſtam inter & Hofhemium oppida, *Mercurii* poſt *D. Franciſci*, anno milleſimo, quadringenteſimo, ſexageſimo tertio.

Quæ cum ita ſint, ſequitur, eos tum demum Francofurtum conceſſiſſe, cum ipſos inter Zeilshemii iam conuenerat; de concordia vero non demum Francofurti fuiſſe actum. De cetero, ſi Dietherus ibi Archiepiſcopatum dimiſit, neceſſe eſt, Adolfus ante conditiones pactione Zeilshemenſi comprehenſas ex parte adimplerit: quandoquidem, vt dictum, is non prius dignitate Pontificatus Moguntini ſe deceſſurum pactus eſt, quam Adolfus quinque priores perduxiſſet ad effectum. Die ſane *Dionyſio* ſacra cum Ioanne, Epiſcopo Herbipolenſi, adhuc de bello, Ioanni, Comiti Wertheimenſi, ob vim mercatorum quorundam bonis in via publica illatam, propediem inferendo, collatis egit ſententiis. Adducam quædam conuentionis tum factæ verba, vt hoc magis appareat, Dietherum id temporis pro Archiepiſcopo adhuc ſe geſſiſſe; *Nemlich, daß vnſer bede Fürſten mit den Vnſern des — von Wertheym — vhyend vvollen vverden, vnd ihme vff Mittvvoch nechſt nach Allerheiligen Tag vm Veſper Zyt vor der Sonnen Vntergang gein Wertheim geantvvort vverden ſollen ohne alles Seumen, vnd alsdan des andern Tags, nemlich vff Donnerſtag fru mit der Sonnen Vffgang ſollen vvir im Felde ſin zu Roß vnd zu Fuſſen, yder mit ſeiner Anzale Lute, Pferd, Buchſſen — vff den gemeldten von Wertheim vnd bi ſiner Statt Wertheim an den Enden, als vvir vns des vereinen vverden &c.*

Ceterum, quam Haſſus ipſos inter compoſuit, Adolfus vero & Dietherus ratam habuere, pacem, dein *Honufrius*, *Epiſcopus Tricaricenſis*, *Pii Pontificis Referendarius*, & *Petrus Ferrici*, *Decretorum Doctor*, *eiuſdem Sanctiſſimi Papæ Pii Capellanus*, *ipſiuſque ſacri Palatii Apoſtolici cauſſarum Auditor*, *in Germaniæ partibus*, *& præſertim Moguntina prouincia Nuntii*, *Oratores*, *& Commiſſarii*, auctoritate Apoſtolica confirmarunt. Idem fecit *Fridericus* Imperator, tabulis Neoſtadii in Auſtria Mercurii poſt D. Valentini proxima, anno MCCCCLXV editis; Diethero, omnibusque, qui ab illius partibus ſteterant, iam eodem hoc anno MCCCCLXIII in gratiam receptis; vt ex litteris Lunæ D. Martini ſollemne præcedanea ibidem datis patet. Pius vero rem omnem non gratam tantum habuit, ſed Dietherum etiam ampliter hac laudauit epiſtola:

PIVS PAPA II. Dilecte fili, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Recepimus tuas litteras, ex quibus & ex iis, que tuo nomine nobis retulit dilectus filius Iohannes *de* Cliuis *Capellanus noſter, intelleximus, te ſponte ceſſiſſe* Maguntine *eccleſie, opidaque & caſtra ac loca munita, eius electo conſignaſſe, quod vt ſum-*

me laudabile est, & omnium commendacione dignum, ita tibi ad honorem & salutem anime pariter cedit; omnes enim, qui factum hoc audiunt, efferunt laudibus prudenciam tuam, nosque in primis indicamus, te, vt virum bonum decet, fecisse, qui honorem omnipotentis Dei & reuerenciam nostram ac sedis Apostolice, matris tue, omnibus aliis, que te in diuersum trahere potuissent, pretulisti, plusque apud te valuit Dei timor & auctoritas nostra, quam queuis alia inanis occasio aut respectus. Fecisti rem viro bono & timorato conuenientem, qui Dei honorem & anime sue salutem omnibus respectibus debet anteferre. Nos tuam deuocionem laudamus, & obediencie tue in Domino benedicimus, bonum opus operatus es, & graciam nostram promereris, reconciliatus es Deo & nobis, qui, quanquam immeriti, eius vices tenemus in terris, anime vero tue salubriter consuluisti. Nos ex nunc te in vluis caritatis & gracie nostre accipientes, benedictionem nostram tibi impertimur, nec tui immemores erimus. Tu modo enitere, & rectum iter, quod ingressus es, diligenter teneas, vt confidimus; bene agens, bene a nobis & ab hac sancta sede sperare potes, qua nunquam filios suos deserit. Nos hy sumus, qui te bene agentem paterne complecti & digne honorare pro meritis cupiamus. Pallium autem, quod pro dicta ecclesia dudum accepisti, volumus vt consignes Venerabili Fratri Honofrio *Episcopo* Tricaricensi *Nuncio & Oratori nostro.* Edit. I pag.

Datum Rome *apud Sanctum* Petrum *sub annulo piscatoris die X Ian. MCCCCLXIIII, Pontificatus nostri anno VI.*

G. de *Piccolomio.*

Inscriptio

Dilecto Filio *Diethero* de *Isenburg* Comiti in *Büdingen.*

Hinc Dietherus Archiepiscopatu decedit,

IV Nec mora, in cœtu virorum illustrium, qui frequentes aderant, gladium, insigne Principum, quod Electores ante se ferri iubent, Dietherus deposuit, & humiliatus flexo genu ab Apostolico legato veniam petens, absolutus est, & tanquam priuatus prætorium exiit, moxque Aschaffenburgum, & alia quædam oppida, munitissimasque arces, quas tenebat, Adolfo restituit, & sic Archiepiscopatum Moguntinum, cum omnibus, bello vel pace contractis eatenus debitis, eidem resignauit. Quo facto Adolfus, absque mora, ipsa die Mercurii ante Dominicam Reminiscere, vna cum D. Vulperto a Ders, metropolitanæ ecclesiæ Scholastico, & aliis mille quingentis viris, Aschaffenburgum profectus, sequenti Veneris fidelitatis iuramentum ab incolis excepit: itemque postmodum in Steinheim, aliisque in locis, fecit *.

loca occupata Adolfo restituit.

Adolfus vero homagium a subditis accipit.

152

* Si res ita habet, quod nimirum Adolfus, simulac Dietherus Archiepiscopatu decesserat, Francofurto abierit, ac die dicta Aschaffenburgum profectus sit, vt ciuitatem in fidem reciperet, sequi puto, hæc, quæ auctor § III & IV narrat, anno demum sequenti, qui MCCCCLXIV fuit, contigisse. Quod mihi, cum per eos dies litteræ Pontificis absolutoriæ demum aduenerint, hoc magis probabile fit. Id vero erroneum, quod Steinhemii etiam homagium exegerit Adolfus; cum ex dictis manifestum sit, id oppidum in ius transiisse Dietheri.

Diether. profustentatione quadam oppida & castella obtinet.

V Ne vero Dietherus, dissipato iam diutinis bellis patrimonio suo, ad inopiam vergeret, pro sustentatione sua, quoad viueret, Lanstein oppidum, castellum cum teloneo *, oppidum quoque Höchst, cum castello & teloneo, Steinheim item oppidum cum teloneo, nec non Diepurg oppidum, cum omnibus prouentibus eorum, libere susceptit. Et sic tandem, post omnimodam pæne desolationem Moguntinæ ecclesiæ pax reformata atque restituta fuit.

* Lonsteinium pignoris tantem accepit loco, vt ad § III n. 31 dictum, non autem in alimentum pro dignitatis ratione, atque ad dies vitæ.

Quid Palatinus pro suis impensis acceperit.

VI In huius negotii compositione, Friderico Comiti Palatino, pro impensis ac victualibus, Diethero contra Adolfum expositis, assignati sunt mille floreni annui census super teloneo in Ernfels, cum viginti millibus florenorum redimibiles: pro nouem vero millibus florenorum, quos Ringauienses Palatino se daturos promiserant, dum Pfedersheim oppidum, prope Wormatiam, caperetur (vt supra dictum) & necdum de iis satisfecerant, ipsum oppidum Pfedersheim, sub titulo reemptionis, ipsi Comiti fuit assignatum, quod vsque in præsens inreemptum permansit. 153

A *Trithemio* hæc denuo mutuatus est auctor: quod ad oculum patescet, si illum l. d. inspexeris.

Taxa damni, quod ecclesia Mogunt. passa fuit.

VII Damnum autem, quod Moguntina ecclesia, ex his dissidiis ac contentionibus duorum Archipræsulum, passa est, viginti centum millium florenorum æstimatum fuit, quo sane irrecuperabili, in hunc vsque diem ipsa ecclesia multum adhuc opprimitur.

SECTIO

Edit. I pag.

SECTIO XIV

De Adolfi *poſthæc regimine ac morte.*

Adolfus præfuit eccleſiæ annis 13.

154 POſt initam porro pacem, Adolfus Naſſouius in Moguntina ſede quietus permanſit annis adhuc XIII, vſque ad annum Domini MCCCCLXXV; quo, cum in caſtris ad Noueſium graui ægritudine corriperetur, in Altauillanum ſuum Ringauiæ oppidum adductus fuit, vbi tandem, morbo aggraueſcente, diem extremum clauſit ſeptima * Septembris; inde ad cœnobium Eberbacenſe ordinis Ciſtercienſis virorum percelebre, non procul a prædicto oppido, delatus, ibidem in choro a ſiniſtris ante aram maiorem, iuxta cognatum ſuum Gerlacum Naſſouium, Moguntinum quondam etiam Antiſtitem, anno MCCCLXXI vita functum, honorifice reconditus fuit, hac tumuli inſcriptione:

Altauilla obiit, in cœnobio Erbacenſi ſepelitur, iuxta Gerlacum, Archiepiſcopum.

*Anno Domini MCCCCLXXV, * ſexta menſis Septembr. obiit Reuerendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus Secundus Dominus Adolfus Maguntinenſis. Cuius anima requieſcat in pace, Amen.* *Tumuli Inſcriptio.*

SECTIO XV

De noua Dietheri *in Epiſcopum electione, rebus eiuſdem geſtis, ac morte.*

I

Dietherus poſt obitum Adolfi ſecundo eligitur.

155 POſt huius obitum Canonici Moguntinenſes, vnanimi conſenſu, Diethe-rum illum Iſenburgicum, quondam abrogatum ac depoſitum, denuo in Archiepiſcopum elegerunt, ipſo S. Martini Epiſcopi *, Moguntinæ eccleſiæ patroni, die feſto. Quod idcirco factum, vt diœceſis Moguntina, iam ante illis contentionibus ac diſſidiis belliſque variis multifarie diſtracta ac diuiſa, in vnum rediret. Sed in quam ſeruitutem ciuitas propter eam deuenerat, in eadem & remanſit †.

* Male. Die IX Nou. Dietherum denuo elegere, vt ad *Serarium* oſtendi.

† Moguntiam ditioni Archiepiſcopatus Moguntini vere obnoxiam fuiſſe; diſſidiis vero anteriorum temporum in rem ac vtilitatem ſuam verſis, Archiepiſcoporum paullatim abnuiſſe imperium, liberisque regni Germanici ciuitatibus ſe adſociaſſe; iam autem ad obſequium redactam, conſtanter adſeruere tum *Adolfus*, tum *Dietherus*. *Ille*, in litteris, quibus an. MCCCCLXVI PP. Dominicanis facultatem dat, ad inſtaurandas monaſterii ſui ædes eleemoſynas colligendi: *Sane non ambigimus, ad diuerſas Alemannie partes, aliasque regiones & terras fore diuulgatum, qualiter modernis temporibus, dum ciuitatem noſtram Maguntinam, que per longa retroacta tempora, vt hiſtorie aiunt, fere quadringentis annis, ſancte noſtre Maguntine eccleſie rebellis extitit, diuino adiutorio recuperauimus & reduximus &c.* Vbi notes velim, dum *ad quadringentos fere annos eccleſia Moguntina rebellem* extitiſſe dicit, ad *Adelberti I* illum reſpicere ætatem; quippe a qua, priuilegio illo inſigni accepto, paullatim iugum excuſſit. *Iſte*, in tabulis, quibus eam Canonicorum metropolitan. cedit collegio, an. MCCCCLXXV, Lunæ poſt *D. Martini* confectis: *die dan vnſerm Stifft vnd Kirchen zu Menze zugehörig, vnd niehe keinem Römiſchen Kaiſer oder König, oder auch dem Römiſchen Rich zugeſtanden oder geeignet iſt.*

aliquot adhuc annos præfuit.

II Poſt hanc ſecundam ſui electionem præfuit ſimul eccleſiæ Moguntinæ annis adhuc VI, menſibus VII, diebus XXI *, iniuriarum & contumeliarum, quibus quondam affectus fuerat, penitus oblitus, quoniam a ſe ipſo proueniſſe ſciebat.

* A die IX Nouembr. an. MCCCCLXXV ad diem VII Maii anno MCCCCLXXXII non niſi *ſex* anni, *quinque* menſes, *& octo viginti* dies procurrere.

Arcem Moguntinam extruxit: quæ poſt incendio conſumta,

III Arcem Moguntiæ, in fine ciuitatis, infra ad Rheni fluenta, primus conſtruxit, quæ pro fræno eſſet ciuitati, ne quando in priſtinas vires reſurgat, eamque S. Martini caſtrum appellari voluit. Ea autem poſtmodum an. MCCCCLXXXI, feria VI ante Dominicam Eſto mihi, ſubito incendio ſub noctis medium exorto, tota conflagrauit: fuiſſetque tam ipſe quam Saxoniæ Dux Erneſtus, qui tunc aderat,

aderat, in somno exustus, nisi a Reiffenbergio quodam nobili * ambo excitati, nudi profugissent. Illam tamen, firmiori a lapidibus quadratis opere, vti hodie cerni licet, ilico reædificari instituit: dumque fundamenta locarentur, singulis latomorum, cæmentariorumque magistris, per Reinholdum Anshelmum Cancellarium † suum, singulos donauit nummos aureos. Edit. I p. 156

aliam ex lapidibus statuit;

* Mirum ita loqui *Helvvichium* & *Reiffenbergium* hunc solummodo vocare *nobilem quendam.* Neque enim, quod notes, nullo ille tum numero fuit, sed eximiæ prorsus auctoritatis, Equitis aurati ornatus dignitate, & aulæ Moguntinæ Præfectus. His sane dignitatibus hoc illum tempore claruisse, fidem facit *Dietheri* quædam apocha, anno MCCCCLXXVIII, Iouis post Dominicam *Cantate*, Anshelmo data, quippe primus, testes inter, est *Emerich* von *Reiffenberg*, *Ritter, vnser Hofmeister.*

† Leg. *Cellarium.* Quæstoris enim, siue redituum Electoralium susceptoris officio tum functus est *Reinhardus* hic *Anshelmus.* Patria ceteroqui fuit Hoffheimius, & ante eadem in præfectura Vlmenensi obiit munia.

Vniuersitatem Mog. excitat;

Vniuersitatem quoque gymnasii generalis in ciuitate Moguntina primus instituit, quam, aliqualiter dotatam, a summo Pontifice confirmari & consuetis priuilegiis & gratiis cumulari, impetrauit ac largiter dotauit. Præter academiæ inchoationem, hoc in ipso valde laudatur, quod, quæ in Clero & monasteriis, Seligenstadiensi præsertim, quod nobilium genere, ignobilium moribus monachorum, luxu diffluebat, scandala videbantur, tollere studuerit. Prudenter etiam occurrit conatibus Principum Saxoniæ, qui anno MCCCCLXXIX Eisfeldiam ad se pertrahere conabantur; qui postmodum, de Capituli maioris partis consensu, a Pontifice Sixto IV impetrauit, vt Albertus, Ernesti Saxoniæ & Misniæ Ducis filius, Canonicus Moguntinus, egregiæ indolis adolescens, annos septendecim natus, Administrator Archiepiscopatus Moguntini post illum constituetur *. 157

monasteria reformat;

Eisfeldiam ab aliorum inuasione defendit.

Administratorem impetrat.

* Conf. huc, quæ dixi ad *Serarium.*

Oppida ac villas, quondam oppigneratas, redimit.

Anno MCCCCLXXX castrum & oppidum Algesheim, vna cum villis Dromersheim, Beckelnheim, Ockenheim, Windesheim, & Kempten, a prædecessore suo Domino Adolfo, quondam in illo dissidio, Carolo Marchioni Badensi pro viginti millibus florenorum, itemque Ameneburg oppidum, cum villis & pertinentiis suis, Ottoni Comiti in Solms pro sex millibus trecentis florenorum oppignorata & hypothecata, numerata pecunia redemit, ac ecclesiæ Moguntinæ restituit †.

† Biennio post a *Philippo* iuniore, Comite Rieneccensi, præfecturam *Bischoffsheimensem* 1265 florenis, die Iouis post Dominicam *Reminiscere* dictam, reluit, missis, qui eam in potestatem acciperent, *Ioanne*, fratre, Comite Isenburgico-Büdingensi, *Volperto* de *Svvalbach*, Archimagiro, *Siboldo Faulhaber*, *Evvaldo Wymar*, Secretario, & *Conrado Volprecht*, Scriba ærarii.

Ceterum hæc & alia luculento sunt testimonio, non defuisse ei antea mores commodos, & partibus muneris sui digne obeundis pares; sed quietem & pacem. Idem nobiscum sentit, quin ipsis hisce verbis vernaculo sermone dixit, quem supra laudauimus, auctor anonymus l. d. pag. 368.

Moritur Aschaffenburgi. Sepelitur Moguntiæ.

IV Tandem vero, post laudabile regimen, anno MCCCCLXXXII Aschaffenburgi die VII Maii dysenteria extinctus, pie ex hac vita discessit, vnde Moguntiam pompa funebri delatus, in medio metropolitanæ ecclesiæ, a sinistris ad columnam, reconditus, ac terræ, omnium parenti, redditus fuit, hac tumuli epigraphe:

Tumuli eius inscriptio.

Anno Domini MCCCCLXXXII, die VII Maii, obiit Reuerendus in Christo Pater, Dominus Dietherus de Isenburg, Comes in Büdingen, Archiepiscopus Moguntinus. Cuius anima requiescat in pace. 158

Epitaphium eiusdem ad columnam.

Eius statua, ad columnam ibidem posita, Episcopali habitu, librum in sinistra, pedum vero in dextra gestans, cernitur, hac circumscriptione superaddita:

*Bis Præsul factus Comes * Eysenberg Dietherus,*
Moguntinam arcem struxerat atque scholam.
Hoc voluit tumulo corpus condi miserandum.
Ciuibus æthereis dans animamque DEO.

* Leg. *Isenburgk.* Dietherum ceteroquin alio cohonestauit epitaphio, qui præsentem *HELWICHII* libellum loco supra dicto recensuit, *Anonymus* pag. 369. Quod cum haud inelegans sit, huc apponere haud dubito:

Ich

*
* *

Ich Diether *ruhe hier ; dort aber liegt mein Feind:*
Er drang ſich in den Stuhl ; ich vvard zvveymal ervvehlet:
Ich ſtritte vor das Reich ; er vvar des Papſtes Freund:
Mir hat es an Gelück ; vnd ihm an Witz gefehlet.
Er trieb die Bürger aus ; ich nahm die Muſen ein:
Er ſteckte Maintz in Brand ; ich ſchaffte Holtz vnd Stein,
Vnd baut' ihr eine Burg. Freund ! haſt du dieß geleſen,
So ſage , vver von vns der beſte ſey gevveſen.

FINIS.

IACOBI MANLII
HISTORIA
COLLATAE CARDINALITIAE DIGNITATIS
IN
ALBERTVM MOGVNTINVM.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

LECTORI

GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS

S. D.

HIstorica hæc narratio ſemel atque iterum iam edita eſt. Et primum quidem ſæculo XVI prodiit ſeorſum; dein vero ſtudio operaque *Marquardi Freheri*, ICti & Conſiliarii Electoralis Palatini, tomo II ſcriptorum ad rem, hiſtoriamque Germanicam facientium, & Francofurti ad Mœnum editorum, inſerta. Ex quo eam hic repetere placuit; vt tamen illam, quæ de gladio, pileoque conſecratis Maximiliano I Imperatori Pontificis nomine ſollemniter tum ſimul oblatis, quod huc non ſpectaret, omiſerim.

De reliquo auctorem MANLIVM, ſiue, vt alias ſe ſcripſit, MENNEL patria Briſgauienſem, Friburgi natum, officio Maximiliani I, Cæſaris Auguſti, Hiſtoricum & Conſiliarium fuiſſe, vel ex ſequenti, quam ad Magnum Rhodi Magiſtrum dedit, Dedicatoria patet; ceterum in hiſtoria auguſtiſſimæ Domus Auſtriacæ eruenda, conſignandaque multo elaboraſſe ſtudio diſcere eſt ex iis, quæ, præter alia notatu digna, attulit Conſultiſſimus STRVVIVS in præfatione narrationi huic in editione ſcriptorum illorum a *Frehero* publici iuris factorum nupera p. 707 & ſeq. præmiſſa, quam conſulere iuuabit. V.

Ad Reuerendiſſimum in Chriſto Patrem
& Illuſtriſſimum Principem,

FABRICIVM DE CARRETO,
ex MARCHIONIBVS Finalis,

Sacroſancti militaris Ordinis
Beatiſſimi Ioannis Baptiſtæ
Magnum Magiſtrum Rhodi,

IACOBI MANLII
Friburgenſis Briſgaudii Doctoris,

Diui Maximiliani Cæſaris Auguſti
Hiſtoriographi & Conſiliarii,

Epiſtola.

QVemadmodum fortiſſimi olim fratres Machabæi, veri Dei cultores, contra turpiſſimos idololatras diuinique cultus contemptores acerrime pugnare ſolebant: ita nunc ſtrenuiſſimi Fratres militaris Ordinis *S. Ioannis Baptiſtæ*, præcurſoris Domini, veræ fidei defenſores, contra ſpurciſſimos Catholicæ eccleſiæ hoſtes pugnare ſolent. Quo fit, vt terra marique non altior fortuna eis arridere poſſit, quam cum duos gladios, quorum Saluator in euangelio meminit, ſibi in auxilium venire ſenſerint. Quapropter, *Reuerendiſſime in Chriſto Pater & Princeps digniſſime*, in omnipotentis Dei, conſeruatoriſque noſtri, ac omnium cælitum laudem & honorem, ac denique nobiliſſimæ & bellicoſiſſimæ Germanicæ nationis decus, atque perpetuam rei memoriam, tuæque R. P. & optimorum Fratrum tuorum gaudium atque incrementum, hoc de præclariſſimo atque in Germania rariſſimo munere, quo Sanctiſſimus LEO X Pontifex Maximus Diuum Cæſarem MAXIMILIANVM, Romanorum Regem & Chriſtiani nominis Imperatorem Auguſtum, nec non *ALBERTVM* miſeratione diuina ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli S. Chryſogoni Presbyterum Cardinalem, ſanctæ Moguntinæ ſedis, & Magdeburgenſis eccleſiæ Archiepiſcopum, ſacrique Romani Imperii per Germaniam Archicancellarium, Principem Electorem & Primatem, eccleſiæ Halberſtadenſis Adminiſtratorem, Marchionem Brandenburgenſem, Stettinenſ. Pomeraniæ, Caſuborum, & Schlauorum Ducem, Burggrauium Nurembergenſ. ac Rugiæ Principem, ad Chriſtianæ reipublicæ augmentum decorauit, familiari ſtilo hiſtoriam conſcribere placuit.

Pateat

PAteat igitur R. P. tuæ, vt feliciſſima poſt feſtum Pentecoſtes Dominica nona, quæ anni milleſimi quingenteſimi decimi octaui primus dies menſis Auguſti erat, Apoſtolicæ commiſſioni ſatisfaciendi cauſſa Reuerendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus, Dominus THOMAS, tituli *S. Sixti* Presbyter Cardinalis, Sanctiſſimi LEONIS decimi Pontificis Maximi Legatus a latere, vir quidem omni virtutum genere cumulatiſſimus, circa ſextam eiuſdem diei horam ante meridiem, in ciuitate Auguſtenſi palatium vna cum familia pedes exiens, & Reuerendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus, MATTHAEVS, *S. Angeli* ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Diaconus Cardinalis, Gorcenſis Princeps, Coadiutor Salisburgenſis ac Apoſtolicæ ſedis in Germania Legatus de latere, collega ſuus, Reuerendiſſimi in Chriſto Patris & Principis ALBERTI, noui Cardinalis, &c. ædes pedeſtres petierunt: quo per dictum Principem comperto, mox illis ad fores vſque obuiam venit, eoſdem dulciſſime ſuſcipiendo: & deinde omnes tres, vna ſimul earundem ædium ſacellum intrarunt, ibique ſupra nominati Reuerendiſſimi Dd. Legati a dicto Cardinali, ſummi Pontificis nomine, iuramentum, quale ſingulis ad Cardineum apicem tranſcendentibus præſtari ſolet, receperunt: Quo facto eiuſdem noui Cardinalis Cancellarius, vir quidem multa laude dignus, palam voce alta Sanctiſſimi Domini noſtri Breue ad prælibatum Cardinalem miſſum legit, cuius tenor de verbo ad verbum eſt, vt ſequitur.

LEO PAPA X,

Dilecte Fili noſter, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Fraternitatem tuam, qua ex illuſtri Brandenburgenſi proſapia & in Germania vetuſtiſſima, magnique ponderis familia, ortum ducit, quaque clariſſimorum progenitorum ſuorum ſancta veſtigia ſecuta de nobis, ſanctaque Apoſtolica ſede bene mereri ſemper ſtuduit, ad ſummum Cardinalatus honorem, quo nullus maior a Chriſti vicario concedi poteſt, & ipſam per ſe dignam, & a chariſſimo in Chriſto filio noſtro Maximiliano, electo Imperatore, nobis per litteras ipſius & nuntios ſæpe ac vehementer commendatam, promouere ſtatuentes; id vt nacta temporis atque rerum oportunitate faceremus, ex quo noſtro deſiderio & tuæ Fraternitatis dignitati atque decori magis conſultum videretur; ea nunc nobis viſa eſt huius temporis non ſolum commoda & honeſta, ſed etiam laudabilis occaſio, in qua de expeditione ſanctiſſima contra ſalutiferæ crucis hoſtes agendum eſt; vt Fraternitas tua, tanto honore ornata magis, de nobis, Chriſtianaque religione propaganda bene mereri poſſit. Itaque hæc noſtra nunc de te promotio non ſolum grata, ſed etiam periucunda tibi longe magis eſſe debet: quod Circumſpectionis tuæ fide, religione, & deuotione erga nos & dictam ſedem, exigentibuſque tuis meritis & præclaris virtutibus te ſolum non in magno numero Cardinalem creauimus. Nos quoque in bonorum omnium operum ſatore & te ſpem locauimus, quod ſi antehac de nobis, ſancta Apoſtolica ſede, & republica Chriſtiana bene mereri ſtuduiſti, iamiam eo maiore, alacrioreue animo tuo officio atque noſtris piis deſideriis ſatisfacere poteris, quo hoc ſacratiſſimo, digniſſimo munere ornatus eris.

Te igitur ad omnipotentis Dei, & totius curiæ cæleſtis laudem & gloriam, perſonæque tuæ ornamentum, clariſſimæque Marchionum Brandenburgenſium proſapiæ perpetuum decus & amplitudinem, hac die XXIV Martii, in conſiſtorio noſtro ſecreto, de aliorum Venerabilium Fratrum noſtrorum, S. R. E. Cardinalium, conſilio pariter & aſſenſu in Cardinalem creauimus.

Supereſt, vt tu, qui ex Moguntinenſi Elector Imperii, & Magdeburgenſi eccleſiis Germaniæ Primas, in eccleſia & agro Domini magnus & diues eras atque es, nunc Cardinalatus onere atque honore decoratus, quid dignitas ea ſibi velit, quid Deus ipſe abs te poſtulet, intelligas, & ſedulo mediteris, quid te deceat: atque etiam dilectum Filium noſtrum, Thomam, *tituli* S. Sixti *Presbyterum Cardinalem, Legatum noſtrum, de ſanctiſſima & perneceſſaria contra perfidiſſimos fidei noſtræ hoſtes, & Chriſtianorum ſanguinem, deletionemque ſitientes, pertractaturum, & noſtro nomine curaturum, eiuſque pias & optimas perſuaſiones & ſana conſilia, quæ noſtra ſunt, audias: ea quoque executioni debitæ mandes; vt quæ pulchrior totius orbis Europæ pars iam parua conſpicitur, non ſolum diebus noſtris ab impiorum manibus ſeruetur, ſed illorum imperium ſanaque poteſtas vel ad ſanctam fidem con-*

uertatur, vel eruatur. Qui vero nos & ſancta piaque vota noſtra ſequentur, rectam viam ingreſſi, promiſſa felicitatis æternæ præmia conſequentur.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo piſcatoris, die VIII Maii MDXVIII, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Lecto Breui, Reuerendiſſimi Domini Legati vna cum venerabili Domino, FELICE TVRPHINO, Ceremoniarum Magiſtro, viro quidem moribus ac litteris ornato, ipſi nouo Cardinali cardineum rubri coloris habitum, quem vulgo *Cappam* vocant, impoſuerunt. Inſuper vnanimiter ſacellum, ædeſque egredientes, & medio nouo Cardinali, Reuerendiſſimus tituli *S. Sixti* a dextris, & Reuerendiſſimus tituli *S. Angeli* Legati a ſiniſtris, ad inclitiſſimæ beatiſſimæque Mariæ virginis cathedralem eccleſiam Auguſtæ ibant. His quoque ſic ingreſſis, cum dextera Cæſari dicata eſſet, ipſi ſiniſtram chori partem occupauerunt; vbi nouus Cardinalis primam, Legatus vero tituli *S. Sixti* ſecundam, & *S. Angeli* Legatus tertiam occupauerunt ſedes.

Cum itaque præfati C. P. Cæſaris aduentum prope eſſe perciperent, tunc Cardinalis tituli *S. Sixti* locum ſuum relinquens maius eiuſdem chori altare acceſſit. Vbi mox Miſſæ celebrandæ gratia ſe (vt fieri ſolet) accinxit. Et inter accingendum Sacratiſſimus Cæſar, & nonnulli Principes tam Electores quam alii, ingenti comitatu dictæ eccleſiæ chorum petierunt. Cui ſane Cæſari ſumma quadam dexteritate *S. Angeli* Legatus & nouus Cardinalis obuios ſe dederunt. Cæſar vero, heros omni laude maior, poſtquam glorioſiſſimis geſtibus ac moribus Moguntino Principi, tanquam nouo ſponſo, congratulatus eſt, eum hilari fronte ad læuam accipiens, vnaque chorum ingreſſi, Cæſar dextrum illic ſupremum (vt debuit) aureis ornamentis locum fulgentem occupauit. Secundum vero *Cardinalis* Moguntinus. Tertium autem Illuſtriſſimus Princeps *Ludouicus*, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, Princeps Elector. Quartum Illuſtriſſimus Princeps *Fridericus*, Dux Saxoniæ &c. Princeps Elector. Quintum Illuſtris Princeps *Caſimirus*, Marchio Brandenburgenſis. Sextum Illuſtris Princeps *Fridericus*, frater Caſimiri. Septimum Illuſtris Princeps *Ioannes Albertus*, alter frater. Octauum Illuſtris Princeps *Ioannes*, Comes prouincialis de Leuchtemberg. Nonum denique Illuſtris Lotharingiæ Ducis *Antonii* Oratores. In alio vero latere ex oppoſito primus extitit Reuerendiſſimus *S. Angeli* Cardinalis Legatus de latere. Secundus vero *Marinus Carracciolus*, Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Protonotarius, ad Sereniſſimum Cæſarem Nuntius. Tertius Reuerendiſſimus in Chriſto Pater Illuſtriſque Princeps *Chriſtophorus*, Archiepiſcopus Bremenſis & Collegii Verdenſis Adminiſtrator confirmatus, Dux de Braunſvvig & Luneborgk. Quartus Reuerendiſ. in Chriſto Pater & Princeps *Georgius*, Epiſcopus Bambergenſis. Quintus Reuerendiſ. in Chriſto Pater & Princeps *Gabriel*, Epiſcopus Eichſtettenſis. Sextus Reuerendiſ. in Chriſto Pater & Princeps *Chriſtophorus*, Epiſcopus Auguſtenſis. Septimus Reuerendiſ. in Chriſto Pater, Illuſtriſque Princeps, *Ioannes*, Adminiſtrator Ratisbonenſis, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ. Octauus Reuerendiſ. in Chriſto Pater & Illuſtris Princeps *Arneſtus*, Adminiſtrator eccleſiæ Patauienſis, Comes Palatinus Rheni, vtriuſque Bauariæ Dux. Nonus Reuerendiſ. in Chriſto Pater, Princepsque *Heinricus*, Epiſcopus Ratzeburgenſis. Decimus & vltimus Reuerendiſ. in Chriſto Pater & Princeps, *Petrus Bonomus*, Epiſcopus Tergeſtinus, Cæſareæ Maieſtatis Conſiliarius.

His itaque Principibus eo, quo oſtendimus, ordine locatis, ſedato populo, impoſitoque ſilentio, Reuerendiſ. tituli *S. Sixti* Legatus rem diuinam exorſus eſt. Domeſticus vero eius ſacrificulus ad altaris latus, vbi Euangelium legi ſolet, crucem: & a tergo aulicus quidam ex illuſtriſſima Vrſinorum familia enſem & galerum ſeu galeam tenentes ſteterunt. In latere vero, vbi Epiſtola legitur, Magiſter Domus, Legati ex fratre nepos, qui pro nouo Cardinali rubeum pileum erecta tenuit manu. Deinde perfecta re diuina, cum verum ſit, quod idem nouus Cardinalis ab Apoſtolica ſede XXIV die menſis Martii proxime præterito Romæ in Cardinalium numerum receptus fuerit, tituli *S. Sixti* Legatus eundem, habito prius ad Sacratiſſimum, Inuictiſſimumque Cæſarem & Electores Imperii, alioſque Principes ſermone, ad altare vocauit. Cuius ſermonis tenor talis eſt: *Sere-*

Sereniſſime Cæſar; Leo X P. M. Maieſtate tua intercedente præclarum, proindeque in terris rarum opus nunc efficit. Fiunt ſæpe Cardines orbis egregio aliquo ſplendore fulgentes. Verum hominem inueniſſe vnum omni ex parte probatum non facile. Aſciuit ſiquidem in S. R. E. Presbyterum Cardinalem Albertum, Moguntinæ eccleſiæ Præſulem, Primatemque Germaniæ gentis, fortunæ, corporis, animique bonis non mediocribus ornatum. Is namque Illuſtriſſimus genere, corpore vigeto atque pulchro, ætate florida, ingenio, mentis acumine, ſacris litteris, diuitiis, dignitate, poteſtate, auctoritateque præſtans. Continentiæ quoque, religionis eccleſiaſticæ & reformationis radiis ſic ſplendet, vt luceat lux ſua coram omnibus hominibus. Accedit ad hæc, quod dum Imperatoris, ſummique Pontificis vnus atque idem Elector excellit, & nos Pontificii & vos Cæſarei Electoris gloria illuſtramur; commune itaque ornamentum, decus, atque beneficium communis lætitia comitetur. Surge igitur, Illuſtriſſime Princeps & obſeruandiſſime Domine, & Cardineæ dignitatis inſigne tuis debitum virtutibus ſuſceptum veni.

Eo itaque veniente, & humiliter flexis genibus coram altari conſtituto, idem Legatus, quidnam dignitas ea ſibi velit, quid Deus ab eo poſtulet, ac etiam quid eum contra truculentiſſimos fidei noſtræ hoſtes, Chriſtianum ſanguinem perniciemque ſitientes, ac ipſius ſummi Pontificis nomine pro virili parte curare deceat, declarauit. Et cum ipſe ad ſingula propoſita ſe tanquam obedientiæ filium promptum atque paratum exhibuerit, Legatus caput eius pileo rubro decorauit. Quo peracto nouus Cardinalis nouo apice inſignitus, in faldiſterio ante altare, genu flexus, perſtitit, donec canticum *D. Auguſtini* & *Ambroſii* per Cantores Cæſ. Maieſtatis (qui & totam Miſſam ſolenniter cecinerunt) ſolenni ritu cum organis decantaretur; deinde perlectis certis collectis & orationibus per Legatum ſedis Apoſtolicæ, nouus Cardinalis ſurrexit: & cum maxima tam corporis quam mentis præſtantia de altari ante D. Maximiliani Cæſaris, aliorumque Principum conſpectum venit, vbi de multiplici eadem die exhibito honore per Doctiſſimum Virum, *Laurentium Zcochen*, V. I. D. dicti noui Cardinalis Cancellarium, viua altaque voce gratias perſoluit hoc modo:

Maxime deceret, Sacratiſſime Cæſar, Reuerendiſſimique in Chriſto Patres ac Domini, S. R. E. de latere Legati, Illuſtriſſimique Principes, hominem ſumma eruditione ac non mediocri facundia præditum in hoc ſplendidiſſimo ac pæne diuino veſtro conſpectu verba facere. In quo eſſet ea dicendi vis, ea loquendi copia, quæ Maieſtati veſtræ, rei magnitudini, & loci huius dignitati conuenire poſſet. Ego autem cum nihil harum rerum in me agnoſcam, iure vererer, ne aut vitio mihi dari poſſit, aut temeritatis incuſarer, ſi vel mea ſponte, vel meo ipſius conſilio hanc prouinciam ſuſcepiſſem. Verum cum Reuerendiſſimi in Chriſto Patris, Illuſtriſſimi Principis & Domini, Domini ALBERTI, ſanctæ Maguntinenſis ſedis & Magdeburgenſis eccleſiæ Archiepiſcopi, Principis Electoris, Primatis, & nunc S. R. E. denuntiati Presbyteri Cardinalis, auctoritas & voluntas me ad id coegerit, vt in præſentiarum gratias agere debeam; etſi hoc meam imbecillitatem longe ſuperat, quod & eruditiſſimi Demoſthenis & eloquentiſſimi Ciceronis oratio (vix) conſequi poſſit, tamen in Sacræ Maieſtatis & Reuerendiſſimarum Dominationum veſtrarum clementia confiſus, non temerario auſu, ſed magis obediendi voluntate, breui oratione perſtringam, quæ Reuerendiſſimi Domini Principis mei erga Sacratiſſimam Maieſtatem, Dominationeſque veſtras Reuerendiſſimas grati animi teſtimonia argumentumque perhibeant.

Prius autem, quam id, quod mihi in mandatis eſt, peragam, vnum, quod iam iam in mentem ſubiit, paucis exponam. Reuerendiſſimum Dominum & Principem meum ampliſſima hunc Cardineæ dignitatis apicem minime ambiuiſſe, quoniam Dominatio ſua Reuerendiſſima non clam habuit, & laborem & animi ſollicitudinem ſibi adeptam dignitatem expoſtulare, exactamque pro tam locupleti tradito talento dandam ſibi eſſe rationem: non ignorans, Cardinales ipſos in ſanctorum Apoſtolorum vicem ſuccedere, eademque ab ipſis requiri, quæ illi virtute multa præſtiterunt. Cum autem ſua Amplitudo Sanctiſſimi Domini noſtri liberaliſſimum & pientiſſimum in ſe animum perſpexerit, in ea dignitate ſibi deleganda, pro qua S. C. Maieſtas plus ſtudii, quam Dominus ille meus Reuerendiſſimus animi, pro peculiari, qua illum complectitur clementia, adiecit: voluit ſua Reuerendiſſima Paternitas hanc ſibi oblatam dignitatem, ſimul atque omnem curam & ſollicitudinem illi coniunctam, modeſte agnoſcere ac amplecti, & tam officioſis amantibuſque votis obtemperare.

Igitur

Igitur pro hoc immortali beneficio inprimis Deo vni & trino, poplite flexo, non quas debet, sed quas potest, maximas agit gratias, suaque nunquam satis laudatæ matri Virgini, ac toti calitum cohorti: eius summi Dei clementissimam Maiestatem deuotissime implorans, quo his diuinis muneribus atque suscepti officii dignitati ad sanctæ Catholicæ fidei suæ profectum satisfaciat, atque, ac par est, respondeat, propitius sibi adesse velit. Tum Beatitudini Sanctissimi Domini nostri & Sacræ Cæsareæ Maiestati vestræ immortales dicit & habet gratias, quod Dominat. suam Reuerendissimam hoc amplissimo munere ornare dignatæ sunt. Quicquid enim sua Reuerendissima Dominatio vel honoris vel dignitatis ex hoc consequuta est, id totum Sanctitati & Maiestati vestris, vobis Reuerendiss. Dominis de latere Legatis, ac sacrosancto Senatui tribuit, quod Dominationem suam Reuerendiss. in splendidissimum ordinem suum asciri, alboque suo præclarissimo conscribi annuerint: offerens se, omneque studium suum & Beatitudini Pontificis, & S. C. vestræ Maiestatis, vestrisque Dominationibus Reuerendissimis ex animo propensum, precaturque, vt Deus Opt. Max. & Beatitudinem Pontificis, & S. V. C. Maiestatem, vos atque Amplissimos Reuerendissimos Dominos Legatos, pro sacrosanctæ ecclesiæ suæ beneficio & amplificatione, dierum longitudine & omni bono replere, atque post exutam carnem immortali corona pro ingentibus meritis & glorioſis actibus coronare dignetur.

Qua gratiarum actione finita, Cæsareæ Maiestatis nomine per Reuerendissimum Principem *Bononum* ita responsum fuit.

Non erant, Reuerendissime in Christo Pater ac Princeps Illustrissime, Sacratissimæ Cæsareæ Maiestati a Reuerendissima Paternitate vestra agendæ gratiæ, quod ea apud sanctam Apostolicam sedem huic susceptæ suæ dignitati partes suas adhibuerit, quodque se, licet inuitam & detrectantem, ad Cardinalatus apicem suo studio, sua industria & auctoritate prouehi curauerit. Licet enim vestra Reuerendissima Paternitas sua singulari modestia eum honorem effugere, ac tanti Cardinis ornamenta euitare constituisset, arbitratus est tamen Cæsar, non parum officii sui interesse, non id tantum perpendere, quod erat modestiæ vestræ Reuerendiss. Paternitati proprium, quam quod erat Imperialis ac Cæsarei culminis peculiare, & non quod ipsa modeste rennebat, sed quod religio, quod sanctimonia, quod frugalitas, quod ceteræ dotes & virtutes eius exposcere videbantur, id totis viribus prosequi ac procurare niteretur. Quicquid igitur a sanctissimo Domino Leone X Pontifice Maximo, quicquid a sacro Cardinalium Collegio in Reuerendissimam P. V. collatum est, id non studio, non auctoritati Sacratissimæ Cæsareæ Maiestatis, sed virtutibus & meritis eius est concessum. Ea igitur sibi concessa merito dignitate in æuum felix ac sospes perfruatur, non tantum pro suo honore, sed pro vniuersæ Christianæ reipublicæ commodo, & in æternam laudem ac gloriam totius Germanicæ nationis: sibi hoc de Cæsare persuadeat, quod si etiam nullis progenitorum suorum ac illustrissimæ suæ prosapiæ meritis inuitatus esset, a quibus se maximis commodis & honoribus exornatum profitetur, poterat tamen solius vestræ Reuerendiss. Paternitatis intuitu ad multo maiora permoueri. Cui etiam in posterum pro honore & dignitate sua conseruanda, adaugendaque omnem opem, industriam, & auctoritatem perpetuo pollicetur.

*

Sequitur narratio historica,
de ense, galeaque
Maximiliano Imperatori
Pontificis nomine sollemniter tum oblatis.

*

Peractis demum pulcherrime rebus omnibus, Legatus ad altare stans populo benedixit, & deinde sacerdotalibus vestibus exutus, sese Cardineis vestiuit ornamentis, & tandem simul cum Cæsare ac aliis Principibus, Cardinalibusque ecclesiam exiuit. Cæsar autem cum ambobus Legatis ac etiam Nuntio Apostolico, Principibus Electoribus, aliisque Imperii Proceribus nouum Cardinalem ad palatium vsque suum reduxit. Deinde vero vtrumque Legatum versus eorum hospitia comitatus est.

Et postremo Cæsar atque alii Principes ad sua quisque tecta redierunt. Ita nobilissimus, splendidissimus actus huiusmodi absolutus est, approbante Deo optimo maximo; cui sit honor & gloria in sæcula. Actum in vrbe Augusta, anno Christiano milleſimo quingenteſimo decimo octauo, Kalend. Augusti.

ELEN-

ELENCHVS
NOBILITATIS ECCLESIAE
MOGVNTINAE.

Hoc est,

OMNIVM PRAELATORVM
ac CANONICORVM

Eccleſiæ Moguntinenſis Metropolitanæ,
a primordio ipſius, ſexcentorum circiter
annorum ſpatio, vſque ad hæc noſtra tempora,

Breuis ac ſuccincta enumeratio ac deſcriptio,
alphabeti ſerie, ſecundum nomina eorum
propria, diſtincta.

Opera & ſtudio

GEORGII HELWICH, Moguntini,
eiuſdem Eccleſiæ Vicarii.

Secundum exemplar

Moguntiæ typis Leonh. Albini an. MDCXXIII editum.

LECTORI

GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS

S. P. D.

CVm *Syllabus* Reuerendiſſimorum, generiſque celſitudine ac nobilitate longe Illuſtriſſimorum eccleſiæ Moguntinenſis tum *Prælatorum* tum *Canonicorum* infra ſequatur & plenior & curatior, paucis hic dicendum, cur hunc HELWICHII *Elenchum* nihilo ſecius retinere, noſtroque illi præmittere viſum fuerit.

Factum autem id, ne Viri de hiſtoria patriæ ſuæ eruenda quam præclariſſime meriti laborem flocci facere, noſtroque neſcio qua φιλαυτίᾳ poſthabere videamur: quod equidem hoc minus vnquam in animum induximus, quo magis plurimi ſemper & fecimus illum & etiamnum æſtimamus. Dein, ne inculpari poſſimus, ſtudio nos velle diſſimulare, per quem profecerimus; cum potius grati profiteamur, nos, quoad licuit, veſtigiis præeuntem ſecutos. Tum vero, cum neceſſitas poſtularit, eum ſæpe multumque notare, corrigere, atque ad limam reuocare, vt pateat, non ſine cauſſa vel ratione id nos feciſſe; ſaltim a maleuoli animi nota quam longiſſime abeſſe. Vt taceamus, a multo iam tempore in rarioribus illum fuiſſe libris, atque adeo eruditorum haud paucis nec cognitum nec viſum. Vt adeo operæ pretium nos facturos exiſtimauerimus, ſi in lucem eum, occaſione ita ferente, reuocaremus.

Ceterum expreſſimus illum fideliter, ne ſyllaba quidem, niſi cum vox in mendo iaceret, mutata. Vni vero alterique loco adſperſimus notatiunculam; cum conſultius nobis viſum fuerit, hic viri errorem diſpungere, quam in Syllabo, quem ſtudio noſtro confectum ſubiunximns. Reliquas, quas hic præterimus alucinationes, in annis partim, partim aliis in rebus occurrentes, ibi confiximus obelo.

Nunc, vt ad ipſum accedas, & cum noſtris dein, quæ habet, componas, licebit. Vale!

Reueren-

Reuerendiſſimis ac Illuſtriſſimis

nec non

Reuerendis admodum, Generoſis ac Prænobilibus

DOMINIS,

D. GEORGIO FRIDERICO GREIFFENCLAVV
a VOLRATS,
Præpoſito,

D. FRIDERICO a SICKINGEN,
Decano,

D. IOANNI CHRISTOPHORO NEWSTETTER
dicto STVRMER,
Cuſtodi,

D. IODOCO a RIEDT,
Scholaſtico,

D. ANTONIO WALTBOTT a BASSENHEIM,
Cantori,

Ceterisque Metropolitanæ Eccleſiæ Canonicis,

Dominis Mæcenatibus ac Patronis

clementiſſimis, gratioſiſſimis, ac omni obſeruantia colendis,

Pro anni huiuſce ineuntis noui, plurimorumque ſequentium
exordio feliciſſimo, progreſſu fauſtiſſimo, deceſſu beatiſſimo,
ſtrenæ loco, cum humilima, debitaque officii
ac reuerentiæ deuotione,

gratulabundus offert ac conſecrat

GEORGIVS HELWICH, Moguntinus,
eiuſdem Metropolitanæ eccleſiæ Vicarius,

ipſis Kalendis Ianuarii an. MDCXXIII.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ABsolui tandem, Deo auxiliante, quoad licuit, *Reuerendiſſimi ac Illuſtriſſimi, Admodum Reuerendi, Generoſi, Prænobiles, ac Gratioſi Domini*, poſt multos labores ac moleſtias id, quod ante nouem circiter annos, cum libellum *de Nobilitate eccleſiæ Moguntinæ* veſtris Illuſtriſſimis ac Gratioſiſſimis Dominationibus exhibui, promiſeram, plenariam ſcilicet & abſolutiſſimam omnium Prælatorum ac Canonicorum veſtræ ampliſſimæ ac nobiliſſimæ eccleſiæ a primo quaſi exordio fundationis illius vſque in præſens tempus, per annos videlicet ſexcentos, deſcriptionem & catalogum, in quo præfixis ſingulorum nobilitatis ſeu familiæ ſuæ inſignibus natalitiis: quo anno, menſe, ac die, & cuius in locum quilibet ad eccleſiam receptus, quando Capitularium ordini annumeratus, quando ad certas Prælaturas ac dignitates vocatus, quibus præterea aliis in locis beneficiatus, quando denique vel per reſignationem, vel per mortem de eccleſia auocatus, ac vbi terrarum reconditus fuerit, cum certa & accurata epitaphiorum ac monumentorum ſingulorum deſcriptione, piorumque ordinationum, fundationum ac extremæ voluntatis diſpoſitionum eorundem enumeratione, fuſe ſatis ac luculenter demonſtratur, adiuncta ſimul parentum, fratrum ac ſororum, plurimarumque rerum notatu digniſſimarum a diuerſis, ac circa diuerſos geſtarum recenſione, nec non plurimorum, de quibus poſſibile erat, genealogicis tabulis in modum probationis familiæ, a ſedecim aut plurium atauorum nominibus, aut certe octo vel quatuor ad minimum vſque, ex diuerſis nobilium familiarum genealogiis vere & accurate enucleatis ac diſpoſitis. Quæ omnia, vt lectu iucundiſſima, ita & ſcitu, Nobilibus inprimis, familiarum antiquarum cauſſa, itemque originis ac proſapiæ ſuæ probandæ gratia, ſunt vtiliſſima, ſummeque neceſſaria. Quod quidem ſtudium ac diligentiam meam facile quiſque legendo animaduertet: laborem autem ac moleſtiam in iis, nullus niſi ſimili in ſtudio exercitatus credet. Quare operæ pretium me feciſſe multis non dubito, gratiamque idcirco ab ipſis initurum ſpero.

Etſi autem omnibus viribus conatus fuerim, omnes, qui ab ipſa fundatione eccleſiæ vſque ad hæc noſtra tempora vixerunt, Prælatos ac Canonicos inueſtigare, tamen id iuxta conatum meum hactenus præſtare necdum potui: Primum quidem, quoniam plurimorum memoria tam longiſſimorum temporum iniuria, ac anteceſſorum negligentia intercidit, ita vt nunc poſt tot ſæcula elapſa nulla ſpes ſuperſit eam fore inſtaurandam. Plurimi etiam olim, ſicut & nunc, inuenti ſunt, qui talium rerum obſeruationem, Prælatorum ſcilicet, ceterarumque eccleſiæ perſonarum annotationem omnino ſuperuacaneam, aut minus neceſſariam ſtulte arbitrati ſunt: vel ad talia notanda nimium, prout nunc ſunt, deſides fuerunt. Deinde, licet apud plurimos procul dubio libri antiqui, litteræ ac varia huiuſmodi documenta de Prælatis ac Canonicis Moguntinæ eccleſiæ in archiuis, ſcriniis, aliiſque litterarum repoſituris reſeruentur, e quibus eorum nomina ſimul & familiæ, vna cum annis indagari ac cognoſci poſſent, multorum tamen tanta eſt aut inutilis cura ac cogitatio, vt, ſi cuidam talia communicent, totius ſubſtantiæ ſuæ, vel neſcio cuius iacturam timeant: aut ſane ea eſt apud pleroſque inuidia, vt huiuſmodi potius a muribus ac tineis, vel neſcio quo fatali caſu abſumi, ac ſic ab omni hominum memoria perire permittant, quam alicui earum indagatori illa perluſtranda, legenda ac denotanda concedant, quæ querela omnibus hiſtoriographis ac annalium ſcriptoribus ab initio ſemper communis fuit, mihi quoque cauſſa, vt conatui meo in præſenti opere nunquam adhuc ſatisfecerim. Quod autem plurimorum vitæ vel mortis tempus non apponatur, non mea, ſed antiquorum negligentia ac incuria id accidit, qui nuda ſolummodo eorum nomina, ſi tamen aliquando non falſa, abſque anni obitus, vel etiam familiæ annotatione, in ipſo *Animarum* eccleſiæ Moguntinæ *libro*, ex quo eadem collegi, vti & in aliis omnibus huiusmodi mortilogiis, benefactorum indicibus, ac vigiliarum regiſtris ceterarum eccleſiarum factum reperimus, annotarunt.

Quod præterea tam in perſonis, quam annorum notationibus a priori meo opuſculo anno MDCXIV ſub *Nobilitatis eccleſiæ Moguntinæ* titulo edito interdum receſſi,

receſſi, ſimiliter incuria ſuperiorum ſæculorum hominum in cauſſa eſt, qui Canonicorum ſucceſſiones, Capitularium ſeries, & ſimilia hinc inde dubie ſatis, confuſe ac inordinate in parietibus & feneſtris abſque nominibus & annis depinxerunt, quorum notationes huiuſmodi & picturas dubias ac incertas ego, non omnimodam ac plenariam adhuc cognitionem talium habens, ſic cæcus quaſi cæcum ſecutus, longe aliquando a via veritatis, illis ſeductus, aberraui, nominaque eorum ſimul ac ordinem cum tempore ſæpius perturbaui. Iam vero, cum interea temporis, auxilio & adiumento plurimorum, quibus hoc ſtudium atque hic labor cordi fuit, ex variis litteris, libris, aliiſque huiuſcemodi antiquis documentis, epitaphiis item ac tumulorum inſcriptionibus pleniorem ac certiorem cognitionem & experientiam de iiſdem hauſerim, ea omnia in hoc, & in futuro opere, quantum in me fuit, ad veritatis tramitem reducere laboraui; quocirca dabitur venia erratis prioribus illis, qui homo male tunc inſtructus facile errare potui. Taceo hic typographica menda, quorum non pauca ibidem irrepſerunt, eo quod relectioni typi minus tunc præeſſe potui.

Ceterum cum opus ipſum, de quo hic ſermo eſt, rudi adhuc, vt dici ſolet, Minerua ſit conſcriptum, ad limam, vt reuocetur, neceſſe erit, in cuius reuiſione ſimul ac deſcriptione cum non exiguum temporis ſpatium terendum ſit, tardius idcirco in publicum prodire, ac communi vſui exhiberi continget. Vt autem interea temporis guſtus aliquis eiuſdem habeatur, compendium quoddam, ſeu elenchum, tanquam prodromum totius operis, in quo ſingulorum nomina ſimul ac familiæ, dignitates item ac Prælaturæ, nec non anni acceſſus ac receſſus, cum ſepulturis eorundem, breuiter ac ſuccincte explicantur, præire volui.

Qui cum abſolutus in ipſum anni huius noui MDCXXIII felix initium incidiſſet, neque aliis vlla ratione deberetur, *Reuerendiſſimis Celſitudinibus*, nec non *Reuerendis, Generoſis, Prænobilibus, ac Gratioſis Dominationibus veſtris* ſtrenæ nomine, cum humili debitaque officii ac reuerentiæ deuotione, eundem conſecrandum ac offerendum eſſe duxi, ſumma demiſſione enixe rogans & obſecrans, quatenus hanc opellam humilem, in laudem tamen veſtræ ampliſſimæ ac nobiliſſimæ eccleſiæ, totiusque Nobilitatis illuſtrationem ac memoriam inſtitutam, pro tenui informatione, donec opus totum compleatur, clementer, ac benigno vultu ſuſcipiatis, & hoc meum ſtudium deinceps, communicatis ex archiuis, ſcriniis, aliiſque litterarum repoſituris ac documentis antiquis cum veſtri ampliſſimi Collegii totiuſque eccleſiæ, tum exteris etiam ac priuatis iis, quæ operi meo conuenire ac neceſſaria fore videbuntur, adiuuetis, ac quæ deeſſe animaduertentur, ad proximam editionem benigne ac mature communicetis, me quoque Sacellanum veſtrum humilem ac deuotum ſemper commendatum habeatis.

Deus ter Opt. Max. *Illuſtriſſimas Celſitudines, Reuerendas*que *Dominationes veſtras*, vna cum ampliſſima veſtra eccleſia, totius diœceſeos Metropoli, bono publico ſaluas ac incolumes ſemper conſeruare dignetur. Datum Moguntiæ ipſis Kalendis Ianuarii, anno a parta ſalute MDCXXIII.

Reuerendiſſim. ac Illuſtriſſ. Celſitudinum,

nec non

Reuerend. Generoſ. ac Prænob. Dominationum veſtrarum

Deuotiſſimus Sacellanus

GEORGIVS HELWICH,

Metropol. Eccleſiæ Vicarius.

In laudem
AVCTORIS huius operis.

FAMA virum Mogana quos excolere Camena
Artibus, astrigeri clangat in axe poli.
Non tua Moganicis laus emorietur in oris,
Nec fugient studium pramia digna tuum.
Quin etiam, roseus veluti sol, aurea tolles
Tempora, & Eois vrbe veheris equis:
Nam cum se primum vestiuit flore iuuentus,
Paruus adhuc annis, mente sed Hector eras.
Sacrata versus tumulatas ade phalangas,
Militia creuit palma secunda tua.
Ignoti quarum Lemures ne nocte quiescant
Longa, te Herculeo sponte labore premis.
Rimaris tumulos, fatalia saxa fatigas
Voluendo, & sacras perterebrando domos,
Scilicet vt possis mersos caligine manes
Eruere, & fuscos irradiare dies.
Ossa legis Procerum, Mogani laquearia templi
Viderunt niuea quos rutilare mitra.
Qua stirps, qui proaui, lustras, quid nobilis orde
Contineat laudis, qui numerentur aui.
Solue animum curis, Mogani nam lutea Cleri
Lampas flammiuomis astra fugabit equis.
Heu age, sic reage, vt veluti Iouis ales ad ima
Tendas, & capies digna tropæa manu.

Auctori, fratri suo charissimo,
Antiquitatum indagatori indefesso,
in memoriam ponebat,

PHILIP. IACOB. HELWICH, Moguntinus,
Iuridicæ Facultatis auditor.

IN ZOILVM.

QVid, Zoile, de meo hoc labore iudicaturus sis, equidem nescio: laudes, vel vituperes, susque deque habeo. Didici ego a te contemni, & rursum contemnere: quia sic ex vsu; hoc tempore; his moribus. Vt suum cuique pulchrum, sic & hoc præsens opusculum mihimetipsi pulchrum videtur, mihi sic est vsus, & delectatio hæc mea est: tibi vt opus facto, fac: te tua, me delectant mea.

Carpe quoad libitum est, modo non iniurius esto:
Nobilium laudi, quod damus, omne damus.

PROOE-

PROOEMIVM

De Primordio & Fundatione Metropolitanæ ecclesiæ Moguntinæ.

EXigit ratio, & ipsa materia huius operis postulat, vt priusquam de personis Metropolitanæ ecclesiæ (*agam*) de loco, vnde illis denominatio est, & quæ prima & antiquissima maior ecclesia fuerit, perueſtigem. Et primum quidem variæ Metropolitanæ ecclesiæ Moguntinæ apud antiquos appellationes & nomina fuere. Nam vt ex diuersis antiquissimis Diplomatibus ac Bullis constat, *Monasterium maius*, vel *Episcopale*, seu *S. Martini* illa appellata fuit. Præterea in epistolis Canonicorum huius ecclesiæ ad S. Hildegardim conscriptis, *Conuentus fratrum de Domo* nominatur, quod modo *aus dem Dhomb*, vel, *aus dem Dhombstifft* interpretari licet. Itemque *Conuentus fratrum de S. Martino* alibi reperitur. Sed communis eiusdem appellatio nunc est: *Ecclesia maior*, seu *Metropolitana*, vel *Metropolitanum Canonicorum Collegium.*

Illius autem, qualis modo est, prima fundamenta & exordia debentur Reuerendissimo in Christo Patri ac Principi Electori primo, D. WILLIGISO, post S. Bonifacium Moguntinensium Archiepiscopo XVII, qui Ottonis II Imperat. primum Archicapellanus, postmodum ab eius filio Ottone III, cuius moderator antea, & tantisper, donec is adoleuisset, ætateque & iudicio corroboratior effectus esset, in Imperio Romano Gubernator fuerat, ad Archiepiscopatum simulque Electoratum Moguntinensem præ ceteris sex Imperii Septemuiris primarium, primus anno Christi DCCCCLXXVII meruit promoueri. Hic cum esset vir bonus ac iustus, Deique cultor insignis, præter alias Collegiatas ecclesias, monasteria, ædesque sacras, quas in Moguntina diœcesi vel a fundamentis primus fundauit & erexit; vel vetustate collapsas restaurauit atque ampliauit, Moguntinam quoque, quæ nunc maior est, ecclesiam in S. Stephani protomartyris honorem anno circiter DCCCCXC primus construxit, eamque donariis ac ornamentis amplissimis dotauit. Verum postquam nouam deinde in monte, quæ hodie extat, in eiusdem S. Martyris ac Leuitæ Stephani memoriam fundasset, illam ipsam mutato nomine D. Martino Turonensium Episcopo glorioso, vrbis ac totius diœceseos Moguntinæ patrono, anno Christi MIX, in præsentia plurimorum Episcoporum, Abbatum, aliorumque Imperii Procerum summa sollemnitate ac pompa consecrauit, in cuius dedicationis die ipsa, nescio quo fatali casu ac infortunio incensa, eadem rursum conflagrauit, quam ipse mox reædificare cœpit, sed morte præuentus eam ad finem vsque perducere nequaquam potuit. Eam postmodum B. Bardo Moguntinensis Archiantistes XX, Willigisi prædicti in Electoratu successor quartus, extruendo absoluit, & præsente D. Conrado II, Rom. Imp. cum XVII Episcopis & Abbatibus, multisque aliis viris honorabilibus, Indictione V, quarto Id. Nouembris anno MXXXVII sollemni pompa dedicauit, quin & rebus omnibus cum dote & congregatione de Collegiata B. Virginis ecclesia veteri, quæ tunc sic appellata maior erat, ac nunc S. Ioannis Baptistæ dicitur, assumptis, eandem largissime dotauit, prædiisque & possessionibus amplissimis ad Canonicorum seu fratrum (vti tunc simul in clausstro viuentes, & communia omnia habentes nominabantur) sustentationem opulenter ditauit, totius vrbis Episcopalem ac primariam, totiusque diœcesis Metropolim eandem constituens.

Ne autem prædictam B. Virginis ecclesiam, nunc S. Ioannis appellatam, quæ prius pro maiori habebatur, & de qua dotem & congregationem antiquam transtulerat, spoliasse penitusque desolatam reliquisse diceretur, prædiis nouis sua industria acquisitis, nouam congregationem in eadem instituit, eamque pro remedio animæ suæ impense rursum dotauit.

Atque hæc breuiter de exordio ac fundatione Metropolitanæ ecclesiæ Moguntinæ dicta hic sufficiant, quam sequentes Illustres ac regio sanguine orti Duces, Comites, Barones, aliique nobilissimi Germaniæ Proceres, illius alumni ac filii, qui in hoc indice comprehenduntur, prudentia & consilio optime rexerunt, prædiis ac reditibus opulenter ditarunt, vita denique ac moribus egregie illustrarunt, quos singulos iuxta præscriptum ordinem recensendos nunc aggrediamur.

SECTIO I

SECTIO I

Edit. I pag.

PRAEPOSITORVM
ECCLESIAE MOGVNTINAE
Catalogum complectens.

THEODORICVS. Vir nobilis, ſtudioſus ac eruditus, maioris eccleſiæ Mogunt. Præpoſitus fuiſſe ſcribitur tempore Ruperti XVI Archiepiſcopi Mogunt. anno circiter 960. Sed cum eo tempore eccleſia hæc maior nondum fuerit fundata, intelligendum eſt de antiqua olim *D. Virginis*, teſte *Rabano Mauro*, nunc vero *S. Ioannis Baptiſtæ* eccleſia, quam olim maiorem ſeu Metropolitanam fuiſſe diximus. Hic itaque Theodoricus Præpoſitus eccleſiam *S. Ginzolphi*, quæ nunc arcis templum eſt, pro XII fratribus conſtruxit ac dotauit; poſtmodum Treuirorum Archiepiſcopus conſtitutus, obiit anno Chriſti 970. Treueri in cœmeterio D. Eucharii tumulatus. *Trithemius* & *Cratepolius*.

MEGINGANDVS. Vir bonus & iuſtus, Præpoſitus Mogunt. Vixit anno 990. qui poſt hæc ab Henrico II Imper. Treuirorum item Archipræſul conſtitutus, obiit anno 1014 Confluentiæ, ibidem ſepultus. *Cratepolius*.

EMBRICHO *Comes Leyningenſis*. Vir religioſus & laudabilis, ex Præpoſito Mogunt. Epiſcopus Auguſtanus eligitur anno 1064, Henrici IV Imperat. promotione. moritur anno 1077. *Matthæus de Pappenheim*, *Achilles Gaſſarus*, *Martin. Cruſius*.

1046 HERMANNVS, *alias* RICIMANNVS. Embrichoni in Præpoſitura ſucceſſit anno 1064, factus Epiſcopus Bambergenſis anno 1065, exautoratur rurſum anno 1075, eo quod ſimoniace Epiſcopatum acceperat. *M. Scotus. Lamb. Schaffnaburgenſis*, *Bruſchius*, *Serarius*. 2

RAZO. Præpoſitus citatur in litteris cœnobii S. Iacobi Moguntinenſis de anno 1070.

GODEBOLDVS. Teſtis ponitur in litteris eiuſdem monaſterii de annis 1092 & 1096, itemque in fundatione cœnobii Chomburgenſis.

ANSHELMVS. Huius mentio fit item in litteris eiuſdem monaſterii S. Iacobi de annis 1112 & 1122.

DVDO. Succeſſor Anshelmi, interfuit dotationi monaſterii Sponheimenſis a Megenhardo de Sponheim Comite Moguntiæ in eccleſia maiori facta anno 1124. *Trithemius* in Chronico Sponheim.

HENRICVS, dictus *Felix*, maioris & S. Victoris eccleſiarum Præpoſitus, Dudonis ſucceſſor, vixit anno 1130, eligitur in Archiepiſcopum Moguntin. anno 1142, ſed poſtmodum deponitur ſimul ac moritur anno 1153. *Dodechinus*, *Trithemius*, *Cratepolius*, *Serarius* in Chron. Mogunt.

HARTMANNVS. Citatur in litteris monaſteriorum S. Iacobi anno 1151, S. Ruperti de annis 1152 & 1158.

ARNOLDVS. Huius mentio fit in litteris cœnobii S. Ruperti de annis 1171, 1181, & 1187, itemque in litteris eccleſiæ S. Mauricii Moguntin. de anno 1184.

SIGIFRIDVS *Baro de Epſtein*. Maioris & S. Petri eccleſiarum Præpoſitus, Archipræſul Mogunt. eligitur anno 1200. Obiit anno 1225, Erfordiæ ſepultus. *Trithemius*, *Bruſchius*, *Serarius*, & alii.

PHILIPPVS. Citatur in litteris Sifridi II Archiepiſcopi Mogunt. de anno 1215, quibus cœnobio S. Ruperti omnia priuilegia ab anteceſſoribus data confirmat.

HENRICVS. Interfuit confirmationi ac dotationi monaſterii S. Catharinæ iuxta

Edit. I pag. 3 iuxta Crucenacum anno 1219, itemque confirmationi cœnobii Virginum in Schmerlenbach eodem anno.

CHRISTIANVS. Vir bonus, sanctus ac doctus, prius fuit Cantor, dehinc Decanus, tandem Præpositus, citatur in litteris monasterii S. Iacobi de anno 1247. Vltimo electus Archiepiscopus Mogunt. anno 1249, deponitur anno 1251. *Trithemius*, *Bruschius*, *Serarius*.

WERNERVS *Comes* a *Falckenstein*. Vir ingenio excellens ac prudens, successor Christiani factus anno 1247, tandem electus in Archiepiscopum anno 1260, obiit anno 1284, 2 April. Moguntiæ sepultus. *Trithemius*, *Bruschius*, *Cratepolius*, *Serarius*. 1247

SIFRIDVS *Baro* a *Westerburg*. Canonicus Colonienſis, Wernero in Præpositura Mogunt. successit anno 1260; postmodum Colonienſis Antistes creatus anno 1275, obiit anno 1298, Bonnæ in monasterio D. Cassii sepultus. *Trithemius*, *Bruschius*, *Cratepolius*. 1260

HERMANNVS *Sifrido* in Præpositura successit anno 1275, citatur in litteris S. Iacobi de anno 1283, quo anno obiit. 1275

PETRVS *Reich* de *Reichenstein*. Hermanni successor factus anno 1283, Præpositus item Basileenſis; factus Episcopus ibidem anno 1286, obiit anno 1290, die 6 Septembr. Basileæ sepultus. *Albertus Argentinenſis*, *Trithemius*, *Chron. Basileenſe*. 1283

FRIDERICVS *Baro* de *Epstein*. Successit Petro anno 1286. *Catalogus Canonicorum Mogunt. MS.* 1286

IACOBVS de *Nortmannis*. Citatur in *libro animarum* ecclesiæ Mogunt. nullo apposito anno, itemque in Catalogo Canonicorum MS.

HENRICVS *Comes* de *Staheleck*. Citatur item in Catalogo Canonicor. MS. absque anno.

BERTELINVS. Vixisse reperitur anno 1326. *Catalogus Canonicorum Moguntin. MS.* 1326

4 IOANNES de *Columna*, Romanus. Protonotarius Apostolicus primum, deinde Diaconus Cardinalis S. Angeli in Piscina, Præpositus fuit Mogunt. sub anno 1347, quo anno obiisse eum tradit *Onuphrius*. 1347

CVNO *Comes* a *Falckenstein*, Dominus *in Müntzenberg*, Canon. Moguntinus, Colonienſis & Treuirenſis, Ioannis de Columna successor, vixit anno 1351; quo anno & Moguntinæ ecclesiæ administrationem tenuit; postmodum Præpositura resignata, electus tandem fuit in Antistitem Treuirenſem an. 1362, itemque Colonienſem anno 1368. obiit an. 1388, mens. Iunio, Confluentiæ in æde D. Castoris tumulatus. *Albertus Argentinenſis* & alii. 1351

GVILHELMVS *Pintschon*, Francigena, vir apud Pontifices Romanos propter prudentiam & ingenii dotes maximæ autoritatis ac venerationis. Hic licet post obitum Ioannis de Columna Præposituram a Clemente VI Pontifice contra Cunonem de Falckenstein obtinuerat, tamen pacis ac concordiæ amans post longas tandem altercationes ipso Rege Rom. & aliis regni Proceribus Cunoni vltro cessit: vltimo tamen Cunone rursum ipsi resignante eandem consecutus fuit. Multa hic Moguntinæ ecclesiæ beneficia præstitit, eiusque præsentias plurimum auxit. nam ius patronatus septem ecclesiarum parochialium, videlicet Bischofsheim super Tubarim, Burgestat, Wallenstat, Sulburg, Lyderbach, Fünthen, & Waltbeckelnheim ad præsentias in perpetuum concessit ac donauit. Obiit anno 1360, Nonis Octobr. ante aram D. Petri in ecclesia Moguntina sepultus. *Albertus Argentinenſis*; *Liber animarum ecclesiæ Moguntinæ*. 1360

GERBODO. Moguntinenſis Præpositus reperitur in *libro animarum* ecclesiæ S. Petri Mogunt. ad diem 12 Nouembr. sed annus non additur, quo obierit: eum autem circa hæc tempora vixisse reor.

SIFRIDVS *Comes* de *Runckel*. Præpositus nominatur in *libro animarum* ecclesiæ Moguntinæ, sed nullo apposito anni numero, qui in Octaua S. Catharinæ Virg. legauit 12 ℔. hal.

ANDREAS *Dominus* in *Brauneck*. Vixit anno 1380. multa hic in ecclesia Moguntina instituit, & Præbendas Canonicorum atque præsentias plurimum auxit. 1380

auxit. Obiit anno 1388, die 19 April. ante altare trium Regum eccleſiæ maioris ſepultus. *Liber animarum.* Edit. I pag. 5

GYSELBERTVS a *Rheinberg.* Præpoſitus Moguntinus citatur in *libro animarum* eccleſiæ Mogunt. ſed abſque anno: eum tamen circa hæc tempora vixiſſe reor: in eius anniuerſario annue 30 ſiliginis maldra cedunt deſeruienda.

GVNTHERVS *Comes* a *Schvvartzenburg.* Præpoſitus, electus in Archiepiſcopum Magdeburgenſem anno 1403, Præpoſituram reſignauit. Obiit ſenex anno 1444, 4 Non. April. Magdeburgi ſepultus. *Annales Magdeburgenſes, Henninges, Reuſnerus.*

1403 IOANNES a *Schonenburg.* Ex Scholaſtico Præpoſitus factus anno 1403, obiit anno 1414, nona Iulii, in ſacello S. Nicolai eccleſ. Mogunt. ſepultus.

1414 WILHELMVS *Comes* de *Naſſavv.* Cantor prius, ſucceſſit Ioanni anno 1414, obiit anno 1430, die 18 April. ante aram trium Regum ſepultus cum patre, matre, & ſorore.

1430 ALBERTVS *Pincerna* de *Limpurg.* Decretorum Doctor. Wilhelmi ſucceſſor factus anno 1430; poſtmodum reſignauit. Herbipolenſis & D. Albani eccleſiarum Canonicus. Obiit anno 1449, 6 Idus Maii. Moguntiæ in ambitu ſepultus.

SCAFFRIDVS *Comes* de *Leyningen*, alias GOTFRIDVS. Præpoſitus Moguntinus fuit circa hæc tempora, cuius tamen annus adhuc incertus: eius memoria habetur in *libro animarum* eccleſiæ S. Andreæ Wormatienſis.

HENRICVS *Comes* de *Naſſavv.* Moguntinenſis & Bonnenſis eccleſiarum Præpoſitus, vixit ſub annis 1447, 1463, 1475; cuius obitus necdum conſtat.

THEODORICVS *Marchio Montisferrati*, alias *Palæologus* dictus, Protonotarius Apoſtolicus, ac tituli S. Theodori Diaconus Cardinalis. Præpoſitus factus poſt Henricum, vixit anno 1478, Canonicus item S. Stephani. Moguntiæ obiit anno 1481, 12 Kalend. Febr. Aſtæ in Lombardia ſepultus. *Onuphrius, Reuſnerus, litteræ eccleſiæ Moguntinæ.* 6

1481 IOANNES IACOBVS *Sclafenatus*, patria Mediolanenſis, D. Stephani in Cœlio monte S. R. E. Presbyter Cardinalis, Parmenſis. Theodorici in Præpoſitura ſucceſſor factus anno 1481, reſignauit eandem Philippo Palatino anno 1490. Obiit Romæ 1497, 5 Id. Decembr. in eccleſia S. Auguſtini reconditus. *Onuphrius, & epitaphium eius mihi a R. P.* Michaele Cremerio, *Conuentus Ord. Prædicat. Moguntini Priore anno* 1612 *Roma allatum, litteræ eccleſiæ maioris.*

1490 PHILIPPVS *Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ.* factus Præpoſitus ex reſignatione Ioannis Iacobi Cardinalis, Præpoſitus item D. Albani; factus Epiſcopus Friſingenſis anno 1499, Præpoſituram fratri reſignauit. Hinc etiam anno 1517 Naumburgenſis Antiſtes conſtitutus; poſtremo, Coadiutore ſibi aſſumpto, ipſe dierum plenus obiit anno 1540. Friſingæ ſepultus.

1499 GEORGIVS *Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ.* Moguntinæ, Colonienſis, Treuirenſis, ac Spirenſis eccleſiarum Canonicus, ex reſignatione fratris Philippi Præpoſitus factus anno 1499; poſtmodum Spirenſis Epiſcopus electus anno 1513. Obiit tandem anno 1529, die 28 Septembr. Spiræ in maiori eccleſia ſepultus.

1529 IOANNES ALBERTVS *Marchio Brandenburgenſis.* Moguntinæ & Colonienſis eccleſiarum Canonicus, poſt Georgium defunctum Præpoſituram adeptus eſt anno 1529. Verum Marquardo a Stein de eadem prouiſo ad interceſſionem Reuerendiſſimi Moguntini & aliorum Procerum cedens, libere eandem reſignauit anno ſequenti 1530: ipſe poſtmodum Cuſtos factus, de quo pluribus infra in Cuſtodibus.

1530 MARQVARDVS a *Stein*, antiquitus *Klingenſtein*, ex Sueuia. Præpoſitus factus anno 1530, poſt liberam ceſſionem Ioannis Alberti; Præpoſitus item Bambergenſis, & Auguſtenſis, nec non Dillingenſis, ac D. Victoris Moguntiæ & S. Cæſ. Maieſt. Conſiliarius. Obiit Auguſtæ anno 1559, die 14 Ianuar. ibidem in cathedrali eccleſia ſepultus.

1559 RICHARDVS *Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, Princeps Simmeranus.* Moguntinæ, Colonienſis, & Argentinenſis eccleſiarum Canonicus, Marquardi ſucceſſor factus anno 1559; poſtmodum item Præpoſitus Argentinenſis electus, 7

Edit. I pag. 8 ctus, tandem anno 1562 resignauit, ac ecclesiastico statu derelicto vxorem duxit.

ALEXANDER *Fugger*, *Baro* a *Kirchberg* & *Weissenhorn*, Præpositus Frisingensis, ex resignatione Richardi Præposituram Moguntinensem adeptus, licet de gremio ecclesiæ Moguntinæ ac numero Canonicorum minime fuerit; qua caussa motus eandem sequenti anno in manus Capituli resignauit. 1562

IOANNES ANDREAS *Mosbach* de *Lindenfels*, ex Decano Præpositus eligitur a Capitulo primus an. 1563, ex Pii IV Pontif. Romani indultu, cum hactenus ius collationis Præposituræ penes ipsos Pontifices Rom. fuerat, vt ex Bulla dicti Pontif. Pii plenius cognoscitur. Cantor item S. Albani ac D. Victoris Canonicus, nec non Iudicii sæcularis Camerarius. Obiit in Reinheim die 5 Maii anno 1571, Moguntiæ in sacello S. Michaelis ecclesiæ maioris sepultus. 1563

WOLFGANGVS *Camerarius* de *Wormatia* dictus *a Dalberg*, ex Scholastico Præpositus electus anno 1571. Præpositus item Spirensis, ac D. Albani Moguntiæ Custos, nec non B. Virg. ad gradus ibidem Canonicus. factus Archiepiscopus Moguntinus anno 1582, die 20 April. Præposituram resignauit. Obiit anno 1601, die 5 April. Moguntiæ in choro maiori sepultus. 1571

GEORGIVS a *Schönenburgk*, ex Decano Moguntinensi & Episcopo Wormatiensi Præpositus Moguntinus eligitur anno 1582, die 29 Octobr. Præpositus item D. Virg. ad gradus ac S. Albani Canonicus. Obiit Spiræ in conuentu Imperiali Rudolphi II Cæsaris vices gerens anno 1595, die 11 August. inde Wormatiam aduectus, in sacello S. Georgii ecclesiæ cathedralis tumulatus fuit. 1582

PHILIPPVS *Cratz* a *Scharpffenstein*, ex Decano item Præpositus ordinatur post obitum Georgii anno 1595, die 25 Septembr. Præpositus item Wormatiensis ac S. Bartholomæi Francofurtensis, in Episcopum Vangionum eligitur anno 1604, die 4 Maii. Obiit Moguntiæ anno eodem, die 13 Iulii, in sacello omnium Sanctorum ecclesiæ maioris sepultus. 1595

GEORGIVS ERIDERICVS *Greiffenclavv* a *Volrats*, ex Scholastico Præpositus designatus anno 1604, die 5 August. Præpositus item Wormatiensis & S. Albani Moguntiæ Custos, nec non cathedralis Spirensis, itemque D. Victoris & B. Virginis ad gradus Mogunt. ecclesiarum Canonicus. in Episcopum Wormatiensem eligitur die 15 Septembris anno 1616. Præest hoc anno adhuc, licet summa cum difficultate propter turbulentum totius Imperii statum, vtiliter tamen ac summa cum laude. Cuius Celsitudini vt Deus Opt. Max. diuinam suam gratiam, gubernationem felicem, regimen diuturnum, valetudinem prosperam, pacem perpetuam, omnemque benedictionem temporalem atque sempiternam clementer tribuat, ex animo humillimo precor. 1604

SECTIO II

Edit. I pag. 9

DECANORVM ECCLESIAE MOGVNTINAE

Catalogum complectens.

SANCTVS IVSTINVS. Huius reliquias vna cum aliorum Sanctorum sacris ossibus reperi anno Domini 1614 in Collegiata S. Mauritii ecclesia Mogunt. cum a Decano ac Capitulo ad easdem perlustrandas & examinandas (licet indignus) deputatus eram, circa quas schedulam perexiguam e pergameno legi his litteris inscriptam: *Reliquiæ S. Iustini olim Decani Moguntinensis.* quo autem Christi anno hic vixerit, & quo sub Præsule Moguntinæ ecclesiæ præfuerit, nullatenus indagare potui, neque quicquam aliud in antiquitatibus, aut scriptis apud ecclesiam Moguntinam reperi vel legi. Verum si Sanctus, si Sanctorum ac Beatorum numero in cælis assignatus & adscriptus, merito inter omnes metropolitanæ ecclesiæ Moguntinæ Decanos (quandoquidem, quo ordine collocandus sit, ignoratur) primus & antesignanus ponatur, æquum ac iustum erit.

VOLCKMARVS. Vixit sub Ruthardo Archiepiscopo Mogunt. interfuit fundationi cœnobii Chomburgensis, in diœcesi Augustana siti, anno 1080. *Crusius.* citatur item testis in litteris monasterii S. Iacobi Mogunt. datis ab eodem Archiepiscopo Ruthardo anno 1092 super donatione X librarum & V solidorum in *Lorch*, in quibus alio nomine VOLCOLT appellatur.

CEIZOLPHVS, alias *Ceiholfus*, vel *Zeizolphus*, testis ponitur in litteris cœnobii S. Iacobi Mogunt. de an. 1112, super donatione allodii cuiusdam in *VVeilbach.* citatur item in priuilegio Adelberti I Mogunt. Archiepiscopi ciuibus dato anno 1116, quod valuis æneis in gradibus B. Virg. Mogunt. incisum legitur: pluribus item aliis in litteris huius mentio fit, sub prædictis annis.

CVNO. Decanus de Domo, *aus dem Dhom*, appellatur in litteris confirmationis datis ab Adelberto I Archiepisc. Mogunt. an. 1124 super donatione, qua Comes Megenhardus de Sponheim ecclesiam & monasterium Sponheimense iuxta Crucenacum ordini S. Benedicti in perpetuum possidendum tradidit. citatur item in fundatione Abbatiæ montis S. Ioannis in Ringauia ordinis D. Benedicti sub anno 1130.

HARTMANNVS. Decanus citatur in secunda confirmatione priuilegii illius Adelberti I, Archiepiscopi Moguntini, ciuibus an. 1135 dati, ac valuis æneis in grad. B. M. Virg. Mogunt. inscripti, de quo supra in *Cunone.*

SIGELO, seu *Sigelous*, vti appellatur in litteris Arnoldi Archiepiscopi Moguntini, in quibus monialium S. Ruperti possessiones confirmat, eisque liberam electionem Abbatissæ concedit, & eas sub patrocinium ac tutelam suam ac successorum Archiepiscoporum recipit. earum datum est anno 1158.

HENRICVS. Decanus adfuit traditioni molendini cuiusdam factæ cænobio S. Ruperti iuxta Pinguiam anno 1181 per Abbatem S. Albani Mogunt. citatur item in litteris ecclesiæ S. Mauritii Mogunt. de anno 1184. Item eius mentio fit in aliis litteris ecclesiæ Mogunt. de an. 1188.

GODEFRIDVS. Decanus metropolitanus citatur testis in litteris de anno 1215, quibus Sifridus II Archiepiscopus Mogunt. monasterio S. Ruperti iuxta Pinguiam omnia priuilegia a suis antecessoribus concessa confirmat, ac sorores eiusdem ab oneribus petitionum de bonis suis liberat, easque sub patrocinium S. Martini, ac sub tutelam sui, successorumque Archiepiscoporum suscipit.

POPPELINVS, seu *Poppo.* hic anno 1219 interfuit donationi monasterii S. Catharinæ iuxta Crucenacum, quam Sifridus Iunior Mogunt. Archiepiscopus con-

Edit. I pag. 11 confirmauit. *Trithemius.* Adfuit & eodem anno confirmationi cœnobii monialium in Schmerlenbach ab eodem Sifrido Archiepiſcopo factæ.

CHRISTIANVS. Ex Cantore, cuius ſub anno 1219 in confirmatione cœnobii Schmerlenbach prædicti facta mentio, Decanus electus fuit anno 122.. in qua dignitate conſiſtens, altare S. Bartholomæi in eccleſia maiori Mogunt. inſtituit ac fundauit circa annum Chriſti 1228, vti ex litteris quibuſdam cognoſcitur ſuper inſtitutione ſeu ordinatione duorum miniſtrorum ſummi altaris in maiori eccleſia, qui nunc Sacriſtani appellantur, a Sifrido III ſeu Iuniore, Mogunt. Archiepiſcopo, datis. Hic poſtmodum an. 12.. Præpoſitus conſtitutus, vixiſſe reperitur in litteris de anno 1247. a qua dignitate tandem etiam anno 1249, poſt Sifridum Iuniorem Moguntin. Archiepiſcopum defunctum, ad Archiepiſcopatum translatus fuit: ſed cum pacis quam belli ſtudioſior eſſet, in odium Regis Rom. ac multorum laicorum venit, qui omnes eum apud Papam accuſantes, eo quod inutilis eccleſiæ eſſet, & a Rege ad expeditiones euocatus inuitus veniret, eum ab Epiſcopatu ſubmoueri obtinuerunt. Ceſſit ergo an. 1251 Gerhardo Com. Sylueſtro Subdiacono, in eius locum a legato Apoſtolico ſubſtituto; nec multo poſt eodem anno quoque obiit, cum vix annis duobus ſedi Moguntinæ præfuiſſet. vbi autem reconditus fuerit nihil reperio.

RVTHARDVS. Decanus Moguntinus citatur in *libro animar.* cœnobii S. Ruperti iuxta Bingiam, ad diem 2 Idus Iunii: quo anno autem obierit, non additur, neque, quando vixerit, compertum habeo.

CVNO a *Dürckheim*, alias *Conradus.* hic anno 1240 interfuit donationi cuidam cœnobio monialium in Schmerlenbach per D. Albertum de Kugelberg Cantorem Mogunt. factæ. Huic anno 1244 Papa Innocentius vſum infulæ conceſſit, quod anteceſſoribus eius hactenus negatum fuerat. Poſt obitum autem D. Landolffi de Hoheneck Epiſcopi Wormatienſis, anno 1247 eidem in Epiſcopatu vnanimiter electus ſucceſſit: vnde & triceſimo poſt electionem die, per Rhenum Noueſium deſcendens, ibidem a Pontificio quodam legato confirmatus ac conſecratus fuit. Cum vero inde reuerteretur, apud Laureacum in grauiſſimum
12 morbum incidens, ibidem die ſexto Octobris, quæ erat triceſima poſt adeptam a legato conſecrationem, ex hac vita deceſſit; vnde Moguntiam reuectus, ibidem in eccleſia maiori ante aram D. Petri tumulatus fuit.

IOANNES. Decanus citatur in litteris de anno 1254. Itemque in litteris monaſterii S. Diſibodi de anno 1259, quibus Abbas eccleſiæ Mogunt. ſingulis annis centum ſiliginis maldra in gratiam accepti cuiuſdam beneficii promittit, quarum copiam vide in Chronico Sponheimenſi *Trithemii.*

LVDOVICVS. Teſtis citatur in litteris monaſterii S. Iacobi Mogunt. de anno 1263 ſuper libertate bonorum eiuſdem in villis *Eberſheim* & *Armſheim* a ſeruitiis & precariis. Item citatur in aliis litteris de annis 1265, 1266, & 1267, quo anno obiit.

SIMON a *Schoeneck.* Decanus citatur in litteris monaſterii S. Iacobi de anno 1270 ſuper non recipienda procuratione in Gensheim villa. Sub eo anno 1279 extructa fuerunt ſacella lateralia in eccleſia maiori Mogunt. magiſtris fabricæ exiſtentibus Reuerend. ac Nob. Dominis Emerchone de Schöneck, & Ottone de Rûdesheim Canonicis. Anno 1283 cum ceteris Capitularibus confirmauit donationem quandam cœnobio monialium Schmerlenbach a Wernero Mogunt. Archiepiſcopo factam: quo ipſo anno, poſt obitum D. Friderici Comitis Hirſuti de Baymberg, in Wormatienſem Antiſtitem electus fuit, cui eccleſiæ præfuit laudabiliter ac vtiliter annis 8, menſ. 3, dieb. 14. obiit anno 1291, die 21 Nouembr. in monaſterio Franckenthal ſepultus. 1267.

GEBEHARDVS. Decanus citatur in confirmatione cuiuſdam donationis factæ a Wernero Archiepiſcopo Mogunt cœnobio monialium in Schmerlenbach, quam Capitulum Moguntinum litteris deſuper datis ac ſubſignatis anno Domini 1284 roborauit. Eius quoque memoria annua habetur in eccleſia Mogunt. in cuius anniuerſario 6 maldra ſilig. deſeruiuntur: quo anno autem obierit, indagare necdum potui. 1283.

IOANNES de *Sigersberg.* Decanus interfuit confirmationi donationis vil-
19 læ Beſſenbach factæ cœnobio monialium in Schmerlenbach anno 1295, quam Gerhardus Archiepiſcopus Mogunt. conſenſu Capituli maioris confirmauit. Eius et-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iam mentio fit in litteris quibusdam cœnobii monial. in Rethers ord. Præmonstratensis, Mogunt. diœcesis de anno 1297. Edit. I pag.

OTTO a *Rüdesheim*. Collegiatæ S. Mauritii Mogunt. Præpositus, nec non maioris ac B. M. in gradibus, itemque S. Martini Wormatiens. ecclesiarum Canon. D. Ioanni in Decanatu successit anno 13... obiit anno 1320, in vigilia S. Iacobi Apostoli, quæ fuit 24 dies Iulii, sepultus Moguntiæ ante aram S. Petri, sub monumento seu tabula ænea. Post hunc Decanatus aliquamdiu ferme per sesquiannum vacauit; nullus enim Decanus anno 1321 kalendis Nouembr. fuisse reperitur in litteris, in quibus scribitur: *sede & Decanatu vacantibus.*

IOANNES de *Constantia*, cognomento *Vnderschaff*, S. Bartholomæi Francofurtensis Præpositus, D. Ottonis in Decanatu successor factus anno 132.. homo vilis ac tenuis fortunæ, qui postmodum auxilio Matthiæ Mogunt. Archiepiscopi illustrior ac opulentior euasit: exiguam tamen de Moguntina ecclesia laudem promeritus; nam, vt scribunt, auctor fuit dissensionis in electione noui Archiepiscopi Mogunt. post obitum D. Petri Aychspalterii, alias de Treuiris nuncupati, anno 1320. Itemque anno 1328, testante *Francisco Guillimanno* in Episcopis Argentinensibus, Matthia de Bucheck Mogunt. Archiepiscopo e viuis sublato, Hugo frater eius Auinionem ad curiam Pontificiam ilico profectus est, &, vt fratri fratrem successorem Pontifex declararet, rogauit, quod ipsum Pontifex annuit: sed Canonici fraude & malignitate huius Ioannis Decani inducti, Balduinum Treuirensem Archiepiscopum contra Pontificis voluntatem postularunt, eique loca munita & oppida obtulerunt. Hic idem Bertholdo fratri Matthiæ Archiepiscopi in Episcopatu Argentinensi obstaculo fuit, quod prædictus *Guillimannus* fusius explicat. Idem quoque anno 1338 Ludouico Imp. a Pontifice excommunicato adhæsit, vnde & omnibus suis reditibus præ ceteris libere frui potuit. De his *Ioannes Latomus* in *Chronico Francofurtensi suo MS.* itemque *Serarius* lib. 5 *rerum Moguntiacarum*, & alii. Obiit autem hic *Ioannes* Decanus anno 1345 kalend. Maii, iuxta *lib. anim. maior. Eccles.* 14

1345 GERLACVS *Comes* de *Nassavv*, Adolphi Rom. Imp. nepos, Ioanni in Decanatu successit anno 1345; anno vero sequenti 1346 D. Henrico de Firnenberg Moguntino Archiepiscopo, qui Ludouico Imp. contra prohibitionem summi Pontificis adhærebat, excommunicato ac deposito, per Capituli electionem, ac summi Pontificis consensum ad ecclesiam Mogunt. assumptus fuit, 7 Id. April. qui tamen ante mortem ipsius Henrici ad possessionem non peruenit. Henricus enim fretus auxilio Ludouici Imp. & aliorum, se, vt ante, pro Archiepiscopo gessit, atque contentiones & bella per annos octo, non sine magno ecclesiæ populique subiecti detrimento cum Gerlaco habuit. Tandem vero Henrico anno 1354 defuncto, quietam possessionem obtinuit totius Archiepiscopatus, quem laudabiliter ac vtiliter rexit annis 16. Obiit tandem calculo Aschaffenburgi anno 1371, die 12 Febr. sepultus in Eberbacensi Ringauiæ cœnobio in choro.

1346 RVDOLPHVS dictus *Losse* de *Isenaco*, D. Gerlacum canonice in Archiepiscopum electum, in Decanatu secutus anno 1346. Hic in fundatione plurimarum missarum ac anniuersarii, sui memoriam non exiguam in Moguntina ecclesia reliquit. Obiit anno Christi 1364, 2 Nonas Ianuarii, in sacello S. Michaelis Archangeli ecclesiæ Mogunt. sepultus.

1364 OTTO a *Wettin*, Wormatiensis ecclesiæ Cantor, nec non Moguntinensis & Mindensis Canonicus, mortuo Domino Rudolpho in Decanum electus fuit anno 1364. Post obitum tandem D. Gerhardi Comitis de Schavvenberg, Mindensis Episcopi, a Pontifice Max. ad eandem sedem promotus fuit anno 1368; cui dignitati tamen diu præesse haud potuit: hydropico enim morbo correptus & excruciatus eodem ipso anno electionis, die 16 Aug. obiit, Mindæ in choro fratrum Dominicanorum ante summam aram, vt viuens petierat, sepultus.

1368 HENRICVS *Bayer* de *Boppardia*, post resignationem D. Ottonis, paribus Canonicorum suffragiis in Decanum electus fuit anno 1368. quod officium prouide ac vtiliter gubernauit annis 9. mortuus anno 1377, die 5 mensis Octob. ante aram trium Regum in ecclesia Mogunt. sepultus. 15

1377 WILHELMVS *Flach* a *Schvvartzenburg*, mortuo D. Henrico a toto Capitulo

Edit. I pag. tulo vnanimiter in Decanum electus fuit anno 1377. præfuit annis circiter 6. obiit anno 1383, in vigilia S. Andreæ Apostoli die 29 Nouembr. in sacello S. Nicolai ecclesiæ metropolitanæ sepultus.

EBERHARDVS de *Ippelbrun.* maioris, ac D. Virg. ad gradus Canonicus. Decanus factus anno 1383, mortuus anno 1418, die 13 mens. Septembr. in ambitu ecclesiæ maioris sepultus. 1383

IOANNES *Weis* a *Fevverbach.* ex Scholastico successor D. Eberhardi in Decanatu factus anno 1418. obiit anno 1428, die 20 Martii, ante aram D. Kiliani ædis maioris reconditus. 1418

PETRVS *Echter* a *Mespelbrun.* Scholasticus maioris, nec non S. Mauritii Præpositus, ac B. Virg. in gradibus Canonicus, Decanus eligitur anno 1428 post transitum D. Ioannis. Obiit calculo anno 1442, die 16 Ianuarii, sepultus in sacello S. Andreæ Apostoli ecclesiæ maioris. 1428

PETRVS de *Vdenheim.* Scholasticus item maioris, ac D. Albani extra muros Moguntinos Præpositus, successit in Decanatu D. Petro anno 1442. obiit anno 1448, feria quinta, 5 Non. Octobr. ante aram S. Christophori, iuxta chorum ferreum ecclesiæ maioris tumbatus, in qua perpetuam præmissariam instituit ac fundauit. 1442

RICHARDVS a *Cleen.* Ecclesiarum D. Albani ac S. Crucis Præpositus, atque metropolitanæ Moguntinensis Canonicus primum, postmodum Cantor, successit Petro de Vdenheim in Decanatu anno 1448. obiit anno 1450, die 13 mens. Martii, in ambitu ecclesiæ maioris sepultus. 1448

16 HENRICVS *Greiffenclavv* a *Volrats.* Decanus prius Treuirensis, nec non maioris, ac D. Albani ecclesiarum Moguntiacarum Canonicus, successit in Decanatu Mogunt. D. Richardo anno 1450; postmodum vero anno 1456 Decanatum vna cum ceteris Præbendis suis resignans, spreto mundo, & curis sæculi valedicens, in cœnobio *S. Pantaleonis* Coloniæ monasticen amplexus est, fratris sui Friderici Militis Hierosolymitani exemplo ductus, qui defuncta vxore, Hierosolymam profectus, ibidemque militarem ordinem consecutus, tandem mundo ac concupiscentiis eius relictis, Ragusæ in eadem terra sancta monasterium, quod *Taxa* nominatur, ingressus, alteræ regulæ S. Francisci monachus factus est, cum prius stirpis totius propagator extitisset. 1450

IOANNES *Nix* de *Hoheneck* dictus *Entzberg.* Præpositus Wormatiensis, nec non Moguntinensis ac Spirensis ecclesiæ Canonicus, post resignationem D. Henrici, in Decanum electus fuit anno 1456; postmodum mortuo Sifrido III, Spirensis ecclesiæ Episcopo, anno 1459 eidem in Episcopatu successit die 7 Septembr. electus: in quo postquam sedisset annis 4, mens. 2, diebus 21, Episcopatum resignauit D. Matthiæ a Ramung, anno 1464, die 4 Iulii, reseruata sibi, quoad viueret, Obergrunbacensis arcis possessione: in qua anno 1467, die 8 Septembr. pie obdormiuit, Pfortzhemii in Franciscanorum templi choro ante summum altare reconditus. 1456

RICHARDVS de *Oberstein.* Præpositus Aschaffenburg. & Mogunt. Canonicus, electus fuit in Decanum anno 1459; sed resignans postmodum anno 1474, Canonicus Iubilarius obiit anno 1487, die Solis, 13 Maii; in sacello D. Nicolai maioris ecclesiæ Mogunt. sepultus. 1459

BERTHOLDVS *Comes* de *Hennenberg.* Moguntinensis & Argent. ecclesiarum Canonicus, post resignationem D. Richardi ad Decanatum vniformi electione Canonicorum promotus fuit anno 1474: mortuo postmodum Alberto Saxoniæ Duce, Administratore Moguntinensi, in Archiepiscopum electus anno 1484, die 20 Maii. obiit anno 1404 die 20 Decembr. sedis suæ an. 21, mense 6, die 29, ætatis 64. ante chorum ferreum, iuxta aram S. Christophori maioris ecclesiæ sepultus. 1474

17 BERNHARDVS a *Breidenbach.* Iuris Doctor, maioris, D. Albani & B. M. Virginis in gradibus ecclesiarum Canon. Apostolicæ sedis Protonotarius, nec non Iudicii sæcularis Mogunt. Camerarius, post D. Bertholdum in Decanum electus fuit an. Christi 1484, cum priori anno 1483 peregrinationem Hierosolymitanam ac montis Sinai, vna cum Ioanne C. in Solms, Domino in Müntzenberg, ac Philippo de Bicken-Milite peregisset, quæ edita an. 1486 latina simul & vulgari 1484

lingua

lingua extat. obiit autem ipſe anno 1497, die 5 menſ. Maii, in ſacello D. Virg. eccleſiæ maioris tumulatus. Edit. I pag.

1497 IACOBVS de *Libenſtein.* defuncto D. Bernhardo Decanus eligitur anno 1497. tandem anno 1504, Bertholdo Archiepiſcopo Mogunt. etiam e viuis ſublato, eidem in Pontificatu ſucceſſit die 30 Decembr. præfuit annis ferme 4. toto tempore calculoſus, ac variis infirmitatibus corporis detentus; obiit anno 1508, die 16 Iulii, ſepultus ante chorum ferreum iuxta altare S. Chriſtophori eccleſiæ maioris Moguntinenſis.

1505 VRIEL a *Gemmingen.* Maioris ac S. Albani eccleſiarum Canonicus, ſucceſſit in Decanatu D. Iacobo anno 1505; cuius poſtmodum quoque ſucceſſor in Archiepiſcopatu anno 1508 factus, die 6 Kalend. Octobr. fuerat quoque Wormatienſis eccleſiæ Cuſtos. mortuus anno 1514, die 9 Febr. cum ſediſſet in Archiepiſcopatu annis 4, menſ. 4; vixiſſet vero annis 45, ſepultus in ambitu eccleſiæ maioris Moguntinenſis ante altare S. Aegidii.

1508 ADOLPHVS *Ravv* de *Holtzhauſen.* Scholaſticus maioris, nec non D. Albani, B. Virg. in gradibus, ac S. Crucis eccleſiarum Canonicus, Vrieli in Decanatu ſucceſſor datus fuit anno 1508, qua dignitate functus annis 4, obiit anno 1513, die 26 Decembr. in S. Nicolai ſacello eccleſiæ maioris tumulatus.

1514 LAVRENTIVS *Truchſes* a *Bommersfelden.* Scholaſticus metropolitanus, Cuſtos Wormatienſis, ac Herbipolenſis Canonicus, poſt D. Adolphum in Decan. eligitur anno 1514, quam dignitatem tenuit ad annum vſque 1528, quo eandem reſignauit. obiit tandem Iubilarius Herbipoli anno 1543, die 20 Decembr. ibidem in eccleſia cathedrali ſepultus.

1528 IOANNES ab *Ernberg*, Spirenſis Præpoſitus, ac Mogunt. Canon. nec non Iudicii ibidem ſæcularis Camerarius, Decanus eligitur anno 1528, obiit anno 1544, die 2 Nouembr. in maioris eccleſ. ambitu Mogunt. tumulatus. 18

1544 ADAMVS *Küchenmeiſter* a *Gamberg.* Scholaſticus maioris, ac D. Albani Canonicus, Præfectus item Bingenſis prius, poſtmodum Iudicii ſæcularis Mogunt. Camerarius, ſucceſſit D. Ioanni in Decanatu anno 1544, obiit anno 1553, die 26 Iulii, anno ætatis 73, in ambitu ſummæ ædis Mogunt. ſepultus.

1533 IOANNES ANDREAS *Mosbach* a *Lindenfels*, poſt obitum D. Adami Decanus electus fuit anno 1553, die 21 Auguſti, ac paulo poſt Iudicii ſæcularis Camerarius conſtitutus. tandem anno 1563 Canonicorum ſuffragiis Præpoſitus quoque factus. de quo plura ſupra in Præpoſitis. Obiit anno 1571, die 5 Maii, in Rheinheim; Moguntiæ ſepultus.

1563 GEORGIVS a *Schœnenburgk.* Præpoſitus Wormatienſis, nec non Moguntinenſis, Treuirenſis, Spirenſis ac S. Albani Mogunt. eccleſiarum Canonicus, diuæque Virg. ibidem in gradibus Præpoſitus, ac Reuerendiſſimi Mogunt. Archipræſulis in Spiritualibus Vicarius, Decanus Mogunt. eligitur anno 1563. hinc poſt obitum D. Theodorici a Bettendorff Wormat. Epiſcopi eidem in Epiſcopatu ſucceſſit anno 1580. tandem etiam D. Wolfgango a Dalburg Mogunt. Præpoſito in Archiepiſcopum electo, eidem in Præpoſitura ſucceſſit anno 1582, die 29 Octobr. de quo plura in Præpoſitis.

1582 IOANNES THEOBALDVS a *Stadion*, maioris ac S. Victoris eccleſiar. Canonicus Georgio in Decanatu ſucceſſit anno 1582, die 5 Decembr. canonice electus, cui dignitati cum præfuiſſet annis 2, menſ. 7, ex hac vita die 12 Iunii deceſſit anno 1585, in choro ferreo ante ſummum altare ſepultus.

1585 IOANNES CONRADVS *Kotvvitz* ab *Aulnbach.* Moguntinenſis ac Herbipolenſis eccleſiarum Canon. poſt obitum D. Ioannis Theobaldi a Stadion anno 1585 in Decanum electus fuit, ſed breui eandem dignitatem eo ipſo anno reſignauit; poſtmodum vero anno 1594, defuncto D. Antonio a Wiltberg, Cuſtos electus, nec non diu poſt Decanus Herbipolenſis conſtitutus fuit: obiit anno 1610, die 29 Decembr. Herbipoli ſepultus. 19

1585 PHILIPPVS *Cratz* a *Scharpffenſtein*, Scholaſticus Wormat. nec non maioris, D. Victoris & S. Albani eccleſiarum Mogunt. Canonicus, poſt reſignationem D. Ioannis Conradi Decanus electus fuit anno 1585, die 23 Septembr. Itemque Præpoſitus

Edit. I pag. positus Wormatiensis constitutus anno 1564; mortuo postmodum Reuerendissimo D. Georgio a Schönenburg Episcopo Wormat. & Mogunt. Præposito eidem in Præpositura Mogunt. succcessit anno 1595, die 25 Septembr. de quo plura in Præpositis.

IOANNES SCHWICARDVS a *Cronberg*, Scholasticus maioris, ac D. Albani & B. M. Virg. in gradibus Præpositus, post cessionem D. Philippi in Decanum electus fuit anno 1595. itemque sæcularis Iudicii Camerarius constitutus; post obitum vero Reuerendissimi ac Illustrissimi Principis D. Ioannis Adami a Bicken Mogunt. Archiepiscopi anno 1604, die 17 mens. Februar. vnanimiter electus eidem succcessit, qui præest adhuc senex prudentissime, ac in summa ista temporum propter bella varia difficultate, magna animi moderatione, cui salutem perpetuam, incolumitatem prosperam, gubernationemque pacificam a Deo Opt. Max. humilime precor & exopto. 1595

EBERHARDVS WOLFGANGVS ab *Heusenstam*, Decanus S. Alban. nec non maioris ac S. Victor. ecclesiæ Canonicus, post D. Ioannem Schvvicardum in Decanum maioris electus fuit anno 1604, die 4 Augusti. Hic summam operam in Sanctorum reliquiis ac ossibus extra in D. Albani ecclesia, Brandenburgicis flammis anno 1552 penitus deuastata ac destructa, perquirendis impendit, cuius etiam deuoti erga cultum diuinum animi æternum memoriæ monumentum in eadem ecclesia pronunc cernitur, dum eam aliqua ex parte restaurari, ac de nouo consecrari, diuinaque ibidem officia celebrari instituit ac ordinauit, sumptusque certos ad id in perpetuum deputauit. 1604

Obiit autem immatura ac improuisa morte anno statim sequenti Decanatus sui, scilicet 1605, die 28 Aprilis inter horam 5 & 6 vespertinam, postquam Decanatum administrasset mens. 6, dieb. 4, in sacello S. Nicolai maioris ecclesiæ summo omnium piorum luctu, pauperum inprimis, die 1 Maii sepultus.

20 IACOBVS ab *Eltz*. Prius Cantor anno 1601, die 31 Octobr. postmodum Scholasticus anno 1604, die 4 Decembr. constitutus, tandem in Decanum post obitum D. Eberhardi Wolffgangi electus fuit anno 1605, die 30 Iunii. Treuirensis item ac Spirensis, nec non S. Albani ac D. Victoris ecclesiarum Mogunt. Canonicus, obiit anno 1621, die 23 Decembr. Mogunt. in maioris ecclesiæ ambitu reconditus. 1605

FRIDERICVS a *Sickingen*, Reuerendissimi ac Illustrissimi Principis ac Domini, D. Ioannis Schvvicardi Archiepiscopi Mogunt. in Spiritualibus Vicarius, atque metropolitanæ, nec non D. Albani, ac B. M. Virg. ad gradus ecclesiarum Canonicus, post obitum D. Iacobi ab Eltz in Decanum maioris ecclesiæ electus fuit die 15 Februarii, anno Dominicæ incarnationis 1622. quem (vt) Deus ter Opt. Max. in omni corporis ac animi felicitate, nec non prospero rerum omnium successu, ad nominis sui gloriam, ipsius animæ salutem, ac totius ecclesiæ Mogunt. vtilitatem, ac ornamentum prouehere, & quam diutissime saluum atque incolumem conseruare dignetur, ex intimo animo precor & exopto. 1622

Edit. I pag. 21

SECTIO III
CVSTODVM ECCLESIAE MOGVNTINAE
Catalogum complectens.

ARNOLDVS, adfuit teſtis fundationi cœnobii Chomburgenſis in diœceſi Auguſtana, anno Chriſti 1080. *Cruſius.*

CVNO, interfuit fundationi monaſterii montis S. Ioannis in Rhingauia, anno 1130. *Trithemius.*

HENRICVS, eccleſiæ S. Ioannis Mogunt. ac B. Virg. Erfordienſis Præpoſitus, Cuſtos maioris citatur in priuilegio Ciuitati Moguntinæ ab Alberto I Moguntino Archiepiſcopo conceſſo anno 1135. Itemque in litteris monaſterii S. Iacobi Mogunt. de anno 1151. *Serarius.*

ARNOLDVS, Cuſtos citatur teſtis in litteris Arnoldi Archiepiſcopi Moguntini de anno 1158, quibus cœnobio S. Ruperti iuxta Bingiam diuerſas donationes confirmat.

RVGGERVS, Eius mentio fit in priuilegio Cunradi Archiepiſcopi Moguntini monialibus eiusdem cœnobii S. Ruperti dato anno 1187.

GODEFRIDVS, Cuſtos citatur in alio priuilegio cœnobii S. Ruperti de anno 1215. Interfuit fundationi cœnobii monialium in Schmerlenbach diœceſis Moguntinæ anno 1219; itemque monaſterii S. Catharinæ iuxta Crucenacum eodem anno. *Trithemius.*

SIMON, Cuſtos celebratur in Catalogo Canonicorum Moguntinorum MS. Itemque in litteris donationis Capellæ S. Gereonis factæ hoſpitali Moguntino S. Spiritus a Capitulo maiori anno 1252.

EBERHARDVS, Præpoſitus Aſchaffenburgenſis ac Moguntinus Cuſtos, citatur in litteris de anno 1291. Adfuit item donationi cuidam factæ eccleſiæ monaſterii in Schmerlenbach anno 1295. vixit adhuc anno 1297.

GODEFRIDVS *Baro* de *Epſtein*, Archidiaconus Treuirenſis, & Herbipolenſis Canonicus, Cuſtos Moguntinus citatur in litteris cœnobii monialium ad Albas Dominas Mogunt. de anno 1299. Anno 1320 indulgentias quaſdam eccleſiæ parochiali S. Ignatii Mogunt. ab Epiſcopis Romanæ eccleſiæ conceſſas, ſede & Decanatu vacantibus, confirmauit. vixit adhuc anno 1324. 22

HENRICVS de *Byenbach*, Cuſtos maioris, & B. Virg. ad gradus Canonicus, citatur in litteris eccleſiæ Moguntinæ de anno 1347; itemque in litteris cœnobii S. Ruperti de anno 1353.

REINHARDVS *Comes* de *Hanavv*, Cuſtos fuit ſub annis 1357 & 1365, teſtantibus litteris diuerſis.

SIFRIDVS de *Altenburg*, Cuſtos nominatur in catalogo Canonicorum MS. abſque anno.

ERWINVS de *Rhorbach*, ſeu *Ervvicus*, vel *Eberuinus*, Cuſtos nominatur in litteris de anno 1370. cuius etiam meminit catalogus *Canonicorum Moguntinor.* MS. & *liber animarum* Eccleſ. Mog.

IOANNES *Comes* a *Reineck.* reperitur vixiſſe ſub annis 1388, & 1393; cuius etiam mentionem facit Catalogus *Canonicorum* Mogunt. MS.

BRVNO a *Scharffenſtein*, Cuſtos maioris, & S. Albani Canonicus, vixit an. 1400 & 1414.

PHILIPPVS *Flach* a *Schvvartzenburg*, Cuſtos vixit ſub an. 1419. quo ipſo an. monaſterio S. Albani in ſæculare collegium conuerſo, primus eiuſdem Præpoſitus a Conrado Archiepiſcopo Moguntino conſtitutus fuit, Pontificis Maximi autoritate & conſenſu. obiit an. 1429, die 5. Martii, in ſacello S. Nicolai eccleſiæ maioris Mog. ſepultus.

IOAN-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Edit. I pag. IOANNES *Flach* a *Schvvartzenburg*, succeſſit cognato ſuo D. Philippo anno 1429. Obiit an. 1453, die 25 Nouembr. in eodem S. Nicolai ſacello reconditus. 1429

DIETHERVS de *Iſenburg*, *Comes in Büdingen*, Moguntinæ ac Colonienſis eccleſiarum Canonicus, nec non D. Victoris Mogunt. Præpoſitus, Ioannem in 23 Cuſtoria ſecutus eſt anno 1453; poſtmodum Archiepiſcopus Moguntinus electus anno 1459 Cuſtoriam reliquit, depoſitus & exautoratus an. 1462, iterumque aſſumptus an. 1475. obiit tandem Aſchaffenburgi an. 1482, die 7 Maii, ſepultus Moguntiæ in eccleſia maiori. *Trithemius*, *Bruſchius*, *Cratepolius*, & multi alii. 1453

RVPERTVS *Comes in Solms*, Diethero, cuius ex ſorore nepos fuit, in Cuſtoria ſucceſſit anno 1459. obiit ſenex ac cæcus anno 1499, die 8 Iunii, in ambitu eccleſiæ maioris ſepultus. 1459

WILHELMVS *Comes* de *Hohenſtein*, Cuſtos factus anno 1499, poſtmodum Epiſcopus Argentinenſis electus anno 1506, ſequenti anno Cuſtoriam reſignauit. Obiit ſenior Canonicus anno 1541, die 20 Iunii, ſepultus Tabernis. *Chronicon Argentinenſe.* 1499

THOMAS *Comes* a *Reineck*, poſt reſignationem Wilhelmi Cuſtos factus an. 1507, ipſo die XI millium Virginum, Vice Decanus item eccleſiæ maioris Coloniensis ac D. Gereonis ibidem Decanus, Argentinenſiſque Canonicus, nec non ſtudii Moguntini Cancellarius. reſignauit Cuſtoriam an. 1538, obiit Senior ac Iubilarius Canonicus an. 1547, die 28 Iulii, ſepultus.... 1507

IOANNES ALBERTVS *Marchio Brandenburgenſis*, S. Victoris, nec non maioris quondam Præpoſitus, vt ſupra dictum, itemque Colonienſis & Herbipolenſis eccleſiarum Canonicus, ſucceſſit Thomæ in Cuſtoria an. 1538; tandem Archiepiſcopus Magdeburgenſis & Epiſcopus Halberſtadenſis conſtitutus, Cuſtoriam reſignauit an. 1549. Obiit podagricus an. 1550 die 16 Maii, Halæ Saxonum ſepultus. *Annales Magdeburgenſes.* 1538

CHRISTIANVS a *Gleichen*, maioris & S. Albani Canonicus, in Cuſtoria Ioanni Alberto ſucceſſit an. 1549, obiit an. 1551, die 13 Nouembr. in ambitu maioris eccleſiæ tumulatus. 1549

ARNOLDVS a *Bucholtz*, Scholaſticus primum, poſtmodum Cuſtos conſtitutus an. 1551, die 17 Nouembr. Præpoſitus item cathedralis Leodienſis, ac D. Victoris Mogunt. Canonicus. obiit an. 1568, die 24 Ianuar. 1551

24 MARQVARDVS ab *Hatſtein*, Spirenſis Epiſcopus, & quondam Moguntinus Cantor, vt infra in *Cantoribus* dictum, Cuſtos deſignatus fuit an. 1568, obiit Vdenheimii an. 1581, die 7 Decembr. Spiræ in eccleſia maiori ſepultus. *Annales Spirenſes.* 1568

ANTONIVS a *VViltberg*, Scholaſticus metropolitanus, Marquardo in Cuſtoria ſucceſſit an. 1581. Præpoſitus item Wormatienſis, Erfordienſis, ac Bingenſis, nec non Iudicii ſæcularis Moguntini Camerarius, ac Eques Hieroſolymitanus. Obiit an. 1594, die 9 Febr. Moguntiæ in maioris eccleſiæ ambitu ſepultus. 1581

IOANNES CONRADVS *Kotvvitz* ab *Aulnbach*, Antonii ſucceſſor factus an. 1594. Decanus item Herbipolenſis, nec non eccleſiæ S. Ioannis in Haugis, & cœnobii Weſtervvinkel Præpoſitus. Obiit Herbipoli an. 1610, die 29 Decembr. in eccleſia maiori ſepultus. 1594

IOANNES CHRISTOPHORVS *Nevvſtetter* dictus *Sturmer*, Cuſtos factus an. 1611, die 25 Ianuar. Bambergenſis item maioris, nec non S. Stephani ibidem Præpoſitus, ac Herbipolenſis Canonicus, Sacræq; Cæſ. Mai. Conſiliarius digniſſimus, modo viuit. Cui Deus ter opt. max. rerum omnium ſucceſſum exoptatum, valetudinemque proſperam elargiri dignetur. 1611

(o)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

SECTIO IV

Edit. 1 p. 25

SCHOLASTICORVM ECCLESIAE MOGVNTINAE

Catalogum complectens.

IOANNES, interfuit fundationi cœnobii Chomburgenſis in diœceſi Auguſtana anno 1080. *Cruſius.*

THVRIMBERTVS, citatur in litteris monaſterii S. Iacobi de anno 1112, teſtis item adfuit dotationi cœnobii Sponheimenſis anno 1124. *Trithemius.*

WILHELMVS, citatur in litteris cœnobii S. Ruperti prope Bingiam de annis 1152 & 1158.

SIGEFRIDVS, huius mentio fit in litteris eiuſdem cœnobii S. Ruperti de anno 1181.

PETRVS, citatur in priuilegio iam dicti cœnobii a Conrado Moguntino Archiepiſcopo anno 1187 dato.

IOANNES, Scholaſticus Moguntinus & Bingenſis Præpoſitus, nominatur in litteris de anno 1238. Itemque in donatione quadam cœnobii monialium in Schmerlenbach facta anno 1240.

LVDOVICVS, citatur in litteris quibuſdam ſuper translatione oppidi Eltuil in Ringauia de anno 1247, in quibus antiquo more *Magiſter*, pro *Magiſtro Scholarum*, ſeu *Scholaſtico* appellatur.

VOLRADVS, Scholaſticus nominatur in litteris de anno 1252, ſuper donatione capellæ S. Gereonis Moguntino Hoſpitali S. Spiritus ibidem factæ, in quibus nomen eius vnica littera V exprimitur; in *libro* autem *animarum* eccleſiæ Moguntinæ dicto nomine citatur.

ARNOLDVS, Scholaſticus maioris, nec non S. Stephani, & D. Virginis ad gradus eccleſiarum Mogunt. Canonicus, citatur in libro Werneri Archiepiſcopi Moguntini de anno 1266. 26

LVDOVICVS *Landgrauius Haſſiæ*, nepos B. Eliſabethæ, Scholaſticus Moguntinus, nec non Monaſterienſis ac Carnotenſis (*zu Carthes*) apud Pariſios Canonicus. Hic Vicariam ſeu altare D. Victoris in Moguntina eccleſia erexit & opulenter dotauit, cuius ius patronatus perpetuo ad Scholaſticum pertinere voluit, circa annum 1274. Reſignauit Scholaſteriam anno - - - - poſtmodum Epiſcopus Monaſterienſis factus anno 1316, obiit an. 1334, die 4 Decembr.

EBEROMVS, Scholaſticus reperitur abſque anni tempore in *libro animarum* eccleſiæ Mogunt.

ADELVOLCVS. ſimiliter ſine anno hunc inuenio in prædicto *libro animarum.*

EBERWINVS a *Cronberg* (ſine corona) Scholaſticus citatur in litteris S. Iacobi de anno 1276 & 1283. Canonicus item D. Petri, & S. Crucis Mogunt. obiit die 19 Kalend. Septembr. anno - - - - Moguntiæ in maioris eccleſiæ ambitu ſepultus.

EMERICVS, ſeu *Embricho* a *Schöneck*, Ebervvino in Scholaſteria ſucceſſit anno 128. vixit anno 1295. Præpoſitus item S. Bartholomæi Francofurtenſis. Eccleſiam parochialem in Vrſel in augmentum præbendarum illi eccleſiæ, conſenſu Capituli Moguntini, contulit anno 1300. factus poſtmodum Epiſcopus Wormatienſis anno 1308. præfuit an. 10, obiit an. 1318, 10 Febr. Wormatiæ in choro maioris eccleſiæ ſepultus. *Annales Wormatienſes.*

EBERWINVS de *Sternberg*, Scholaſticus citatur in litteris cœnobii S. Ruperti, in quibus ſuæ nepti moniali ibidem legauit 8 ſolidos Colonienſes, ſuper vna inſula prope Gailsheim, ita vt poſt mortem eius cedant perpetualiter ipſi clauſtro; annus non apponitur, eum tamen hiſce temporibus vixiſſe arbitror.

WIL-

Edit. I pag. WILHELMVS, Scholasticus de Moguntia, citatur in *libro animarum* prædicti cœnobii S. Ruperti, ad 14 Kalend. Martii, sed absque anni numero, quem etiam circa hæc tempora vitam egisse reor.

27 GERHARDVS, nominatur testis in litteris quibusdam ciuitatis Bingensis de anno 1357.

OTTO a *Schonberg*, Scholasticus sub anno 1365, in litteris diuersis reperitur, Canonicus item S. Stephani & B. Virg. ad gradus Moguntinus. Obiit anno 1381, die 1 Septembr. in monasterio Erbacensi in Ringauia sepultus.

CONRADVS *Baro* a *Weinsperg*, successit Ottoni anno 1381; electus postmodum in Archiepiscopum Moguntinum anno 1388, Scholasteria cessit. Obiit an. 1396, die 19 Octobr. ante aram trium Regum maioris ecclesiæ sepultus. *Vide* Serarium *& alios Scriptores.* 1381

IOANNES a *Schonberg*, Canonicus Sacerdos, Conradum in Scholasteria secutus est anno 1388; postmodum anno 1403 Præpositus factus, Scholasteriæ officium resignauit, de quo plura supra in *Præpositis.* 1388

EBERHARDVS de *Lapide*, alias *Oberstein*, post D. Ioannem Scholasticus electus fuit anno 1403. Obiit an. 1411, in vigilia SS. Simonis & Iudæ Apostol. in sacello S. Nicolai maioris ecclesiæ, ante aram in medio, tumulatus. 1403

HENRICVS *Ravv* de *Holtzhausen*, in Scholasticum electus fuit an. 1411, post obitum D. Eberhardi. Obiit an. 1415 in Concilio Constantiensi, die 14 Augusti, Constantiæ sepultus. 1411

IOANNES *Weis* a *Fevverbach*, successit Henrico an. 1415; postmodum anno 1418 Decanus electus, Scholasteriam resignauit. Vide in *Decanis.* 1415

PETRVS de *Vdenheim*, primo successit Ioanni anno 1418, resignauit anno 14--. 1418

PETRVS *Echter* a *Mespelbrun*, post resignationem Petri Scholasticus factus anno 14--, tandem in Decanum electus anno 1418, Scholasteriæ valedixit. Vide in *Decanis.*

PETRVS de *Vdenheim*, post cessionem Petri Echter secundo Scholasteriam adeptus fuit anno 1428, tandem etiam ad Decanatum promotus an. 1442, Scholasteriam denuo resignauit. Vide in *Decanis.* 1428

28 VVLPERTVS a *Ders*, Petro in Scholasteria successit anno 1442. Præpositus item S. Albani, ac B. Virg. ad gradus Canonicus, nec non Apostolicæ sedis Protonotarius, ac Iudicii sæcularis Moguntini Camerarius. Obiit anno 1478, die 25 April. in maioris ecclesiæ ambitu tumbatus. 1442

DAMMO a *Praunheim*, maioris, S. Albani ac D. Virg. ad gradus ecclesiarum Canonicus, Scholasticus eligitur post Vulpertum an. 1478. Obiit Iubilarius anno 1483. 3 Nouembr. Moguntiæ in sacello SS. Petri & Pauli Apostol. ecclesiæ maioris sepultus. 1478

GERHARDVS de *Ehrnberg*, maioris ac D. Albani Canonicus succeſſit Dammoni in Scholasteria anno 1483. Obiit an. 1498, die 20 Ianuarii, in ambitu ecclesiæ maioris sepultus. 1483

ADOLPHVS *Ravv* de *Holtzhausen*, Gerhardi successor factus anno 1498, electus in Decanum anno 1508, Scholasteriam resignauit. Vide in *Decanis.* 1498

LAVRENTIVS *Truchses* a *Bommersfeld*, Scholasticus creatus anno 1508; postmodum in Decanum electus anno 1514, Scholasteriam deseruit. Vide in *Decanis* supra. 1508

VDALRICVS a *Schechingen*, Laurentium in Scholasteria secutus est anno 1514. Scholasticus item S. Albani ac sæcularis Iudicii Camerarius. Obiit vltimus familiæ anno 1518, die 6 Decembr. in sacello S. Nicolai maioris ecclesiæ ante Cameram sepultus. 1514

THEODORICVS *Zobel* a *Gibelstat*, I. V. Doctor, ac Reuerendissimi Moguntini in Spiritualibus Vicarius, Scholasticus factus anno 1518. Obiit anno 1531, die 6 Octobr. in sacello S. Dionysii maioris ecclesiæ sepultus. 1518

CONRADVS a *Libenstein*, Scholasticus electus anno 1531. Præpositus item Bingensis, nec non D. Victoris ac B. Virg. ad gradus Moguntiæ Canonicus, 1531

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Iudiciique sæcularis Camerarius. Obiit an. 1536, die 30 Decembr. in ambitu eccleſ. Mogunt. ſepultus. Edit. I pag.

1536 SIMON a *Cronberg* (cum alis) ex Canonico Presbytero Scholaſticus electus an. 1536. obiit an. 1540, die 15 Iulii, in ambitu eccleſiæ maioris ſepultus.

1540 ADAMVS *Küchenmeiſter* a *Gamberg*, Simoni ſucceſſit 1540; poſtmodum in Decanum electus anno 1544, Scholaſteriam reſignauit. Vide in *Decanis*. 29

1544 SEBASTIANVS ab *Heuſenſtam*, I. V. Doctor, maioris, & D. Albani Canonicus, Adamo in Scholaſteria ſucceſſor datus fuit anno 1544, ſequenti vero anno in Archiepiſcopum electus, Scholaſteriæ renunciauit. Obiit an. 1555, die 17 Martii in Eltuil, ſepultus in ambitu eccleſiæ maioris Mogunt. *Serarius* & alii.

1545 ARNOLDVS a *Bucholtz*, Scholaſticus factus an. 1545, reſignauit anno 1549; poſtmodum an. 1551 Cuſtos electus, de quo vide ſupra in *Cuſtodibus*.

1549 RVDOLFVS a *Franckenſtein*, Scholaſticus electus anno 1549. poſtmodum Spirenſis Epiſcopus factus, Scholaſteriam reſignauit anno 1553, die 20 Februar. Obiit anno 1560, die 21 Iunii, Spiræ in Cathedrali eccleſia ſepultus. Conſule *Annales Spirenſes*.

1553 IOANNES *Fock* a *Walſtat*, Archipresbyter ſucceſſit Rudolfo in Scholaſteria an. 1553, 13 Martii, reſignauit an. 1563. obiit biennio poſt Senior Canonicus an. 1565, die 18 Octobr. in ambitu maiori tumulatus.

1563 WOLFGANGVS *Camerarius* de *Wormatia* dictus a *Dalburg*, electus an. 1563, poſt reſignationem Ioannis; poſtmodum Præpoſitus factus anno 1571, reſignauit. Vide ſupra in *Præpoſitis*.

1571 IOANNES HENRICVS a *Waltbrun in Ernſthoffen*, ſucceſſit Wolfgango an. 1571. Diui item Albani, S. Victoris, ac B. Virg. ad gradus Canonicus, nec non Iudicii ſæcularis Moguntini Camerarius. Obiit anno 1573, die 15 Octobr. in ſacello S. Michaelis eccleſiæ maioris ſepultus.

1537 ANTONIVS a *Wiltberg*, Scholaſticus factus an. 1573; poſtmodum Cuſtos electus an. 1582, Scholaſteriæ valedixit. Vide ſupra in *Cuſtodibus*.

1582 IOANNES SCHWICARDVS a *Cronberg*, electus anno 1582, die 3 Martii; poſtmodum Decanus factus an. 1595, reſignauit. Vide ſupra in *Decanis*.

1595 IOANNES ADAMVS a *Bicken*, ſucceſſit Ioanni Schvvicardo anno 1595, die 14 Nouembr. Cuſtos item D. Albani, in Archiepiſcopum electus fuit an. 1601, 15 Maii, Scholaſticalem dignitatem reſignauit. Obiit an. 1604, die 11 Ianuarii, in choro ferreo maioris eccleſiæ ſepultus. *Chronicon Mogunt.* 30

1601 GEORGIVS FRIDERICVS *Greiffenclavv* a *Volrats*, Scholaſticus factus anno 1601, poſt hæc in Præpoſitum electus an. 1604, die 5 Auguſt. Scholaſteriam reſignauit. Vide ſupra in *Præpoſitis*.

1604 IACOBVS ab *Eltz*, ex Cantore Scholaſticus electus anno 1604, die 4 Decembr. hinc Decanus factus anno 1605, die 30 Iunii, Scholaſteriam deſeruit. Vide ſupra in *Decanis*.

1605 PHILIPPVS CHRISTOPHORVS a *Sôtern*, D. Iacobi ſucceſſor factus anno 1605. Præpoſitus item Treuirenſis ac Odenheimenſis, nec non SS. Albani ac Victoris eccleſiarum Moguntiæ Canonicus. Anno 1610, poſt obitum D. Eberhardi a Dienheim Epiſcopi Spirenſis, cui iam ante die 30 Maii præcedentis anni Coadiutor datus fuerat, Epiſcopus confirmatus fuit, conſecratus poſtmodum an. 1612, 18 Kalend. Septembr. cum priori anno 1611, die 30 Maii Scholaſteriam Moguntinam reſignaſſet. Cuius incolumitatem proſperam, gubernationemque pacificam Deo Opt. Max. deuotis precibus commendo.

1611 IODOCVS a *Riedt*. Scholaſticus electus anno 1611, die 28 Iunii. Præpoſitus item D. Victor. nec non Herbipolenſis ac Chomburgenſis, itemque S. Albani ac D. Virg. ad gradus Moguntiæ eccleſiarum Canonicus. Cuius incolumitatem corporis, atque animæ ſalutem Deo Omnipotenti deuote committo.

SECTIO V

Edit. I pag. 31

SECTIO V

CANTORVM ECCLESIAE MOGVNTINAE

Catalogum complectens.

EMBRICVS, Cantor eccleſiæ Moguntinæ interfuit fundationi cœnobii Chomburgenſis in diœceſi Auguſtana anno 1080. *Cruſius.*

RICHARDVS, citatur in priuilegio quodam ciuibus Mogunt. ab Adelberto I Archiepiſcopo Moguntino dato an. 1130.

HERTWINVS, huius mentio fit in litteris quibuſdam monaſterii S. Iacobi Mogunt. de an. 1151.

HVGO, Cantor nominatur in litteris cœnobii S. Ruperti prope Bingiam de annis 1152 & 1158.

HENRICVS, eius mentio fit item in litteris prædicti cœnobii de an. 1171.

HERMANNVS, interfuit traditioni cuiuſdam molendini factæ cœnobio S. Ruperti an. 1181 ab Abbate & Conuentu S. Albani Mogúntiæ.

OTTO, Cantor nominatur in priuilegio eiuſdem cœnobii a Conrado Archiepiſcopo Mogunt. an. 1187 dato.

HENRICVS, teſtis in litteris quibuſdam eiuſdem cœnobii a Sifrido II Archiepiſcopo Moguntino ſuper confirmatione priuilegiorum datis anno 1215 citatur.

CHRISTIANVS, interfuit fundationi monaſterii monialium in Schmerlenbach an. 1219; factus poſtmodum Decanus, Cantoriam reſignauit anno -- Vide ſupra in *Decanis*.

ADELBERTVS de *Kugelberg*, Cantor fuit ſub annis 1232 & 1238, iuxta litteras monaſterii in Schmerlenbach, cuius quondam ipſe cum aliis ſuæ familiæ fundator extitit.

Hic deſiderantur aliqui.

32 EBERHARDVS, interfuit donationi factæ eidem cœnobio an. 1295.

VDALRICVS *Baro* a *Bickenbach*, Cantor obiit an. 1312, die 11 Martii in ambitu eccleſiæ maioris reconditus.

EBERHARDVS de *Oberſtein*, Cantor reperitur ſub an. 1320, in litteris eccleſiæ parochialis S. Ignatii, eius quoque mentio fit in *libro animarum* eccleſiæ S. Crucis, cuius & Præpoſitus fuit. obiit an. 1314, die 6 Octobr. in Erbacenſi Rhingauiæ cœnobio ſepultus.

THEODORICVS de *Ilfelt*, Cantor maioris, & S. Mauritii Præpoſitus citatur in *libro animarum* eccleſiæ Mogunt. ſed abſque numero anni; videtur autem circa hæc tempora vixiſſe.

EBERHARDVS de *Ippelbrun*, Cantor fuit ſub anno 13--- poſtmodum Decanus electus an. 1383, Cantoriam reſignauit.

CVNO a *Stertzelnheim*, Cantor factus an. 1383, Iudicii item ſæcularis Camerarius. obiit an. 1408, die 23 Martii, in ambitu eccleſiæ maioris ſepultus. 1383

HENRICVS a *Schonenberg*, Cunoni ſucceſſit an. 1408. obiit an. 1412, die 13 Septembr. in ſacello S. Nicolai eccleſiæ maioris ſepultus. 1408

WILHELMVS *Comes* de *Naſſavv*, ſucceſſor Henrici factus an. 1412. dehinc Præpoſitus conſtitutus an. 1414, Cantoriam reliquit. 1412

OTHO a *Frieſenheim*, Wilhelmum ſecutus an. 1414. obiit non diu poſt anno 14 -- in ſacello S. Nicolai ſepultus. 1414

OTHO a *Falckenburg*, Ottonis ſucceſſor factus anno 14-- obiit an. 1419, die 29 Nouembr. in ambitu eccleſiæ maioris tumulatus.

EBERHARDVS *Mönch* a *Roſenberg*, Cantor factus an. 1419. obiit an. 1429, die 14 Octobr. in ambitu maioris tumulatus. 1419

THEODORICVS *Pincerna*, Dominus in *Erpach*, Eberhardo ſucceſſit an. 1929; poſtmo- 1429

postmodum Archiepiscopus electus an. 1434, Cantoriam resignauit. Obiit Aschaffenburgi prid. Nonis Maii, an. 1459, ibidem in collegiatæ ecclesiæ choro sepultus. Edit. I p. 33

1434 HENRICVS a *Schonenberg II*, Theodorico successit an. 1434. Canonicus item maioris Spirensis, nec non D. Virg. ad gradus, ac S. Crucis in campis Moguntiæ. obiit an. 1441, die 7 Iunii, in ambitu maioris templi sepulturæ datus.

1441 RICHARDVS a *Cleen*, Cantor factus an. 1441. postea Decanus an. 1448, Cantoriæ valedixit. Vide supra.

1448 CONRADVS *Ravv* de *Holtzhausen*, Richardo successit an. 1448. Præpositus item Aschaffenburgensis ac D. Petri Moguntiæ Canonicus, obiit Iubilarius an. 1464, die 17 Martii, in sacello D. Nicolai ecclesiæ metropolitanæ sepultus.

1464 VDALRICVS *Baro* a *Bickenbach II*, Cantor electus an. 1464. Canonicus item B. Virg. ad gradus, ac ecclesiæ Limburgensis Præpositus. obiit an. 1469, die 12 Nouembr. in ambitu ecclesiæ Moguntinæ sepultus.

EWALDVS *Faulhaber* a *Wechtersbach*, Decretorum Doctor, & Apostolicæ sedis Protonotarius, Cantor factus an. 14--- cuius mentio fit in litteris de an. 1482. resignauit anno 14-- obiit postmodum an. 1486, die 11 Nouembr. in sacello S. Nicolai ecclesiæ maioris sepultus.

RVPERTVS *Comes Palatinus Rheni*, *Dux Bauariæ*, *Comes in Sponheim*, Cantor factus anno 14-- postmodum an. 1487 Ratisponensis ecclesiæ Coadiutor constitutus, Cantoriam resignauit, vltimo tandem Episcopus ibidem confirmatus. obiit an. 1507, die 19 April. Ratisponæ in maiori ecclesia D. Petri sepultus.

1487 FRIDERICVS *Comes Palatinus Rheni*, *&c.* Ruperti prædicti frater, post cuius resignationem Cantor factus est an. 1487. Præpositus item B. Virg ad gradus, ac S. Albani Scholasticus, nec non Colonienſis & Magdeburgensis, itemque S. Stephani Moguntiæ ecclesiarum Canonicus. obiit an. 1518, die 17 Octob.

1518 CHRISTOPHORVS a *Gablentz*, I. V. Doct. Moguntinæ, Naumburgensis & Misnensis ecclesiarum Canonicus, factus Cantor post Fridericum Palatinum an. 1518. obiit an. 1535, die 21 April. ante altare D. Petri maioris ecclesiæ Mogunt. sepultus. 34

1535 PHILIPPVS a *Stockheim*, Cantor factus an. 1535. D Albani item, B. Virg. Erffurdiensis, ac S. Martini Wesalienſis ecclesiarum Præpositus, nec non B. Virg. ad gradus Moguntiæ Canonicus, ac sæcularis Iudicii Camerarius. obiit anno 1548, die 21 Iunii, in ambitu ecclesiæ maioris Mogunt. sepultus.

1548 GEORGIVS *Goeler* a *Rauenspurg*, Præpositus Spirensis, nec non Moguntiæ maioris, ac D. Victoris ibidem Canonicus, Philippum in Cantoria secutus an. 1548, obiit an. 1558, die 2 Nouembr. in ambitu ecclesiæ Mog. tumulatus.

1558 MARQVARDVS ab *Hatstein*, Cantor electus an. 1558. dehinc Spirensis ecclesiæ Præsul constitutus anno 1560, Cantoriam resignauit. Vltimo tandem Custos creatus fuit an. 1568. De eo supra in *Custodibus* plura.

1560 HENRICVS a *Stockheim*, post resignationem Marquardi, Cantor factus an. 1560. Præpositus item S. Albani, obiit an. 1588, die 26 Octobr. in ambitu summæ ædis sepultus.

1588 PHILIPPVS a *Trohe*, Henricum secutus an. 1588. Canonicus item S. Albani senior, nec non Eques Hierosolymitanus, ac montis Sinai, obiit an. 1596, die 6 Decembr. in ambitu ecclesiæ maioris terræ mandatus.

1597 CHRISTOPHORVS a *Graenrodt*, Cantor electus an. 1597. Canonicus item S. Albani, ac Bingensis oppidi Præfectus, obiit an. 1601, die 25 Septembr. in ambitu ecclesiæ maioris tumulatus.

1601 IACOBVS ab *Eltz*, Christophori successor factus an. 1601, 31 Octobr. dehinc Scholasticus electus an. 1604, die 4 Decembr. Cantoriam resignauit. Vide supra in *Scholasticis*.

1604 ANTONIVS *Waltbott* a *Bassenheim*, Iacobum in Cantoria secutus an. 1604. Præpositus item S. Albani, ac Moxstadiensis, nec non Treuirensis tit. S. Mauritii in Toleia Archidiaconus, ac D. Virg. ad gradus & S. Victoris Mogunt. Canonicus, itemque sæcularis Iudicii Mogunt. Camerarius. quibus in officiis ac dignitatibus Deus ipsum quam diutissime florentem & valentem vt conseruet, precor.

SECTIO VI

Edit. 1 p. 35

Sequitur nunc Catalogus
OMNIVM CANONICORVM ECCLESIAE MOGVNTINENSIS,

Quorum memoria a ſexcentis ferme annis ex *Libris Animarum* eccleſiæ, ex *Catalogis* quibuſdam antiquis manuſcriptis, & ex diuerſis epitaphiorum ac litterarum monumentis conſtat.

Alphabetico ordine,

ſecundum propria eorum nomina,

ſequenti modo diſtinctus.

N O T A,

Numerus ſingulis præfixus annum poſſeſſionis ſignificat.

A.

ADAMVS *Küchenmeiſter* a *Gamberg*, obiit Decanus anno 1553. Vide ſupra in *Decanis*. 1519

Adamus Theodoricus a *Bicken*, obiit Decanus anno 1552, 6 Iulii, in ſacello D. Virg. eccleſiæ maioris ſepultus. 1549

Adamus Ludouicus a *Fechenbach*, Canonicus, reſignauit anno 1622, 5 Decembr. eodem ipſo die & anno poſſeſſionis. 1622

Adelungus, Subcuſtos citatur in fundatione cœnobii in Schmerlenbach anno 1219.

Adolfus a *Nordek*, Canonicus vixit anno 1370.

Adolfus *Comes* de *Naſſavv*, factus Epiſcopus Spirenſis anno 1372; poſtmodum Mogunt. Archiepiſcopus electus anno 1373. obiit Heiligenſtadii anno 1388, 6 Febr. in medio eccleſiæ Mogunt. ſepultus. Vide *Chron. Mogunt.* & alios Scriptores.

Adolfus *Comes* in *Hanavv* & *Epſtein*, obiit anno 1433, Mogunt. in ambitu ſepultus. 1426

36 Adolfus *Ravv* de *Holtzhauſen I*, maioris, S. Albani & S. Petri Canonicus, obiit anno 1484, 2 Decembr. in ſacello S. Nicolai eccleſiæ maioris ſepultus. 1458

Adolfus *Comes* de *Naſſavv II*, Moguntinus & Colonienſis Canonicus, electus Archiepiſcopus Mogunt. anno 1461. obiit in Eltuil anno 1475, Pontificatus anno 13, in Erbacenſi Ringauiæ cœnobio ſepultus. Vide *Chron. Mogunt.* & alia. 1439

Adolfus *Ravv* de *Holtzhauſen II.* obiit Decanus anno 1513. Vide ſupra in *Decanis*. 1469

Adolfus a *Stockheim I*, maioris & S. Victoris Canonicus, obiit anno 1251, Non. Septembr. in ambitu maiori ſepultus. 1479

Adolfus a *Stockheim II*, maioris & S. Albani Canonicus, obiit anno 1530, 19 Iunii, in ambitu maioris eccleſiæ ſepultus.

Adolfus *Quaed*, reſignauit Domicellaris an. 1541, 20 Septembr. 1535

Adolfus *Comes* a *Schavvenburg*, Præpoſitus Leodienſis, nec non Mogunt. ac Colonienſis Canonicus, electus in Archiepiſcopum Colonienſem anno 1547, 25 Ianuar. præfuit an. 9, menſ. 2, dies 25. obiit Brulis an. 1556. Coloniæ in eccleſia maiori ſepultus. 1531

Adolfus Daniel *Schutzbar* dictus *Milchling*. Pontificis Maximi Camerarius, obiit eodem anno poſſeſſionis 1551 Romæ. 1551

1610 Adolfus *Hundt* a *Saulheim*, Canonicus Moguntinus ac S. Burchardi Herbip. Edit. I

1612 Adolfus a *Waldenburg* dictus *Schenckern*, maioris ac D. Albani Canonicus. pag.

Albertus *Comes* de *Naſſavv I*, Canonicus Mogunt. nominatur in Genealogia Naſſouiana *Ioannis Orlers*, cuius parentem Ottonem vixiſſe ſcribit anno 718.

Albertus de *Kugelberg*, vixit Cantor anno 1240. Vide ſupra in *Cantoribus.*

Albertus *Hoffvvard* de *Kircheim*, Canonicus Capitul. ſub annis 1388, & 1394, 1402.

Albertus *Comes* de *Hohenlohe I*, Canonicus vixit anno 1391, reſignauit anno 1410.

1394 Albertus de *Libenſtein*, Canonicus, obiit anno 14 -- in ambitu eccleſiæ maioris ſepultus.

1423 Albertus *Pincerna* de *Limburg*, Decretorum Doctor. Mogunt. ac D. Albani 37
Canonicus, factus Præpoſitus Mogunt. an. 1430. Vide ſupra in *Præpoſitis.*

1480 Albertus *Dux Saxoniæ.* Adminiſtrator Mogunt. conſtitutus fuit adoleſcens adhuc 17 annor. an. 1482. Obiit an. 1484, die 1 Maii, ætatis an. 19, Moguntiæ in maiori eccleſia tumulatus. Vide *Chron. Moguntin.*

Albertus *Comes* de *Naſſavv II*, vixit anno 1482.

1500 Albertus *Comes* de *Hohenlohe II*, reſignauit anno 1051 fratri Ludouico.

1510 Albertus *Marchio Brandenburgenſis.* Mogunt. & Treuirenſis Canonicus, factus Archiepiſcopus Magdeburgenſis, & Adminiſtrator Halberſtadenſis anno 1513, ſequenti vero anno item Archiepiſcopus Moguntinus die 9 Martii: itemque Cardinalis tit. S. Petri ad Vincula Presbyter. præfuit eccleſiæ Moguntinæ annos 30, menſ. 6, dies 17. Obiit an. 1545, 24 Septembr. Moguntiæ, ætatis an. 55, in maioris eccleſiæ choro ſummo ſepultus. Vide *Chron. Mogunt.*

1540 Albertus a *Fiſchborn*, maioris, & S. Albani Canonicus Senior, obiit Sacerdos an. 1572, die 13 Martii, ætatis 76, in ſacello SS. Petri & Pauli Apoſtol. eccleſiæ maioris ſepultus.

1598 Alexander *Cratz* a *Scharpffenſtein*, reſignauit Domicellus anno 1604, die 8 Aprilis.

Andreas a *Bruneck.* Mogunt. & Herbipol. Canonicus, ſub an. 1345. obiit Præpoſitus Mogunt. an. 1388, die 19 April. Vide ſupra in *Præpoſitis.*

Anshelmus, Præpoſitus Mogunt. citatur ſub anno 1122. Vide ſupra in *Præpoſitis.*

Anshelmus a *Dürn*, Sacerdos, vixit anno 1277.

1596 Anshelmus Caſimirus *Wambolt* ab *Vmbſtat*, Mogunt. & Halberſtadienſ. Canonicus, ac D. Albani Scholaſticus factus an. 1619, die 5 Auguſt.

Antonius a *Dürn*, citatur in *Catalogo Canonicorum* Mogunt. MS. ſed absque anno.

1559 Antonius a *Wiltberg.* Wormatienſ. Erfordienſ. ac Bingenſis Præpoſitus ac Cuſtos Moguntinus, obiit 1594, 9 Febr. Vide ſupra in *Cuſtodibus.*

1579 Antonius *Waltbott* a *Baſſenheim*, Cantor maioris, ac D. Albani, nec non Moxſtadienſis Præpoſitus. Vide ſupra in *Cantoribus.*

1622 Antonius II, *Waltbott* a *Baſſenheim*, Canonicus maioris.

Arnoldus I, Cuſtos Moguntinus citatur anno 1080. 38

Arnoldus II, Cuſtos Moguntinus citatur anno 1158. Vide de his ſupra in *Cuſtodibus.*

Arnoldus Præpoſitus citatur ſub anno 1184. Vide ſupra in *Præpoſitis.*

Arnoldus *Comes* de *Iſenburg*, *Dominus* in *Grenſavv I*, Præpoſitus Treuirenſis, ac Mogunt. Canonicus, in Archiepiſcopum Treuirorum electus fuit an. 1142. obiit anno Chriſti 1259, regiminis 17, Treuiris ante aram SS. Trinitatis in maiori eccleſia ſepultus.

Arnoldus Scholaſticus citatur ſub anno 1266. Vide ſupra in *Scholaſticis.*

1475 Arnoldus *Comes* de *Iſenburg*, *Dominus* in *Grenſavv II*, obiit an. 1485.

Arnoldus

Edit. I pag.

Arnoldus a *Bucholtz I*, obiit anno 1540. 1531

Arnoldus a *Bucholtz II*, obiit Cuſtos anno 1568, die 24 Ianuar. Vide ſupra in *Cuſtodibus*. 1540

Notes hic velim, quod auctor in libro quodam manuſcr. quem Probationis *vocat, ſe ipſe correxerit, his vſus verbis:* eſt vnus idemque (Arnoldus *ſcilicet* I & II) *additque, anno* 1540 *illum reſignaſſe, & anno eodem aliam accepiſſe prabendam.*

Arnoldus a *Meroda*, maioris & S. Victoris Mogunt. nec non Leodienſis Canonicus. obiit ſenior anno 1593, 3 April. Leodii, ibidem ſepultus. 1546

Arnoldus a *Bucholtz III*, maioris ac S. Victoris Mogunt. nec non Leodienſis Canonicus, Mindenſis item & Bingenſis Præpoſitus, obiit anno 1582, die 1 Nouembr. in ambitu eccleſiæ Mogunt. ſepultus. 1552

B

BABO, citatur in litteris cœnobii S. Ruperti prope Bingiam de anno 1171.

Balthaſarus *Groſchlag* a *Diepurg*, obiit anno 1535 Nonis Ianuar. in ambitu eccleſiæ maioris ſepultus. 1490

Balthaſarus a *Grumbach*. Vixit 1512.

Benno a *Scharpffenſtein*, obiit anno 1415, prid. Idus Iunii, in ſacello S. Nicolai eccleſiæ maioris ſepultus. 1400

Berengerius, Cellerarius maioris eccleſiæ citatur in litteris cœnobii S. Ruperti de anno 1171.

Bernhardus a *Breidenbach*, Iuris Doctor, Decanus maioris, S. Albani ac D. 1450
39 Virg. ad gradus Canonicus, S. Apoſt. ſedis Protonotarius, nec non ſæcularis Iudicii Mogunt. Camerarius &c. obiit anno 1497, die 5 Maii, in ſacello D. Virg. eccleſiæ maioris ſepultus. De eo ſupra in *Decanis*.

Berthelinus, Præpoſitus citatur ſub anno 1326. Vide ſupra in *Præpoſitis*.

Bertholdus *Comes* de *Hennenberg I*, Mogunt. & Herbipol. Canonicus, anno 1266, quo anno Epiſcopus Herbipolenſis electus fuit. obiit anno 1312, in die S. Michaelis Archangeli, Murſtadii in choro ſepultus. de eo vide annales Epiſcoporum Herbipolenſium.

Bertholdus *Comes* de *Hennenberg II*, Mogunt. & Argent. Canonicus, factus 1464
Decanus Mogunt. anno 1474, & tandem anno 1484, die 20 Maii in Archiepiſcopum electus. De eo vide in *Decanis* ſupra.

Bertholdus *Comes* de *Hennenberg III*, Mogunt. & Argent. Canonicus, re- 1512
ſignauit fratri Georgio anno 1514.

Bertholdus a *Stockheim*, Canonicus abſque anno citatur.

Bertramus a *Bleichenbach*, Canonicus ſine anno citatur in *libro animarum* eccleſiæ Moguntinæ.

Bruno a *Scharpffenſtein*, Cuſtos maioris, & S. Albani Canonicus, vixit ſub annis 1400 & 1414. Vide ſupra in *Cuſtodibus*.

Burchardus, Canonicus Moguntinenſis & Præpoſitus in Gicheburg, citatur in litteris cœnobii S. Ruperti de anno 1158, quibus Arnoldus Archiepiſcopus Mogunt. cœnobio varias donationes confirmat.

C

CAROLVS a *Miltitz*, Mogunt. maioris, ac S. Albani, item Miſnenſis eccle- 1519
ſiarum Canonicus, Reuerendiſſimi Moguntini Conſiliarius, ſuffocatus in Mogano anno 1529, die 20 Nouembris.

Carolus *Dux Lotharingiæ*, Mogunt. Colonienſ. Argent. & Metenſ. eccle- 1580
ſiarum Canonicus, factus primum Epiſcopus Metenſ. an. 1578, deinde a Sixto V Pontif. Romæ anno 1589, 13 Kalend. Ianuar. Diaconus Cardinalis tit. S. Agathæ creatus, demum Argent. Epiſcopus anno 1592, die 9 Iunii a Canonicis
40 ibidem autoritate Clementis VIII Pontif. pronunciatus fuit, cui eccleſiæ præfuit annis 15. m. 5. d. 19. Reſignauit Canonicatum Moguntinum Domicellaris anno 1604, die 8 April. Obiit Nancii anno 1607, die 24 Nouembr.

1518 Caſparus *Ravv* de *Holtzhauſen*, Canonicus maioris, & S. Albani, reſignauit anno 1548, die 13 Auguſt. Edit. I pág.

Ceizolphus, Decanus vixit anno 1116. vide ſupra in *Decanis.*

Chriſtianus, Præpoſitus anno 1247. vide ſuo loco ſupra.

Chriſtianus a *Stalberg*, Canonicus, citatur in Catalogo *Canonicor.* MS. & *libro animarum* eccleſiæ Mogunt. anno non appoſito.

1541 Chriſtianus a *Gleichen*, Cuſtos maioris ac D. Albani Canonicus. obiit 1551. Vide ſupra ſuo loco.

Chriſtophorus a *Gemmingen*, Canonicus, reſignauit anno 1472.

1498 Chriſtophorus a *Gablentz*, Cantor maioris, ac Numburgenſis, nec non Miſnenſis Canonicus &c. 1535. Vide ſupra in *Cantoribus.*

1541 Chriſtophorus de *Hohenſtein*, maioris, D. Victoris, ac S. Albani eccleſiar. Canonicus. obiit anno 1553, die 14 Iulii.

1545 Chriſtophorus Adamus a *Stein*, Mogunt. Bamberg. Wormat. & Auguſtenſis eccleſiarum Canonicus. obiit anno 1569, die 11 April.

1549 Chriſtophorus a *Tetteleben*, Canonicus, reſignauit anno 1554, die 30 Iunii.

1558 Chriſtophorus a *Stein*, Canonicus, reſignauit anno 1562, die 30 April.

1563 Chriſtophorus a *Graenrodt*, Cantor maioris ac S. Albani Canonicus, obiit anno 1601, 25 Sept. Vide ſupra in *Cantoribus.*

1608 Chriſtophorus Ludouicus *Fuchs* a *Dornheim*, Canonicus Mogunt. & Herbipol. Obiit anno 1613, die 9 Septemb. Mogunt. in ambitu eccleſiæ maioris ſepultus.

Conradus, Canonicus citatur in litteris cœnobii S. Ruperti, de anno 1171.

Conradus de *Rvſſenberg*, ex Decano Spirenſi, & Canonico Mogunt. factus eſt Epiſcopus Hildesheimenſis anno 1221, ſedit annos 27; reſignauit Præſulatum anno 1245, cœnobium Dominicanorum in ipſa vrbe ingreſſus; inde poſtmodum ſe ad monaſterium Schonavv non procul ab Heydelberga conferens, poſt triennium ibidem obiit anno 1248. ibidem ſepultus.

Conradus (alias Cuno) a *Durckheim*, ex Decano Mogunt. primo infulato Epiſcopus Wormatienſis electus fuit anno 1247, quo ipſo anno obiit. Vide ſupra in *Decanis.* 41

Conradus de *Steckhilnberg*, Canonicus, vixit anno 1326.

Conradus a *Kirckel*, Præpoſitus Spirenſis, Cuſtos Argentinenſis ac Moguntinenſis eccleſiarum Canonicus, vixit ſub anno 1329 & 1347.

Conradus dictus *Mume*, Canonicus, citatur in *libro animarum* eccleſiæ Magunt. abſque anno.

Conradus *Comes* a *Riethberg*, Canonicus 1337. obiit anno 1353, die 5 Kal. Octobr. ſepultus in cœnobio monialium montis S. Ruperti prope Bingiam.

Conradus de *Aſchenbruch*, Canonicus 1337, occiſus Moguntiæ a familiaribus *Cunonis* de *Falckenſtein*, Canonici Moguntini, anno 1349, tempore diſſidii inter *Henricum* de *Firnenberg*, Archiepiſcopum Moguntinum & *Baldevvinum* Archipræſulem Treuirenſem.

Conradus *Brômbſer* de *Rüdesheim I*, Canonicus, vixit anno 1337.

Conradus *Büchis*, Canonicus, citatur in *Catalogo Canonicorum* MS. & *libro animarum* eccleſiæ Mogunt. abſque anno.

Conradus a *Schöneck*, Canonicus, item notatur in locis citatis, nullo anno ſuperaddito.

Conradus *Baro* a *VVeinſberg*, Canonicus 1370, inde Scholaſticus factus anno 1381, tandem electus in Archiepiſcopum Moguntinenſem anno 1388, obiit anno 1396, die 19 Octobr. ſepultus ante altare trium Regum. Vide ſupra in *Scholaſticis.*

Conradus a *Wartenberg*, Canonicus, citatur in *catalogo* MS. & in *libro animarum* eccleſiæ Mogunt. abſque tempore.

Conradus a *Waldeck*, Canonicus Capitularis ſub anno 1388, obiit anno ---- prid. Kalend. Iunii.

1396 Conradus *Comes Rhenanus*, *&c.* Canonicus Mogunt. & S. Bartholomæi Franco-

Edit. I pag. 42

Francofurtensis Præpositus, electus in Archiepiscopum Mogunt. an. 1419, die 10 Octobr. sedit annos 15. obiit in Eltuil die 10 Iunii anno 1434. sepultus in medio ecclesiæ Moguntinæ.

Conradus ab *Hirschorn*, Canonicus maioris ac D. Stephani Præpositus, obiit an. 1413, 4 Non. Martii, in ambitu maioris ecclesiæ sepultus.

Conradus de *Lorch*, Canonicus, citatur a *catalogo MS.* & *libro animarum* ecclesiæ Mogunt. absque anno.

Conradus *Burgrauius Norimbergensis*, Canonicus, vixit 1388 & 1400.

Conradus *Freytag*, Scholasticus Wormat. & Mogunt. Canonicus, citatur in *lib. animarum* ecclesiæ Mogunt. sed nullo anno apposito.

Conradus de *Eyssenbach*, Canonicus item citatur in *libro animarum* prædicto absque anno.

Conradus *Ravv* de *Holtzhausen I*, Cantor maioris ac D. Petri Canonicus, nec non Aschaffenburgensis Præpositus, obiit anno 1464. Vide supra in *Cantoribus*. 1411

Conradus *Ravv* de *Holtzhausen II*, Canonicus, obiit an. 1479, die 20 Ianuarii, sepultus in sacello S. Nicolai ecclesiæ maioris. 1419

Conradus *Brômbser* de *Rüdesheim II*, maioris & S. Albani Canonicus, obiit an. 1430. Idib. Martii.

Conradus *Pincerna* de *Erbach*. Custos Wormatiens. nec non Mogunt. & Aschaffenburg. Canonicus, obiit an. 1482, die 22 Iunii. Aschaffenburgi in ecclesia collegiata ante chorum sepultus. 1462

Conradus de *Libenstein*, Scholasticus maioris, nec non S. Victoris, ac B. Virg. ad gradus Canonicus, Bingensisque Præpositus, obiit an. 1536. Vide supra in *Scholasticis*. 1505

Conradus a *Veltheim*, Canonicus, resignauit an. 1512.

Conradus Ludouicus *Zobel* a *Gibelstat*, Canonicus Mogunt. & Herbipol. Itemque Præpositus cœnobii Westervvinckel & Chomburgensis Decanus, obiit Herbipoli an. 1619, die -- Maii ibid. sepultus. 1601

Cuno, Decanus citatur sub an. 1124. Vide supra in *Decanis*.

Cuno, Custos vixit an. 1130. Vide suo loco supra.

Enimuero Cuno *Decanus*, & Cuno *Custos est vnus idemque, vt infra in catalogo* Decanorum & Custodum *videre est.*

Cuno *Comes* a *Falckenstein*, *D. in Müntzenberg*, ex Præposito Mogunt. factus Archiepiscopus Treuirensis ac Colonienſis, obiit an. 1388. Vide supra in *Præpositis*.

Cuno a *Stertzelnheim*, Cantor Mogunt. obiit anno 1408. Vide supra in *Cantoribus*.

Cuno *Herdan* de *Büches I*, Canonicus, obiit an. 1426, die 4 Aug. in sacello Nicolai maioris ecclesiæ sepultus. 1391

43 Cuno *Herdan* de *Büches II*, Canonicus. vixit an. 1461. 1486

Cuno *Schenck* a *Schvveinsberg*, Canonicus, obiit an. 1516, die 23 Iulii in sacello S. Nicolai ecclesiæ maioris, sepultus.

Cuno a *Vlatten*, maioris S. Albani, ac S. Victor. ecclesiarum Canonicus, obiit an. 1597, die 18 Decembr. Moguntiæ in maioris ecclesiæ ambitu sepultus. 1557

D

DAMMO a *Praumheim*, Scholasticus maioris, & S. Albani Canonicus, obiit an. 1483. Vide supra in *Scholasticis*. 1429

Daniel a *Mudersbach*, Canonicus, resignauit an. 1557, 13 April.

Daniel *Brendel* ab *Homburg*, ex Scholastico Spirensi, & Canonico Mogunt. electus fuit in Archiepiscopum an. 1555, die 18 April. sedit an. 25, m. 11 d. 5. combustam S. Martini arcem Moguntiæ, vna cum Cancellaria ac templo splendidissimo, an. 1577 de nouo extruxit, prima Societatis Iesu Collegii fundamenta ibidem iecit, Imperatores duos Maximilianum II, ac Rudolphum II elegit ac coronauit. obiit an. 1582, Aschaffenburgi, die 22 Martii, sepultus Moguntiæ in D. Virginis sacello ecclesiæ maioris. 1543 1548

Daniel *Adam* a *Fechenbach*, maioris, D. Virginis ad gradus, ac S. Albani ecclesiarum Canonicus, obiit an. 1610, die 18 Augusti, sepultus ante aram S. Annæ ecclesiæ maioris. 1583

1435 Dielmannus ab *Hane*, id est, *Hagen*, vt ex insignibus eius patet, Canonicus, obiit anno ---- Edit. I pag.

Dietherus *Comes* a *Staheleck*, Canonicus, vixit an. 1238 patet ex litteris cœnobii in Schmerlenbach.

1427 Dietherus de *Isenburg*, *Comes* in *Büdingen*, Mogunt. & Colon. Canonicus, nec non D. Victoris Præpositus, postmodum Custos maioris, tandem Archiepiscopus electus an. 1459. Vide supra in *Custodibus*.

1434 Dietherus *Pincerna* de *Erbach*, Mogunt. Herbip. & Aschaffenburg ecclesiarum Canonicus. obiit an. 1437, in Vigilia S. Nicolai Episcopi, Aschaffenburgi sepultus. 44

1448 Dietherus a *Wertorff I.* Canonicus, obiit anno 14---

1522 Dietherus a *VVertorff II*, maioris, ac S. Albani Canonicus, obiit an. 1543, die 3 Decemb. sepultus in ambitu ecclesiæ maioris, iuxta domum Capituli.

Diethmarus de *Wahlen*, Mogunt. & Wormat. Canonicus, vixit anno 1388, Capitularis, obiit an. 1401, 2 Idus Maii, Wormatiæ in sacello S. Nicolai maioris ecclesiæ sepultus.

Drabodo de *Eyssenbach*, Canonicus, citatur in *libro animarum* ecclesiæ Mogunt. sed absque anno.

Dudo, Præpositus, citatur in litteris de an. 1124. Vide supra suo loco.

Dudo, Canonicus S. Martini Moguntiæ, citatur in *libro animarum* cœnobii S. Ruperti prope Bingiam sub 2 Kal. Augusti, nullo tempore anni superaddito.

Dudo, Canonicus, obiit Domicellaris, cuius meminit *liber animarum* ecclesiæ Moguntinæ.

E

EBERHARDVS, Cellerarius ac Canonicus Mogunt. nominatur in litteris cœnobii S. Ruperti de anno 1187.

Eberhardus de *Merlavv*, Canonicus & Subcustos, citatur in litteris monasterii S. Iacobi de an. 1252.

Eberhardus de *Oberstein*, Canonicus, vixit an. 1277. catal. *Canonicorum* MS.

Eberhardus, Cantor, vixit an. 1295. Vide supra suo loco.

Eberhardus, Custos, vixit an. 1295. Vide in *Custodibus*.

Eberhardus de *Oberstein*, Cantor anno 1320, obiit 1334. Vide supra suo loco.

Eberhardus de *Hirschorn*, Canonicus Mog. & Herbipol. vixit an. 1337, obiit 12 Kal. Iulii, de anno non constat.

Eberhardus *Comes* de *Oetingen*, Canonicus, vixit circiter anno 1360. citatur in *libro animarum* ecclesiæ Mogunt. & in *Henningesio*. 45

Eberhardus, Canonicus Mog. & Præpositus Fuldensis, citatur in *libro animarum*, non apposito anno.

Eberhardus a *Ders*, alias *Eckardus*, vt in sigillo eius, Canonicus Mog. & Wormat. 1364. factus Episcopus ibidem an. 1377. obiit an. 1405 Laudenburgi, die 14 Maii, sepultus Wormat. in choro maiori.

Eberhardus de *Ippelbrun*, Decanus, obiit anno 1418. Vide supra in *Decanis*.

Eberhardus de *Oberstein II*, Scholasticus, obiit anno 1411. De eo consule *Scholasticos*.

1397 Eberhardus *Pincerna* de *Erbach*, maioris, ac S. Albani Canonicus, nec non Iudicii secularis Moguntiæ Camerarius, obiit an. 1441, die 14 Octobr. ante aram D. Kiliani ecclesiæ maioris tumulatus.

1410 Eberhardus *Küse*, Canonicus, obiit an. ----.

1415 Eberhardus *Monch* de *Rosenberg*, Cantor, obiit an. 1429. Vide supra in *Cantoribus*.

1457 Eberhardus *Greiffenclavv* a *Volrats*, Canonicus, obiit an. 1489, 17 Kalend. Nouembr. in ambitu maioris ecclesiæ sepultus.

Eberhardus de *VVasen*, Canonicus, vixit anno 1470.

1592 Eberhardus *VVolffgangus* ab *Heusenstam*, Decanus maioris & S. Albani, obiit an. 1605. Vide supra in *Decanis*.

Eber-

Edit. I pag. Eberhardus Fridericus a *Dienheim*, Canonicus Mogunt. ac Herbipol. 1618

Eberzo vel *Everzo*, Canonicus, & Magiſter fabrices ſub an. 1292.

Ebervvinus a *Cronberg I*, Canonicus & Archipresbyter, vixit anno 1263; poſtmodum Scholaſticus ſub annis 1276 & 1283, obiit anno 12--. Vide ſupra in *Scholaſticis*.

Ebervvinus a *Cronberg II*, Mogunt. & Wormatienſ. Canonicus, electus fuit Epiſcopus Wormat. an. 1299, ſedit an. 3, & menſ. 9. obiit an. 1303, 22 April. Wormatiæ in choro maioris eccleſiæ ſepultus.

Ebervvinus de *Ernberg*, citatur Canonicus in *catalogo Canonicorum* MS.

46 Ebervvinus *ſeu* Ervvinus de *Sterinberg*, Scholaſticus, cuius annus necdum conſtat, vide ſupra.

Ebervvinus *hic de* Sternberg *videtur idem eſſe*, qui Ebervvinus *de* Cronberg, *vt in catalogo noſtro* Scholaſticorum *breuibus notatum*.

Ebervvinus *alias* Erbinus *vel* Ervvicus de *Rohrbach*, Cuſtos vixit an. 1370. vide ſupra.

Eckardus a *Ders*, Mogunt. & Wormat. Canonicus vixit anno 1468.

Egeno, Canonicus citatur in litteris cœnobii S. Ruperti ſub an. 1171.

Eitel Fridericus, *Comes* de *Hohenzollern*, Mogunt. Colonienſis, Argentorat. Salzburg. & Eichſtetenſis eccleſiarum Canonicus, nec non Magdeburg. Præpoſitus, reſignauit Moguntiæ Domicellaris, anno 1616, die 23 Auguſti. 1602

Embricho *Comes* a *Leiningen*, Præpoſitus vixit 1604. Vide ſupra in *Præpoſitis*.

Embricho, Cantor vixit anno 1080. vide ſuo loco.

Emelricus, Canonicus Sacerdos citatur in *libro animarum* abſque anno.

Emercho *Iudt*, Canonicus vixit anno 1276.

Emercho, Canonicus & Archipresbyter citatur in *libro animarum* eccleſiæ Moguntinæ abſque anno.

Emericus a *Schöneck*, Scholaſticus; poſtmodum Epiſcopus Wormatienſis. obiit anno 1318. Vide ſupra in *Scholaſticis*.

Emericus *ſeu* Emelricus de *Rüdesheim*, Canonicus & Archipresbyter, vixit ſub annis 1317 & 1326.

Emericus Henricus a *Rüdt*, Moguntinus & Herbipol. Canonicus. 1590

Emicho a *Waldeck*, Canonicus, Sacerdos vixit ſub anno 1370.

Emicho *Comes* a *Sponheim*, Canonicus citatur in *catalogo Canonicor.* MS. & *libro animarum* eccleſiæ Moguntinæ, abſque anno.

Emicho *alias* Emercho a *Levvenſtein*, Canonicus ſimiliter nominatur in prædictis locis, ſed annus non additur.

Emicho de *Bopardia*, Canonicus citatur in *libro animarum* abſque anno.

Emicho, Canonicus maioris & B. Virg. ad gradus, cuius mentio ibidem fit in *libro animarum*, ſed abſque vitæ vel mortis tempore.

Emundus ab *Hatzfelt*, maioris, D. Albani, ac B. Virg. in gradibus Canonicus, obiit anno 1607, die 1 Octobr. ſepultus ante altare D. Petri eccleſ. maior. 1572

47 Engelbertus de *Puttingen*, alias *de Puteo*, Canonicus citatur in *Catalogo Canonicor.* MS. itemque in *libro animarum* eccleſiæ Moguntinæ, abſque anno.

Engelbertus *Comes* de *Naſſavv*, Canonicus Mogunt. ac D. Bartholomæi Francofurtenſis Præpoſitus, obiit anno 1508, 7 April. in ambitu eccleſiæ maioris Mogunt. ſepultus. 1481

Epicho de *Praunheim*, Canonicus reſignauit anno 1429. 1427

Erckingerus a *Franckenſtein*, Canonicus 1404 & 1428. obiit anno ---- prid. Kalend. Februar.

Erhardus de *Ernberg*, maioris, & S. Albani Canonicus vixit an. 1469.

Erneſtus de *Münſtermeinfelt*, Canonicus Sacerdos vixit an. 1328.

Erneſtus *Comes* a *Reinſtein*, Canonicus Mogunt. nec non Naumburgenſis & Michelſteinianus Præpoſitus, reſignauit Moguntiæ anno 1567, die 30 Ianuar. 1546

Erneſtus, *Comes Palatinus Rheni*, *Dux Bauariæ*, *&c.* Mogunt. Colonienſis ac Herbipol. eccleſiarum Canonicus. reſignauit Moguntiæ an. 1587, factus Archiepiſco. 1571

chiepiſcopus Colonienſ. ac Epiſcopus Leodienſis, nec non Hildesheimenſis, Monaſterienſis ac Friſingenſis Adminiſtrator. Edit. I pag.

1617 Erneſtus Ludouicus, *Comes Rheni*, *&c.* Mogunt. ac Colonienſis Canonicus, Societatem Ieſu ingreſſus, reſignauit fratri Ottoni Ludouico anno 1622, die 6 Iunii.

1451 Evvaldus *Faulhaber* a *Wechtersbach*, Cantor prius, poſtmodum reſignans obiit anno 1486. Vide ſupra in *Cantoribus*.

F.

FINBRICHO, Canonicus & Camerarius Mogunt. vixit an. 1215, iuxta litteras cœnobii S. Ruperti.

Nominatus fuit EMBRICHO, *atque adeo referendus venit ad litteram precedentem* E.

Finicho de *Wirebach*, Canonicus anno 1215. citatur in iiſdem litteris cœnobii S. Ruperti.

Franciſcus de *Sinabulis*, alias de *Syboldis*, Sacerdos Romanus, Canonicus vixit anno 1337.

1518 Franciſcus *Comes* a *Waldeck*, Canonicus, electus Epiſcopus Mindenſis anno 1530, Oſnabrugenſis anno 1531, Monaſterienſis anno 1532, reſignauit Mogunt. Domicellaris an. eodem 1532. obiit poſtmodum anno 1553, die 22 Iunii, Monaſterii in ſumma æde ſepultus. 48

1533 Franciſcus a *Rasfelt I*, Canonicus obiit an. 1541, die 27 Decembr.

1555 Franciſcus a *Rasfelt II*, Canonicus maioris & S. Victoris, obiit anno 1587, die 18 Maii, Moguntiæ in ambitu ſepultus.

1604 Franciſcus Erneſtus *Baro* a *Criechingen*, *&c.* Cuſtos Colonienſis, nec non Moguntinæ, Treuirenſis, & Argentoratenſis eccleſiar. Canonicus.

Fridericus de *Kelberovven*. Canonicus ſub anno 1215, in litteris cœnobii S. Ruperti.

Fridericus *Comes* a *Firnenberg*, Canonicus ſub anno 1219, in litteris fundationis monaſterii S. Catharinæ iuxta Crucenacum.

Fridericus *Baro* de *Epſtein*, Præpoſitus an. 1286. Vide ſupra ſuo loco.

Fridericus *Heppe* de *Rheinberg*. Canonicus vixit anno 1042.

1337 Fridericus *Specht* de *Bubenheim*, Canonicus Sacerdos obiit anno 1364, 13 Kalend. Iunii, ſepultus in cœnobio monialium Dieffendal in Ringauia ordinis Ciſtercienſis.

Fridericus *Comes* de *Naſſavv*, Adolfi & Ioannis Archiepiſcoporum Mogunt. frater, Canonicus obiit anno 1371.

Magiſter Fridericus a *Glickenſteden*, Canonicus citatur in *libro animarum*, abſque anno.

1411 Fridericus *Waldeck* de *Vben*, Canonicus vixit anno 1425.

1428 Fridericus *Comes* de *Wertheim*, Moguntinus & Herbipolenſis Canonicus, vixit anno 1405.

1429 Fridericus *Brömbſer* de *Rüdesheim*, Canonicus obiit anno 1466.

1430 Fridericus a *Praumheim*, Canonicus vixit anno 1450.

1435 Fridericus *Wolff* a *Sponheim*, Moguntinæ & Spirenſis eccleſiarum Canonicus, nec non S. Guidonis ibidem Præpoſitus, vixit ſub annis 1450 & 1456.

1439 Fridericus de *Levvenſtein* dictus *Randeck I*, Canonicus obiit anno 1485, 12 Iulii, ſepultus ante aram D. Annæ eccleſ. maioris. 49

1479 Fridericus *Marchio Badenſis*, Mogunt. & Vltraiect. eccleſ. Canonicus, electus in Epiſcopum Vltraiectinum anno 1496, ſedit annis 20, reſignauit Epiſcopatum anno 1516, quo anno & obiit Lyræ Brabantiæ oppido, ſepultus Badis in ſepulchro patruo.

Fridericus *Schliderer* de *Lachen*, Canonicus vixit anno 1482.

Fridericus *dictus Mönch*, Canonicus citatur in *libro animarum* abſque anno.

Fridericus de *Levvenſtein* dictus *Randeck II*, maioris & S. Crucis eccleſiarum Canonicus, obiit anno 1487, die 12 Iulii, extra ad S. Crucem ſepultus.

1482 Fridericus *Küchenmeiſter* a *Gamberg*, maioris, & S. Albani eccleſiarum Canonicus, obiit an. 1515, 9 Febr. in ambitu maioris eccleſiæ ſepultus.

Fridericus

Edit. I pag. Fridericus *Comes Rheni, &c.* maioris, & S. Stephani eccleſiarum Canonicus. 1483

Fridericus *Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, Comes* in *Sponheim*, Cantor obiit anno 1518, de quo ſupra in *Cantoribus.* 1487

Fridericus *Dux Saxoniæ, &c.* Canonicus reſignauit anno ---- factus Ord. Teutonici Magiſter Boruſſiæ, obiit Rochlitii hydrope 13 Kalend. Decembr. anno 1510, ætatis 37, ſepultus Miſnæ. 1495

Fridericus a *Stockheim*, Canonicus vixit anno 1523, reſignauit fratri Adolpho anno 15---- 1523

Fridericus *Marchio Brandenburgenſis*, Canonicus Mogunt. & Præpoſitus Herbipolenſis, militiam ſecutus obiit Geneuæ in Sabaudia, anno 1536 Carolo V Imp. contra Franciſcum I Galliarum Regem militans, anno ætatis 39, die 20 Auguſti.

Fridericus a *Fürſtenberg*, maioris, S. Albani, S. Victoris, D. Petri Mogunt. nec non Paderbornenſis eccleſiarum Canonicus, obiit ſubſenior Moguntiæ anno 1608, die 9 Ianuar. ætatis 70; in ſacello S. Ioannis Baptiſtæ eccleſiæ maioris ſepultus. 1561

Fridericus ab *Holdingshauſen*, Canonicus Mogunt. ac Spirenſis Scholaſticus, obiit Spiræ anno 1584, die 5 Octobr. ſepultus ibidem in ambitu eccleſiæ maioris. 1567

50 Fridericus Georgius a *Schönborn*, maioris, S. Albani, D. Victoris, ac B. Mariæ ad gradus Canonicus ac Bingenſis Præfectus. 1584

Fridericus a *Sickingen*, Decanus electus anno 1622, die 15 Febr. de quo ſupra in *Decanis.* 1605

Fridericus Dietherus, *Camerarius* a Wormatia, dictus a *Dalburg*, Canonicus. 1619

G

GABELLO, Canonicus citatur in *libro animarum* abſque anno.

Gebhardus, Decanus vixit anno 1284. vide ſupra ſuo loco.

Georgius, Canonicus Sacerdos citatur in *libro animarum* eccleſiæ Mogunt. abſque anno.

Georgius *Comes* in *VVertheim*, Canonicus ſub annis 1388 & 1391, reſignauit anno 1422.

Georgius a *Stein*, ex Sueuia, Canonicus obiit anno 1451, die 4 Septemb. Moguntiæ in ambitu ſepultus. 1446

Georgius de *Sachſenheim*, Canonicus Mogunt. & Wormatienſis Scholaſticus, obiit anno 1500 Laudenburgi 8 Kalend. Octobris, in ambitu eccleſiæ maioris Wormatiæ ſepultus. 1473

Georgius *Dux Saxoniæ, &c.* Canonicus Mogunt. & Eisfeldiæ Præfectus, Erfordiæque Prouiſor anno 1484, reſignauit anno 1495. 1482

Georgius *Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, I.* Moguntinenſis, Spirenſis, & S. Donatiani Brugenſis Præpoſitus, in Spirenſem Præſulem electus fuit anno 1513, die 13 Febr. de eo ſupra in *Præpoſitis.* 1499

Georgius *Göler* a *Rauensburg*, Præpoſitus Spirenſ. ac Mogunt. Cantor. obiit anno 1558. vide ſupra in *Cantoribus.* 1512

Georgius *Comes* de *Hennenberg*, Moguntinus, Colonienſis & Argentoratenſis Canonicus, nec non Aſchaffenburgenſis Præpoſitus, obiit in Comitiis Wormatienſibus anno 1526, die 23 Auguſti, Spiræ in circuitu eccleſiæ maioris ſepultus. 1514

Georgius *Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, II. Princeps Simmeranus*, Canonicus, reſignauit Domicellaris fratri Richardo anno 1539. 1526

51 Georgius *Comes* a *Leiningen*, *Baro* a *VVeſterburg*, Canonicus reſignauit Domicellaris anno 1557, die 17 April. 1542

Georgius a *Trohe*, Canonicus, obiit Domicellaris anno 1546, die 26 Martii, in ambitu eccleſiæ maioris ante domum Capituli ſepultus. 1544

Georgius a *Schönenburg*, Epiſcopus Wormat. ac Mogunt. Præpoſitus, obiit anno 1595, die 11 Auguſti, de quo ſupra in *Præpoſitis.* 1553

1576 Georgius *Koeth* a *VVanſcheidt*, maioris, & S. Albani Canonicus, obiit anno 1591, die 9 Maii Moguntiæ, ibidem in ambitu maioris eccleſiæ ſepultus. Edit. I pag.

1577 Georgius a *VVilteberg*, Moguntinus ac Bruchſalienſis Canonicus, obiit Domicellaris Herbipoli in ſtudiis anno 1588, die 16 Februar. ibidem ſepultus.

1587 Georgius Fridericus *Greiffenclavv* a *Volrats*, Epiſcopus Wormatienſis ac Moguntinenſis Præpoſitus, de quo vide *Præpoſitos*.

1609 Georgius Antonius a *Rodenſtein*, Decanus Spirenſis, ac S. Germani ibidem Præpoſitus, Cuſtos item Wormatienſis ac Mogunt. Canonicus.

Gerbodo, Præpoſitus citatur in *libro animarum* eccleſiæ S. Petri Mogunt. ſed abſque anno, de eo ſupra ſuo loco.

Gerhardus *Comes VVildenſis*, ſeu *Sylueſter I*, ex Canonico Mogunt. Archiepiſcopus factus anno 1251, ſedit annos 9. obiit Erffordiæ anno 1260, ibidem in Franciſcanorum æde ſacra ſepultus.

Gerhardus *Dominus* de *Bolanden*, Canonicus citatur in litteris de anno 1258.

Gerardus *Baro* de *Epſtein*, Canonicus Mogunt. & Archidiaconus Treuirenſis, electus in Archiepiſcopum Mogunt. anno 1288, ſedit annos 25. obiit anno 1304, die 25 Februarii, in maiori eccleſia tumulatus.

Gerhardus, Scholaſticus vixit anno 1357, de quo ſuo loco.

Gerhardus a *Sotteubach*, Canonicus Sacerdos citatur in *libro animarum* eccleſiæ Moguntinæ abſque anno.

Gerhardus *Comes Wildenſis* ſeu *Sylueſter II*, notatur in catalogo *Canonicorum* MS. & *libro animarum* eccleſiæ Mogunt. nullo appoſito anni tempore.

Gerhardus a *Batthenburg*, Canonicus vixit anno 1426, cuius mentio fit in *libro animarum* eccleſiæ Moguntinæ. 52

1419 Gerhardus a *Gramburg*, Canonicus vixit ſub anno 1433.

1451 Gerhardus *Pincerna* de *Erbach*, Canonicus, obiit anno 14---

1458 Gerhardus de *Ernberg*, Scholaſticus, obiit anno 1498. vide ſupra in *Scholaſticis*.

1553 Gerhardus a *Grosbeck*, Canonicus, factus Epiſcopus Leodienſis, reſignauit Domicellaris anno 1557, 1 Febr. obiit anno 1584, Kalend. Ianuarii, ætatis anno 64, Præſulatus vero 16, Leodii ſepultus.

Gerlacus *Comes* de *Naſſavv*, ex Decano factus Archiepiſcopus Mogunt. anno 1346. obiit anno 1371, de quo ſupra in *Decanis*.

1578 Gernandus a *Schvvalbach*, Archipresbyter maioris, ac D. Albani Mogunt. nec non maioris Spirenſis Canonicus, obiit anno 1588, die 23 Febr. Moguntiæ ſepultus.

1482 Gilbertus a *Buhſeck*, Canonicus, obiit anno 1526, die 27 April.

Giſelbertus de *Ingelheim*, Canonicus & Archidiaconus Mogunt. vixit anno 1318 & 1326.

Giſelbertus a *Reinberg*, Præpoſitus citatur in *libro animarum* maioris eccleſiæ, ſed nullo anno appoſito.

Godboldus, Præpoſitus vixit anno 1088. vide ſupra.

Godfridus, Canonicus Mogunt. & Francofurtenſis Præpoſitus, citatur in litteris cœnobii S. Ruperti de annis 1158 & 1181.

Godfridus *Comes* de *Sarbrücken*, citatur Canonicus in prædictis litteris S. Ruperti de anno 1187.

Godfridus, Decanus vixit anno 1215, de quo ſupra ſuo loco.

Godfridus de *Ringenheim*, Canonicus citatur in *libro animarum* abſque anno.

Godfridus *Baro* de *Epſtein I*, Canonicus citatur in litteris cœnobii S. Ruperti de anno 1215.

Godfridus, Cuſtos nominatur teſtis in prædictis litteris, anno 1215, de quo ſuo loco.

Godfridus *Baro* de *Epſtein II*, Cuſtos citatur ſub anno 1299. vide ſupra in *Cuſtodibus*.

Godfridus a *Waldeck*, Canonicus ſub anno 1337.

Godfri-

Edit. I p. 53

Godfridus a *Kalſmund*, Canonicus ſub annis 1382 & 1393.

Godfridus *Comes* a *Leiningen*, Mogunt. & Spirenſis Canonicus ſub an. 1393 & 1397.

Godfridus *Comes* a *Ziegenhan*, Canonicus citatur in *libro animarum* eccleſiæ Mogunt. vixit anno 1402. 1402

Godfridus de *Bubenheim*. Canonicum nominat *catalogus Canonicorum* MS. non appoſito tempore, ſimiliter *liber animarum* eccleſiæ Mogunt.

Godfridus a *Kolling*, Canonicus, obiit anno 1486, 21 Febr. in ambitu eccleſiæ maioris ſepultus. 1452

Godfridus a *Biedenfelt*, Canonicus obiit anno ---- 1491

Godfridus ab *Hatſtein*, maioris, & S. Albani Canonicus, obiit anno 1517, die 20 Maii, ſepultus in circuitu eccleſiæ maioris. 1498

Goippelo, Canonicus citatur in *libro animarum* eccleſiæ Mogunt. abſque anno.

Gotſchalcus Ericus a *Roſencrantz*, Canonicus Domicellaris, obiit an. 1543. 1536

Guntherus *Comes* a *Schvvartzenburg*, Præpoſitus anno 1388. Vide ſupra in *Præpoſitis*.

Guntherus a *Kehr*, Canonicus Mogunt. Bamberg. & Herbipolenſis, obiit anno 1408. 1393

H.

HARDOVICVS, Canonicus Moguntinus & Archiepiſcopus Magdeburgenſis. obiit anno 1102.

Hartmannus, Decanus ſub anno 1135. Vide ſupra ſuo loco.

Hartmannus, Præpoſitus ſub anno 1151, de quo ſupra.

Enimvero Hartmannus *Decanus idem eſt, qui* Hartmannus *Præpoſitus. Ex* Decano *namque anno* 1143 *factus fuit* Præpoſitus. *Vide infra, quem confecimus, catalogum* Præpoſitorum.

Hartmannus a *Biedenfelt*, Canonicus maioris, & S. Albani. Obiit an. 1450, die 3. April. in ambitu eccleſiæ maioris ſepultus. 1437

Hartmannus *Burggrauius* a Kirchberg, Fuldenſis eccleſiæ Abbas, nec non metropolitanæ Mogunt. Canonicus & Archipresbyter. Obiit anno 1529, die 1 April. in ambitu eccleſiæ Mogunt. tumulatus. 1487

54 Hartmudus, Canonicus Sacerdos, cuius mentio fit in *libro animarum* eccleſiæ Mogunt. abſque anno

Hedericus, Canonicus vixit an. 1157, de quo *Trithemius* in Chron. Hirſaug. pag. 143.

Helfricus a *Dörffelden I*, Canonicus, obiit an. 1462, 22 April. in ambitu maioris eccleſiæ ſepulus. 1448

Helfricus a *Dörffelden II*, ſeu Iunior, Canonicus, obiit an. 1490, vlt. Auguſti, in ambitu eccleſiæ Mogunt. ſepultus.

Magiſter Helvvicus, Canonicus citatur in *libro animarum* eccleſiæ Mogunt. abſque anno.

Hennnekinus de *Sintzig*, Canonicus citatur ſimiliter in prædicto libro abſque anno.

Henricus *Comes* de *Naſſavv*, Canonicus vixit circa annum 1020, citatur in Genealogia Comitum Naſſouiæ *Ioannis Orlers*, ciuis Leidenſis.

Henricus I, Præpoſitus vixit anno 1130. vide ſupra.

Henricus, Cuſtos ſub anno 1135, de quo ſupra.

Henricus I, Cantor ſub anno 1171. Vide in *Cantoribus*.

Henricus, Decanus vixit anno 1181, de quo in *Decanis*.

Henricus *Cantor &* Henricus *Decanus eſt vnus idemque. vide infra, quem dedimus, catalogum* Decanorum.

Henricus, Canonicus & Præpoſitus Bingenſis, vixit anno 1187, teſtantibus litteris cœnobii S. Ruperti prope Bingiam, item anno 1219, iuxta litteras cœnobii Schmerlenbach.

Henricus *Capra*, Canonicus vixit anno 1187, iuxta prædictas litteras S. Ruperti.

Henricus *Comes* a *Veringen*, Canonicus electus in Epiſcopum Argentinen-

ſem anno 1202, ſedit annis 20. obiit anno 1223, 5 Idus Martii, ſepultus in capella S. Andreæ maioris eccleſiæ Argentinæ. Edit. I pag.

Henricus II, Cantor an. 1215. Vide ſupra in *Cantoribus.*

Henricus II, Præpoſitus anno 1219. Vide ſupra ſuo loco.

Henricus de *Selſa*, Canonicus ſub anno 1219.

Henricus *Archidux Auſtriæ*, cognomento *Placidus*, Canonicus Moguntinus, Archiepiſcopo ibidem Coadiutor datus fuit a Ioanne XXII Roman. Pontif. reſignans poſtmodum vxorem duxit, obiit anno 1327.

Henricus *Comes* a *Staheleck*, Præpoſitus fuit, cuius tamen vitæ annus necdum patet. de quo ſupra. 55

Henricus a *Rodenſtein*, Canonicus Mogunt. & ciuitatis Moguntinæ in Iudicio ſæculari Camerarius ſub an. 1314 & 1321. obiit anno----.

Henricus a *Byenbach*, Cuſtos ſub annis 1347 & 1353. Vide ſupra in *Cuſtodibus.*

Henricus a *Grumbach*, Canonicus vixit anno 1326.

Henricus ab *Eltz*, Canonicus ſub anno 1328.

Henricus a *Paffendorff*, Canonicus anno 1337.

Henricus *Beyer* de *Boppardia*, Decanus obiit anno 1337, de quo ſupra.

Henricus *Comes* de *Katzenelenbogen*, Canonicus Domicellaris ſub anno 1388.

Henricus *Beyer* de *Sternberg*, Canonicus obiit anno 1344, 7 Auguſti, in ambitu maioris eccleſiæ tumbatus.

Henricus *Comes* in *Solms*, Canonicus vixit anno 1370.

1385 Henricus de *Mannendal*, Canonicus vixit anno 1415.

Henricus de *Luckavv*, Canonicus citatur in *libro animarum* eccleſiæ maioris abſque anno.

Henricus de *Fulda*, Canonicus Sacerdos citatur in eodem *libro animarum* abſque anno.

Henricus de *Vach*, Canonicus item citatur in libro prædicto abſque anno.

Henricus a *Schöneck*, Canonicus obiit anno 14--, 6 Idus Ianuar. in ambitu eccleſiæ Moguntinæ ſepultus.

Henricus *Brömſer* a *Rüdesheim*, Canonicus ſub anno----.

Henricus *Ravv* de *Holtzhauſen*, Scholaſticus obiit anno 1415, de quo ſupra.

Henricus de *Lindavv*, Canonicus citatur in *catalogo Canonicorum* MS. abſque anno.

Henricus a *Schonberg*, Cantor obiit an. 1412, de quo ſupra.

Henricus *Schetzel* de *Lorch*, Canonicus vixit an. 1400. obiit anno 1407, ſepultus in ſacello S. Nicolai, eccleſiæ maioris.

1398 Henricus de *Gerhartſtein*, Canonicus vixit anno 1420, reſignauit poſtmodum, factus monachus ord. D. Bernhardi. 56

Henricus *Comes* de *Naſſavv II*, Præpoſitus ſub annis 1462 & 1480. Vide ſupra in *Præpoſitis.*

1410 Henricus *Greiffenclavv* a *Volrats*, Decanus maioris Mogunt. nec non Treuirenſis ac S. Albani Canonicus, reſignauit anno 1456, monaſterium ingreſſus. Vide ſupra in *Decanis.*

1412 Henricus a *Schonberg II*, Cantor obiit anno 1441. Vide ſupra ſuo loco.

1417 Henricus *Möhrlen* dictus *Behm*, Iuris Licentiatus, maioris, & S. Albani eccleſiarum Canonicus, nec non Reuerendiſſimi Mogunt. Conſiliarius, obiit an. 1447, in ambitu maioris eccleſiæ ſepultus.

Henricus *Comes* a *Schvvartzenburg*, Canonicus Mogunt. nec non Erfordienſis Prouiſor ac caſtri Ruſtenbergenſis ſupremus Præfectus 1477.

Henricus a *Bach*, Canonicus Sacerdos vixit anno 1478.

1481 Henricus *Reuß* a *Plavven*, Decanus Colonienſis, ac Mogunt. Canonicus, diuique Petri ibidem Præpoſitus, obiit Iubilarius anno 1530, 18 Septembr. Moguntiæ ante chorum ferreum ſepultus.

Henri-

Edit. I pag. Henricus a *Praumheim*, Canonicus, obiit anno 1526, 19 Sept. sepultus in sacello SS. Petri & Pauli ecclesiæ maioris. 1482

Henricus *Comes* a *Stolberg*, Decanus Colonienſis & Mogunt. Canonicus, resignauit anno 1548, vxorem ducens.

Henricus a *Stockheim*, Cantor maioris, ac D. Albani Præpositus, obiit anno 1588. Vide supra in *Cantoribus*. 1543

Henricus a *Reck*, Canonicus, resignauit anno 1558, 28 April. 1553

Henricus ab *Hatzfelt*, Canonicus maioris, ac S. Albani, resignauit anno 1572, 21 Februar. 1553

Henricus a *Biland*, Canonicus maioris, ac S. Albani, obiit 1578, 25 Iulii, Moguntiæ in ambitu maiori sepultus. 1554

Henricus de *Naſſavv*, Mogunt. Treuirenſ. ac D. Albani ecclesiarum Canonicus, nec non Archidiaconus tit. S. Lubentii in Dietkirchen ac Limburgensis Præpositus, obiit anno 1601, 22 Febr. Vltimus familiæ, Moguntiæ ante aram D. Petri ecclesiæ maioris sepultus. 1557

57

Henricus Philippus a *Stockheim*. Canonicus Domicellaris, obiit Sienæ in Italia studens anno 1607, 1 Nouembr. ibidem sepultus. 1588

Henricus Fridericus ab *Hatzfelt*, Canonicus maioris, & S. Albani. 1605

Herbordus a *Dürn*, Canonicus citatur in *catalogo Canonicorum* MS. & *libro animarum* ecclesiæ Moguntinæ absque anno.

Hermannus I, Præpositus maioris anno 1069. Vide supra in *Præpositis*.

Vicedominus *fuit, non autem* Præpositus, *vt alibi iam notatum.*

Hermannus, Cantor, anno 1181. vide supra.

Hermannus II, Præpositus anno 1275. vide supra.

At vide, qua infra attulimus in nostro Præpositorum *catalogo, & reperies, errare hic* Helvvichium.

Hermannus a *Schöneck*, Canonicus vixit anno 1326.

Hermannus de *Hephefft*, Canonicus, anno 1326.

Hermannus a *Saulheim*, Canonicus maioris, & S. Crucis Præpositus, vixit anno 1337.

Hermannus a *Bibravv*, Canonicus Sacerdos 1337.

Hermannus a *Scharffelt*, Canonicus citatur in *catalogo Canonicorum* MS. & *libro animarum* ecclesiæ Mogunt. absque anno.

Hermannus *Comes* de *Firnenberg*, Canonicus similiter citatur absque anno in *libro animarum*.

Hermannus a *Gleichen*, Canonicus, similiter absque anno citatur.

Hermannus a *Buchenavv I*, Canonicus Sacerdos obiit an. 1452, 17 April. in ambitu ante sacellum S. Nicolai sepultus. 1428

Hermannus de *Buchenavv II*, seu *Iunior* Canonicus. 1442

Hermannus *Landgr. Haſſiæ*, Scholasticus Wormatienſ. nec non Moguntinæ ac Colonienſis ecclesiarum Canonicus, Præpositus item Aquisgranensis, ac D. Gereonis Coloniæ, electus in Archiepiscopum ibidem anno 1480, altera Laurentii, itemque Coadiutor Paderbornensis constitutus anno 1498. præfuit Coloniæ annis 28, Paderbornæ annis 10. Obiit in Poppelsdorff an. 1508, 20 Octobris, Coloniæ in summa æde sepultus. 1467

Hermannus a *Schvvartzenburg*, Canonicus, vixit an. 1478.

Hermannus a *Biedenfelt*, Canonicus. 1491

Heroldus de *Hertestat*, Canonicus anno 1219.

58 Hertandus a *Stein*, Canonicus, 1466 resignauit.

Hertvvinus, Cantor vixit anno 1511. vide supra.

Hertvvinus *Mohn* a *Saulheim*, Canonicus 1352 & 1370. obiit anno ---- 10 Kal. Febr. Mogunt. in ambitu sepultus.

Houevvardus a *Sickingen*, Canonicus Mogunt. & Præpositus Moxstadienſis, an. 1405. obiit an. 1422, in ambitu ecclesiæ sepultus. 1392

Hugo, Cantor vixit anno 1158.

Hugo, *Comes* de *Spigelberg*, Canonicus citatur in *libro animarum* ecclesiæ Moguntinæ absque anno.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hugo *Comes VVildenſis*, Canonicus citatur in catalogo *Canonicorum* MS. & *libro animarum* eccleſiæ Moguntinæ abſque anno. Edit. I pag.

Hugo *Schlumpff* de *VVinternheim*, Canonicus citatur in *libro animarum* eccleſiæ Moguntinæ abſque anno.

1589 Hugo *Cratz* a *Scharpffenſtein*, Mogunt. ac Wormat. Canonicus, nec non D. Bartholomæi Francofurti Præpoſitus; obiit an. 1619, 31 Martii, in ambitu eccleſiæ Moguntinæ ſepultus.

1604 Hugo Eberhard *Cratz* a *Scharpffenſtein*, Moguntinæ, Treuirenſis ac Wormat. eccleſiarum Canonicus.

1611 Hugo Fridericus ab *Eltz*, Moguntinus, Treuirenſ. ac Herbipolenſis Canonicus.

I

IAcobus de *Treuiri*, Canonicus, vixit an. 1328.

Iacobus de *Nortmannis*, Præpoſitus citatur in *libro animarum* eccleſiæ Moguntinæ abſque anno, vide ſupra.

Iacobus *Iudt*, Canonicus citatur in catalogo *Canonicorum* MS. & *libro animarum* eccleſiæ Moguntinæ nullo anno appoſito.

Iacobus, Canonicus Mogunt. & Cantor Wormat. citatur in *libro animarum* prædicto abſque anno.

1470 Iacobus de *Liebenſtein*, ex Decano Archiepiſcopus Mogunt. factus an. 1504. Vide ſupra in *Decanis*.

1584 Iacobus ab *Eltz*, Decanus obiit anno 1621, 23 Decembr. Vide ſupra in *Decanis*.

1588 Iacobus a *VViltberg*, Canonicus & Archipresbyter Mogunt. itemque Wormatienſis, ac D. Virg. ad gradus Mog. nec non S. Petri ibidem Præpoſitus. Obiit an. 1605, 26 Martii, Moguntiæ in ambitu ſepultus. 59

1558 Ioachimus a *Reck*, Canonicus, obiit an. 1566, 20 Octobr.

1571 Ioachimus *Comes Zollerenſis*, &c. Moguntinus, & Herbipolenſis Canonicus, reſignauit an. 1574.

1601 Ioachimus a *VViltberg*, Canonicus Moguntinus, Cantor Wormat. ac Scholaſticus Spirenſis, nec non D. Guidonis ibidem Præpoſitus, obiit an. 1621, 12 Maii in ambitu eccleſiæ Moguntinæ ſepultus.

Ioannes I, Scholaſticus vixit an. 1080. Vide ſupra in *Scholaſticis*.

Ioannes II, Scholaſticus ſub an. 1238. Vide ſupra.

Ioannes I, Decanus an. 1254.

Ioannes de *Sigersberg*, Decanus an. 1295.

Ioannes, Leg. Doctor, Moguntinæ, Bambergenſis & Brixinenſis eccleſiarum Canonicus, poſtulatus in Epiſcopum Friſingenſem an. 1312, obiit an. 1324.

Ioannes a *Friedberg*, Canonicus maioris, ac S. Mauritii Mogunt. Præpoſitus, vixit an. 1326. obiit an. 1343, 25 Octobr. in ſacello S. Nicolai eccleſiæ maioris ſepultus.

Ioannes de *VVartenberg I*, Canonicus Moguntinus, vixit an. 1326. obiit ſenior an. 1391, feria 2 poſt *Inuocauit*, in ambitu eccleſiæ maioris ſepultus.

Ioannes de *Fontibus*, Canonicus, vixit an 1326.

Ioannes *Brômbſer* de *Rüdesheim*, Canonicus ſub an. 1326.

Ioannes *Senn* de *Munſingen*, Moguntinus & Baſilienſ. Canonicus, eligitur in Epiſcopum Baſileenſem an. 1330, præfuit annis 35. obiit an. 1365. vlt. Iunii, in maiori eccleſia Baſileæ ſepultus.

Ioannes de *Würtemberg*, Canonicus, vixit an. 1335.

Ioannes *Vnderſchaff*, Decanus an. 1338, de quo ſupra ſuo loco.

Ioannes a *Carben*, Canonicus 1330. obiit an. 1343, 8 Nouembr. in ſacello S. Nicolai eccleſiæ Moguntinæ ſepultus.

Ioannes a *Rockendorff*, Mogunt. ac Wormatienſ. Canonicus.

Ioannes de *Bellersheim*, Canonicus, vixit an. 1346. 60

Ioannes de *Treuiri*, S. Seueri Erffordienſis Decanus ac Mogunt. Canonicus, citatur in *libro animarum* eccleſiæ Mogunt. abſque anno.

Ioannes de *Columna*, Præpoſitus ſub an. 1346. Vide ſupra ſuo loco.

Ioannes *Borngas* de *Lorch*, Canonicus, vixit an. 1367.

Ioannes *Comes* a *Reineck*, Cuſtos, vixit an. 1388. Vide ſupra in *Cuſtodibus*.

Io-

Edit I pag.

Ioannes a *Reichenbach*, Canonicus citatur in *libro animarum* ecclesiæ Moguntinæ absque anno.

Ioannes a *VVartenberg II*, seu Iunior, vixit an. 1370.

Ioannes *Comes* de *Eberstein*, nepos B. Elisabethæ, Canonicus & ciuitatis Mog. Camerarius, obiit an 1387, 6 Kal. Iunii, in ambitu ecclesiæ Moguntinæ sepultus.

Ioannes *Pincerna D. de Erpach*, Canonicus, vixit anno - - -

Ioannes *Hoffvvard* de *Kirchheim*, Mogunt. ac Herbipol. Canonicus, nec non in Vlmena inferiori Præfectus, vixit an 1388, & 1410.

Ioannes a *Schonberg*, primum Scholasticus, deinde Præpositus, obiit anno 1414. Vide supra in *Præpositis*.

Ioannes *VVinter* a *Rudesheim*, Canonicus & ciuitatis Mogunt. Camerarius, obiit an. 1427. 4 Aug.

Ioannes *Weis* a *Fevverbach*, Decanus obiit an. 1428. Vide supra. 1392

Ioannes *Comes Rheni*, &c. Canonicus sub anno - - - -

Ioannes *VVeis*, Canonicus Sacerdos citatur in *libro animarum*, absque anno.

Ioannes de *Montzingen*, Cantor Spirensis & Canonicus Mogunt. citatur in *libro animarum* absque anno.

Ioannes a *Colnhausen*, Canonicus sub an. 1393.

Ioannes a *Kirchheim*, Canonicus sub an 1393.

Ioannes a *Born*, Canonicus, obiit anno. - - - - 1395

Ioannes *Comes* de *Nassavv*, Canonicus, factus Archiepis. Mog. an. 1397. obiit
61 Aschaffenburgi an. 1419, 23. Sept. sepultus Moguntiæ in medio ecclesiæ maioris.

Ioannes a *Randeck*. Canonicus, vixit an. 1346.

Ioannes de *Lindavv*. Canonicus maioris, & S. Ioannis Cantor, obiit anno 1398
1448, 13 Iulii, in ambitu ecclesiæ maioris sepultus.

Ioannes a *Rodenstein*. Canonicus Mogunt. & Aschaffenburg. Præpositus, obiit 1398
an. 1447, in ambitu maioris ecclesiæ ante sacellum S. Nicolai sepultus.

Ioannes de *Levvenstein*, dictus *Randeck* Canonicus Mogunt. & Præpositus 1398
Limburgensis, obiit an. 1452, 25 Februar. Mogunt. sepultus.

Ioannes *Comes Hirsutus* alias *Raugraff*, citatur in *libro animarum* ecclesiæ Mogunt. absque anno.

Ioannes *Knebel* de *Katzenelnbogen*, Canonicus, vixit sub an. 1405.

Ioannes de *Ernberg*. Canonicus, vixit an. 1405.

Ioannes a *Fleckenstein*, Canonicus Mogunt & Wormat. electus in Episcopum 1404
Wormatiensem an. 1410, præfuit an. 16. obiit Laudenburgi an. 1426, 18 Maii, Wormatiæ in maiori choro sepultus.

Ioannes a *VValdeck*. Canonicus, obiit an. - - - - 1408

Ioannes a *Cronberg*, (cum corona) Mogunt. & Aschaffenburg. Canonicus, 1410
obiit an. 1439, 20 April. Aschaffenburgi in ambitu sepultus.

Ioannes a *Reiffenberg*, Canonicus, obiit an. - - - - 1415

Ioannes *von der Spor*, Canonicus, obiit an. - - - - 1418

Ioannes *Flach* a *Schvvartzenburg*, obiit Custos anno 1453. Vide supra in 1418
Custodibus.

Ioannes de *Bibravv*, Canonicus, vixit an. 1419.

Ioannes *Comes* a *VVertheim*, Decanus Colonienſis, nec non Moguntiæ ac 1422
Herbipoli Canonicus, vixit an. 1428. obiit an. - - - -

Ioannes a *Festenburg*, Canonicus, obiit an. 1466, 7 Septembr. Moguntiæ in 1428
ambitu sepultus.

Ioannes *Baro* ab *Epstein*. Canonicus Moguntinus ac Colonienſis, vixit an. 1478.

62 Ioannes *Mônch* a *Rosenberg*, Canonicus ac Reuerendissimi in Spiritualibus Vicarius, nec non ciuitatis Camerarius, itemque Wormat. Canonicus, obiit an. 1487, 16 Maii in ambitu ecclesiæ Mogunt. sepultus.

Ioannes *Nix* de *Hoheneck* dictus *Entzberg*, Præpositus Wormat. Decanus Moguntinus, ac Spirensis Canonicus, sub an. 1456. Vide supra in *Decanis*.

Ioannes *Comes* in *Solms*, Moguntinus ac Colonienſis Canonicus, postmodum resignans vxorem duxit, obiit tandem an. 1457.

Ioannes *Marchio Badensis*, Canonicus Mogunt. ac Treuirensis, factus Archie- 1448
piscopus Treuirorum an. 1449. obiit an. 1505. Treuiris in sacello S. Nicolai maioris ecclesiæ sepultus.

Ioan-

1450 Ioannes *Specht* a *Bubenheim I.* Canonicus maioris & S. Albani, obiit anno 1497, 23 Septembr. in ſacello SS. Petri & Pauli eccleſiæ maioris ſepultus. Edit. I pag.

1452 Ioannes de *Erlenbach*, Canonicus anno ----

1453 Ioannes *Comes* de *Naſſavv* & *VVeilburg*, Canonicus Mogunt. & Præpoſitus in Limburg ſub anno 1480.

1467 Ioannes *Bois* a *VValdeck*, Canonicus Mogunt. & S. Martini Bingenſis Præpoſitus, obiit anno 1508, 3 Martii, in ambitu maioris eccleſiæ ſepultus.

Ioannes *Comes* de *Hennenberg*, Moguntinæ, Colonienſis, Treuirenſis, Argentinenſis, Bambergenſis & Herbipolenſis eccleſiarum Canonicus, poſtmodum vbique reſignans anno 1472, ord. D. Benedicti ingreſſus eſt, tandemque Abbas Fuldenſis factus, obiit anno 1513, 20 Maii, ſedis ſuæ anno 41, ætatis anno 74. Fuldæ ſepultus.

Ioannes a *Stettenberg*, Canonicus vixit anno 1472.

1478 Ioannes de *Hatſtein*, Canonicus Senior obiit anno 1518, 13 Kalend. Sept. Moguntiæ in ambitu ſepultus.

1479 Ioannes a *Dalburg*, Canonicus Moguntinus & Wormatienſis, factus Epiſcopus Wormatienſis anno 1482, præfuit annis 20. obiit anno 1503, 27 Iulii Laudenburgi.

Ioannes Iacobus *Sclafenatus*, Præpoſitus reſignauit anno 1490. Vide ſupra in *Præpoſitis.*

1485 Ioannes *Quad.* Canonicus, obiit anno 1526, 29 Martii, in ambitu eccleſiæ maioris ſepultus.

1485 Ioannes *Brendel* ab *Homburg*, Canonicus maioris & S. Albani, obiit anno 1504, 11 Decembr. Moguntiæ in ambitu ſepultus. 63

1485 Ioannes a *Guttenberg*, Canonicus maioris & S. Albani Præpoſitus, nec non Herbipoli Scholaſticus, obiit anno 15--, die 24 Iunii, in ambitu maioris eccleſiæ Moguntiæ non procul a ſcholis ſepultus.

Ioannes *Comes Palatinus &c.* Canonicus vixit anno 1487.

1487 Ioannes a *Cronberg*, (cum alis) Canonicus, obiit anno 1505, 23 Martii, Mogunt. in ambitu ſepultus.

1490 Ioannes *Specht* a *Rubenheim II*, Canonicus maioris & S. Albani Cuſtos, nec non Miles Hieroſolymitanus, obiit anno 1524, 16 Maii, ſepultus in ſacello SS. Petri & Pauli Apoſt. eccleſiæ maioris.

1491 Ioannes a *Vilbel*, Archipresbyter maioris, nec non D. Virg. ad gradus Canonicus, obiit anno 1519, 9 Octobr. in ambitu maioris eccleſiæ ſepultus.

Ioannes a *Grumbach*, Canonicus, vixit anno 1506.

1508 Ioannes de *Ernberg II*, Decanus obiit anno 1544. Vide ſupra in *Decanis.*

1514 Ioannes Albertus *Marchio Brandenburg.* Cuſtos factus anno 1538, de quo ſupra ſuo loco.

1515 Ioannes de *Heldrit*, Canonicus Sacerdos, obiit anno 1530, 1 Martii, in ſacello S. Laurentii eccleſiæ maioris ſepultus.

1517 Ioannes *Comes* de *Henneberg II*, Moguntinus, Colonienſis & Argentinenſis Canonicus, factus Abbas Fuldenſis anno 1521, ſedit annis 20. obiit anno 1541, 5 Maii, ſepultus Fuldæ.

1519 Ioannes de *Bibravv*, Canonicus, vixit anno 1522.

1530 Ioannes *Fock* a *VValſtat*, Canonicus, factus Scholaſticus anno 1551, de quo ſupra.

1536 Ioannes Andreas *Moſbach* de *Lindenfels*, Decanus primum, deinde Præpoſitus, obiit anno 1571, de quo ſupra.

1541 Ioannes Ieremias de *Oberſtein*, Canonicus reſignauit anno 1553.

1541 Ioannes de *Hohenſtein*, maioris ac S. Albani, nec non Wormatienſis Canonicus, obiit anno 1558, 22 Febr.

1548 Ioannes ab *Eller*, Canonicus globo transfixus anno 1557, iuxta Bonnam.

1548 Ioannes Adolphus *Ravv*, Canonicus reſignauit Domicellaris anno 1564. 64

1550 Ioannes Erneſtus *Comes* a *Mansfelt*, Canonicus reſignauit anno 1551, 27 Auguſti.

Ioan-

Edit. I pag.

Ioannes a *Bicken*, Canonicus maioris & S. Albani, obiit anno 1567, 27 Ianuarii, in sacello D. Virg. maioris ecclesiæ sepultus. 1551

Ioannes Henricus a *VValtbrun*, Scholasticus, obiit anno 1573, de quo supra in *Scholasticis*. 1553

Ioannes a *Dienheim*, maioris & S. Albani Canonicus, obiit anno 1573, 2 Septembr. in ambitu maioris ecclesiæ sepultus. 1554

Ioannes Philippus *Klüppel* de *Elckershausen*, maioris & D. Albani ecclesiæ Canonicus, nec non Bingensis Præfectus, obiit in Ernfels anno 1570, 3 Maii Bingæ ad S. Martinum sepultus. 1555

Ioannes Daniel *Baro* a *Winnenberg*, Canonicus Moguntinus, Colonienſis, Argentinensis & Leodiensis, obiit anno 1582, 13 Iulii. 1557

Ioannes Philippus a *Cronberg*, Canonicus Domicellaris, obiit anno 1563, 17 Iulii. 1557

Ioannes *Hilchen* de *Lorch*, maioris ac S. Albani, nec non Wormatiensis ecclesiarum Canonicus, obiit anno 1577, 12 August. in ambitu ecclesiæ Moguntinæ sepultus. 1559

Ioannes Theobaldus a *Stadion*, Decanus obiit anno 1585, de quo supra. 1560

Ioannes Conradus *Kotvvitz* de *Aulnbach*, Custos obiit anno 1610. Vide supra in *Custodibus*. 1562

Ioannes Rupertus *Ravv* de *Holtzhausen*, maioris, S. Albani, ac D. Victoris ecclesiarum Canonicus, obiit Hierosolymis in peregrinatione sancta anno 1588, 29 Iulii, ibidem sepultus. 1564

Ioannes Schvvicardus a *Cronberg*, ex Decano Archiepiscopus Moguntinensis electus anno 1604. Vide supra in *Decanis*. 1564

Ioannes Eberhardus a *Carben*, Canonicus resignauit anno 1581, 12 Iulii. 1567

Ioannes Christophorus *Hundt* a *Saulheim*, Canonicus, resignauit anno 1581, 15 Decembr. 1568

Ioannes Richardus ab *Eltz*, Canonicus, resignauit anno 1578, 1 Febr. 1571

65 Ioannes Bernhardus a *Gablentz*, Archipresbyter maioris, nec non D. Albani ac B. Virg. ad gradus Canonicus, obiit anno 1592, 2 Febr. ante aram D. Petri ecclesiæ maioris sepultus. 1572

Ioannes Adamus a *Bicken*, ex Scholastico Archiepiscopus factus anno 1601, obiit anno 1604, de quo supra in *Scholasticis*. 1574

Ioannes Henricus a *Dienheim*, Cantor Spirensis, Decanus Bruchsalienſis, Præpositus B. M. Virg. Erfordiensis, nec non maioris ac D. Albani Mogunt. ecclesiarum Canonicus, obiit Spiræ anno 1607, 13 Augusti, ibidem in ambitu maioris ecclesiæ sepultus. 1474

Ioannes a *Schönborn*, Canonicus Domicellaris, resignauit anno 1578, 20 Iunii. 1574

Ioannes Theodoricus *Waltbott* a *Bassenheim*, maioris ac S. Albani, Petri & Victoris ecclesiarum Mogunt. Canonicus, obiit anno 1610, 12 Martii, in sacello S. Magni maioris ecclesiæ sepultus. 1578

Ioannes Bernhardus a *Partenheim*, maioris ac S. Albani ecclesiarum Canonicus, obiit anno 1604, 19 April. in ambitu maioris ecclesiæ sepultus. 1581

Ioannes Theodoricus ab *Ernberg*, D. Virg. ad gradus Præpositus, D. Albani Custos, nec non maioris Moguntiæ ac Herbipoli ecclesiarum Canonicus, obiit Herbipoli anno 1612, 2 Augusti, ibidem in maiori ecclesia sepultus. 1582

Ioannes Bechtoldus *Cratz* a *Scharpffenstein*, Moguntinæ, Treuirensis, Wormatiensis ac Spirensis ecclesiarum Canonicus, obiit anno 1594, 8 Iunii, Moguntiæ in ambitu maioris ecclesiæ sepultus. 1585

Ioannes Philibertus a *Wiltberg*, Præpositus S. Stephani, ac D. Albani Custos, nec non maioris Moguntiæ ac Wormatiæ ecclesiarum Canonicus, obiit anno 1596, 14 Ianuar. Moguntiæ in ambitu sepultus. 1585

Ioannes Reinhardus *Flach* a *Schvvartzenburg*, Canonicus, resignauit anno 1597, 29 April. 1587

Ioannes Christophorus *Nevvsletter* dictus *Sturmer*, Custos electus anno 1611, modo viuit, de quo supra suo loco. 1588

66 Ioannes a *Wiltz*, maioris, S. Albani Mogunt. ac Bruchsalienſis ecclesiarum Canonicus, resignauit anno 1597, 14 Iunii. 1591

1593 Ioannes Chriſtophorus ab *Eltz*, maioris ac D. Virginis ad gradus Moguntiæ, nec non Herbipoli eccleſiarum Canonicus, obiit Herbipoli an. 1612, 19 Iulii, ibidem ſepultus. Edit. I p. 66

1592 Ioannes Reinhardus a *Metternich*, S. Bartholomæi Francofurtenſis ac Heiligenſtadenſis Præpoſitus, nec non Moguntiæ maioris ac S. Albani, itemque Bambergenſis ac Monaſterienſis eccleſiarum Canonicus.

1594 Ioannes Richardus *Schûtz* ab *Holtzhauſen*, Canonicus maioris, ac Reuerendiſſimi in Spiritualibus Vicarius, Canonicus item B. Virginis ad gradus, ac S. Ferrutii in Bleidenſtat, obiit an. 1699, 8 April. Moguntiæ in ambitu maioris eccleſiæ ſepultus.

1595 Ioannes Philippus a *Warſberg*, maioris, S. Albani, B. M. Virginis ad gradus, ac S. Ferrutii in Bleidenſtat Canonicus.

1595 Ioannes Oſvvaldus *von der Feltz*, maioris & S. Albani Canonicus, reſignauit an. 1598.

1597 Ioannes Godefridus a *Fürſtenberg*, S. Walburgis apud Meſchedenſes Præpoſitus, nec non maioris, S. Albani, ac Victoris Mogunt. itemque Treuirenſis ac Paderbornenſis eccleſiarum Canonicus.

1598 Ioannes Georgius ab *Holdingshauſen*, Archipresbyter maioris, nec non D. Albani ac B. Virginis in gradibus Canonicus, obiit an. 1609, 13 Martii, in ſacello S. Andreæ maioris eccleſiæ ſepultus.

1600 Ioannes Philippus a *Dienheim*, Moguntinæ, Herbipol. ac Spirenſis eccleſiarum Canonicus.

1604 Ioannes Antonius a *Braitbach*, Canonicus Domicellaris, reſignauit an. 1612, 14 Iunii.

1605 Ioannes Vdalricus ab *Andlavv*, Archipresbyter maioris, nec non S. Albani, B. Virginis ad gradus, ac Baſileenſis eccleſiarum Canonicus.

1608 Ioannes Reinerus ab *Enſchringen*, Canonicus.

1608 Ioannes Caſparus *Speth* a *Sûltzburg*, Canonicus.

1612 Ioannes Schvvicardus *Waltbott* a *Baſſenheim*, maioris & S. Albani eccleſiarum Canonicus.

1613 Ioannes *a Sickingen*, Canonicus.

1616 Ioannes *S. R. Imp. Dapifer Hereditarius, Liber Baro* a *Waltburg*, Moguntinæ, Colonienſis, Argentinenſis & Conſtantienſis eccleſiarum Canonicus. 67

1619 Ioannes Ludouicus a *Franckenſtein*, Canonicus.

1544 Iodocus a *Weiler*, D. Albani Scholaſticus, nec non Senior maioris ac D. Virginis ad gradus eccleſiarum Canonicus, Bingenſiſque Præfectus, obiit an. 1584, 1 Febr. in ambitu eccleſiæ maioris ſepultus.

1572 Iodocus a *Riedt*, Scholaſticus electus an. 1611. de quo ſupra in *Scholaſticis*.

1605 Iodocus Philippus a *Weiler*, Moguntinæ maioris ac S. Albani, nec non Herbipolenſis eccleſiarum Canonicus.

Iſenbardus, Canonicus citatur in *libro animarum* eccleſiæ Mogunt. abſque anno.

1530 Iulius *Pflug*, Canonicus Moguntinus, & Cizenſis Præpoſitus, electus in Epiſcopum Naumburgenſem an. 1541. obiit an. 1564 3 Septembris.

1558 Iulius *Echter* a *Meſpelbron*, Iuris Licentiatus, Decanus Herbipol. & Mogunt. Canonicus, electus in Epiſcopum Herbipolenſem ac Ducem Franconiæ an. 1573, 1 Decembr. ſedit an. 43 menſ. 9 dieb. 13. obiit an. 1617, 13 Sept. Herbipoli ſepultus.

1591 Iulius Ludouicus *Echter* a *Meſpelbron*, Scholaſticus Herbipol. Moguntinæ maioris ac S. Albani, nec non Bambergenſis eccleſiarum Canonicus, obiit an. 1609, 27 April. Herbipoli, ibidem ſepultus.

1594 Iulius Petrus *Echter* a *Meſpelbron*, Moguntinus & Herbipolenſis Canonicus, obiit an. 1595, 26 Febr. Herbipoli ſepultus.

S. Iuſtinus, Decanus, cuius reliquiæ ad S. Mauritium Moguntiæ reſeruantur, quo anno autem vixerit, ignoratur, de quo ſupra in *Decanis*.

L

1612 LANDOLPHVS de *Hoheneck*, Canonicus.

1480 Laurentius a *Bibravv*, Moguntinus & Herbipolenſis Canonicus, electus in Epiſcopum Herbipolenſem, ac Franciæ orientalis Ducem an. 1495. ſedit annis 24. obiit an. 1519, 6 Febr. Herbipoli ſepultus.

Lau-

Edit. I p. 68 Laurentius *Truchſes* a *Bommersfelden*, Scholaſticus primum, poſtmodum Decanus, reſignauit Decanatum an. 1528. de quo ſupra ſuoloco. 1487

Leopoldus Wilhelmus *Archidux Auſtriæ, &c.* Sereniſſimi atque Inuictiſſimi Ferdinandi II, Romanorum Imperatoris moderni filius, Canonicus Moguntinus & Colonienſis. 1621

Liuinius a *Veltheim*, Præpoſitus Hildesheimenſis, ac Moguntinus Canonicus, reſignauit Domicellaris anno - - - - 1512

Lodegerus, Canonicus Moguntinus, & Præpoſitus in Radſtorff, citatur in litteris cœnobii in Schmerlenbach de anno Domini 1219.

Lotharius *a Metternich*, maioris & S. Albani eccleſiarum Canonicus. 1622

Lucas *de Ernberg*, Canonicus, obiit an. 1536, 23 Dec. Moguntiæ ſepultus. 1499

Lucas *de Roſenavv*, Mogunt. Wormatienſis ac Herbipolenſis eccleſ. Canonicus, obiit Mogunt. an. 1531 30 Nouembr. in eccleſia maiori ſepultus. 1520

Magiſter Ludouicus, Scholaſticus, vixit an. 1247. de quo ſupra.

Ludouicus, Decanus, vixit an. 1266. vide ſupra.

Enimuero Ludouicus *Decanus idem eſt, qui* Magiſter Ludouicus *Scholaſticus. Conf. infra catalogum noſtrum* Scholaſticorum.

Ludouicus, *Landgrauius Haſſiæ, nepos B. Eliſabethæ*, Scholaſticus an. 1279. Vide ſupra.

Ludouicus a *Dietz*, Canonicus citatur in *libro animarum* eccleſiæ Moguntinæ, abſque anno.

Ludouicus *de Helmſtat*, Moguntinæ & Spirenſis eccleſiarum Canonicus, electus in Epiſcopum Spirenſem an. 1478, 5 Aug. ſedit an. 25 dieb. 19. obiit Vdenhemii an. 1504, 24 Aug. ſepultus Spiræ in medio eccleſiæ. 1456

Ludouicus *Comes* de *Hohenloe*, Moguntinæ & Argentoratenſis eccleſiarum Canonicus, obiit ſenior ac Iubilarius an 1550 18 Octobr. 1501

Ludouicus *Comes* a *Stolberg*, Canonicus Domicellaris, reſignauit an. 1523. 1517

Ludouicus de *Iſenburg*, *Comes* in *Büdingen*, Moguntinæ, Colonienſis & Argentinenſis eccleſiarum Canonicus, reſignauit Capitularis an. 1571, 26 Aprilis. 1541

69 Lupoldus, Canonicus Moguntinus & Præpoſitus in Northeim, citatur in *libro animarum* eccleſiæ Moguntinæ abſque anno.

Lupoldus a *Bebinberg*, alias *Bebenburg*, Decretorum Doctor, Moguntinæ, Spirenſis ac Herbipolenſis eccleſiarum Canonicus, vir doctiſſimus, eligitur in Epiſcopum Bambergenſem an. 1353. ſedit an. 10. obiit anno 1363. Bambergæ in choro S. Petri ſepultus.

Lutherus a *Büchis*, Canonicus citatur in catalogo *Canonicorum* MS. & *libro animarum* eccleſiæ Moguntinæ abſque anno.

M

MACHARIVS a *Buſeck I*, Canonicus, vixit ſub an. 1432.

Macharius a *Buſeck II*, Decretorum Licentiatus, maioris, & D. Stephani eccleſiarum Canonicus, obiit an. 1482, 10 Nouembr. in ambitu maioris eccleſiæ ſepultus. 1463

Macharius a *Buſeck III*, Canonicus maioris & S. Albani, obiit an. 1543, 7 Decemb. in ambitu maioris ſepultus. 1530

Marcus *Echter* a *Meſpelbron*, Archipresbyter, Mogunt. ac Aſchaffenburgenſis Canonicus, obiit an. 1483, die - - Maii, Moguntiæ ſepultus. 1420

Marquardus ab *Eſchborn*, Canonicus citatur in *libro animarum* eccleſiæ Moguntinæ, abſque anno.

An Canonicis maioris adnumerandus veniat, maxime dubium. Vide, qua diximus ad eum in catalogo noſtro, lit. E.

Marquardus a *Frauvenſtein* Canonicus citatur in prædicto libro abſque anno.

Marquardus a *Praumheim*, Canonicus, vixit an. 1437, fundator Vicariæ S. AEgidii in eccleſia maiori. 1411

Marquardus de *Hatſtein I*, maioris & S. Albani Canonicus, obiit an. 1522, 13 Iunii, ante aram S. Kiliani eccleſiæ maioris ſepultus. 1509

Marquardus a *Stein*, Præpoſitus maioris, obiit an. 1559. Vide ſupra ſuo loco. 1519

Marquardus a *Berg I*, Canonicus Domicellaris, reſignauit an. 1545, 13 April. 1543

1551 Marquardus ab *Hatſtein II*, Cantor primum, poſt Cuſtos Moguntinus ac Epiſcopus Spirenſis, obiit an. 1581. Vide ſupra in *Cuſtodibus*. Edit. I pag.

1555 Marquardus a *Berg II*, Iurium Doctor, Auguſtenſis ac Bambergenſis Præpoſitus, nec non Moguntinus Canonicus, electus in Epiſcopum Auguſtanum an. 1575, 26 Iulii, ſedit annis 14, menſ. 5, diebus 25. obiit Dillingæ, vltimus familiæ, an. 1591, 19 Ianuar. Auguſtæ ſepultus. 70

1572 Marſilius Godefridus *von der Leyen*, Moguntinæ maioris & S. Albani, itemque Herbipolenſis eccleſiarum Canonicus, domi ſuæ Moguntiæ a proprio famulo confoſſus interiit anno 1590, 3 Iunii, ante aram S. Annæ maioris eccleſiæ ſepultus.

1494 Martinus *Truchſes* a *Bommersfelden*, Moguntinus Iubilarius, nec non Herbipolenſis ac Spirenſis eccleſiarum Canonicus, obiit Spiræ an. 1538, 1 Octobr. in ambitu maioris eccleſiæ ſepultus.

Megingandus, Præpoſitus, vixit an. 990. vide ſupra.

1476 Melchior *Truchſes* a *Bommersfelden*, Apoſt. Sedis Protonotarius, Moguntinus ac Spirenſis Canonicus, atque Romæ trium Principum Orator, obiit anno 1494, 27 Octobris.

1622 Melchior Otto *Voit* a *Saltzburg*, Moguntinæ & Herbipolenſis eccleſiarum Canonicus.

Menvvardus, Canonicus Domicellaris, obiit anno ---- cuius meminit *liber animarum* eccleſiæ Moguntinæ, abſque anno.

1613 Michael *Waldecker* a *Kempt*, Canonicus.

N.

NICOLAVS de *Lapide I*, vulgo *Oberſtein*, Canonicus, vixit an. 1337. obiit Senior an. 1382, 13 Septembr. in ſacello S. Nicolai maioris eccleſiæ a ſe extructo ſepultus.

Nicolaus de *Lapide II*, vulgo *Oberſtein*, Canonicus, & ciuitatis Moguntinæ Camerarius, vixit ſub annis 1386 & 1393.

O.

OSBERTVS a *Saulheim*, alias *Selheim*, Canonicus Moguntinus & Gottenſis Præpoſitus, citatur in *libro animarum* eccleſiæ Moguntinæ, abſque anno.

Notes, quod Osbertum *hunc ex mera coniectura inter Canonicos maioris referat, & vt ei colorem conciliet, nomini familiæ,* Selheim, *præmittat a* Saulheim. *In necrologio enim maioris p. 434 & p. 667 ſimpliciter inuenias,* Osbertus *de* Selheim, Præpoſitus Gothenſis. *Fuit autem, vt id addam,* Osbertus *hic Præpoſitus Gothanus, Canonicus ad D. Stephani, & Sigillifer Moguntinus ab temporibus Adolfi I ad Ioannem II vſque, prognatus Nobilium de* Selheim *familia, quæ in diœceſi Ameneburgenſi tum temporis valde conſpicua erat, ſine dubio a vico vicino* Selheim *nuncupata. Memoratur ceteroquin in necrologio ad gradus p. 175;* Oſpertus *de* Selheim, Præpoſitus in Gotha, Canonicus S. Stephani. *Sepultura locum nactus eſt in periſtylio adis D. Stephano dedicatæ, cum hoc epitaphio:* An. MCCCC quinto decimo in die S. Michaelis Archangeli † D. Oſpertus *de* Selheim, Prepoſitus Gottenſis, & Canon. huius eccleſie. C. A. R. I. P.

Oſvvaldus *Groſchlag* a *Diepurg*, Canonicus, obiit anno ----

Otto, Cantor ſub an. 1187. Vide ſupra. 71

Otto de *Rüdesheim*, Decanus obiit an. 1320. Vide ſupra.

Otto *Comes* a *Zigenhan*, Nepos *B. Eliſabethæ*, Canonicus vixit anno 1337. obiit anno ---- Moguntiæ in ambitu ſepultus, cuius tumuli inſcriptio ænea in anni numero eſt ablata.

Otto a *Wettin*, Decanus ſub an. 1364. Vide ſupra in *Decanis*.

Otto a *Schonberg*, Scholaſticus, obiit an. 1381. Vide ſupra.

Otto a *Frieſenheim*, Cantor ſub an. 1412. Vide ſupra.

Otto a *Falckenburg*, Cantor obiit an. 1419. Vide ſupra.

Otto *Herdan* a *Büchis*, Canonicus citatur in *libro animarum* abſque anno.

Otto *Bois* de *Waldeck*, Canonicus Mogunt. & Scholaſticus Spirenſis, citatur in eodem libro abſque anno.

Otto a *Breidenbach*, Canonicus ibidem citatur abſque anno.

1413 Otto *von der Spor*, Canonicus, reſignauit an. 1418.

1448 Otto a *Bach*, Moguntinus ac Spirenſis (cuius prius Scholaſticus fuerat) Canonicus, obiit an. 1497, 3 Maii, Spiræ in ambitu maioris eccleſiæ ſepultus.

Otto

Edit. I pag. Otto a *Gemmingen*, Canonicus vixit circa annum 1468.

Notes, quod hic rursum se correxerit auctor, & in libro, de quo supra dictum, Ottoni, *subdiderit sequentia*: Nota, non fuit Canonicus maioris, sed S. Albani, resignauit fratri Reinhardo. Reinhardo *vero, quod itidem non fuerit metropolitanæ, sed D. Albani tantum Canonicus.*

Otto *Comes* in *Solms*, Canonicus. 1482

Otto a *Langen*, Archipresbyter Moguntinus ac D. Pauli Wormatiæ Præpositus, nec non Apostolicæ Sedis Protonotarius, obiit anno 1511, 1 Maii, ante aram D. Petri ecclesiæ maioris Moguntinæ sepultus. 1487

Otto a *Bentzenavv*, Archipresbyter Moguntinus, nec non Augustensis ac Frisingensis ecclesiarum Canonicus, obiit anno 1555, 24 Octobris Augustæ, ibidem sepultus. 1538

Otto Henricus a *Gebsattel*. Moguntinæ, Bambergensis & Herbipolensis ecclesiarum Canonicus. Resignauit Moguntiæ an. 1618, 1 Decembr. obiit postmodum an. 1619, 4 Septembr. Herbipoli in maiori æde sepultus. 1602

Otto Ludouicus *Comes Rheni &c.* Moguntinæ, Colonienſis & Argentinensis ecclesiarum Canonicus. 1622

P.

72 PAVLVS *Baro* a *Schvvartzenburg*, Canonicus Moguntinus & Herbipolensis, obiit an. 1535, 18 Maii, Herbipoli sepultus. 1509

Petrus, Scholasticus vixit an. 1187. vide supra suo loco.

Petrus *Reich* de *Reichenstein*, Præpositus sub an. 1283. vide supra.

Petrus de *Indagine*, Canonicus citatur in *libro animarum* absque anno.

Petrus de *Willenavv*, Canonicus reperitur in eodem libro sine anno.

Petrus a *Dürn*, Canonicus ibidem nominatur absque tempore.

Petrus de *Vdenheim*, Decanus obiit an. 1448. vide supra suo loco. 1402

Petrus *Echter* a *Mespelbron I*, Decanus, obiit an. 1442. de quo supra. 1416

Petrus *Echter* a *Mespelbron II*, Canonicus, resignauit anno---- 1447

Petrus a *Schvvartzenburg*, Canonicus Capitularis, vixit anno 1468. obiit anno---- 1449

Petrus a *Nothafft*, maioris & S. Albani ecclesiarum Canonicus, obiit anno 1506, 21 Octobr. in sacello S. Michaelis maioris ecclesiæ sepultus. 1473

Petrus a *Guttenberg*, maioris & S. Albani Canonicus, obiit anno 1529, 20 Septembr. in ambitu maiori sepultus. 1517

Philippus, Præpositus sub an. 1215. de quo supra.

Philippus *D.* a *Brauneck*, Canonicus sub an. 1336.

Philippus *Flach* a *Schvvartzenburg*, Custos obiit an. 1429. de quo supra.

Philippus de *Helffenstein*, Canonicus Capitularis, vixit sub anno 1419 & 1428. 1399

Philippus a *Schöneck*, Canonicus citatur in *libro animarum* absque anno.

Philippus a *Cronberg*, Canonicus vixit circa annum 14[illegible]0.

Philippus a *Girstein*, Decretorum Doctor, Canonicus Moguntinus, obiit anno 1478, 18 April. in ambitu sepultus. 1443

Philippus *Comes* a *Reineck*, Canonicus, vixit anno 1449. 1449

73 Philippus *Hirt* a *Saulheim*, maioris, S. Albani, ac D. Stephani ecclesiarum Canonicus, vixit anno 1454. 1450

Philippus *Echter* a *Mespelbron*, Canonicus. 1481

Philippus *Wambolt* ab *Vmbstat*, Canonicus vixit an. 1483.

Philippus *Comes Palatinus Rheni Dux Bauariæ I*, Præpositus, resignauit an. 1499. 1488

Philippus *Baro* de *Epstein*, *Dominus* in *Königstein*, Canonicus, obiit an. 1509, 9 Octobr. in ambitu maioris ecclesiæ sepultus. 1499

Philippus a *Stockheim*, Cantor obiit anno 1548. Vide supra suo loco in *Cantoribus*. 1517

Philippus a *Mentzingen*, maioris, ac S. Albani, nec non Wormatiensis ecclesiarum Canonicus, obiit an. 1538, 30 Iunii Moguntiæ sepultus. 1526

Philippus Albertus a *Stein*, Moguntinæ, Bambergensis, Augustanæ ac Dillingensis ecclesiarum Canonicus. Obiit Bambergæ an. 1549, 8 Febr. ibidem sepultus. 1529

1531 Philippus *Comes* a *Waldeck*, Moguntinæ & Argentinenſis eccleſiarum Canonicus, nec non S. Bartholomæi Francofurti Præpoſitus, obiit ſenior anno 1551, 14 Octobris. Edit. I pag.

1535 Philippus a *Dienheim*, maioris ac S. Albani Canonicus, reſignauit Domicellaris an. 1545, 10 Iulii fratri *Reinhardo*.

1536 Philippus a *Harthein*, Moguntinæ & Herbipolenſis eccleſiarum Canonicus, Friburgi Briſgouiæ confoſſus obiit an. 1546, 20 Octobris.

1536 Philippus a *Dhuyn, Dominus* de *Oberſtein*, Præpoſitus Argentinenſis & Moguntinus Canonicus, reſignauit anno 1543.

1537 Philippus a *Wichſenſtein*, maioris ac D. Albani, nec non S. Burchardi Herbipoli eccleſiarum Canonicus, obiit an. 1558, 3 Octobris.

1546 Philippus a *Trohe*, Cantor obiit anno 1596. Vide ſupra.

1548 Philippus a *Koppenſtein*, maioris & S. Albani Canonicus, obiit anno 1557, 20 Martii, Moguntiæ ſepultus.

1562 Philippus *Cratz* a *Scharpffenſtein*, Præpoſitus obiit anno 1604. vide ſupra in *Præpoſitis*.

1564 Philippus Ervvinus *von der Leyen*, Canonicus reſignauit Domicellaris fratri *Marſilio Godefrido* an. 1572, 30 Aprilis.

1581 Philippus a *Carben*, Moguntinus & Wormatienſis Canonicus, obiit anno 1585, 22 Octobris. 74

1581 Philippus Arnoldus a *Stockheim*, Canonicus. obiit Domicellaris in Italia anno 1593.

1583 Philippus *Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ II, S. R. E.* Cardinalis ac Canonicus Mogunt. in Epiſcopum Ratisbonenſem poſtulatus an. 1579, ſedit annis 18. obiit in arce Dachauienſi an. 1598, 18 Maii, ætatis anno 22. Monachii in templo D. Virg. ſepultus.

1594 Philippus Chriſtophorus a *Sôtern I*, ex Scholaſtico Spirenſi Epiſcopus factus anno 1610. de quo ſupra in *Scholaſticis*.

1604 Philippus a *Riedt*, maioris, ac D. Albani, itemque Herbipolenſis eccleſiarum Canonicus.

1604 Philippus Chriſtophorus a *Sôtern II, Iunior*, maioris ac S. Albani, nec non Spirenſis eccleſiarum Canonicus, an. 1622, 21 Septembr. prope Bleydenſtat ab equo corruens miſerabiliter periit, Moguntiæ ante aram D. Petri ſepultus.

1605 Philippus Sebaſtianus *Echter* a *Meſpelbron*, Moguntinæ, Bambergenſis, Herbipolenſis, Halberſtadienſis & Eichſtetenſis eccleſiarum Canonicus, reſignauit Moguntiæ Domicellaris an. 1619, 20 Decembr.

1608 Philippus Caſparus ab *Eltz*, Canonicus Moguntinus, obiit an. 1613, 15 Iulii, in ambitu eccleſiæ maioris ſepultus.

1611 Philippus a *Kerpen*, Canonicus.

Poppelinus, Decanus vixit anno 1219.

1531 Poppo, *Comes* de *Henneberg*, Moguntinæ, Bambergenſis, Argentinenſis & Herbipolenſis eccleſiarum Canonicus, reſignauit anno 1542.

Q.

1609 Quirinus Conradus Henricus a *Brambach*, Canonicus.

R.

1404 RABANVS de *Helmſtat I*, Moguntinus & Spirenſis Canonicus, obiit anno 1433, 17 Maii, Spiræ in ambitu ſepultus.

1418 Rabanus de *Helmſtat II*, Cantor Spirenſis, ac Canonicus Moguntinus, obiit anno 1436, 16 Maii, Spiræ in ambitu ſepultus. 75

1429 Rabanus de *Helmſtat III*, Canonicus obiit an. 1445, 15 Febr. Moguntiæ in ambitu ſepultus.

1418 Rabanus de *Liebenſtein*, maioris & S. Albani eccleſiarum Canonicus, nec non Bingenſis Præfectus, obiit an. 1489, 30 April. Moguntiæ in ambitu ſepultus.

Razo, Præpoſitus vixit an. 1070. vide ſupra ſuo loco.

Rein-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Edit. I pag. Reinbodus. Canonicus vixit anno 1215, citatur in litteris cœnobii S. Ruperti.

Reinhardus *Comes* de *Sponheim*. Canonicus sub an. 1347.

Reinhardus *Comes* in *Hanavv*. Canonicus vixit anno ----

Reinhardus a *Sickingen*, Moguntinus ac Wormatiensis Canonicus, factus Episcopus Wormatiensis anno 1446, præfuit annis 36. obiit Laudenburgi anno 1482, 12 Kalend. August. Wormatiæ in S. Aegidii sacello maioris ecclesiæ sepultus. 1441

Reinhardus a *Gemmingen*, Canonicus vixit an. 1470, resignauit anno ---- 147[illegible]

Non maioris, sed D. Albani fuit Canonicus, vt supra iam dictum ad fratrem, qui ei fuit, Ottonem.

Reinhardus *Comes* a *Leiningen*, *Baro* a *Westerburg I*, Decanus Colonien sis ac Moguntinus, itemque S. Stephani ibidem olim Canonicus, obiit anno 1540, 13 Augusti.

Reinhardus *Comes* in *Solms*, Moguntinus ac Colonien sis Canonicus, nec non S. Bartholomæi Francofurti ac Wetzlarien sis ecclesiæ Præpositus, resignauit Senior anno 1575, 1 Februar. 15[illegible]

Reinhardus a *Dienheim*, maioris & S. Albani Canonicus, obiit Domicellaris an. 1555, 24 Martii, in maioris ecclesiæ ambitu sepultus. 15[illegible]

Reinhardus *Comes* a *Leiningen*, *Baro* a *Westerburg II*, Canonicus, resignauit Domicellaris an. 1593, 19 Iunii. 1575

Rembertus a *Kerssenbroich*, Moguntinæ ac Paderbornen sis ecclesiarum Canonicus, factus Episcopus Paderbornen sis an. 1549. præfuit annis ferme 9. obiit an. 1558, Paderbornæ in summa æde sepultus. 15[illegible]

Richardus, Archidiaconus Moguntinus citatur a *Trithemio* in Chronico Sponheim. sub anno 1127.

76 Richardus, Cantor vixit an. 1130, de quo supra.

Richardus de *Lapide*, vulgo *Oberstein*, Decanus, vixit sub anno 1460. de quo supra. 1419

Richardus a *Kolling I*, Canonicus, obiit an. 1420.

Richardus *a Cleen*, Decanus, obiit an. 1450. Vide supra in *Decanis*. 1412

Richardus a *Kolling II*, Canonicus, obiit anno 1449, 2 Maii, in ambitu maioris ecclesiæ sepultus. 1440

Richardus ab *Eltz*, Canonicus, obiit an. 1537, 9 Ianuarii, Moguntiæ in ambitu sepultus. 1520

Richardus *Comes Palat. Rheni*, *Dux Bauariæ*, *Princeps Simmeranus*, Præpositus, resignauit an. 1562. de quo supra in *Præpositis*. 1541

Roricus a *Sternberg*, Moguntinæ maioris ac B. Virg. ad gradus, itemque Wormatien sis ecclesiarum Canonicus, nec non ciuitatis Moguntinæ Camerarius, vixit an. 1370. obiit 1380, ipso die S. Galli Confessoris, in ambitu maioris ecclesiæ Mogunt. sepultus.

Ruchardus, Canonicus & Cellerarius Moguntinus, citatur in litteris cœnobii S. Ruperti de anno 1215.

Notes, quod Ruchardus *hic idem sit, qui* Ruthardus *ille Canonicus & Cellerarius, quem in sequentibus habet.* Ruthardus *namque* Canonicus & Cellerarius maioris ecclesiæ *ab an.* 1209 *ad annum vsque* 1218 *constanter occurrit. Quod vero ex vno duos auctor fecerit, hinc est, quod in antiquis litteris t & c rarorite distinguantur. Dein, quod* Ruthardus *Cellerarius nullus alius sit, quam* Ruthardus *Decanus, quem idem pro diuersa habet persona. Ex Canonico enim, quo titulo adhuc nobis an.* 1219 *subit, anno sequenti Decani honores consecutus est, vt in* Decanis *iam notatum. Fuit autem oriundus familia* Greiffenclauiorum *de* Volrats, *quo vide, qua infra in* Syllabo *nostro* Canonicorum *adduximus.*

Ruggerus, Custos vixit anno 1187. vide supra.

Rudingerus de *Geyssenheim*, Canonicus citatur in *libro animarum*, sine anno.

Rudolfus *Dux Zæringensis*, Canonicus vixit an. 1158.

Rudolfus dictus *Losse* de *Isenaco*. Decanus obiit an. 1364.

Rudolfus *Forstmeister* de *Gelhausen*, Canonicus maioris & S. Albani, cuius quondam sub anno 1516 fuerat Decanus, obiit anno 1542.

Rudol-

1538 Rudolphus a *Franckenſtein*, Scholaſticus, reſignauit an. 1553. factus Epiſcopus Spirenſis, de quo ſupra in *Scholaſticis*. Edit. I pag.

1444 Rupertus *Comes* in *Solms*, Cuſtos obiit an. 1499. de quo ſupra.

1473 Rupertus *Comes Palat. Rheni, Dux Bauariæ, Comes* in *Sponheim*, Cantor electus anno 14--- hinc Epiſcopus Ratiſponenſis factus an. 1492, Cantoriam reſignauit, ſedit in Epiſcopatu an. 15. obiit an. 1507, 19 April. ſepultus Ratiſponæ in ſumma D. Petri eccleſia. 77

Rupertus *Dux Saxoniæ*, &c. Canonicus ſub an. 1478.

1506 Rupertus de *Biedenfelt*, Canonicus, obiit an. 1548, 22 Decembr. in ambitu maioris eccleſiæ ſepultus.

Rütgerus de *Gebenhoffen*, in *libro animarum* eccleſiæ Mogunt. legitur *Gynhoffen*, Canonicus, vixit ſub an. 1370.

Ruthardus, Canonicus, citatur in litteris cœnobii S. Ruperti de an. 1187.

Ruthardus, Decanus citatur in *libro animarum* dicti cœnobii S. Ruperti abſque anno.

Ruthardus, Canonicus ac Cellerarius eccleſiæ Moguntinæ, citatur in litteris cœnobii monialium in Schmerlenbach de an. 1219.

S

1412 SALENTINVS a *Scharpffenſtein*, Canonicus Moguntinus & Præfectus Bingenſis, obiit an. 1473, 22 Ian. in ſacello S. Nicolai ſepultus.

1428 Salentinus *Comes* de *Iſenburg*, *Dominus* in *Grenſavv I*, Præpoſitus & Archidiaconus Colonienſis & Canonicus Moguntinus, obiit an. 1482, 2 Octobr. in ſacello S. Dionyſii maioris eccleſiæ Moguntinæ ſepultus.

1548 Salentinus de *Iſenburg*, *Dominus* in *Grenſavv II*, Moguntinæ & Colonienſis maioris Canonicus, nec non S. Gereonis ibidem Decanus, electus fuit in Archiepiſcopum Colonienſem an. 1567, 23 Decembr. reſignauit Canonicatum an. 1568, 18 Iunii. Poſtmodum an. 1574, 21 April. in Adminiſtratorem Paderbornenſem deſignatus, præfuit vtiliſſime annis 10. Reſignauit Epiſcopatum anno 1577, 13 Septembr. eo quod ſtirps eius maſculo careret, vxorem ducens Antoniam Wilhelmam Comitiſſam de Marck & Arenberg.

1569 Salentinus *Fauſt* a *Stromburg*, Canonicus, reſignauit an. 1573 26 Iunii.

Schaffridus *Comes* a *Leyningen*, Præpoſitus fuit an. ---- Vide ſupra ſuo loco. 78

Schaffridus *ſiue* Ioffridus *hic idem eſt*, *qui* Godefridus, *de quo ſupra*.

1531 Sebaſtianus ab *Heuſenſtam*, ex Scholaſtico Archiepiſcopus electus fuit an. 1545, 20 Decembr. Vide ſupra in *Scholaſticis*.

Siboldus, Presbyter, maioris ac B. Virginis ad gradus Canonicus, nec non D. Stephani Cantor, cuius memoria fit in *libro animarum* illius eccleſiæ S. Stephani abſque anno.

Sifridus, Scholaſticus vixit an. 1181. vide ſupra.

Sifridus, Canonicus Moguntinus ac S. Martini Wormatiæ Præpoſitus, citatur in litteris cœnobii Schmerlenbach ſub an. 1219.

Sifridus *Baro* a *Weſterburg*, ex Præpoſito Moguntino factus Archiepiſcopus Colonienſis an. 1275. vide ſupra in *Præpoſitis*.

Sifridus *Baro* de *Epſtein I*, ex Præpoſito Moguntino factus Archiepiſcopus ibidem an. 1200. vide ſupra ſuo loco.

Sifridus *Baro* de *Epſtein II*, ſeu Iunior, prioris ex fratre nepos, ex Canonico electus in Archiepiſcopum Moguntium an. 1225, ſedit annis 23. obiit an. 1249. in choro ferreo Moguntinæ eccleſiæ ſepultus.

Sifridus *Comes* in *Solms*, Canonicus, vixit an. 1317.

Sifridus *Comes* de *Runckel*, Præpoſitus citatur in *libro animarum* abſque anno, vide ſupra.

Atenim Sifridus *hic de* Runckel *eſt idem ille* Sifridus *de* Weſterburg, *Præpoſitus*, *de quo paullo ante*.

Sifridus de *Altenburg*, Cuſtos citatur abſque anno, vide ſupra.

Sifridus de *Wartenburg*, Canonicus, vixit ſub an. 1391, 1402.

1478 Sifridus de *Biedenfelt*, Canonicus maioris & S. Albani Cantor. obiit an. 1491, 18 April. in ambitu maioris eccleſiæ ſepultus.

Sifridus

Edit. I pag. Sifridus *Hund* de *Wencken*, Canonicus maioris ac S. Albani Custos, obiit an. 1548, 16 Febr. in ambitu maiori sepultus.

Sigelo, Decanus vixit an. 1158. vide supra suo loco.

Simbrecht a *Bentzenavv*, Canonicus vixit an. 1530.

Simon a *Selenhoffen*, Canonicus vixit an. 1190.

Simon, Canonicus ac Portarius ecclesiæ Moguntinæ, citatur in libro cœnobii in Schmerlenbach de an. 1219.

Simon dictus *Mückelin*, Canonicus citatur in *libro animarum* absque anno.

79 Simon, Custos vixit an. 1252. vide supra.

Simon a *Schöneck*, Decanus vixit an. 1267. de quo supra.

Simon a *Scharpffenstein*, Canonicus vixit an. 1388, & 1396.

Simon a *Cronberg* (cum alis) Scholasticus obiit an. 1540. de quo supra. 1507

Sittichius a *Buchenavv*, Canonicus. 1445

Stephanus *Comes Palatinus &c.* Moguntinæ ac Colonienſis ecclesiarum Canonicus, vixit sub an. 1450, & 1475. 1441

T

THEODERICVS, Præpositus sub an. 960. vide supra suo loco.

Theodericus, Episcopus Nuvvenbergensis, ac Moguntinus Canonicus, citatur in *libro animarum* absque anno.

Theodericus *Knebel* de *Katzenelenbogen I*, Canonicus vixit anno 1326, & 1328.

Theodericus *Pincerna*, *Dominus* de *Erbach*, ex Cantore electus Archiepiscopus an. 1434. vide supra in *Cantoribus*. 1413

Theodericus de *Hohenstein*, Canonicus citatur in *libro animarum* absque anno.

Theodericus *Knebel* de *Katzenelenbogen II*, maioris ac S. Albani Canonicus, necnon S. Martini Bingensis, itemque B. M. Geysmariensis ecclesiarum Præpositus, quem Præpositum Moguntinum catalogus Canonicorum Moguntinor. MS. fuisse male dicit. obiit an. 1457, 9 Nouembr. ante aram S. Annæ ecclesiæ maioris Moguntinæ sepultus. 1399

Theodoricus ab *Ilfelt*, Cantor citatur in *libro animarum* absque anno, vide supra.

Theodoricus ab *Hain*, Canonicus vixit sub an. 1435.

Theodoricus ab *Hatzfelt*, Canonicus vixit anno ----

Theodoricus *Brômbser* a *Rüdesheim*, Canonicus citatur in *libro animarum* absque anno.

Theodoricus *Schenck* a *Schvveinsberg*, Canonicus, obiit anno 1454, 29 April. 1447

80 Theodoricus *Marchio Montisferrati*, Præpositus sub an. 1481. vide supra in *Præpositis*.

Theodoricus *Forstmeister* a *Gelhausen*, Canonicus vixit an. 1504. 1486

Theodoricus *Zobel* a *Gibelstat*, Scholasticus obiit an. 1531. vide supra. 1497

Theodoricus a *Wertorff*, maioris, S. Albani ac D. Petri Canonicus, nec non ciuitatis Camerarius, obiit an. 1530, 20 Decembr. in S. Nicolai sacello ecclesiæ maioris sepultus. 1499

Theodoricus a *Rollingen*, Canonicus Moguntinus, nec non Treuirensis, tit. S. Lubentii Archidiaconus, obiit Domicellaris Moguntinus an. 1602, 15 Martii, Moguntiæ in ambitu sepultus. 1593

Thomas *Comes* a *Reyneck*, Custos resignauit an. 1538. de quo supra suo loco. 1480

Thurimbertus, Scholasticus vixit an. 1124. de quo supra.

Tragebodo, Canonicus, obiit anno ---- 24 Nouembr.

Truschardus a *Scharpffenstein*, Canonicus, obiit an. 1419, 17 Ianuar. in sacello S. Nicolai ecclesiæ maioris sepultus. 1399

Edit. I pag.

V

1523 VALENTINVS a *Tetteleben*, S. Theol. ac I. V. Doctor, Moguntinæ, Magdeburgensis ac Hildesheimensis ecclesiarum Canonicus, S. Bartholomæi Francofurt. itemque Lebusiensis in antiquo Marchionatu Brandenburg. Præpositus, Reuerendissimi Mogunt. in Spiritualibus Vicarius, eiusdemque ciuitatis in Iudicio sæculari Camerarius, in Episcopum Hildesheimensem electus fuit anno 1573, Dominica post festum S. Michaelis, Romæ a Paulo III, Pontif. confirmatus, sedit annis 14, obiit Moguntiæ, vbi tunc e sede sua ab aduersariis Catholicæ religionis pulsus, degebat anno 1551, 19 April. ætatis 63, in Patrum Societatis Iesu templo (tunc fratrum Minorum) ante aram D. Virg. tumulatus.

1526 Valentinus *Pincerna*, *Dominus* de *Erbach*, Canonicus Moguntinus ac Bingensis Præfectus, resignauit anno 1544, factus postmodum Burggrauius in Altzeia, 81
obiit cælebs.

Vdalricus *Baro* a *Bickenbach I*, Cantor obiit anno 1312, de quo suo loco.

Vdalricus a *Cronberg* (cum alis) Canonicus maioris ac D. Victoris Præpositus, vixit sub annis 1364, 1393, 1402.

Vdalricus de *Lapide*, alias *Oberstein*, Canonicus citatur in catalogo *Canonicorum* MS. & *libro animarum* absque anno.

Vdalricus de *Hohenberg*, Canonicus reperitur in *libro animarum* absque anno.

1438 Vdalricus *Baro* a *Bickenbach II*, Cantor Moguntinus, nec non Limburgensis Præpositus, obiit an. 1469, de quo supra.

1480 Vdalricus a *Schechingen*, Scholasticus obiit anno 1518. vide supra.

Volckmarus, Decanus vixit anno 1080, de quo supra.

Volckvvinus de *Nuvvenberg*, Canonicus Moguntinus ac Fritzlariensis Præpositus, citatur in *libro animarum* absque anno.

Volradus, Scholasticus vixit anno 1252, vide supra.

Volpertus, Canonicus Moguntinus ac S. Cyriaci Brunsuicensis Præpositus, vixit anno 1219, in litteris cœnobii Schmerlenbach.

1483 Vriel a *Gemmingen*, ex Decano Archiepiscopus electus anno 1508, vide supra in *Decanis*.

1421 Vulpertus a *Ders I*, Scholasticus obiit anno 1478, de quo supra suo loco.

1463 Vulpertus a *Ders II*, maioris ac S. Albani ecclesiarum Canonicus, obiit Senior anno 1508, 19 Maii.

W

WALRAMVS, Canonicus citatur in *libro animarum* absque anno.

Waltherus, Canonicus citatur in litteris cœnobii S. Ruperti de anno 1187.

Waltherus de *Eschborn*, reperitur in *libro animarum* absque anno.

1574 Waltherus a *Lützelburg*, Canonicus, resignauit anno 1576. 82

1621 Waltherus a *Cronberg*, (cum corona) Canonicus.

1478 Wendelinus a *Dörffelden*, Canonicus, obiit anno 1482, 29 April. in ambitu maioris ecclesiæ sepultus.

1567 Wennemarus a *Bodelschvving*, maioris, S. Albani ac Victoris Moguntiæ, nec non S. Burchardi Herbipoli ecclesiarum Canonicus, obiit anno 1605, 5 August. ante aram D. Petri ecclesiæ Mogunt. sepultus.

Wernherus *Dominus* de *Bolandia I*, Canonicus citatur in litteris cœnobii S. Ruperti de anno 1215.

Wernherus *Comes* de *Falckenstein*, ex Præposito factus Archiepiscopus Moguntinensis, anno 1260, de quo supra in *Præpositis*.

Wernherus *Dominus* de *Bolandia II*, Canonicus maioris ac D. Victoris Præpositus, vixit anno 1295.

Wernherus de *Levvenstein*, Custos Wormatiensis, ac Moguntiæ Canonicus, obiit anno 1301, 1 Septembr. Moguntiæ in sacello S. Andreæ Apost. ecclesiæ maioris sepultus.

Wernherus de *Indagine*, vulgo ab *Hagen*, Canonicus vixit anno 1325 & 1337, obiit anno 13--, in Eberbacensi Ringauiæ cœnobio ante aram S. Catharinæ sepultus.

Wer-

Edit. I pag. Wernherus *Knebel* a *Katzenelenbogen*, Canonicus vixit anno 1370, obiit anno 1402, in ſacello S. Nicolai eccleſiæ maioris ſepultus.

Wernherus de *Walbach*, Canonicus citatur in *libro animarum* abſque anno.

Wernherus a *Reiffenburg*, (cum auribus) Canonicus Capitularis vixit ſub anno 1414. 1396

Wintherus *vocatus fuit, vt ex litteris* anno 1404, 1407, & 1415 *datis, patet, non autem, vt auctor hic vult*, Wernherus.

Wigandus a *Dernbach*, Canonicus vixit anno 1399, obiit anno 1427, 15 Septembr. in ſacello S. Nicolai ſepultus. 1399

Wigandus *Fauſt* a *Stromburg*, Scholaſticus S. Albani, nec non maioris ac D. Stephani eccleſiarum Canonicus, obiit anno 1536. 1525

Wigenandus, Canonicus & Subcuſtos, citatur in litteris cœnobii S. Ruperti de anno 1187.

Wilhelmus, Scholaſticus vixit anno 1158.

Wilhelmus de *Eſchborn*, Canonicus vixit anno 1238.

83 Wilhelmus a *Saulheim*, Canonicus ac Camerarius ciuitatis Moguntinæ, vixit anno 1337, obiit Presbyter anno 1362, 11 Decembr. in ambitu maioris eccleſiæ ſepultus.

Wilhelmus *Pintſchon*, Præpoſitus obiit anno 1360. vide ſupra in *Præpoſitis.*

Wilhelmus *Flach* a *Schvvartzenburg*, Decanus obiit anno 1383, de quo ſupra ſuo loco.

Wilhelmus *Comes* a *Wertheim*, *I.* Moguntinæ ac Colonienſis eccleſiarum Canonicus, obiit anno 1400, 9 Auguſt.

VVilhelmus *Comes* de *Naſſavv*, Præpoſitus obiit anno 1430, de quo ſupra in *Præpoſitis.*

VVilhelmus de *Helmſtat*, Canonicus obiit anno 1474, 23 Febr. in ambitu maioris eccleſiæ ſepultus. 1449

VVilhelmus *Comes* a *VVertheim*, *II.* Præpoſitus S. Albani ac maioris eccleſiæ Canonicus, obiit anno 1489. 1461

VVilhelmus a *Bibravv*, Canonicus vixit anno 1491.

VVilhelmus *Comes* de *Honſtein*, ex Cuſtode electus in Epiſcopum Argentinenſem anno 1506, de quo ſupra ſuo loco. 1482

VVilhelmus a *Bicken I*, Decretorum Licentiatus, obiit anno 1510, in ſacello D. Virg. maioris eccleſiæ ſepultus. 1505

VVilhelmus a *Bicken II*, Canonicus obiit anno 1538, 1 Decembr. Moguntiæ de nocte in plateis occiſus, ſepultus in prædicto B. Virginis ſacello. 1519

VVilhelmus a *Bicken III*, maioris & S. Albani Canonicus Presbyter, obiit anno 1553, 18 April. tumulatus in ſacello nominato iuxta alios. 1546

VVilhelmus *Comes* a *Schavvenburg*, Adolphi, Archiepiſcopi Colonienſis, quondam Canonici Moguntinenſis frater, reſignauit Domicellaris anno 1561, 2 Auguſt. Præpoſitus item Hildesheimenſis, & Meſchedenſis apud VVeſtphalos, obiit an. 1580, in cœnobio Mollenbeccenſi in VVeſtphalia ſepultus. 1556

VVilhelmus Theodoricus a *Daun*, VVormatiæ maioris ac D. Virg. ibidem, 84 nec non Moxſtadienſis Præpoſitus, Moguntiæ item maioris ac S. Albani Canonicus, obiit Moguntiæ an. 1622, 29 Auguſti, in ambitu eccleſiæ maioris ſepultus. 1597

VVilhelmus *Hundt* a *Saulheim*, Cuſtos D. Victoris, nec non maioris, ac Spirenſis eccleſiarum Canonicus. 1598

VVinandus a *Rauſchenberg*, Cuſtos S. Albani, nec non maioris, ac B. Virg. ad gradus Canonicus, obiit anno 1604, 20 Decembr. ante aram D. Petri maioris eccleſiæ ſepultus. 1560

VVinricus de *Buche*, Canonicus Presbyter vixit ſub anno 1391.

VViricus a *Dhuyn*, *Dominus* de *Oberſtein*, Canonicus circa annum 1530, reſignauit.

VVitikindus de *Nuvvenberg*, Canonicus citatur in *libro animarum* abſque anno.

VVitikindus de *VVeitershauſen*, Canonicus obiit anno---- 1429

VVolfgangus a *Bicken*, Canonicus obiit anno 1510, 6 Maii, in ſacello B. Virg. maioris eccleſiæ ſepultus. 1467

1511 VVolfgangus *Comes* in *Solms I*, Moguntinæ, Colonienſis ac Treuirenſis eccleſiarum Canonicus. Edit. I pag.

1532 VVolfgangus *Comes* in *Solms II*, Moguntinæ, Colonienſis & Argentinenſis eccleſiarum Canonicus, obiit Coloniæ anno 1555, 3 Febr. ſepultus Coloniæ in eccleſia maiori prope tres Reges.

1543 VVolfgangus de *Iſenburg*, *Comes* in *Büdingen*, Moguntinæ & Herbipolenſis eccleſiarum Canonicus, reſignauit anno 1557, 20 Decembr.

1555 VVolfgangus Theodoricus *Rüd* a *Kollenberg*, Canonicus Domicellaris, reſignauit anno 1564, 30 Iunii.

1557 VVolfgangus *Camerarius* de *VVormatia*, dictus a *Dalburg*, ex Præpoſito factus Archiepiſcopus Moguntinus an. 1582, de quo in *Præpoſitis* ſupra.

1566 VVolfgangus ab *Heuſenſtam*, maioris, ac S. Albani eccleſiarum Canonicus Sacerdos, obiit cæcus anno 1594, 21 Febr. in maioris eccleſiæ ambitu ſepultus.

1568 VVolfgangus ab *Eltz*, Canonicus Domicellus, reſignauit anno 1571, 30 April. *Ioanni Richardo* fratri, quo item reſignante anno 1578, 1 Febr. ipſe rurſum in eius locum eodem die poſſeſſionem accepit. tandem ſecundo reſignauit anno 1579, 6 April. 85

1571 VVolfgangus Erneſtus de *Iſenburg*, *Comes* in *Büdingen*, Canonicus Domicellus, reſignauit anno 1580, 23 Iunii.

1597 VVolfgangus Henricus a *Braitbach*, Canonicus Domicellaris, reſignauit anno 1604, 14 Iunii fratri *Ioanni Antonio*.

VVolhardus a *Rodt*, Canonicus Mogunt. factus Epiſcopus Auguſtanus an. 1288, ſedit annis 12. obiit an. 1300, in octaua trium Regum, Auguſtæ ſepultus.

SEquuntur quidam, quorum nomina propria ignorantur, quare & ad litteram certam collocari non potuerunt, quos tamen e Canonicorum numero fuiſſe certo conſtat: Sed ne memoria eorum penitus pereat, eos ſeorſim hic, donec nominibus propriis magis innoteſcant, collocandos duxi.

N ---- *Breder* de *Hohenſtein*, Canonicus factus circa annum 1399, vixit adhuc anno 1414 Capitularis, vt ex inſignibus eiuſdem ad ſacellum S. Martini in medio eccleſiæ maioris poſitis patet.

N ---- *Schenck* de *Schweinsberg*, Canonicus factus anno circiter 1421, vixit adhuc Domicellaris an. 1428, vt ex eius inſignibus in maiori hypocauſto Capitulari eccleſiæ Mogunt. in feneſtris notatis patet.

N ---- *Baro* a *Limburg*, Canonicus factus an. 1472, vlt. Iunii per reſignationem *D. Ioannis Comitis* de *Henneberg*, Abbatis Fuldenſis, ac Canonici Mogunt.

Summa omnium Prælatorum & Canonicorum, qui in hoc opuſculo continentur, eſt 769.

EPILOGVS AD LECTOREM. 86

NON ambigo, candide lector, cum plurimi poſt tot ſæcula ex hoc Nobili Canonicorum Collegio eccleſiæ Moguntinæ deſiderentur, multos fore, qui plures ex diuerſis litteris ac antiquitatum monumentis inuentos hocce Elencho ſeu indice meo adiicere poſſint, neminem tamen omnes opinor. Erant quidem plurimi, quos ſcire volebam; ſed poſt impenſam ſedulo operam nullos alios hactenus adhuc diſcere ac inueſtigare potui; quod ſi copia mihi & occaſio fuiſſet perquirendi, eos certiores ac multo plures adnotaſſem. Quos potui collegi, qui latuere, omnes fortaſſis vnquam litteris conſignatos, vel notatos; plurimos tamen temporum longinquitate & iniuria ab omni hominum memoria deletos certo ſcio. pro modulo id, quod promiſi, efficere conatus fui; vtrum meo omniumque deſiderio ſatisfecerim, aliis iudicandum relinquo; hoc vnicum ſcio, me ſaltem affectu aſſecutum eſſe, quæ volebam: ſi non effectu, veniam pro laude precor. Tu vero, lector, hunc laborem meum qualemcunque æqui bonique conſule, ac me vel de iuuandi ſtudio ama; & ſi quid in ſcriptis reconditioribus inuenire potes, quod propoſitum meum iuuare & maturare poſſit, ſupprimere noli. Interim præſentibus his vtere ac te oblecta, & erratis, ſi quæ deprehenderis (oculi enim vident, quæ oculus non perſpicit) benigne ignoſce, eaque amice ac placide ad me perſcribe; gratum mihi id erit, neque ingentes pro hoc humanitatis officio tibi gratias eſſe habiturum certo confide. Vale, &, ne prius hunc laborem iudices, quam cognoueris, caue.

INDEX

INDEX FAMILIARVM,
id est
NOMINA CANONICORVM INVERSA,
vt facilius inueniantur ab his,
qui forte eos ex familiis norunt,
prænomina autem eorum nesciunt,
aut non meminerunt.

A.

ALdenburg *Sifridus*
Andlavv *Ioannes Vdalricus*
Aschenbruch *Conradus*
Austriæ Duces *Henricus, Leopoldus Wilhelmus*

B.

BAch *Henricus, Otto*
Baden, *Marchiones* *Fridericus, Ioannes*
Battenburg *Gerhardus*
Bebinberg *Lupoldus*
Bellersheim *Ioannes*
Bentzenavv *Otto, Simbrecht*
Bergen *Marqurdus I, Marquardus II*
Beyer *a* Sternberg *Henricus*
Beyer *a* Boppardia *Henricus*
Bibravv *Hermannus, Ioannes I, Ioannes II, Laurentius, Wilhelmus*
Bicken *Adamus Theodoricus, Ioannes Adamus, Wilhelmus I, Wilhelmus II, Wilhelmus III, Wolfgangus.*
Bickenbach *Barones* *Vdalricus I, Vdalricus II*
Biedenfeld *Gotfridus, Hartmannus, Hermannus, Rupertus, Sifridus*
Bilandt *Henricus*
Beyenbach *Henricus*
Bleichenbach *Bertramus*
Bodelschvving *Wennemarus*
Bois *a* Waldeck *Ioannes, Otto*
Bolanden *Domini* *Gerhardus, Wernherus I, Wernherus II*
Bopardia *Emicho*
Borne *Ioannes*
Breidbach *Ioannes Antonius, Wolfgang Henricus*
Brambach *Quirin Conradus Henricus*
Brandenburg *Marchiones* *Albertus, Fridericus, Ioannes Albertus*
Breder *de* Hohenstein N.
Breidenbach *Bernhardus, Otto*
Brendel *ab* Homburg *Daniel, Ioannes*
Bömser *de* Rûdesheim *Conradus I, Conradus II, Fridericus, Ioannes, Theodoricus*
Bruneck *Domini* *Andreas, Philippus*
Bubenheim *Gotfridus*
Buche *Winricus*
Buchenavv *Hermannus I, Hermannus II, Sittichius*
Bucholtz *Arnoldus I, Arnoldus II, Arnoldus III*

Buchis
- Conradus
- Lutherus

Buhſeck
- Gilbertus
- Macharius I
- Macharius II
- Macharius III

Burngas *de* Lorch — Ioannes

C.

CApra — Henricus

Carben
- Ioannes
- Ioan. Eberhardus
- Philippus

Cleen — Richardus

Colnhauſen — Ioannes

Cratz *a* Scharpffenſtein
- Alexander
- Hugo
- Hugo Eberhardus
- Ioannes Bechtoldus
- Philippus

Crichingen *Baro* — Franciſcus Erneſtus

Cronberg *cum corona*
- Ioannes
- Ioan. Schvvicardus
- Waltherus

Cronberg *cum aliis*
- Ebervvinus I
- Ebervvinus II
- Ioannes
- Ioannes Philippus
- Philippus
- Simon
- Vlricus

D.

DAlberg
- Frider. Dietherus
- Ioannes
- Wolfgangus

Daun — Wilhelm. Dietherus

Dernbach — Wigandus

Ders *ex* Haſſia
- Eberhardus
- Eckardus
- Vulpertus I
- Vulpertus II

Dhuyn D. in *Oberſtein*
- Philippus
- Wiricus

Dienheim
- Eberh. Fridericus
- Ioannes
- Ioannes Henricus
- Ioannes Philippus
- Philippus
- Reinhardus

Dietz — Ludouicus

Dörfelden
- Helfricus I
- Helfricus II
- Wendelinus

Dürckheim — Conradus

Dürn
- Anshelmus
- Antonius
- Herbordus
- Petrus

E.

EBerſtein *Comes* — Ioannes

Echter *a* Meſpelbron
- Iulius
- Iulius Ludouicus
- Iulius Petrus
- Marcus
- Petrus I
- Petrus II
- Philippus
- Philipp. Sebaſtianus

Eller — Ioannes

Eltz
- Henricus
- Hugo Fridericus
- Iacobus
- Ioan. Chriſtophorus
- Ioannes Richardus
- Philippus Caſparus
- Richardus
- Wolfgangus

Enſchringen — Ioannes Reinerus

Epſtein *Barones*
- Fridericus
- Gerhardus
- Gotfridus I
- Gotfridus II
- Ioannes
- Philippus
- Sigefridus I
- Sigefridus II

Erbach *Pincerna*
- Conradus
- Dietherus
- Eberhardus
- Gerhardus
- Ioannes
- Theodoricus
- Valentinus

Erlenbach — Ioannes

Ernberg
- Ebervvinus
- Erhardus
- Gerhardus
- Ioannes I
- Ioannes II
- Ioannes Theodoricus
- Lucas

Eſchborn

Eschborn — *Marquardus*, *VValtherus*, *VVilhelmus*
Eysenbach — *Conradus*, *Drabodo*
Eysenberg *Comites D.* in *Grensavv* — *Arnoldus*, *Salentinus I*, *Salentinus II*
Eysenberg *Comites* in *Büdingen* — *Dietherus*, *Ludouicus*, *VVolfgangus*, *VVolfgangus Ernest.*

F.

FAlckenburg — *Otto*
Falckenstein *Comites* — *Cuno*, *VVernherus*
Faulhaber — *Evvaldus*
Faust *a* Stromburg — *Salentinus*, *VVigandus*
Fechenbach — *Adam. Ludouicus*, *Daniel Adamus*
Fels — *Ioannes Osvvaldus*
Festenburg — *Ioannes*
Firnenburg *Comites* — *Fridericus*, *Hermannus*
Fischborn — *Albertus*
Flach *a* Schvvartzenburg — *Ioannes*, *Ioan. Reinhardus.*, *Philippus*, *VVilhelmus*
Fleckenstein — *Ioannes*
Fock *a* Walstat — *Ioannes*
Fontibus — *Ioannes*
Forstmeister *a* Gelhausen — *Rudolphus*, *Theodoricus*
Franckenstein — *Erckingerus*, *Ioan. Ludouicus*, *Rudolphus*
Fravvenstein — *Marquardus*
Freytag — *Conradus*
Friedberg — *Ioannes*
Frisenheim — *Otto*
Fuchs *a* Dornheim — *Christoph. Ludouic.*
Fürstenberg — *Fridericus*, *Ioan. Gotfridus.*

G.

GAblentz — *Christophorus*, *Ioan. Bernhardus*
Gebenhoffen — *Rutgerus*
Gebsattel — *Otto Henricus*
Geysenheim — *Rudingerus*
Gemmingen — *Christophorus*, *Otto*, *Reinhardus*, *Vriel*
Gerhartstein *vel* Girstein — *Henricus*, *Philippus*
Gleichen — *Christianus*, *Hermannus*
Glickensteden — *Fridericus*
Goeler *a* Rauensp. — *Georgius*
Graenrodt — *Christophorus*
Greiffenclavv *a* Volrats. — *Eberhardus*, *Georg. Fridericus*, *Henricus*
Grosbeck — *Gerhardus*
Groschlag *a* Diepurg — *Balthasarus*, *Osvvaldus*
Grumbach — *Balthasarus*, *Henricus*, *Ioannes*
Guttenberg — *Ioannes*, *Petrus.*

H.

HAgen — *Dielmannus*
Hain — *Theodoricus*
Hanavv *Comites* — *Adolfus*, *Reinhardus*
Hartheim — *Philippus*
Hassiæ *Landgr.* — *Hermannus*, *Ludouicus*
Hatstein — *Gotfridus*, *Ioannes*, *Marquardus I*, *Marquardus II*
Hatzfeld — *Emundus*, *Henricus*, *Henric. Fridericus*, *Theodoricus*
Heldrid — *Ioannes*
Helffenstein — *Philippus*
Helmstat — *Ludouicus*, *Rabanus I*, *Rabanus II*, *Rabanus III*, *Wilhelmus*
Henneberg *Comites* — *Bertholdus I*, *Bertholdus II*, *Bertholdus III*, *Ceorgius*, *Ioannes I*, *Ioannes II*, *Poppo*

Hephefft

Hephefft — *Hermannus*
Hep *de* Reinperg — *Fridericus*
Herdan *a* Büches — *Cuno I*, *Cuno II*, *Otto*
Hertestat — *Heroldus*
Heusenstam — *Eberhard Wolfgang.*, *Sebastianus*, *Wolfgangus*
Hilchen *a* Lorch — *Ioannes*
Hirschhorn — *Conradus*, *Eberhardus*
Hirt *a* Saulheim — *Philippus*
Hoffvvard *a* Kirchheim — *Albertus*, *Ioannes*
Hohenberg — *Vdalricus*
Hoheneck — *Landolphus*
Hohenloe *Comites* — *Albertus I*, *Albertus II*, *Ludouicus*
Hohenstein — *Christophorus*, *Ioannes*, *Theodoricus*
Hohenzollern *Comites* — *Eitel Fridericus.*, *Ioachimus*
Holdingshausen — *Fridericus*, *Ioan. Georgius*
Honstein *Comes* — *Wilhelmus*
Hundt *a* Saulheim — *Adolffus*, *Ioan. Christoph.*, *Wilhelmus*
Hundt *a* Wencken — *Sifridus*

I.

Ilfelt — *Theodoricus*
Indagine — *Petrus*, *VVernherus*
Ingelheim — *Giselbertus*
Ippelbrun — *Eberhardus*
Isenburg — v. *Eysenberg*
Iudt — *Emercho*, *Iacobus*

K.

Kalsmund — *Gotfridus*
Katzenelenbogen *Comes* — *Henricus*
Kehr — *Guntherus*
Kelberovven — *Fridericus*
Kerpen — *Philippus*
Kersenbroich — *Rembertus*
Kirchberg *Burggrauius* — *Hartmannus*
Kircheim — *Ioannes*
Kirckel *Baro* — *Conradus*
Klippel — *Ioannes Philippus*
Knebel *de* Katzenelenbogen — *Ioannes*, *Theodoricus I*, *Theodoricus II*, *VVernherus*
Koeth *a* Wanscheidt — *Georgius*
Kolling — *Gotfridus*, *Richardus I*, *Richardus II*
Koppenstein — *Philippus*
Kotvvitz *de* Aulnbach — *Ioan. Conradus*
Kramburg — *Gerhardus*
Küchenmeister *a* Gamberg — *Adamus*, *Fridericus*
Kugelberg — *Albertus*
Königstein *Baro* — *Philippus*

L.

Langen — *Otto*
Leyen — *Marsilius Godefridus*, *Philipp. Ervvinus.*
Leyningen *Comites* — *Georgius*, *Gotfridus*, *Reinhardus I*, *Reinhardus II*
Levvenstein — *Emicho*, *Fridericus I*, *Fridericus II*, *Ioannes*, *VVernherus*
Liebenstein *ex Suevia* — *Albertus*, *Conradus*, *Iacobus*, *Rabanus*
Lindavv — *Henricus*, *Ioannes*
Limburg *Pincerna* — *Albertus*, *N.*
Lorch — *Conradus*
Losse *de* Isenaco — *Rudolphus*
Lotharingiæ Dux — *Carolus*
Lenckavv — *Henricus*
Lützelburg — *VValtherus.*

M. Man-

M

MAnnendal — *Henricus*
Mansfelt *Comes*, — *Ioannes Erneſtus*
Mentzingen — *Philippus*
Mehrlen *dictus* Behm — *Henricus*
Merlavv — *Eberhardus*
Meroda — *Arnoldus*
Metternich — *Ioannes Reinhardus*, *Lotharius*
Miltiz — *Carolus*
Mönch *a* Roſenberg — *Eberhardus*, *Ioannes*
Mönch — *Fridericus*
Mohn *a* Saulheim — *Hertvvicus*
Monferat *Marchio* — *Theodoricus*
Montzingen — *Ioannes*
Mosbach *a* Lindensfels — *Ioannes Andreas*
Mückeling — *Simon*
Mudersbach — *Daniel*
Mume — *Conradus*
Münſtermeinfelt — *Erneſtus*

N.

Naſſavv *Comites* — *Adolphus I*, *Adolphus II*, *Albertus I*, *Albertus II*, *Engelbertus*, *Fridericus*, *Gerlacus*, *Henricus I*, *Henricus II*, *Ioannes I*, *Ioannes II*, *VVilhelmus*
Naſſavv Nob. — *Henricus*
Nevvſtetter — *Ioannes Chriſtophorus*
Nix *de* Hoheneck &c. — *Ioannes*
Nordeck — *Adolphus*
Norinberg *Burggrauius* — *Conradus*
Nortmannis — *Iacobus*
Nothafft — *Petrus*
Nuvvenberg — *Volckvvinus*, *VVitikindus*

O

OBerſtein alias *de* lapide — *Eberhardus I*, *Eberhardus II*, *Eberhardus III*, *Ioan. Ieremias*, *Nicolaus I*, *Nicolaus II*, *Richardus*, *Vdalricus*
Oetingen *Comes* — *Eberhard.*

P.

PAffendorff — *Henricus*
Palatini *Comites Duces Bauariæ* — *Erneſtus*, *Fridericus*, *Georgius I*, *Georgius II*, *Ioannes*, *Philippus I*, *Philippus II*, *Richardus*, *Rupertus*, *Stephanus*
Partenheim — *Ioannes Bernhardus*
Pflug — *Iulius*
Praumheim — *Dammo*, *Epicho*, *Fridericus*, *Henricus*, *Marquardus*
Pütlingen — *Engelbertus*

Q.

QVaed — *Adolphus*, *Ioannes*

R.

RAndeck — *Ioannes*
Rasfeld — *Franciſcus I*, *Franciſcus II*
Rauſchenberg — *VVinandus*
Ravv *de* Holtzhauſen — *Adolphus I*, *Adolphus II*, *Caſparus*, *Conradus I*, *Conradus II*, *Henricus*, *Ioan. Adolphus*, *Ioan. Rupertus*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Ravvgraff — *Ioannes*

Reck — *Henricus*, *Ioachimus*

Reich *de* Reichenstein — *Petrus*

Reichenbach — *Ioannes*

Reiffenberg *cum aaribus* — *Ioannes*, *Wernherus*

Rheinberg — *Gyselbertus*

Rheni *Comites* — *Conradus*, *Ernestus Ludouicus*, *Fridericus*, *Ioannes*, *Otto Ludouicus*

Rheyneck *Comites* — *Ioannes*, *Philippus*, *Thomas*

Rheinstein *Comes* — *Ernestus*

Reysenberg — *Conradus*

Reuss *de* Plavven — *Henricus*

Riedt — *Emericus Henricus*, *Iodocus*, *Philippus*

Rietberg *Comes* — *Conradus*

Ringenheim — *Gotfridus*

Rockendorff — *Ioannes*

Rodenstein — *Georgius Antonius*, *Henricus*, *Ioannes*

Rodt — *Wolhardus*

Rollingen — *Theodoricus*

Rorbach — *Ebervvinus*

Rosenavv — *Lucas*

Rosenkrantz — *Gotschalcus Ericus*

Rüdt *a* Kolenberg — *Wolffg. Theodoricus*

Rüdesheim — *Emericus*, *Otto*

Runckel *Comes* — *Sifridus*

Rüse — *Eberhardus*

S.

SAchsenheim — *Georgius*

Sarbrücken *Comes* — *Gotfridus*

Saulheim — *Hermannus*, *Osbertus*, *Wilhelmus*

Saxoniæ Duces — *Albertus*, *Fridericus*, *Georgius*, *Rupertus*

Scharpffeldt — *Hermannus*

Scharpffenstein — *Salentin*

Schvvartz — *Simon*

Scharpffenstein *Grün* — *Benno*, *Bruno*, *Truschardus*

Schavvenburg *Comites* — *Adolphus*, *Wilhelmus*

Schechingen — *Vdalricus*

Schenck *a* Schvveinsberg — *Cuno*, *Theodoricus*, *N.*

Schetzel *de* Lorch — *Henricus*

Schliderer *de* Lachen — *Fridericus*

Schlumpff *a* Winternheim — *Hugo*

Schonberg *cum 6 scutis albis in campo rubro* — *Henricus I*, *Henricus II*, *Ioannes*, *Otto*

Schönborn — *Fridericus Georgius*, *Ioannes*

Schöneck — *Emericus*, *Hermannus*, *Henricus*, *Philippus*, *Simon*

Schönenburg — *Georgius*

Schütz *de* Holtzhausen — *Ioannes Richardus*

Schutzbar *dictus* Milchling — *Adolfus Daniel*

Schvvalbach — *Gernandus*

Schvvartzenburg *Comites* — *Guntherus*, *Henricus*, *Hermannus*

Schvvartzenburg *Baro* — *Paulus*

Schvvartzenburg — *Petrus*

Selenhoffen — *Simon*

Selsa — *Henricus*

Sen *de* Munsingen — *Ioannes*

Sickingen — *Fridericus*, *Houevvardus*, *Ioannes*, *Reinhardus*

Sigersberg — *Ioannes*

Sinabulis — *Franciscus*

Sintzig — *Hennekinus*

Sottenbach — *Gerhardus*

Solms

Solms *Comites* — *Henricus*, *Ioannes*, *Otto*, *Reinhardus*, *Rupertus*, *Sifridus*, *Wolffgangus I*, *Wolffgangus II*

Sôtern — *Philippus Christophorus I*, *Philippus Christophorus II*

Specht *a* Bubenheim — *Fridericus*, *Ioannes I*, *Ioannes II*

Speth *a* Sultzburg — *Ioannes Casparus*

Spiegelberg *Comes* — *Hugo*

Sponheim *Comites* — *Emicho*, *Reinhardus*

Spor — *Ioannes*, *Otto*

Stadion — *Ioannes Theobaldus*

Stalberg — *Christianus*

Stahelek *Comites* — *Dietherus*, *Henricus*

Steckilnberg — *Conradus*

Stein *ex Sueuia.* — *Christophorus*, *Christoph. Adamus*, *Georgius*, *Hertandus*, *Marquardus*, *Philippus Albertus*

Sternberg — *Ebervvinus*, *Roricus*

Stertzelnheim — *Cuno*

Stettenberg — *Ioannes*

Stockheim — *Adolphus I*, *Adolphus II*, *Bertholdus*, *Fridericus*, *Henricus*, *Henricus Philippus*, *Philippus*, *Philippus Arnoldus*

Stolberg *Comites* — *Henricus*, *Ludouicus*

T.

TReuiri — *Iacobus*, *Ioannes*

Tetteleben — *Christophorus*, *Valentinus*

Trohe — *Georgius*, *Philippus*

Truchses *a* Bommersfelden — *Laurentius*, *Martinus*, *Melchior*

V.

VAch — *Henricus*

Vdenheim — *Petrus*

Veltheim — *Conradus*, *Liuinius*

Veringen *Comes* — *Henricus*

Vilbel — *Ioannes*

Vlatten — *Cuno*

Voit *a* Saltzburg — *Melchior Otto*

W.

WAhlheim — *Diethmarus*

Walbach — *Wernherus*

Waldeck *Comites* — *Franciscus*, *Philippus*

Waldeck — *Conradus*, *Emicho*, *Gotfridus*, *Ioannes*

Waldeck *de* Vben — *Fridericus*

Waldeck *a* Kempt — *Michael*

Waldenburg *dictus* Schenckern — *Adolphus*

Waltbot *a* Bassenheim — *Antonius I*, *Antonius II*, *Ioan. Schvvicardus*, *Ioannes Theodoricus*

Waltbrun — *Ioannes Henricus*

Waltburg *Baro* — *Ioannes*

Wambolt *ab* Vmbstat — *Anshelmus Casimir.*, *Philippus*

Warsberg — *Ioannes Philippus*

Wartenberg — *Conradus*, *Ioannes I*, *Ioannes II*, *Sifridus*

Wasen — *Eberhardus*

Weiler — *Iodocus*, *Iodocus Philippus*

Weinsberg *Baro* — *Conradus*

Weiss *a* Fevverbach — *Ioannes*

Weiss — *Ioannes*

Weittershausen — *Witikindus*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Wertheim *Comites*	*Fridericus*, *Georgius*, *Ioannes*, *Wilhelmus I*, *Wilhelmus II*
Wertorff	*Dietherus I*, *Dietherus II*, *Theodoricus*
Westerburg	*Sifridus*. Vide *Com. a Leiningen*
Wettin	*Otto*
Wichsenstein	*Philippus*
Willenavv	*Petrus*
Wiltberg	*Antonius*, *Georgius*, *Iacobus*, *Ioachimus*, *Ioan. Philibertus*
Wiltgrauii *seu* Syluestres Comites	*Gerhardus*, *Hugo*
Winnenberg *Baro*	*Ioannes Daniel*
Winter *a* Rüdesheim	*Ioannes*
Wirebach	*Finicho*
Wirtenberg	*Ioannes*
Wolff *a* Sponheim	*Fridericus*

Z.

ZAeringensis *Dux*	*Rudolphus*
Ziegenhan *Comites*	*Gotfridus*, *Otto*
Zobel *a* Gibelstat	*Conradus Ludouicus*, *Theodoricus*

FINIS.

SYLLABVS

SYLLABVS
PRAELATORVM
ac
CANONICORVM
ECCLESIAE METROPOLITANAE
MOGVNTINENSIS
PLENIOR & CVRATIOR,

RECENS CONCINNATVS,
ET AD PRAESENS VSQVE TEMPVS PERDVCTVS.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

LECTORI BENEVOLO

GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS

S. D.

CVm in animum induxiſſemus, rerum Moguntiacarum ſcriptores colligere, vnoque faſce complecti, placuit primum, Indicem *Canonicorum*, quem GEORGIVS HELWICHIVS anno MDCXIV publici fecerat iuris *, ac *Nobilitatem eccleſiæ Moguntinæ* inſcripſerat, repetere, & ad noſtrum vsque tempus perductum, ceteris ſuo attexere loco.

* Moguntiæ, typis Balthaſaris Lippii. 4.

Contigit autem aliquanto poſt, vt nobis obtingeret, quem ad id vsque temporis nondum videramus, *Elenchus* ille, quem idem poſtea ex opere, quod moliebatur, maiori excerpſerat, tituloque *Elenchi Nobilitatis eccleſiæ Moguntinæ* anno MDCXXIII ediderat in publicum. Proin, cum plenior is eſſet priori, atque accuratior; tum vero, quod neceſſarium omnino, maximeque par erat, catalogum comprehenderet illorum, qui PRAELATORVM inter eos dignitate, titulisque eminuerunt, *Præpoſitorum* ſcilicet, *Decanorum*, *Cuſtodum*, *Scholaſticorum*, & *Cantorum*, mutata priori ſententia, illum delegimus inſerendum.

Enimuero, quum ſtudio, lectioneque curatiori deprehenderemus, & illum ſubinde mancum eſſe; tum vero ordine iterum iterumque incedere inuerſo; in annis præterea atque diebus, quibus hic, ille dignitatem *Præpoſiti*, *Decani* &c. adiit, vel fato ſuo functus eſt, haud raro errare, deficere; conſultiſſimum non nobis tantummodo, ſed VIRO etiam Illuſtri, & de Hiſtoria Moguntina immortaliter merito, VALENTINO FERDINANDO de GVDENVS viſum, propria induſtria id genus *Syllabum* concinnare, ſcriptorumque res Moguntinas explicantium numero adiicere.

Confecimus autem illum ex ſcriptis tum editis, tum ἀνεκδότοις, cum maxime vero diplomatis, iisque αὐτογράφοις partim, partim ab aliquot iam ſæculis in libros, quos voce barbara vulgo *Copiales* vocari mos eſt, redactis, *libris*, vt titulo recepto appellantur, *Animarum* ſiue necrologiis, Confraternitatum indiculis, prouiſionibus, protocollis, epiſtolis, epitaphiis, documentisque, quæ bona ſors nobis obiecit, aliis, iisque innumeris fere, opera ſatis accurata, ſedulaque inſpectis, examinatis, diſcuſſis.

Quo quidem in negotio id nobis curæ fuit, vt dies annosque emortuales inueſtigaremus, curateque, quoad licuit, notaremus. Quod dum dicimus, ſimul monemus, neminem remorari debere, quod alicubi, in ipſis etiam, vt nominari ſolent, *Probationum* libris, recens congeſtis, tabulaque *Canonicorum*, quæ in loco Reuerendiſſimorum Capitularium conuentibus deſtinato affixa eſt, alium nonnunquam diem, nonnunquam annum reperiat. Argumentis namque ſatis, ni fallimur, euidentibus oſtenſum, rem ita, vt poſuimus, ſeſe habere.

Dein id pensi nobis fuit, vt lima persequeremur *Elenchum* HELWICHII præmissum; obelo notatis, qui auctori obrepserant, erroribus; adductis, firmatisque, quorum ei vel nulla, vel non certa satis erat notitia; adiectis, quos ille præteriit; loco motis, quos perperam semel iterumque inseruit. quorum quidem illis stellulam præfiximus: de his vero, quæ dicenda erant, inclusimus vncinis, litteris currentibus siue Italicis exscripta.

Tum vero, ne lectori nudo tot nominum recensu tædium oboriretur, placuit, e diplomatis, monumentisque aliis subinde inspergere res memoratu dignas, lectuque non iniucundas, cum maxime vero huc spectantes, facientesque.

Postremo, cum res ita postularet, vbi HELWICHIVS substitit, perreximus, & indicem tum *Prælatorum*, tum *Canonicorum* ad præsens vsque temporis perduximus spatium; duplici notatis stellula, qui ab excessu illius in splendidissimum huncce ordinem fuere cooptati.

Illum ceteroquin, qui *Canonicos* complectitur, alia confecimus forma, ac suum quidem concinnauit HELWICHIVS. Vt enim chartæ parceremus, ac lectores molesto inquirendi leuaremus labore, conuenientissimum nobis visum fuit, hoc progredi ordine, vt ad quamque alphabeti litteram illos primum recenseremus, qui prænominibus tantum suis in litteras missi sunt; dein eos, qui gentilitiis suis occurrere nominibus: quorum si plures, vna prognati familia vel stirpe, nobis subiere, temporis semper, quo vixerunt, vel cœtui huic reuerendissimo adscripti fuerunt, habuimus rationem.

Sed enim pauca nobis adhuc monendus es. Primum quidem, ne mireris, si sæculis XI & XII plerisque nomen gentis ac familiæ haud vides appositum. Notum enim, moris fuisse istis temporibus, solis fere, in litterarum etiam monumentis, vti prænominibus.

Dein, dum Præpositis, Decanis, Custodibus, Scholasticis, Cantoribus, quin & Canonicis dignitatum, quas gessere, reliquarum titulos passim adscriptos cernis, additos esse, vti plerumque alibi ipsis appositos vidimus. Impossibile enim erat, vsque semper inuestigare, quo vnamquamque consecuti fuerint tempore.

Præterea annis, quos in margine cifris siue numeris barbaris expressos conspicis, designari, quo tempore cuique aditus ad possessionem vel capiundam, vel obtinendam factus est. Factum id exemplo HELWICHII. a quo tamen, sicubi haud ἄστιλες est, abimus.

Postremo, vbi simpliciter *Canonici* posuimus vocabulum, vel de sepultura in *peristylio*, *loco Memoriæ*, *sacello*, *choro maiori*, *ferreo* &c. egimus, vel *necrologium*, nulla alia voce adiecta, citauimus, Canonicum semper Moguntinum, eumque ædis maioris, maioris item chorum, necrologium, & sic porro, intelligendum.

Quod superest, vitio nobis haud vertas, quod non raro vocabulis, quæ ecclesiastici tantum vsus sunt, vel alio probæ latinitatis scriptoribus veniunt significatu, vel barbaris etiam adnumerantur, fue-

fuerimus vſi. Dum enim volumus intelligi, ſcientes nobis hic loquendum duximus ſermone, quo loquuntur, qui id probant maxime, quod communi fere his in rebus teritur vſu.

Si quid autem ex opere hoc vel oblectamenti haurire licebit, vel commodi atque vtilitatis in rem redundabit litterariam, id omne acceptum ferendum laudatiſſimo nobis & de Illuſtriſſimo hocce Collegio bene merendi cupidiſſimo GVDENO; nobis vero nil aliud, quam quod ea, quæ indefeſſa ille ex mſcr. eruit induſtria operaque, hoc digeſſerimus ordine, ſcriptoque fuerimus complexi.

SECTIO I
De
PRAEPOSITIS.

Illorum primus, qui nobis occurrit, est

9... ## THEODERICVS.

VIr antiquo nobilique genere, sed maiore virtutis, eximiæque auctoritatis fama. Diserte *Golscherus* in gestis Treuirorum, cap. 44 p. 62, *Theodericus vir nobilis & magnæ auctoritatis*, Præpositus *Mogonciæ maioris ecclesiæ*. Per *maiorem* autem, cuius ille Præpositus fuit, intelligas necesse est antiquam D. *Virginis*, quæ nunc *S. Ioannis Baptistæ* nomen fert, ac olim metropolitana fuit. Quæ nunc *maior* dicitur, & a *D* appellatur *Martino*, tum nondum erat excitata. Vid. *Serarius* libro I rerum Moguntiacar. cap. XXXI sect. I.

Ceterum *Theodericus*, quum sua mereretur virtute, vt altiores ad honores adscenderet, surrogatus fuit an. 965 Treuirorum Archipræsuli Henrico, & viuendi finem fecit Moguntiæ an. 970; sepultus in Collegiali, quam statuerat, iustoque locupletarat censu, *D. Gangolfo* sacra. Idem *Golscherus* l. d. non autem Treuiri, vt *Helvvichius* in Elencho sect. I p. 1 habet. Conf. *Brovverus* annal. Treuirens. lib. 10 § 24 p. 478, & quæ dixi in Schediasmate de Collegiali *D. Gangolfi.*

9... ## MEGINGAVDVS.

Vir bonus & iustus, vt *Helvvichius* l. d. ait, *Willegisi* Archiepiscopi *Camerarius*, *nobilis secundum carnem vir*, vt *Ditmarus* lib. 6 p. m. 384 testatur. Ab Imperatore Henrico II Treuiris, Luitolfo Præsule an. 1008 fatis functo, impositus, magnaque cæremonia inauguratus. Vid. idem *Ditmarus* l. d. Diem obiit anno 1016, apud Confluentes: sepulturæ locum nactus Treuiri. Idem *Ditmarus* lib. 7 p. m. 406; *in Vigilia natalis Domini* Megingaudus, *Treuericæ ciuitatis Episcopus, obiit in vrbe sua Cophelenci dicta, sedens 8 annos & 7 menses, indeque corpus suum* ad sedem propriam *delatum honorifice ad antecessores suos locatur.* Vt adeo erret *Cratepolius*, & cum eo *Helvvichius* l. d. dum apud Confluentes sepultum vult.

10.. ## * THIETMARVS.

De quo *Ditmarus Merseburgensis* lib. 7 p. 416: Thietmarus *venerabilis sanctæ Asenbrunnensis ecclesiæ Episcopus, seruus S. Mauricii in Magdaburg, & prius vtilis Moguntiæ & Aquisgrani Præpositus, caligine quadam obfuscante lumen hoc*
* 1016 *visibile in priore perdidit anno,* * *ac interiori oculo eo lucidius radiante, fomitem totius lucis Christum indefesso labore iam contemplatur.* Hæc ille. *Episcopum bonum* dixit *Crantzius.* Vid. *Cratepolius* annal. Episc. Osnabrug. p. 409, *virum vtilem*, Germaniæ sacræ parte I p. 32 *Bucelinus.*

10.. ## EMBRICO.

Illustrissima Comitum *Leiningensium* stirpe ortus, qua *Præpositus noui monasterii in Maguntia* occurrit in litteris anno 1056 datis, quibus pratum & paludem inutilem prope mœnia vrbis Meingoto cuidam donauit: vt fidem facit Repertorium litterarum ædis maioris. Anno 1064 in litteris *Wezzilonis*, Canonici ad D. Victoris, vocatur *Embrecho summus Præpositus.* Anno eodem sedem iniit Augustanam. *Lambertus Schafnaburgensis* ad h. a. *Henricus Episcopus Augustensis obiit* - - - Embricho *ei successit, Præpositus Moguntinus, Vir pontificalis*

lis modestiæ & grauitatis. & auctor anonymus *chronicæ Augustensis* p. 498; *cui* *successit* Embrico, *pridem Moguntiæ Præpositus, vir ad id temporis admodum religiosus atque laudabilis.* Obiit an. 1077, die 30 Iul. Embrico *Præsul S. Mariæ, plenus operibus bonis & eleemosynis, S. Stephani, S. Martini, S. Gertrudis ecclesiis a fundamento constructis, aliarum vero ædificiis & clausuris restauratis & tribus adiectis, vocatione felici 3 Kalend. Augusti migrauit ad Dominum.* Ita dictus *chronicæ Augustensis* auctor ad h. a. p. 501.

[HERMANNVS, *alias* Ricimannus Embrichoni in Præpositura successit an. 1064. factus Episcopus Bambergensis an. 1065. exautoratus rursum anno 1075, eo quod simoniace Episcopatum acceperat. Marianus Scotus, Lambertus Schafnaburgensis, Bruschius, Serarius. *Ita* Helvvichius *supra in* Elencho *p.* 212. *Sed enim, vnde constet,* Hermannum *hunc Moguntiæ Collegio principi Præpositum fuisse, velim dixisset.* Lambertus *sane* Schafnaburgensis *ad an.* 1065 *non* Præpositum, *sed* Vicedominum *ipsum vocat. quem secutus* Hofmannus *annal. Bambergens. lib.* 2, § 37, *p.* 79 *dicit, fuisse* Vicedominum Moguntinum & ecclesiæ Bambergensis Præpositum. *Quin anno* 1064 *in litteris* Wezzilonis, *Canonici S. Victoris, post Embrechonem summum Præpositum, & Gerhardum Camerarium occurrit* Hermannus Vicedominus.]

RAZO 10..

Anno 1069 occurrit, qua *summus Præpositus*, inter testes adhibitos, cum Sifridus Archiepiscopus Petrinis diploma fundatoris Friderici renouaret: item in alio, eodem anno dato, cum idem Sifridus Petrensibus decimam in Thuringia conferret, vocaturque *Razo Præpositus.* Anno dein 1070 in litteris cœnobii S. Ruperti, vt addit *Helvvichius* l. d. p. 212.

GODEBOLDVS 10..

Anno 1090 nobis subit, qua *Præpositus in maiore monasterio*, in litteris Ruthardi, quibus Sant-Albanensibus ecclesiam *S. Iustini* in oppido Höchst contulit. Item in aliis eiusdem, quibus Cambergense monasterium confirmauit, vocaturque *Godeboldus* principalis *Præpositus.* Anno dein 1097 in litteris Dietmari & Eilæ coniugum, quibus Sant-Albanensibus bona quædam donarunt, *in maiori monasterio S. Martini* (vt clausula earum habet) dicitur *monasterii* S. Martini *Præpositus.* Sic enim ibi: *astante* Godeboldo, *eiusdem monasterii Præposito.* Et tandem in tabulis Ruthardi an. 1099 signatis, quas in *chronico D. Stephani* inuenies.

* *EMBRICO* huius nominis *secundus* 10..

Legitur an. 1104 in litteris Ruthardi, quibus Abbatiæ S. Petri, quæ Erfurti est, & patrocinium suum promisit, & bona, priuilegiaque omnia stabiliuit, *Embricho Præpositus* inter testes. Anno 1108 in eiusdem Ruthardi tabulis, quibus monasterium *S. Disibodi* instauratum confirmauit, censuque instruxit liberali, *Embricho Præpositus maioris monasterii.*

ANSELMVS 11..

Huius mentio fit in litteris monasterii S. Iacobi, *de annis* 1112 *&* 1122. ita *Helvvichius* l. d. p. 212.

DVDO 112.

Surrogatus Anselmo; occurrit an. 1122 in tabulis Adelberti I, quibus monasterium Eluenstatense confirmauit, inter testes hoc modo: *Præpositi; maioris ecclesiæ* Dudo, *S. Petri* Asmarus. Dein an. 1124 in aliis eiusdem Adelberti I, quibus cœnobium Gerodense stabiliuit: Inter testes enim statim post *Buggonem*, Episcopum Vangionum, est *Dudo maior Præpositus.*

* *RICHARDVS* 122.

Quem *Helvvichius* præterit, occurrit an. 1127 in litteris Adelberti I, quibus de

de decimis in monte D. Albani colligendis, Disibodenbergensium in gratiam sententiam tulit, testes inter his verbis: *Richardus maior Præpositus.*

112. # HENRICVS

Cognomento *Felix*, Richardi, non autem, vt *Helvvichius* l. d. p. 212 vult, Dudonis in locum successit. Occurrit autem nobis primum 1128 in litteris Adelberti I, quibus *Fratribus S. Martini de Domo* insigni liberalitate quamplurimos attribuit census; & his quidem nominibus: *Heinricus Præpositus S. Martini & S. Victoris.* Annis sequentibus in eiusdem Adelberti I tabulis, modo *maioris ecclesiæ & S. Victoris Præpositus*, modo *summus Præpositus*; in litteris vero Adelberti II & Marcolfi Archiepiscoporum, *Præpositus maior* scribitur, vti in aliis quibusdam Adelberti, ad B. M. V. vulgo *ad gradus* Canonici, an. 1131 datis, *maioris monasterii Præpositus.* Anno 1142 ad mitram vocatus Moguntinensem, an. 1153 & sede deiectus, & mortuus est.

1143 # HARTMANNVS

Ex Decano factus an. 1143 Præpositus, legitur eo ipso anno in litteris Henrici I, quibus ad D. Victorem Canonicis decessorum priuilegia, bonaque iis collata sollemniter confirmauit, h. m. *Hartmannus S. Martini de Domo Præpositus.* Et sic ad annum vsque 1160, quo in tabulis Arnoldi Archiepiscopi, quas in *chronico Mariano* inuenies, testes inter primo statim loco his adducitur verbis: *Hartmannus Præpositus* S. Martini & S. Stephani.

11.. # CHRISTIANVS
Comes de *Buche*,
Canonicus maioris & Decanus B. M. V. ad gradus.

Quo minus dubites, Hartmanno eum successisse, atque adeo huc referendum esse, adducere iuuabit verba Conradi I, in litteris, quibus an. 1183 controuersiam, quæ Burchardo, ad D. Petri Præposito, cum sanctimonialibus Diefenthalensibus erat, decidit: *primo electus - - - pluribus aliis occupatus, terminare eam non valens, cognoscendam & rationali fine decidendam*, Domino Christiano, tunc Maguntinæ sedis Præposito, & Othoni *viro Strenuissimo, fratri nostro, qui postea Dux fuit Bauariæ, nunc vero Palatino, vicem nostram demandauimus.* Intelligendum autem esse eundem, qui postea Archiepiscopus factus est, quam clarissime patet ex verbis non ita multo post sequentibus: *Procedente vero tempore, cum pro schismate multis annis exularemus*, Domino Christiano, *pro voluntate Domini Imperatoris nobis subrogato* &c. & rursus: *dicitur*, Dominus Christianus, *contra nostram non, immo contra suam venisse sententiam - -* Pontificatum vero Moguntinensem ille Friderici I voluntate adiit 1165, & post varias res in Italia gestas an. 1183 naturæ exsoluit debitum.

1169 vel 1170 # ARNOLDVS

Custodis, ante, ni fallimur, obiit munia, cum ab anno 1158 vsque ad 1169 Custodes inter inueniatur, qui dicitur *Arnoldus.* Anno 1170 *Arnoldus maior Præpositus* legitur inter testes in litteris cœnobii Erbacensis, quas vide sis in Decano *Heidenrico.* Viginti & plures annos Præpositi maioris gessit munia, cum nobis occurrerit vsque ad an. 1193.

[Arnoldo *successorem* Helvvichius *l. d. p.* 212 *dat* Sifridum Eppensteinium. *Sed errat.* Sifridus *enim ille, vulgo* senior *dictus, & an.* 1201 *Archiepiscopus factus, anno autem* 1230 *fatis functus, ad* D. Petri *tantum fuit Præpositus, non item ad* D. Martini, *siue* ædem maiorem: *vt ad* Serarium *iam dictum.*]

119. # * *CONRADVS*

Si coniecturæ locus, stirpe Comitum *Isenburgensium* prognatus fuit. In litteris enim Conradi I Archiepiscopi an. 1194, quibus Rutgeri, ad D. Ioannis Præpositi,

Præpoſiti, donationem eccleſiæ iſti factam firmauit, e numero Canonicorum metropolitanorum inter teſtes eſt *Conradus* de *Iſenburg*, Præpoſitus; *Francofurtenſis* ſcilicet; cum *Decanus*, *Scholaſticus*, & *Cantor maioris Moguntinæ* ibidem præcedant.

Primum vero, qua *Præpoſitus Collegii principis*, occurrit an. 1196 in tabulis Conradi I, quibus filialem *Gosbach* ad parochialis euexit honorem. Teſtibus enim tum adhibitis ita adſcribitur: *Cunradus in* Maguntia *& in* Franckenvurt *Præpoſitus.* Vixit adhuc an. 1213, adduciturque in litteris Sifridi II ſiue ſenioris, quibus ipſo hoc anno fratribus D. Albani ſex parochialium prouentus adſignauit, teſtibus his appoſitus verbis: *Cunradus* maioris eccleſiæ, *Gerbodo*, S. Petri - - - - *Præpoſiti.*

PHILIPPVS 1214.

Citatur in litteris Sifridi II, Archiepiſcopi Moguntini, an. 1215 ſignatis, quibus cœnobio S. Ruperti omnia priuilegia ab anteceſſoribus data confirmauit. *Helvvichius* l. d. p. 212.

HENRICVS 1216

* *Comes* de *STALECK*

E Cantore an. 1216 factus Præpoſitus, nominatur in litteris anno 1217, quibus a ſede Apoſtolica delectus fuit ad decidendam quandam controuerſiam inter Capitulum S. Victoris & Præpoſitum in Gottesthal. An. 1219 teſtis adſcriptus confirmationi parthenonis D. Catharinæ iuxta Crucenacum a Sifrido II factæ, vt *Helvvichius* iam obſeruauit. Conf. *Serarius* lib. V in *Sifrido II*, p. 833.

* *POPPO* 1220

Ex Decano (quo titulo in litteris anno 1219 datis occurrit) factus anno ſequenti Præpoſitus eſt. Eodemque hoc anno, iuſſu auctoritateque Sifridi II Archiepiſcopi, vna cum Ruthardo Decano & Godefrido Cantore, Canonicos ad *D. Petri* in *corporalem*, vt verba litterarum habent, *poſſeſſionem* ædis ad *Heymerammum* immiſit. Anno 1222 teſtes inter locum habet in litteris eiuſdem Sifridi 10 Kal. Decembr. perſcriptis, vocaturque *Boppelinus maior Præpoſitus.*

GERBODO 1223

Poppone in viuis adhuc exiſtente, Decani ſuſtinuit munia. Anno certe 1222 hoc titulo occurrit. Eo vero viuis anno ſequenti erepto, Præpoſiti conſecutus honores eſt. Anno 1224 legitur inter teſtes in litteris Sifridi II, vocaturque *Gerbodo Præpoſitus maioris.* Anno 1227 in aliis, quibus idem Sifridus II Santalbanenſibus donationem Wignandi confirmauit, *Gerbodo maior Præpoſitus & Præpoſitus S. Petri.* Anno 1234 bona quædam in Heimbach, quæ a Præpoſitura alienata fuerant, vindicauit, eaque fratribus in præbendarum augmentum attribuit, litteris ſequentibus:

GERBODO *Dei gracia Prepoſitus maior Moguntinus, Vniuerſis hanc paginam inſpecturis volumus eſſe notum, quod eccleſie maioris, que nobis prouidit liberaliter & abunde incrementa, non immerito affracantes bona in* Heymbach, *que longis temporibus a Prepoſitura noſtra diſtracta, pecunia noſtra reuocauimus a* Theoderico *Milite eiuſdem ville, decimam videlicet ſubtus via de duabus vineis, & ſuper viam decimam & terciam partem vini de duabus vineis, fratribus in augmentum prebendarum ſuarum contulimus perpetuo poſſidenda, ita videlicet, vt fructus prouenientes ex ipſis tantum percipiant in eccleſia reſidentes, niſi forte aliquis ipſorum in peregrinacione vel in ſtudio fuerint conſtituti, quibus eciam eos volumus miniſtrari. Vt hec rata permaneant, ſigillo noſtro preſens ſcriptum fecimus roborari. Datum A. D. MCCXXXIIII, menſe Marcio.*

Fatis conceſſit anno 1235, & quidem 4 Id. Nouembr. Sic enim in necrologio ædis maioris ad hunc diem: *Ob. Gerbodo Præpoſitus Moguntinus.* Conf. catalog. *Præpoſitorum* ad *D. Petri* p. 488.

CHRISTIANVS 1236

Decanus maioris & ad D. Victorem Præpoſitus.

Anno 1236 in litteris Collegii metropolitani, quibus illud donationem

parochialis in Aſpisheim a *Godefrido* de *Eberſtein* Cuſtode Capitulo D. Ioannis factam, ratam habuit, teſtes inter his adducitur verbis: *Chriſtianus Præpoſitus maioris eccleſiæ Maguntinæ:* in aliis item Sifridi III, pridie Kal. Aug. datis, quibus domum hoſpitalem *S. Spiritus* recens inſtitutam confirmauit, ac priuilegiis inſtruxit, *Chriſtianus Præpoſitus maioris eccleſiæ*, ſicque annis ſequentibus. Anno 1249 ad Archiepiſcopatum prouectus fuit; quo dein an. 1251 ſponte, vel, vt alii volunt, Pontificis ſententia, deceſſit, eodemque ſupremum ſpiritum 11 Kal. Decembr. Deo reddidit.

1249

WERNHERVS

* *Dominus* de *Eppenſtein.*

Vide litteras ipſius an. 1260 datas, in quibus diſerte: *quod cum* Helfricus *Miles* de *Rudenkeim iunior vendiderit fratribus* de Hagenehe *decimam villæ de* Ennenkeim, *cum omnibus appendiciis, reſignando eam in manus patrui noſtri* Godefridi *de* Eppenſtein, *&* Gerhardi, *fratruelis noſtri* &c. Vt adeo perperam ab *Helvvichio* l. d. p. 213 vocetur *Comes de Falckenſtein.*

Fuit primum Cantor, dein vero in locum Chriſtiani ſucceſſit, & Præpoſitus factus eſt. Fuit autem ſimul Præpoſitus ad *D. Petri* & *B. M. Virginis* vulgo *ad gradus.*

Anno 1251 occurrit in litteris Chriſtiani II primo teſtes inter loco, ſcribiturque, *Wernherus Præpoſitus.* Anno 1254 duas in metropolitana inſtituit Vicarias; vnam ex officio coquinæ; alteram ex officio portæ; quo vide libellum *de Vicariis* n. 13 & 14. Anno 1259 ſucceſſit *Gerhardo I* in dignitate Archiepiſcopali, & an. 1284, 4 Non. April. diem obiit.

1260

SIFRIDVS

Dominus de *Weſterburg*, *Canonicus Moguntinus* & *Colonienſis.*

Wernheri in locum ſuffectus. Anno 1262 in litteris eiusdem Wernheri Archiepiſcopi Id. Aug. datis, quibus ius patronatus eccleſiæ in Nackheim Stephanitis transſcripſit atque ſtabiliuit, teſtes inter eſt, & ſic ſcribitur: *Sifridus, Præpoſitus eccleſiæ Moguntinæ.* Anno 1275 in litteris 14 Kal. Febr. de compoſitione quadam inter monaſteria Eberbach, Otterburg, & Aulhauſen facta datis, ipſe: *Sifridus D. G. Præpoſitus eccleſiæ Moguntinæ.* Ceterum eodem hoc anno ad culmen Pontificatus Agrippinenſis euectus eſt, & an. 1297 naturæ debitum perſoluit, Bonnæ in eccleſia ſiue æde Archidiaconali SS. Caſſii & Florentii ſepultus, cum λόγῳ ἐπιταφίῳ, quem *Cratepolius* nobis dedit p. 88;

Fulget Syfridus *de* Weſterburg *quaſi ſidus*
Lugduni feſto palmarum qui cathedratus.
Eſt eodem mæſto planctu Bonnæ tumulatus.
Hic prius electus iacet, hic modo puluere tectus.
Annis vndenis poſtquam fuit & duodenis
Præſul Agrippinæ. Sit ei requies ſine fine.
An. tria C *mille, tribus* I *minus, inclytus ille*
Victurus Chriſto de mundo tranſiit iſto.

[Sifrido *ſucceſſorem* Helvvichius *l. d. p. 213 dat* Hermannum, *& ita ait:* Hermannus Sifrido in Præpoſitura ſucceſſit an. 1275. Citatur in litteris S. Iacobi de an. 1283, quo anno obiit. *Quin tamen fallatur, nullum eſt dubium.* *Ex his enim, quæ ſequuntur, liquido patet*, Sifrido *illum haud fuiſſe ſuffectum.* *Quod ad litteras, quibus* Helvvichius *niti videtur, attinet*, a Iacobæis *petiimus, vt eas inſpicere liceret; ſed nobis tam felicibus eſſe haud licuit.* *Interim non eſt, quod ſcrupulus cuipiam hæreat, cum euidentiſſimum ſit*, Petrum *& an.* 75, *&* 78, *&* 84 Præpoſiti *locum tenuiſſe.*]

1275

PETRVS REICH *de* REICHENSTEIN

Canonicus Moguntinus, & *Præpoſitus Baſileenſis.*

Alberto Argentinenſi aliisque non ſemel *Diuitis* appellatus vocabulo. Anno 1275 Sifrido ſucceſſor datus eſt in Præpoſiti officio dignitateque. Quo minus dubites, afferre iuuabit partem litterarum ſequentium.

Petrus

Petrus *Dei gracia Prepoſitus*, Simon *Decanus*, *totumque Capitulum eccleſie Maguntine recognoſcimus preſentibus litteris publice proteſtando, quod nos vnanimi voluntate & aſſenſu aream quandam in emunitate eccleſie noſtre ante exitum noſtri* Paradiſi *ſitam*, Willekino *apothecario &* Chriſtine *vxori ſue, ciuibus Maguntinis, ad vtriuſque vite ipſorum perpetuum obtinendam concedimus ---- Actum anno Domini MCCLXXV, menſe Maio.*

Anno 1278 dedit conſenſum Collegio metropolitano, emendi a Conrado de Waldeck quatuor carratas vini Franci, quæ Præpoſituræ feudi titulo obnoxiæ erant, vt ſequentibus comprehenſum litteris eſt.

PETRVS *D.G.* Prepoſitus Maguntinus *vniuerſis ad quorum noticiam preſentes littere peruenerint ſalutem in Domino. Cum honorabiles viri* Decanus & Capitulum *predicte eccleſie noſtre cum Domino* Ebervvino *de* Cronenberg *ipſius eccleſie* Scholaſtico, *a* Conrado *de* Waldeck *Milite &* Wilhelmo *filio ſuo quatuor carratas Franci vini, quas in villa* Heymbach *a nobis racione ipſius Prepoſiture feodali titulo obtinebant, pro centum & decem marcis denariorum Colonienſium emerunt, redemerunt, ac eciam compararunt, ita quod due carrate, predicte eccleſie noſtre cedant, & reliquas duas carratas habeat ipſe Scholaſticus ad tempora vite ſue, per ipſam eccleſiam noſtram poſt ipſius Scholaſtici obitum perpetuo poſſidendas, ſecundum quod ipſe viuens aut manuſideles ſui eo mortuo ordinauerint, diſpoſuerint, aut duxerint ſtatuendum in ipſa eccleſia & non extra; & ſuper empcione, vendicione, & redempcione huiuſmodi, noſtrum conſenſum requiſierint & requirant, vtpote a quo ipſum feodum deſcendebat: Nos attendentes, quod contractus huiusmodi commodum & vtilitatem ipſius eccleſie continet, a qua beneficia dinoſcimur multipliciter recepiſſe, ad preces & inſtancias predictorum Decani & Capituli, prefate empcionis & vendicionis contractui noſtrum per preſentes litteras adhibemus conſenſum purum, liberum, voluntarium & expreſſum, dantes eiſdem Decano & Capitulo preſentes litteras ſigilli noſtri munimine roboratas in teſtimonium ſuper eo. Datum Baſilee A. D. MCCLXXVIII Idibus Auguſti.*

Anno 1284 occurrit qua *Præpoſitus Moguntinus* in litteris Werneri Archiepiſcopi, datis 7 Kal. April. quibus quartam caſtri Hohenberg, in VVeterauia ſiti, partem eccleſiæ Moguntinæ donauit. Anno 1286 Baſileæ ſucceſſit Henrico Epiſcopo, ad titulos Moguntinos adſumto. *Argentinas* p. 103, auctor *annal. Dominican. Colmar.* p. 21. An. 1291 Collegio ad ædem Moguntinenſem maiori curiam in *Oberulmen* ſitam donauit, quo fine litteras ipſas huc apponere, non ab re erit.

PETRVS *D.G.* eccleſie Baſilienſis Epiſcopus. *Cum labilis ſit hominum memoria, & nemini certa ſit dies craſtina, ſcripto commendare neceſſe eſt ea, que geruntur racionabiliter, vt ſunt acta, ne aut obliuione aut peruerſitate quorumcunque hominum in poſterum retractentur, que mediante iuſticia finem legitimum receperunt.*

Quapropter notum eſſe volumus & conſtare preſencium continencia litterarum, tam memorie preſencium quam poſteritati futurorum fidelium, quod nos curiam noſtram propriam ſitam in Olmene inferiori *Maguntine dyoc. quam exiſtendo Prepoſitus eccleſie Maguntine apud* Ottonem *olim Militem ibidem, dictum* Scheym, *propria noſtra pecunia nobis ſeu perſone noſtre comparauimus iuſto titulo empcionis, dudum contulimus, & iam nunc confertmus in eandem eccleſiam Maguntinam & eius Capitulum per hec ſcripta, eamque dicte eccleſie Maguntine Capitulo, donacione inter vivos dedimus & donamus ſimpliciter eo modo, vt olim* Andree *fratris noſtri defuncti, & apud ipſam eccleſiam tumulati, in vigilia epiphanie Domini dies anniuerſarius in eadem eccleſia perpetuo peragatur, de prouentibus ipſius curie, inter preſentes in choro, preſenciarum nomine, diuidendis. In quorum euidenciam & memoriam perpetuam, ipſis, eccleſie & Capitulo, damus preſentes litteras ſigilli noſtri munimine roboratas. A. D. MCCLXXXXI. III Nonas Iunii.*

Anno 1296 Baſileæ vltimum poſuit ſpiritum, ſepultus in ſacello B. M. Virginis in æde, quæ ibidem eſt, cathedrali. *Stumpfius* chron. Heluet. lib. 12 cap. 27 p. 396.

FRIDERICVS 1286

Baro de *EPPSTEIN*

Succeſſit Petro an. 1286. Catalogus *Canonicorum Moguntinorum MS.* ita *Helvvichius* l. d. p. 213.

IACOBVS de NORTMANNIS

Citatur in libro Animarum *ecclesiæ Moguntinæ*, *nullo apposito anno*, *itemque in catalogo* Canonicorum *MS.* Ita *Helvvichius.* In *libro Animarum* siue necrologio pag. 518 a. d. 8 Kal. Decembr. sic est : ⊙ *Iacobus de Normannis*, *Præpositus Maguntinus.* Cum in nullis litteris nobis subierit, coniectamus tantum, his illum vixisse temporibus.

13.. # BERTELINVS *siue* BARTHOLINVS

Cognomento *de Canali.* Occurrit multoties. Et quidem an. 1322 in litteris transactionis ipsum inter & Capitulum D. Leonardi Francofurtense, super iure patronatus ecclesiæ Praunheimensis, quod ipse Collegio cessit; Capitulum vero illi collationem Scholasteriæ & duarum præbendarum in dicta ad D. Leonardum ecclesia attribuit. Anno item 1326 in litteris 5 Id. Ianuar. datis, quibus Capitulum metropolitanum Matthiæ Archiepiscopo, qui Hartmodo *de* Cronberg, Burggrauio Starckenburgensi, feudum 20 librarum de curia quadam Francofurti in strada Iudæorum, prope pontem, prouenientium contulerat, consentit. Anno 1342 donauit ecclesiæ Moguntinæ decimas de vino in tractu inferioris Olmenæ. Id quod sequentibus manifestum fit litteris:

In nomine Domini Amen. Nos Iudices S. Maguntine sedis *recognoscimus & tenore presentis instrumenti publice ad vniuersorum, quorum interest ac intererit, noticiam volumus peruenire, quod sub anno natiuitatis Dominice MCCCXLII, Indictione X, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri,* D. Clementis *digna DEI gracia Pape VI, anno I, die prima mensis Augusti, que fuit ipsa die B. Petri ad vincula, hora diei quasi sexta, in villa Olmen inferiori Magunt. Dioc. in diuersorio seu tugurio prope ecclesiam, vbi Scultetus & Scabini eiusdem ville pro tractandis & expediendis negociis iudicialibus ab antiquo conuenire seu congregari consueuerunt, conuocatis & congregatis ad inuicem per trinam magne campane, ibidem vt moris est, pulsacionem, in nostri ac Notarii publici infra scripti, nec non testium subscriptorum ad hoc vocatorum & specialiter rogatorum presencia, viris discretis, dicto* Gauer *de* Saulnheym *Armigero, Sculteto superioris ville Olmen, ac* Conrado *dicto* Rosencrantz, *eius Subsculteto, nec non* Henrico *dicto* Morle, Ioanne *dicto* Snider, *&* Iohanne *dicto* Oleyer, *Scabinis & Iusticiariis ibidem, ac alia hominum multitudine copiosa, comparuit coram nobis & ipsis in figura iudicii Honorabilis vir D.* Iohannes *de* Friddeberg, *Canonicus ecclesie Maguntine, procurator & negociorum gestor Venerabilis Domini* Bertholini *de* Canali, *Prepositi eiusdem eccles. Magunt. habens ab eodem D. Preposito mandatum procuratorium, de quo nobis constitit euidenter, & ibidem verbo publice proponebat, quod prefatus D. Bertholinus Prepositus, decimam, seu fructus decimarum de vino prouenencium infra terminos dicte ville Olmen inferioris, que vel qui ad eundem D. Prepositum racione sue Prepositure eiusdem hactenus pertinebant, cum suis iuribus & pertinenciis, ante dicte ecclesie Maguntine liberaliter donauisset, pure simpliciter & in totum donacione prefata & irreuocabili inter viuos, ad vsus presenciarum eiusdem ecclesie, tam Canonicis quam Vicariis ibidem perpetuis temporibus pertinentem & pertinentes, in laudem omnipotentis Dei & gloriose M. V. matris eius, ac ob honorem almifici Confessoris S. Martini, patroni dicte ecclesie Mag. nec non in anime ipsius D. Bartholini Prepositi remedium salutare, prout in quadam patenti littera, sigillo cereo pendenti eiusdem D. Bartholini Prepositi sano & integro sigillata, subscripti tenoris, quam dictus D.* Iohannes *de* Fridberg *ibidem produxit in medium, vidimus plenissime contineri; quam eciam litteram, ibidem, videlicet coram dictis Sculteto & Scabinis, ac aliis hominibus ibidem presentibus, per subscriptum Notarium de verbo ad verbum in vulgari legi fecimus, & sollemniter publicari. Et tenor eius dinoscitur esse talis :*

In nomine Domini Amen. Nos *Bartholinus* de *Canali* D. G. Prepositus ecclesie Maguntine, vniuersis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis, maxime autem hys, quorum interest seu interesse poterit in futurum, subscriptorum cognoscere veritatem:

Bone rei dare consultum & presentis habetur vite subsidium, & eterne remuneracionis premium decernitur expectare. Cum itaque decima vini seu fructus

ctus decimarum de vino proueniencium infra terminos ville Olmen inferioris Mogunt. Dioc. nobis racione noſtre Prepoſiture Moguntine pertinens ſeu pertinentes, que vel qui a nobis ac noſtris predeceſſoribus Prepoſitis Maguntinis per quosdam nobiles tenebantur in feodum ab antiquo, ad nos racione dicte noſtre Prepoſiture cum omnibus ſuis pertinenciis & iuribus tanquam nobis aperta iam ante annos aliquos libera ſint reuerſa, ſic quod eiſdem annis preteritis a tempore dicte reuerſionis vſque in hodiernum diem, in poſſeſſione vel quaſi pacifica eiuſdem decime ſeu iuris percipiendi fructus decimales predictos cum omnibus eius iuribus & pertinenciis fuimus quoad eiuſdem decime dominium vtile & directum. Nos proinde attendentes, nobis ab ipſa noſtra Maguntina eccleſia multiplicia facta beneficia pariter & impenſa, & ex hoc eciam cupientes redditus illarum perſonarum, que portantes pondus diei & eſtus, diuinis in ipſa Maguntina eccleſia frequenter interſunt officiis, diurnis pariter & nocturnis, qui redditus, preſencie ſeu diſtribuciones cottidiane nuncupantur, in fauorem diuini cultus laudabiliter augmentare; decimam noſtram predictam cum omnibus & ſingulis ſuis pertinenciis & iuribus in laudem Dei Omnipotentis & glorioſe virginis matris eius Marie, ac honorem almifici confeſſoris S. Martini, patroni noſtri, nec non in anime noſtre remedium ſalutare, donauimus, & in his ſcriptis donamus pure irreuocabiliter ſimpliciter & in totum dicte noſtre eccleſie Maguntine omne ius & dominium ipſius decime tam vtile quam directum, ex nunc in eandem noſtram Maguntinam eccleſiam preſentibus libere abſque omni onere transferentes ad habendum, tenendum & poſſidendum decimam ipſam cum omnibus iuribus & pertinenciis ſuis perpetuis temporibus pacifice & quiete, ſic, quod fructus, obuenciones, prouentus & redditus eiuſdem decime, inter Canonicos noſtros & ſocios chori Maguntini diuinis intereſſentes officiis, ſecundum conſuetudinem eiuſdem noſtre eccleſie, perpetuis temporibus equaliter diuidantur. Promittentes eciam pro nobis & noſtris in dicta noſtra Præpoſitura ſucceſſoribus vniuerſis, nos antedictam donacionem ratam gratam & firmam habere & tenere, ac perpetuis temporibus inuiolabiliter obſeruare, nec contra facere vel venire per nos vel alium, aliqua cauſa vel ingenio, de iure vel de facto, nec ipſam donacionem ingratitudine vel cauſa aliqua in poſterum reuocare, nec ſuper predicta donacione nos aut noſtri ſucceſſores huiuſmodi dicte noſtre eccleſie Maguntine aut perſonis ipſius nunc vel in poſterum exiſtentibus, coniunctis vel diuiſim, coram eccleſiaſtico vel ſeculari iudice, ordinario vel delegato, aut alio quocunque, vnquam mouebimus, ſeu promoueri procurabimus in poſterum aliquam actionem aut etiam queſtionem.

Vt autem omnia & ſingula premiſſa, per nos & ſucceſſores noſtros Prepoſitos Maguntinos pro tempore exiſtentes rata & firma inuiolabiliter teneantur, renuntiamus per preſentes pro nobis & eiſdem noſtris ſucceſſoribus, omni iuris auxilio, canonici & ciuilis, conſtitucionibus editis & edendis, omnibus litteris & graciis impetratis per nos ac eciam impetrandis, & ſpecialiter littere forme, que de bonis in forma maiori & minori, beneficio reſtitucionis in integrum, excepcioni doli mali, in factum actioni, & ſpecialiter eciam excepcioni, qua dici poſſet, in donacione predicta formam & ſolemnitatem iuris, que in alienacione rerum eccleſiaſticarum requiruntur, minime obſeruatas, cum non poſſit dici alienatum ab eccleſia, quod ſemper in dominio eccleſie retinetur, ac generaliter & ſpecialiter omnibus auxiliis quibuſcunque, per que nos aut iidem noſtri ſucceſſores iuuari poſſemus in iudicio vel extra, quo minus ſupradicta donacio habeat roboris firmitatem. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium ac euidenciam pleniorem, preſentes litteras ſigillo noſtro proprio duximus muniendas. Datum *Auinioni* vltima die menſis Aprilis A. D. MCCCXLII, Apoſtolica ſede vacante.

Lecta itaque & ſolemniter publicata littera ſupra ſcripta, prefatus D. Iohannes *de* Frideberg *volens donacionem huiuſmodi ex mandato ſingulari per antedictum D. Bartholinum ſpecialiter ſibi facto, ad ſuperhabundantem cauthelam in dicto ſeculari iudicio innouare, vt factum ipſum ad omnium eciam, quorum intereſſet, poſſet & deberet noticiam publice & notorie deuenire, ſe peciit per prefatos Scultetum & Scabinos inſtrui ac eciam informari, qualiter ipſe D.* Iohannes *circa donacionem huius-*

modi agere & procedere deberet, vt prefata decima cum ſuis iuribus & pertinenciis ad ius & proprietatem ſupradicte Maguntine eccleſie iuxta modum & ordinacionem prenotatos eciam in dicto ſeculari iudicio legitime transferretur, apud ipſam eccleſiam, ſicut predicitur, perpetuo permanſura.

Informatus igitur idem D. Iohannes *de* Frideberg *per Scultetum & Scabinos predictos, de mandato prefati Domini ſui* D. Bartholini *Prepoſiti, eiuſque nomine, decimam ſupradictam cum omnibus & ſingulis ſuis iuribus & pertinenciis, ſicut eam idem D. Prepoſitus pacifice tenuit, vt predicitur, & poſſedit, per calami exhibicionem in manus ſupradicti Sculteti, vt moris eſt, voluntarie & ſollemniter reſignauit, reſignans expreſſe, pure ſimpliciter & in totum omni iuri, quod prefato ſuo D. Prepoſito in eadem decima eiuſque iuribus & pertinenciis compecit & competere poterat quoquo modo; ac petens, vt idem Scultetus auctoritate iudiciaria decimam eandem cum ſuis iuribus & pertinenciis, honorabilibus viris Dominis* Conrado *de* Anſenbruch, & Wilhelmo *de* Sauvvelnheym, *Canonicis dicte eccleſie Maguntine ibidem preſentibus, vice & nomine eiuſdem eccleſie Mag. traderet, & eciam iudicialiter aſſignaret, apud eandem eccleſiam ad vſus preſenciarum ſecundum tenorem & formam ſupra ſcripte littere perpetuo permanſuram. Prefatus quoque dictus* Gauer *Scultetus, recepta reſignacione cum calami exhibicione & renunciacione predictis, a memorato D.* Iohanne *de* Frideberg *nomine Domini ſui Prepoſiti ſepe dicti, decimam ipſam cum omnibus ſuis iuribus, vtilitatibus & pertinenciis, prefatis Dominis* Conrado *de* Anſenbruch, & Wilhelmo *de* Sauvvelnheym, *Canonicis, vice & loco ac nomine dicte Maguntinenſis eccleſie recipientibus, ac ipſi eccleſie Mag. ſecundum modum & formam littere ſupraſcripte, per dicti calami exhibicionem auctoritate iudiciaria tradidit, & eciam liberaliter aſſignauit, apud eccleſiam ipſam ad vſus preſenciarum, vt pretangitur, perpetuis temporibus permanſuram. Ipſosque Dominos,* Conradum & Wilhelmum, *vice & nomine dicte eccleſie Magunt. in corporalem poſſeſſionem eiuſdem decime, ac iurium & pertinenciarum ipſius, predicta auctoritate iudiciaria ſollemniter introduxit, firmans & ſtabiliens per bannum ſuum iudicialem & pacem, vt moris eſt, eoſdem DD.* Conradum & Wilhelmum, *quo ſupra nomine, ac ipſam Maguntinenſem eccleſiam, in decima ſupra dicta, eiuſque poſſeſſione pacifica, vt nullus omnino hominum ex nunc & deinceps, ab ipſa Maguntinenſi eccleſia euincere valeat eandem decimam vel aufferre, niſi hoc fecerit in dicto ſeculari iudicio, prout ipſi Scultetus & Scabini, per iuramenta ipſorum iudicialiter decreuerunt ſtatuendum.*

Quibus omnibus ſic peractis ſollempniter atque geſtis, vir diſcretus, Magiſter Hermannus *dictus* de Battenburg, *perpetuus Vicarius in eadem eccleſia Maguntina, & Officiatus eiuſdem eccleſie, in predicto ſeculari iudicio preſencialiter conſtitutus, quandam ſummam pecunie in rei geſte memoriam, paruulis & iuuenibus ibidem aſtantibus in terram proiecit, quam iidem iuuenes & paruuli celeriter rapuerunt, & eciam ſuſtulerunt. Prefatis eciam, Sculteto & Scabinis de iure ipſorum, quod vulgariter* Orkonde *ſeu* Bodevvin *dicitur, ipſe Magiſter* Hermannus *ibidem glorioſe iuxta conſuetudinem dicti ſecularis iudicii ſatisfecit.*

In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium, ac debitam roboris firmitatem, hoc preſens inſtrumentum publicum per infra ſcriptum Notarium ſcribi fecimus, & premiſſa omnia & ſingula in hanc publicam formam redigi mandauimus, noſtrique ſigilli appenſione voluimus communiri.

Acta & geſta ſunt hec, anno, indictione, Pontificatu, die, menſe, hora, & loco ſuperius deſignatis, preſentibus & aſtantibus viris honeſtis, Herbordo *dicto* Rinck *de* Sauvvelnheym, *Milite, nec non* Hartvvino *de* Sauvvelnheym, *Plebano ibidem, &* Conrado *Capellano capelle S. Valentini in ſuperiori Olmena, Sacerdotibus,* Gerlaco *dicto* Sauvvelnheym, *&* Conrado *dicto* Becker *de* Partenheim, *Armigeris;* Henekino *dicto* Ginck, Gonzelino *de* Partenheim, *famulo Sculteti predicti,* Emerchone, *& dicto* Craz, *famulis D.* Wilhelmi *de* Sauvvelnheym *Canonici ſupradicti, & quam pluribus aliis teſtibus fide dignis, ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.*

* intellige filius

Et ego Heinricus, Henrici *de* Auguſta *, *clericus Maguntinus, publicus Imperiali auctoritate Notarius, premiſſis omnibus & ſingulis ſic actis & geſtis in ſeculari iudicio ſupradicto coram prefatis DD. Iudicibus S. Maguntine ſedis, preſens interfui*

interfui vna cum teſtibus prenotatis. Ideo ad iuſſum & mandatum eorundem DD. *Iudicum, hoc preſens inſtrumentum publicum exinde confeci, manu propria ſcripſi, & premiſſa omnia & ſingula in hanc publicam formam redegi, meoque ſigno ſolito & conſueto ſignaui, rogatus & requiſitus in teſtimonium & robur firmius omnium premiſſorum.*

IOANNES COLVMNA 134..

Natu Romanus, *Stephano*, Principe olim per Bonifacium VIII excommunicato, ſiue religionibus adſtricto, genitus, *Petri* Cardinalis nepos, iucunda apud poſteros memoria illuſtris: quo vel virtute, ſeu morum, vitæque conſuetudine, vel litterarum eruditione Purpuratorum nemo ſua ætate clarior fuit. Anno 1322 creatus Cardinalis *S. Angeli* & baſilicæ Lateranenſis Archipreſbyter. Romana dicendi, agendique libertate apud Pontifices Maximos & Chriſtianorum Principes eximiam ſibi peperit exiſtimationem. Franciſcum Petrarcham, aliosque viros doctrina & eruditione præclaros in deliciis habuit: Romani decus cardinis & Columnenſis familiæ princeps & ornamentum dictus Petrarchæ. vid. *Palatius* in faſtis Cardinalium S. R. E. volum. I, col. 616 ſub *Ioanne XXI*, dicto XXII, n. 38.

Et is quidem Præpoſiti Moguntini maioris dignitatem geſſit in iſto *Henricum* Virnenburgium inter & *Gerlacum* Naſſouium diſſidio, ſub an. 1346. Quod Pontificis mandato eſſet audiens, ac ab Gerlaci ſtaret partibus, ſimul ac *Conradus* de *Kirckel* Prouiſoris in ſe ſuſcepit munia, omnibus Præpoſituræ reditibus fuit priuatus. *Albertus Argentinas* ad h. a. *Hic ſtatim* (Conradus *de* Kirckel) *omnes reditus Præpoſituræ maioris eccleſiæ Moguntinenſis abſtulit* Ioanni *de* Columna, *Cardinali, qui vt* Præpoſitus *eam tenuit.*

Non ita multo poſt fatis conceſſit. Sic enim *Argentinas* ad annum ſequentem p. m. 145: *mortuo interim* Ioanne *de* Columna, *Cardinali &* Præpoſito eccleſiæ Moguntinenſis *&c.* Vt adeo erret *Palatius*, dum l. d. ſcribit: *Immatura morte deceſſit an.* 1343, *vt prædixerat Stephanus, Cardinalis parens, qui nobili filiorum corona ſeptus ſe omnium heredem futurum prædixit:* „ Vtinam hereditatem ali„ quam filiis dimitterem: ſed aliud voto meo debitum, aliud fato viſum, quod „ mæſtus dico: ſiquidem confuſo naturæ ordine, filiorum meorum omnium heres ero. „ Vid. *Petrarcha* lib. 7 epiſtol. familiar. ep. 13.

CVNO Dominus *de* FALCKENSTEIN*,

Canonicus Moguntinus, & Collegiatæ Imperialis ad D. Bartholomæi, quæ Francofurti ad Mœnum eſt, Præpoſitus.

* *Helvvichius* l. d. p. 213 *Comitem* de *Falckenſtein* appellat. ſed perperam. Quamuis enim ſæculo XIV illuſtris maxime erat, multisque imaginibus ſpectata, præcipuis etiam Comitum familiis neceſſitudinibus innexa *Falckenſteiniorum* familia, *Comitum* tamen tum temporis haud explenduit dignitate.

Quum principi Canonicorum Collegio adſcriptus, virilis animi acriſque ingenii laudem paſſim ferret, *Scholaſtici* primum conſecutus honores eſt, vt infra in *Scholaſticorum* catalogo videre eſt.

Dein quum Henrico Virnenburgio a Pontifice exauctorato, tam Ludouici Imp. quam Henrici ipſius conſilio voluntateque, rerum adminiſtrandarum ſumma ſex committeretur Prouiſoribus, Cuno eos inter fuit, vt patet ex litteris an. 1346 feria 4 ante Simonis & Iudæ, aliis itidem an. 1347, feria 6 ante Epiphaniam Domini, & fer. 2 poſt feſtum Corporis Chriſti datis.

Quin, capto a Naſſouiis an. 1348 menſe Febr. *Conrado* de *Kirckel*, Canonico pariter Moguntino, & Prouiſore, qui ceteris haud refragantibus regimen omne ſolus ad ſe traxerat, a Collegio dignus habitus eſt, qui loco illius ad gubernacula adſciſceretur.

Inter hæc Ioannes Cardinalis de Columna, qui ſummæ ædis Præpoſitum agebat, e viuis exceſſerat. Ad Præpoſiti igitur dignitatem quoque adſpirauit. Sed diuerſis eligentium ſuffragiis ab vna tantum parte electus eſt, cum ab altera *Reinhardus Comes* de *Sponheim* Columnæ ſurrogatus fuiſſet. quo vid. *Albertus Argentinenſis* ad h. a.

Cum

Cum vero huius in possessionem muneris sese immittere vellet, ac curiam Præpositi per procuratorem occupare, ad graues res turbas excessit; quas cum curatius nosse e re sit, audire iuuabit *Stephanum* Tit. SS. *Ioannis* & *Pauli* Presbyterum Cardinalem, ac summi Pontificis Pœnitentiarium. Is vero in litteris ad Gerlacum Archiepiscopum Auinioni an. 1349, Nonis Decembr. datis, sic:

Postquam Heinricus *dictus* Schezelin, *Canonicus Maguntinus, vt Procurator & procuratorio nomine prefati* Cunonis, *electi in Prepositum, vt prefertur, de consensu, vt dicebatur,* Conradi *de* Ryperg, Conradi *de* Steckelenberg, Heinrici *de* Byenbach, *&* Lutheri *de* Buches, *Concanonicorum suorum, cum nonnullis aliis Clericis & laicis, ad curiam spectantem ad dictam Preposituram, sitam in ciuitate Maguntina, quadam die quasi hora vesperarum de mense Augusti proxime preteriti anni accessit, & curiam ipsam manu armata, ruptis & confractis hostiis & foribus eiusdem curie, causa habendi possessionem ipsius, cum suis in hac parte complicibus intrauit, fugato per eum hostiliter intra eandem curiam* Conrado, *Scolastico ecclesie S. Marie in campis extra muros Moguntinos, tunc custode curie antedicte, vsque ad quandam fortem cameram, in qua Scolasticus se inclusit, clamans & vociferans pro succursu, vt mortis periculum euitaret. Ad cuius clamorem Rectores & Vniuersitas predicti, ad quos spectat excessus dicte ciuitatis punire, & violentis presumpcionibus obuiare, cum armatorum multitudine copiosa, ad curiam ipsam accedentes, ipsos, Procuratorem, dictosque Canonicos & Clericos, Presbyteros, & alios eorum in hac parte complices ibidem existentes, nec non* Conradum *de* Spiegelberg, * *Prepositum S. Mauricii, Maguntie Clericum & Secretarium predicti Heinrici depositi, &* Iacobum *de* Pinguia, *Canonicum ecclesie S. Marie ad gradus Maguntie, qui presumebantur culpabiles de premissis, auxilio, consilio & fauore, quorum aliquos de ecclesia Maguntina, ad quam pro tuicione suarum personarum confugerant, fracto quodam hostiolo violenter extraxerunt, ac eciam quosdam alios Clericos in sacris & minoribus ordinibus constitutos, de nocte & de die inhoneste & quandoque cum armis incedentes, ceperunt & captiuarunt, ac captiuos diucius tenuerunt, propter que excommunicacionis incurrerunt sentencias, in tales generaliter promulgatas - - - -*

Cuno electus est Prepositus anno 1348, mense Aug.

* *Obiit Reuerendus P. Dominus Conradus* de Spiegelberg, *Prepositus ecclesie Treuirens. & olim huius eccles. Prepos. ita* Necrolog. *S. Mauricii* ad 4 Kal. Maii.

Subierat post ciues Moguntinos facti pœnitentia: suis igitur consulturi rebus, captiuos tum liberos dimittebant, tum condigna placabant satisfactione. Qua re factum, vt non modo, qui sic dimissi erant Canonici, omni aduersus eos actioni die 25 Septembr. renuntiarent, sed Cuno etiam die 5 Octobr. in æde sacra vici Costheim, præsentibus, *Conrado* Præposito S. Mauricii, *Heilmanno* de *Praumheim*, *Antelmanno* dicto *von dem Grasvvege*, *Lamperto* de *Schönenburg*, Militibus, & *Herbordo* de *Hexheim*, Consiliario suo, spectataque prudentia viro, tactis sacris Euangeliis, iuraret, iniuriam isto facto sibi a ciuibus illatam, sese non vindicaturum, sed compositione per delectos arbitros, *Conradum* Pincernam de *Erbach*, *Conradum* de *Trimperg*, & *Conradum* de *Bickenbach*, Barones, ac Strenuos viros, *Fridericum* dictum *zum Volrades*, *Ioannem* de *Waldeck* Marescallum *de* Lorch, *Nicolaum* de *Scharphenstein*, *Dilonem* dictum *Winter*, & *Simonem* dictum *Brumser*, Milites, nec non viros prudentes, *Bechtolfum* zum *Drutkind*, & *Conradum* zu *der Rusen*, Consules Wormacienses, facta, acquieturum esse: Gerlacus vero, ex speciali Cardinalis, quem diximus, Stephani mandato, ciues anathematis, queis ligati erant vinculis, exsolueret, cœtuique restitueret piorum.

Sed enim Cunoni, dum hac via ad Præpositi grassabatur dignitatem, Pontifex opposuit virum gente Gallum. Is erat

GVILELMVS PINTSCHON,

Qui equidem, vt ædis primariæ Canonicos sibi conciliaret ac deuinceret, ius patronatus septem ecclesiarum parochialium, de quibus *Helvvichius*, in perpetuum eis concessit donauitque. Ex tabulis, quibus id eis transcripsit, rem plenius cognosces.

GVILERMVS *Dei & Apostolice sedis gracia Prepositus ecclesie Maguntine, Venerabilibus viris, Domino Decano & Capitulo eiusdem ecclesie Maguntine salutem & sinceram in Domino caritatem.*

Grauis iam dudum, vt pro certo intelleximus, in Archiepiscopatu Maguntine,

no, & precipue eius occasione soborta discordia, prefatam ecclesiam ad tante desolacionis deuexit incommoda, quod inter alia eius nota discrimina possessionibus bonorum ad distribucionem & percepcionem solummodo illorum, qui tota die diuinis interexistunt officiis, pertinencium hostilis furoris igne consumptis, animalibus eorum, culture deputatis, nephario ausu raptis & abductis, ipsorumque colonis, & cultoribus aliis profugatis, ipsa bona, diuini cultus plurimum inductiua, desercioni & sterilitati tante subiaceant, quod diuinus cultus sit in eadem ecclesia, (quod dolentes videmus & referimus) plurimum diminutus.

Cupientes igitur in remedium animarum nostram & aliorum tam preteritorum quam succedencium Prepositorum eiusdem ecclesie Maguntine, & ad diuini cultus reformacionem & augmentum, huiusmodi auxilii nostri dexteram propagare, Pastorias parochialium ecclesiarum in Bischouisheim, *in* Burgestad, Beckelnheim, Walstad, Suleburg, Lyderbach *& in* Funthena, *Maguntine dyoces. in quibus ius patronatus racione dicte Prepositure obtinere dinoscimur, cum omnibus iuribus & pertinentiis earum integraliter vobis & predicte ecclesie nostre, in auxilium cottidianarum distribucionum huiusmodi, inter Canonicos & Vicarios, iuxta consuetudinem dicte ecclesie nostre Maguntine hactenus obseruatam, equaliter distribuendarum, omni via, iure, & modo, quibus melius possumus, seu fieri potest, annectimus & vnimus; Vicariarum tamen dictarum pastoriarum ius patronatus, seu presentandi ad illas omni tempore vacacionum ipsarum, nobis & successoribus nostris specialiter reseruantes & perpetuis temporibus habere volentes: ita quod cedentibus vel decedentibus ipsarum ecclesiarum Rectoribus seu Pastoribus, vel eas quomodolibet dimittentibus, liceat vobis corporalem possessionem ipsarum ecclesiarum sic vacancium, auctoritate propria, cuiusque licentia minime requisita, apprehendere & retinere, & fructus, redditus, & prouentus earum in cottidianas distribuciones inter Canonicos & Vicarios ecclesie nostre predicte, vt premissum est, equaliter distribuendos in octaua festiuitatis S. Martini, prefate nostre ecclesie Maguntine patroni, & in anniuersario seu anniuersariis, septimo & triceſimo nostris, post obitum nostrum & parentum nostrorum, ex nunc in eadem ecclesia per personas ipsius annis singulis solenniter & deuote celebrandis, personis ipsis interexistentibus diuinis officiis in eadem ecclesia, tantumodo erogandos, exigere & percipere valeatis.*

Requirentes & rogantes Reuerendissimum in Christo Patrem, Dominum nostrum Archiepiscopum Maguntinum, existentem pro tempore vel futurum, quatenus pro vicariatibus & vicariis dictarum ecclesiarum, ordinare & assignare studeat congruas porciones alias non congrue ordinatas, de quibus ipsi vicarii possint congrue sustentari, & iura tam Archiepiscopalia quam eciam Archidiaconalia soluere, & incumbencia eis onera supportare.

In quorum testimonium sigillum nostre Prepositure predicte presentibus litteris duximus apponendum. Datum Auinioni, in festo glorioſissimi Confessoris, Domini nostri, sancti Martini, predicte sancte ecclesie Maguntine patroni, videlicet XI die mensis Nouembris, anno Domini MCCCLI.

Donationem hanc ratam habuit Gerlacus, litteris, quarum datum est: *Auinioni, sexta decima die mensis Nouembris MCCCLII.*

Enimuero, quo minus in quietam muneris istius veniret possessionem, Cuno obstitit. Is quippe locum, quem semel occuparat, mordicus tenuit, ac, vt Papæ gratiis eum tenere posset, omni adlaborauit studio. Quod, cum tabulis, quas Gerlacus anno 1354 edidit, plenius contineatur, locum iis hic dare e re erit.

Wir Gerlach *von Gottes Gnade Erzbischofe zu Menze, des H. Richs in dutschen Landen Erzcanceler, thun kund, daß in der frundlich Sunn vnd Berichtung, die der Allerdurchluchtigst Furst vnd vnsir gnediger Her, Her* Carl *von Gots Gnade Romischer Kunig, zu allen Zyten ein Mehrir des Richs, vnd Kunig in Behem gemacht vnd gesprochen hat zuschen vns vnd vnserm Stifft zu Menze an einem Teyle, vnd dem Ersamen* Cunen *von* Falckenstein, *Canonicken desselben vnsers Stiffts, an dem andern Teyle, daß vvir mit vvolbedachtem Muth vnd in gutem Truvven gelobt han, vnd geloben in Crafft dies Briefs mit sambt dem obgen. Vnserm Hern dem Romischen Kunig, daß vvir vnsern ganzen steten Flisze darzu thun vvullen vnd sullen, daß der Erbar* Wilhelm Pintzon, *dem der heilig Babistilich Stuel von der Tumprobstie prouidert, dem egenanten* Cunen *mit*

fryer Willekuhr renunceiren vnd abtretten ſoll, vnd auch ſine ſunderliche Briefe, ſo man ſie allerbeſt begriffen mag, alſo dick das noit geſche, an vnſern heiligen Vatter den Babiſt, vnd an die Ervvurdigen Vätter in Gott vnd Hern die Cardinel geben ſoll, daſs ſin Wille ſie, vnd daſs er darum bitte, daſs man derſelben Probſtie prouidire Cunen *vorgenant, vnd daſs er ihn furbas darahn nicht hindere.*

Vnd vvir ſullen vnd vvullen vns auch mit ſambt dem obgen. vnſerm Hern dem Kunig darzu mit allem Fliſze arbeiten an vnſerm Hern dem Babiſt, vnd Cardinal vorgenant, daſs ime prouidirt vverde die Probſtie als da vor begriffen iſt, vnd das ſullen vvir enden vnd vollenziehen vff vnſer Koſt invvendig einem Iare, ob vvir mogen, zu zehlen von dieſem hutigen Tage, vnd ob das nach vnſer Arbeit, vnd nach all vnſerm Fliſze oder ſuſt nicht geſchen mogte, ſo ſull ſich der obgenante Cune *dazu halten, vvie vvir yme ſin lebtage mit vnſren Briefe furſchrieben vnd gemacht han nach denſelben Briefe, die vvir ime daruber geben han.*

Wer es auch, daſs derſelbe Cune *izunt ahn, vnd alſo furbas invvendig dieſem Iare, oder ob nit ehe dan dis Iare vſgehet, verſehen vverde von der Tumprobſtie, als vorgerurt iſt, oder an dem Nuzen vnd Fruchten der Probſtie yme vvas abgienge, darfur mag vnd ſull derſelbe* Cune *auch ſich halten binnen dieſem Iare, darahn daſs vvir yme ſine Lebtage verſchrieben han, als vorgeſchrieben iſt.*

Deſs zu vrkunde geben vvir yme dieſen Briefe, furſiegelt mit vnſrem Inſiegel, der darahn hanget. Datum Maguncie A. D. MCCCLIIII, feria IIII, proxima poſt Epiphaniam Domini.

Videns itaque *Guilelmus*, ſe non facile quietam collatæ ſibi a Pontifice dignitatis poſſeſſionem obtenturum, Cunoni tandem ceſſit. Veriſimile eſt, promiſſa ei penſione annua delinitum, hoc minus grauate de iure ſuo deceſſiſſe. Superſunt enim litteræ Gerlaci an. 1354 penultima menſis Ianuarii perſcriptæ, in quibus duo florenorum millia boni & puri auri de reditibus Præpoſituræ, quotannis Pintſchonio Pariſiis in Abbatia ſiue monaſterio S. Genouefæ numeranda, diſerte adſignata legas.

Poſt tamen prouinciam hancce, quam tanto antea ambierat ſtudio, depoſuit, æmuloque olim ſuo conceſſit. Vtrum ſponte, an ſpe ratihabitionis Pontificiæ lapſus, an aliis de cauſis, nobis nondum eſt perſpectum.

Id interim notare conuenit, eum an. 1368 procurationem diœceſis Colonienſis, *Adiutoris* tantum titulo, ſuſcepiſſe, nec longius quam duos annos obiiſſe. vid. *Brovverus* annalium Treuirenſ. lib. 18 § 21 p. 240, & § 28 p. 242. Anno autem 1388, die 21 Maii (non, vt *Helvvichius* habet, menſe Iunio) in arce Welmich fatis eſſe functum. Vid. *Brovverus* l. d. § 78, p. 254.

WILHELMVS PINTSCHON *ſecundum.*

An. 1358, qua Præpoſitus, ſententiam, ſuper lite monaſterii Erbacenſis cum incolis villæ ſuperioris Heimbach ferendam, commiſit Gerlaco Archiepiſcopo.

An. 1360, Moguntiæ, Nonis Octobris ad meliorem vitam abiit, quem quidem diem necrologium ædis maioris p. 440 hiſce nobis ſignat verbis: ⊙ *Reu. P. D. Guilhelmus dictus Pinſſun, nacione Francigena, Prepoſ. Mogunt.* Terræ illatus eſt in æde maiori, qua *D. Gothardi* aditur ſacellum, mediusque iacet inter *Ottonem* de *Langen*, Canonicum, & *Chriſtophorum* de *Gablenz*, Cantorem, grandi ſub lapide, in quo figura ſculpta Prælati mitra exornati, cum ſcuto ad latera gentilitio quadripartito, aquilis trabibusque diſtincto, cetera vero circumcirca lamellis æneis, hinc inde tamen mutilatis, vt inſcriptio, bene alioquin legibilis, haud cohæreat. Legi tamen adhuc poteſt nomen integrum, quodque *Papæ dilectus*, & natione *Francigena* fuerit.

[*Poſt Pinſchonem* Helvvichius *ponit* Gerbodonem *& Sifridum de* Runckel *Præpoſitos. Atenim Gerbodonem ſucceſſiſſe Poppelino, ex iam dictis patet.* Sifridum *vero de* Runckel *nullum alium eſſe, quam Sifridum, de quo ſupra,* Weſterburgium, *manifeſtum eſt. De cetero notandum, quod* Sifridus *Præpoſitus Moguntinus in* libro Animarum, *ad quem ille prouocat, tantum ὡς ἐν παρόδῳ memoretur ad diem 4 Non. Decembr.*]

AN-

ANDREAS 13..

Dominus de BRAVNECK.

E Dynastis, qui nunc Comitum dignitate fulgent, *Hohenloicis*, ab castro *Brauneck*, quod maiores incolebant, sic appellatus. Occurrit an. 1376 sæpius in litteris documentisque publicis qua *Præpositus maior*, siue *Moguntinus*. An. 1377 ipse Præpositum se Moguntinum vocat in tabulis, Lunæ post D. Vdalrici confectis. Videtur autem tum temporis a Pontifice nondum in dignitate hac fuisse confirmatus. Adolfus enim Archiepiscopus ipsi, litteris Alteuillæ 1379, feria 5 post festum OO. SS. datis, promittit, se ex eo die vsque ad festum Pentecostes anni futuri confirmationem a Pontifice *Clemente* ei impetraturum: quod si vero interea *Clemens* viuis excedat, aut Papatum iure haud retineat, *Vrbanus*que maneat Pontifex, se eam impetraturum ab Vrbano. Anno 1387 Præbendas, vt vocant, ac chori præsentias plurimum auxit, vt ex litteris die S. Andreæ Apostoli signatis cognoscere est. Anno 1390 Conradum Winspergensem, Archiepiscopum electum, Archiepiscopatus Beneficiariis siue Vasallis, ac Officialibus, vna cum Collegio, denuntiauit: quarum quidem litterarum initium sic habet: *Wir Endres* von *Bruneck*, *Dumprobst* &c. clausula: *Datum Maguntiæ fer. 6 proximâ post diem Philippi & Iacobi*, 1390. Anno 1391 supremum vitæ diem expleuit, & quidem 12 Kal. Maii, vt necrologium ædis maioris ad h. d. habet p. 192. Errat enim *Helvvichius*, dum an. 1388 mortem illum obiisse refert. Sine dubio vero deceptus fuit scuto Andreæ gentilitio, duobus leopardis nigris in campo albo distincto, in loco *Memoriæ* e regione ingressus superne appenso, quippe cui adscriptum: † *XII Kal. Maias anno MCCCLXXXVIII.*

Sepulturæ locum inuenit in choro maiori, ante altare trium Regum, Conradum Archiepiscopum postea socium nactus, siue vicinum. Cubant enim sub vno lapide, in quo vtriusque nomen adhuc legitur, reliquis ἐπιγραφῆς verbis detritis.

[Andreæ *Præposito* Helvvichius *l. d. p.* 214 *successorem dat* Gisselbertum *de* Rheinberg. *Sed fallitur. Quamuis enim in libro Animarum p.* 266 *ad* 3 *Non. Iun. citetur vt* Præpositus, *non tamen citatur vt* Præpositus Moguntinus, *quo titulo* maiores *semper citari*, *manifestæ veritatis res est. Fuit autem* Gisselbertus *hicce Canonicus maioris*, *quo titulo sane iam in litteris Christiani II an.* 1251 *occurrit*, *&*, *ni toti fallimur*, Præpositus Limpurgensis. *In tabulis enim Archiepiscopi Gerhardi I an.* 1253 *in gratiam Canonicorum ad B. M. V. editis*, *inter testes e Canonicorum metropolitanorum numero est* Gisselbertus Præpositus Lintpurgensis.]

Andreæ igitur *de* Brauneck mortuo, eodem anno, sabbato post diem Vrbani Papæ, Præpositus rite designatus est

PHILIPPVS de ALENCONIO 1388

S. R. E. Cardinalis.

Ceu patet ex ipso electionis instrumento, quod ita habet: *Reuerendissimo in Christo Patri & Domino*, D. Conrado, *D. G. Electo & Confirmato ecclesie Maguntine*, *Domino suo gracioso*, Eberhardus *Decanus*, Cuno *Cantor*, Nicolaus *de* Lapide, Philippus *de* Schvvartzenberg, Sifridus * Schaufus, Conradus * Hirzhorn, Iohannes *de* Nassaue, Orto * *de* Friesenheim, Winricus *de* Buche, Iohannes Hofvvard, Iohannes *de* Kirchem, Iohannes *de* Schoneburg, Gotfridus *de* Kalsmund, Iohannes *de* Gisenheim, Henricus *de* Mannendahl & Cuno Herdan (*de* Buches) *Canonici capitulares*, *& Capitulum ecclesie Maguntine*, *reuerenciam debitam & deuotam.*

* *alias de* Wartenberg.

* Hirschorn. * Otto.

Nuper b m. D. Andrea *de* Brunecke *Preposito ecclesie vestre Magunt. predicte*, *sicut Altissimo placuit viam vniuerse carnis ingresso*, *eiusque corpore ecclesiastice tradito sepulture: Nos Decanus & Canonici supradicti*, *ad quos de iure*, *ex antiquo approbata*, *& hactenus pacifice obseruata consuetudine*, *electio*, *postulacio*, *seu nominacio Prepositi prefate ecclesie vestre pertinet*, *ad infrascriptum capitularem diem hodiernum sabbati post diem B. Vrbani P. & M. congregati*, *vocatis vocandis*, *iuxta*

morem & consuetudinem ipsius ecclesie Magunt. cum dierum precedencium continuacione capitulari, presentibus omnibus confratribus nostris Capitularibus, qui debuerunt, potuerunt & voluerunt interesse pro termino peremptorio ad hoc faciendi prescripto, ad eligendum, postulandum, seu nominandum futurum ipsius ecclesie Prepositum atque nostrum conuenimus, & vnanimi concessione tribus ex nobis, videlicet D. Cunoni *Cantori*, Nicolao *de* Lapide, *&* Philippo *de* Schvvarzenberg, *Concanonicis nostris antedictis, viris vtique probatis & fide dignis, plenam dedimus & liberam potestatem, vt ipsi, vel maior pars ex eis, vice nostra & sua, futurum dicte ecclesie & nostrum Prepositum eligerent, postularent, seu nominarent, prout ipsis seu maiori parti eorum videretur expedire, omnem nostram potestatem & vicem eis seu maiori parti ipsorum desuper plenarie committentes, ipsosque in Compromissarios super hys libere & vnanimiter eligentes.*

Qui secedentes ad partem, & Spiritum sanctum humiliter inuocantes, prout nobis postea retulerunt, tandem deliberacione prouida, ac examinacione inter se habita diligenti, & ad locum pristinum redeuntes, Reuerendissimum in Christo P. & Illustrissimum D.D. PHILIPPVM *de* ALENCONIO, *miseracione diuina SS. R. E. Cardinalem, Regali ex progenie ex vtroque parente procreatum, potentemque ipsam Preposituram in suis iuribus, & maiora dante Domino, protegere & tueri, in Prepositum prefate ecclesie vestre Maguntine atque nostre concorditer postulando sollempniter nominarunt. Quam quidem postulacionem prefatus D.* Cuno *Cantor, suo & aliorum collegarum suorum, ac tocius Capituli, predictorum, nomine, statim nobis in communi publicauit, in hunc modum:*

I. N. P. & F. & S. S. Amen.

Ego *Cuno* de *Sterzelnheim* Cantor ecclesie Magunt. de voluntate & assensu collegarum meorum, in quos vnanimiter compromissum fuit & est a Capitulo nostre ecclesie Magunt. & in quos potestatem prouidendi eidem ecclesie nostre Magunt. de Prepositu transtulerunt, vice mea & ipsorum, & omnium aliorum in electione ius habencium, & tunc presencium, ex potestate & auctoritate predicta, michi & collegis meis concessa, inuocata Spiritus S. gracia, Reuerendissimum in Christo P. & Illustrissimum D. D. *Philippum* de *Alenconio* m. d. SS. R. E. Cardinalem, Regali ex progenie ex vtroque parente procreatum, potentemque ipsam Preposituram in suis iuribus, & maiore dante Domino, protegere & tueri, in quem nos persone prelibate conuenimus, in nostrum & nostre ecclesie Prepositum postulo, seu consencio postulanti.

Quocirca R. P. V. duximus vnanimiter supplicandam, quatenus postulacionem & nominacionem huiusmodi, de benignitate vestre gracie dignemini auctoritate vestra ordinaria confirmare, vt ipse R. D. Postulatus prefate ecclesie nostre & nobis tanquam Prepositus vtiliter preesse valeat & prodesse, sicut in Domino confidimus & speramus.

Vt eciam omnium nostrorum vota in premissis omnibus & singulis concordasse, & postulacionem ac nominacionem huiusmodi conuenisse cognoscat P. V. gracioſa, presentibus sigillum nostrum maius duximus appendendum in testimonium premissorum.

Datum & actum Maguncie, in loco nostro Capitulari & consueto, A. D. MCCCLXXXXI, sabbatho post festum B. Vrbani P. & M. presentibus honorabilibus & discretis viris DD. Heinrico Rost, *Decano S. Victoris*, Petro *de* Bacharacho, *Scholastico B. M. V. in campis extra mur. Mog.* Iohanne Tiegel, *de* Xanten, *Canonico S. Victoris Xantensis, Col. Dyoc. ecclesiarum*, Iohanne Weckerlin, *&* Iohanne *de* Stega, *Vicariis in prefata ecclesia Maguntina, testibus ad premissa vocatis.*

Quorum petitioni hac Conradus Archiepiscopus confimatione respondit:

CONRADVS *D. G. S. sedis Maguntine Archiepiscopus, S. Imperii per Germaniam Archicancellarius, vniuersis & singulis presencium inspectoribus, presertim his, quorum interest, seu intererit de infrascriptis quomodolibet in futurum, notum facimus per presentes, quod nuper, nobis presentato pro parte Reuerendissimi in Christo P. &* D. D. Philippi *de* Alenconio, *m. d. SS. R. E. Cardinalis decreto postulacionis, facte per honorabiles Decanum & Capitulum ecclesie nostre Magunt. deuotos nostros dilectos, de persona ipsius Reuerendissimi D.* Philippi *Cardinalis ad Prepo-*

Prepoſituram eccleſie noſtre prefate, tanquam vacantem per obitum quondam Andree *de* Bruneck, *vltimi Prepoſiti eccleſie Magunt. ſeruatis ſeruandis certa die ad hoc prefixa concorditer poſtulato, prout in litteris patentibus eorundem Decani & Capituli, appendenti maiori ſigillo ipſius Capituli munitis, lacius continetur; pro parte eiuſdem R. D. Poſtulati nobis extitit cum inſtancia ſupplicatum, vt poſtulacionem huiuſmodi auctoritate noſtra ordinaria confirmare gracioſius dignaremur.*

Nos itaque iuſtis & racionabilibus votis huiuſmodi, preſertim pro tam excellenti & famoſo Domino Poſtulato, Promotore noſtro precipuo, regali ex progenie procreato ex vtroque parente, cuius eciam fauoribus mediantibus eccleſia noſtra prefata felicia ac votiua, dante Domino, indubie ſperatur ſuſcipere incrementa, merito annuentes, habitis deſuper Iuriſperitorum conſiliis, conſideratis eciam ſingulis, que nos in hac parte mouere poterant & debebant, quia prefatam poſtulacionem tam in materia quam in forma rite & canonice celebratam, informacione deſuper recepta diligenti, recepimus, poſtulacionem huiuſmodi, tanquam canonicam, auctoritate noſtra ordinaria ex certa ſciencia confirmamus, & preſentis ſcripti noſtri patrocinio communimus.

Mandantes omnibus & ſingulis Plebanis & eorum vicem gerentibus, ceteriſque perſonis eccleſiaſticis, nec non vaſallis, cenſuariis, colonis, inquilinis, aliisque ſubditis Prepoſiture, quibuſcunque nominibus cenſeantur, quatenus prefato D. Patri Cardinali, tanquam vero ipſius eccleſie noſtre Prepoſito, & officialibus, vt commiſſis ſu[illegible], per ipſum aut eius procuratorem eius nomine deputatis aut deputandis, in ſpiritualibus & temporalibus pareant efficaciter & intendant, adhibitis ſolempnitatibus debitis & conſuetis, ac de fructibus, redditibus, & prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuerſis, in quibuſcunque nominibus conſiſtant, reſpondeant & ſatisfaciant integre cum effectu, prout ad ſingulos ipſorum pertinet, faciantque ab aliis reſponderi. Datum Hoeſte A. D. MCCCLXXXXI, die XXVIII menſis Maii.

Fuit autem *Philippus* hic *Alenconius* pronepos *Philippi* Audacis, Galliarum Regis, nepos *Caroli* de *Francia*, Comitis de *Valois*, filius *Caroli* de *Valois*, Comitis *d' Alençon*, an. 1346 in prœlio Creſſiaco occiſi, & *Mariæ* de *Lacerda*, Hiſpanæ, Comitiſſæ Biſcaiæ, quæ vita conceſſit an. 1369. *Imhof* geneal. Gallic. parte 1 tab. 15, p. 41, *Palatius* in faſtis Cardinal. S. R. E. vol. 2 ſub Vrbano VI, n. 8 col. 42. Epiſcopus primum Bellouacenſis, deinde Auxitanus, tandem Archiepiſcopus Rothomagenſis. Idem *Palatius* l. d. Cum offenſionem Regis incurriſſet, facto non iniquo, (rudi enim & indigno homini, quem ille commendarat, præbendam, ceu vocant, conferre renuit) Gallia exceſſit, Romamque abiit. *Imhof* l. d. Ibi a Pontifice Vrbano VI anno 1378 in Senatus Vaticani cooptatus collegium, Presbyter Cardinalis S. Mariæ trans Tiberim tit. Calixti, poſtea Epiſcopus Cardinalis Sabinus factus eſt, & tandem Oſtienſis, illiusque vices geſſit in D. Petri patrimonio, ampliſſima auctus poteſtate. Quin, Murcado, Patriarchæ Aquilegienſi vita defuncto, ab Vrbano ſubrogabatur, reclamantibus Vtinenſibus ac Optimatibus Carni & fori Iulii, nolentibus tantum ſacerdotium Cardinalibus mancipari: quo factum, vt Pontificis, aliorumque adiutus copiis, Vtinenſes per ſex annos armis vexaret, quo eos adduceret ad obſequium. *Palatius* l. d.

Tandem Pontifici auſtero rebellis factus, ne a Gallis diſſonaret, qui partes tuebantur Antipapæ, propterea omni dignitate exſpoliatus, galero etiam Cardinalitio, peruixit contumax, & Vrbano ſuperuixit, donec a Bonifacio IX reconciliatus, & poſtliminiò reſtitutus, cœnobia S. Gregorii Vironæ, & S. Georgii Ferrariæ commendata habens, Romæ obiit 8 *Kal. Septembr. an.* 1397 *ſecundum Frizonium, vel an.* 1403, *ſecundum Ciacconium: ſepultus ad S. Mariam trans Tiberim, inſigni marmore cum eius effigie & clipeis, tumulo ſuper aram ab ipſo exſtructam parieti affixo, cum ſequenti epitaphio:*

Francorum genitus regia de ſtirpe *Philippus*
Alenconiades, Oſtiæ titulatus ab vrbe,
Eccleſiæ Cardo, tanta virtute reluxit,
Vt ſub ſupplicibus cumulentur marmora votis.
Anno milleno cum C quater, adde ſed I ter
Occubuit, qua luce Dei pia Virgoque mater.

Annorum diuersitas ab vna littera pendet in penultimo versu; si enim adde *legas, componunt numeros* 1403, *si* abde, *componunt numeros* 1397. Hæc *Palatius* l. d. col. 43.

Enimuero, cum Philippi *successor*, Güntherus, *iam an.* 1403 *Præpositura se abdicarit, vix dubium est, quin pro* adde *legendum sit*, abde, *dicendumque, illum an.* 1397 *mortem oppetiisse.*

Ceterum fuit etiam Præpositus collegiatæ Imperialis ad *D. Bartholomæum* Francofurti ad Mœnum.

GVNTHERVS Comes *de* SCHWARZBVRG

Philippo mortuo Præpositi adeptus est dignitatem: qua dein an. 1403, cum ad Archipræsulatus Magdeburgensis apicem euectus esset, se abdicauit. Hæc inter vero Præposituræ procurationem *Ioanni*, Episcopo Sleſuicensi, eiusque fratri, *Hermanno Schindeleb*, commisit, vt ex litteris illorum an. 1402 in octaua Epiphanias Dominicæ datis patet. Obiit senex Gibichensteinii, castro ad Salam, anno 1444, 4 Non. April. Magdeburgi illatus tumulo.

1403

IOANNES *de* SCHONEBVRG

Cum decem circiter annos Scholastici metropolitani gessisset munia, *Günthero* ad culmen Magdeburgense euecto, Præposituræ primum Administrator a Ioanne II Archiepiscopo constitutus, dein vero illi plena cum potestate suffectus est.

Suffectus autem est per *viam*, vt loquuntur, *compromissi*, ceu patet ex litteris, quibus ei dignitatem hanc confirmauit, quem diximus, Ioannes II Archiepiscopus. In iis enim ait, *quod, cum Præpositura per liberam resignationem Venerabilis Viri* Guntheri *de* Schvvarzburg, *ecclesiæ maioris Præpositi, nouissime tanquam ad ecclesiam Magdeburgensem electi, vacaret, certo termino præfixo, Canonicisque in loco Capitulari pro eligendo futuro Præposito congregatis, multis tractatibus præhabitis, per viam compromissi in* Ioannem Hofvvarth, Ioannem Winther *de* Rudisheim, *alias de* Giſenheim, *&* Wintherum *de* Riffenberg, *Canonicos, facti, Honorabilis* Ioannes *de* Schonenburg *Scholasticus in Præpositum futurum, nemine discrepante*, electus sit.

In actis, documentisque publicis, qua *Præpositus maior*, occurrit an. 1403, 1404, & 1405: quo quidem, vel sequenti de Præpositura decessisse videtur; fortassis vt locum faceret *Godefrido* Leiningensi, cui Ioannes Archiepiscopus, vt offensum a se recolligeret, consilio & opera ad dignitatem maiorem se adfuturum, Norimbergæ an. 1401 spoponderat. *Godefridum* sane an. 1407 Præpositi tenuisse nomen, dignitatemque, patet ex litteris Ioannis II, quem modo memorauimus, Archiepiscopi, Wisbadæ anno isto, sabbato ante Franciſci Confessoris diem datis. In his enim, quum *Godefrido* consentiret, vt alteram mediam decimæ in tractu *Breydhart Adolfo* Nassouio conferret, ita: *Alſo, als der Erſame vnſer lieber Andechtiger vnd Getruvver*, Iohann *von* Schonenburg, *Dumprobeſt* "zu der zyt" *vnſers Dumes zu Menze dem Edeln* Adolff *Graue* zu *Naſſauvve--- den zehenden halb, zu* Breydhart *gelegen --- zu rechtem lehen gelubet hat ---- Auch als der Edele* Ioffrid *Graue* zu *Lyningen, Dumprobiſt vnſers Dumes zu Menze* "vff dieſs zyt" *dem vorgenanten vnſerm Vettern* Adolff *daz andere teyl* &c. Quin, in necrologio ædis maioris p. 309 ad 4 Non. Iul. diſerte legas: *Obiit Iohannes de Schonenburg Canonicus Moguntinus.* Anno 1414 supremum vitæ diem expleuit, teste figura siue effigie Prælati, cum mitra in capite, in peristylio ædis maioris muro appicta, subiecta inferne hac ἐπιγραφῇ;

Anno MCCCCXIIII nona Iulii obiit Venerabilis & Nobilis Dominus
Ioannes *de* Schoneburk *Prepoſitus Moguntinus.*

Vbi putamus, Præpositum vocari, respectu dignitatis, quam aliquot ante annis gesserat. Tumulatus autem ibi est in sacello D. Nicolai.

140.

GODEFRIDVS *siue* IOFRIDVS

Comes Leiningensis,

Coloniæ ædis metropolitanæ Custos, & Pfedersheimii Collegialis ad D. Georgium Præpositus.

Vir pius & doctus: qui ante totius fere Collegii principis suffragiis in locum Conradi II Archiepiscopus designatus erat, sed Ioannis Comitis Nassouii sollertia Pontificatu potiri haud poterat.

Ioannis

Ioannis tamen postea fauore, Præpositi, vt dictum, consecutus honores, qua *Præpositus* subit in litteris eiusdem, an. 1407 sabbato ante Francisci Wisbadæ, vt memorauimus, datis: aliis item Lonsteinii feria 4 post diem B. Galli Confessoris perscriptis: & in his quidem verbis sequentibus: *mit Wissen vnd Verhengnisse des Edlen, vnd der Ersamen*, Ioffrids *von* Lyningen *Dumprobist* &c. Anno itidem 1408 in litteris sæpius iam dicti Archipræsulis Ioannis II, Hanouiæ, Dominica *Oculi*, Gerlaci & Ioannis *de* Breidenbach, Militum, in gratiam datis: *mit Wissen* --- Ioffrids *von* Lyningen, *Dumprobists --- vnsers Dumes zu Menze --- vnd Wir* Ioffrid *von* Lyningen *Dumprobist* &c.

Quando decesserit, incompertum adhuc nobis est. Post annum 1410 autem haud amplius nobis occurrit. Vt quidem anno isto obiisse videatur.

[*Interim haud prætermittendus nobis hic est* Helvichii *error*, *quo* Ioanni *de* Schoneburg *successorem dat* Wilhelmum, *Comitem Nassouium*, Wilhelmo Albertum *Pincernam* de *Limburg*, Alberto *autem* Ioffridum *Leiningensem*, *Ioffrido* Henricum *Nassouium*. *Ex dictis namque sole clarius est*, Godefridum *Leiningensem* Schoneburgio *successisse*: *ex sequentibus vero patebit*, Godefrido *Leiningensi surrogatum* Wilhelmum *Nassouiæ Comitem, qui nunc sequitur*]

WILHELMVS 1410

Comes Nassouius, familiæ *Beilsteinensis*.

In locum Godefridi sublectus est anno 1410. Supersunt enim litteræ in repertorio tabularii ædis maioris, hac notatæ rubrica: *Instrumentum super iuramento, præstito a D.* Wilhelmo *Comite* de *Nassau*, Præposito 1410.

Wir Wilhelm *Graue zu Nassaue* Dumprobist *zu Menze ---, als vvir zu vorderist von Gots vnd des Stuls zu Rome Fursehunge, vnd dernach mit gnediger Furderunge des Ervvurdigen in Got Vater vnd Hern, Hern* Iohann *Erzbischofen zu Menze, vnsers gnedigen lieben Hern, vnd dazu mit Core vnd Wale der Ersamen vnser besondern lieben Frunden*, Dechant vnd Capitul *des Dumes zu Menze, zu eyme* Dumprobist *desselben Stiffts gemacht, gesezt, vnd eindrechtlich gekorn sin* --- Anno 1430, die 18 Aprilis morbo superatus est, tumulatus post in choro maiori; quo vid. libellus *Epitaphiorum* & *Ichnographia ædis dictæ* lit. cc.

[*Wilhelmi successor, si* Helvvichio *fides, fuisset* Albertus *Pincerna* de *Limburg*; *sed enim, cum nobis, qua* Præpositus maior *Moguntinus nusquam, qua* Canonicus *vero sæpius subierit, haud immerito dubitamus, hanc eum sustinuisse dignitatem.*

HENRICVS 143.

Comes Nassouiensis, familiæ itidem *Beilsteinensis*, Wilhelmi *frater**, *Monasteriensis*, *& Bonnensis Præpositus.*

* Id quod patet ex testamento *Philippi Trudelonis* de *Istein*, Scholastici ad D. Petrum, an. 1448, die 6 April. facto; quippe in quo ait: *Item D. Præpositus ecclesiæ maioris* Comes *de* Nassoue *tenetur mihi* 50 *florenos ex parte quondam Domini Præpositi*, fratris sui, *cui vendidi equum*; *quos sæpius ab eo & suis petii, sed nihil recepi. & sic illos lego ad præsentias ecclesiæ maioris* &c.

Wilhelmi in locum subiit: siquidem anno 1431 iam, qua *Præpositus ecclesiæ maioris*, occurrit in tabulis, peruigilio D. Thomæ Apostoli perscriptis, hoc quidem modo: *Constitutio manufidelium Venerabilium Dominorum Prælatorum & Canonicorum ecclesiæ Moguntinæ, facta sub anno Domini MCCCCXXXI, Indictione nona, Pontificatus --- Eugenii anno primo, in Vigilia Thomæ Apostoli, quæ fuit XX dies mensis Decembris. Primo, Nobilis Dominus* Heinricus *Comes de Nassaue*, Præpositus &c. Anno 1439, die S. Hippolyto martyri, sociisque eius festa, compositionem fecit cum Collegio metropolitano, quocum illis temporibus dissederat. Cuius quidem summa est, vt retentis Præposituræ ædibus, iurisdictione ecclesiastica, atque sigillo Præposituræ, ad dies vitæ quotannis 800 aureis Rhenensibus, & duobus plaustris vini, vno Francico (*Frensse Heimbachers*) altero Hunico (*Hunscher*) contentus esse velit: Collegium vero reditus

Præpo-

Præpoſituræ colligat, præbendas, vicarias, & beneficia a Præpoſitura dependentia conferat, debita contracta diſſoluat, & ſi qua porro alia ſunt.

Anno 1453 nobis occurrit in litteris Gernharti de Walderdorff, quibus is fatetur, e Theoderici captiuitate ſe liberatum, precibus *Henrichs Grauen zu Naſſau*, Dumprobſts zu Menze, *vnd* Hans *Grauen zu Naſſau, Herrn zu Beilſtein, Gebrüderen.* Enimuero muneri huic diu præfuit, ſiquidem adhuc an. 1475 in litteris Collegii metropolitani, quibus curiam Præpoſiti & officium Sculteti (*den Dumprobſtei-Hof vnd Schultheiſſen-Ambt*) Edershemii ad Mœnum locauit Nicolao Keſten, datis die Mercurii poſt *Exaudi*, his adducitur verbis: *Henrich Grave* von *Naſſavv, itzunt vnſer Dumprobſt.* Et hoc quidem anno obiiſſe videtur.

147. # THEODORVS

Palæologus, ex familia *Palæologo*-orientalium Imperatorum originem trahens, *Ioannis Iacobi*, Montisferrati, & *Ioannæ* a *Sabaudia* filius, *Abbas S. Michaelis ac S. Mariæ de Lucedio in diœceſi Vercellenſi, & monaſterii Graſſani in collibus Montisferrati, ex Decano Collegiatæ S. Mariæ Sallutiarum Protonotarius Apoſtolicus, poſtea Diaconus Cardinalis S. Theodori dictus a Paulo II an.* 1464 vid. *Palatius* in faſtis Cardinal. S. R. E. volum. 2 ſub *Paulo II* n. 14 col. 351.

Henrici in locum ſubſtitutus eſt. Ceterum Canonicus etiam ad *D. Stephani* fuit, an. 1477 ſimiliter in præbendæ ad *D. Petrum* poſſeſſionem immiſſus.

Anno ſequenti 1478, die 20 Decembr. quum more tum temporis viſitato *Manuſideles*, vt vocabantur, peruigilio D. Thomæ Apoſtoli conſtituerentur, vltimæ voluntatis ſuæ executorem ſiue vindicem nuncupauit ſummum Pontificem.

Ob ſingularem modeſtiam & manſuetudinem, qua cum maieſtatis decore facilem ſe omnibus præbebat, venientibus colebatur vt pater, venerabatur vt Princeps, lacrimis vniuerſorum exceptus in morte, quæ immatura & acerba contigit. Anno namque 1481, *die* 21 *Ianuar. vel* 1484 *in ciuitate Aſtenſi e vita migrauit ex vulnere, a miniſtro obſonium concidente, dum cœnaret, caſu dextræ inflicto, quamuis plaga non eſſet mortalis, toto decubuit corpore, & anni ſpatio pæne contabuit. Cadauer in eccleſia Abbatiali S. Michaelis Lucedi cum maioribus ſuis quieſcit.* Hæc *Palatius* l. d.

148. # IOANNES IACOBVS SCLAFENATVS

Inſuber, Mediolani in Italia natus an. 1450, humili genere (ex *Garimberto* p. 244) non litteris, neque diuitiis clarus, in agendis tamen apprime aptus, moribus honeſtus, dicendo grauis, eloquio ſuauis, Palatinis gratus, & Sixto IV P. M. charus, ex eius Cubiculario & Canonico Vaticanæ baſilicæ Epiſcopus electus Parmenſis an. 1482, mox an. 1483, cum annum ageret ætatis ſuæ ſolummodo 33 (ita ludit fortuna) Preſbyter Cardinalis tit. S. Cæciliæ, demum S. Stephani in monte Cælio dictus a Sixto IV, Cardinalium promotione ſeptima. *Palatius* l. d. ſub Sixto IV n. 39 col. 406.

Poſt Theodorum Præpoſiti maioris præfuit officio. In litteris an. 1489 die Saturni poſt D. Matthiæ ferias datis, qua *Moguntinenſis Præpoſitus*, his occurrit verbis: *mit Wiſſen des Hochvvirdigſten Furſten vnd Herrn, Herrn* Bertholden, *Ertzbiſchoffen zu Mentz ---- vnd der Ervvirdigen in Gott Väter vnd Herrn, Herrn* Iohann Iacobs, *der H. Roemiſchen Kirchen des Tituls S. Stephani in Cœlio monte Cardinal, Biſchoff zu Parma, vnd Dhumprobſt zu Mentz, vnd Herrn* Iohann, *Apt des Cloſters zu Amorbach, S. Benedicti Ordens, vnſers* gnedigſten, gnedigen, *vnd* lieben *Herren.* Anno ſequenti 1490 ſponte ſua Præpoſiti hac ſe abdicauit dignitate.

Cum Cardinalis Balues e caua ferrea, qua eum incluſerat Ludouicus XI Rex Gallorum, Romam effugiſſet, & in curia aliquando arrogantius loqueretur, Sclafenatus in dicendo natura feſtiuus, illum redarguit lepide: *longo cauea ferrea domicilio tanquam pſittacus incluſus, vt modum edocereris loquendi, nondum didiciſti?* *Palatius* l. d.

Ad ſuperos euolauit die 8. Decembr. an. 1497, ſepultus in eccleſia S. Auguſtini, ſepulcro marmoreo, cum epitaphio:

Io. Iacobo Sclafenato, Mediolan. D. Stephani in Cælio S. R. E. Preſb. Card. Parmen. ob ingenium, fidem, ſolertiam, ceteraſque animi & corporis dotes a Sixto IV P. M.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

P. M. inter Patres relato, ac fortunis vndecunque ornato, queis perpetua modestia, incomparabilique integritate grauiter annos XIV functo, Philippus Eq. Ord. Hierosolym. fratri concordiss. nato IV Id. Sept. MCCCCLI, mortuo IV Id. Dec. MIIID mœrens B. M. pos.

Palatius l. d. ex quibus *Schraderum*, qui monumentis Ital. p. 126 id inseruit, emendes & suppleas.

PHILIPPVS 1490

Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ,
Augustanæ & Argentoratensis cathedralium Canonicus,
nec non Moguntiæ ad B. Albani Præpositus,

Anno 1490, quo Præpositura maiori *Sclasenatus* abiit, eadem potitus est. An. 1499 cathedram iniit Frisingensem; an. 1517 vero Ioanni, Episcopo Numburgensi, ex Schönbergiorum stirpe, Adiutor datus est, cui etiam an. 1520 pleno iure successit. Vid. *Seckendorfius* histor. Luther. lib. 3 § 96 n. 2. Decessit an. 1541, die 6 Ianuar. *Idem* l. d. sepultus Frisingæ.

GEORGIVS 1499

Comes Palat. Rheni, Dux Bau. Philippi Electoris filius,
Moguntinæ, Colonienſis, Treuirensis ac Spirensis ecclesiarum Canonicus,

Fratri Philippo de Præpositura decedenti, an. 1499 successit. Cæsaris Maximiliani patrocinio atque auctoritate an. 1513 in solium Episcopale, quod Spiræ Nemetum est, adscendit, ac an. 1529 vitam cum morte commutauit. Sepultus Spiræ in æde maiori, hoc ornatus fuit elogio*:

* Pareus *histor. Palat. lib. 6 sect. 1 p. 241.*

Reuerendo ac Illustri Principi ac Domino, D. GEORGIO, Episcopo Spirensi, ac Comiti Palatino Rheni, Ducique Bauariæ, administranda clementia, prudentia, & pietate vndique conspicuo, ac demum flagranti Anglico sudore immatura morte defuncto, eius in Episcopatu successor Philippus a Flersheim hoc monumentum constituit. Obiit anno salutis MDXXIX, die XXVII Septembr. qui æterna luce fruatur.*

* in litteris Spira Moguntiam tunc missis, iisque authenticis, *festo Michaelis* obiisse dicitur.

[IOANNES ALBERTVS, *Marchio Brandenburgensis* &c.]

Georgio *defuncto* Albertus *Cardinalis & Archiepisc. Præpositi dignitatem sine vlla mora interposita contulit patrueli suo* Ioanni Alberto, *Marchioni Brandenburgensi, familiæ Onoldinæ, Canonico Moguntino, id iure se tum posse ratus;* cuius, *inquit*, collatio, prouisio, & quæuis alia dispositio pro hac vice ad nos spectare dignoscitur. *Quin Zobelio, tum temporis Scholastico, in mandatis dedit, vt eum in possessionem induceret. Quod & factum. Constat enim, die S. Galli, qui in d.* 17 *Octobris incidit, qua* Præpositum *iam installatum siue in possessionem immissum fuisse Ioannem Albertum.*

Sed enim ex improuiso, duo dignitatem istam prensabant. Vnus erat Marquardus *de* Stein, *Præpositus Bambergensis & Augustanus, nec non Canonicus Moguntinus; alter* Ioannes Fabri, *magnus tum temporis Theologus, & Regis Ferdinandi a consiliis.* Ille, *litteris Salisburgo missis, Alberto Cardinali & Archiepiscopo significabat, in eo se esse, vt Præposituram, morte Georgii vacuam, consequatur; duos se iamiam cursores diuersis Romam misisse itineribus, nec de optato successu dubitare, dummodo nullus* Intrusus *sese præsentet. simul rogabat, nolit Albertus id genus cuipiam, si veniat, se commodare; nil magis sibimet in votis esse, quam vt splendidissimam istam dignitatem, quam vel Electoratui anteferat, adire possit. Faueat ergo summa eam cupiditate expetenti. Quin, comperto,* Fabrum, *prouisione Apostolica nixum, ad eam adspirare, curæ sibi habebat, vt certis illum conditionibus oblatis a proposito auerteret.* Iste (Faber *nimirum*) *prouisione nitebatur Pontificis, ac rem suam acrius, quam Ioannes Albertus primum putabat, agebat. Ad postremum tamen, rei domesticæ pressus inopia, tum*

vero negotii difficultate, ac conditione ardua nimis Breui Apoſtolico inſerta motus, haud alienum a tranſactione cum Ioanne Alberto gerebat animum. Eo vero rem diutius aliquanto extrahente, moræ impatiens, Steinio, *cum quo deciderat, aditum ad eam aperiebat, ipſe factus poſtea Epiſcopus Viennenſis. Vt rem hoc plenius curatiusque cognoſcere liceat, afferemus partem epiſtolæ, quam ad Regem* Ferdinandum *dedit, potiorem:*

Durchleuchtigſter ---

Als Evv. K. M. --- mit mihr gehandlet, daſs ich die concordi, ſo mihr iüngſt von dem --- Cardinal vnd Erzbiſchoff zu Meinz zugeſchickt, annehmen vvolle, darauff -- fuege ich deroſelben -- in Vnterricht zu vviſſen: Als die Päbſtlich H. verſchiener Zeit bericht, daſs ich zu Ofen von den Türcken, zu Coſtanz, Baſel vnd anderen Orthen von den neuen Secten, nit allein verderbt, ſondern ganz vertrieben ſeie; damit ich dan mit Gotsgaben, aus vvelchen ich den Koſten, ſo ich lange Zeit der Religion halb mit Druckeney, auch in viel andere Weg getragen, vveiter erleiden, vnd einmahl nach ſo viel Zeit vnd Arbeit, ein Reſidenz meinem Stand vnd Weſen gemes gehaben gemögt, hat derenthalb Ihre Heiligkeit aus eigener Bevvegung dem --- Herrn Bernhard Biſchoff zu Trient, Evv. K. M. obriſten Canzler, durch ein ſonder Breue befohlen, daſs ſein Fürſtl. Gn. die nechſte Probſtei, ſo in dem Erz-Thumſtifft oder Biſtumb Meinz ledig vvurde, mihr verleihen vnd eingeben ſollte. Nuhn hat ſich begeben, daſs die Thumprobſtei zu Meinz in dem Monath September --- ledig vvorden, die mihr nach vermög des gemelten Breue von gemeltem Biſchoff zu Trient verliehen iſt, vnd vvievvohl dieſelbig Probſtei mihr vnd ſonſten niemand anderen zugeſtanden, vnd ich zu vielmahl vmb die Poſſeſs derſelben angeſucht, ſo hab ich doch die bisher nit überkommen mögen, vvie vvohl ich auch einen meiner eigenen Diener von Linz aus auff Meinz im Monath October geſchickt, dazu viel Schreiben hab deshalb auff Speier auch andern Orth gethan, ſo iſt mihr doch ein Concordi durch meinen Diener erſt zukommen vnd überſchickt vvorden, gahr nach fünff Monath.

Dievveil aber mein Breue auff ſechs Monath dermaſſen geſtellt, vvo ich in Zeit meiner Prouiſion nit zu Rom neue Prouiſion erlange, vnd iura Cameræ, vvelches doch mein Vermögen nit gevveſen, bezahle, daſs ich alsdan von meiner Gerechtigkeit gefallen vvehre; Damit dan ſolichs mihr zu Nachtheil nit geſchehe, ſo hab ich vonöten, die vveil ſich die Handlung vnd Vnterhandlung zu Meinz vnd Speier ſo lang verzogen, mich ahn einem anderen Orth müſſen einlaſſen, vnd vvie gern ich immer vvollte, mag ich dieſer Zeit kein endlich Worth Evv. K. M. vnd Seiner Churf. Gn. Begehr, geben, ----- Vnd ſo viel mich betrifft, bin ich --- erbietig, daſs ich gern vvill Evv. K.M. zu einem Mittler leiden, aber endlich kan ich, vvie Evv. K. M. ſelbſt --- ermeſſen mag, ohne Vorvviſſung des, mit dem ich in vveiter Handlung kommen bin, nichts zuſagen. ----- Datum 1530...

Evv. K. M.

Iohann Fabri D.

Tandem & ipſo Ioanne Alberto *de iure ſuo decedente, locum obtinuit, qui nunc ſequitur,* Marquardus *de* Lapide.]

MARQVARDVS

De *Stein,* antiquitus *Klingenſtein,* ex Sueuia, vt *Helvvichius* l. d. p. 214 notat, I. V. D. Vir prudentia, ſplendoreque natalium, & dignitatibus, queis conſpicuus erat, eccleſiaſticis, quam maxime eminens. Fuit enim & *Bambergenſis* & *Auguſtanæ* cathedralium, nec non collegialis ad *D. Victoris* extra mœnia Moguntina, & B. M. V. *ad gradus* in vrbe *Præpoſitus, metropolitanæ* vero, quæ ibidem eſt, nec non *Saliſburgenſis, Friſingenſis & Eluacenſis Canonicus.* Vtrum *Dillingenſis* quoque

Pra-

Præpositus fuerit, quod *Helvvichius* dicit, dubites. Dillingæ enim Præpositis haud esse locum, prodit *Corbinianus Khamm* Hierarch. Augustanæ parte 2 cap. 6 sectione 1.

Vt consiliis valebat ac auctoritate, anno 1540 in comitiis Hagenoensibus, & anno 1555 in Augustanis Legati Moguntini partes magna cum nominis sui laude obiit.

Vita excessit Augustæ Vindelicorum anno 1559, die 14 Ianuar. sollemni post mortem in æde ibidem principe honoratus elogio: quod afferimus, vt id nobis dedit, quem modo adduximus, Hierarchiæ Augustanæ scriptor *C. Khamm* part. 1 cap. 8 classe 2 p. 532.

D. O. M.

MARQVARDO de *STEIN*, *Præposito trium insignium Germaniæ ecclesiarum*, *Moguntinæ annis XXIX*, *Bambergensis L*, *& Augustanæ Præposito XXXX*, *ac in eadem Decano II*, *Canonico LXV*, *trium Imperatorum*, *Maximiliani*, *Caroli V*, *& Ferdinandi Consiliario*, *non tam summitate*, *quam pietate*, *prudentia*, *hospitalitate*, *omnique virtutum genere nobilissimo*, *ex huius seculi ærumnis ad vitam beatiorem euocato*, *ob memoriam & gratitudinem Heres ex F. M. H. F. C. Vixit annis LXXXIII*, *mensibus XI*, *diebus XXVI. Desiit esse mortalis anno a Christo nato MDLIX*, *XIX Kal. Febr.*

RICHARDVS 1559

Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, Comes Sponheimensis, familiæ *Simmeranæ*.

Ecclesiasticum vitæ genus amplexus, multas consecutus dignitates est. *Moguntinensis* enim & *Colonienſis* metropolitanarum, nec non cathedralis *Argentinensis* fuit *Canonicus*, huiusque *Præpositus*, collegialis item ad *D. Victorem*, quæ Moguntiæ: Monasterii vero Imperialis, quod vel primo loco dicendum erat, in Palatinatus superioris finibus, *Waldsachsen* Administrator.

Surrogatus autem fuit Marquardo an. 1559, ac in litteris, sequentibus annis datis, hunc sibi circumposuit titulum: *Richardus D. G. Comes Palatinus Rheni --- Administrator in Waldsachsen*, *Moguntinæ & Argentinensis ecclesiarum Præpositus.* Et vernacula: *Richard V. G. G. Pfalzgraf bey Rhein*, *Herzog in Beyern*, *Administrator zu Waldsachsen*, *vnd Dhumprobst hoher Stifft Mainz vnd Straßburg.* Anno 1562 mutato vitæ, quod ad id vsque temporis secutus fuerat, genere, nuntioque sacris auitis misso, animum ad coniugium applicuit, obiitque an. 1598, d. 13 Ianuarii.

ALEXANDER FVGGER 156.

Baro *a* Kirchberg *&* Weissenhorn,

Cathedralis Frisingensis Præpositus.

Præpositi maioris officio, quo *Richardus* Palatinus abscesserat, potitus est, simulque eo, quod ad *D. Victoris* est extra mœnia Moguntina. Illi ad annum vsque 1564 præfuit. Errat enim *Helvvichius*, dum eum anno iam 1563 maioris ad *D. Martini* se abdicasse scribit. Anno certe, quem diximus, 1564, die 5 Iul. *Wolfgango* de *Hartheim* beneficium quoddam, Præposituræ nexu feudali mancipatum, iure contulit beneficiario. Dimisit autem id ad manus Collegii metropolitani anno, quem modo significauimus, 1564, die 2 Octobr. vt in tabula, quæ in loco conuentibus Capitularium destinato appensa est, diserte habetur.

IOANNES ANDREAS MOSBACH *de* LINDENFELS 1564

Ex Decano liberis Collegii suffragiis in locum *Fuggeri* d. 3 Nouembr. 1564 electus, summa cum exspectatione Præpositi maioris capessiuit munia. Erat enim vir omnes prudentiæ ciuilis ac vitæ laudatæ numeros in se continens. Non possumus autem, quin hic notemus, *Helvvichium* haud ita bene dixisse, quod primus a Capitulo Præpositus electus fuerit. Quippe maioris Præpositos maximam

partem a Collegio iure optimo electos constat. Tantum ab aliquo tempore Curiæ Romanæ suis de caussis placuerat, nonnullis *de Præpositura*, vt loquuntur, *prouidere.* Sed enim, cum ius, libere Præpositum designandi, plenarie & sine vlla conditione, ex certa scientia Collegio tum restituerit Pius IV P. M. *Helvvichius* rem ita interpretatus est, ac si Mosbachius primus fuisset, qui electus esset a Capitulo. Dabimus hic, maioris lucis caussa, ad quam ille prouocat, ipsam Pii IV Bullam.

PIVS PP. IIII.

Ad perpetuam rei memoriam. Cum sicut accepimus, licet ius eligendi ecclesiæ Moguntinæ Præpositum, Archiepiscopo Moguntino consilio & auxilio assistentem, Præposituræ eiusdem ecclesiæ Moguntinæ etiam in mensibus sedi Apostolicæ reseruatis pro tempore occurrente vacatione ad Capitulum eiusdem ecclesiæ, vt prætenditur, pertineret, nihilominus a nonnullis annis citra, per Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac sanctam sedem Apostolicam, de dicta Præpositura, non obstante prætenso iure eligendi præfato, vel eiusdem non habita cognitione, prouideri ceperit, in maximum Capituli & eiusdem Archiepiscopi, cui munus & officium Archicancellarii sacri Imperii sustinenti, assistentia eiusdem Præpositi pro tempore sic electi multum erat vtilis & necessaria, ac etiam in dignitatis Imperialis, cuius plurimum interest, tali frustrari assistentia, præiudicium: Et propterea non solum Capitulum, verum etiam, tam suo, quam sacri Imperii nomine Archiepiscopus præfati cupiant, ius eligendi Præpositum huiusmodi, & eiusdem Præpositi assistentiam, per nos in pristinum restitui, & quatenus opus sit, dictum ius eligendi, Capitulo, & assistendi, Archiepiscopo prædictis, de nouo concedi; nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus eorum votis in hac parte benigne annuentes, ipsosque specialibus fauoribus & gratiis prosequentes, eis in præmissis de opportunæ gratiæ beneficio prouidere dignaremur.

Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, Capitulum ecclesiæ Moguntinæ huiusmodi ad ius eligendi, nominandi & creandi, Archiepiscopum vero præfatos quoad assistentiam præfatam contra & aduersus quascunque collationes, prouisiones, commendas, & quasuis alias dispositiones de Præpositura ecclesiæ Moguntinæ huiusmodi per quoscunque Romanos Pontifices successores nostros, ne dictam sedem, ac etiam forsan per nos, in dicti iuris eligendi Præpositum ad cuiusuis instantiam, contemplationem vel intuitum, aut etiam motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine & alias quomodolibet faciendas, nec non quoad ius eligendi, & assistentiam huiusmodi in pristinum, & eum, in quo, antequam collationes, prouisiones, commendæ & aliæ dispositiones faciendæ huiusmodi emanauerint, quomodolibet erant, statum, in omnibus & per omnia Apostolica auctoritate tenore præsentium ex certa scientia nostra restituimus, reponimus, & plenarie reintegramus. Et nihilominus Capitulo & Canonicis eiusdem ecclesiæ Moguntinæ, nunc & pro tempore existentibus, ius eligendi personam idoneam in eiusdem ecclesiæ Præpositum, quotiens Præposituram huiusmodi tam prima vice quam deinceps perpetuis futuris temporibus quomodolibet, & ex cuiuscunque persona per cessum vel decessum aut priuationem, seu quamlibet aliam dimissionem vel amissionem, aut alias quouis modo etiam apud sedem Apostolicam, etiam in aliquo ex mensibus nobis & sedi Apostolicæ per constitutiones Apostolicas, desuper pro tempore editas, reseruatis, aut ordinariis collatoribus per easdem constitutiones seu litteras alternatiuarum, aut alia priuilegia & indulta concessis hactenus, & in posterum concedendis, vacare contigerit, ita quod persona sic in Præpositum pro tempore electa, obtenta super electione huiusmodi per eum, ad quem spectat, seu ante collationes, prouisiones, commendas, & alias dispositiones Apostolicas spectabat, confirmatione seu prouisione, corporalem, realem & actualem Præposituræ huiusmodi & illius annexorum, iuriumque & pertinentiarum suorum quorumcunque possessionem libere apprehendere & etiam quoad vixerit retinere & continuare, ac eiusdem Archiepiscopi consilio & auxilio assistere libere & licite possit & valeat, auctoritate, tenore & scientia similibus, gratiose de nouo in perpetuum concedimus & elargimur. Non obstantibus præmissis & quibusuis, Apostolicis, in prouincialibusque & synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, ac etiam iuramento, confirma-

confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis etiam ſimilium gratiarum reuocatoriis. Quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die XXVIII Decembris MDLXIII, Pontificatus noſtri anno quarto.

V. Cæ. Glorierius.

Eodem alioquin anno *Mosbachius*, ipſis D. Martini feriis, cooptatus fuit ab Electore Daniele inter Conſiliarios Aulicos, ac ſequentibus annis plures ſplendidiſſimas obiit legationes. Miſſus enim fuit an. 1567 ad Comitia Ratisbonenſia; ſequenti ad Electoria Fuldæ habita. Anno 1569 ad ea, quæ Principibus Francofurtum indicta erant. In fata conceſſit Reinhemii an. 1571, d. 5 Maii, Moguntiæ in ſacello S. Michaelis, quod in æde maiori eſt, humatus.

Muneribus inclaruit quamplurimis. Fuit enim ſimul Præpoſitus Moxſtadenſis; Cantor ad *D. Albanum*; ad *D. Victoris*, B. M. V. *ad gradus*, & *D. Ferrutii* Bleidenſtadenſis Canonicus; tum vero vrbis Moguntinæ Camerarius. Vt taceam & Rectorem fuiſſe eccleſiæ Werpacenſis, poſſeſſoremque beneficiatum altaris *D. Mariæ Magdalenæ* in ſacello caſtri Ehrenfels, quod ad dextram Rheni ripam paullo infra Bingium olim erat, nunc vero in ruinis iacet.

WOLFGANGVS 1571

Camerarius *de* Wormatia, *dictus* a Dalberg,

Præpoſitus Spirenſis, ad D. Albani Cuſtos, & B. M. V. ad gradus Canonicus, nec non *Archiepiſcopi Danielis generalis in Spiritualibus Vicarius.*

A Mosbachii obitu ex Scholaſtico maiori Præpoſitus electus fuit an. 1571 d. 1 Iun. Vir antiquo nobilique genere, ſed maiore virtutis, prudentiæ, facundiæ, eximiæque religionis fama. Qua laude cum in primis ſpectatus eſſet, ad grauiſſimas legationes obeundas adhibitus fuit: anno quidem 1572 ad conuentum Electoralem Mühlhuſæ inſtitutum; an. 1576 ad Comitia Ratisbonenſia, & Aulam Cæſaream, quæ tum Pragæ erat; anno ſequenti 1577 ad Conuentum Deputatorum Imperii Francofurti habitum. Quin, Daniele rebus humanis erepto, anno 1582 die 20 April. ipſum Moguntini Pontificatus culmen adſcendit. Quod cum teneret, Præpoſitura ſe abdicauit. Vita defunctus eſt Aſchaffenburgi anno 1601, die 5 April. & Moguntiæ in choro maiori terræ mandatus.

GEORGIVS *a* SCHÖNENBVRG 1582

Epiſcopus Wormatienſis, *& Decanus maior Moguntinus, cathedralis* Spirenſis, *& collegiatæ* B. M. V. *ad gradus Præpoſitus, Treuirenſis item, nec non* D. Albani *&* Victoris *Canonicus.*

In locum Wolfgangi ſucceſſit, Præpoſitus maior electus die 29 Octobris 1582, multis in rem Moguntinam meritis clarus. Præter enim dignitates, quas recenſuimus, eccleſiaſticas, & Vicarium Archiepiſcopi egit in Spiritualibus, & Locumtenentis obiit partes. *Eccleſiæ Moguntinæ*, vt necrologii verbis vtamur, *dum viueret, admodum ſollicitus defenſor & ſtrenuus propugnator:* cuius etiam fortunas in ſupremæ voluntatis ſuæ tabulis acceſſione perquam liberali auxit.

Obiit Spiræ Nemetum in Comitiis, Rudolfi Cæſaris vices gerens, anno 1595, die 11 Auguſt. Princeps iſta ætate cum pauciſſimis excellens. Sepulturæ locum nactus eſt Wormatiæ in ſacello ædis cathedralis, D. Georgii honori & memoriæ dedicato.

Ceterum non ab re erit, afferre, quæ *Helvvichius* de eo habet in annalibus Wormatienſibus: GEORGIVS, *LXVII Epiſcopus, Nobilis a* Schönenburg, *patre* Ioanne, *matre vero* Eliſabetha *von* Weyer *zu* Nickenich *natus anno* 1530. *Præpoſitus Wormatienſis ac Decanus Moguntinus, nec non Spirenſis Canonicus poſt Theoderici obitum vnanimibus ſuffragiis in Epiſcopum eligitur anno* 1580,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

die 22 Martii, ac biennio post anno 1582, die 29 Octobr. Præpositus quoque Moguntinensis constituitur. Sequenti vero anno 1583, die Martis post Paschа, 2 Aprilis, Moguntiæ in arcis templo S. Gangolpho sacro, a Reuerendo in Christo P. D. Stephano Webero Suffraganeo Moguntino summa cum sollennitate consecratur. Præfuit ecclesiæ summa prudentia vtiliter ac laudabiliter annis 15, mens. 4 d. 21, acerrimus & ecclesiasticæ & sæcularis iurisdictionis defensor. Obiit sexagenario maior quinquennio, Spiræ, vbi in destinatorum Imperii Conuentu Rudolphi II Imperatoris vices agebat, die 11 August. an. 1595 inter 10 & 11 horam vespertinam, summo omnium luctu, omnium sæculorum memoria dignissimus Antistes. Vir, existimatione apud maximos quosque longe maxima, non superbus, sed humilis, placidus ac benignus, quocirca omnibus bonis ob iustitiam ac æquitatem etiam charissimus. Qui, licet ob animi rigorem, quem ante se ferebat, multis terrori quodammodo extitisset, facilis tamen in placando ac mitis rursum comparuit. Spira Wormatiam reuectus die 15 Augusti, in cathedralis ecclesiæ sacello Diui Georgii M. vt viuus ordinarat, sepultus est cæremoniis solitis. Porro Moguntiæ in metropolitana ecclesia, in qua Præpositum egerat, monumentum e marmore sumptuosum ei erectum fuit, hac inscriptione (quam vide suo loco.)

1595 PHILIPPVS CRATZ *a* SCHARPFENSTEIN,

Præpositus Wormatiensis, ac ad D. Bartholomæi Francofurti, Moguntiæ vero ad D. Victoris & Albani Canonicus.

Georgio surrogatus est anno 1595, die 25 Septembr. Vir morum honestate ac prudentiæ laudibus excellens, & qui virtute sua meruit, vt anno 1604, die 4 Maii Antistes eligeretur Vangionum. Quibus tamen honoribus non diu superfuit. Vita enim excessit Moguntiæ eodem hoc anno, d. 13 Iul. in sacello OO. SS. ædis maioris d. 20 Iul. hora 2 postmeridiana sepultus.

1604 GEORGIVS FRIDERICVS GREIFENCLAV *a* Volrats.

Vir non magna solum virtutis opinione, generisque splendore clarus, sed dignitatibus etiam quamplurimis illustris. Fuit enim *Præpositus Wormatiensis*, *Spirensis* vero *Cantor* primum, dein *Præpositus* quoque: Moguntiæ adhæc ad ædem principem *Scholasticus*, *S. Albani Custos*, nec non ad *D. Victoris*, & *B. M. V.* ad *gradus* Canonicus.

Philippo mortuo, vnus omnium maxime dignus habitus est, qui constitueretur Præpositus maior, quod & factum die 5 Augusti. Enimuero, quod multarum rerum sagax esset, & in negotiis tractandis impiger, anno 1610, Ioanne Suicardo Pragam concedente, *Locumtenentis* partes obire iussus, & cum muniis omnibus par esse videretur, ad Consiliarii quoque & Camerarii iudicii sæcularis officium vocatus est.

Tandem anno 1616, die 15 Septembr. cathedræ in Vangionibus impositus fuit, & an. 1626, die 21 Octobr. sedi Moguntinæ. Quam cum iniisset, Præpositura se abdicauit.

Naturæ debitum reddidit die 6 Iul. anno 1629, Moguntiæ in sacello ædis maioris, S. Michaelis nomini & honori dicato, ingenti bonorum omnium luctu, terræ illatus.

1627 ANTONIVS WALTBOT de BASSENHEIM

Metropolitanæ Moguntinensis Cantor, Chorepiscopus & Canonicus Treuirensis, ad D. Albani, & Collegialis Moxstadensis Præpositus, tum vero iudicii sæcularis, quod Moguntiæ est, Camerarius.

Georgii Friderici in locum lectus fuit anno 1627, die 7 Iun. quem tamen dignitatis gradum haud ita diu tenuit. Anno namque 1629, die 22 Septembr vesperi circa horam 5 Deo lucis vsuram reddidit, in sacello ædis maioris, quod D. Magno sacrum est, humatus.

IOANNES

IOANNES REINHARDVS *de* METTERNICH 1629

Treuirenſis, Magdeburgenſis, Monaſterienſis, & S. Ferrutii Bleidenſtadii Canonicus, Francofurti ad D. Bartholomæum, & Heiligenſtadii ad S. Martinum Præpoſitus, ad D. Albanum Cuſtos, S.C.M. ac Eminentiſſimi Electoris Moguntini Conſiliarius ſanctior, Archiducis Leopoldi Wilhelmi in diœceſi Halberſtadenſi Locumtenens, Moguntiæ Conſilii aulici Præſes, ac ſæcularis iudicii Camerarius.

Cantor maioris cum ad id vſque temporis fuiſſet, ſurrogatus fuit deceſſori an. 1629, die 29 Octobris. Vir inter æui ſui ſapientiſſimos, auctoritate & virtute ſingulari, præcipue vero in communi illa Germaniæ calamitate de re Catholica & Archiepiſcopatu Moguntino longe meritiſſimus. Anno 1635 legati titulo, magni momenti negotia expediit apud Cæſarem, & an. 1638, die 1 Ianuarii mortem oppetiit. In ædis metropolitanæ ſacello, quod D. Lamberti dedicatum eſt memoriæ, ſepultus.

GEORGIVS ANTONIVS *de* RODENSTEIN 1638

Epiſcopus Wormatienſis, Decanus Moguntinus, Præpoſitus Spirenſis & ad D. Albani: ad B.M.V. vulgo ad gradus Canonicus.

Præpoſiti Moguntinenſis honores capeſſiuit an. 1638, die 10 Febr. Vitam cum morte commutauit an. 1652, die 29 Octobr. horam inter 10 & 11 antemeridianam, funeratus die 13 Nouembr. Moguntiæ in ſacello ædis maioris, quod D. Bonifacii inclitum nomine eſt ac memoria.

ADOLFVS HVND *de* SAVLHEIM 1652

Cathedralis Spirenſis Canonicus, & ibidem ad S. Germanum Præpoſitus, Equeſtris ad D. Albanum, Collegiatarum D. Victoris & B.M.V. ad gradus, nec non Herbipoli ad D. Burchardum Canonicus.

Ex Decano maiori maior Præpoſitus factus an. 1652, die 10 Decembr. Fato ſuo functus an. 1668, die 29 April. in ſacello nouo B.M.V. ſepulcro honeſtiſſimo locum cepit.

IOANNES *ab* HEPPENHEIM, dictus *a* SAAL 1668

Præpoſitus Wormatienſis, & Canonicus Herbipolenſis, Eminentiſſimi Principis Electoris Ioannis Philippi Conſiliarius ſanctior, Conſilii aulici & Cameræ Præſes, ac Locumtenens,

Maioris hactenus Decanus, virtutis merito Præpoſiti muniis, Adolfo fatis functo, admotus fuit: quæ etiam ſingulari ſuſtinuit fama. Erat enim vir cum in omni vitæ officio circumſpectus, tum Chriſtianæ pietatis præcipua quadam laude, ſed maxime conſilio & auctoritate in publicis, priuatisque negotiis ſpectatus.

Finem vitæ tam recte, tam honeſte, tam nobiliter actæ impleuit an. 1672, die 3 Febr. tumulo conditus in ſacello S. Barbaræ, quod in æde eſt metropolitana.

LOTHARIVS FRIDERICVS *de* METTERNICH *in* Burſcheid 1672

Epiſcopus Spirenſis, ſupremus Chorepiſcopus Treuirenſis titulo D. Petri, & Coadiutor Moguntinus.

Clara vir proſapia, ſapientia vero, conſiliique maturitate longe tunc inter alios primus; quo factum, vt ad maxima quæque negotia adhiberetur. Moguntiæ pariter ac Wormatiæ Eminentiſſimi Electoris *Ioannis Philippi* fuit Locumtenens: Præpoſiti maioris vero munus an. 1672, die 21 Mart. conſecutus eſt; quod, cum anno ſequenti in ſolium Archiepiſcopale adſcendiſſet, reſignauit ſiue dimiſit.

Naturæ

Naturæ modum expleuit an. 1675, die 3 Iun. in choro maiori ædis principis illatus conditorio.

1673 THEODORVS CASPAR *de* FVRSTENBERG

Metropolitanæ Moguntinenſis, cathedralis Spirenſis, ac ad D. Albanum Moguntiæ Canonicus.

Meruit ante Regi Hiſpaniarum, ac legionem equeſtrem duxit in Belgio. Præpoſiti maioris dignitate auctus fuit an. 1673, d. 5 April. quam tamen an. 1675, d. 21 Septembr. morti concedens depoſuit. Corpus in ſacello baſilicæ maioris *D. Ioanni Baptiſtæ* ſacro humo illatum; exta, lapide indice, in ſacello Præpoſituræ.

1675 MARQVARDVS SCHENCK *de* CASTEL

Epiſcopus Eichſtadenſis, S. C. M. Principalis Commiſſarius ſiue Locumtenens in Comitiis Ratiſbonenſibus,

Ex Canonico maioris maior factus Præpoſitus an. 1675, die 6 Nou. vita defunctus eſt Ratiſbonæ an. 1685, die 18 Ianuar. Eichſtadii in æde cathedrali iuxta aram principem ſepultus.

1685 IOANNES WILHELMVS *L. B.* WOLF,
dictus METTERNICH *in* GRACHT

Moguntinæ Decanus, Paderbornenſis vero, & Monaſterienſis eccleſiarum Canonicus,

In locum Marquardi ſubiit an. 1685, die 20 Febr. Fatis conceſſit an. 1694, die 15 Decembr. Iubilarius, vt vocant. Tumulatus in æde maiori ad gradus chori ferrei ante aram B. V. adſumtæ, quam ipſe ab integro ſumptuoſe ſtatuit, & Vicaria, quam large ditauit, pio inſtruxit conſilio.

1695 CHRISTOPHORVS RVDOLFVS
L. B. *de* STADION

Metropolitanæ Moguntinenſis Decanus, ad D. Bartholomæum Francofurti, & Moguntiæ ad D. Albanum Præpoſitus, B. M. V. vero ad gradus, vti Equeſtris Bleidenſtadenſis quondam Canonicus. Eminentiſſimi Principis Electoris Conſiliarius intimus & Moguntiæ Locumtenens,

Præpoſitus deſignatus fuit anno 1695, 10 Ian. & præter alia opera, laude perenni digna, ædes Præpoſiti, veteri domicilio deiecto, a fundamentis quam ſplendidiſſime excitauit. Obiit an. 1700, die 17 Ianuar. in choro ferreo ſepultus.

1700 HENRICVS FERDINANDVS
L. B. *von der* LEYEN *in* NICKENICH

Moguntinæ & Treuirenſis metropolitanarum, nec non cathedralis Eichſtadenſis Canonicus,

Ampliſſimam Præpoſiti maioris dignitatem adeptus eſt anno 1700, die 16 Febr. Inclitæ vir virtutis, modeſtiæque. Præſulatum ſane Eichſtadenſem an. 1704 vnanimibus ſuffragiis ſibi delatum ſuſcipere recuſauit. Spiritum poſuit an. 1714, die 8 Martii, in æde principe ante Epitaphium, quod ſumtuoſo opere viuus ſibi erexerat, funeratus.

1714 IOANNES PHILIPPVS FRANCISCVS
S. R. I. Comes de *SCHÖNBORN Bucheim,*
Dominus in *Reichelsberg,*

Præpoſitus cathedralis Herbipolenſis, & Francofurti collegialis ad D. Bartholomæum, Eminentiſſimi Principis Electoris Conſiliarius ſanctior,

Henrici Ferdinandi ſucceſſor e Canonico factus an. 1714, die 4 April. Vti virtutum ornamentis plus quam vulgaribus, ita rebus permultis, in variis ad Imperatorem, Reges, Principes legationibus præclare geſtis inclitus, meruit, vt anno præterito 1719, die 18 Septembr. ad celſiſſimi Epiſcopatus *Wirzburgenſis* culmen proueheretur. quod vt quam diutiſſime teneat, conſilioque ſuo atque auctoritate Imperio proſit, pii omnes vouent, optant.

SECTIO II

SECTIO II
De
DECANIS
IVSTINVS

VEtuſtiſſimus inter omnes, quantum colligitur, tametſi, quo Chriſti anno vixerit, quoue ſub Præſule Decani geſſerit dignitatem, ignotum. Fuiſſe tamen Moguntiæ olim Decanum, hoc appellatum nomine, reperies apud *Helvvichium* ſectione 2 Elenchi p. 216.

* *RAZO* 10..

Occurrit in litteris Wezzilonis, ad D. Victoris Canonici, an. 1064 datis, vocaturque diſerte *Razo Decanus*, loco poſt *Embriconem*, ſummum Præpoſitum, tertio. ex *Decano* poſtea factus eſt *Præpoſitus maior*.

* *RVPERTVS*, ſiue *RVOBERTVS*, 10..
vt tum ſcribebant.

Bis legitur in litteris Sifridi II. primum in iis, quibus Petrenſibus tabulas Fridericianæ fundationis renouat: dein in iis, quibus eisdem decimationem in Thuringia transſcribit. Vocaturque in his pariter ac illis *Ruobertus Decanus* & *Præpoſitus*. Vtræque autem datæ ſunt an. 1069.

VOLCHOLDVS 10..

Occurrit in litteris Ruthardi, datis an. 1090, quibus monaſterium Cambergenſe confirmat, ac in tutelam ſedis Moguntinæ ſuſcipit. Ex quibus corrigas *Helvvichium*, qui l. d. ex Cruſio ſcribit, eum in litteris iſtis vocari *Volckmarum* an. 1080. Habetur ceteroquin, vt apud eundem legere eſt, in litteris Ruthardi, Iacobæorum in gratiam editis, an. 1092.

* *THROMARVS* 10..

Citatur in tabulis Ruthardi an. 1099 confectis, quibus ordinauit, vt textores Moguntini porticum ædis D. Stephano dedicatæ occidentalem renouent, & quotieſcunque neceſſe ſit, reparent.

CEYZOLFVS 11..

Subit ſemel atque iterum. Vt annum 1112, quem *Helvvichius* habet, præteream, an. 1119 in litteris Adelberti I, quibus Canonicis Marianis bona quædam ſtabiliuit. item in priuilegio, ciuibus Moguntinis dato, cum primum promulgaretur: quod circa an. 112. factum: vt ad *Serarium* in notis ad Adelbertum I dictum.

CVNO 11..

Succeſſit Ceyzolfo, reperiturque primum anno 1124 in litteris Adelberti I, tum illis, quibus donationem Collegio Petrenſi ab Aſmaro Præpoſito factam ſciuit, ratamque habuit; tum iſtis, quibus cœnobium Sponheimenſe ſtabiliuit, ac ſedis Moguntinæ patrocinio auctoritateque tutum eſſe voluit. In aliis eiusdem anno 1127 Diſibodenbergenſium in gratiam, de decimis ſoluendis, editis vocatur Cuno, *Cuſtos & Decanus de Domo:* in aliis ſequenti anno perſcriptis: *Cuſtos & Decanus S. Martini:* in aliis an. 1130 datis: *Decanus & Cuſtos maioris eccleſiæ.* Occurritque adhuc an. 1133 in aliis eiusdem Adelberti I tabulis, quibus donationem Emerchonis fratribus D. Victoris confirmauit.

11.. ## HARTMANNVS

Ex Cantore Decanus factus, adducitur testis in priuilegio ciuibus Moguntinis renouato: quod an. 1134 factum esse, ad *Serarium* in annotationibus demonstratum. Anno 1139 testes inter est in tabulis Adelberti II, in gratiam Fratrum D. Victoris confectis. Legiturque adhuc, qua *Decanus maioris ecclesiæ & S. Stephani Præpositus* an. 1143 in litteris Henrici I Archiepiscopi, quas in codice diplomatico inuenies. Ceterum eodem hoc anno ex Decano Præpositus factus est.

114. ## * GERLAVS, siue GERLACVS

S. Victoris Præpositus,

Qua *maioris Decanus* occurrit an. 1144 in litteris Henrici I, quibus cœnobio Erbacensi mansos quosdam contulit ac donauit; & in aliis eiusdem, anno sequenti Albanensium in gratiam editis, testibus his adscriptus verbis: *Gerlaus Decanus maioris ecclesiæ & Præpositus S. Victoris.*

Quod tamen munere hoc postea se abdicarit, ex eo patet, quod in litteris Henrici, quibus an. 1151 monasterium Arnsburgense stabiliuit, in litteris itidem Arnoldi an. 1158, solum *Præpositus S. Victoris* dicatur; contra vero *Henricus Decanus de Domo* iam occurrat in aliis Henrici I, an. 1152 Erbacensium bono perscriptis.

11.. ## * HENRICVS

Gerlaco successit, occurritque, vti iam dictum, an. 1152 in litteris Henrici I, quibus permutationem, quam Erbacense monasterium cum Dudone fecerat, ratam habuit.

11.. ## * HARTWINVS

Ante fuit Cantor maioris. Inuenitur testibus appositus in litteris Arnoldi Archiepiscopi, quibus an. 1155 Collegio in Nörthen donationem ab Archiepiscopo Luitpoldo factam confirmauit.

11.. ## SIGELO

Sigelous etiam dictus. *Camerarius* hactenus, vt in litteris Arnoldi modo dictis videre est. *Decanus de Domo B. Martini* dicitur testes inter, in litteris eiusdem, quibus an. 1159 Stephanitis parochialem Munster-Liederbacensem vindicauit, & in aliis anno 1160, quas in *chronico Mariano* habebis, *Sigelo Decanus & Camerarius.*

11.. ## * HEIDENRICVS

E Canonico factus maior Decanus: quo titulo testibus adscriptus est in litteris Christiani I, quibus an. 1170 curiam monasterii Erbacensis, *Bircken* dictam, liberam esse & ab omni Albergariæ onere immunem pronuntiat.

11.. ## HENRICVS

Hactenus Cantor. Qua *Decanus de Domo* locum habet testes inter, in litteris Christiani I Archiepiscopi, quibus an. 1171 piam beneficamque Ludouici, Thuringiæ Landgrauii, erga Stephanitas voluntatem complexus est. In pluribus aliis modo *maior Decanus*, modo *Decanus maioris ecclesiæ* vocatur. Sub an. 1195 etiam Præpositus collegialis ad D. Martinum Bingensis factus est. Hoc enim titulo eodem & sequenti anno in litteris Conradi I insignitur: sigillatimque in his dicitur *maioris ecclesiæ Decanus, & Præpositus in Pinguia.*

11.: ## * FRIDERICVS

Post Henricum Decani maioris honores capessiuit, nobisque in litteris iudicum, ciuiumque Moguntinorum an. 1200 datis (quas in *chronico Petrensi* § 13 legere est) qua Decanus occurrit. Ex eo modo *maioris Decanus*, modo *maioris ecclesiæ Decanus* in litteris Sifridi II vocatur. Vltimum nobis subiit an. 1212, eiusdem

dem Sifridi in litteris, quas in *chronico Petrenſi* dedimus § 14. Quo quidem ſupremum ille ſpiritum poſuit, ac ad ſuperos exceſſit.

GODEFRIDVS 121.

Cantor maioris vſque huc. Quippe in litteris Sifridi ante citatis, & 2 Non. Septembr. ſcriptis, *Cuſtos & Cantor* diſerte vocatur; *Decanus* vero in litteris eiusdem, quibus an. 1214 factam Collegii ad D. Victoris conſtitutionem, de præbendis proxime vacantibus ad inſtaurationem ædis ad D. Victorem applicandis, factam ſciuit, ratamque habuit.

POPPO 121.

Popelinus etiam dictus. Decani maioris titulo teſtes inter eſt in litteris Sifridi II an. 1216, & in aliis eiuſdem an. 1219 ſuper controuerſia de iure patronatus eccleſiæ Vinicellenſis inter S. Victoris Collegium & ciues loci, quas in chronico *D.* habes *Victoris*.

[*Poſt Poppelinum* Helvvichius *inuertit ordinem. Illi namque ſucceſſiſſe vult* Chriſtianum, *Chriſtiano* Ruthardum: *cum tamen, vt ex ſequentibus patebit, Popponem exceperit* Ruthardus, *Ruthardum* Gerbodo, *quem ille præterit*, Gerbodonem *vero demum* Chriſtianus.]

RVTHARDVS 1220

Vetuſta atque illuſtri plane *Greiffenclavviorum* de *Volrats* familia ortus, vt infra in Canonicis videre eſt. Factus Decanus an. 1220. Anno certe 1221, qua *Decanus maior*, ter occurrit. Primum in litteris Sifridi II, quibus conceſſit, vt Collegium Petrenſe in vrbem immigret, & D. Emerani poſſideat ædem: dein Chriſtiani Præpoſiti ad D. Victorem, queis feudum quoddam, in tractu vici Winckel, ad præbendas fratrum contulit; quo vide chron. *D. Victoris* n. 15. Tertio in litteris Werneri de Bolandia, 4 Non. Iul. in gratiam Canonicorum ad D. Victorem ſcriptis. Obiit, vt coniicere licet, anno inſequenti, *Idus Iunii*, vt necrologium ad S. Victorem habet.

* GERBODO 122.

Decanus maioris eccleſiæ eſt teſtes inter in litteris αὐτογράφοις de cenſu quodam Stephanitis de bonis in tractu villæ Budesheim remiſſo, anno 1222 menſe Aprili datis. Ad *Præpoſiti* poſtea, vt ex ſupra dictis patet, honores conceſſit.

CHRISTIANVS 122.

Hactenus *Cantor*. Gerbodonis in locum tranſiit: ſiquidem anno ſtatim 1223 *Decani maioris eccleſiæ* titulo teſtibus adſcriptus eſt in Inſtrumento Iudicum ſedis Moguntinæ, 6 Id. Mart. confecto, & ſequenti 1224 in litteris Sifridi II de lite Collegii ad B. M. V. vulgo ad gradus, cum Arnoldo Præpoſito compoſita; quo vide *chron. Marianum* § 11. Decani dignitatem geſſit ad annum vſque 1236, quo Præpoſitus factus eſt.

CONRADVS 1236

Quem *Helvvichius* l. d. etiam *Cunonem* vocatum ſcribit: quo tamen nomine nuſquam occurrit. Clariſſimo Nobilium *de Türckheim* ſanguine fuit prognatus, ceterum vero ex Scholaſtico Decanus factus, & Chriſtiano ſucceſſor datus. *Decanum* enim *maioris eccleſiæ Magunt.* an. 1236 legas in litteris Collegii metropolitani, quibus donationem parochiæ Aſpisheimenſis a Friderico, Cuſtode maiori, Collegio D. Ioannis factam confirmauit. Anno 1242, beneficio Sifridi III, factus quoque fuit Præpoſitus ad B. M. V. *in campis*. Biennio poſt ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus vſum acquiſiuit Infulæ, vt *Serarius* iam notauit lib. 5 in Sifrido III § 14; anno 1247 vero ad Epiſcopatus Wormatienſis euectus faſtigium eſt, quo etiam naturæ debitum expleuit. Vid. *Helvvichius* l. d. p. 217.

Ceterum *Cuno* ille *de Buricke*, de quo *monachus Kirſchgartenſis* cap. 40, nullus alius eſt, quam ipſe hic *Conradus* de *Türckheim*, quem is *de Durcke* appellat, vt adeo ex vno faciat duos.

124. # IOANNES

Occurrit nobis primum an. 1251, non autem 1254 demum, vt *Helvvichio* p. 217, & quidem in litteris Christiani II, *Decani maioris* titulo, inter testes donationis tum Collegio metropolitano factæ. Item vltimum in tabulis summi Capituli super precariis Wernero Archiepiscopo electo datis an. 1260, 6 Id. Mart. *Iohannes Decanus* maioris *ecclesiæ Maguntinæ.* Obiit ipso hoc anno, 3 *Id. Octobr.* indice necrologio p. 450.

1260 # LVDOVICVS

Maioris Scholasticus, & S. Victoris Præpositus.

Ioannis subiit in locum, & an. 1261 occurrit inter testes in litteris de controuersia Wernerum Archiepiscopum inter & Comites Rieneccenses, Ludouicum & Gerhardum, occasione castri Esch ab eis in territorio Moguntinensi contra conuentionem anno superiori factam extructi, exorta, tum vero composita. In aliis item an. 1263, 3 *feria proxima post festum Assumpt. B. M. V. in claustro ecclesiæ Maguntinæ* datis. Anno 1267 donauit Collegio S. Victoris varia bona, vt in chronico *S. Victoris* § 20 videre est. Dein, religionis studio & amore, ordinem FF. Minorum ingressus fuit, vt ex litteris patet Werneri, quibus anno 1268 donationem istam confirmauit. Tum temporis autem nondum vita defunctus fuit, vt *Helvvichius* putauit, qui l. d. p. 217 an. 1267 mortuum scribit. Diserte enim *Wernerus* ibi: *Frater Ludvvicus Ord. Fratrum Minorum, quondam Decanus Maguntinus.*

1267 # SIMON de SCHÖNECK

Maioris Canonicus, & ad D. Victoris Præpositus.

Ludouici successor an. 1267, quo etiam annno occurrit in instrumento quodam publico de cœnobio Klingenmünster. Anno 1283, post obitum Friderici Antistitis ad mitram Wormatiensem vocatus fuit, vitaque excessit anno 1291*, 9 Kalend. Nouembr. vt in necrologio est p. 467. Sepulturæ locum nactus Franckenthalii in æde monasterii sacra. *Monachus Kirschgartensis* cap. 47 chron. Wormatiens. p. 140. *Iste* Simon *fuit homo miræ probitatis. Idem* l. d.

* *Monachus*, quem dixi, *Kirschgartensis* temporum rationes hic turbat, & Simonem an. 1293 mortuum dicit.

1283 # GEBEHARDVS

Canonicus Moguntinus, & S. Victoris Præpositus.

Simoni surrogatus est an. 1283, quo etiam Decani titulo occurrit. Anno 1290, 7 Id. Maii, legauit Collegio metropolitano vniuersa bona sua, agros & vineas, in tractu villæ Flersheim, his quidem conditionibus, vt fructibus inde prouenientibus in octo partes diuisis, pars vna ad altare SS. Petri & Pauli exstruendum deseruiat: reliquæ vero in die septimo Wernheri, quondam Archiepiscopi Moguntini, ad 5 Id. April. item in Theoderici Numburgensis olim Episcopi, ad 15 Kalend. Octobr. item in Bernhardi, cathedralis Numburgensis quondam Custodis, ad 5 Id. Augusti; in suorum itidem parentum, ad 4 Id. Iul. & tandem etiam in suo, dum occurrerit, diebus anniuersariis, in æde metropolitana perpetuo peragendis, præsentibus in choro distribuantur. Insuper *Arnoldo* famulo suo constituit 20 maldra siliginis annuatim.

Obiit an. 1293, 7 *Kal. Iul.* Quod ad diem, ille his ipsis verbis habetur in necrologio p. 298. Quod ad annum, ipse ad illum ipsum vsque in actis occurrit. Ne dicam, quod *Arnoldus* ille, de quo modo dictum, in testamento suo 16 Kal. Iun. anno 1294 confecto, inter cetera ordinarit 8 solidos Colonienses distribuendos Canonicis S. Victoris in *septimo Domini Gebehardi, Decani Maguntini,* 5 Kal. Iul. peragendo.

In sacello SS. Petri & Pauli, ab eo excitato, lapis in solo iacet cum figura Prælati, mitra in capite ornati, inscriptione & insignibus detritis. Quin is sepulchralis Gebehardi sit, vix dubium est.

IOANNES

IOANNES *de* SIEGERSBERG 1293

In locum Gebehardi e Canonico ſuffectus eſt anno 1293, & vixit vſque ad annum 1298, quippe quo adhuc in litteris 2 Kalend. Martii datis occurrit. Ceteroquin eodem hoc anno 13 Kal. Iul. fatis conceſſit. Diem diſerte memorat necrologium p. 290. Annum nobis patefaciunt litteræ anno ſequenti 1299, 4 Non. Ianuar. datæ, in quibus Otto de Rüdesheim *Decanus maior* iam inuenitur.

OTTO *de* RÜDESHEIM 1298

Eccleſiarum S. Mauricii Moguntiæ, & S. Martini Heiligenſtadii Præpoſitus, metropolitanæ item Moguntinenſis, ac B. M. V. ad gradus, nec non S. Martini Wormatiæ Canonicus.

Decani in dignitatem ſubiit anno 1298. Anno namque ſequenti, vt iam dictum, in litteris de locatione areæ cuiuſdam in loco, vbi quondam Capella S. Nicolai retro refectorium erat, 4 Non. Ianuar. datis, Decanus dicitur. Mortem oppetiit an. 1320, peruigilio D. Iacobi Apoſt. tumulatus in æde maiori, ad ingreſſum e ſacello Gothardino, cum epitaphio ſequenti:

Otho, pater Cleri, monſtrans lex regula veri,
Te ros irroret, cœli lux alma decoret.

Eius ab obitu Decanatus aliquot annos, non vnum cum dimidio tantum, vt *Helvvichius* p. 218 tradit, vacauit. In litteris enim, quibus Collegium metropolitanum emptioni Vicedominatus Ruſtenbergenſis ab Matthia Archiepiſcopo factæ calculum addidit, ſic: *Nos quoque Gotfridus* Cuſtos, *Eberhardus* Cantor, *totumque Capitulum eccleſiæ Maguntinæ prædictæ*, Decanatu & Scholaſteria *ibidem* vacantibus, *recognoſcimus* &c. Clauſula vero litterarum ita habet: *Datum apud Waltaffen* (Walff) 7 *Kalend. Auguſt. An. Dom.* 1324.

IOANNES *de* CONSTANTIA, 1325

cognomento VNTERSCHOPF,

Francofurti ad D. Bartholomæum, & Moguntiæ ad D. Victorem Præpoſitus.

Patria fuit Conſtantienſis, humilis plane, vt quidam volunt, conditionis parentibus * prognatus. Decani dignitatem iniiſſe videtur anno 1325; ſequenti enim 1326, 5 Id. Ianuar. in litteris Collegii metropolitani (de quibus in *Bertholino* Præpoſito dictum) iam qua *Decanus* maior occurrit. Morte interceptus eſt an. 1345, ipſis Maii Kalendis, vt in necrologio p. 213 adnotatum. Quo ceteroquin vitæ fuerit tenore, *Helvvichius* iam in compendio dixit, quem v. p. 218.

* Dubitandi anſam præbet, quod *Rudolfus Delckener* de *Conſtantia*, arcis *Camerberg*, in tractu *Lorch*, Caſtrenſis, & Scultetus poſtea Moguntinus, ipſius e ſorore nepos, *Armiger* vocetur.

GERLACVS 1345

Comes *de* Naſſau, *Adolfi* Imperatoris nepos,

Canonicus Moguntinus.

Ioanni ſucceſſit an. 1345: ſequenti vero 1346, Pontifice ita volente, iubente, ad titulos Moguntinenſes vocatus, ac *Henrico Virnenburgio* oppoſitus fuit. De quo cum ſatis iam dixerint *Serarius* l. V rer. Mogunt. & h. l. *Helvvichius* p. 218, non eſt, cur hic quidem ſimus copioſiores.

RVDOLFVS *dictus* LOSS, *de Iſenaco*, 134.

Vir ſpectatus ac prudens, Caroli IV Imperatoris a conſiliis, e Canonico Decanus deſignatus fuit, ex quo Gerlacus ſedis Moguntinæ culmen adſcendit. Anno ſane 1348 a Carolo, quem modo diximus, IV, in litteris, Spiræ datis, *Decanus Moguntinenſis* vocatur, his vernacula verbis; *Bekennen, daß vvir izund lang ſchuldig ſin gevveſt dem Erbern* Rudolf *genannt* Loſſe, Dechant zu Menze, *vnſerm lieben Rath vnd Pfaffen, zvvei Marck Silbers, vnd dem Strengen Ritter,* Herman Loſſe, *ſinem Bruder* *, *LIII Schok Böhmiſcher Groſchen* &c. Obiit an. 1364 2 Non. Ianuar. in ſacello, quod honori S. Michaelis ſacratum, tumulatus.

* De quo *Balduinus* Adminiſtrator in litteris anno 1341; *Hermann Loſs von Iſenach, einem vvolgebornen Knechte* - - - Conf. *Paullini* annal. Iſenacenſ. § 93 p. 86.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

1364

OTTO *de* WETTIN

Wormatiensis ecclesiæ Cantor, Moguntinensis Canonicus.

Mindensis, quod *Helvvichius* l. d. p. 218 vult, non fuit. Diserte enim *Busso Wattensledius* in Chronico Mindensi p. 36 scribit, Canonicos Mindenses, quum illis imponeretur Episcopus, rem ægre tulisse, *cum non nossent alienæ gentis hominem.* Ceterum Caroli IV Imperatoris sanctior fuit Consiliarius. *Wattensledius* l. d. p. 35.

Rudolfi in locum suffectus est eodem, quo ille obiit, anno. In litteris enim Gerlaci an. 1364, die Vrbani datis, *Decanus Moguntinensis* explicate dicitur. Commendatione ac indulgentia Papæ anno 1367 sedem Mindensem iniit, a Canonicis, cum de viri virtute, doctrina, & prudentia certiores redditi essent, peruigilio festi, corpori Dominico sollemnis, quam honorificentissime exceptus. *Wattensledius* l. d. p. 36. Anno sequenti 1368, *circa festum Alexii*, hydrope extinctus, & Mindæ in choro FF. Prædicatorum sepultus. *Idem* l. d. *Cratepolius* in annal. Episcoporum Mindensium p. 431, collacrimantibus cunctis, *qui sibi spem fecerant de tanti viri prouectione*, vt *Albertus Cranzius* loquitur lib. 10 metropol. cap. 25. Erat enim moribus, virtutibus, & eruditione spectatus. Ex quibus corrigas *Helvvichium*, qui anno 1368 Episcopum factum, eodemque anno die 16 Augusti defunctum scribit.

1367

HENRICVS BEYER *de* BOPPARDIA

Canonicus Moguntinus.

Antiquo, nobilique natus genere, Ottoni successit. Gerlaco pariter ac Adolfo quam maxime gratus. Illi enim dignus visus, cui anno 1368, litteris die 10 Octobr. Altæuillæ scriptis, vna cum *Hertvvico* de *Saulheim*, Canonico, *iurisdictionem suam ordinariam* committeret. Isti, quem ad consilia adhiberet sanctiora. Passim sane hoc eum ornat titulo: *Vnser lieber hemlicher Rade*; vltimum quidem anno 1377 feria 2 post Kiliani. Extremum vitæ spiritum edidit eodem, quem modo signauimus, anno, ipsis Kalend. Octobr. quippe quem diem necrologium nobis prodit. Sepulturæ locum inuenit in choro maiori, ante aram trium Regum titulo notam.

1380

WILHELMVS FLACH *de* SCHWARZENBVRG

Haud statim, vti quidem *Helvvichius* putat, Henrici in locum suffectus est. In litteris enim Adolfi I anno 1378, 1379, quin anno adhuc 1380 in aliis feria 3 post Dominicam *Misericordias Domini*, & feria 6 post diem S. Maximini datis, solo *Canonici Moguntini* occurrit titulo. Eodem tamen hoc anno eiusdem Adolfi in litteris, feria 4 post D. Margaretæ sollemne signatis, quibus *Gerhardum* de *Blanckenheim*, Dominum *de* Kastelberg & Gerhardstein, sibi in auxiliarium adsciuit, qua Decanus reperitur. Vt adeo, cum inter annum 1377 & 1380 nullus inueniatur Decanus maioris, dicendum omnino sit, illum hoc demum anno Decani dignitatem fuisse adeptum. Fato suo functus est an. 1383, peruigilio D. Andreæ Apostoli, terræ illatus in sacello, quod ad ambitum ecclesiæ maioris est, S. Nicolai.

1383

EBERHARDVS *de* IPPELBRVNN

Maioris Cantor, & B. M. V. ad gradus Canonicus, nec non Satrapa Olmensis.

Decanus constitutus est anno 1383. quo fungens munere, dicta præfectura anno 1395, rationibus Conrado II redditis, se abdicauit. E vita emigrauit anno 1418, d. 13 Septembr. in peristylio sepultus.

1418

IOANNES WEISS *de* FEVERBACH

Scholasticus maioris vsque huc. Successor Eberhardi factus eodem, quo vitam ille cum morte commutauit, anno. Naturæ modum expleuit an. 1428, die

die 20 Martii, in æde maiori ante aram D. Kiliani funeratus; quem quidem locum, ea in chorum ferreum translata, monumentum Reuerendiſſimi Præpoſiti *von der Leyen* nunc occupat: ante quod tamen adhuc lapis, isque ſatis magnus viſitur, cum effigie Ioannis mitrati, eiusdemque nomine & inſignibus gentilitiis.

PETRVS ECHTER *de* MESPELBRVNN 1428

Scholaſticus maioris, nec non S. Mauricii Præpoſitus, & ad B. M. V. ad gradus Canonicus,

Decanus fuit electus an. 1428. Vir & auctoritate præſtans & conſilio. Quo factum, vt Conradus III Archiepiſcopus anno ſequenti Poſonium in Hungariam ad Comitia Imperii, tum ibidem habenda, conceſſurus, *iurisdictionem* ei *ſuam ordinariam* commiſerit. Naturæ debitum expleuit an. 1442, die 16 Ianuar. humo illatus in ſacello, quod D. Andreæ Apoſtolo ſacrum eſt.

PETRVS *de* VDENHEIM 1442

Scholaſticus hactenus *maioris, & ad S. Albanum Præpoſitus,*

Echteri conſtitutus ſucceſſor an. 1442. Supremum diem obiit an. 1448, 5 Non. Octobr. ſepultus in æde maiori prope aram D. Chriſtophori memoriæ & honori erectam.

RICHARDVS *de* CLEEN 1448

Eccleſiæ Metropolitanæ Cantor, ad S. Crucis autem *& D. Albani Præpoſitus,*

Excepit *Petrum* de *Vdenheim* an. 1448, ac an. 1450, die 15 Mart. ex vita emigrauit, tumulatus in medio loci, qui vulgo *Memoriæ* dicitur, ſub lapide illo, in quo figura Prælati cum mitra in capite etiamnum conſpicitur.

HENRICVS GREIFFENCLAV *de* VOLRATS 1450

Decanus Treuirenſis, nec non Metropolitanæ Moguntinenſis, & ad D. Albanum Canonicus,

In locum Richardi per viam, vt loquuntur, compromiſſi, delectis, qui nomine Capituli ſucceſſorem ei darent, *Ioanne Flach* de *Schwarzenburg* Cuſtode, *Vulperto* a *Ders* Scholaſtico, *Conrado Rau* Cantore, *Diethero* de *Iſenburg* Comite *in Büdingen*, *Salentino* de *Iſenburg*, *Friderico Wolff* de *Sponheim* & *Georgio* de *Lapide*, Canonicis, an. 1450, die Martis poſt Dominicam *Iudica*, quæ fuit 24 Martii, electus, proclamatus tum a Vulperto, & a Theoderico Archiepiſcopo die 4 Maii confirmatus.

Anno 1455 Decanatu, iuxta cum ceteris omnibus præbendis ſiue beneficiis, abdicato, vltro monaſticen Coloniæ in cœnobio S. Pantaleonis profeſſus eſt, fratris ſui Friderici ductus exemplo: qui, vxore demortua, Hieroſolymas profectus, ſacræque militiæ ibidem exornatus decoribus, tandem mollioris vitæ commodis abiectis, Raguſæ in pauperem & humilem D. Franciſci de regula ſecunda familiam ſe redegit; hoc nobis inter alia nomine commemorandus, quod totius ſtirpis Greiffenclauiorum feliciſſimus ſit propagator.

IOANNES NIX *de* HOHENECK 1455
dictus ENTZBERGER

Præpoſitus Wormatienſis, nec non Moguntinenſis ac Spirenſis eccleſiarum Canonicus.

Henrici in locum ſuffectus fuit an. 1455, eodemque die 30 Aug. a Theoderico, poſt præuiam Hermanni Roſenberg, Vicarii in ſpiritualibus generalis, relationem, confirmatus: vt adeo fallatur *Helvvichius*, dum an. 1456 ſcribit electum. Anno 1459 Spirenſem adiit Pontificatum, quo tamen an. 1464 deceſſit, reſeruata ſibi, quoad in viuis eſſet, arcis Oberngrunbacenſis poſſeſſione; in qua triennio poſt ſpiritum depoſuit. Pfortzhemii in Franciſcanorum æde ſacra ſepultus.

RI-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

1459 # RICHARDVS *de* OBERSTEIN

siue *de Lapide*, vt in litteris *Dietheri*, de quibus statim, vocatur,

Præpositus Aschaffenburgensis & Canonicus Moguntinus.

Ioannis in dignitatem subiit an. 1459, quam dein an. 1474 Bertholdo Comiti Hennebergio concessit, fructibus tamen, censibusque Decano prouenientibus, ad dies vitæ sibi reseruatis. quo cum in crimen Simoniæ incidisset, a Diethero, religionibus, quibus se obnoxium reddiderat, expediri petiit: quibus etiam an 1479 expiatus fuit, vt sequentibus manifestum fit.

DIETHERVS *D.G. sancte sedis Moguntine Archiepiscopus --- a sanctissimo D N.D. Sixto, diuina fauente clemencia Papa IV, in subscripto negocio specialiter deputatus. Omnibus & singulis presentes nostras litteras inspecturis & visuris notum esse volumus, quod honorabilis* Richardus *de* Lapide, *Canonicus eccleſie nostre Moguntine, noster in Christo deuotus & dilectus, constitutus coram nobis, humiliter exponere curauit, quod ipse olim, antequam Decanatum in dicta nostra ecclesia in fauorem & commodum nobilis* Bertholdi, *nati ex* Comitibus *de* Henneberg, *dimitteret, vna cum prenominato Bertholdo conuenerit, atque inter se pacti fuerint ita & taliter, quod omnes & singulos fructus & reditus dicti Decanatus ad se* Richardum, *quamdiu viueret, pertinerent, & in suos vsus conuerteret, prout eciam ex post, pacto huiusmodi preuio, Decanatum predictum dimisit, & hactenus fructus eiusdem in suos vsus conuertit, sola dignitate siue titulo eiusdem Decanatus apud* Bertholdum *manente, crimen & vicium Simonie, inscius tamen & ignarus iuris, misere & infeliciter, contra decreta SS. Patrum, & anime sue salutis periculum incurrendo; super quo nunc sane instructus & informatus plurimum doleat, & quatenus ipsum ab huiusmodi vicio & crimine, quod se perpetrasse recognouit & deplorauit, a censuris, quas ob id incurrisse dicitur, iuxta nobis traditam a S. D. N. Papa prefato potestatem, absolueremus, humiliter & deuote, flexis coram nobis genibus, lachrymantibus verbis supplicauit.*

Nos vero volentes litteras Apostolicas nobis desuper directas in ea parte reuerenter execui, & attendentes, quod S. mater Ecclesia, recurrenti ad eius graciam & veniam petenti, clausum gremium aperire non denegat, prefatum Richardum *coram nobis presentem, & humiliter, vt premittitur, petentem, ex concessa nobis Apostolica auctoritate, ab huiusmodi vicio & crimine, ac censuris, quas ob id incurrisse dicitur, absoluimus & relaxamus, ac in eo vicium huiusmodi abolemus, ac per presentes absoluimus & relaxamus, recepto ab eo primitus iuramento, quod coram nobis tactis corporaliter sacrosanctis euangeliis prestitit, de non comittendo quomodolibet in antea simile vicium, ac parendo mandatis ecclesie & nostris; iniungentes sibi, quatenus huiusmodi crimen, ac alia peccata sua, in foro consciencie sacerdoti idoneo, corde contrito confiteatur, & penitenciam sibi pro illis iniunctam, vltra eam, quam nos sibi imposuimus, adimplere bonis operibus fideliter curaret. In cuius rei euidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in castro nostro Aschaffenburg die XXIII mensis Marcii A. D. MCCCCLXXIX.*

1474 # BERTHOLDVS Comes *de* HENNEBERG

Colonienſis Thesaurarius, Moguntinensis & Argentoratensis Canonicus,

Apostolicæ sedis Protonotarius.

Capitularium vltimus fuit, cum an. 1474 ad Decani succederet honores. Quo vero modo eos obtinuerit, iam dictum. Anno 1484, die 20 Maii ad Pontificatus Moguntini apicem suo prouectus merito est: quem magna etiam tenuit auctoritate ad annum vsque 1504, quo, die 21 Decembr. (non autem 20, vti *Helvvichius* habet) naturæ debitum reddidit, in vestibulo chori ferrei ante altare S. Christophori, ad Petri de Vdenheim latus, humi conditus.

1484 # BERNHARDVS *de* BREIDENBACH

Iuris Doctor, maioris, D. Victoris, B.M.V. ad gradus, & D. Albani Canonicus,

Apostolicæ sedis Protonotarius, nec non iudicii sæcularis Moguntini Camerarius.

Cum an. 1484 Romam missus esset, vt pallium impetraret Bertholdo, occasione in rem suam versa, Decanatum obtinuit, non electione, vt *Helvvichius* habet, sed *impetratione*, vt MS. quidam dicit, quemadmodum alibi iam notatum.

Anno

Anno 1486 Bertholdo affuit, cum Maximilianus Aquisgrani auguſtalibus ornaretur infulis. Obiit an. 1497, die 5 Maii, in ſacello B. Virginis ſepultus.

IACOBVS *de* LIEBENSTEIN 1497

in Decretis Licentiatus, Canonicus Moguntinus,

Vti diſtincte quidem in inſtrumento electionis an. 1497, die 13 Maii conſignato vocatur. Succeſſit Bernardo anno & die, quem modo indicauimus. Anno 1504, Lunæ poſt D. Thomæ Cantuarienſis ferias, ad Archiepiſcopatus gubernacula admotus fuit. Fatis functus an. 1508, 17 Kal. Octobr. vt non modo lapis ſepulcralis, verum etiam necrologium habet; quod contra *Helvvichium* notandum, qui die 16 Iulii mortuum vult.

VRIEL *de* GEMMINGEN 1505

Iuris Doctor, cathedralis Wormatienſis Cuſtos, metropolitanæ Moguntinenſis, nec non collegiatarum B. M. V. ad gradus, & ad D. Albanum Canonicus, Præfectus Mumbacenſis,

Anno 1505 legitimis ſuffragiis Iacobo ſuffectus: cui etiam poſtea an. 1508, Mercurii poſt D. Mauritii ſollemne, in Archiepiſcopatu ſucceſſit. Finem vitæ impleuit an. 1514, die 9 Februar. ſepulcro illatus in loco, qui vocatur *Memoriæ.*

ADOLFVS RAV *de* HOLTZHAVSEN 1508

Maioris Scholaſticus, collegiatarum ad D. Victoris, B. M. V. ad gradus, & S. Crucis Canonicus, ciuitatis Moguntinæ Camerarius,

Vrieli ſurrogatus fuit anno 1508, Decanique munia atque dignitatem in quintum ſuſtinuit annum. E vita namque diſceſſit an. 1512 *, d. 26 Decembr. ſepulturæ traditus in ſacello D. Nicolai nomine inſignito, quod in periſtylio maioris eſt.

* *Non moueat lectorem, quod in lapide ſepulcrali mortuus dicatur an. 1513, quandoquidem manifeſtus ibi occurrit error. Authenticæ enim ſuperant litteræ a* Laurentio *menſe Febr. an. 1513 iam qua* Decano *datæ; vt taceam, d. 4. primis menſis Ianuarii diebus quosdam a Clero ſecundario delegatos, qui* Bommersfeldio Decani *gratularentur dignitatem, Protocollo teſtante.*

LAVRENTIVS TRVCHSES *de* BOMMERSFELD 1513

Metropolitanæ Moguntinenſis Scholaſticus, Cuſtos Wormatienſis, Herbipolenſis, ac collegiatæ ad gradus B. V. quæ Moguntiæ eſt, Canonicus,

Adolfi in locum electus an. 1513, menſe Ianuario. Spectata vir virtute, rebusque gerendis idoneus. Alberto ſane Cardinali & Archiepiſcopo dignus viſus, quem an. 1518 die purificationis ſemper Virginis Mariæ Moguntiæ conſtitueret Locumtenentem; cui etiam ille, nec non eccleſiæ Moguntinæ multa fideliter impendit officia, vt in aliis Alberti litteris eſt, Aſchaffenburgi anno dicto ipſis Kalend. Februar. datis.

Variis poſtea fortunæ aduerſantis ludibriis agitatus, de dignitatis, quem hactenus tenuerat, gradu an. 1528 deſcendit, in ſimplicis locum Canonici ſe redigens, ac tandem an. 1543, die 20 Decembr. * *Iubilarii*, vt vocant titulo inſignis, Herbipoli vitæ fabulam peregit, tumulatus ibidem in æde ſumma; Wormatiæ in periſtylio cathedralis hoc nactus epitaphium:

Reuerendo & Nobili viro, Laurentio Truchſes a Bommersfeld, huius Cuſtodi, Moguntinæ & Herbipolenſis eccleſiarum Canonico, per varia fortunæ ludibria exercito, Amici poſuerunt monumentum. Moritur Herbipoli anno Domini MDXLIII, XX Decembr. & ibidem ſepulturæ traditus. Cuius anima Deo viuat.

Spectari hic merentur nummi ſingulares, quos æri inciſos dedi in libello *de nummis Moguntinis.*

* *Nimirum ab an. 1532, d. 18 Iun. atque adeo 46 annis in eccleſia Moguntina exactis.*

IOANNES *ab* ERENBERG 1528

Præpoſitus cathedralis Spirenſis, maioris Moguntinæ, & D. Victoris Canonicus,

Laurentii in locum ſubſtitutus eſt an. 1528. Sequentibus ceteroquin annis alios etiam gerere cœpit magiſtratus. Locumtenentis quidem (quo titulo in lit-

teris anno 1533 datis occurrit) Camerarii vero sæcularis an. 1538. Extremum vitæ diem morte confecit an. 1544, d. 5 Nouembr. in loco *Memoriæ* funeratus.

1544 ## ADAMVS KVCHENMEISTER *a* GAMBERG

Maioris Scholasticus, ac D. Albani Canonicus.

Suffectus fuit Ioanni an. 1544, ex quo an. 1548 a Sebastiano iudicii etiam sæcularis Camerarius constitutus est. Naturæ debitum exsoluit anno 1553, die 26 Iul. sepultus in loco *Memoriæ*, modo nobis memorato.

1553 ## IOANNES ANDREAS MOSBACH *de* LINDENFELS

Decanus ex Canonico designatus fuit anno 1553, die 21 August. & non ita multo post Iudicii sæcularis Camerarius. Multis ex eo ornatus beneficiis, quorum nonnulla iam in catalogo *Præpositorum* memorata. Cum priscæ virtutis nobilitate ante alios emineret, his fungens muniis, Legatus missus fuit anno 1555 ad Conuentum Augustanum, & anno 1564 ad Wormatiensem. Hoc denique anno, non autem præcedenti (vt *Helvvichius* tradit) Canonicorum suffragiis Præpositi nactus est dignitatem, in qua an. 1571 decessit.

1564 ## GEORGIVS *a* SCHÖNENBVRG

In locum Mosbachii surrogatus fuit e Canonico an. 1564, d. 27 Nouembr. Vir eximiæ religionis ac prudentiæ fama. Constitutus inde an. 1578 Celsissimi Archiepiscopi *Danielis* Vicarius in spiritualibus generalis. Enimuero maioribus par dignitatibus, an. 1580 Theoderico Bettendorfio in Episcopatu Wormatiensi, & an. 1582, die 29 Octobr. Wolfgango a Dalberg in summi Præpositi muniis Moguntiæ successit. Qui cetera velit, indicem inspiciat *Præpositorum* p. 293.

1582 ## IOANNES THEOBALDVS *a* STADION

Metropolitanæ Moguntinæ, cathedralis Augustanæ, nec non D. Victoris & B. M. V. ad gradus Canonicus,

Anno 1582, d. 5 Decembr. Schönenburgium secutus. An. 1585, d. 12 Iun. post horam a meridie octauam vitam cum morte commutauit, ac dignitates fluxas cum sempiternis. Iacet funeratus in choro ferreo ad latus sacrarii, in quo venerabile adseruatur Sacramentum; quem quidem sepulturæ locum ipse, cum adhuc in viuis ageret, elegit; ibi enim cum ciuibus ad mensam accedere solebat Dominicam; quod in libro ad ædem maiorem inferiali memoriæ caussa annotatum. Lapidem ceteroqui sepulcralem haud habet.

1585 ## IOANNES CONRADVS KOTWITZ *ab* AVLENBACH

Moguntinensis & Herbipolensis Canonicus.

Decani maioris adeptus munia est an. 1585; quibus tamen eodem hoc anno abdicatis, postea an. 1594 Custodis in se susscepit partes, Antonio de Wiltberg suffectus, & non ita multo post Herbipoli ad ædem cathedralem Decani.

1585 ## PHILIPPVS CRATZ *de* SCHARPFENSTEIN

Anno 1585, die 23 Septembr. in locum Decani, Kotvvizii abdicatione vacuum, successit, Canonicus hactenus: & an. 1594 Georgii Episcopi Wormatiensis legatum egit in comitiis Ratisbonensibus: cui etiam anno sequenti in Præpositi Moguntini surrogatus fuit officio. Quo conferre iuuabit catalogum *Præpositorum* p. 294.

IOANNES

IOANNES SVICARDVS *a* CRONBERG 1595

Maioris Scholaſticus, ac ad D. Albanum & B. M. V. ad gradus Præpoſitus,

Legitimis eligentium ſuffragiis an. 1595 d. 17 Octobr. renuntiatus fuit Decanus. Quem cum ageret, an. 1599 ſæcularis iudicii Camerarius quoque eſt conſtitutus. Anno vero 1603 Legati vices in comitiis obiit Ratisbonenſibus. Domum redux anno inſequenti d. 17 Febr. Ioanni Adamo in Pontificatu Moguntino datus fuit ſucceſſor.

EBERHARDVS WOLFGANGVS *ab* HEVSENSTAM 1604

S. Albani Decanus, maioris, nec non ad D. Victoris Canonicus,

Anno 1604 d. 4 Auguſt. Ioannis Suicardi in locum lectus eſt, quem quam præclariſſime exornauit. Summam ceteroquin operam in reliquiis ac oſſibus Sanctorum in D. Albani baſilica, flammis feralibus an. 1552 deuaſtata perquirendis, & officiis diuinis in ea rurſum inſtituendis impendit, vt in *chronico Albani* pluribus dictum. Quibus occupatus, anno ſtatim ſequenti d. 28 April. præmatura morte vitam finiit. In ſacello D. Nicolai, vt *Helvvichius* memorat, piorum omnium luctu, pauperum in primis, erga quos beneficus ſemper fuerat, terræ mandatus. Lapidem, titulumque, quos meruit, non habet.

IACOBVS *ab* ELZ 1605

Treuirenſis ac Spirenſis, nec non ad D. Albani & D. Victoris Moguntiæ Canonicus,

Ex Scholaſtico an. 1605, die 30 Iun. Decanus factus eſt. Cum in obeundis muneris ſui partibus acris ac vigilantis omnino eſſet ingenii, dignus habitus fuit, qui Locumtenentem etiam ageret Moguntiæ. Decani honoribus immortuus an. 1621, die 23 Decembr. ſepulturæ locum nactus eſt in periſtylio, ſine vllo tamen appoſito monumento.

FRIDERICVS *a* SICKINGEN 1622

Ioannis Suicardi in ſpiritualibus ſiue eccleſiaſticis Vicarius, metropolitanæ, nec non ad D. Albanum & B. M. V. ad gradus Canonicus,

Iacobi in locum ſublectus anno 1622, die 15 Febr. quem inter maximas temporum iſtorum difficultates magna ſemper tenuit laude. Prouiſione Ioan. Suicardi an. 1626, die 18 April. Præpoſituræ ad D. Georgium Pfedershemenſi, quamplurimis iam annis, Palatino remorante, vacanti, & an. 1630 illi, quæ ad D. Albanum eſt, impoſitus fuit. Tandem Suecis, Moguntiam opprimentibus, in exilium ſeceſſit, ac Clingenauiæ, quod Epiſcopi Conſtantienſis in Helvetia oppidum eſt, an. 1634, die 3 Mart. hora 8 matutina & calamitatum & vitæ finem inuenit.

GEORGIVS ANTONIVS *de* RODENSTEIN 1634

Epiſcopus Wormatienſis & Scholaſticus maioris,

Anno 1634 in Decani ſubiit dignitatem, electione Coloniæ Agrippinæ ob arma Suecica, quæ Moguntiam affligebant, die 14 Iun. peracta: quam dein an. 1638, Præpoſitus factus, dimiſit.

ADOLFVS HVND *de* SAVLHEIM 1638

Pari cum deceſſore fortuna ex Scholaſtico maiori an. 1638, die 22 Iun. Decanus conſtitutus eſt, & an. 1652 ex Decano factus Præpoſitus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

1653 **IOANNES *ab* HEPPENHEIM**
dictus *a* SAAL

Metropolitanæ Moguntinensis Canonicus, an. 1653, d. 6 Febr. Collegii suffragiis Decani obtinuit locum, & an. 1668 Præpositi: ad quem cum euectus esset, Decani dignitate se abdicauit.

1668 **MARSILIVS GODEFRIDVS**
ab INGELHEIM
Metropolitanæ Moguntinensis & cathedralis Herbipolensis Canonicus,
nec non B. M. V. ad gradus Moguntiæ Præpositus,

Ioannem ab Heppenheim rite lectus excepit anno 1668, die 21 Augusti. Obiit an. 1679 die 8 Septembr. Crauthemii, Carolum Henricum Electorem, fidelis obsequii sacramentum a ciuibus in tractu superiori recipientem, comitatus, morbo, quem apoplexiam dicunt, correptus, cum nudius tertius Waltdüræ ad altare *sanguinis*, vt vocatur, *corporalis* celebrasset. Terræ redditus Moguntiæ in sacello OO. SS. summo totius ciuitatis luctu; erat enim vir æquus & iustitiæ amantissimus: patronus ciuium singularis.

1679 **IOANNES WILHELMVS *L. B.* WOLF,**
dictus METTERNICH *in* GRACHT

Scholasticus hactenus, Marsilium Godefridum secutus est, Decanus electus an. 1679, die 4 Nouembr. meruitque, vt an. 1685 Marquardo Eichstadiensi Episcopo in summi Præpositi sufficeretur dignitate, ad quam euectus, Decani munia dimisit.

1685 **CHRISTOPHORVS RVDOLFVS**
L. B. *de* STADION
Canonicus Moguntinus,

Virtutis merito Decanus constitutus fuit an. 1685, die 8 Mart. quem agens, decennio post ad altiorem adscendit gradum, maior renuntiatus Præpositus.

1695 **IOANNES PHILIPPVS**
L. B. *de* GREIFFENCLAV *in* Volrats
Ecclesiæ metropolitanæ Cantor, cathedralis Herbipolensis, nec non Moguntiæ Equestrium ad D. Albani & Ferrutii Canonicus,

Cum gloriæ maiorum succreuisset, dignus habitus est, qui Decani sustineret munia, ad quæ etiam an. 1695, die 7 Febr. legitimis suffectus fuit suffragiis. Sustinuit autem ea singulari cura, dexteritateque vsque ad an. 1699, quo, die 9 Febr. cathedram Herbipolensem inscendit. Obiit anno regiminis sui 21, natiuitatis Dominicæ 1719, die 3 Augusti.

1699 **FRANCISCVS EMERICVS WILHELMVS**
de BVBENHEIM
Cantor & Archipresbyter Moguntinus, Herbipolensis olim similiter Canonicus,

Decani consecutus dignitatem est an. 1699, die 26 Martii. Varia ceteroquin eaque pereximia gessit munia. Præpositus enim fuit Moxstadiensis, Decanus Equestris D. Ferrutii, & ad D. Albani Scholasticus, Eminentissimi Principis Electoris Consiliarius intimus ac Locumtenens Moguntiæ. Cum an. 1707, die 27 Nouembr. Iubilarii insignitus esset honoribus, biennio post, anno scilicet 1709, die 18 Nouembris in fata concessit, sepultus in gradibus chori ferrei; ante aram S. Christophori, quam, veteri deposita, nouo ac sumptuoso opere statuit.

1709 **HVGO WOLFGANGVS**
L. B. *de* KESSELSTATT

Cantor vsque huc. Anno 1709, die 18 Decembr. ad Decanatus honores fecit gradum, quem magna etiamnum sustinet dignatione. Est alioquin cathedralis *Halberstadiensis*, nec non Equestrium *ad D. Albani* & *Ferrutii* Canonicus. Quem vt Deus multos seruet annos, omnique beet prosperitate, optandum.

SECTIO III

SECTIO III
De
CVSTODIBVS.

ARNOLDVS 10..



Ustodis metropolitani titulo nobis occurrit in tabulis Sifridi I, quibus anno 1069 Petrensibus Friderici fundatoris renouauit litteras, simulque vocatur *Præpositus*. Vixit adhuc an. 1090, & qua *Custos* testes inter citatur in litteris eiusdem Sifridi, quibus cœnobium Cambergense stabiliuit, & in Moguntinæ sedis suscepit tutelam.

CVNO 11..

Fuit *Custos* & *Decanus* simul : vti sane vtroque hoc insignitus axiomate locum habet in testibus ab Adelberto I, cum an. 1127 litem de decimis colligendis in gratiam Fratrum Disibodenbergensium decideret, adhibitis : in aliis item an. 1128, 1130, & 1133 ab eodem perscriptis, vti supra in catalogo *Decanorum* a nobis notatum est.

HENRICVS 11..

Collegiatæ ad D. Ioannis Moguntiæ, & B. M. V. Erfurti Præpositus *.

Qua *Custos maior* nobis primum subit in confirmatione priuilegii, quod Adelbertus I Moguntinis dederat, an. 1134 (vt alibi ostensum) facta, vltimum vero in diplomate Henrici I, an. 1147 D. Disibodi Fratribus dato.

* Qua *Erfordiensis Præpositus* primum inuenitur in litteris eiusdem Henrici an. 1143 perscriptis, his quidem verbis : *Heinricus maioris ecclesiæ Custos & Erffordiensis Præpositus.* In Adelbertinis vero an. 1139 & 1140 tantum *Custos*, item *Custos maioris Domus* dicitur.

ARNOLDVS 11..

Custos de *Domo* adscribitur testibus, quos Arnoldus Archiepiscopus an. 1158 adhibuit, quum monasterio D. Ruperti iuxta Bingam bona, quæ Sanctimonialibus, transactione cum S. Disibodi cœnobitis facta, cesserant, confirmauit. Fuit etiam *Præpositus Erfordiensis*, ac hoc titulo occurrit anno itatim sequenti in litteris, quibus idem Arnoldus Stephanitis ecclesiam Münsterliederbacensem vindicauit, scribiturque : *Arnoldus Custos maioris ecclesiæ, & Erfordiensis Præpositus.* Postea ad *Præpositi maioris* adscendit dignitatem.

RVGGERVS *siue* RVTGERVS 11..

Legitur in tabulis Conradi I an. 1189, quibus factam a se cum Petrensibus permutationem quandam consignauit, his quidem verbis : *Ruckerus maior Custos.* in aliis an. 1190 vocatur *Ruggerus maioris ecclesiæ in Maguntia Custos & Præpositus S. Ioannis.* in aliis an. 1195 & 1196, *Ruoggerus Custos & Archidiaconus.*

Dum Custodis fungebatur officio, Præpositura ad *D. Ioannis* Custoriæ maiori in perpetuum incorporata fuit, siue adunata. Vt adeo, qui Custos maioris est, sit etiam ad *D. Ioannem* Præpositus. Videantur tabulæ in *chronico S. Ioannis.*

* G. f. *Godfridus* vel *Gerhardus* 12..

Occurrit, *Custos*que *maioris* vocatur in litteris de bonis quibusdam an. 1206 Cunoni *de* Müntzenberg venditis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

12.. ## ALBERTVS

Custodis officio functus est sub an. 1209 & 1210, quippe quibus occurrit. An. 1209 quidem in litteris, quas ipse dedit, & sic orditur : *Albertus D.G.S. Ioannis in Maguntia Præpositus, & maioris ecclesiæ Custos.* anno 1210 in litteris Sifridi II, 14 Kal. Ian. datis de controuersia Stephanitarum cum Hartrado de Merenberg composita.

1211 ## GODEFRIDVS

Albertum excepit, ex Cantore Custos factus. Quippe anno iam 1212 Custodis titulo nobis subit in litteris Sifridi II, 14 Kal. Dec. S. Victoris fratribus datis. Anno sequenti, Friderico Cantore Decani dignitatem adepto, Cantoris simul munia obire cœpit; siquidem in litteris dicti Sifridi II, quibus Collegio D. Stephani an. 1212, 2 Non. Septemb. ius patronatus ecclesiæ in Amena confirmauit, testibus his adscriptus verbis est : *Godefridus Custos & Cantor.* Post hæc Custodis solum gessit partes, ac an. 1224 adhuc citatur.

[*Godefrido* Helvvichius *statim subiungit* Simonem. *Sed perperam, vt ex sequentibus patebit*]

1224 ## * ERHARDVS

Godefridi in locum subiit, & an. 1224 *Custodem & Archipresbyterum ecclesiæ Maguntinæ* se vocat in litteris, quibus ius patronatus ecclesiæ in Amena Dominis de Müntzenberg adiudicat aduersus Conradum Pincernam de Clingenberg.

12.. ## * FRIDERICVS Comes de EBERSTEIN

Præpositus D. Petri, & Canonicus Moguntinus,

Anno 1233, 6 Kal. Maii feudum siue beneficium quoddam in Mummenheim collegiali D. Ioannis contulit. Triennio post parochialem villæ Aspisheim eidem in augmentum præbendorum donauit. quo vid. chron. collegiatæ istius §. 8. † an. 1242, vti quidem colligere est ex litteris Sifridi III, h. a. datis, in quibus dicit; *Præpositura* (D. Petri) *vacante.*

12.. ## SIFRIDVS *de* ALDENBVRG

Fridericum secutus : quem legas in litteris, quibus an. 1244, ipsis Idibus Nouembr. Collegium metropolitanum priuilegia, a Sifrido III ciuibus Moguntinis concessa, confirmauit. Anno 1251 testes inter est in tabulis Christiani II, quibus bona nonnulla sua Collegio metropolitano attribuit, vt in codice diplomatico videre est. Quod bene notari velim, quandoquidem *Helvvichius* sect. 3 p. 222 longius, quam par est, a loco illum remouet suo, & Reinhardo subiungit.

12.. ## SIMON

In litteris Friderici Canonici ad D. Stephanum & Rectoris Domus hospitalis, an. 1252, 17 Kal. Decembr. datis, diserte memoratur his verbis ---- *Simon Custos* ---- *& ceteri fratres omnes Capituli Maguntini.* citaturque hoc adhuc titulo annis subsequentibus vsque ad 1279.

12.. ## EBERHARDVS

Præpositus Aschaffenburgensis,

Custos citatur in litteris, vt *Helvvichius* obseruauit, an. 1291 datis; item an. 1294 in aliis, quibus Engelbertus Comes de Ziegenheim, Ludouici filius, Gerhardo Archiepiscopo Mogunt. oppidum & castrum Neustatt pretio 2200 marcarum denariorum Colonienſ. vendidit. In viuis adhuc fuit an. 1297. Quo anno obierit, incertum. Diem vero nobis signat necrologium, dum p. 259 ad 4 Kal. Iun. habet : † *Eberhardus Custos Mogunt.*

GO-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

GODEFRIDVS Baro *de* EPPSTEIN 12..

Chorepiſcopus Treuirenſis, Canonicus cathedralis Herbipolenſis, & Moguntiæ Præpoſitus S. Petri.

Variis citatur titulis. an. 1299 *Cuſtos maioris & Præpoſitus S. Ioannis*; an. 1303 *Theſaurarius eccleſiæ Moguntinæ*; an. 1307 *Archidiaconus Treuirenſis, Cuſtos Moguntinus, & Præpoſitus S. Petri* appellatur. Vixit adhuc & occurrit an. 1327 in litteris 4 Id. Aug. ſignatis.

* *EMICHO*, qui & *EMERICVS*, 13..
Comes *de* NASSAV

Cuſtos Moguntinus dicitur in priuilegio Henrici Archiepiſcopi an. 1336, Martis ante Andreæ, ciuitati Aſchaffenburgenſi dato. Item in laudo Comitis Gerlaci Naſſouii, tanquam arbitri inter eum ac ciues quoſdam Moguntinos, in puncto cenſus de vineis *im Keſterich*, Cuſtodi metropolitano debiti, an. 1338 feſto B. Mariæ Magdalenæ.

HENRICVS *de* BYENBACH 13..

Cuſtos maioris iam inuenitur in litteris Capituli maioris, an. 1344 feria 5 poſt D. Bonifacii memoriam datis. Et cum Gerlacus Naſſouius Henrico Virneburgio oppoſitus eſſet, ac Hermanno de Schöneck Cuſtodis contuliſſet dignitatem, an. 1348 a Stephano Cardinali ſimpliciter *Canonicus* vocatur. Mortuo tamen Hermanno, & Henrico Grensbachio, de Cuſtodis officio, lite de Cuſtoria tandem compoſita, decedente, in litteris Gerlaci, an. 1356 feria 4 poſt Dominicam *Miſericordias* ſignatis, rurſum *Cuſtos* dicitur.

Inſtituit ceteroquin in æde *D. Stephani* Vicariam perpetuam, & quidem in honorem S. Bonifacii, quam dote 1200 librarum Hallenſ. inſtruxit, altare etiam in eadem eidem ſacrum de nouo conſtrui curauit; vt Decanus & Capitulum collegiatæ illius in litteris an. 1365 perſcriptis, laudato fundatore tum iam mortuo, grati profitentur.

* *HERMANNVS* de *SCHÖNECK* 13..

A Gerlaco, quum Virneburgio, vt dictum, oppoſitus eſſet, Cuſtos renuntiatus; qui etiam in litteris an. 1348, 1352, & 1353 ſignatis, occurrit. Diem obiit an. 1355; in litteris enim anno ſequenti 1356 datis, mortuus iam dicitur.

* *HENRICVS* de *GRENSBACH* 13..

Hermanno, fatis functo, a Gerlaco ſurrogatus. In litteris ſane Collegii metropolitani an. 1355 Cuſtodis inſignitus titulo legitur. Lite tandem de Cuſtoria, vt dictum, compoſita, Bienbachio locum reliquit.

REINHARDVS Comes *de* HANAV 1357

Henricum de Bienbach excepit. Anno namque 1357 Cuſtos appellatus nobis ſubit, eodemque ad annum vsque 1368 in inſtrumentis publicis citatur.

ERWINVS *de* ROHRBACH 13..

Canonicus Moguntinus & Aſchaffenburgenſis,

Reinhardi in locum ſubiit, & in litteris 1370, 1372, 1373 *Cuſtodis Moguntini* adducitur titulo; anno vero 1377 hoc: *Ervvinus de Rohrbach D.G. Archi-Theſaurarius maioris, & Præpoſitus eccleſiæ S. Iohannis.* Quo anno vita defunctus ſit, haud patet; de die vero certiores nos reddit *liber Animarum* p. 109, vbi ad 6 Non. Mart. ſic: † *Ervvinus de Rorbach, Canonicus & Cuſtos Mogunt.* Fratrem habuit *Dietericum*, aulæ Moguntinæ ſub Gerlaco Archiepiſcopo Mareſchallum.

IOAN-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

13.. ## IOANNES Comes *de* RIENECK,

Custos maioris vocatur in tabulis Adolfi I Archiepiscopi, Altæuillæ an. 1384, Dominica *Reminiscere*, Bertholdo Göler de Rauensburg; Dominica *Palmarum*, Cunoni Archiepiscopo Treuirensi; feria 5 infra octauam Pentecostes, Wasmudo, Iudici Moguntinensi, concessis. Et sic in aliis vsque ad an. 1398, quo a Ioanne II, quem vna cum quibusdam aliis suscipere recusabat, Custodis dignitate, ceterisque beneficiis exutus fuit. quo vide, quæ ad *Serarium* dicta lib. V in *Ioanne II*, ad § 1. Indice tabula in loco Capitularium conuentibus destinato suspensa, spiritum reddidit an. 1401, die 22 Nouembris.

14.. ## BRVNO *de* SCHARPFENSTEIN

Metropolitanæ, nec non B. M. V. ad gradus Canonicus, B. M. V. VVesaliæ, quæ superior dicitur, Præpositus,

Ioanni surrogatus, Custos Moguntinus nominatur in tabulis fœderis, quod Ioannes II Archiepiscopus cum Balthasare patre, & Friderico filio, Landgrauiis Thuringiæ & Marchionibus Misniæ iniit, an. 1400 signatis. Ioannis a sanctioribus fuit consiliis, passimque ab eo vocatur *vnser lieber Hemlicher*. Obiit sub an. 1415; superiori 1414, die 20 Decembr. in constitutione manusidelium S. Stephani nobis adhuc occurrit.

1415 ## PHILIPPVS FLACH *de* SCHWARZENBVRG

Brunoni successit, & in litteris Ioannis II, quibus an. 1416, feria 4 post diem B. Matthæi, sententiam de controuersia inter communitates Halgarten & Hattenheim super siluis quibusdam pronuntiauit, Custodis gerit titulum. Collegio D. Albani a Conrado Archiepiscopo primus datus est Præpositus an. 1419. Fatis concessit anno 1429, 3 Non. Martii. sepulturæ locum nactus in sacello D. Nicolai in peristylio.

1429 ## IOANNES FLACH *de* SCHWARZENBVRG

Philippi agnati in locum suffectus est, eundemque tenuit ad annum vsque 1453, quo, die 25 Nouembr. e vita emigrauit, in eodem D. Nicolai sacello tumulatus.

1453 ## DIETHERVS *de* ISENBVRG

Comes *in* Büdingen,

Canonicus Moguntinus, Treuirensis, & Colonienſis, nec non ad D. Victoris Præpositus,

Ioanni surrogatus an. 1453, Custodis officio functus est ad annum vsque 1459, quo Archiepiscopatus admotus gubernaculis, id dimisit.

1459 ## RVPERTVS Comes *a* SOLMS

Dietheri consanguineus (nepotem ex sorore *Helvvichius* dicit) & in Custodis dignitate successor. Fuit etiam ad S. Stephanum Præpositus, & Adolfi Archiepiscopi anno 1471 ad comitia Ratisbonensia profecti Moguntiæ Locumtenens. Mortem obiit an. 1499, die 8 Iun. ætate grauis & ex senio cæcus; funeratus in loco *Memoriæ*, ac nuper admodum in eodem tumulo socium nactus Ottonem *de* Malsburg.

1499 ## WILHELMVS Comes *de* HONSTEIN

Moguntinæ, Colonienſis, & Argentinenſis, nec non ad D. Stephani Moguntiæ Canonicus, Northusæ ad S. Crucis Præpositus,

Custos renuntiatus a Bertholdo die 30 Iun. an. 1499. quem cum ageret, a Iacobo an. 1505, die 24 Nou. Vicarii in ecclesiasticis auctus dignitate est. Enimuero, quum anno postero, 1506, die 9 Octobr. cathedram iniisset Argentoratensem, Custodis officio anno insequenti se abdicauit. Quod fide, prudentia, laudeque virtutis in paucis esset conspicuus, ad obeundas Locumtenentis Moguntini partes

partes adhibitus fuit sub an. 1516, 1525 & seq. & hunc sibi id temporis circumposuit titulum: *Wilhelm von Gottes Gnaden Bischoff zu Strasburg vnd Landgraue zu Elsas, Statthalter im Ertzstifft Meintz.* Obiit annis pariter & meritis grauis, (*Iubilarius*, vt vocant, ab anno iam 1535, die 20 Iun.) an. 1541, sepultus Tabernis Alsaticis.

THOMAS Comes *de* RIENECK, 1507

Wilhelmo substitutus an. 1507, die XI millium Virginum memoriæ sacrato. Variis ceteroquin dignitatibus ecclesiasticis eminuit. Coloniæ enim ad maiorem Prodecanus fuit, ad D. Gereonis Collegialem vero Decanus; Argentorati item Canonicus, & Moguntiæ Cancellarius Vniuersitatis. De reliquo, tum virtute, tum auctoritate sua spectatus ætate. Vnde an. 1514 ab Alberto Nuntius Romam missus pro impetrando pallio. Custodis dignitate decessit an 1538, & tandem Canonicus senior ac Iubilarius fato suo functus est an. 1547, die 28 Iulii.

IOANNES ALBERTVS 1538

Marchio Brandenburgensis &c.

Maioris ad tempus, *nec non S. Victoris Præpositus, eccleſiarum item Colonienſis & Herbipolenſis Canonicus,*

Suffectus est Thomæ an. 1538. Maioribus vero dignitatibus par, patrueli Alberto Cardinali in Archiepiscopatu Magdeburgensi & Episcopatu Halberstadensi successit an. 1545, Custoria an. 1549 abdicata. Vitam cum morte commutauit an. 1550, die 16 Maii. Halis Magdeburgicis illatus sepulcro.

CHRISTIANVS *a* GLEICHEN 1549

Maioris & D. Albani Canonicus,

Custodis dignitatem, Ioannis Alberti abdicatione vacantem, adeptus est an. 1549; quam quidem vix duos annos gessit. Anno namque 1551, die 13 Nou. eam cum spiritu deposuit, sepulturæ traditus in loco Memoriæ.

ARNOLDVS *de* BVCHOLTZ 1551

Præpositus cathedralis Leodienſis, Moguntinæ maioris Scholaſticus, ad D. Albani Cuſtos, & ad S. Victoris Canonicus,

Custos constitutus fuit an. 1551. Legati dignitate an. 1566 missus est ab Antistite Leodiensi Gerhardo de Grosbeck ad comitia Augustana, & an. 1568 die 24 Ianuar. vitæ finem impleuit. Leodii in æde principe funeratus.

MARQVARDVS *ab* HATSTEIN 1568

Episcopus Spirenſis, Canonicus Moguntinus, & quondam Cantor,

In locum Arnoldi Custos designatus fuit a Daniele an. 1568, die 8 Iun. Cameræ Imperialis siue tribunalis summi Spirensis anno sequenti meruit constitui Iudex, & an. 1581, die 7 Dec. Vdenhemii ad superos transiens humana deseruit. Spiræ in maiori, ritu solemni, tumulatus.

ANTONIVS *a* WILTBERG 1581

Scholaſticus Metropolitanus, Wormatiæ, Erfurti ad B. M. V. & Bingæ ad D. Martini Præpoſitus: Canonicus ad D. Victoris, & Iudicii ſæcularis Moguntini Camerarius,

Marquardum excepit, eamque tandem, quam ille, viam ingressus, morte occubuit an. 1594, die 9 Febr. Moguntiæ in peristylio sepultus.

IOANNES CONRADVS KOTWITZ *ab* AVLENBACH 1594

Herbipoli cathedralis Decanus, ad D. Ioannis vero in Haugis ibidem, nec non cœnobii Weſtervvinckel Præpoſitus,

Ab Archiepiscopo Wolfgango Antonii in locum substitutus fuit an. 1594,

die 13 April. & libitinæ in rationem venit an. 1610, die 29 Dec. Herbipoli in æde principe funeratus.

1611 **IOANNES CHRISTOPHORVS**
NEVSTETTER *dictus* STVRMER

Bambergæ tum cathedralis, tum collegiatæ ad D. Stephani Præpositus,
Canonicus Herbipolensis, S. C. M. Consiliarius,

Die 25 Ian. 1611 Custodis maioris nactus dignitatem est, eamque plures annos magna virtutis opinione gessit. Viuendi finem fecit an. 1638, die 9 Nou. & Bambergæ in æde cathedrali sepultus, hoc ornatus fuit epitaphio:

Admodum Reuerendus ac Prænobilis Dominus Ioannes Christophorus Neustetter, Sturmer *dictus, huius ecclesiæ Præpositus ac Senior, & Metropolitanæ Moguntinæ Custos, cathedralis Herbipolensis Senior & Iubilæus, quatuor Imperatorum Consiliarius, familiæ suæ vltimus, natus anno MDLXX, obiit anno MDCXXXVIII, IX Nouembris. Cuius anima Deo viuat.*

Generatio præterit, & generatio aduenit.
Eccl. 1, 4.

1638 **HVGO EBERHARDVS Comes CRATZ**
***de* SCHARPFENSTEIN**

E Canonico Custos factus est an. 1638, die 20 Nou. Vir & dignitatibus & meritis illustris. Fuit enim metropolitanæ Treuirensis, & collegiatæ ad D. Paulinum ibidem, Wormatiensis insuper, Francofurti ad D. Bartholomæum, Moguntiæ ad S. Ioannem, & Tubingensis Præpositus; Iudicii sæcularis Camerarius, & Vicarius in spiritualibus generalis, S. C. M. & Eminentiss. Principis Electoris Consiliarius intimus. Monasterii cum de pace reducenda ageretur, magna dignatione Legatum egit, a Moguntino missus, & postea an. 1654, die 18 Iun. Wormatiæ sedis Episcopalis adscendit culmen. Obiit an. 1663, die 13 Martii Ratisbonæ, cum in comitiis Legati Moguntini obiret partes, & Wormatiam deuectus in æde ibidem maiori sepulturæ locum inuenit.

1663 **FRANCISCVS GEORGIVS**
L. B. *de* SCHÖNBORN, Dominus *in* Reichelsberg,

Ex Canonico Domicellari Custos renuntiatus an. 1663. Vti virtute, prudentiaque stirpi suæ par erat, ita ad varios dignitatum adscendit gradus. Fuit enim Cantor cathedralis Herbipolensis, Francofurti ad D. Bartholomæi Præpositus, Moguntiæ ad S. Albani & D. Victoris Canonicus, nec non Iudicii sæcularis Camerarius. In comitiis Ratisbonensibus an 1665 haud exigua nominis sui fama Legati Moguntini gessit munia. Moguntiæ postea Curiam Custoriæ suo sumtu a fundamentis excitauit, atque ad vsum pariter extulit ac splendorem. Enimuero, dum ætate iuxta meritisque vnus omnium maxime floreret, morte præmatura an. 1674 die 16 Iulii viuis ereptus est. Tumulo iacet conditus in sacello S. Barbaræ.

1674 **CAROLVS HENRICVS**
L. B. *de* METTERNICH, Winnenburg & Beilstein

Canonicus Treuirensis & Archidiaconus S. Castoris in Cardona,
nec non Custos ad D. Albani Moguntiæ,

Ex Scholastico Custos factus est an. 1674, die 1 Octobr. Vir plus quam vulgaribus virtutum ornamentis conspicuus, Cæsarique ipsi gratus, a quo an. 1676 Damiani Hartardi nomine ius regalium petiit, ac Lincii die 5 Ianuar. anni secuti impetrauit. Biennio post vero die 9 Ian. Archiepiscopi Moguntini merito suo consecutus est dignitatem. Quam tamen eodem adhuc anno, die 26 Septembr. Aschaffenburgi morte oppressus, posuit, Moguntiæ in sacello D. Lamberti funeratus.

FRAN-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

FRANCISCVS EMERICVS CASPARVS L.B. *de* WALTPOT *in* BASSENHEIM 1679

Ecclesiarum Wormatiensis, & OO. SS. Spiræ Præpositus, cathedralis ibidem Scholasticus, ac S. Victoris Moguntiæ Canonicus,

Ex Canonico renuntiatus Custos an. 1679, die 12 Maii. eodemque anno die 10 Nou. Carolo Henrico in Pontificatu Wormatiensi successor datus, an. 1683 die 11 Iul. Spiræ obiit, Wormatiæ in æde cathedrali tumulatus.

IOANNES LVCAS L.B. *ab* INGELHEIM 1683

Canonicus Herbipolensis, & Moguntiæ quondam ad D. Victoris Præpositus,

Gradum fecit ad Custodis honores an. 1683, die 19 Iul. vitæque spiritum extremum reddidit anno, quo hæc scribimus, 1720, die 16 Aug. in sacello OO. SS. sepultus.

CAROLVS IOSEPHVS LOTHARIVS L.B. SCHENCK *de* SCHMIDBERG 1720

Metropolitanæ Treuirensis Decanus, Limburgi ad D. Georgium Præpositus, & Canonicus Moguntinus,

In locum defuncti surrogatus, & in possessionem Custoriæ die 26 Aug. immissus est. Quam vt multos annos sospes teneat, feliciterque tueatur, est, quod precemur.

SECTIO IV
De
SCHOLASTICIS.

10.. * *GOTZWINVS*

SCholastici præfuit officio circa medium sæculi XI, vocaturque in litteris Wezilonis, ad D. Victoris Canonici, anno 1064 *summus Magister.*

10.. IOANNES

Occurrit an. 1090 in tabulis Archiepiscopi Ruthardi, quibus monasterium Cambergense stabiliuit, priuilegiisque instruxit, testibus hoc adscriptus titulo: *Iohannes Magister*, quo etiam in aliis an. 1097 adducitur.

11.. TVRIMBERTVS

Teste *Helvvichio* citatur iam in litteris an. 1112 monasterio D. Iacobi datis. In tabulis postea Adelberti I an. 1119 signatis, Collegioque B. M. V. concessis, *Turinbertus Magister.* In aliis eiusdem an. 1122, fratrum S. Victoris caussa editis, *Durnbertus, maioris ecclesiæ Magister.* Simul autem Præpositus fuit ad D. Ioannis, vti sane hoc titulo testes inter est in litteris, quibus idem Adelbertus donationem, Collegio metropolitano a se factam, complexus est, *Durimbertus Magister, & Præpositus S. Iohannis*, item in aliis anno 1133, de donatione Emerchonis, Canonici ad S. Victorem, datis, *Tornpertus Præpositus & Magister.*

11.. WILHELMVS

Alios inter testes est, quos anno 1139 Adelbertus II adhibuit, cum ius suum in vineis quibusdam D. Victoris Collegio concederet, vocaturque *Wilhelmus Scolasticus:* In aliis dein Henrici I, an. 1143 datis, quas iam in Hartmanno Decano dedimus, *Willehelm Scolasticus de Domo.* Item *Magister Scolarum* in aliis eiusdem anno 1147 signatis. Egit simul Præpositum Limburgensem, hocque nobis titulo subit in litteris Arnoldi, anno 1158 scriptis, *Wilhelmus Præpositus in Lintburc & maioris ecclesiæ Scolasticus.* Vixit adhuc an. 1165, eoque ipso citatur in tabulis Conradi I.

11.. SIGEFRIDVS

Occurrit nobis in litteris Christiani I, anno 1171 de Ludouici Landgrauii erga Stephanitas studio, testibus hoc adnumeratus titulo: *Sigefridus Magister Scolarum.* In aliis eiusdem an. 1175 signatis, *Magister Sifridus.* In tabulis Sifridi, Episcopi Brandenburgensis, Locumtenentis Moguntini, an. 1178 scriptis: *Sigefridus Scolasticus Moguntinus.* Legiturque adhuc anno 1182 in tabulis Friderici I Imperat. quibus monasterio S. Maximini extra Treuerim indulta confirmauit priuilegia.

11.. PETRVS

Teste *Helvvichio* citatur an. 1187 in tabulis Conradi I cœnobio Rupertino concessis, & sequentibus annis sæpius in aliis eiusdem. Anno 1194 vltimum nobis occurrit.

11.. * *PRÆPOSITINVS*

Testium in numero est in litteris Conradi I, Petrensibus de cathedratico datis, & an. 1159 signatis, hoc quidem titulo: *Præpositinus Scolasticus maioris ecclesiæ*, & in aliis Sifridi ad D. Petrum Præpositi, de parochia Eltuilensi anno sequenti 1196 datis: *Præpositinus Magister scolarum.*

* CONRA-

* CONRADVS 12..

Nobilium *de Türckheim* prognatus genere, Scholaſticus citatur in litteris Sifridi II an. 1216 ſcriptis, de quibus in Poppone Decano. Item in aliis anno ſequenti datis, ac laudum quoddam continentibus ſuper controuerſia de decimis noualium, quæ cœnobio Erbacenſi cum Collegio S. Petri interceſſerat: & in his quidem, *Conradus Scolaſticus Moguntinus*; in illis ſimpliciter *Scolaſticus Conradus*. Anno 1232 teſtibus adſcriptus inuenitur in tabulis Henrici & Gerlaci de Iſenburg, Aduocatorum eccleſiæ S. Georgii Limburgenſis, recognoſcentium, Sifrido & ſucceſſoribus competere ius conferendi Præpoſituram dictæ eccleſiæ. Anno 1236 ad Decani adſcendit honores.

IOANNES 1236

Conradi ſucceſſor, occurrit eodem, quo ei ſurrogatus fuit, anno, 1236 ſcilicet, in litteris Sifridi III, quibus domum hoſpitalem, a Spiritu ſancto appellatam, confirmauit; Capituli item metropolitani, quibus donationem parochialis in Aſpisheim Collegio D. Ioannis factam ſuo ſtabiliuit conſenſu. Anno 1245 arbitrum egit, finiitque controuerſiam, quæ Burchardo Decano cum Capitulo B. M. V. ad gradus intercedebat, hoc inſignis titulo: *Magiſter Iohannes, Scolaſticus maioris eccleſiæ.*

[*Ioanni* Helvvichius *ſubiungit* Ludouicum; *ſed perperam. Præceſſit enim, qui nunc ſequitur*, Volradus]

VOLRADVS 12..

Scholaſtici Moguntini appellatione nobis ſubit anno 1251 in litteris Chriſtiani II. Sequenti 1252 de ſtatione vitæ deceſſit a. d. 7 Kal. Maii, teſte necrologio ædis maioris p. 201.

LVDOVICVS 1252

Canonicus Moguntinus, & Præpoſitus S. Victoris

Volradum excepit an. 1252, & primum an. 1253 in litteris Werneri Præpoſiti Moguntini, prid. Kal. Iun. datis, nobis occurrit. Vnde videas *Helvvichium* errare, dum ex titulo *Magiſtri* in litteris anno 1247 ei præmiſſo concludit, Scholaſtici ipſum iam tum geſſiſſe dignitatem. Hoc enim, illo etiam tempore, quo Volradus Scholaſticus fuit, quin illo quoque, quo ipſe Decanum egit, inſignitur. Anno 1257, 10 Kal. Iul. contulit altari, quod in æde maiori contra ſepulchrum B. Bardonis, in honorem S. Victoris, S. Georgii, & S. Vdalrici conſecratum eſt, dimidiam partem bonorum in Aſmanshauſen & Rudisheim. Anno 1261 factus eſt Decanus.

ARNOLDVS 1261

Ludouico ſurrogatus, ipſo, quo dignitatem Scholaſtici conſecutus eſt, anno, citatur in litteris, de quibus iam in Ludouico, quem modo diximus, Decano. Præter Scholaſtici maioris munia ſuſtinuit etiam Præpoſiti honores ad D. Martinum Heilgenſtadii. Sic enim ipſe in tabulis an. 1264, Nonis Octobr. Abbati & Conuentui Reiffenſteinenſi datis: *Arnoldus Scolaſticus Maguntinus & Prepoſitus Heilgenſtadenſis.* Tum vero Moguntiæ ad D. Victoris, Ludouico anno 1267 ordinem FF. Minorum ingreſſo. Obiit an. 1268, die 17 Ian. Quod ad annum, videatur catalogus Præpoſitor. S. Victoris n. 14. Quod ad diem, necrologium, vbi ad diem 16 Kalend. Februar. † *Arnoldus Scolaſticus & Canonicus Mogunt.*

[*Arnoldo* Helvvichius *ſubiungit* Ludouicum, *Ludouico* Eberomum. *Sed enim, vti hic in necrologio, ad quod prouocat, non reperitur, atque adeo erronee prorſus huc refertur*; *ita* Ludouicus *Arnoldum proxime haud ſecutus eſt, ſed* Adeluolcus.]

ADELVOLCVS 1268

Prognatus familia apud Moguntinos olim haud incelebri *de Turri*, patre *Hermanno* Schulteto Moguntino, viro equeſtris militiæ honoribus claro, matre

Clementia. Teſtis locum ſubit in litteris Vlrici de Düren & Adelheidis coniugum, datis an. 1271, 14 Kal. Iun. de caſtro Wildenberg, Wernero Archipræſuli vendito. Fuit ceteroquin vir pius & largus admodum : vti ſane de bonis ſuis Olmenſibus XV medimnos ſiliginis, præſentibus in choro diſtribuendos, addixit, octoginta alios Vicariæ S. Barbaræ, vti in libello *de Vicariis* n. 30 pluribus videre eſt. De anno, quo obierit, nil certi nobis conſtat; de die vero res quam clariſſima eſt. Sic enim in necrologio ad diem 2 Non. Febr. p. 59, † *Pius Adeluolcus Scolaſticus Moguntinus.*

127. ## LVDOVICVS, HASSIAE LANDGRAVIVS

Scholaſtici Moguntini inſignitus titulo nobis occurrit in litteris, anno 1279 ſignatis. Vicariam S. Victoris in metropolitana inſtituit, de qua pluribus in libello *de Vicariis*, n. 27; de ceteris vero *Helvvichius* ſect. IV p. 224.

128. ## EBERWINVS *de* CRONBERG

D. Petri, & B. V. in campis Canonicus,

Ludouici in locum ſubiit, & præter annos, iam ab *Helvvichio* adductos, teſtes inter eſt in litteris, an. 1284, 7 Kal. April. datis, quibus Wernerus Archiepiſcopus quartam partem caſtri Hohenberg Collegio metropolitano transcripſit. Spiritum edidit eodem hoc anno, 15 Kal. Auguſt. Quod ad annum, hoc minus dubitandum, quandoquidem in litteris, anno ſequenti 1285, 14 Kal. Mart. ſignatis, diſtincte legas : *Ebervvinus* quondam *Scolaſticus Moguntinus.* Quod ad diem, ſcias ita haberi in necrologio D. Victoris, & D. Mauricii; in illo ſic: 15 Kalend. Auguſti † *Ebervvinus Scolaſticus Moguntinus.* In iſto ita: 15 Kal. Auguſt. † *Ervvinus, Scolaſticus maioris eccleſiæ.*

1284 ## EMERICVS *ſeu* EMBRICO *de* SCHÖNECK

Ebervvino ſucceſſit, & anno iam 1285 in litteris, 3 Non. April. datis, *Scolaſtici Moguntini* reperitur titulo; quo etiam ad annum vſque 1303 nobis occurrit. Ceterum Præpoſitus quoque fuit collegiatæ Imperialis D. Bartholomæi, quæ Francofurti ad Mœnum eſt, eidemque anno 1300 parochialem Vrſellenſem contulit, hac quidem lege, vt Collegio metropolitano recognitionis cauſſa quotannis det duas libras ceræ. Anno 1308 Pontificatum Wormatienſem adiit, quem geſſit ad annum vſque 1318, quo diem ſupremum obiit, funeratus Wormatiæ in choro ædis maioris.

[*EBERWINVS* de *STERNBERG*, *quem* Helvvichius *poſt* Emericum *ponit, videtur non alius eſſe, quam* Ebervvinus *ſuperior de* Cronberg. *Vnde conſultum nobis viſum, eum præterire, donec ex monumentis fide dignis eruerimus, ab eo diuerſum eſſe, ac Scholaſtici maioris munia obiiſſe.*

Ebervvino *de* Sternberg *deinde ſubiungit* Wilhelmum; *vt tamen ſolum coniectet, his eum vixiſſe temporibus. Cum nobis haud occurrerit, putamus, eum non alium eſſe, quam illum, qui duobus ante vixit ſæculis.*

Ceterum ab an. 1308 *vnum alterumue Scholaſticorum deſiderari, non eſt, quod diffiteamur. Dein anno* 1320, 1321, 1323, 1324 *&* 1325 *nullum fuiſſe, haud difficulter colligere eſt. Superant enim litteræ his annis ſignatæ, in quibus ſemper legas :* Nos Cuſtos, Cantor & Capitulum.]

13.. ## CVNO Dominus *de* FALCKENSTEIN

Scholaſtici officium geſſit circa medium ſæcul. 14, nobiſque titulo iſto inſignitus ſubit an. 1345, in litteris Henrici de Virnenburg Archiepiſcopi, feria 4 poſt diem aſſumptæ Virgini ſacrum datis. Inter eccleſiæ Moguntinæ Prouiſores locum obtinuit anno ſequenti; quin Conrado de Kirckel ab hoſtibus capto, ſolus ſummam rerum adminiſtrauit ad Henrici vſque obitum. Anno ceteroquin 1348 in litteris menſe Octobri, Dominica proxima poſt feſtum Remigii Confeſſoris

fessoris signatis, adhuc vocatur *Scolasticus & Prouisor ecclesiæ Moguntinæ.* Hoc vero, Præpositus factus est, vti supra in *Præpositis*, quos consulas, dictum.

GERHARDVS *de* VINARIO 135.

Scholasticus Moguntinus citatur in litteris, de locationibus quibusdam anno 1355, 1357, 1358 perscriptis.

OTTO *de* SCHONEBVRG 13..

ad D. Stephani & B. M. V. ad gradus Canonicus,

Vti in tabulis, quas ipse an. 1362 confecit, *Scolasticum ecclesiæ Moguntinæ* se vocat, ita in aliis aliorum ad an. 1378 vsque hoc titulo adducitur. Anno 1378 Carthusiensium in familiam se redigendi iniit consilium, consensu Adolfi impetrato. Superant enim, quæ id docent, litteræ, & ita se habent:

Wir Adolf *von Gots Gnade Erzbischoff zu Menze, des Heil. Romischen Richs Ertzcanzeler, bekennen hiemit --- Daß vvir dem Erbarn* Otten *von* Schoneburgk, Schulmeistern des Duhms zu Menze *gegonnet vnd erleubt han, daß er in den Carthäuser Orden kommen mag, vnd vvan er das thun vvill, das sall vnser guter Will sin, vnd damit vvieder vns nit gethan sall han. Wer es aber sach, daß er* infra annum probacionis *vß demselben Orden kehme, vnd vvieder in des Duhms zu Menze Capitel gehen vvolte, so sall er vns verbunden sin als heute dieses Tags; vvollte er aber nit me zu Capitel gen, sall er doch nit vvider vns thun, an alle Geuerde. Des zu Vrkunde --- Datum Eltuiel anno Domini MCCCLXXVIII, quarta feria ante festum Pentecostes.*

Cum autem anno 1380 denuo *Scholastici* titulo sæpius citetur, patescit, intra annum probationis, mutata sententia, claustro illum exiuisse. Mortem obiit an. 1381, die 1 Septembr. in monasterio Erbacensi, quod in Rhingauia est, sepultus.

CONRADVS Dominus *de* WEINSBERG 1381

Ottonem an. 1381 secutus. An. 1385 in litteris quibusdam ita citatur: *Conradus* de *Wynsberg, Scholasticus Mogunt.* Anno 1390 Adolfo in Archiepiscopatu successor datus est, & an. 1396, die 19 Octobr. Aschaffenburgi ex hac vita decessit, Moguntiæ in choro maiori ante aram, trium Regum honori dedicatam, tumulatus.

IOANNES *de* SCHONEBVRG 13..

Canonicus Moguntinus & Iudicii sæcularis Camerarius,

Conrado successit, non autem anno iam 1388, vt *Helvvichius* habet. Anno namque 1391 in instrumento electionis Philippi Alenconii ad dignitatem Præposituræ, mense Maio celebratæ, adhuc solo *Canonici* adducitur titulo. Verisimile tamen est, non longe post Conrado surrogatum fuisse. In litteris, quibus Conradus an. 1393, *den nechsten Fritag vor Mitfasten*, Rhingauiensibus priuilegia quædam concedit, *Scolasticus* vocatur. Anno 1403 Præpositus factus est.

EBERHARDVS *de* LAPIDE 14..

Quo anno Ioanni surrogatus sit, non adeo liquet, quamuis *Helvvichius* an. 1403 electum scribat. Similiter haud liquet, quo anno diem obierit supremum. Saltim an. 1411 mortuum fuisse, quod idem vult *Helvvichius*, dici haud potest: quandoquidem iam an. 1406 alius Scholastici titulo iamiam nobis occurrat, *Henricus* scilicet *Rau* de *Holzhausen*, vt statim sequitur. De die ceteroquin, quo naturæ debitum reddidit, ita necrologium maioris ad 6 Kal. Octobr. † *Ven. D. Ebirhardus de Lapide, Scolasticus Magunt.* D. *Ioannis* vero ad 4 Id. Octobr. † *Ebberhardus Scolasticus Mogunt. qui contulit nobis canonem nouum.* Tumuli locum inuenit in sacello D. Nicolai, quod in peristylio est.

HENRICVS RAV *de* HOLZHAVSEN 1406

Scholastici iam insignitus inuenitur titulo, dum an. 1406 illos inter cooptatus

optatus fuit, quibus a Ioanne II, feria ſecunda poſt Dominicam *Exurge*, negotium colligendorum ſubſidiorum committebatur, vocaturque *Henricus Ruvve Scolaſticus Mogunt.* Anno itidem 1411, die 12 Ianuar. in litteris, quibus vna cum Capitulo B. M. V. ad gradus Eberhardum *de* Leyna ad parochi officium, in inferiori Heimbach obeundum, Præpoſito præſentauit. Vt erret *Helvvichius*, dum an. 1411 Eberhardo, quem peruigilio SS. Simonis & Iudæ deceſſiſſe tradit, ſucceſſorem datum fuiſſe refert. Conſtantiæ, tempore Concilii, an. 1415 defunctum, ibidemque terræ mandatum, idem prodit.

1415 ## IOANNES WEISS *de* FEVERBACH

Henrico ſuffectus eſt, Scholaſticique maioris partes obiuit ad annum vſque 1418, quippe quo Decani conſecutus fuit dignitatem.

1418 ## PETRVS *de* VDENHEIM

Ioannis ſucceſſor: citatur in litteris an. 1423 feria 3 poſt Dominicam *Iudica* ſignatis: in aliis item anno ſequenti feria 6 poſt memoriam Apoſtolorum ab ſe diſcedentium datis, adiunctus illis, qui conſtituti erant ad colligenda ſubſidia. Scholaſtici dein officio ſe abdicauit. Iudicis vero S. ſedis Moguntinæ in ſe ſuſcepit.

142. ## PETRVS ECHTER *de* MESPELBRVNN

Petri ſubiit in locum, quem tenuit ad annum vſque 1428, quippe quo Ioanni Decano ſuccedens, Scholaſtici munia dimiſit, vt in *Decanis* inuenies. Vid. *Helvvichius*, cuius fide hic ſcribimus, l. d. p. 225.

14.. ## PETRVS *de* VDENHEIM

Echtero Decani honoribus condecorato, ſecundum Scholaſtici adeptus eſt munus, quod fungens, anno 1437 præſentibus in choro donauit perpetuum cenſum 18 medimnorum ſiliginis, prouenientium in villa Hanheim. Anno 1442 gradum fecit ad Decani dignitatem, in qua etiam obiit.

1442 ## VOLPERTVS *a* DERS

Præpoſitus ad D. Albani, B. M. V. ad gradus Canonicus, ſedis Apoſtolicæ Protonotarius, Canonicus Moguntinus,

Scholaſtici honores capeſſiuit an. 1442, eximiaque dignatione ad obitum vſque ſuum geſſit. Hæc inter vero ad alia, eaque momenti haud exigui eſt adhibitus. Anno 1447 Iudicii ſæcularis conſtituebatur Camerarius, quo tamen munere anno 1452 deceſſit. Cum enim tum temporis Theoderici ius, auctoritatemque verbis, ſcriptis & actibus (*mit freueln Schrifften, Worten, vnd Wercken, vnd anderm*) indecenter violaſſet, ac propterea ab eo in via, Wormatiam inter ac Spiram, comprehenſus ac in captiuitatem ductus fuiſſet, dum Nicolai de Cuſa, Cardinalis tit. S. Petri ad vincula, Legati Pontificii, cura ſtudioque ei reconciliabatur, non ſolum iuſſus eſt, ad facti deprecationem ignoſcendi veniam, certa formula, coram ſuppliciterque (*mundlich vnd dutſchlich*) poſtulare, verum etiam Camerarii officium deponere. Anno dein 1459 a Diethero Mantuam pro pallio impetrando miſſus eſt, & cum multo id labore tandem a Pio P. M. obtinuiſſet, domum reuerſus in magna apud Herum fuit gratia, poſſeſſionem caſtri Fantzberg ad Rhenum, villæ Haſmanshauſen e regione oppoſiti, cum bonis iſti contributis, ad dies vitæ conſecutus. Eo poſtea deſtituto, cum Adolfi acceſſiſſet partibus, ab hoc an. 1465, die S. Petri, vſum fructum curiæ *Zum Thiergarten* obtinuit, & an. 1474, die 26 Ian. Iudex eccleſiaſticus ordinarius conſtitutus eſt. Adolfo mortuo, Camerarii dignitatem anno 1475 ſecundam fuit adeptus, & ſub vitæ finem Vicarius etiam in ſpiritualibus renuntiatus. Reddidit autem naturæ debitum an. 1478, die 25 April. in loco Memoriæ, a latere ſiniſtro ſacelli Aegidiani ſub lapide aſſeribus tecto (qui muro vicino inſeri mereretur) tumulatus.

DAMMO

DAMMO *a* PRAVMHEIM 1478

Maioris, S. Albani, & B. M. V. ad gradus Canonicus,

Volperto succeſſit an. 1478, & die 2 Maii ſedis Moguntinæ Iudex eccleſiaſticus conſtitutus, quin non longe poſt etiam vſum fructum curiæ *zum Thiergarten* adeptus eſt. Vitæ finem impleuit an. 1483, d. 3 Nou. Iubilarii ornatus honoribus, in ſacello SS. Petri & Pauli Apoſtolorum ritu decenti humatus.

GERHARDVS *de* ERENBERG 1483

Maioris, ac D. Albani Canonicus,

Dammonis in locum ſuffectus eſt an. 1483. Extremum vitæ ſpiritum edidit an. 1498, d. 20 Ian. In loco Memoriæ ante aram D. Aegidii terræ illatus.

ADOLFVS RAV *de* HOLTZHAVSEN 1498

Canonicus & Camerarius Moguntinus,

Gerhardi ſucceſſor. Quum an. 1508 Decani obtinuiſſet munus, Scholaſteriam reſignauit, ſiue dimiſit.

LAVRENTIVS TRVCHSES 1508
de BOMMERSFELD

Scholaſtici dignitatem, quam an. 1508 conſecutus erat, geſſit ad annum vſque 1513, quo ſimiliter, vt deceſſor Adolfus, ad Decani adſpirauit honores.

VDALRICVS *a* SCHECHINGEN 1513

D. Albani Scholaſticus, & Iudicii ſæcularis Camerarius,

Laurentium ſecutus eſt an. 1513. Alberti Cardinalis fuit a conſiliis, ac tandem, vltimus familiæ ſuæ, vitam in terris clauſit an. 1518, d. 6 Decembr. in ſacello D. Nicolai terræ mandatus.

THEODERICVS ZOBEL *a* GIBELSTATT 1518

I. V. D. Bingæ *Præpoſitus ad D. Martini*, Moguntiæ *maioris, & B. M. V. ad gradus Canonicus,*

Vdalrici in locum ſucceſſit. Vir doctrina iuxta atque auctoritate eximius. Inter primarios ſane Alberti fuit Conſiliarios, vt ad *Serarium* lib. V in *Alberto* dictum, ipſiusque etiam, vt ante iam Iacobi & Vrielis in ſpiritualibus ſiue eccleſiaſticis Vicarius. Exſpirauit an. 1531, d. 6 Octobr. in ſacello D. Dionyſii ſepultus.

CONRADVS *de* LIEBENSTEIN 1531

Maioris, nec non D. Victoris, & B. M. V. ad gradus Canonicus, Præfectus Bingenſis.

Scholaſticus electus fuit anno 1531, d. 23 Octobr. & anno ſequenti Camerarii auctus dignitate. Vitam cum morte commutauit anno 1536, die 29 Nouembr. in loco Memoriæ ſepultus.

SIMON *a* CRONBERG 1536

Ex Presbytero Canonico factus Scholaſticus an. 1536. Obiit an. 1540, d. 15 Iulii. tumulatus in loco, quem modo diximus, Memoriæ.

ADAMVS KVCHENMEISTER 1540
a GAMBERG

Canonicus, & *Præfectus* vſque huc *Bingenſis,*

Simoni ſuffectus. An. 1542 & 1543 in comitiis Norimbergenſibus Legatum egit Moguntinum. Sequenti vero, Ioannis ab Erenberg, Decani, in locum ſubiit.

SEBASTIANVS *ab* HEVSENSTAMM 1544

I. V. D. Maioris & D. Albani Canonicus,

Adamo ſurrogatus an. 1544. Sequenti dignus habitus fuit, qui ad ſolium

eucheretur Archiepiſcopale. Regimen laudabiliter plane geſtum clauſit morte an. 1555, Altæuillæ, d. 18 Martii. Sepulturæ traditus in loco Memoriæ.

1545 ## ARNOLDVS *de* BVCHOLTZ

Scholaſtici munus adiit an. 1545, geſſitque ad annum vſque 1549, quo eo ſe abdicauit. Biennio poſt Cuſtodis obtinuit dignitatem.

1549 ## RVDOLFVS *a* FRANCKENSTEIN

E Canonico Scholaſticus factus an. 1549. An. 1553, d. 20 Febr. Epiſcopus renuntiatus fuit Spirenſis. Extremum vitæ diem, qui 21 menſis Iunii ei illuxit, morte confecit an. 1560, Spiræ in æde maiori ſepulturæ traditus.

1553 ## IOANNES FOCK *de* WALSTATT

Archipresbyter, Præpoſitus ad D. Petri Fritzlarienſis, B. M. V. ad gradus Moguntiæ, & S. Bartholomæi Francofurti Canonicus,

Succeſſit Rudolfo an. 1553, die 13 Martii, non ita multo poſt Vicarius in ſpiritualibus generalis conſtitutus. Anno 1556 menſe Iunio Legatum Moguntinum egit in Conuentu ſecundo Wormatienſi (*Einigungs-Täge* vocabantur) Scholaſtici vero officium, quo hactenus non ſine laude functus erat, ætate ingraueſcente dimiſit an. 1563, d. 10 Decembr. & biennio poſt, die ſcilicet 18 Octobr. 1565, cum ſenior eſſet Canonicus, naturæ debitum exſoluit, ſepultus in loco Memoriæ.

1564 ## WOLFGANGVS Camerarius *de* Wormatia dictus *a* DALBERG

Præpoſitus Spirenſis, Moguntinæ maioris Canonicus, & Vicarius in ſpiritualibus generalis,

Ioanni ſurrogatus fuit an. 1564 (non autem, vt *Helvvichius* habet, anno 1563) d. 11 Ianuarii. Poſtea an. 1571 Præpoſiti ſuſcepit partes, rite electus, quorum proin catalogum velim conſulas.

1571 ## IOANNES HENRICVS *a* WALBRVNN *in* Ernſthoven

Maioris, nec non D. Albani, D. Victoris, & B. M. V. ad gradus Canonicus, Iudicii ſæcularis Camerarius,

Excepit Wolfgangum, Scholaſticus electus an. 1571, d. 7 Septembr. Poſt biennii ſpatium Deo lucis vſuram reddidit, die videlicet 15 Octobris an. 1573, in ſacello S. Michaelis humatus.

1573 ## ANTONIVS *a* WILTBERG

Canonicus Moguntinus, & Prouiſor Erfurtenſis,

In deceſſoris locum ſubiit die 5 menſis Decembr. anni modo dicti 1573. Vir pluribus par dignitatibus. Vti ſane anno ſtatim ſequenti d. 14 Aug. Camerarius Moguntinus factus eſt, & poſtea ſub an. 1582 Cuſtodis obtinuit honores.

1582 ## IOANNES SVICARDVS *a* CRONBERG

S. Petri Præpoſitus, ad B. M. V. Canonicus & poſtea Præpoſitus, vti & ad D. Albani,

Antonio an. 1582, die 3 Martii ſuffectus, ſua meruit virtute, vt biennio poſt Vicarius deſignaretur in ſpiritualibus, & an. 1595 maior Decanus.

1595 ## IOANNES ADAMVS *a* BICKEN

Cuſtos ad D. Albani, & Canonicus cathedralis Herbipolenſis,

Ioanni Suicardo ſucceſſor datus eſt d. 13 Nouembr. an. 1595. Anno 1598 Legati Moguntini munia obiit in comitiis Ratisbonenſibus. Anno dein 1601, die 19 Februar. Præpoſitus ad D. Georgii Limburgenſis, prouiſione Wolfgangi Archiepiſcopi, factus eſt. In ſolium Archiepiſcopale adſcendit an. eodem d. 15 Maii. Vita defunctus an. 1604, d. 11 Ian. in choro ferreo funeratus.

GEOR-

GEORGIVS FRIDERICVS GREIFFENCLAV *in* Volrats, 1601

E Canonico Scholasticus electus fuit an. 1601, d. 9 Octobr. Anno 1604 non solum d. 5 Iunii Camerarius constitutus est, verum etiam d. 5 Aug. Præpositus. De quo, si cetera velis, indicem euoluas *Præpositorum.*

IACOBVS, Dominus *ab* ELZ 1604

Scholastici partes suscepit an. 1604, d. 4 Decembr. anno sequenti vero Decani. Vnde operæ pretium erit, *Decanorum* inspicere catalogum.

PHILIPPVS CHRISTOPHORVS *a* SÖTERN 1605

Præpositus Treuirensis & Bruchsalensis, Custos Wormatiensis, Cantor Spirensis, metropolitanæ Moguntinæ, nec non D. Albani & Victoris Canonicus,

Iacobi in locum lectus est maioris Scholasticus an. 1605, d. 2 Aug. Magna vir prudentia, agendique dexteritate. quo factum, vt passim ad res maximi momenti expediendas adhiberetur. Anno sane 1606 Moguntinensium Legatorum primarius fuit in Conuentu Septemuirali Fuldensi. Dein an. 1609 rursum bis Legati obiit vices; primum Romam missus in arduis maxime sedis Moguntinæ negotiis: post, trium Electorum Ecclesiasticorum nomine Pragam ad Cæsarem Rudolfum. quo cum tenderet, ex itinere Ernestum Electorem Colonien sem Badenæ in Heluetia conuenit. Tanta cum esset prudentiæ ciuilis, virtutisque opinione, anno sequenti 1610 Eberhardo Antistiti Spirensi successit, cui ante iam datus fuerat Adiutor. ad quam dignitatem cum euectus fuisset, Scholastici officio se abdicauit. Anno dein 1623, d. 25 Septembr. ad ipsum Treuerici Pontificatus culmen adscendit; in quo variis fortunæ exercitus casibus, an. 1652, d. 7 Febr. vitæ fabulam peregit, 87 senex annorum, sepultus ibidem in æde principe ante aram D. Luciæ.

IODOCVS *a* RIED 1611

D. Victoris Præpositus, cathedralis Herbipolensis, ac Equestrium Comburgensis, D. Albani, & D. Ferrutii, nec non D. Virginis ad gradus Canonicus,

Philippo Christophoro substitutus fuit an. 1611, d. 28 Iunii, & Scholastici muniis functus est ad annum vsque 1629, quo, d. 1 Ianuar. in sella sedens sua mortuus repertus est; vt in inferiali maioris annotatum. Sepulturæ locum inuenit in sacello D. Victoris.

ANSELMVS CASIMIRVS WAMBOLD *ab* VMBSTATT 1629

Præpositus Halberstadensis, Scholasticus ad D. Albani, & S. Victoris Canonicus,

E Canonico Scholasticus Iodoci in locum suffectus est an. 1629 d. 3 April. Quum consilio & auctoritate, si quis alius, spectatus esset, mox d. 6 Aug. Pontificatus Moguntini fastigium adiit. e quo ad superos excessit Francofurti an. 1647, d. 9 Octobr. Moguntiæ in choro summo iuxta Albertum Cardinalem sepultus.

GEORGIVS ANTONIVS *de* RODENSTEIN 1629

Episcopus Wormatiensis, & Moguntiæ Canonicus,

Electus an. 1630. Scholastici officio præfuit ad annum vsque 1634, quo Decani adeptus dignitatem est.

ADOLFVS HVND *a* SAVLHEIM 1634

Ex Canonico factus Scholasticus an. 1634, electione d. 30 Decembr. Coloniæ, vbi tum Collegium metropolitanum ob motus bellicos agebat, peracta; quem quatuor egit annos. Decessoris enim vsus fortuna an. 1638 ad Decani honores adspirauit.

1638 IODOCVS PHILIPPVS *a* WEILER

Metropolitanæ Moguntinenſis, & cathedralis Herbipolenſis Canonicus, ad D. Albani Scholaſticus,

Adolfi in locum ſubiit an. 1638, d. 30 Aug. Vir auctoritate meritisque grauis, atque adeo dignus habitus, qui an. 1647, ſede vacante, Locumtenentem ageret Collegii principis. Obiit magno cum pauperum luctu an. 1655, d. 8 Febr. & cum vita familiam, qua natus, clauſit, *ætatis annorum 71*, vt in inferiali maioris eſt, *& meritorum, & ſingulari in eccleſiam Moguntinam, in ciues, in pauperes beneficentia ſatur.* Funeratus eſt in ſacello D. Nazarii.

1655 CAROLVS HENRICVS L.B. *de* METTERNICH, Winnenburg & Beilſtein

Rei Scholaſticæ Præfectus. Electus fuit. an. 1655, d. 5 April. Vir morum honeſtate, ac prudentiæ laudibus quam maxime excellens. Nomine Lotharii Friderici an. 1674 Regalia ac Imperii beneficia a Cæſare petiit; quæ cum impetraſſet, domum redux laboris præmium tulit ædis ſummæ Cuſtodiam, ad quam euectus fuit d. 1 Octobr.

1674 IOANNES WILHELMVS L.B. WOLF, *dictus* METTERNICH *in* GRACHT,

Scholaſtici dignitatem, qua deceſſor an. 1674 ſe abdicarat, eodem, d. 12 Nouembr. conſecutus eſt, & vsque ad an. 1679 ſuſtinuit; quippe quo ad Decani vocatus honores eſt.

1679 IOANNES FRIDERICVS Dominus *ab* ELZ

Treuirenſis, & Moguntiæ ad S. Albanum Canonicus, Iudicii ſæcularis Camerarius,

Ex Canonico Scholaſticus an. 1679, d. 4 Decembr. rite conſtitutus eſt, & *Treuiris* an. 1682 *maior Præpoſitus.* Naturæ modum expleuit an. 1686, d. 30 Aug. ſepultus ad gradus chori ferrei, ante altare nouum ac ſumptuoſum, figura Chriſti patientis exornatum, alias *S. Aegidii*, quod ipſe moriens ſumptu ſuo extrui iuſſerat.

1686 ANSELMVS FRANCISCVS L.B. *de* HOHENECK

Maioris Moguntinæ, nec non Equeſtris D. Ferrutii, olim etiam *Wormatienſis, Canonicus, Eminentiſſimi Archiepiſcopi in ſpiritualibus Vicarius,*

Scholaſtici partes, Elzio defuncto, in ſe ſuſcepit an. 1686, d. 23 Septembr. quas & laudabiliter geſſit ad an. vſque 1704, quo, d. 7 Ian. e viuis abiit, ſepulturæ locum nactus in choro ferreo.

1704 CASIMIRVS FERDINANDVS ADOLFVS L.B. *a* WALTBOT *in* Baſſenheim

Chorepiſcopus Treuirenſis, S. Albani Cuſtos, S.C.M. Camerarius, ac Eminentiſſimi Principis Electoris Conſiliarius intimus & Locumtenens Moguntiæ,

Anſelmo Franciſco felicibus auſpiciis ſucceſſit an. 1704, d. 13 Febr. Quum anno ſequenti 1705 Iubilarii exornaretur titulo honoribusque, nummum cudi curauit, in cuius antica S. Martinus conſpicitur, equo inſidens, pauperique diuidens chlamydem, infra ſcutum Waltpodianum, circumcirca vero ſcriptum: *Sub hoc Patrono Deo Cæſarique militans conſenui.* In poſtica: *Caſimirus Ferdinandus Adolphus L.B. a Waltpott in Baſſenheim, eccleſiæ metropolitanæ Moguntinæ Scholaſticus Iubil. & Canonicatu ſenior.* Circum circa vero: *Non hos ſed plures Fratribus opto dies.* Aeri inciſum inuenies in libello *de nummis Moguntinis.*

De cetero Vir Illuſtriſſimus hoſpitalitate ac munificentia, ſtudioque de omnibus bene merendi ſingulari, notus omnibus eſt, commendatusque, quem vt Deus multos adhuc annos ſeruet, quam enixiſſime precamur.

SECTIO

SECTIO V
De
CANTORIBVS.

* *FOLBERTVS* 10..

CAntor citatur an. 1064 in litteris Wezilonis ad D. Victorem Canonici, de quibus iam supra.

EMBRICO 10..

Cantor, interfuit an. 1090 sollemnitati, qua Ruthardus cœnobium Cambergense stabiliuit, diserte testibus adscriptus in diplomate tum confecto, sæpiusque nobis iam dicto.

* *GODESCALCVS* 109.

Cantor, testes inter est in litteris Dietmari & Eilæ coniugum, quibus an. 1097 Sant-albanensibus mansos aliquot in *Wimare* donarunt: & in aliis Ruthardi, an. 1099 Stephanitarum in gratiam editis.

RICHARDVS 11..

Cantor, adducitur an. 1119 in litteris Adelberti I, Canonicis B. M. V. ad gradus traditis, tum vero in priuilegio ciuibus Moguntinis isto temporum tractu concesso (quod *Helvvichius* perperam an. 1130 factum tradit) nec non in aliis eiusdem tabulis, an. 1122 signatis.

* *HENRICVS* 1122

Richardum secutus, occurrit in litteris Adelberti I, quibus an. 1122 pro calice quodam aureo Sant-albanensibus quasdam tradidit areas, vocaturque *Henricus* secundus *Cantor de S. Martino.*

* *HARTMANNVS* 112.

Cantor maioris & Præpositus S. Mauricii,

Citatur in litteris Adelberti I, an. 1127 datis, & in aliis eiusdem anno sequenti scriptis, *Hartmannus Cantor & Præpositus S. Mauricii & Camerarius.* & sic porro. An. 1133 ad Decani adspirauit honores.

* *GOTZBERTVS* 11..

Cantoris titulo nobis subit in litteris, quibus Adelbertus I an. 1135 Sant-albanensibus donationem Iudithæ confirmauit. Fuit autem simul *Præpositus S. Ioannis*, vt videre est in litteris Marcolfi Archiepiscopi an. 1141 signatis: item in tabulis Henrici I, quibus an. 1143 Abbatiam S. Petri, quæ Erfurti est, in patrocinium suum suscepit; in eis enim testes inter est, hocque occurrit titulo: *Gotzbertus Cantor & Præpositus.*

HERTWINVS 114.

Adfuit, quum an. 1145 Henricus I Sant-albanensibus priuilegia Lucii II P. M. confirmaret, testibus ceteris his adscriptus verbis: *Hertvvinus Cantor & Præpositus S. Ioannis.* iisdemque titulis in aliis eiusdem an. 1147 datis. In iis, quibus an. 1151 monasterium Arnsburgense stabiliuit, *Hertvvinus Cantor.* In iis, quibus permutationem, quam Eberbacenses cœnobitæ cum Dudone ministeriali fecerant, confirmauit, *Hertuicus* (Hertvvinus) *Cantor.* Factus postea est Decanus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

11.. HVGO

Hertvvinum excepit, ſiquidem, vt *Helvvichius* tradit, an. 1152 in litteris, cœnobio Rupertino iuxta Bingam traditis, Cantor nominatur. Anno 1158 in tabulis, quibus Arnoldus eidem parthenoni bona a Diſibodenbergenſibus ceſſa ſtabiliuit, citatur inter teſtes: ſimiliter & an. 1160, in litteris, quibus idem Collegio Mariano villam *Vrefo* donauit.

116. HENRICVS

Cantor, teſtium in numero fuit, cum Chriſtianus I Archiepiſcopus an. 1170 litteris editis, nil ſibi in curiam Erbacenſium, *Bircken* vocatam, iuris eſſe teſtabatur. & anno ſequenti in aliis eiusdem, quibus Henrici Præpoſiti Aſchaffenburgenſis inſtitutum quoddam confirmauit, vocaturque *Henricus maioris eccleſiæ Cantor.* Anno ſequenti in Decanum electus eſt.

1171 HERMANNVS

Henrico ſucceſſor datus an. 1171, quippe quo iam in litteris Chriſtiani I, Stephanitarum in gratiam editis, *Cantoris* titulo occurrit. An. 1182 adhuc vixit. Teſtes enim inter fuit, cum Fridericus I Imperator Conrado Abbati & monaſterio S. Maximini iuxta Treuerim priuilegia Moguntiæ in ſollemni curia confirmaret.

118. ORTHO (*OTTO*)

Præpoſitus etiam B. M. V. ad gradus. Teſtibus adnumeratur in tabulis Conradi I (cuius conſanguineus erat) an. 1187 cœnobio Rupertino conceſſis. item in aliis, quibus an. 1189 Stephanitis, loco parochialis Alzeianæ, parochialem Brezzenheimenſem attribuit atque conſignauit.

1189 * *GODEFRIDVS*

Ottonis in locum ſubiit an. 1189, quippe quo iam in tabulis Conradi I, quibus D. Petri Canonicis pro molendino ipſorum alia quædam bona adſignauit. Inſigni ceteroquin opere ſui memoriam reliquit in choro ferreo ædis maioris, an. 1190 a Conrado I reædificatæ. quod cum an. 1591 a *Valentino Hohenſtein,* Parocho illius, in libro inferiali annotatum fuerit, propriis eiusdem verbis hic inſerendum duximus.

Anno Domini 1591, *infra dedicationem ſummi templi, cæperunt Domini noſtri gratioſi de Capitulo, & præſertim Magiſter fabricæ tunc temporis, renouare a ſummo vsque ad imum chorum ferreum, maxime quoad plebaniam, vna cum anterioribus cancellis & ſacrario Euchariſtiæ, exſtructo tunc fulcimento ligneo, & deducto vsque ad ſummitatem. Iuſſit Dominus Reuerendus & Nobilis Iacobus a Wiltberg deſcribi ea, quæ in arcu teſtudineo characteribus depicta erant, quod & feci, vt ſequitur:*

„ In medio cameratæ concauitatis erat Saluator maximæ ſtaturæ in ſolio ſitus, „ circumquaque habens alas quatuor, ſiue animalia pennata quatuor, repræſentan- „ tia quatuor Euangeliſtas cum nominibus expreſſis: manum dextram protende- „ bat duobus digitis, in manu ſiniſtra tenebat librum, cum inſcriptione: *Venite be- „ nedicti Patris mei.* Supra hunc librum numerus minor anni XC. In dextro „ latere ad leonem procubuit Epiſcopalis quædam imago cum titulo: *Conradus „ Archiepiſcopus Maguntinus.* In ſiniſtro imago cuiusdam Prælati infulati cum „ inſcriptione: *Godefridus Cantor huius operis auctor.* In eodem latere ex ordine „ S. Petrus, S. Stephanus, S. Martinus. In dextro S. Bonifacius, S. Iohannes „ Euangeliſta, S. Maria. Infra hoſce adhuc in dextro, erat S. Albanus, & ad „ ſiniſtrum S. Laurentius. In latiori illa quaſi media circumferentia fuerunt in con- „ cauitate rotunda imagines quædam pectorales, quæ non erant circumſcriptæ, „ ſed incognoſcibiles, quinque: quarum vnaquæque in regia corona manu dextra „ tenebat ſceptrum liliatum; in altera globum ſiue pomum ſine cruce. Ex hu- „ meris proeminebant alæ. In prima circa Saluatorem circumferentia ſubtus erant „ ſcripta hæc verba: *O quam felices ſunt & ſine fine beati, qui Patris ad regnum ſunt „ Chriſti voce vocati.*

De

De cetero annis sequentibus fere singulis Godefridus hic citatur, & quidem vsque ad 1212, quo factus est Decanus.

* *HENRICVS* Comes de *STALECK* 1213

Godefrido surrogatus occurrit an. 1213 in tabulis Wolueradi Abbatis Sant-albanensis, 16 Kal. Maii datis, & an. sequenti in litteris Sifridi II, in gratiam Fratrum D. Victoris perscriptis. Præpositi postea consecutus est honores.

CHRISTIANVS 121.

D. Victoris Præpositus, Henrici in locum successit. Citatur an. 1216 in tabulis Sifridi II, Collegio Mariano concessis, & in aliis eiusdem an. 1220 & 1222 datis, vtrinque Cantoris titulo. Non ita multo post ad Decani euectus fuit dignitatem.

ALBERTVS *de* KVGELBERG 122.

Christiano successor datus, *Cantoris maioris ecclesiæ Moguntinæ* titulo adducitur ab an. 1224 ad annum vsque 1240. Annus, quo obiit, nos fugit; dies vero in necrologio p. 145 ad diem 11 Kal. April. his signatur verbis: † *Albertus de Kogelberch Cantor, vnde datur, quicquid haberi potest de XXIV mansis tam cultis, quam incultis --- in Langenheim.*

* *WERNERVS* Dominus de *EPPENSTEIN* 124.

Cantor maioris & Præpositus S. Mariæ ad gradus,

Adiudicauit an. 1248 Collegio Imperialis ad D. Bartholomæum, quæ Francofurti est, parochialem in Bischofsheim, ad Archidiaconatum Præpositi ad gradus tum temporis pertinentem, contra Gerhardum Archipresbyterum Moguntinum. Non longe post factus fuit Præpositus maior.

EBERHARDVS 1258

Prognatus familia apud Moguntinos olim percelebri, quæ *de Turri* vocabatur. Testimonio nobis est instrumentum Iudicum sedis Moguntinæ super controuersia inter Collegium *D. Ioannis* & *Hermannum* de *Turri*, *Arnoldi* de *Turri*, Camerarii Moguntini, fratrem, duos mansos in tractu villæ Mumenheim spectante. Id enim sic finit: *Acta sunt hæc in choro ecclesiæ S. Ioannis*, „ Eberhardo Cantore maioris ecclesiæ, *&* Arnoldo *Camerario*, fratre suo „ *præfatis*, *consensum adiudicantibus. Moguntiæ* 1258, *6 Kal. Decembr.*

Ex Canonico eodem anno Cantor factus est, & sequentibus pluries Cantoris titulo in litteris publicis occurrit. Egit autem simul Præpositum ecclesiarum B.M.V. ad gradus, & in Campis. Ad gradus quidem electus an. 1262, a quo tempore sæpius Præpositi ad gradus axiomate citatus inuenitur. Ad ædem B. V. in Campis, circa an. 1266. Hoc sane iam in litteris quibusdam his adducitur verbis: *Nobilis vir*, Eberhardus, *Præpositus S. Mariæ in Campis, & Cantor ecclesiæ Moguntinæ.* Obiit an. 1300: quod colligere est ex tabulis Gerhardi Archiepiscopi, die OO. SS. datis, quibus confirmat electionem noui Præpositi B.V. in Campis, *vacante Præpositura ex morte Eberhardi Cantoris ecclesiæ Moguntinæ.*

* *EBERHARDVS* de *LAPIDE* 130.

alias *de* OBERSTEIN, *primum,*

Eberhardo de Turri fatis functo surrogatus fuit, hocque cognomine diserte appellatur tum in litteris, quibus Ioannes Abbas & Conuentus monasterii Sponheimensis eidem an. 1306, 6 Idus Nouembr. vendidit tertiam partem decimarum in tractu villæ Gentzingen, tum in iis, quibus Simon Comes de Sponheim, eodem anno 18 Kal. Decembr. & Petrus Archiepiscopus an. 1307, 3 Non. Iul. venditionem istam ratam habuere. Vti de cetero in his omnibus vocatur *Cantor ecclesiæ Moguntinæ.* De prouincia hac sequentibus annis decessit.

VDAL-

130. VDALRICVS, Dominus *de* BICKENBACH,

Quod Cantoris præfuerit officio, patet ex litteris, quibus anno 1313, 2 Non. Nouembr. conſtituti fuere arbitri ad finiendam litem, quæ Godefrido Domicello *de* Bickenbach cum Collegio metropolitano, ſuper bonis in tractu villarum Eruelden & Bubenheim, quæ Vdalricus eccleſiæ Moguntinæ legauerat, tum temporis erat.

Quo autem anno Cantoris dignitatem adeptus ſit, non liquet. Quod Collegii principis fortunas pia liberalitate auxerit, modo dictum. Obiit anno 1312, teſte ſcuto ipſius gentilitio, quod in loco Memoriæ ſuſpenſum eſt, cum inſcriptione: *Venerabilis & Generoſus Dominus Vlricus, Dominus in Bickenbach, Cantor eccleſ. Magunt. Ob. V Idus Martii an. MCCCXII.*

131. EBERHARDVS, *ſecundum*,

Cum poſt mortem Vdalrici nobis rurſum publicis in litteris *Cantoris maioris* titulo occurrat *Eberhardus* de *Lapide*, is quidem, vt patebit, nullus alius eſt, quam idem ipſe, qui præceſſit. Occurrit autem ex eo ſæpius, an. 1315, 1316 & ſequentibus.

Anno 1320, tanquam arbiter electus, ſententiam tulit de controuerſia quadam, quæ Collegio D. Petri intercedebat cum Herbordo Vicario eccleſiæ Aſchaffenburgenſis, Craftone, Ruperto, & Schvvicero Armigeris, germanis, filiis Schvviceri, Militis quondam de Finthene. Inſignia Collegio principi contulit beneficia, eaque inter decimas ampliſſimas in tractu villæ Genzingen, olim, vt ſupra dictum, ſibi comparatas. Altaria *S. Dionyſii* & *S. Nicolai* in æde maiori dotauit, ſiue ſollemni donatione, opibus traditis, affecit. Fidem faciant hæ, quas in lucem proferimus, tabulæ:

In nomine Domini Amen. *Iudices S. Maguntine ſedis recognoſcimus, ac tenore preſencium pateat vniuerſis, quod in noſtra conſtituti preſencia honorabiles viri D. D.* Iohannes *Decanus*, Eberhardus *de* Lapide *Cantor*, Gerhardus *de* Battenburg, Iohannes *de* Fridberg, Dyedericus *de* Kazenellenbogen *Canonici*, *totumque Capitulum eccleſie Maguntine*, *predictus D.* Eberhardus *Cantor prouida deliberacione prehabita*, *nullo dolo ſeu ſagacitate inductus*, *nec vi vel metu coactus*, *ſed voluntate ſpontanea*, *dedit liberaliter & donauit*, *ac pura donacione inter viuos dat & donat in hys ſcriptis venerande eccleſie Moguntine*, *a qua ſe recognouit plura beneficia recepiſſe*, *ſuam partem decimarum in Genzingen & terminis eiuſdem*, *ad ipſum iure proprietario pertinentem*, *in ſue ac ſuorum progenitorum animarum remedium ſalutare*, *vſu fructu eiuſdem decime ſibi ad vite ſue tempora reſeruato. Pro quo quidem vſu fructu & loco eiuſdem, Domini eccleſie predicte Magunt. ſibi ad vite ſue tempora ſingulis annis infra duo feſta Aſſumpcionis & Natiuitatis B. V. centum maldra ſiliginis menſure Mogunt. de granario Preſenciarum dare & preſentare voluntate ſpontanea promiſerunt*, *in omnem euentum*, *non obſtante grandine*, *ſterilitate terre*, *exercitu generali*, *incendio*, *indignacione ſeu inimicicia aut prohibicione Regis ſeu Epiſcopi*, *aut quorumcunque hominum aliorum*, *cui eciam granario Preſenciarum & Magiſtris eiuſdem pro tempore exiſtentibus vult quod cedant*, *preſententur & aſſignentur fructus & prouentus decime ſupradicte. Poſt mortem vero ſuam vult & ordinat, quod redditus dicte decime inter preſentes tam Canonicos quam Vicarios in dicta eccleſia diſtribuantur*, *viginti maldris ſiliginis exceptis*, *que deputat & ordinat duobus altaribus*, *S. Dionyſii ſcilicet*, *& S. Nicolai in ambitu in eccleſia predicta*, *pro luminaribus*, *eisdem altaribus impendendis*, *ita quod miniſtri dictorum altarium*, *qui p. t. fuerint*, *reſpectum habeant ad fructus & prouentus decime ſupradicte*, *percepturi de dicta decima poſt mortem ſuam vel ante ſi voluerit*, *XX maldra ſiliginis ſupradicta*, *& reſiduum de dicta decima proueniens*, *inter preſentes predictos diſtribuatur*, *prout in ſuo teſtamento inuenietur plenius ordinatum. Hac ſuperadiecta condicione*, *quod ſi forte*, *quod auertat Dominus*, *ipſum D. Cantorem ad inopiam ſeu indigenciam*, *forte occaſione captiuitatis aut infirmitatis*, *ſeu alterius cuiuſcunque caſus fortuiti vergere contingat*, *(ſuper quo declarando ſuo ſtabitur tantum proprio iuramento) vult*, *quod licitum ſibi ſit*, *ad predictam*

dictam decimam habere regressum, ipsamque vendere, obligare, & quocunque modo voluerit, alienare, prout sibi melius videbitur expedire, contradictione Dominorum dicte ecclesie, seu eorum cuiuslibet, non obstante. Hoc adiecto, quod ipse D. Cantor decimam huiusmodi Dominis predictis prius omnibus aliis exhibebit recipiendam pro eodem pretio, quod quiuis alter exposuerit se daturum. Et si forte pensio huiusmodi prefato D. Cantori, infra predicta duo festa Natiuitatis & Assumpcionis, vt predicitur, non solueretur, vel forte dicti Domini, seu eorum aliquis, alienacioni prefate se de facto opponeret, ex tunc honorabiles viri, D. Iohannes *Decanus*, Gerhardus *de* Battenburg, Iohannes *de* Fridberg, *&* Dyedericus *de* Kazenelenbogen *Canonici predicti, infra VI dies a tempore notificacionis ipsis facte, clausirum dicte ecclesie intrabunt, tam diu ibidem moraturi, donec dicto D. Cantori pensio predicta, scilicet centum maldra siliginis, plenarie persoluantur, seu licencia alienandi dictam decimam, prout prescribitur, concedatur, & hoc iidem quatuor se facturos & fideliter impleturos, per eorum iuramenta corporaliter prestita, sollemniter promiserunt. Et si forte eorundem quatuor vnum, durante dicta obligacione, decedere vel cedere contingeret, ex tunc reliqui superstites in locum decessi seu cessi, infra mensem decessus vel cessionis huiusmodi, moniti, alium eque bonum, quem dictus D. Cantor nominandum decreuerit, subrogabunt. Alioquin clausirum predictum, vt predicitur, intrabunt, & tam diu in ipso permanebunt, donec alium subrogabunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillo dictorum DD. Decani & Capituli, nec non Cantoris, duximus presentibus appendendum.*

Et nos Iohannes *Dei Gracia Decanus totumque Capitulum, ac* Eberhardus *Cantor ecclesie Magunt. predicte recognoscimus, quod ad euidenciam & robur omnium premissorum, sigilla nostra, videlicet nos, Decanus & Capitulum, sigillum Capituli nostri, & ego* Eberhardus, *Cantor, sigillum proprium appendi fecimus huic scripto. Actum anno Domini MCCCXXVIII, sexto decimo Kal. April.*

Multa insuper in vltimæ voluntatis suæ tabulis ad pias constituit caussas, vt sequens illarum docet apographum:

In nomine Domini Amen. *Ego* EBERHARDVS *de* LAPIDE, *Cantor ecclesie Maguntinensis, Deo sic volente languens corpore, compos tamen mente, illam vltimam mortis horam, que nulli certa, sed cunctis viuentibus dubia existit, cupiens salubriter preuenire, testamentum meum, seu vltime voluntatis mee dispositionem ordino, dispono & facio in hunc modum:*

Primo enim ob laudem & gloriam Omnipotentis Dei & gloriose V. M. matris sue, in remedium & salutem anime mee dispono, do & lego XX maldra siliginis, que mihi debentur seu cedent annuatim de granario Dominorum Decani & Capituli ecclesie mee predicte, racione decime in Genzingen, pro cottidianis distribucionibus, que presencie *nuncupantur, Canonicis & Vicariis in ecclesia mea iam dicta, danda in die Dionysii, vt festum eiusdem Sancti sollempniter peragatur in hunc modum.*

Item lego XX maldra siliginis, de pensione centum maldrorum predicta, cedencia, & cedere debencia pro anniuersario meo peragendo, Canonicis & Vicariis tunc presentibus danda, & pro presenciis eroganda.

Item dispono, do & lego XX maldra siliginis de illa pensione centum maldrorum predicta ad luminaria altarium videl. S. Dionysii predicti, & S. Nicolai in ambitu ecclesie Maguntine.

Item dispono, do & lego C libras Hallensium monasterio Erbacensi *Ord. Cist. ita videlicet, quod conuertantur ad consolacionem communem Fratrum inibi degencium, in die cinerum.*

Item dispono, do & lego C libras Hallensium ecclesie S. Stephani *Wyssenburgensis, Spir. dyoc. vt anniuersarium meum ibidem peragant; quas C libras Cellerarius monasterii Wyssenburg. & Scolasticus monasterii eiusdem recipient, & eas inter Canonicos & Socios dicte ecclesie S. Stephani equaliter diuident & distribuent, prout de hoc Omnipotenti Deo voluerint reddere racionem.*

Item dispono, do & lego filiabus fratris mei Wernheri, *scilicet* Irmengardi *&* Hildegardi, *commorantibus Treueri, L libras Hallens.*

Item dispono, do & lego C libras Hallens. centum sacerdotibus, quos eligent infrascripti mei manusideles, quorum quilibet per vnum annum integrum completum singulis hebdomadis dicet pro salute anime mee duas missas.

Item dispono, do & lego perpetuam pensionem L librarum Hallens. annuatim mihi cedencium de omnibus bonis monasterii in Otterbach, *in superiori villa Heymbach sitis, quam tamen pensionem, dictum monasterium, quando vult, pro M libris Hallens. reemere potest hospitali antiquiori in Maguncia iuxta Renum.*

Item dispono, do & lego monasterio in Pfaffenschvvabenheim *CC libras Hallens. iuxta discrecionem & arbitrium Prepositi eiusdem monasterii, & manusidelium meorum pro eodem monasterio disponendas.*

Item dispono, do & lego XX libras Hallens. ad presencias Canonicorum & Sociorum ecclesie Pingvvensis *pro redditibus, ad peragendum meum anniuersarium comparandis.*

Item dispono do & lego L libras Hallens. Carthusiensibus *iuxta Maguntiam, ita tamen, quod emant redditus cum eadem pecunia, qui distribuantur in anniuersario meo Fratribus ibidem.*

Item dispono, do & lego L libras Hallens. ecclesie S. Marie in campis *extra muros Mogunt. ita tamen, quod cum pecunia huiusmodi comparentur redditus, in anniuersario meo Canonicis & Vicariis presentibus distribuendi.*

Item dispono, do & lego librum meum matutinalem maiorem ecclesie S. Marie in campis *predicte, ita videlicet, quod semper ibidem in choro iaceat in cathedra paratus & promptus, omni volenti dicere horas suas.*

Item dispono, do & lego curiam meam, dictam ad lapidem, *in Maguncia,* Nicolao, *consanguineo & Concanonico meo, ita tamen, quod ipse det XL marcas denariorum Colonienssium meis manusidelibus, qui taliter distribuantur per eosdem, vt parochiali ecclesie in* Sternfelt *decem marce pro lumine perpetuo, quod diu noctuque inibi ardeat, comparando.*

Item Hospitali nouo *in Maguncia X marce. Item X marce ecclesie parochiali in* Hochdorff *pro lumine perpetuo ibidem similiter comparando.*

Item capelle in Bydesheim *X marce pro lumine perpetuo, quod diu noctuque ibidem ardeat, comparando.*

Item do & lego Nicolao *consanguineo meo predicto, equum meum album i uuenem ambulantem.*

Item Digestum vetus, *item* Hugovvicionem *super Decretum, & alios libros meos Iuris, preter* Decretales *quas do & lego* Eberhardo, *fratri dicti Nicolai, Canonico S. Marie ad gradus Maguncie.*

Item do & lego Iohanni *de* Wartenberg *cognato meo, equum meum nigrum, & paruum meum breuiarium.*

Item, reseruato vino, blado, & vasis argenteis meis manusidelibus, alia omnia vtensilia mea do & lego Walthero, *exceptis duobus lectis melioribus & coopertorio meo de vario, quos & quod do & lego infirmis hospitalis antiquioris supradicti, ita quod semper in hospitali eodem remaneant pro infirmis.*

Item do & lego hospitali in Wyssenburg *calicem meum, cum casula & alba meliori.*

Item do & lego Dine *moniali in Engeldal XX libras Hallens.*

Item do & lego Iutte & Christine, *monialibus monasterii S. Ruperti X libras Hallens.*

Item do & lego Fratri Henrico *Ordinis S. Augustini, confessori meo V libras Hallens.*

Item dispono, do & lego C libras Hallens. familie mee, inter ipsam familiam per manusideles meos iuxta eorum discrecionem distribuendas.

Item do & lego Frizoni *famulo meo antiquum album equum meum.*

Item do & lego famulo meo dicto Rat, *equum meum dictum* Bezman.

Et hec omnia & singula exequenda & complenda, constituo, dispono & facio Commissarios & manusideles meos, ac huius testamenti & vltime voluntatis mee executores, Honorabiles viros, Dominos, Wernherum *de* Indagine, Iohannem

hannem *de* Fontibus, *meos Concanonicos*, Heylmannum, *Pincernam dicte ecclesie mee*, & Heylonem *Capellanum meum*, & *quemlibet eorum in solidum, vt ipsi & quilibet eorum, hoc meum testamentum & vltime voluntatis mee dispositionem, cum ab hac luce migrauero, fideliter exequantur. Et residua bona, que reliquero, expendant & distribuant, prout vtilius anime mee viderint expedire, & sicut de hoc in die nouissimo voluerint Altissimo reddere racionem.*

In quorum omnium euidens testimonium, hanc litteram, sigillo S. Maguntine sedis ad preces meas apposito, ac sigillo meo proprio claudi & consignari & eciam sigillari curaui.

Nos quoque Iudices predicti S. Maguntine sedis, *premissa recognoscimus esse vera. Actum & datum anno Domini MCCCXXXIIII Kalend. Octobr.*

Fuit alioquin Præpositus etiam Iecheburgensis, vti patet ex diplomate Friderici, ecclesiæ Iechaburgensis Decani apud *Leuckfeldium* antiquitat. Ilfeldens. cap. 10 § 4 p. 86.

Vita concessit an. 1334, & quidem d. 7 Octobr. Sic enim in necrologio; *Non. Octobr.* † Ebirhardus *de* Lapide, *Cantor Moguntinus.*

Ceterum notes, *Helvvichium* eum cum *Eberhardo* de *Turri* confundere, dum eum *Præpositura S. Crucis* fuisse dicit.

REINHARDVS Comes de *SPONHEIM,* 13..

Cantor ecclesiæ Moguntinæ citatur in litteris Collegii metropolitani, quibus an. 1345, feria 4 post assumpt. B. V. Henrico Virnenburgio consensum præbuit ad emendum a Ioanne & Friderico, fratribus, filiis quondam Guntheri de Salza, oppidum Salza. Rursum in litteris eiusdem Collegii, 8 Id. Mart. datis, quibus consensum dat ad colligenda subsidia in æde D. Bartholomæi, quæ Francofurti est; & in aliis, peruigilio D. Georgii signatis; *Reinolt* (vitio scribæ, pro *Reinhart*) *ein Senger zum Dum zu Menze:* nec non in tabulis Henrici, quem modo diximus, Virnenburgii Archiepiscopi, Altæuillæ feria 2 post Iacobi Apostoli confectis, quibus socium sibi & auxiliatorem comparauit Godefridum iuniorem, Comitem de Ziegenhein. Anno 1347 in litteris de elocata curia in Olmen, feria 6 post festum Paschatos, scriptis: *Reinaldus* (rectius *Reinhardus*) *Cantor ecclesiæ Moguntinæ.*

THEODERICVS *de* ILFELT 13..

D. Mauricii Præpositus, Prouisor Erfurtensis, ad B.V. nec non S. Seueri ibidem Canonicus,

Cantor ecclesiæ Moguntinæ vocatur an. 1372 in litteris Ioannis I, die S. Antonii Abbatis Aschaffenburgi datis, quibus Consulibus & Scabinis Francofurtensibus vendidit vectigal vino impositum, sibique & sedi Moguntinæ ab Cæsare & Imperio oppigneratum, (*vvelches vnser vnd vnsers Stiffts Pfand ist von dem Rich*) Auinioni egit Adolfi Spirensis negotia, vt ipse hac prodit epistola, Arnstadio ad Henricum de Hartenberg Militem missa: *Hab ich vernommen, daß der Dechan zu Menz vnd etlich syner Folger allda zu Erfurt hinter mir vbel auff mich reden, also daß ich zu Auinion in mines Herrn von Spire, vnd des Stiffts von Menze Sachen nit recht solle gefahren oder gevvorben haben: vviſſet, vver solche Rede von mir saget, daß mihr der gahr vnrecht thuet, vnd bin des vvarlich vnschuldig vor Gott vnd aller Welt, dann ich zu Auinion oder anderstvvo vvider Ehr nit gethan hab, vnd gar nit vvider Ehr thun vvollt* (& quæ de statuenda sibi coram Senatu Erfurtensi die, sequuntur) *die sollen myn darumb zu rachten vvohl mechtig syn --- dann ich zu Auinion getruvvelich, biderklich, ehrlich vnd recht an mynem Herrn von Spire, vnd in sin vnd in des Stiffts zu Menze Sachen gefahren vnd gevvorben habe, vnd kan niemand in Warheit anderst von mir sagen.*

Thieterich Iluelt, Senger zum Thum zu Menze vnd Probist zu S. Mauricien daselbs.

Annum mortis indagare haud licuit. Diem necrologium signat maioris, & ad 9 Kal. April. habet: † *Theodericus de Ilfelt, Cantor & Canonicus.* Quod

ad D. Mauricii est ad diem eundem : † *R. D. Theodericus de Tlefelt , Prepositus ecclesie nostre , & Canonicus eccles. Magunt. qui legauit tempore obitus sui L flor. presencie nostre , ad comparandos redditus.*

138.. ## EBERHARDVS *de* IPPELBRVNN

Maioris Canonicus & S. Moguntinæ sedis Protonotarius ,

Cantor eccleſiæ Moguntinæ dicitur in litteris, quibus an. 1383, 4 Kalend. Decembr. a Capitulo metropolitano iussus fuit, quartam partem villæ Sultzheim, quam a Philippo Rugrauio, Domino *zuer nuvven vnd zuer alden Beymberg*, & Anna, istius vxore, sibi coemerant, *nomine Præsentiarum* apprehendere. Dum an. 1380 in crastino OO. SS. sacræ sedis Moguntinæ Protonotarius constituebatur , *Canonicus* tantum appellatur ; ex quo patet , isto tempore nondum fuisse maioris Cantorem.

1383 ## CVNO *de* STERZELNHEIM

Maioris Canonicus , S. sedis Moguntinæ Protonotarius , Iudicii sæcularis Camerarius ,

Eberhardum secutus , secundum *Helvvichium* obiit an. 1408, 13 Kalend. April. vt *liber Animarum* habet p. 141 , non, vt apud eundem est, d. 23 Mart.

[Helvvichius *ordinem hic nonnihil turbat. Primum enim Cunoni subiungit* Henricum *a Schoneburg, quem tamen post Ottonem de Friesenheim Cantoris dignitatem consecutum esse , ex sequentibus patebit. Dein Henrico successorem dat* Wilhelmum *Nassouiæ Comitem , dicitque , ex Cantore postea factum Præpositum : cum tamen nusquam occurrat , Wilhelmum Cantoris munia vnquam obiuisse*]

1408 ## OTTO *de* FRIESENHEIM, *primum,*

Cantor factus an. 1408, vt diserte habet tabula Canonicorum, quæ in loco Capitularium conuentibus destinato suspensa est. An. 1410 quatuor in litteris, vno eodemque die, feria scilicet quinta post D. Agnetis memoriam, datis, *Senger zum Dume zu Menze* vocatur. Quo tamen ipso hoc Cantoris munere abscessit.

1410 ## HENRICVS *de* SCHONEBVRG

Ottonis subiit in locum an. 1410. Naturæ debitum exsoluit an. 1412, d. 13 Septembr. ac in sacello D. Nicolai iuxta agnatum Ioannem Præpositum, teste lapide, in quo vterque cum mitra exsculptus, sepulturæ cepit locum.

1412 ## OTTO *de* FRIESENHEIM, *secundum,*

Electus an. 1412. Vita defunctus est an. 1416 vel 1417. quem enim habuit successorem, Otto de Falkenburg, an. 1416, d. 4 Ianuar. in laudo quodam, & feria 4 post Matthæi in litteris Ioannis II non nisi *Canonicus* vocatur. Diem, quo obiit, distincte signat necrologium maioris p. 69. Sic enim ibi ad 4 Id. Febr. † *Honorab. D. Ortho de Friesenheim , Cantor eccles. Mogunt.*

141.. ## OTTO *de* FALCKENBVRG

Secutus, occurrit in tabulis Ioannis II, an. 1418, d. 19 Mart. de Vicaria S. Martini, vt in libello *de Vicariis* videre est. Spiritum posuit an. 1419, d. 19 Nouembr. sepultus in *loco Memoriæ*, lapideque tectus, in quo exsculptus cernitur cum mitra, & inscriptione, nunc quidem sic detrita, vt illorum, quæ ad rem facerent, præter pauculas hasce litteras *de Falcken..* nihil amplius legi possit.

1419 ## EBERHARDVS MÖNCH *de* ROSENBERG

Ottoni successit. Vitæ finem impleuit an. 1429, d. 14 Octobr. in peristylio maioris tumulatus.

THEODE-

THEODERICVS, Pincerna & Dominus *de* ERBACH 1429

Eberhardi in locum suffectus est an. 1429, suaque meruit virtute, vt an. 1434 ad Pontificatus Moguntini culmen proueheretur. In fata concessit an. 1459, prid. Nonas Maias Aschaffenburgi, ibidemque in choro ædis Collegiatæ sepulturæ locum nactus.

HENRICVS *a* SCHONEBVRG 1434

Spiræ maioris, nec non Mog. ad B. V. ad gradus, ac S. Crucis extra muros Canonicus,

Theodericum excepit. Quum an. 1435 Clerus, lite, quæ ei cum ciuibus Moguntinis *de ducillatione vini & clausura portarum* erat, per Concilii Basileensis Oratores Kal. Febr. composita, Binga, quo se receperat, in vrbem reuertisset, in rei memoriam peculiare in honorem B. V. M. ipse instituit sacrum, eadem die quotannis cum nouem lectionibus peragendum, censu quatuor medimnorum siliginis, tum temporis præsentibus in choro, sacroque fungentibus officio, distribuendorum, simul constituto. Vitæ suæ curriculum absoluit an. 1441, die 7 Iun. in peristylio humatus.

Henrico *mortuo, diuisis vt voluntatibus, ita suffragiis pars Canonicorum elegit* Richardum *de* Cleen, *pars* Conradum Rau *de* Holtzhausen; *Quibus confirmationem petentibus,* Theodericus *Archiepiscopus* Richardo *Cantoriam adiudicauit, litteris Algesheimii d. 21 Decembr. an.* 1441 *datis.*

RICHARDVS *de* CLEEN 1441

Hoc approbatus modo, muneri Cantoris præfuit ad an. vsque 1448, quo, Decanus factus, eo se abdicauit.

CONRADVS RAV *de* HOLZHAVSEN 1448

Præpositus Aschaffenburgensis, & Moguntiæ ad D. Petri Canonicus,

Richardo successit. Anno 1455 a Theoderico Iudex ecclesiasticus ordinarius, tabulis Dominica *Lætare* confectis, & an. 1464, d. 21 Ianuar. ab Adolfo constitutus fuit. FF. Dominicanis XX florenos ad instaurationem monasterii, tempore vrbis occupatæ incensi, legauit. Obiit eodem an. 1464, 17 Kal. April. sepultus in sacello S. Nicolai, teste statua eius mitrata, ad murum erecta.

[*Conrado* a quibusdam successor datur HERTANDVS de LAPIDE, de quo infra in *Canonicis.*]

VDALRICVS, Dominus *de* BICKENBACH 1464

Præpositus Limburgensis ad D. Georgii, Metropolitanæ Moguntinensis, & B. M. V. ad gradus Canonicus, Præfectus Bingensis,

Conrado surrogatus, extremum vitæ spiritum edidit an. 1469, d. 12 Nou. in *loco Memoriæ* ante aram *S. Aegidii* sepulturæ ritu decenti traditus.

EWALDVS FAVLHABER *de* WECHTERSBACH 1469

Decretorum Doctor, & sedis Apostolicæ Protonotarius,

Paucis post Vdalrici mortem hebdomadibus in Cantorem electus fuit. In renouatione enim Testamentariorum, vt vocantur, an. 1469, d. 20 Decembr. distincte his legitur verbis: *Dominus Cantor Evvaldus Fulhaber* --- Cædis cuiusdam quum an. 1473 argueretur, a Decano & Canonicis, concluso Lunæ post *Palmarum* an. 1474 facto, suspensus seu officio ad tempus submotus fuit, donec crimen purgasset, vel tertium in curia Romana peruicisset. Obtentis dein semel atque iterum a Pontifice tum ad Collegium metropolitanum, tum ad Dietherum Archiepiscopum litteris, an. 1478 mense Septembri cum Capitularibus de reditibus Cantoriæ & Canonicatus interea detentis, impensis item, idque genus aliis, transegit. Anno 1483 in vnione Cleri generali, Kalend. Aprilis signata, Cantoris,

vt antea occurrit titulo. Obiit an. 1486, die 11 Nouembr. in ſacello D. Nicolai humatus.

148. RVPERTVS

Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, Comes Sponheimenſis, Metropolitanæ Moguntinæ, cathedralis Argentoratenſis Canonicus, B.V. ad gradus Præpoſitus,

Evvaldo Cantoris in dignitate ſucceſſit, qua dein an. 1487, quum Epiſcopo Ratisbonenſi Adiutor datus eſſet, ſe abdicauit. Epiſcopatum poſtea ipſum conſecutus. Obiit an. 1507, die 19 April. in caſtro Weerd (*Hundius* in metropoli p. 144) & Ratisbonæ in æde maiori ſepultus.

1487 FRIDERICVS

Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, Comes in Sponheim, B. M. V. ad gradus Præpoſitus, ad D. Albani Scholaſticus, metropolitanarum Moguntinæ, & Treuirenſis, nec non cathedralis Argentinenſis, ac Collegiatæ S. Victoris extra mœnia Moguntina Canonicus,

Fratri Ruperto ſuffectus fuit an. 1487, viuere deſiit, anno, vt necrologium habet, 1518, die 17 Octobr.

[Friderico *a quibusdam ſubiungitur* THEODERICVS ZOBEL a *Gibelſtatt*; *de quo ſupra in* Scholaſticis.]

1518 CHRISTOPHORVS *a* GABLENZ

Cantoris honores obtinuit an. 1518, quos cum ſuſtineret, Vicarius etiam in ſpiritualibus generalis conſtitutus eſt. Mortem obiit an. 1535, die 21 April. ſepultus in maiori, qua verſus chorum ſummum itur e D. Gothardi ſacello, cum elogio, quod tamen ob plura ſcripturæ compendia difficulter admodum legi poteſt.

1535 PHILIPPVS *a* STOCKHEIM

Moguntiæ D. Albani, Beatæ item Virginis Erfurti, ac S. Martini Weſaliæ Præpoſitus, B. M. V. ad gradus Canonicus, & Iudicii ſæcularis Camerarius,

Chriſtophoro ſurrogatus fuit. Podagræ doloribus cum excruciaretur, & valetudinarius per integrum ante beatam ἀνάλυσιν annum domo pedem haud extuliſſet, an. 1548, die 21 Iun. a prandio, cum amicis & familiaribus habito, ſurgens, ſubito infirmitate correptus letali, intra horæ dimidium extinctus eſt, vt *Ioannes Cuſanus*, Capituli tum Secretarius, in ephemeridibus ſuis adnotauit. In periſtylio poſt funeratus.

1548 GEORGIVS GOELER *a* RAVENSBVRG

Præpoſitus Spirenſis, nec non D. Victoris Canonicus,

E Canonico Cantor electus an. 1548. Iubilarii, vt vocant, honores conſecutus eſt an. 1557, die 25 Aug. ſequenti 1558 e viuis exceſſit die S. Martini, vt in epitaphio eſt. tumulatus in *loco Memoriæ.*

1558 MARQVARDVS *ab* HATTSTEIN

Scholaſticus Spirenſis, maioris Moguntinæ Canonicus,

Georgio ſucceſſor datus an. 1558, die 11 Decembr. Præſul Spirenſis an. 1560 conſtitutus, Cantoris officio ſe abdicauit. Cuſtodis tamen partes anno poſt 1568 in ſe ſuſcepit.

1560 HENRICVS *a* STOCKHEIM

Præpoſitus D. Albani & Canonicus maioris,

Marquardi in locum ſubiit an. 1560, die 14 Octobr. vitam cum morte commutauit an. 1588, die 26 Octobr. in periſtylio humo mandatus.

PHI-

PHILIPPVS *a* TROHE 1588

Ad D. Albanum Canonicus senior, Eques Hierosolymitanus, ac montis Sinai,

Henricum in dignitate secutus est an. 1588, die 22 Nou. electus: in morte vero an. 1596, die 6 Decembr. eodemque loco traditus sepulturæ.

CHRISTOPHORVS *a* GRAENROD 1597

Canonicus maioris & D. Albani, Præfectus Bingensis,

Cantor renuntiatus an. 1597, die 15 Ianuar. & quidem Höchsti, vbi tum Collegium metropolitanum, Moguntia aere pestilenti infecta, agebat. Et quidem per *viam*, vt loquuntur, *compromissi*, delectis, qui defuncto successorem darent, *Philippo Craz* de *Scharpfenstein*, Præposito, *Ioanne Suicardo* de *Cronberg*, Decano, & *Ioanne Adamo* de *Bicken*, Scholastico. Vita excessit an. 1601, die 25 Sept. funeratus in loco Memoriæ, qua ingressus patet, sepulchro asseribus tecto.

IACOBVS *ab* ELZ 1601

Absens tum temporis, ac Romæ Ioannis Adami nomine Legatum agens, Christophori successor factus est an. 1601, die 31 Octobr. Anno dein 1604, die 4 Decembr. ad Scholastici dignitatem gradum fecit.

ANTONIVS WALTBOTT *a* BASSENHEIM 1604

Iacobo successit an. 1604, die 30 Decembr. Cantor designatus. Maioribus par dignitatibus, an. 1627 factus est Præpositus.

IOANNES REINHARDVS 1627
a METTERNICH *in* Sinzig,

Antonium excepit an. 1627, die 30 Aug. Cantor lectus. Splendore natalium, prudentiæque laudibus cum excelleret, dignus Ferdinando II Imperatori visus est, cui negotium apud Georgium Fridericum, Electorem & Archiepiscopum, expediendum anno sequenti 1628 Legati committeret titulo. Quod iudicium secuti Collegæ, eum an. 1629 ad Præpositi honores euexere.

HVGO EBERHARDVS CRAZ 1629
de SCHARPFENSTEIN

Canonicus Moguntinus & Treuirensis, Archidiaconus S. Lubentii in Dietkirchen,

Anno 1629, die 10 Decembr. decessoris in locum Cantor designatus est. Vir morum honestate clarus & consilio: vnde ab Anselmo Casimiro an. 1636 tum Consiliarii, tum Vicarii in spiritualibus muniis admotus fuit, & an. dein 1638 Iudicii sæcularis constitutus Camerarius. Quibus magna quum fungeretur laude, eodem an. 1638 e Cantore factus est Custos.

FRIDERICVS GEORGIVS *a* SCHÖNBORN 1639

Metropolitanæ, nec non S. Albani, D. Victoris ac B.M.V. ad gradus Canonicus, Præfectus Bingensis,

Cantoris officium, quod an. 1639, die 4 Aprilis consecutus est, paruo administrauit tempore. Anno namque secuto 1640, die 2 Ianuar. Coloniæ morbo superatus id cum spiritu deposuit, apud Carthusianos ibidem sepultus.

GERNANDVS PHILIPPVS 1640
de SCHWALBACH

Moguntinæ maioris & Equestrium S. Albani & Ferrutii Canonicus, S. Martini Heiligenstadii Præpositus, Eminentissimi Electoris Consiliarius Intimus

Cantor electus an. 1640. Vir magnæ eruditionis & experientiæ, ac ob exantlatos plurimos pro re Catholica & Moguntina labores de publico optime meritus. Morbo, quem apoplexin vocant, correptus, in libitinæ rationem venit an. 1647, die 15 Ianuar. in choro summo humatus.

IO-

1647 **IOANNES VDALRICVS *ab* ANDLAV**

Ecclesiarum metropolitanæ Moguntinensis Archipresbyter, & B. M. V. ad gradus Canonicus, S. Albani Custos, ad S. Crucem in campis extra muros Moguntinos, & D. Georgii Moxstadiensis Præpositus, Eminentiss. Principis Electoris Consilii Aulici Præses,

Decessoris in locum substitutus est an. 1647, confirmatus die 16 Mart. obiit octogenarius an. 1650, die 16 Martii, in æde maiori ante sacellum D. Barbaræ tumulatus.

1650 **IOANNES SVICARDVS WALTBOTT *de* BASSENHEIM *in* OLBRVCK**

Custos S. Albani & metropolitanus Canonicus,

Decessori surrogatus an. 1650, die 29 April. Rebus humanis exemptus est an. 1656, die 14 Maii, in sacello D. Magni traditus sepulturæ.

1656 **HVGO FRIDERICVS Dominus *ab* ELZ**

Decanus Treuirensis, Canonicus (senior) *Moguntinus ac Herbipolensis, Iudicii secularis Camerarius,*

Cantoris honores, rite electus, capessiuit an. 1656, paucoque tempore gessit. Anno enim 1658, die 19 Iul. Francofurti (cum de nouo Imperatore eligendo ageretur) apoplexia extinctus est. Moguntiam deuectus, in sacello SS. Petri & Pauli Apostolorum humatus. *Insignis Zelator* (verbis vtimur libri inferialis parochiæ metropolitanæ) *cultus diuini, pauperum, tam religiosorum quam secularium, munificus benefactor, relicto apud ciues magno sui desiderio.*

1658 **PETRVS IACOBVS *de* PARTENHEIM**

Canonicus & Archipresbyter Moguntinus, Equestris ad S. Ferrutium in Bleidenstatt Decanus, Iudicii secularis Camerarius, Eminentissimi Electoris a consiliis,

Cantoris munia, Elzio defuncto, obtinuit an. 1658, quæ quum magna obiret dignatione, anno 1662 viuendi finem fecit. Vltimus suæ gentis, in sacello D. Nazarii sepultus.

1662 **VITVS CHRISTOPHORVS FVCHS *a* DORNHEIM**

Scholasticus ad D. Albanum, & Canonicus S. Ferrutii,

Die 1 Iunii an. 1662 Cantor electus, an. 1686, 29 Nou. diem vitæ extremum clausit, a PP. Franciscanis elatus, sepulturæ locum cepit in æde S. Sebastiani.

1686 **IOANNES PHILIPPVS**

L. B. *de* GREIFFENCLAV *in* Volrats,

In defuncti dignitatem subiit ac locum an. 1686, die 30 Dec. Postquam Locumtenentis etiam capessiuisset munus, e Cantore an. 1695 ad Decani adscendit honores, vt supra in Decanis, quos euoluas, dictum.

1695 **FRANCISCVS EMERICVS WILHELMVS *de* BVBENHEIM**

Canonicus & Archipresbyter Moguntinus, nec non Cameræ Præsentialis Præses,

Cantoris adeptus Prælaturam est an. 1695, die 12 Febr. quam anno dein 1699, Decanus factus, dimisit.

1699 **HVGO WOLFGANGVS**

L. B. *de* KESSELSTATT

Canonicus Moguntinus & Iudicii secularis Camerarius,

Cantor electus an. 1699, die 22 April. Eadem porro, qua decessores proximi vsus fortuna, e Cantore an. 1709 constitutus est Decanus.

1710 **PHILIPPVS CAROLVS Dominus *ab* ELZ**

Supremus Chorepiscopus Treuirensis S. Petri, collegiatæ Moxstadiensis Præpositus, Eminentissimi Electoris Moguntini Consiliarius Intimus & Consilii Aulici Præses,

Hugonis Wolfgangi successor an. 1710, die 13 Ianuar. designatus. Quem locum ad hunc vsque diem tenet & ornat.

SECTIO

SECTIO VI
De
CANONICIS
ECCLESIAE MOGVNTINENSIS,

Omnibus quidem ac singulis, qui ex Catalogis antiquis, Diplomatibus, Necrologiis, Schedis manuscr. aliisque Documentis erui potuerunt.

A.

ARnoldus, *Custos* † circa annum ---- Vide supra catalogum *Custodum* p. 309. 10..

Anselmus, *Præpositus* † anno 1122. Vide catalogum *Præpositorum* p. 271. 11..

* Arnoldus, *Canonicus maioris ecclesiæ*, citatur testes inter in litteris Adelberti I Archiepisc. quibus anno 1128 Canonicis Moguntinis varios contulit & donauit census. 11..

* Arnoldus, *Archipresbyter*, occurrit in litteris Adelberti, Canonici B. M. V. ad gradus, quibus anno 1131 Sant-Albanensibus duos mansos cum dimidio in tractu villæ Vndenheim attribuit. Item in tabulis Adelberti I Archiepiscopi, quibus eisdem an. 1135 donationem Eberhardi de Steina confirmauit. 11..

Arnoldus, *Custos* sub an. 1158. Vide catal. *Custodum* p. 309. Postea factus *Præpositus* † circa an. 1194. Vide catal. *Præpositorum* p. 272. 11..

* Adelbertus, *maioris ecclesiæ Canonicus*, testibus adscriptus in litteris Conradi I, quibus an. 1196 ecclesiam Gosbacensem, quæ filia erat Brunnensis, ad parochialis euexit dignitatem. 11..

Albertus, *Custos.* † an. 1210. Vide catal. *Custodum* p. 310. 11..

Adelungus, *Canonicus*, inuenitur an. 1211 in tabulis Sifridi II, quibus prædia Canonicorum B. M. V. ad gradus in Rhingauia ab exactionibus libera pronuntiat. Postea Custos vicarius factus est, hocque titulo nobis subit in tabulis eiusdem, quibus an. 1220 Petrensibus ædem S. Emerani attribuit, citaturque, *Adelungus Subcustos.* Et in aliis, quibus idem an. 1227 Sant-Albanensibus donationem Ruthardi Archiepiscopi confirmauit, *Subcustos maioris ecclesiæ.* 12..

* Arnoldus, *Archidiaconus Treuirensis, ecclesiæ maioris in Maguntia Canonicus*, citatur in tabulis Christiani, Præpositi ad D. Victorem, quibus Fratribus D. Victoris beneficium quoddam in Winckel anno 1220 contulit. 12..

* Adelungus, *Archipresbyter*, adducitur in litteris Gerbodonis, Præpositi ad D. Petrum, an. 1234, 6 Id. Ian. datis, nec non in aliis Capituli Moguntini anno 1238 perscriptis, quas vide in Schediasmate de Collegiata *S. Crucis.* 12..

Arnoldus, *Canonicus Moguntinus*, citatur in tabulis Werneri, maioris & ad D. Petrum Præpositi, quibus Canonicis S. Petri varia indulsit, anno 1253. Videtur esse is, qui an. 1261 *Scholasticus* factus est, quorum catalogum velim euoluas. 12..

de *Aldenburg* (Sifridus) *Canonicus maioris ecclesiæ.* Arbiter fuit litis, quæ an- 12..

no 1237 Capitulo S. Stephani fuit cum Gerlaco *de* Merlauvve, occurritque hoc adhuc titulo an. 1239 in litteris Sifridi III. Custos postea electus, quem inuenies in catalogo eorum p. 310.

1391 *de *Alenconio*, (Philippus) *S. R. E. Cardinalis*, *Præpositus*. De quo pluribus actum in eorum catologo p. 283 & seq. † an. 1397.

1635 **de *Ampringen*, (Ioannes Fridericus) *Moguntinæ*, *Herbipolensis & Basileensis ecclesiarum Canonicus*, † Domicellaris an. 1642, die 4 Iul. Moguntiæ in domo Equitum Ordinis Teutonici per gradus lapideos retrorsum lapsus in inauguratione Hermanni Ottonis, Comitis Nassouii (*Auf-schvvörung* vulgo vocant) sepultus in templo D. Elisabethæ, Curiæ Teutonicorum adstructo. Lapis sepulcr. vt & liber inferialis in *Odenmünster*.

1605 ab *Andlau*, (Ioannes Vdalricus) *Archipresbyter maioris*, nec non *cathedralis Basileensis*, *S. Albani*, *& B. M. V. ad gradus Canonicus*. Factus prouisione Archiepiscopi Ioannis Suicardi an. 1622, d. 28 Septembris Beneficiatus altaris parochialis D. Catharinæ in Altauilla. Electus post in Cantorem, quorum in indice eundem reperies p. 336 † 1650.

13.. de *Aschenbruch*, (Conradus) *Canonicus*. In litteris de anno 1316 vocatur *Conradus* de *Ansenbruch*, in aliis an. 1334 & 1342, *Conradus* dictus *Ansemburg*. Interfectus Moguntiæ an. 1349. Vid. supra *Helvvichium* in Canonicis lit. C pag. 232.

13.. *Austriæ Dux*, (Henricus) cognomento *Placidus*, *Canonicus Moguntinus*. Archiepiscopo Matthiæ ad partem curarum Archiepiscopalium sustinendam a Ioanne XXII P. M. Adiutor datus est. Mutato postea vitæ genere, vxorem duxit *Elisabetham*, Comitem de *Virnenburg*. † Brugis in Styria anno 1327, 3 Non. Febr. vt in necrologio maioris his ad diem hunc memoratur verbis: † *Henricus Illustris Dux Austriæ, & Elizabet de Virnenberg, eius coniux, vnde dantur VIII maldra tritici de C maldris in Biscouisheim*. Sepultus in cœnobio Königsfeld. Conf. *Fuggeri* speculum honoris Austriaci lib. 3 cap. 4 pag. 302.

1621 *Austriæ Archi-Dux*, (Leopoldus Wilhelmus) Ferdinandi II Imperatoris filius, *Ordinis Teutonici per Germaniam & Italiam magnus Magister*, *Episcopus Passauiensis*, *Argentoratensis*, *Halberstadensis*, *Olomucensis*, *& Vratislauiensis*, *Abbas Hersfeldensis & Murbacensis*, *Canonicus Moguntinus & Colonensis*, *Exercituum Cæsarianorum supremus Dux*, nec non *Regius Gubernator Belgii Hispanici*. Vulgari elogio *Princeps sine vitio* dictus. Vid. *Wagnerus* lib. II histor. Leopoldi Magni Cæsaris, p. 119, qui in antecedentibus pluribus in laudatissimi Principis laudes excurrit. † anno 1662, die 20 Nouembr. quo quidem anno, die 3 April. Canonicatu Moguntino, quem obitu Conradi Ludouici de Zobel vacantem, prouisione Archiepiscopi Ioannis Suicardi, consecutus erat, se abdicauit. Sepultus Viennæ in mausoleo Imperatorio, quod in æde sacra Capucinorum intra mœnia vrbis est.

B.

11.. BVrchardus, *Canonicus Moguntinus*, ac trium *S. Petri* ecclesiarum, *Moguntinensis* scilicet, nec non *Iecheburgensis*, & *Dorlonensis Præpositus*. Occurrit ab an. 1144 vsque ad an. 1196.

11.. Babo, *Canonicus*, citatur an. 1171 in litteris, cœnobio D. Ruperti iuxta Bingam datis, vt *Helvvichius* p. 231 notauit.

11.. Berengarius, *Cellerarius maioris ecclesiæ*, anno 1171 in iisdem citatur litteris, vt similiter, quem modo dixi, auctor l. d. prodit.

1213 *Baldemarus, *Cantor D. Petri*, vna cum aliis ad ædem maiorem Canonicis adscriptus

adſcriptus teſtibus in tabulis Sifridi II de inſtauratione ædis ad S. Victorem, h. a. (1213) datis, cum in aliis anni ſuperioris ab illis diſtinctus ſit.

***Bernhardus,** *Canonicus Moguntinus*, occurrit in litteris anno 1239, 4 Non. Maii datis, quibus parochialis *Biſchoueshcimenſis* Capitulo Francofurtenſi ad D. Bartholomæi conceditur. In aliis item Wilhelmi Præpoſiti ad D. Mauricium an. 1250 ſignatis. In tabulis Chriſtiani II, anno ſequenti 1251 confectis, dicitur *Bernhardus Archipresbyter maioris eccleſiæ.* 12..

*** Burchardus,** *Præpoſitus Frizlarienſis*, *Canonicus Moguntinus.* citatur in laudo arbitrorum ſuper controuerſia Capituli ad S. Stephanum cum Henrico de Bolanden Præpoſito, an. 1244. 12..

de *Bach*, (Otto) *Moguntinæ maioris Canonicus*, *ac Spirenſis Scholaſticus*, Rector eccleſiæ parochialis in Lautershauſen, cuius tamen cura an. 1477, d. 28 Decembr. Dietheri indultu, ſe abdicauit. † *Iubilarius*, vt vocant, an. 1497, d. 3 Maii, Spiræ in periſtylio maioris ſepultus. 1448

de *Bach*, (Henricus) *Canonicus*, vixit an. 1478, vt *Helvvichius* p. 240 Elenchi notat. 14..

de *Baden* (Ioannes *Marchio*,) *Canonicus Moguntinus & Treuirenſis*, electus an. 1456 Archiepiſcopus Treuirorum in locum Iacobi de Sirck. † an. 1503, d. 9 Febr. & Treuiri in ſacello D. Nicolai, quod in æde maiori eſt, ſepulcro honeſtiſſimo locum cepit. v. *Brouverus* annalium Treuirenſium lib. 19 § 101 p. 290, & lib. 20 § 9 p. 318. 1448

de *Baden* (Fridericus *Marchio*,) *Moguntinæ*, *Argentoratenſis*, *& Vltraiectenſis eccleſiarum Canonicus.* Anno 1496 ad titulos Vltraiectinos vocatus, ſequenti 1497 Canonicatum Moguntinum, teſte tabula in loco Capitulari, dimiſit. Sedit an. 20, ac Epiſcopatu an. 1516 Philippo de Burgundia tradito, eodem Liræ, Brabantiæ oppido, diem obiit. *Cratepolius* in annalibus Epiſcopor. Vltraiectenſ. p. 380. Sepultus Badenæ in Collegiata ad SS. Petrum & Paulum Apoſtolos, & epitaphio ſplendido, quod etiamnum ſuperat, cohoneſtatus. 1479

*** de *Baden*** (Iacobus *Marchio*,) *Canonicus Moguntinus*, *Treuirenſis*, *& Auguſtanus.* Moguntino quidem, quod anno, quem dixi, adeptus eſt, ſacerdotio ſequenti renuntiauit, Patruo Treuiris datus Adiutor, cui & poſtea an. 1503 ſucceſſit. † Coloniæ an. 1511, d. 27 April. apud Confluentes in æde D. Florini tumulatus. v. *Brouverus* l. d. lib. 20 § 41 p. 326. 1497

*** de *Baden*** (Rudolfus *Marchio*,) *Moguntinæ*, *Colonienſis*, *Argentoratenſis*, *& Auguſtanæ eccleſiarum*, nec non *ad D. Stephani apud Mediomatrices Canonicus & Primicierus.* Canonicatu an. 1500 ſe abdicauit. † an. 1533, d. 21 Septembr. 1498

de *Battenburg* (Gerhardus *Comes*) *Canonicus*, anno 1316 primum occurrit in litteris Philippi de Falckenſtein, eccleſiæ Moguntinæ, de non amplius eandem circa perceptionem decimæ in tractu villæ Hillesheim turbando, d. 3 Mart. datis. Item an. 1328 in inſtrumento, quo Eberhardus de Lapide Cantor, 16 Kal. April. decimam Genzingenſem Capitulo Moguntino donauit. An. 1342 iam fatis functus legitur. Obiit autem, vt *liber Animarum* p. 250 habet, 9 Kal. Iunii. Quæ cum ita ſint, ſuſpicor librarii vitio apud *Helvvichium* legi, quod vixerit an. 1426. 13..

Bauaria (Erneſtus *Dux*) *Moguntinæ*, *Colonienſis*, *ac Herbipolenſis eccleſiarum Canonicus.* Canonicatum Moguntinenſem, quem prouiſione Danielis conſecutus erat, an. 1587 Domicellaris dimiſit. Archiepiſcopus ceteroquin fuit Colonienſis, ac Epiſcopus Leodienſis, nec non Hildesheimenſis, Monaſterienſis, & Friſingenſis Adminiſtrator. † an. 1612, d. 7 Febr. 1571

1583 *Bauariæ* (Philippus *Dux*) *Postulatus Episcopus Ratisbonensis, Canonicus Moguntinus.* ad Senatus Vaticani purpuram euectus an. 1597. † in arce Dachauiensi an. sequenti 1598, d. 18 Maii, sepultus Monachii in æde D. Virginis honori dedicata. Quod Ratisbonæ in maiori habet cenotaphium, legi potest in addendis ad *Parei* historiam Palatinam p. 612.

13.. de *Bebinburg*, (Lupoldus) *Doctor Decretorum, Canonicus Moguntinus.* Occurrit an. 1325 in depositione testium super iure eligendi Præpositum ad S. Victorem. Item an. 1327 in chartis Reinhartsbronnensibus, quibus Matthias Archiepisc. cœnobio isti ecclesiam in Boilstete incorporauit siue in perpetuum attribuit: quippe in quibus inter alia sic: *ad rogatum honorabilis viri, Domini* Luppoldi *de* Bebinburg, *nostri Canonici.* vid. *Tenzelius* Supplem. II ad Sagittarii histor. Gothan. §. 41 p. 104. Item in litteris Gerlaci super variis priuilegiis & pactis ciuitatem Moguntinam spectantibus, datis an. 1349, feria 4 post Ambrosii. quin anno adhuc 1353 in tabulis, quibus idem feria 5 ante Luciæ Virg. oppidis pignori sibi traditis renuntiauit, testibus Canonicos inter solo *Canonici* titulo adscriptus. Vt adeo consistere haud possit, eum iam an. 1352 cathedram Bambergensem inscendisse. Eam tamen ipsum insedisse, patet e litteris, an. 1357 sabbato post Petri ad vincula signatis, in quibus ille sic: *vvir Lupolt --- Bischof zu Babenberg, bekennen, als vns* Engelhart *von* Bebenburg *gefangen hat vnsers Bruders seligen Sohne* &c. † an. 1363 exeunte: in choro D. Petri Bambergæ tumulatus.

13.. de *Bellersheim*, (Ioannes) *Canonicus.* vixit, vt *Helvvichius* notat, anno 1346.

15.. de *Benzenau*, (Simpertus) *Canonicus*, legitur, vt idem memorat, an. 1530.

1538 de *Benzenau*, (Otto) *Archipresbyter Moguntinus*, nec non *Augustanæ ac Frisingensis ecclesiarum Canonicus.* † an. 1555, d. 24 Octobr. Augustæ Vindelicorum, vbi etiam sepulturæ locum nactus est.

1543 de *Berg*, (Marquardus I) *Canonicus Domicellaris*, resignauit, vt *Helvvichii* verbo vtar, an. 1545, d. 13 April.

1555 de *Berg*, (Marquardus II) *Iurium Doctor, Præpositus maior Augustanus, & Ratisbonæ Collegiatæ Imperialis B. M. V. ad veterem Capellam*, Bambergensis Decanus, Canonicus Moguntinensis Domicellaris.* Anno 1559 in comitiis Augustanis *Georgii*, & an. 1566 *Viti*, Episcoporum Bambergensium, Legatum egit. An. 1575, d. 26 Iulii Episcopus Augustanus electus est. † Dillingæ an. 1591, d. 28 Ian. ibidemque (non autem Augustæ, vt *Helvvichius* habet) sepultus in sacello aulico, sequenti epitaphio posterorum commendatus memoriæ †:

D. O. M.

Marquardus vom Berg, Sueuus, familiæ suæ vltimus, eligitur in Episcopum Augustanum XXVI Iulii anno MDLXXV. Præfuit annis XV, mensibus VI. moritur anno MDLXXXXI, die XXVIII mensis Ianuarii, ætatis suæ LXIII.

* *Hundius* metropol. Salisburg. tom. II p. 60.
† *Corbin.* *Khamm*, Hierarch. Augustanæ part. I p. 373.

1709 ** de *Bettendorf*, (Anselmus Fridericus *Baro*) *Moguntinus, Wormatiensis & ad D. Albanum Canonicus.*

13.. *Beyer* de *Boppardia*, (Henricus I) † Decanus an. 1377. v. catal. *Decanorum* p. 302

13.. * *Beyer* de *Boppardia*, (Henricus II) *Canonicus.* Testium in numero est in tabulis an. 1379 sabbato post OO. SS. datis, quibus Adolfus I Archiepiscopus Capitulo Moguntino iura, priuilegia, & immunitates confirmauit. Occurrit ceteroquin an. 1390 in litteris Conradi II, feria 6 post Dominicam Oculi *super vno Thurno* in Lonstein perscriptis.

Beyer

Beyer de *Sternberg*, (Henricus) *Canonicus.* † an. 1344, d. 7 Auguſt. in periſtylio maioris humatus, vt *Helvvichius* p. 240 habet. 13..

de *Bibra*, (Hermannus) *Canonicus Moguntinus & Erfurtenſis ad B. M. V. Hoc* ſane titulo iam citatur in litteris an. 1327 datis; *illo*, an. 1348, varieque effertur, modo de *Bibrau*, modo *Bybra*, modo de *Bibera.* Occurrit adhuc an. 1353. In necrologio p. 239 dicitur obiiſſe a. d. 16 Kal. Iun. his verbis; † *Hermannus* de *Bybra, Sacerdos & Canonicus huius eccleſie, vnde --- Item ab eodem datur, quantum haberi poteſt de curia* zum Knoppe, *ſita ex oppoſito monaſterii FF. Minorum Maguntie, ſub hac forma, quod eadem poſt mortem* Elſe, *relicte quondam* Magiſtri Conradi *de* Turribus *Phyſici --- vendatur ---* 13..

* de *Bibra*, (Ioannes I) *Canonicus.* Legitur in litteris elocationem quandam ſpectantibus, datis an. 1353. 13..

de *Bibra*, (Ioannes II) *Canonicus*, vixit, vt *Helvvichius* notat, anno 1419. 14..

de *Bibra*, (Laurentius) *Moguntinus & Herbipolenſis Canonicus.* Anno 1486 cum Bertholdo Aquisgrani fuit, quando Maximilianus I diademate cingebatur Imperiali. *Canonicus & Syndicus* vocatur in litteris an. 1489. An. 1491, d. 23 Nouembr. a Bertholdo in Sacellanum cooptatus, & a debito *perſonalis*, vt vocant, *reſidentiæ* immunis factus. An. 1495 gradum fecit ad Epiſcopatum Herbipolenſem. † an. 1519, d. 6 Febr. 1480

de *Bibra*, (Wilhelmus) *Canonicus*; quem an. 1491 in viuis egiſſe notauit *Helvvichius* p. 255. 14..

de *Bibra*, (Ioannes III) *Canonicus.* Prouiſus ab Alberto Cardinali & Archiepiſcopo die 27 Febr. 1518

de *Bicken*, (Wolfgangus) *Canonicus.* a Bertholdo Archiepiſcopo in Vicarium in ſpiritualibus cooptatus an. 1487, die 7 Septembr. Vir erga ordinis eccleſiaſtici perſonas admodum munificus. *Ordinauit, quod quelibet perſona preſentie communis ſabbato poſt feſtum Paſche vsque ad Dominicam Pentecoſtes ſingulis veſperis, quibus ante hac vinum non diſtribuebatur, futuris temporibus a primo pulſu vsque ad finem veſperarum deſeruiat vnam menſuram vini, ob eamque cauſam preſentie communi dedit M florenos auri Renenſ.* ita *Liber Animarum* p. 168 Porro in ſacello nouo B. M. V. inſtituit Miſſam, quouis die hora 8 a duobus Sacerdotibus legendam. Collegiali ad *D. Mauricium* donauit organon, vt ex ſequentibus necrologii Mauriciani verbis patet: *Anno Domini MDVI. fer III poſt Palmarum Nobilis & Reuerendus Pater, D. Wolffo de Bicken Canonicus Mogunt. in ſpiritualibus Vicarius generalis, Dei & Sanctorum eius piiſſimus venerator, huius eccleſie & SS. Thebeorum Mart. Mauricii, comitumque ſuorum, patronorum noſtrorum, ſingularis amator, in & ad laudem eorundem donauit organum opuſculum mirificum, ea lege & condicione, vt poſt eius ex humanis receſſum memoria ipſius omniumque parentum ſuorum in eccleſia noſtra iugiter habeatur.* In Collegiata D. Ioannis ſollemniter peragendum inſtituit feſtum *S. Martini* Epiſcopi; feſtum item glorioſi militis & martyris *Mercurii.* Tum vero, vt die *S. Albani*, quo Canonici metropolitani officium diuinum decantare ſolebant in æde Diuo ſacra, Canonici ad D. Ioannis ſollemni pompa debeant concedere in ædem maiorem, & ibidem decantare Miſſam & Officium de S. Albano. De munificentia eius erga parthenonem S. Agnetis v. *Serarium* in Bertholdo p. 879. Obiit autem an. 1510, die 6. Maii. ſepultus in ſacello B. V. vbi lapidem ſepulcralem ei poſitum adhuc videre licet. 1467

* de *Bicken*, (Iacobus) *Canonicus Moguntinus*, an. 1474, ſi tabella *Humbrachti* 6 ſtandum, vixit. 14..

de *Bicken*, (Wilhelmus I) *Decretorum Doctor, Canonicus Moguntinus.* † Domicellaris an. 1510, die 7 Ian. in ſacello B. Virginis ſepultus. 1505

1519 de *Bicken*, (Wilhelmus II) *Canonicus* † an. 1538, 1. Decembr. (24 Nou. ſecundum *Humbrachtum*) noctu in platea occiſus, & in eodem ſacello funeratus.

1546 de *Bicken*, (Wilhelmus III) *maioris & S. Albani Canonicus.* Fuit electus in Præpoſitum ad D. Bartholomæum Francofurti an. 1552, die 27 Aug. ſed poſſeſſionem ipſam haud adiit, nolens cum potentiore (qui erat Reinhardus, Comes Solmenſis, Canonicus Mogunt.) litigare. † an. 1553, die 18 April. in eodem tumulatus ſacello.

1549 de *Bicken*, (Adamus Theodericus) *maioris & ad D. Albani Canonicus.* † Domicellaris an. 1552, die 6 Iul. ſepulturæ locum in eodem ſacello nactus. Ab *Helvvichio* p. 229 perperam vocatur *Decanus.*

1551 de *Bicken*, (Ioannes) *Canonicus maioris & ad S. Albanum, Satrapa Bodenheimenſis.* Anno 1556 Legati vices in Conuentu Wormatienſi (*Einigungs-Tag*) obiit. Fuit & poſſeſſor altaris D. Eliſabethæ in parochiali vici Kiderich. † die 27. Ian. an. 1567, in dicto B. V. ſacello ſepultus.

1574 de *Bicken*, (Ioannes Adamus) *Canonicus.* Sacerdotii honoribus initiatus an. 1585. An. 1990, die 17 Decembr. a Wolfgango in Conſiliariorum adſcitus ordinem, an. 1595 factus *Scholaſticus*, de quo pluribus in eorum catalago p. 322.

1680 **de *Bicken*, (Fridericus Wilhelmus *Baro*) *Metropolitanæ Moguntinæ & Equeſtris ad S. Ferrutium in Bleidenſtatt*, nec non Treuirenſis quondam & S. Victoris *Canonicus*, *Præpoſitus in Clingenmünſter*, *Conſiliarius Imperialis Aulicus & Moguntinus intimus.* Vicarius nuper in ſpiritualibus generalis, & an. 1707 ad ius regalium nomine Eminentiſſimi Electoris a Cæſare conſequendum delegatus; hodie Locumtenentem agit Erfordiæ.

12.. de *Bickenbach*, (Vdalricus I *Dominus*) *Canonicus Moguntinus*, quo titulo an. 1294 citatur in litteris de vendito Archipræſuli Gerhardo II Neuſtatt oppido & caſtro ab Engelberto, Comite Ziegenhainenſi, filio Ludouici; & in aliis an. 1299, vna cum fratre ſuo *Ottone* Milite *de* Bickenbach. Factus dein *Cantor*. † An. 1312, vt in Catalogo *Cantorum* videre eſt.

14.. de *Bickenbach*, (Vdalricus II *Dominus*) *Canonicus*, occurrit nobis an. 1453 in conſtitutione Teſtamentariorum, & an. 1455 in inſtrumento electionis *Ioannis Nix* de *Hoheneck* in Decanum. Datus poſtea Conrado Rau Cantori ſucceſſor, vt in dicto habes catalogo. † An. 1469.

14.. *de *Bickenbach*, (Conradus *Dominus*) *Canonicus maioris, & S. Albani Cuſtos.* † an. 1465, vt in tabula habetur, quæ in loco Capitularium conuentibus deſtinato ſuſpenſa eſt.

1437 de *Biedenfeld*, (Hartmannus) *Canonicus maioris, & D. Albani Decanus*, † an. 1450, die 3 April. ſepulturæ traditus in periſtylio.

1478 de *Biedenfeld*, (Sifridus) *Canonicus maioris & ad S. Victoris*, *D. Albani Cantor*, † an. 1491, die 18 April. in periſtylio tumulatus.

1491 de *Biedenfeld*, (Godefridus) *Canonicus.* Bertholdi beneficio an. 1496 conſecutus eſt parochiam Battenfeldenſem, vacantem ex obitu Sifridi *de* Biedenfeld. Anno 1505 Canonicatu ſe abdicauit.

1491 de *Biedenfeld*, (Hermannus) *Canonicus.* ita *Helvvichius* in Elencho p. 241. In libro, quem *Nobilitatem Moguntinam* inſcripſit, in ſingulis illum catalogis habet ad annum vsque 1511.

1506 de *Biedenfeld*, (Rupertus) *Canonicus Fritislarienſis* Bertholdi prouiſione an. 1501, die 20 Febr. factus, *Moguntinus* ab an. 1506; *Satrapa Monbacenſis.* An. 1515, die 16 Septembr. prouiſione Alberti Cardinalis & Archiepiſcopi obtinuit parochiam Münſter haud procul *der Höhe*, vacantem ex obitu Dietherici Forſtmeiſter; anno dein 1524, die S. Bonifacii ab eodem deſignatus fuit Conſiliarius. † an. 1548, die 22 Decembr. & in periſtylio ſepulturæ locum inuenit.

13.. de *Bienbach*, (Henricus) *Canonicus.* Occurrit in litteris an. 1329 datis. Cuſto-

dis

dis postea consecutus dignitatem est, vt in catalogo *Custodum* pluribus dictum. † circa an. 1357.

de *Biland*, (Henricus) *Maioris, S. Albani, & D. Victoris*, nec non *Bonnensis* ad annum vsque 1560, *Canonicus*. † anno 1578, die 25 Iul. in peristylio sepultus. 1554

de *Bleichenbach*, (Bertramus) *Canonicus*. Occurrit in litteris an. 1320. † an. 132- saltem in testamento Emelrici *de* Rüdesheim Canonici Moguntini an. 1328 facto vita defunctus dicitur. Diem habet *liber Animarum* p. 85, 12 scilicet *Kal. Martii*. 1...

de *Blickensteden*, (*Magister* Fridericus) *Canonicus*, in litteris Adolfi I Eltuillæ anno 1379 sabbato post OO. SS. datis (quibus Capitulo Moguntino omnia iura atque priuilegia confirmat) inter Canonicos Moguntinos sexto & decimo loco ponitur. Ab *Helvvichio* p. 236 vocatur *Glickensteden*; sed perperam. 13..

de *Bodelschvving*, (Wannemarus) *Maioris, S. Albani & D. Victoris* Moguntiæ, Herbipoli vero ad *D. Burchardum* Canonicus. † an. 1605, die 5 Aug. Moguntiæ ante aram D. Petri in maiori sepultus. 1567

** de *Boineburg*, (Philippus Wilhelmus, *Comes*) *Moguntinæ maioris, & ad D. Albanum* (Herbipolensis quondam, ac Spirensis etiam) *Canonicus, supremus Chorepiscopus Treuirensis tit. S. Petri*. S. C. M. Consiliarius fuit intimus, eiusque nomine in tractu Rheni per annos complures magna dignatione Legatus. Ab anno 1703 Eminentissimi Principis Electoris Locumtenens Erfurtensis. † an. 1717, die 23 Februar. Erfordiæ apud Augustinianos sepultus. 1663

Bois de *Waldeck*, (Ioannes) *Canonicus Moguntinus, ad D. Martini Bingæ Præpositus*. Satrapa præfecturæ Ehrnfels auspiciis Capituli anno 1489 constitutus. † an. 1508, 3 *Non. Martii*, vt necrologium habet. Sepultus in loco Memoriæ. 1467

Bois de *Waldeck*, (Otto) *Canonicus Moguntinus, & Scholasticus Spirensis*, quem *Helvvichius* citari dicit in *libro Animarum*, sed sine anno. Circa an. 146. vixisse vult *Humbracht* in tab. 125, perperam tamen *Scholasticum* eum vocans *Moguntinum*. 14..

de *Bolandia*, (Wernherus I, *Dominus*) *Canonicus* citatur, vt *Helvvichius* pag. 254 prodit, in litteris cœnobio Rupertino an. 1215 datis. 12..

* de *Bolandia*, (Emericus, *Dominus*) *Canonicus*, vixit an. 1231. *Humbracht* tab. 243. 12..

de *Bolandia*, (Gerhardus, *Dominus*) *Canonicus*. Vid. idem l. d. Citatur alioquin in litteris Simonis Præpositi ad S. Mauricium anno 1258 signatis. 12..

de *Bolandia*, (Wernherus II, *Dominus*) *Canonicus maioris, & ad D. Victorem Præpositus*. Occurrit ab an. 1294. † an. 1324, 4 Kal. Decembr. Frater fuit *Philippi*, aulæ Imperialis Dapiferi. 12..

* de *Bolandia*, (Wernherus III siue iunior, *Dominus*) Nominatur in catalogo *Fraternitatis* in ecclesia metropolitana anno 1294 cœptæ, proximus *Wernhero*, quem modo dixi, *II*. 12..

de *Boppardia*, (Emercho) *Canonicus maioris & ad D. Victorem*. Citatur non solum in *libro Animarum* p. 64 ad 7 Id. Februar. verum etiam in litteris Capituli metropolitani, quibus an. 1238 ratam habet donationem ecclesiæ Niderfaulheimensis, Collegio B. V. *in campis* ab Alatrino Præposito factam. 12..

de *Born*, (Ioannes) *Canonicus*. † anno ---- ita *Helvvichius* p. 243, cuius, cum nobis haud occurrerit, fide hic scribo. 1395

Borngaß de *Lorch*, (Ioannes) *Canonicus*. vixit (vt *Helvvichius* habet) anno 1367. *Ioannes Bornegaze Canonicus summi Palatii Moguntini* recognoscit an. 1377, se monasterio Erbacensi locasse agrum & pratum in terminis villæ Lorch. Diem, quo obiit, necrologium p. 164 ad 2 Non. April. his prodit verbis: † *Iohannes Borngasse de Lorche, Canonicus ecclesie Mogunt*. 13..

1647 ** de *Bourſcheid*, (Ioannes Fridericus) *Canonicus* Domicellaris. Reſignauit anno 1665, die 27 April. illorum ſenior.

1665 ** de *Bourſcheid*, (Ioannes Emericus Caſparus) *Canonicus* itidem Domicellaris. Deſinit (reſignaſſe puto) anno 1676.

14.. *de *Brambach*, (Fridericus) *Canonicus*. Vid. *Humbracht* tab. 137.

1609 de *Brambach*, (Quirinus Conradus Henricus) *Canonicus*. † anno 1630, die 10 Nouembr. ſepultus in loco Memoriæ.

1497 *de *Brandenburg* (Caſimirus, *Marchio*) *Moguntinæ*, *& Auguſtanæ eccleſiarum Canonicus*. Tabula Capitulari indice, reſignauit anno 1507, die 24 Aprilis Domicellaris.

1510 de *Brandenburg* (Albertus, *Marchio*) *Canonicus Moguntinus*, *Treuirenſis*, *& Magdeburgenſis*. Anno 1513 factus Archiepiſcopus Magdeburgenſis, & Adminiſtrator Halberſtadenſis: ſequenti vero 1514, die 9 Martii Archiepiſcopus Moguntinus. † anno 1545, die 24 Sept. ſepultus in choro maiori.

1514 de *Brandenburg* (Ioannes Albertus, *Marchio*) *Cuſtodis* adeptus dignitatem anno 1538, vt pluribus dictum in eorum catalogo.

15.. de *Brandenburg* (Fridericus, *Marchio*) *Canonicus Moguntinus*, *& Præpoſitus* tum *Herbipolenſis*, tum *Onolsbacenſis*. Militiam ſecutus, † Domicellaris Geneuæ anno 1536, Carolo V Imperatori contra Franciſcum Galliarum Regem merens.

de *Brauneck*. Vid. *Hohenloe*.

13.. *Breder* de *Hohenſtein*, (N.) *Canonicus*. Vixit adhuc anno 1414 *Capitularis*, *vt ex inſignibus eiuſdem ad ſacellum S. Martini* (quod olim fuit) *in medio ædis maioris patet*. Ita *Helvvichius* p. 256.

1450 de *Breidenbach* in *Breidenſtein*, (Bernhardus) *Iurium Doctor*, *maioris*, *nec non ad D. Albani & B. M. V. Canonicus*. Satrapa Bingenſis, & Camerarius Iudicii ſæcularis. Ad Decani ſucceſſit honores anno 1484, vt in catalogo *Decanorum* videre eſt. † an. 1497.

14.. *de *Breitbach*, (Bertramus) *Canonicus*. Vixit an. 1448. Vid. *Humbracht* tab. 8.

14.. de *Breitbach*, (Otto) *Artium & I. V. D. Canonicus Moguntinus & Treuirenſis*, *nec non S. Florini apud Confluentes*, *Archidiaconus in Tholegia*, *Præpoſitus ad S. Martinum Wormatiæ*. Bertholdi Archiepiſcopi quondam Cancellarius. Vixit ſub an. 1480, 1490. Ab *Helvvichio* p. 248 per errorem ſcribitur *Breidenbach*.

1597 de *Breitbach*, (Wolfgangus Henricus) *Canonicus* Domicellaris, locum fecit anno 1604, die 14 Ianuar. fratri *Ioanni Antonio*, factus poſtea Vicedominus Rhingauiæ.

1604 de *Breitbach*, (Ioannes Antonius) *Canonicus* Domicellaris. Reſignauit anno 1612, die 14 Iun.

1634 **de *Breitbach*, (Ioannes Iacobus) *Canonicus Moguntinus & Herbipolenſis*. † an. 1635, menſe Nouembri.

1643 **de *Breitbach*, (Anſelmus Franciſcus, *Baro*) *Maioris & D. Albani Canonicus*. Mutato vitæ genere, an. 1671 reſignans, vxorem duxit; factus poſtea aulæ Mareſchallus, Eminentiſſimi Electoris Conſiliarius intimus, Satrapa præfecturarum Olm & Algesheim, Ordinis Equeſtris ad Rhenum inferiorem Capitaneus. † Moguntiæ anno 1708, die 20 Nouembr. Lorchii, quod Rhingauiæ oppidulum eſt, ſepultus.

1710 **de *Breitbach*, (Carolus Emericus, *Baro*) *Maioris & ad S. Petrum*, quondam etiam Treuirenſis *Canonicus*, *S. Victoris Decanus*, *& Iudicii ſæcularis Camerarius*.

1719 **de *Breitbach*, (Emericus Ioſephus, *Baro*) *Canonicus Moguntinus & Treuirenſis*.

1483 *Brendel* de *Homburg*, (Ioannes) *Canonicus maioris & D. Albani*. † anno 1504, die 11 Decembr. tumulatus in loco Memoriæ.

1548 *Brendel* de *Homburg*, (Daniel) *Canonicus Moguntinus & Scholaſticus Spirenſis*. Anno 1552 Legatum Moguntinenſem egit in Conuentu Paſſauienſi; & an.

an. 1555 euectus fuit ad Archiepiſcopatus faſtigium. † an. 1582 Aſchaffenburgi, die 22 Martii. Sepultus Moguntiæ in ſacello B. Virginis.

de *Brumſer*, (Ioannes) *Canonicus.* Teſtis eſt in litteris locationis anno 1320 datis, ſcribiturque *Ioannes* de *Brumeszer.* 13..

Notes hic, ſequi nos in exprimendo Brömſerorum *nomine gentilitio veterem, qui in litteris antiquis obtinet, vſum. Qui enim* Brömſer *poſtea vocabantur, antiquitus* Brumzer *&* Brumſer *ſeſe tum ſcripſere, tum etiam ab aliis fuere appellati.*

de *Brumſer*, (Conradus I) *Canonicus.* Præter annum 1337, quem *Helvvichius* hic habet, nobis etiam occurrit an. 1339. Item in tabulis *Gerlaci* Archiepiſcopi, an. 1353, feria 5 ante Luciæ virginis confectis. In aliis, anno ſequenti 1354 ſignatis, iam dicitur mortuus. 13..

* de *Brumſer*, (Conradus II) *Canonicus.* Subit nobis an. 1358 in litteris, 2 feria poſt Dominicam *Lætare* datis, ſcribiturque *Prunzer.* 13..

de *Brumſer*, (Henricus) *Canonicus* ſub anno ---- ita *Helvvichius* p. 240. ....

de *Brumſer*, (Conradus III) *Maioris & S. Albani Canonicus.* † anno 1430 Id. Mart. ſepultus in loco Memoriæ. 14..

de *Brumſer*, (Fridericus) *Canonicus.* † an. 1466. *Helvvichius* p. 236. 1429

de *Brumſer*, (Theodericus) *Canonicus.* Occurrit in catalogo Capitularium an. 1448. Item an. 1450 in litteris de electione *Henrici* de *Grifenclavve* in Decanum. *Adolfi II* fuit a conſiliis ſanctioribus, vocaturque in tabulis, ſabbato poſt Bartholomæi anno 1463 ſcriptis, *Diederich Brumſer Dumher zu Menz, vnſer lieber Hemlicher vnd Getruvver.* Diem, quo fatis conceſſit, necrologium his pandit verbis: *II Id. Auguſt.* † *Theodericus Brumſzer Canonicus eccleſ. Mogunt.* 14..

de *Bubenheim*, (Godefridus) *Canonicus.* Collector ſubſidiorum per *Petrum* de *Calleſio*, Præpoſitum Nemauſenſem, Nuntium Apoſtolicum, indictorum, vt patet ex litteris, an. 1368, 2 Kal. Iun. ad Capitulum D. Bartholomæi Francofurti ad Mœnum datis. In *libro Animarum*, de quo *Helvvichius*, memoratur ad 15 Kal. Nouembr. 13..

** de *Bubenheim*, (Franciſcus Emericus Wilhelmus) *Archipresbyter*, Cantor. † *Decanus* an. 1709. Vid. catalogus *Decanorum* p. 308. 1662

** de *Bubenhoven*, (Wilhelmus Chriſtophorus) *Canonicus*, Conſiliarius intimus, & aulæ Bambergenſis Mareſchallus. 1713

* de *Buche*, (Chriſtianus *Comes*) *Maioris Præpoſitus*, vt in litteris *Conradi I*, de quibus in *Præpoſitis* p. 272, videre eſt. Vbi tamen duo, velim, obſerues, & primum quidem ſtellulam nomini CHRISTIANVS præfigas, quæ vitio librarii omiſſa eſt; dein in titulo ei appoſito, pro, B. M. V. *Decanus*, legas, B. M. V. *Præpoſitus.* Archiepiſcopus poſtea factus, † anno 1183. 11..

de *Buchenau*, (Hermannus I) *Presbyter Canonicus Moguntinus* dicitur an. 1451, die 20 Decembris in renouatione Teſtamentariorum. † anno 1452, 14 Kalend. Septembr. vt in necrologio eſt p. 367. Sepultus in ſacello S. Nicolai. 1428

de *Buchenau*, (Hermannus II) ſeu *iunior.* Canonicus. Ita *Helvvichius* p. 241. ſecundum *librum Animarum* † 15 Kalend. Maii. 1428

de *Buchenau*, (Sittichius) *Canonicus.* Occurrit nobis anno 1453, in conſtitutione Teſtamentariorum. 1445

de *Buches*, (Lutherus) *Canonicus Moguntinus & Præpoſitus Aſchaffenburgenſis*, vti patet ex inſtrumento, quo ei *Emicho* de *Lorch* anno 1354 parochialem oppidi *Biſchofsheim* ad Tubarim ceſſit. Anno 1348 captus fuit a ciuibus Moguntinis, vti conſtat ex litteris in catalogo *Præpoſitorum* ad *Cunonem* de *Falckenſtein* allatis. Anno 1355 ceſſione *Reinoldi* ad *Vitem*, Canonici B. M. V. ad gradus, 13..

obtinuit parochiam villæ *Burgſtadt*, ceu tabulis, Moguntiæ in curia habitationis *Lutheri* die 22 Februar. confectis, manifeſtum fit; quin eccleſiam quoque villæ *Walſtat* curauit, quam ei an. 1356 *Adolfus* de *Virnenburg*, Canonicus Colonienſis, dimiſit. *Actum retro altare ſummum in eccleſia Mogunt.* 1 Iun. † vt in necrologio p. 460 habetur, 14 Kalend. Nouembr.

13.. de *Buches*, (Cuno Herdan I) *Canonicus Moguntinus & Spirenſis*, vti quidem anno 1413, ſabbato poſt *Eſto mihi*, in teſtamento *Conradi* de *Hirſchorn* Can. Mog. diſerte dicitur. Occurrit ſæpius ab an. 1386. † an. 1426, die 4 Aug. in ſacello D. Nicolai humatus.

13.. de *Buches*, (Winricus) *Canonicus.* Nominatur an. 1391 in inſtrumento electionis *Philippi Alenconii* in Præpoſitum.

13.. de *Buches*, (Conradus) *Canonicus.* Teſtis in inſtrumento rationum, quas *Eberhardus* de *Ippelbrunn*, Decanus, *Conrado II* an. 1394, feria 5 poſt D. Valentini memoriam reddidit de receptis in Olmena.

14.. de *Buches*, (Otto Herdan) *Canonicus*, quem an. 1420 vixiſſe prodit *Humbracht* tab. genealog. 186.

14.. de *Buches*, (Cuno Herdan II) *Canonicus.* Vixit an. 1461, vt *Helvvichius*, quem exſcribo, habet in *Elencho* p. 233.

1531 de *Bucholtz*, (Arnoldus I) *Canonicus.* Præbenda quum an. 1540 ſe abdicaſſet, eodem aliam accepit. *Cuſtos* dein factus, † anno 1568. Quo vide catalogum *Cuſtodum* p. 313.

1552 de *Bucholtz*, (Arnoldus II) *Maioris & ad D. Victorem Moguntiæ, Erfurti ad D. Seueri*, nec non *Leodii Canonicus*, *Mindenſis & Bingæ ad D. Martini Præpoſitus.* Egit ſimul Præfectum Bingenſem, & an. 1555 a *Daniele* Electo, cum *Arnoldo* de *Meroda* Romam miſſus fuit Legatus. † an. 1582, die 1 Nouembr. ſepultus in periſtylio.

1492 *de *Bultzingsleben*, (Wilhelmus) *Canonicus* a. h. factus prouiſione *Bertholdi* Archiepiſcopi in locum *Friderici* ex Comitibus Rheni & Dhune, vti patet ex tabulis, die 10 Martii ſignatis. † anno ſequenti. Teſtimonio nobis ſunt litteræ *Bertholdi*, anno 1494, die 4 Mart. datæ, in quibus legas: *Vacante --- perpetua Vicaria ad altare XI millium Martyrum in eccleſia S. Crucis in Northauſen, per obitum quondam* Wilhelmi *de* Bultzingsleben, *illius vltimi poſſeſſoris --- quæ etiam tanto tempore vacaſſe dicitur, vt illius collatio --- ad nos legitime deuoluta exiſtat* &c.

1508 *de *Bünau*, (Henricus) *Canonicus.* Reſignauit anno eodem, vt verbis vtar tabulæ Capitularis.

1508 *de *Bünau*, (Guntherus) *Canonicus.* Henrici ſecutus exemplum, eodem quoque anno, ſecundum dictam modo tabulam, de loco, quem obtinuerat, deceſſit.

14.. de *Buſeck*, (Macarius I) *Canonicus*; quem ſub annum 1432 vixiſſe tradit *Helvvichius* l. d. p. 247.

1463 de *Buſeck*, (Macarius II) *Decretorum Licentiatus*, *maioris & ad D. Stephani Canonicus.* Egit Syndicum Capituli Moguntini, vt tum ex litteris, anno 1467, die 22 Ianuar. datis, tum ex libris bibliothecæ metropolitanæ, quibus paſſim nomen ſuum inſcripſit, patet. Ab *Alberto* Adminiſtratore Vicarius in ſpiritualibus generalis conſtitutus eſt. † anno 1482, die 10 Nouembr. in loco Memoriæ tumulatus.

1482 de *Buſeck*, (Gilbertus I) *Canonicus.* † an. 1526, d. 2 April. *Helvvich* l. d. p. 238.

1530 de *Buſeck*, (Macarius III) *Canonicus maioris & S. Albani.* † anno 1543, die 7 Decembr. in loco Memoriæ ſepulturæ traditus.

1532 *de *Buſeck*, (Gilbertus II) *Canonicus.* Reſignauit anno ſtatim ſequenti, vt tabula memorat Capitularis. Conf. *Humbracht* tab. 205.

C. Ceizolphus,

C.

CEizolphus,	*Decanus*, † anno 112..	11..
Cuno,	*Decanus* & *Custos*. † an. 113.. Vid. catal. *Decanorum* p. 297, *Custodum* p. 309.	11..
Conradus,	*Canonicus*, citatur, referente *Helvvichio* p. 232, in litteris cœnobii Rupertini in gratiam an. 1171 editis. Item in aliis Conradi I Archiepiscopi nobis inspectis, signatisque an. 1185, 1190, & 1191.	11..
*Conradus,	*Archipresbyter*, occurrit in litteris Conradi I an. 1189 perscriptis, item in aliis eiusdem an. 1191, vna cum *Conrado*, de quo modo, nominatus, nec non an. 1196. † 3 Kal. Iun. sic enim ad h. d. in necrologio p. 260; † *Conradus Archipresbyter Mogunt.*	11..
Christianus,	*Cantor*, *Decanus*, *Præpositus*, & tandem *Archiepiscopus*, qui nomen hoc secundus tulit. † an. 1251.	12..
*de *Canali*,	(Bertelinus) *Præpositus*. † an. 134.. de quo pluribus in *Præpositis*, quos vide p. 276.	13..
**de *Cappel*,	(Simon Hemarus) *Metropolitanæ Moguntinensis & cathedralis Mindensis Canonicus.*	1719
Capra,	(Henricus) *Canonicus*. Vixit anno 1187 iuxta litteras monasterii *S. Ruperti*. ita *Helvvichius* p. 239.	11..
de *Carben*,	(Ioannes) *Canonicus*. Occurrit anno 1330. † anno 1343, die 8 Nouembr. sepultus in sacello D. Nicolai, lapide sepulcrali & scuto gentilitio indicibus.	13..
de *Carben*,	(Ioannes Eberhardus) *Canonicus Domicellaris*. Mutato vitæ genere, vxorem ducens, an. 1581, d. 12 Iul. de statione hac decessit.	1567
de *Carben*,	(Philippus) *Moguntinus & Wormatiensis Canonicus*. † Domicellaris anno 1585, die 22 Octobris.	1581
**de *Castel*,	(Marquardus *Baro*,) *Episcopus Eichstadensis*. † *Præpositus* anno 1685, vt in catalogo *Præpositorum* dictum.	1628
**de *Castel*,	(Marquardus Franciscus *Baro*) *Canonicus Moguntinus & Augustanus*. Resignauit Domicellaris an. 1695, & iniit matrimonium, factus tum Episcopi Eichstadensis *Eucharii* supremus stabuli Præfectus. Hodie vero Præses est Consilii Ordinum Prouincialium Ducatus Neoburgensis, & Serenissimi Electoris Palatini Consiliarius intimus.	1684
*de *Catzenelnbogen*	(Henricus I) *Canonicus*. Occurrit nobis in litteris an. 1196 & an. 1213 datis. In necrologio vero p. 13 ad 5 Id. Ianuar. his verbis: † *Henricus* de *Katzenelnbogen*, *Canonicus Moguntin. vnde dantur XX maldra siliginis de decima in Odernheim.*	11..
*de *Catzenelnbogen*	(Gerhardus) *Canonicus, gerens vices Honorabilis viri Domini Præpositi ecclesiæ Moguntinæ*, in litteris an. 1297, 7 Id. Ianuar. scriptis. *Si coniectura haud fallit*, Comitum *de* Catzenelnbogen *stirpe*, *pariter ac* Henricus, *qui præcedit*, *prognatus fuit.*	12..
*de *Catzenelnbogen*	(Theodericus) *Canonicus*. Variis in litteris nobis subiit. anno 1315, 1316, 1320, 1328, 1330. Manusidelis anno 1328 ab Emelrico *de* Rüdinsheim constitutus, vocatur ab eo *consanguineus*. Alibi dicitur *Discretus* vir. Vnde coniicimus, eum haud oriundum fuisse familia *Comitum Catimelibocensium*, sed alia quadam nobili, forsan illa, cuius nomen *Knebelii* hodie gerunt.	13..
de *Catzenelnbogen*	(Henricus II) *Canonicus Domicellaris* sub an. 1388, vt *Helvvichius* p. 240 prodit.	13..
de *Cleen*,	(Richardus) *Canonicus*, & ab anno 1440 vsque ad 1441 *Iudicii sæcularis Camerarius*, *Cantor* postmodum, & *Decanus*. † an. 1450 vid. catal. *Decanorum* p. 303.	1412
de *Colling*,	(Richardus I) *Canonicus*. † anno 1420.	14..

1440 de *Colling*, (Richardus II) *Canonicus.* † anno 1449, die 2 Maii, ſepultus in periſtylio.

1452 de *Colling*, (Godefridus) *Canonicus.* † an. 1486, die 21 Februar. funeratus in loco Memoriæ.

13.. de *Colnhauſen*, (Ioannes) *Canonicus.* Anno 1392 ipſe & Henricus de Geilnhauſen, Præpoſitus S. Mauricii, iuſſi ſunt a Conrado II Archiepiſcopo per terminos Præpoſiturarum ſingularum diœceſis Moguntinæ per duorum annorum ſpatium colligere fructus quorumcunque bonorum vacantium vel vacaturorum, nec non bona Clericorum ab inteſtato decedentium. Anno 1398 priuatus eſt.

13.. de *Columna*, (Ioannes) *Præpoſitus.* † ſub an. 1347, vt dictum in catalogo *Præpoſitorum*, quem huc confer.

1548 de *Coppenſtein*, (Philippus) *Maioris & S. Albani Canonicus.* Anno 1555 a Daniele in Conſiliarium adſcitus, Legati Moguntini vices tum eodem anno in comitiis Auguſtanis, tum anno 1557 in Ratisbonenſibus obiit. † anno, quem modo dixi, 1557, d. 20 Martii.

1633 ***Crantz* de *Geiſpolsheim*, (Iacobus Samſon) *Presbyter maioris*, *Wormatienſis*, nec non ad *S. Albanum* & *S. Ferrutium in Bleidenſtatt Canonicus.* † familiæ ſuæ poſtremus, an. 1636, d. 24 Septembr. in loco Memoriæ ſepulturæ locum nactus.

1562 *Cratz* de *Scharpfenſtein*, (Philippus) *Decanus*, & poſtea *Præpoſitus* maior, quorum catalogos conſule. An. 1579, d. 22 Febr. a Daniele in Conſiliariorum cooptatus eſt ordinem, & anno ſequenti, d. 21 Octobr. in Præpoſitum Collegiatæ Imperialis ad S. Bartholomæi, quæ Francofurti eſt, electus, data a Capitulo Ioanni Schvveiger Scholaſtico, & Ioanni Böttinger, Cantori ad B. M. V. in monte, facultate, vel Antonium de Wiltberg, Scholaſticum Moguntinum, vel Philippum hunc Cratzium Præpoſitum deſignandi.

1585 *Cratz* de *Scharpfenſtein*, (Ioannes Bechtoldus) *Moguntinæ*, *Treuirenſis*, *Wormatienſis*, ac *Spirenſis eccleſiarum Canonicus.* † anno 1594, die 8 Iun. in loco Memoriæ ſepulcro illatus.

1589 *Cratz* de *Scharpfenſtein*, (Hugo) *Moguntinus* & *Wormatienſis Canonicus*, *Francofurti ad Bartholomæi Præpoſitus.* Anno 1603 quidem prouiſione Ioannis Adami Archiepiſcopi deſignatus fuit Præpoſitus ad D. Georgii Limburgenſis: verum Ioanni Wilhelmo Huſmann de Namedy ceſſit. † anno 1619, die 31 Mart. terræ mandatus in loco Memoriæ.

1598 *Cratz* de *Scharpfenſtein*, (Alexander) *Domicellaris.* *Reſignauit an.* 1604, *die* 8 *April.* ita *Helvvichius* p. 230.

1604 *Cratz* de *Scharpfenſtein*, (Hugo Eberhardus, *Comes*) *Moguntinus*, *Treuirenſis*, *ac Wormatienſis Canonicus.* *Cantor* dein, *Cuſtos*, & tandem Epiſcopus Wormatienſis, vt in catalogo *Cantorum* & *Cuſtodum* pluribus dictum eſt. † anno 1663.

1625 ** *Cratz* de *Scharpfenſtein*, (Lotharius Hugo, *Comes*) *Eccleſiarum Moguntinæ*, *Treuirenſis*, *Spirenſis*, *& ad S. Albanum Canonicus.* † Domicellaris an. 1630, menſe Iulio, Bononiæ in Italia, tempore biennii, ibidem ſepultus.

1604 de *Criechingen*, (Franciſcus Erneſtus) *Baro* a *Dorſvveiler*, *Subdecanus* & *Theſaurarius Colonienſis*, *Argentorati maioris Decanus*, *Moguntinæ* etiam & *Treuirenſis eccleſiarum Canonicus.* † an. 1634, menſe Auguſto.

12.. de *Cronberg*, (Ebervvinus I) *cum alis*, *Canonicus & Archipresbyter*, factus poſtea *Scholaſticus*, vt in catalogo illorum p. 318 videre eſt. † anno 1284.

12.. de *Cronberg*, (Ebervvinus II) *cum alis*, *Præpoſitus eccleſiæ Iecheburgenſis*, *& Canonicus maioris Moguntinæ*, vt in litteris Petrenſium, an. 1299 ſignatis, eſt. Wormatienſis, cuius etiam Canonicus fuit, tandem renuntiatus Antiſtes an. eodem 1299. † an. 1303, d. 22 April. Wormatiæ

matiæ in choro maioris tumulatus. conf. *Monachus Kirſchgartenſis* chron. Wormat. c. 50 p. 142.

de *Cronberg*, (Vdalricus) *cum alis, Canonicus maioris & D. Victoris Præpoſitus.* Occurrit nobis ab an. 1365 vsque ad 1402. Multis ceteroquin in eccleſiam Moguntinenſem officiis ſpectatus, quorum intuitu anno hoc 1402, ipſo die circumciſionis Chriſti, Ioannes II ipſi adſignauit 50 florenos per octo annorum ſpatium de telonio Ehrnfels capiundos. 1362

de *Cronberg*, (Ioannes I) *cum corona, Canonicus Moguntinus, & Scholaſticus Aſchaffenburgenſis* (v. *Humbracht* tab. 10) † an. 1439, die 20 April. Aſchaffenburgi in periſtylio Collegiatæ tumulo illatus. 1410

* de *Cronberg*, (Ebervvinus III) *cum corona, Canonicus.* vixit circa an. 1430, ſecundum *Humbrachtum* l. d. 14..

de *Cronberg*, (Philippus) *cum corona*, Ioannis de Cronberg filius, *Canonicus.* vixit circa an. 1430. vid. *Humbrachtus* l. d. 14..

* de *Cronberg*, (Philippus) *cum alis*, Franconis de Cronberg filius, *Canonicus.* vixit eodem tempore. vid. *Humbrachtus* tab. 12. 14..

* de *Cronberg*, (Ioannes II) *Canonicus. Reſignauit eodem anno.* Sic *tabula*, quam ſæpius adduxi, *Capitularis.* 1482

de *Cronberg*, (Ioannes III) *cum alis, Canonicus Moguntinus* & *Spirenſis.* An. 1498 prouiſione Bertholdi factus eſt Beneficiatus altaris S. Ioannis in parochiali oppido Cronberg. † an. 1505, die 23 Mart. Moguntiæ in periſtylio ſepultus. 1487

de *Cronberg*, (Simon) *cum alis, Scholaſticus*, vt in catalogo illorum legere eſt, p. 321. † an. 1540. die 15 Iul. 1507

de *Cronberg*, (Ioannes Philippus) *cum alis, Canonicus* Domicellaris. † an. 1563, die 17 Iulii. 1557

de *Cronberg*, (Ioannes Suicardus) *cum corona, Scholaſticus*, poſt *Decanus*, & ex Decano Archiepiſcopus electus, quo confer catalogos illorum. † an. 1626. 1564

de *Cronberg*, (Waltherus) *cum corona, Canonicus Domicellaris*, nec non ab an. 1624 ad *D. Albani.* † 1629, die 12 Maii, peſte, vt dicebatur, extinctus, adoleſcens 14 annorum. Sepultus in periſtylio proxime ianuam loci Capitularium conuentibus deſtinati, vt in libro inferiali adnotauit *Conradus Mahs*, ſummi templi tum Parochus & Eccleſiaſtes. 1621

D.

D Vdo, *Canonicus. Obiit Domicellaris, cuius meminit* liber Animarum *eccleſiæ Moguntinæ.* Ita *Helvvichius* p. 234. Quod equidem verum eſt, ſi *Scholarem* pro *Canonico* ſumas *Domicellari.* In libro *Animarum* enim, ad quem ſe refert, *Dudo* p. 476 non alio, quam hoc titulo, inſignitur; † *Dudo* Scolaris; *vnde dantur XII maldra ſiliginis in Badenheim.* ....

Dudo, *Canonicus S. Martini Moguntiæ. Citatur in libro Animarum cœnobii S. Ruperti prope Bingiam ſub 2 Kal. Aug. nullo tempore anni ſuperaddito.* Sic in ſuo idem catalogo p. 234. ....

Dudo, *Præpoſitus* † circa an. 1125. De quo in catalogo illorum. 11..

* Dietmarus, *Canonicus*, teſtis eſt in litteris Sifridi II an. 1211, 8 Id. Febr. datis, quas in *chronico Mariano* legere eſt. 12..

de *Daden*, (Hermannus) *Canonicus*, reperitur in catalogo quodam apud ædem maiorem, an. 1294 conſcripto. 12..

* de *Daden*, (Ioannes) *Canonicus.* Teſtis in litteris Gerhardi II, an. 1294 6 Kal. April. ſcriptis, quibus ſuburbium Filzbach, quod ad manus eccleſiæ Moguntinæ libere dimiſerat Philippus Miles de Hohenfels, ciuitati Moguntinæ feudi titulo contulit. 12..

1479 de *Dalberg*, (Ioannes) *Canonicus Moguntinus, Treuirenſis, & Wormatienſis*, ad Vangionum euectus Pontificatum an. 1482. † an. 1503, die 27 Iul. Heidelbergæ. Sepultus Vormatiæ. *Fuit*, vt *Trithemius* chron. Hirſaug. tomo 2 p. 514 refert, *vir in omni facultate doctiſſimus, triumque linguarum Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ peritus, & vnicum Germanorum decus, qui non ſolum noſtris, ſed etiam exteris nationibus admirabilis propter omnimodam ſuam eruditionem apparebat --- Amator librorum omnium noſtra tempeſtate ardentiſſimus, qui multa volumina Hebraica, Græca, & Latina in omni ſcripturarum varietate rariſſima congregauit.* conf. etiam, quæ habet ad an. 1503 p. 596, & *Monachus Kirſchgartenſis* chron. Wormat. cap. 62 pag. 169 & ſeq.

1557 de *Dalberg* dictus *Camerarius* de *Wormatia*, (Wolfgangus) *Canonicus Moguntinus & Spirenſis*. An. 1560 Spiram ad Conuentum Legati miſſus titulo, & biennio poſt a Daniele Vicarius in ſpiritualibus generalis conſtitutus; e Canonico Scholaſticus factus, & Præpoſitus Spirenſis, Marquardi Spirenſis Epiſcopi nomine an. 1566 Legatum egit in comitiis Auguſtanis. Anno dein 1571 Præpoſitus maior Moguntinus electus, & an. 1582 ſedis Archiepiſcopus. † an. 1601, die 5 April. vid. ſupra catalogum *Præpoſitorum* p. 293.

1619 de *Dalberg* dictus *Camerarius* de *Wormatia*, (Fridericus Dietericus, *Baro*) *Moguntinus, Treuirenſis, Wormatienſis, & ad D. Albani Canonicus, Præfectus Bingenſis*. † an. 1644, die 12 Februar. vt necrologium ædis *Odenmünſter* habet, ſepultus die 21 Febr. in ſacello D. Margaretæ in maiori.

1667 ** de *Dalberg* dictus *Camerarius* de *Wormatia*, (Ioannes Philippus Eckenbertus, *Baro*) *Canonicus Moguntinus & Wormatienſis*. Reſignauit Domicellaris an. 1680, die 27 April. vxorem ducens. Factus poſtmodum Eminentiſſimi Principis Electoris Satrapa Biſchofsheimenſis. † an. 1692.

1676 ** de *Dalberg* dictus *Camerarius* de *Wormatia*, (Damianus Eckenbertus, *Baro*) *Metropolitanæ Moguntinæ* (quondam etiam Treuirenſis) *Canonicus* & *cathedralis Herbipolenſis Cuſtos*, Sacerdos.

1680 ** de *Dalberg*, dictus *Camerarius* de *VVormatia*, (Fridericus Antonius, *Baro*) *Maioris & S. Ferrutii in Bleidenſtadt Canonicus, Preſbyter*, Iudicii ciuici
18 Mart. quondam Camerarius, Eminentiſſimi Principis Electoris Conſiliarius intimus, & Conſilii Aulici Præſes. † an. 1705, die 28 Iul. in ſacello D. Margaretæ humo conditus.

1680 ** de *Dalberg* dictus *Camerarius* de *Wormatia*, (Ioannes Fridericus, *Baro*) *Moguntinæ, Herbipolenſis, & S. Albani eccleſiarum Canonicus*. Domi-
20 Maii, cellaris an. 1699 his ſe abdicauit beneficiis, matrimonium iniens. † qua Conſiliarius Imperialis Aulicus, Moguntinus intimus, & Satrapa præfecturæ Lohr, Herbipoli an. 1719, die 11. Febr. ibidem in æde B. M. V. ſepultus.

15.. de *Daun*, (Wiricus) *Canonicus. circa an. 1530 reſignauit.* ita *Helvvichius*. † in reditu ab expeditione Hungarica. *Humbracht* tab. 127.

1536 de *Daun*, (Philippus) *Præpoſitus Argentinenſis & Moguntinus Canonicus*. Sic *Helvvichius* p. 250. Reſignauit Domicellaris an. 1543, animumque applicuit ad coniugium.

1597 de *Daun*, (Wilhelmus Theodericus) *Wormatienſis maioris, ac B. V. ibidem*, nec non *eccleſiæ SS. Martini, Nazarii, & Donati in Moxſtatt Præpoſitus*, ad D. Stephani quondam Cantor, *Moguntinæ maioris & D. Albani Canonicus*. An. 1616 a Ioanne Suicardo ſupremi Prafecti titulo Eichsfeldiæ impoſitus. † Moguntiæ an. 1622, die 29 Aug. in periſtylio ſepultus.

1629 ** *Frey* v. *Dehrn*, (Ioannes Erneſtus I) *Metropolitanæ Moguntinenſis ſenior, cathedralis Herbipolenſis, ac Equeſtris ad S. Ferrutium in Bleidenſtadt Canonicus, Reue-*

Reuerendiſſimi Capituli Præfectus Bingenſis, nec non Beneficiatus altaris B. Mariæ Magd. in arce Ehrnfels. Ab equis, neſcio quo caſu pauefactis, in præcipitium actus interiit an. 1684, die 15 Ianuarii. In ſacello D. Rochi prope Bingam ſepultus.

****Frey** v. **Dehrn**, (Ioannes Philippus) *maioris & S. Albani Canonicus.* † Domicellaris an. 1655, die 27 Maii, Altæuillæ in parochiali maiorum ſuorum conditorio illatus. 1652

**** Frey** v. **Dehrn**, (Philippus Ludouicus) *Canonicus*, prioris frater, † Domicellaris an. 1664, *infra octauam Corporis Chriſti*, Altæuillæ eadem in æde funeratus. 1660

****Frey** v. **Dehrn**, (Ioannes Stephanus) *maioris & ad S. Victorem Canonicus*, † Domicellaris an. 1709, die 12 Iul. * in loco Memoriæ terræ mandatus. 1672

* *in lapide ſepulcrali menſis* Iunius *poſitus.*

**** Frey** v. **Dehrn**, (Ioannes Erneſtus II) *Canonicus S. Victoris &* Domicellaris *maioris.* Vltimus *Turni* maioris an. 1681 renouati. 1702

* a **Dernbach**, (Wigandus I) *Canonicus*, † an. 1399, die 15 Septembr. *Humbracht* tab. 158. 13..

a **Dernbach**, (Wigandus II) *Canonicus.* An. 1425, feria 5 poſt Natiuit. Ioan. Bapt. diſſidium Conradi III Archiepiſcopi cum Hannone *von der* Dampach, dicto *Keſſeler*, ad pacem conuertit ac tranquillitatem. † an. 1427, die 15 Septembris. In ſacello D. Nicolai humatus. 1417

a *Ders*, (Eckardus I) *Canonicus Moguntinus & VVormatienſis.* Vangionum an. 1377 factus Præſul. † an. 1405 Ladenburgi, die 14 Maii. Wormatiæ in choro maiori ſepulcro illatus. conf. *Monachus Kirſchgartenſis* in chron. Wormatienſi. 13..

a *Ders*, (Eckardus II) *Moguntinus & VVormatienſis Canonicus, vixit an.* 1468. ita *Helvvichius* p. 235. 14..

a *Ders*, (Vulpertus I) † *Scholaſticus* an. 1478, de quo operæ pretium erit conſulere catalogum *Scholaſticorum* p. 320. 1421

a *Ders*, (Vulpertus II) *Maioris* nec non *S. Albani*, atque *B. V. ad gradus Canonicus.* Bertholdo Archiepiſcopo gratus; quippe quocum non ſolum Aquisgrani fuit an. 1486, cum Maximilianus I inauguraretur, ſed a quo etiam an. 1490, die 6 Octobr. prouiſionem altaris B. M. V. in Ensheim, & an. 1498, die 27 Nou. S. Eliſabetæ in parochiali villæ Kiderich obtinuit. † Senior an. 1508, die 9 Maii. 1463

* de Dicke, (Fridericus) *Canonicus.* Nobis occurrit an. 1189 in litteris Conradi I, Petrenſibus traditis, & in aliis an. 1194 & 1196 datis. 11..

* de *Dienheim*, (Wigandus) *Canonicus.* Statione hac deceſſit an. 1345, † an. 1368, die 26 Iun. *Humbracht* tab. 17. 13..

de *Dienheim*, (Philippus) *Maioris Domicellaris & S. Albani Canonicus.* Canonicatu abdicato, coniugem matrimonii vinculo ſibi ſociauit an. 1545. poſtea factus Satrapa Præfecturæ Lohr. † an. 1572, die 21 April. *Idem* tab. 18. 1535

a *Dienheim*, (Reinhardus) Fratris ceſſione, *maioris & D. Albani Canonicus.* † Domicellaris an. 1555, die 24 Martii, in periſtylio funeratus. 1545

de *Dienheim*, (Ioannes) *Maioris & S. Albani Canonicus, Cameræ Præſentialis Præſes.* † an. 1573, die 2 Sept. in periſtylio terræ concreditus. 1554

de *Dienheim*, (Ioannes Henricus) *Cantor Spirenſis, Decanus Bruchſalienſis, Præpoſitus B. M. V. Erfurti*, nec non *maioris & D. Albani eccleſiarum Canonicus.* † Spiræ an. 1607, die 13 Aug. ibidem in periſtylio maioris ſepultus. 1574

de *Dienheim*, (Ioannes Philippus) *Cuſtos Herbipolenſis, Moguntiæ maioris & ad D. Albani, Spiræ cathedralis, & Frizlariæ ad D. Petri Canonicus.* † an. 1643, Herbipoli funeratus. 1600

de

1618 de *Dienheim*, (Eberhardus Fridericus) *Canonicus Moguntinus & Herbipolenſis.* Militiam ſecutus, † Domicellaris an. 1636. *Humbracht* tab. 17.

1643 **de *Dienheim*, (Ioannes Franciſcus Eberhardus) *Moguntinæ maioris, Herbipolenſis cathedralis, & D. Albani extra mœnia Moguntina Canonicus.* † an. 1654, die 21 Febr. Moguntiæ in periſtylio ſepulturæ traditus.

17.. **de *Dienheim*, (Erneſtus Franciſcus Georgius) Nominatione, vt vocant, vtili *Ioannis Philippi Franciſci* de *Wonsheim* an. 1703 facta, atque hoc anno 1720, morte *Ioannis Lucæ L. B.* ab *Ingelheim* Cuſtodis, effectum ſortita, ad Canonicatum Moguntinum gradum fecit. Dum vero iter meditabatur, vt in poſſeſſionem beneficii pedem poneret, morte inopinata præuentus, Niſſæ in Sileſia die 28 Auguſt. mortem obiit. Camerarius Sereniſſimi Electoris Treuirenſis.

12.. *de *Diez*, (Philippus, *Comes*) *Canonicus Moguntinus, & Francofurti ad D. Bartholomæi Præpoſitus.* Anno 1222 ius patronatus parochialis in villa Biſchofsheim contulit Collegio ad S. Bartholomæum, quemadmodum ex litteris Sifridi II, 10 Kal. Decembr. ad rei notitiam firmitatemque datis, patet. Vt adeo fallatur *Lerſnerus*, dum chronici Francof. parte 2 cap. 34 p. 110 anno 1220 defunctum dicit.

13.. de *Diez*, (Ludouicus *Comes*) *Canonicus.* Vixit ſub anno 1350, quippe quo in litteris antiquis citatur. In *libro Animarum*, ad quem *Helvvichius* ſe refert, dicitur obiiſſe die 6 Aug. ſic enim p. 350, ad h. d. † *Ludovvicus de Dytze Canonicus Mogunt.* anno----

11.. *de *Dorenburg*, (Eberhardus) *Canonicus.* Teſtibus adſcriptus in tabulis Conradi I, an. 1195 Petrenſibus de cathedratico conceſſis.

1448 de *Dorfelden*, (Helfericus I) *Canonicus.* † an. 1462, die 22 April. in loco Memoriæ ſepultus.

1478 de *Dorfelden*, (Wendelinus) *Canonicus.* † an. 1482 die 29 April. eodem loci ſepulcro illatus.

14.. de *Dorfelden*, (Helfericus II) *Canonicus.* † an. 1490, die 31 Auguſt. funeratus in loco Memoriæ præfato.

Tres hi de Dorfelden *fuere fratres. Sic enim necrologium* p. 201 a. d. *Kalend. Maii*; "Hic agitur anniuerſarium Venerabil. Dominor. *Helfferici* de *Dorfelden*, Senioris, *Wendelini*, & *Helfferici* de *Dorfelden*, fratrum, Canonicor. Moguntinenſium *.

*ſcil. ſucceſſiue.

.... de *Dürn*, (Herbordus) *Canonicus. Citatur in catalogo Canonicorum manuſcr. &* libro Animarum *eccleſiæ Mogunt. absque anno.* Sic *Helvvichius* p. 241. In libro, quem adducit, p. 185 ad diem 17 Kal. Maii ſic legas: † *Herbordus de Dyrna Canonicus Mogunt.*

12.. de *Dürn*, (Petrus) *Canonicus, citatur ibidem absque tempore*, ſic idem p. 249. In *libro* vero *Animarum* p. 342 ad diem Kal. Auguſt. ita eſt: † *Petrus de Dyrna Canonicus Mogunt.* Ceterum Ludouicus Decanus D. Petri, in teſtamento ſuo an. 1306 confecto: *Item lego ad anniuerſarium* D. Petri *de* Dirne *Canonici Maguntini in eccleſia mea S. Petri peragendum VIII Sol. Denar. Colon.*

.... de *Dürn*, (Antonius) *citatur in catalogo Canonicorum MS. ſed absque anno.* Sic rurſum *Helvvichius* p. 230.

12.. de *Dürn*, (Anſelmus) *Sacerdos vixit an.* 1277. Sic *idem* p. d. Nobis occurrit in litteris, quibus an. 1290 ab Ottone Milite de Olmene comparauit iugera aliquot. In necrologio p. 5 adducitur ad *d.* 5 *Kal. Ianuar.*

E.

10.. EMbrico, *Cantor* vixit an. 1080, quo confer catalogum *Cantorum* p. 325.

10.. *Embrico, *Præpoſitus.* Vixit an. 1104 & ſeqq. vt in *Præpoſitorum* catalogo p. 271 videre eſt.

Emico,

Emico, *Canonicus maioris & B. M. V. ad gradus : cuius mentio ibidem fit in* libro Animarum, *sed absque vitæ vel mortis tempore.* Ita *Helvvichius* p. 235. ....

Eberhardus, *Canonicus Moguntinus & Præpositus Fuldensis, citatur in* libro Animarum *, *non apposito anno.* Sic *idem* p. 234. ....

* p. 227, *ad diem 5 Id. Maii*, quo obiit.

*Embrico, *Maioris ecclesiæ Canonicus*, citatur in litteris Adelberti II, quibus anno 1139 iuri, quod in vineas Dulcesnehemenses habebat, renuntiauit. II..

Egeno, *Canonicus*, citatur in litteris Hartmanni Præpositi, datis an. 1158. *Helvvichius* habet, reperiri adhuc anno 1171 in tabulis cœnobii Rupertini. II..

Eberhardus, *Cellerarius & Canonicus Moguntinus*, inuenitur iam in litteris Conradi I, anno 1185 de decimis Hexheimensibus, in vsus Fratrum S. Victoris a Præposito concessis, & in aliis eiusdem anno 1189, & 1196 datis. II..

*M. Eberhardus, *Canonicus*, legitur an. 1196 in litteris Iudicum Moguntinorum, quibus transactionem Capituli S. Ioannis cum Rudolfo Canonico ad gradus ratam habuere; & an. 1212 in tabulis Sifridi II, quibus ius patronatus parochialis in villa Amena Collegio D. Stephani a Præposito Gerhardo concessum firmauit. II..

*Eberhardus, *Præpositus B. M. in campis*, *Canonicus Moguntinus*, occurrit in tabulis Conradi, maioris Præpositi, de controuersia super decimis Brezzenheimensibus, quæ Wernero *de* Selenhouen cum Canonicis D. Stephani erat, composita circa annum 1206. II..

(*Embrico*, quem *Helvvichius* p. 236 *Fimbrichonem* appellat, & an. 1215 vixisse refert, huc non pertinet. Neque enim *Canonicus* fuit, vt ille præsumit, sed *ciuitatis* tantum *Camerarius.*)

* Erhardus, *Custos* an. 1224 factus, vt in catalogo *Custodum* p. 310 dictum. 12..

*Eberhardus, *Canonicus*, testis in litteris Gerbodonis Præpositi ad S. Petrum, anno 1234, die 6 Idus Ianuarii datis. 12..

*Ebervvinus, *Præpositus Pinguensis*, *Canonicus Moguntinus*, testis in tabulis Vlrici *de* Düren, de vendito sedi Moguntinæ castro Wildenberg anno 1271, 14 Kalend. Iun. confectis. 12..

Eberzo *vel* Euerzo, *Canonicus & Magister Fabricæ*, sub an. 1292. Ita *Helvvichius* p. 235. Vtrum recte, est, quod dubites. *Eberzo* enim, qui his temporibus vixit, & an. 1301, sequentibusque occurrit, vocatur *Capellanus Regis in ecclesia Moguntina.* 12..

Embrico, *al.* Emercho, *Archipresbyter*, citatur in catalogo Canonicorum an. 1294 confecto. In necrologio p. 189 his memoratur verbis : † *Helfricus* & *Guda* parentes *Emmerchonis Archipresbyteri Mogunt.* Fratres habuit *Helfricum* & *Helfricum*, Milites, vt ibidem est p. 209. 12..

Eberhardus, *Custos.* † circa an. 1298. Quo vide catalogum *Custodum* p. 310. 12..

* de *Eberstein*, (Fridericus, *Comes*) *Canonicus*, occurrit in litteris Sifridi II an. 1222 datis. † *Custos* an. 1242; de quo in catalogo illorum p. 310. 12..

de *Eberstein*, (Ioannes, *Comes*) *Canonicus.* Anno 1359 cum fratre *Poppone* vendidit sedi Moguntinæ oppidum Ballenburg. Sequentibus annis pluries nobis subit in litteris Adolfi I, cui a sanctioribus erat consiliis, vernacula passim vocatus *vnser lieber Hemlicher.* Ceterum *Fritzlariensis* quoque fuit *Præpositus* *, & ab anno 1380 *Iudicii sæcularis Camerarius.* † anno 1387, 6 Kalend. Iun. sepultus in loco Memoriæ ante sellam lapideam. 13..

* *Obiter hic notes*, Præpositurам Fritzlariensem *stetisse vsque ad annum* 1593, *hoc vero extinctam esse, prouentibus omnibus Fabricæ incorporatis sine contributis.*

1416 *Echter* de *Meſpelbrunn*, (Petrus I) † *Decanus* anno 1442, ſicuti in illorum catalogo dictum p. 303.

1420 *Echter* de *Meſpelbrunn*, (Marcus) *Canonicus Moguntinus & Aſchaffenburgenſis.* † anno 1483 menſe Maio, ſepultus in loco Memoriæ ante aram S. Aegidii.

1447 *Echter* de *Meſpelbrunn*, (Petrus II) *Maioris & B. M. V. ad gradus Canonicus.* Reſignauit, vt *Helvvichius* p. 249 notat.

1481 *Echter* de *Meſpelbrunn*, (Philippus) *Canonicus.* Idem l. d.

1558 *Echter* de *Meſpelbrunn*, (Iulius) *Iurium Licentiatus, Decanus Herbipolenſis, & Canonicus Moguntinus.* Electus anno 1573 Antiſtes Wirzburgenſis. † anno 1617, die 13 Septembr.

1591 *Echter* de *Meſpelbrunn*, (Iulius Ludouicus) *Scholaſticus Herbipolenſis, Moguntinæ maioris, S. Albani*, nec non *Bambergenſis cathedralis Canonicus.* † anno 1609, die 27 April. Bambergæ terræ mandatus.

1594 *Echter* de *Meſpelbrunn*, (Iulius Petrus) *Moguntinenſis & Herbipolenſis Canonicus.* † Domicellaris anno 1596, die 26 Februar. Herbipoli ſepulcro illatus.

1605 *Echter* de *Meſpelbrunn*, (Philippus Sebaſtianus) *Moguntinæ, Bambergenſis, Herbipolenſis, Halberſtadenſis, & Eichſtadenſis eccleſiarum Canonicus. Reſignauit Moguntiæ Domicellaris anno* 1619, *die* 20 *Decembr.* ita *Helvvichius* p. 250.

12.. de *Eiſenbach*, (Dragebodo) *Præpoſitus Moxſtadienſis, Canonicus Moguntinus.* Anno 1275 Decanatui Collegiatæ Moxſtadienſis incorporauit ſiue attribuit omnes agros Capellæ S. Blaſii adſcriptos, cum adiacente pomerio, teſtibus his litteris:

Dragbodo *de* Eiſenbach *Dei gratia Prepoſitus Moxſtadienſis, Canonicus Maguntinus. Quia dignum eſt & racioni conſentaneum arbitramur, vt qui aliis preeminent dignitate, onere & honore, amplioribus beneficiis adiuuentur. Nos hac conſideracione inducti, vt Decanatus officium in eccleſia noſtra Moxſtadienſi per noſtre ſubuencionis auxilium aliqualiter augeatur, omnes agros Capelle* S. Blaſii *ibidem in* Moxſtat, *cum adiacente pomerio, & attinente eidem Capelle, ipſi Decanatui conferimus & donamus perpetualiter obtinendos. In cuius collacionis & donacionis noſtre euidens teſtimonium & robur debite firmitatis preſentem literam ſcribi & ſigillo noſtro fecimus communiri. Datum & actum in Moguntia, anno Domini MCCLXXV, Id. Decembr.*

In *libro Animarum* p. 518 occurrit ad diem 8 *Kalend. Decembr.*

.... de *Eiſenbach*, (Conradus) *Canonicus, citatur in* libro Animarum *eccleſiæ Moguntinæ* * *absque anno.* Sic *Helvvichius* p. 233.

* p. 82 a. d. 13 *Kal. Mart.*

1548 ab *Eller*, (Ioannes) *Canonicus.* Globo transfixus iuxta Bonnam anno 1577. *Idem* p. 244.

13.. ab *Elz*, (Henricus) *Canonicus* ſub an. 1328. *Idem* p. 240.

1520 ab *Elz*, (Richardus) *Canonicus.* † anno 1537, die 9 Ianuar. Moguntiæ in loco Memoriæ humo conditus.

1568 ab *Elz*, (Wolfgangus) *Canonicus Domicellaris.* An. 1571, d. 30 April. fratri *Ioanni Richardo* locum fecit: quo an. 1578, d. 1 Febr. itidem abſcedente, ipſe rurſus illum ſubiit. Tandem ſecundo reſignauit anno ſequenti 1579, d. 6 April. Fuit quoque Chorepiſcopus Treuirenſis, & S. Paulini ibidem Præpoſitus. *Humbracht* tab. 129, C.

1571 ab *Elz*, (Ioannes Richardus) *Canonicus*, an. 1578, vt modo dictum. Canonicatu, Domicellaris adhuc, ſe abdicauit & vxorem duxit. † anno 1606. *Humbracht* l. d.

1584 ab *Elz*, (Iacobus) e Canonico *Cantor*, dein *Scholaſticus*, e Scholaſtico tandem *Decanus* factus. † an. 1621, vt in *Decanis* p. 307 videre eſt.

1593 ab *Etz*, (Ioannes Chriſtophorus) *Maioris Moguntinæ ac D. Virginis ad gradus, nec non Herbipolenſis eccleſiarum Canonicus.* De perſonatu parochialis

rochialis in Ribenach ex præsentatione Casparis & Melchioris ab Elz an. 1611, d. 1 Decembr. prouisus. † Herbipoli an. 1612, d. 19 Iul. ibidem sepultus.

ab *Elz*, (Philippus Caspar) *Canonicus*. † an. 1613, d. 15 Iul. in peristylio maioris sepulturæ traditus. 1608

ab *Elz*, (Hugo Fridericus) † *Cantor* an. 1658. quo vide catalogum *Cantorum* p. 336. 1611

** ab *Elz*, (Ioannes Fridericus) † *Scholasticus* an. 1686. vt in eorum catalogo dictum. 1641

** ab *Elz*, (Philippus Carolus) hodiernus *Cantor*. 1677

** ab *Elz Oetingen*, (Marsilius Godefridus) *Moguntinæ maioris Canonicus, & ecclesiæ Treuirensis Custos, Cameræ Præsentialis Præses.* Instituit Missam, quotidie hora II ad altare S. Christophori perpetuumque legendam. † an. 1713, d. 12 Ian. in choro ferreo prope dictam aram sepulturæ locum nactus. 1685

** ab *Elz*, (Hugo Franciscus Carolus) *Domicellaris*. 1714

Haud intempestiue hic subtexturus videor obseruationem, quam cum Imhofio *olim* Thulemarius *communicauit, receptum scilicet esse, a longo tempore in* Elziorum *familia, vt illi, qui sub patria potestate adhuc sunt, vel quorum patres in viuis adhuc agunt,* Söhne zu Elz; *qui autem patrem superstitem non habent, licet impuberes sint,* Domini (Herrn zu Elz) *appellentur.*

ab *Enschringen*, (Ioannes Reinerus) *Maioris & B. M. V. ad gradus Canonicus* † an. 1630, d. 4 Septembr. in peristylio sepultus. 1608

* de *Eppenstein*, (Sifridus) Archiepiscopus, qui nomen hoc primus tulit, communi consensu Eppensteiniorum familia oriundus. † an. 1084. 10..

de *Eppenstein*, (Sifridus II) *Canonicus*, occurrit in litteris Conradi I an. 1191, quibus cœnobium *Conradisdorf* & in tutelam sedis Moguntinæ suscepit, & certis commodis auxit. Fuit ceteroquin ad *D. Petri Præpositus*, non autem Domus maioris, vt in *Præpositis* p. 272 iam dictum, & an. 1201 factus est Archiepiscopus. † an. 1230. 11..

de *Eppenstein*, (Godefridus I) *Canonicus. citatur in litteris cœnobii S. Ruperti de an.* 1215. ita *Helvvichius* p. 238. 12..

de *Eppenstein*, (Sifridus III) *Canonicus* nobis subit in litteris patrui Sifridi II an. 1222 datis. *Præpositus ad D. Bartholomæi* Francofurti. cathedram Moguntinensem inscendit an. 1231. † an. 1249. in choro ferreo sepultus. 12..

de *Eppenstein*, (Wernerus) *Cantor, Præpositus, Archiepiscopus.* † an. 1284. quo vide tum *Cantorum*, tum *Præpositorum* catalogos, illum p. 274, istum p. 327. 12..

de *Eppenstein*, (Fridericus) *Præpositus* vixit an. 1286. 12..

de *Eppenstein*, (Gerhardus) *Canonicus Moguntinus & Archidiaconus Treuirensis.* ad titulos Moguntinenses vocatus an. 1288. † 1305, d. 25 Februar. 12..

de *Eppenstein*, (Godefridus II) *Chorepiscopus Treuirensis & Canonicus Moguntinus* dicitur in litteris an. 1294 datis, & in aliis an. 1296 *Canonicus maioris & Præpositus S. Petri.* Eberhardo dein *Custodi* surrogatus, vt in *Custodum* legas catalogo p. 311. † circa an. 1330. 12..

* de *Eppenstein*, (Godefridus III) *Canonicus maioris & Decanus S. Stephani eccles. Magunt.* † an. 1360, d. 24 Febr. in æde ad D. Stephanum ante aram S. Nicolai funeratus. 13..

de *Eppenstein*, (Adolfus) *Canonicus Moguntinus & Francofurti ad D. Bartholomæi Præpositus.* † an. 1433, Moguntiæ in peristylio sepultus. Ceterum notes hic, *Helvvichium* p. 229 non adeo bene eum vocare *Comitem in Hanau & Epstein.* Dominum enim *de Eppenstein & Münzenberg* scribi videas. 1426

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

14.. de *Eppenſtein*, (Ioannes) *Dominus in Münzenberg*, Adolfi frater, *Canonicus Moguntinus & Colonienſis, Francofurti ad D. Bartholomæi Præpoſitus.* Canonici Capitularis titulo nobis iam occurrit an. 1450 in inſtrumento de electione Decani Henrici *de* Greiffenclau. Citatur dein in aliis litteris pluries ad annum vsque 1474. † 4 Kal. Iunii, vt in necrologio eſt, p. 259. an.....

14.. de *Eppenſtein*, (Philippus) *Dominus in Königſtein, Canonicus.* † an. 1509, die 9 Octobr. vt *Helvvichius* habet, & ſepulturæ locum inuenit in periſtylio. Succeſſorem demum an. 1517 nactus Ludouicum, Comitem *de* Stolberg, vt ex prouiſione Alberti Cardinalis patet.

13.. de *Erbach*, (Ioannes, *Pincerna & Dominus*) *Canonicus.* Citatur an. 1349, in priuilegio Gerlaci Archiepiſcopi, ciuibus Moguntinis dato, & an. 1353 in ceſſione oppidorum ſedi Moguntinæ oppigneratorum, Oppenheim, Schvvabsberg, Ober- & Nieder- Ingelheim, nec non Winternheim, & an. 1355, vna cum fratre ſuo *Conrado*, dicto Pincerna *Rauch* de *Erbach*, in eiusdem Gerlaci litteris. Diem, quo obiit, ſignat nobis necrologium pag. 51 ad 2 Kal. Febr. p. 47 præcedente vocatur *Ioannes Pincerna Rauch* de *Erbach*, *Canonicus Moguntinus.*

13.. *de *Erbach*, (Conradus I *Pincerna*) *Canonicus Moguntinus & Herbipolenſis.* Subit nobis in litteris Conradi II, quibus ei an. 1395, feria poſt Dominicam *Oculi* in ſatisfactionem damnorum perpeſſorum 70 adſignat florenos. Anno 1401 præſens fuit, cum Degenhardus, ſcriba telonii Ehrnfelſani, feria 5 poſt Paſcha Ioanni Archiepiſcopo rationem redderet, & rurſus an. 1408, cum Hamannus Echter Vicedominus Aſchaffenburgenſis cum eodem putaret rationem. Anno ſequenti 1409, caſtrum Rynbach, Eberhardi Vezerii morte vacans, fide clientelari ab Ioanne II conſecutus eſt, & an. 1411 adhibitus ad componendam litem, quæ eidem erat cum Ludouico, Duce Bauariæ.

1397 de *Erbach*, (Eberhardus, *Pincerna*) frater *Ludouici*, Canonici Wormatienſis, *Canonicus maioris, D. Stephani Præpoſitus, Iudicii ſæcularis Camerarius, Præfectus Mombacenſis.* † an. 1441, die 14 Octobr. in ipſa metropolitana ante aram D. Kiliani * ſepultus.

* *Qui locus, ara hac translata, eſt ad pedem epitaphii Reuerendiſſimi Præpoſiti* von der Leyen, *e regione Paradiſi, lapis vero ei inſtratus ſuperat cum inſignibus Erbachianis & nomine.*

1413 de *Erbach*, (Theodericus, *Pincerna*) *Canonicus.* Conradi III Archiepiſcopi floruiſſe gratia, docent litteræ, quibus ei an. 1421 curiam Archiepiſcopalem ad dies vitæ incolendam conceſſit, his inter alia vſus verbis: *Daſs vvir angeſehen haben die ſunderlich Lieb vnd Gunſt, die vvir han zu dem Edlen* Dieterich, *Hern* zu Erbach, *Dumhern zu Menze --- han vvir yme gelihen vnſern Hof zu Menze gelegen, genant* der Thiergarten, *doch mit Beheltnis, ſo vvir zu Menz ſin, daſs vvir vnſer Lager, Herberg vnd Weſen darin haben vnd halten ſollen, vvie bisher* --- Cantoris poſtea partes cum aliquot annos ſuſtinuiſſet, faſtigium Electorale conſcendit, vt in *Cantorum* dictum catalogo; quem vide p. 333.

1434 de *Erbach*, (Dietherus, *Pincerna*) Theoderici Archiepiſcopi frater, vt patet ex litteris, quibus ille ei an. 1435, *Montags in der Cruz-Woche*, adſignauit eandem Curiam, der Thiergarten *genant, zu Menze bey dem Thum gelegen. Moguntinus, Herbipolenſis & Aſchaffenburgenſis Canonicus.* † an. 1437, peruigilio D. Nicolai Epiſcopi, Aſchaffenburgi ſepultus.

1451 de *Erbach*, (Gerhardus, *Pincerna*) *Canonicus.* † anno 14.. *Helvvichius* p. 238.

de

de *Erbach*, (Conradus II, *Pincerna*) *Custos Wormatiensis, nec non Moguntinus & Aschaffenburgensis Canonicus.* Adolfi a consiliis, qui ei an. 1467, Veneris post Corporis Christi, in remunerationem seruitiorum sibi præstitorum, ad dies vitæ concessit curiam *zum Nierstein* dictam, contiguam ædi D. Hemmerami. † anno 1482, die 22 Iun. Aschaffenburgi, ibidemque in æde Collegiali ante chorum tumulo illatus. 1462

de *Erbach*, (Valentinus, *Pincerna & Comes*) *Canonicus Moguntinus & Præfectus Bingensis.* Quibus muniis anno 1544 se abdicauit, factus postea Burggrauius Alzeiensis. † cælebs. 1526

ab *Erenberg*, (Ebervvinus) *Canonicus*, in catalogo *Canonicorum MS.* ita *Helvvichius* p. 235. ....

ab *Erenberg*, (Ioannes I) *Canonicus.* Vixit anno 1405. *Idem* p. 243. 13..

ab *Erenberg*, (Gerhardus) *Scholasticus.* † an. 1498, vt in *Scholasticis* p. 321 dictum. 1458

ab *Erenberg*, (Erhardus) *Maioris & S. Albani Canonicus*, vixit, vt *Helvvichius* p. 235 habet, anno 1469. 14..

ab *Erenberg*, (Lucas) *Canonicus.* Factus an. 1500, die 24 Maii Rector ecclesiæ in villa Berstadt *an der Hohe*, præsentatus Bertholdo, vi iuris patronatus a *Ioanne* Milite, & *Sifrido* fratribus de *Dehrn*, *Ioanne* de *Hoenstein*, & *Ioanne Flach* de *Schvvarzenburg*. † anno 1536, die 23 Decembr. in loco Memoriæ sepultus. 1499

ab *Erenberg*, (Ioannes II) † *Decanus* an. 1544. Vt in *Decanis*, quos euoluas, p. 305 videbis. 1508

ab *Erenberg*, (Ioannnes Theodericus) *B. M. V. ad gradus Præpositus, D. Albani Custos, nec non maioris Moguntinæ & Herbipolensis Canonicus.* † Herbipoli an. 1612, d. 2 Aug. ibidem in æde principe tumulatus. 1582

ab *Erlenbach*, (Ioannes) *Canonicus*, anno.... ita *Helvvichius* p. 244. 1452

** ab *Erthal*, (Philippus Christophorus) *Moguntinus & Herbipolensis Canonicus.* Quibus dignitatibus & beneficiis an. 1714, cum Domicellaris adhuc esset, se abdicauit, vxorem ducens, & h. t. Eminentissimi Principis Electoris Camerarius & Satrapa Lohrensis est. 1702

** ab *Erthal*, (Ioannes Ludouicus Christianus) *Canonicus Moguntinus & Bambergensis, Philippi Christophori* frater. 1714

de *Eschborn*, (Marquardus) *Canonicus. Citatur in* libro Animarum *ecclesiæ Moguntinæ absque anno* *. Ita *Helvvichius* p. 247. ....

* p. 257, 6 *Kalend. Iun.* † *Marquardus* de *Etzseburne.* Quod *Canonicus* fuerit, haud additur.

de *Eschborn*, (Waltherus) *Canonicus.* Anno 1235 arbiter fuit inter *Reinoldum*, Præpositum Francofurtensem, ex vna, & *Waltherum*, eiusque filios, *Rudolfum* & *Waltherum* de *Vilbel*, ex altera parte, contendentes de decimis in tractu villarum Hausen & Bommersheim. An. 1238 testis fuit, cum 13 Kalend. Aug. castra Battenberg & Bellenberg venderentur sedi Moguntinæ. In necrologio p. 465 his memoratur verbis: † *Waltherus* de *Etzscheburne Canonicus Mogunt.* nimirum ad 11 *Kalend. Nouembr.* 12..

de *Eschborn*, (Wilhelmus) *Canonicus. Vixit anno* 1238. Sic *Helvvichius* p. 255. 12..

Nobiles, quod hic notandum, de Eschborn, *postea dicti fuere*, de Cronberg. *quo vide, qua attuli in* Ioanne Suicardo § 1.

F.

* Folbertus, *Cantor.* Vixit anno 1064. Vide Catalogum *Cantorum* p. 325. 10..

* Fridericus, *Canonicus*, nobis occurrit in litteris Conradi I anno 1189 datis, & in chronico *D. Stephani* legendis. Item in aliis eiusdem vsque ad annum 1196. Forsan is est, qui hoc nomine reperitur in *Decanis* p. 298. 11..

12.. * Folcknandus, *Canonicus.* Citatur in litteris *Sifridi II* anno 1209 & 1211 datis; item anno 1222 in litteris Iudicum, ab ſede Apoſtolica delegatorum, ad componendam litem, quæ tum temporis Collegio *D. Stephani* erat cum *Reynbodone*, Milite de *Pinguia.*

13.. de *Falckenburg*, (Otto) † *Cantor* an. 1419. Vid. catalogum *Cantorum* p. 332.

13.. de *Falckenſtein*, (Cuno I, *Dominus*) *Scholaſticus*, *Præpoſitus*, & tandem e Præpoſito Moguntino, & Canonico Treuirenſi Archiepiſcopus Treuirenſis. Quo vide ſupra catalogos *Scholaſticorum* & *Præpoſitorum*, illum, p. 279, iſtum, p. 318. † an. 1388.

13.. *de *Falckenſtein*, (Cuno II) *Canonicus.* Memoratur in *libro Animarum* p. 387 ad diem 4 *Non. Septembr.* quo obiit.

13.. *de *Falckenſtein*, (Ioannes) *Canonicus*, Cunonis I frater. Vid. *Brovverus* annal. Treuir. tom. 2 lib. 18 § 1 p. 235.

1451 *Faulhaber* de *Wechtersbach*, (Evvaldus) *Decretorum Doctor*, *Canonicus*, *& Cameræ Præſentialis Præſes.* Cum in diſſidio Moguntino ab Adolfi ſteriſſet partibus, eique egregiam cum diſpendio ſuo operam nauaſſet, poſtea ab eo in compenſationem an. 1464 ad dies vitæ cum omni vſu fructu obtinuit curiam *zum Wydenhof*, *gegen dem Huß zum Danzberg*, *vnd dem Hof Cransburg über gelegen*, & anno 1466 curiam *zum Iſenberg vf dem Brant vor dem Kaufhuß gelegen*; quo anno etiam ab eo tum in Conſiliarium cooptatus, tum ſpecialem in tutelam ſuſceptus fuit. E Canonico *Cantor* factus, † an. 1486, vt ſupra in *Cantoribus* p. 334 dictum.

14.. * *Fauſt* de *Stromberg*, (Ioannes) *Canonicus.* Reſignauit anno 1478, referente *Humbrachto* tab. 21.

1525 *Fauſt* de *Stromberg*, (Wigandus) *Scholaſticus S. Albani*, *maioris*, *& D. Stephani Canonicus.* † an. 1536. Ita *Helvvichius* p. 252.

1569 *Fauſt* de *Stromberg*, (Salentinus) *Canonicus. Reſignauit anno* 1573, *die* 26 *Iun.* Sic *idem* l. d.

1682 ** *Fauſt* de *Stromberg*, (Franciſcus Georgius) *Baro*, *Eccleſiarum Bambergenſis & Herbipolenſis Canonicus*, *Præpoſitus Forcheimenſis*, *Conſilii eccleſiaſtici Herbipolenſis Præſes*, *& Locumtenens ibidem.* Canonicatum Moguntinum, quem anno margini adſcripto conſecutus eſt, ſequenti (1683) die 3 Februarii dimiſit.

1683 ** *Fauſt* de *Stromberg*, (Godefridus Philippus Ioſephus) *Baro*, *Canonicus Moguntinus*, *& ad B. Virg. Erfurti Præpoſitus*, *Eminentiſſimi Principis Electoris Conſiliarius Intimus*, *& Locumtenens Erfurtenſis.* † anno 1702, die 25 Iul. ætatis 33 annorum. ad B. V. ibidem ſepultus.

1583 de *Fechenbach*, (Daniel Adamus) *Maioris*, *B. M. V. ad gradus*, *& S. Albani eccleſiarum Canonicus.* † anno 1610, die 18 Auguſti, ſepultus in choro maiori ante aram S. Annæ.

1622 de *Fechenbach*, (Adamus Ludouicus, ſecundum *Humbrachtum* Ioannes Ludouicus) *Canonicus.* Reſignauit an. 1622, die 5 Decembr. atque adeo eodem anno & die, quo poſſeſſionem adiit.

1595 *von der Fels*, (Ioannes Oſvvaldus) *Maioris & S. Albani Canonicus Presbyter.* Reſignauit anno 1598. † poſtea anno 1610, die 13 April. Moguntiæ apud Prædicatores ſepultus.

1629 ** *von der Fels*, (Hugo Auguſtinus) *Moguntinæ & Wormatienſis eccleſiarum Canonicus.* † Domicellaris anno 1633.

1428 de *Feſtenberg*, (Ioannes) *Canonicus*, *& Cameræ Præſentialis Præſes.* † anno 1466, die 7 Septembr. in periſtylio ſepultura donatus.

1540 de *Fiſchborn*, (Albertus) *Maioris & S. Albani Canonicus Senior*, quondam S. Stephani Cantor. Anno 1545 Legatus Moguntinus fuit in comitiis Wormatienſibus. † Sacerdos anno 1572, die 13 Martii, ætatis 76, funeratus in ſacello SS. Petri & Pauli Apoſtolorum.

Flach

Flach de *Schvvarzenburg*, (Wilhelmus) *Decanus*, de quo supra in illorum catalogo p. 302. † anno 1383. 13..

Flach de *Schvvarzenburg*, (Philippus) *Canonici* titulo iam occurrit in litteris an. 1380 datis. Anno 1387, *feria* 6 *post diem SS. Processi & Martiniani* ab Adolfo I *Brunoni* de *Brunfels* & *Bernhardo Nygebur*, ciuibus Francofurtensibus, datus fideiussor. Anno 1401 *Iudex sanctæ Moguntinæ sedis* a Ioanne II constitutus. *Custos* fit anno 1415. † anno 1429, vt in *Custodibus* p. 312 iam annotatum. 13..

Flach de *Schvvarzenburg*, (Ioannes) † *Custos* anno 1453, die 25 Nouembr. vt loco modo dicto p. 312 videre est. 1418

Flach de *Schvvarzenburg*, (Ioannes Reinhardus) *Canonicus*. Resignauit Domicellaris, anno quidem 1597, die 29 April. vt *Helvvichius* p. 245 prodit; duxit autem vxorem, & † anno 1617. *Humbracht* tab. 101. 1587

de *Fleckenstein*, (Ioannes) *Canonicus Moguntinus & Wormatiensis*. Pontificatum Vangionum adiit an. 1410. † Ladenburgi anno 1426, die Dominica 8 Maii, Wormatiæ in choro maiori sepultus *ante summum altare Præpositi*, vt *Monachus Kirschgartensis* chron. Wormat. cap. 58 p. 153 habet. 1404

Fock de *Walstatt*, (Ioannes) *Canonicus Moguntinus*. Rector ecclesiæ parochialis in *Hundheim*. qua tamen statione, abdicatione voluntaria, anno 1542, die 30 Decembr. decessit. Postea *Scholasticus* electus. Sed & Scholasteria dimissa, Canonicus Senior † anno 1565, die 18 Octobr. vt in *Scholasticorum* catalogo p. 322 dictum. 1530

de *Fontibus*, (Ioannes) *Canonicus*. Anno 1327 & seq. *Iudex* fuit *ordinarius sedis Moguntinæ*, & an. 1334 constitutus ab *Eberhardo* de *Lapide*, Cantore, executor testamenti. In litteris an. 1336, 2 Id. Decembr. signatis, iam fatis functus his adducitur verbis: *Piæ memoriæ quondam Ioannes de Fontibus Canonicus ecclesiæ Maguntinæ*. † autem 3 Non. Februar. vt necrologium habet p. 56. 13..

* *Forstmeister* de *Gelnhausen*, (Theodericus I) *Canonicus*. Resignauit anno 1487. *Humbracht* tab. 149. 14..

Forstmeister de *Gelnhausen*, (Theodericus II) *Canonicus*, & Rector ecclesiæ parochialis S. Petri & Pauli in Münster prope *der Hohe*. † anno 1515. 1486

Forstmeister de *Gelnhausen*, (Rudolfus) *Maioris & S. Albani* (vbi quondam Decanus erat) *Canonicus*. † anno 1542. 15..

de *Franckenstein*, (Erckinger) *Canonicus*. *Occurrit in an.* 1404 & 1428, vt *Helvvichius* p. 235 refert. Sæpius nobis subiit in constitutione Testamentariorum; & anno quidem 1442 in eorum confirmatione his verbis: *Honorabilis Domicellus* Erckenger *de* Franckenstein, *Canonicus eccles. Mogunt. constituit suos Testamentarios* &c. & an. sequenti 1443 in alia illorum constitutione d. 29 Decembr. facta, sic; Helvvicus *de* Boppardia, *Vicarius in spiritualibus constituit* --- *pro Domino* Erckengero *de* Franckenstein, *Canonico Moguntino*, *tanquam mente capto*, *auctoritate ordinaria* executores vltimæ voluntatis eius *Wipertum* de *Franckenstein*, Cantorem Wormatiensem &c. 14..

de *Franckenstein*, (Rudolfus) *Scholasticus*. Episcopatum consecutus Spirensem an. 1553 Scholastici dignitate se abdicauit, vt in illorum legere est catalogo p. 322. † anno 1560, ætat. 37 annor. 1538

de *Franckenstein*, (Ioannes Ludouicus) *Moguntinæ & Herbipolensis maiorum, nec non S. Albani & S. Ferrutii in Bleidenstatt Canonicus*. † anno 1641, die 8 April. equo, quo vectus erat, ad portam domus suæ prolapsus, fracta ceruice, cerebroque obtrito, vt liber inferialis ad maiorem, & eam, quæ *Odenmünster* vocatur, habet. Sepultus die 17 April. in loco Memoriæ. 1619

** de *Fran-*

1640 **de *Francken-ſtein*, (Ioannes Euſtachius) *Moguntinæ maioris & ad D. Albani Canonicus, S. Burchardi prope Herbipolim Scholaſticus.* † anno 1664, die 27 Septembr. in loco Memoriæ traditus ſepulturæ.

1668 **de *Francken-ſtein* in *Ockſtatt*, (Ioannes Godefridus Chriſtophorus, *Baro*) *Maioris & D. Albani Canonicus*; † an. 1703, die 25 Iul. eodem in loco ſepultus.

1675 **de *Francken-ſtein*, (Ioannes Franciſcus Godefridus, *Baro*) *Canonicus Moguntinus & Herbipolenſis.* † Herbipoli an. 1694, die 7 Ianuar.

.... de *Frauenſtein*, (Marquardus) *Canonicus. Citatur in* libro Animarum *eccleſiæ Moguntinæ absque anno.* Ita *Helvvichius* p. 247. Atenim in *libro* ille *Animarum* plane non habetur, nec etiam in repertorio; tantum abeſt, vt citetur qua *Canonicus.* Vt adeo in alio quodam libro *Helvvichio* occurrerit.

.... de *Freytag*, (Conradus) *Scholaſticus Wormatienſis, & Moguntinus Canonicus, citatur in eodem libro, ſed nullo appoſito anno.* Sic *idem* p. 233. In necrologio, ad quod ſe refert, p. 43 ita memoratur ad diem 6 Kal. Februar. † *Conradus Scholaſticus Wormatienſis, dictus* Fridag, *Canonicus Mogunt.*

12.. de *Friedberg*, (Ioannes) *Canonicus maioris ac S. Mauricii Præpoſitus.* Occurrit iam in catalogo Canonicorum anno 1294. Item in annis 1316, 1320, 1328, diciturque hoc vltimo loco *Iudex ſedis Moguntinæ.* † anno 1343, die 25 Octobr. in ſacello D. Nicolai ſepultus.

13.. de *Frieſenheim*, (Otto) Qua *Canonicus* occurrit nobis iam an. 1380. Anno 1394 rationem reddidit Conrado II Archiepiſcopo Eltuillæ, peruigilio Iacobi Apoſtoli, de ſumptu inſtaurandæ turri arcis *Cloppe* impenſo. † dein *Cantor.* Quorum in catalogo plura de eo habebis.

1608 *Fuchs* de *Dornheim*, (Chriſtophorus Ludouicus) *Canonicus Moguntinus & Herbipolenſis.* † Domicellaris anno 1613, die 9 Septembr. Moguntiæ in loco Memoriæ funeratus.

1651 ** *Fuchs* de *Dornheim*, (Vitus Chriſtophorus) *Cantor.* † anno 1686, vt in *Cantorum* catalogo dictum.

1562 *de *Fugger*, (Alexander, *Baro*) *Præpoſitus maioris*, vt in eorum catalogo inuenies p. 291.

.... de *Fulda*, (Henricus) *Canonicus Sacerdos. Citatur in libro Animarum eccleſiæ maioris absque anno* *. Sic *Helvvichius* p. 240.

*p. 17 *ad diem 3 Id. Ianuar.* quo obiit.

1561 de *Fürſtenberg*, (Fridericus) *Maioris, S. Petri, S. Albani, & S. Victoris Moguntiæ*, nec non *Paderbornæ cathedralis Canonicus.* † an. 1608, die 9 Ianuar. in ſacello D. Ioannis Baptiſtæ tumulatus. Vid. *Monumenta Paderbornenſia* p. 273, vbi hoc ei poſitum reperies monumentum:

D. O. M. S.
ET MEMORIAE

Friderici de Fürſtenberg, Canonici Moguntini, Paderbornenſis, S. Albani, & S. Petri extra muros Mogunt. qui prudentia, religione, & ſingulari erga pauperes, quibus perpetuum pecuniæ reditum donauit, liberalitate excellens, deceſſit Moguntiæ, ſepultus in æde metropolitana anno MDCVIII, V Id. Ianuar. ætatis vero ſuæ LXX.

Ferdinandus Dei & Apoſtol. Sedis gratia Epiſcopus Paderbornenſis, Coadiutor Monaſterienſis, S. R. I. Princeps, & Comes Pyrmontanus

Magno Patruo ſuo
M. H. P.

de *Für-*

de *Fürſtenberg*, (Ioannes Godefridus) *S. Walpurgis apud Meſchedenſes Præpoſitus, nec non Maioris, S. Albani atque S. Victoris Moguntiæ, Treuirenſis item ac Paderbornenſis eccleſiarum Canonicus.* † in itinere prope Sigenam Naſſouiorum an. 1624, d. 11 Septembr. ſepultus Attendoriæ in æde parochiali. vid. *Monumenta Paderbornenſia* p. 273, vbi hoc ei poſitum legas monumentum: 1597

D. O. M. S.
ET MEMORIAE
Ioannis Godefridi de *Fürſtenberg*, *Canonici Moguntini, Treuirenſis, & Paderbornenſis, Propoſiti in Meſchede, qui peragrata Italia, Gallia, Hiſpania, incorruptos mores & externarum rerum ſcientiam in patriam reportauit, religionis & ſcientiæ ſpecimen aliis fuit, & in medio honorum curſu præreptus, in via, dum ad ſuos properat, lenta tabe obiit anno MDCXXIV, III Id. Septembr. ſepultus Attendoriæ in æde parochiali.*
Ferdinandus Dei & Apoſt. ſedis gratia Epiſcopus Paderbornenſis, Coadiutor Monaſterienſis, S. R. I. Princeps & Comes Pyrmontanus, Patruo ſuo
M. H. P.

** de *Fürſtenberg*, (Theodorus Caſpar, *Baro*) † *Præpoſitus* an. 1675, quo videas catalogum *Præpoſitorum* p. 296. 1624

** de *Fürſtenberg*, (Franciſcus Emericus Wilhelmus, *Baro*) *Moguntinæ maioris & ad S. Albanum Canonicus.* † Domicellaris Lugduni Galliarum anno 1667, d. 16 Decembr. ætatis 21 an. ibidem ſepultus. 1656

** de *Fürſtenberg*, (Ferdinandus, *Baro*,) prioris frater, *Canonicus Moguntinus & Paderbornenſis.* Reſignauit Domicellaris an. 1673, factus poſtea Conſiliarius intimus Colonienſis. † an. 1718, d. 14 Martii, Attendoriæ in æde PP. Franciſcanorum ſepulturæ traditus. 1668

G.

* Gotzvvinus, *Scholaſticus.* Vixit an. 1064, vt in eorum catalogo p. 316 videas. 10..

Godeboldus, *Præpoſitus* † circa an. 1100. 10..

* Godeſcalcus, *Cantor.* nobis vltimum occurrit an. 1099. vt in *Cantoribus* p. 325 dictum. 10..

Goipello *Canonicus*, qui nobis idem videtur, qui *Gabello*, memoratus *Helvvichio* p. 237. Citatur in libro Animarum ad 9 Kal. April. p. 149 his verbis: † *Goippelo Canonicus Mogunt. vnde dantur VII maldra ſiliginis de bonis in Nordenſtatt, que dat Luzo de Nordenſtatt, famulus ciuitatis Moguntine.* ....

Georgius, *Canonicus Sacerdos. Citatur in* libro Animarum *eccleſiæ Moguntinæ* * *absque anno.* Sic quidem rurſus *Helvvichius* p. d. ....

* p. 291, a. d. 12 *Kal. Iul.* quo obiit, his verbis: † *Georgius Sacerdos Canonicus Mogunt. Vnde dantur XV ſolidi --- quos dat Heylmannus menſurator bladi de domo dicta* Schellenberg *apud Capellam* S. Barbare.

* Gerlacus, *Canonicus*, teſtis eſt in litteris Adelberti I an. 1128, quibus donationem Collegio maiori factam complexus eſt: Item in aliis, quibus an. 1135 donationem Marquardi de Stein Sant-albanenſibus confirmauit; tum vero in tabulis Adelberti II, queis iuri ſuo in vineas Dulceſnehemenſes an. 1139 renuntiauit. 11..

* Gotzbertus, *Canonicus*, in litteris Adelberti I an. 1128 modo dictis. Factus dein *Cantor*; quem in eorum catalogo inuenies p. 325. 11..

* Gerlacus, *Decanus*, circa an. 1145. vid. ſupra p. 298. 11..

Godefridus, *Canonicus Moguntinus & Francofurtenſis Præpoſitus*, Referente *Helvvichio* citatur in litteris cœnobii Rupertini an. 1158 & 1181. Nobis occurrit inter teſtes in litteris Conradi I an. 1185 Collegio D. Victoris traditis, & in aliis eiusdem an. 1189 Stephanitarum editis 11..

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

editis in gratiam. Factus dein *Cantor* & *Decanus.* † circa an. 1215.

11.. Gerbodo, *Canonicus.* Testium adscriptus numero in tabulis Conradi I, quibus cœnobium *Conradisdorf* an. 1191 stabiliuit. Fuit quoque Præpositus S. Petri, nec non ecclesiæ maioris. † an. 1235.

11.. Godefridus, † *Custos* circa an. 1212, vt in *Custodibus* p. 310 dictum.

12.. *Godefridus, *Archipresbyter*, *Canonicus Moguntinus.* Testibus adnumeratus, cum Sifridus an. 1212 Fratribus S. Victoris officium portæ in perpetuum concessit.

12.. *Godefridus, *Subcustos & Canonicus Moguntinus*, citatur vna cum Godefrido Custode, in litteris an. 1214 S. Victoris traditis Collegio.

12.. *Gerhardus, *Archipresbyter*, *Canonicus maioris ecclesiæ.* Occurrit in litteris, an. 1248, 14 Kal. Maii datis, item in aliis Gerhardi I Archiepiscopi an. 1253. Fuit simul *Præpositus Francofurtensis*, & Collegiatæ isti an. 1257 tradidit Capellam villæ Vechenheim, ea conditione, vt ex prouentibus illius pro rata parte diuidendis duo instituantur officia, *Scholasteria* videlicet, & *Cantoria.* Vixit adhuc an. 1264, vt ex litteris anno hoc datis patet.

12.. *Godefridus, *Canonicus*, legitur in tabulis Werneri Archiepiscopi, quibus an. 1280 Collegio maioris & D. Stephani centum maldra siliginis liberali consignauit manu.

12.. Gebehardus, *Decanus.* de quo pluribus in *Decanis* p. 300. † an. 1293.

1498 de *Gablenz*, (Christophorus) I. V. D. *Canonicus.* Anno 1514, vna cum Caspar o de Westhausen, Sigillifero, iussu Alberti Cardinalis & Archiepiscopi inuisit Collegialem Bingensem. Factus dein *Cantor*, vt in catalogo illorum legas p. 334. † an. 1535.

1572 de *Gablenz*, (Ioannes Bernardus) *Archipresbyter maioris, nec non D. Albani ac B. M. V. ad gradus Canonicus.* Anno 1582 vna cum Vito Mileto Romam missus fuit, Wolfgangi Archiepiscopi nomine petiturus a Pontifice, vt electum confirmaret. † an. 1592 d. 2 Febr. ante aram D. Petri ad vincula in maiori sepultus.

1673 **de *Galen*, (Ferdinandus Benedictus, *Baro*) *Canonicus Moguntinus Senior ac Iubilarius* *, *Mindensis* item, *cathedralis Monasterienſis Scholasticus*, & *Collegiatæ ad S. Mauricium prope muros Monasterienses Præpositus*, Eminentissimi Principis Electoris Consiliarius intimus.

* *an.* 1719, *d.* 3 *Septembr. in festo Angelorum caremonia solemni factus.*

1602 de *Gebsattel*, (Otto Henricus) *Moguntinus, Bambergensis, & Herbipolensis Canonicus.* Moguntinum Canonicatum Domicellaris dimisit an. 1618, d. 1 Decembr. & anno sequenti obiit, Herbipoli in æde maiori funeratus.

de *Geisenheim*, (Rudigerus) *Canonicus.* citatur in *libro Animarum* sine anno. Ita *Helvvichius* p. 251; sed minus bene. siquidem in eo plane non habetur.

14.. de *Gemmingen*, (Christophorus) *Canonicus.* Resignauit an. 1472. *Helvvichius* p. 232.

1483 de *Gemmingen*, (Vriel) *Canonicus*, *Decanus*, & ex Decano *Archiepiscopus* electus an. 1508. Vid. catalogum *Decanorum* p. 305.

.... *de *Gernstein*, al. *Girstein*, (Henricus) *Canonicus.* Memoratur in litteris an. 1430, ipso die Luciæ Virginis tanquam iam mortuus.

1398 de *Gerolstein*, (Henricus) *Canonicus.* Videtur idem esse, qui *Helvvichio* p. 240 dicitur *Henricus* de *Gerhartstein*, cum *Gerolstein* & *Gerhartstein* synonyma sint. Subit nobis in litteris Ioannis II Archiepiscopi, an. 1400 *in campis prope Franckinuurt, feria 2 ante diem S. Galli Confessoris* datis, quibus ipsum, vna cum aliis, fideiussorem siue vadem dat *Conrado Krieg* de *Altheim.* In *libro Animarum* memoratur sæpius. p. 665 sic: *in festo clauorum, quod peragitur feria sexta post octa-*

vam

Paſchæ, 2 *floreni per* D. Henricum *de* Gerolſtein, *Profeſſum Ordinis S. Bernhardi.* p. 671 Kal. April. *in anniuerſario* D. Henrici *de* Gerolſtein, *Canonici Mogunt.* &c. & ſimiliter p. 159. Qua Canonicus ſuperſtes fuit adhuc an. 1420. Vid. *Helvvichius* p. d.

*de *Gerolſtein*, (Philippus) *Canonicus.* Sæpius nobis occurrit. Anno primum 1466; dein annis ſequentibus tantum non ſingulis vsque ad 1476. † an. 1478, 14 Kal.... ſepultus in loco Memoriæ. 14..

de *Girſtein*, (Philippus) *Decretorum Doctor*, *Canonicus Moguntinus.* Natus patre cognomine, fratres habuit *Ioannem* & *Theodericum*, vt liquet ex tabulis, quibus Dietherus Archiepiſcopus an. 1479, Dominica poſt Antonii, feudum, vineam ſcilicet in tractu Lorch, ipſius obitu ad eccleſiam Moguntinam, vnde exierat, reuerſum, contulit Evvaldo Weymar, Secretario ſuo; vt adeo vltimus familiæ ſuæ videatur. 1443

*de *Giſenheim*, (Ioannes) *Canonicus.* Vixit ſub an. 1391, & legitur in inſtrumento electionis Philippi Alenconii in Præpoſitum. 13..

Videtur idem eſſe, qui infra p. 411 Ioannes Winther *de* Rüdesheim *appellatur; quippe qui interdum ſic occurrit;* Ioannes Winther *de* Rüdesheim, alias Giſenheim.

de *Gleichen*, (Hermannus) *Canonicus.* In libro Animarum, ad quem *Helvvichius* prouocat, p. 487, die 7 Id. Nouembr. ſic citatur: † *Hermannus* de *Glichen*, *Canonicus Mogunt.* ....

de *Gleichen*, (Chriſtianus) † *Cuſtos* an. 1551. de quo in *Cuſtodibus* p. 223. 1541

Göler de *Rauensburg*, (Georgius) *Præpoſitus Spirenſis & Moguntinus Cantor.* † anno 1558, vt in *Cantoribus* p. 334 dictum. 1512

de *Graenrod*, (Chriſtophorus) *Maioris & S. Albani Canonicus*, *Præfectus Bingenſis.* An. 1576 Legatus ad comitia Ratisbonenſia miſſus a Daniele. † *Cantor* an. 1601, vt loco proxime dicto videre eſt. 1563

*de *Greiffenclau*, (Ruthardus) *Canonicus & Cellerarius* occurrit in litteris an. 1206, 1209, 1210, 1213, 1216, & 1217. Familia *Greiffenclauiorum* oriundum fuiſſe, patet ex iis, quæ an. 1211 ſignatæ ſunt, & de controuerſia quadam agunt, quæ *Emichoni* & *Henrico* Militibus *de Grifenclavve* cum Capitulo D. Victoris erat de decima in tractu vici Winckel; ſiquidem in iis diſerte legitur: *Ruthardus maioris eccleſiæ Canonicus & Cellerarius*, ' frater *Militum prædictorum.* Poſtea factus eſt *Decanus*; quorum catalogum conſule p. 299. 11..

*de *Greiffenclau*, (Fridericus) *Canonicus.* Teſtis in litteris Sifridi III Archiepiſcopi, an 1239 ſcriptis, quibus ciuibus Moguntinis concedit facultatem exſtruendi tabernas, vulgo *die Gevvand-Gaden* dictas. 12..

de *Greiffenclau*, (Henricus) *Canonicus.* A Theoderico Præfectus Ruſtenbergenſis & Eichsfeldiæ conſtitutus, Prouiſor itidem Erfurtenſis; quibus muneribus, cum ei an. 1444 rationem reddidiſſet, ſe abdicauit. Factus an. 1450 *Decanus*, quorum catalogum euoluere iuuabit. 1410

de *Greiffenclau*, (Eberhardus) *Canonicus Moguntinus & Præfectus Bingenſis*, Vltraiectinus etiam Canonicus ſecundum *Humbrachtum* tab. geneal. 32. † anno 1489, 17 Kalend. Nouembris. In loco Memoriæ ſepultus. 1457

de *Greiffenclau*, (Georgius Fridericus) Beneficio Danielis Archiepiſcopi *Canonicus S. Ferrutii in Bleidenſtadt* euaſit an. 1580, die 25 Februar. & dein anno in margine notato *Moguntinus.* Quem dum ageret, Legatus fuit in conuentu Deputatorum Spiræ an. 1600; poſtea factus *Scholaſticus*, *Præpoſitus*, & *Elector.* quo videas catalogum *Scholaſticorum* p. 323, *Præpoſitorum* p. 294. † an. 1629. 1587

**de *Greiffenclau*, (Fridericus) *Canonicus Spirenſis*, & a. d. die 11 Octobr. deſignatus *Moguntinus:* qui tamen eodem ſtatim die ſpontanea abdicatione 1627

esse desiit. Factus postea Vicedominus Rhingauiæ. † anno 1682, Vinicellæ maiorum conditorio illatus.

1664 ** de *Greiffenclau*, (Ioannes Philippus, *Baro*) *Metropolitanæ Moguntinensis Canonicus*, *Cantor*, & *Decanus*, tandem Episcopus Herbipolensis electus, vt supra in *Decanorum* catalogo p. 308 iam dictum. † Canonicus senior anno 1719, die 3 Aug.

1701 ** de *Greiffenclau*, (Carolus Philippus Henricus, *Baro*) *Ecclesiarum Moguntinæ*, *Herbipolensis*, *Spirensis*, *& Equestris Comburgensis Canonicus*, nec non *B. M. V. ad gradus Præpositus*, Consiliarius ecclesiasticus Herbipolensis.

13.. *de *Grensbach*, (Henricus) *Custos*, vixit sub an. 1355. Quem in eorum catalogo p. 311 reperies.

1553 de *Grosbeck*, (Gerhardus) *Canonicus*. Resignauit Domicellaris an. 1557, die 1 Februar. Ecclesiæ Leodiensis alioqui fuit Decanus, & hac fulgens dignitate, anno 1552, vna cum Georgio Siluio, Ord. Prædicat. concilio interfuit Tridentino. Anno 1564, die 11 April. sedem iniit Leodiensem, & an. 1578 S.R.E. Cardinalis creatus est. Præter quas dignitates & Abbatiæ Stabulensis tenuit pedum. † an. 1584, Kalend. Ianuar. secundum inscriptionem sepulcralem apud *Sueertium* p. 742.

1444 *Groschlag* de *Diepurg*, (Osvvaldus) *Canonicus*. † anno . . .·. ita *Helvvichius* in Elencho p. 248.

1490 *Groschlag* de *Diepurg*, (Balthasar) *Canonicus*. Alberti Cardinalis & Archiepiscopi floruit gratia, quippe a quo an. 1522 & in Consiliariorum cooptatus fuit ordinem, & anno 1531 Satrapa Diepurgensis constitutus: tum etiam obtinuit, vt curia, quam possidebat, *zum Floß* (quæ hodie domus hospitalis ciuica) an. 1524, Martis post diem S. Mauricii, omnibus ab eo eximeretur oneribus. † an. 1535. Nonis Ianuar. in peristylio sepultus.

1704 ** *Groschlag* de *Diepurg*, (Philippus Carolus, *Baro*) *Canonicus* Domicellaris. Locum abdicatione sua fecit fratri anno 1709, & nunc Eminentissimi Electoris Camerarius, Consiliarius Aulicus, & Satrapa præfecturarum Gernsheim & Diepurg est.

1709 ** *Groschlag* de *Diepurg*, (Franciscus Rudolfus, *Baro*) *Moguntinæ maioris & ad D. Albani Canonicus*, *Wormatiensis ecclesiæ Cantor*.

13.. *de *Gruel*, (Wigandus) *Canonicus*. Citatur in litteris Ioannis II Archiepiscopi, quas anno 1416, feria 4 post Matthæi dedit de lite composita, quæ Halgartensibus cum Hattenheimensibus super siluis quibusdam intercesserat. Vix dubium est, quin sit *Wigandus* ille de *Dernbach*, de quo supra p. 351, cum *Dernbachii* in litteris antiquis sæpius inueniantur dicti *de Grauel*, siue, vt id temporis scribebant, *Gruel*.

13.. *de *Grumbach*, (Conradus) *Canonicus*. Reperitur testes inter in litteris an. 1315, item in aliis an. 1320, quibus *Henricus*, Vicarius Moguntinus, & Cellerarius *Ottonis*, Decani metropolitani, recognouit, duas sese marcas debere de fundo curiæ suæ *im Loch prope æstuarium*, *obe der Muren*.

13.. de *Grumbach*, (Henricus) *Canonicus*. Vixit, referente *Helvvichio* p. 240 Elenchi, circa an. 1326, & in necrologio ædis maioris, ad diem 14 Kal. Martii, p. 81 his memoratur verbis: † *Henricus* de *Crompach*, *Canonicus Moguntinus*.

15.. de *Grumbach*, (Ioannes) *Canonicus*. † anno 1518, mense Februario, vt patet e litteris *Alberti* Cardinalis & Archiepiscopi, quibus *Ioanni* de *Bibra* Canonicatum defuncti prouisionis beneficio contulit.

1511 de *Grumbach*, (Balthasar) *Canonicus* factus nominatione *Vrielis* anno dicto, die 13 mensis Aprilis.

de

de *Guttenberg*, (Ioannes) *Maioris Moguntinæ Canonicus, Herbipolenſis Decanus, ad SS. Albani & Victoris extra mœnia Moguntina Præpoſitus.* Dignitatibus his, beneficiisque, ſi non omnibus, maximam tamen partem, ante obitum ſuum renuntiauit. † autem an. 1538, ipſa annuntiationis B. V. factæ memoria, vt in necrologio D. Victoris annotatum. Funeratus in periſtylio non procul a ſcholis. 1485

de *Guttenberg*, (Petrus) *Maioris & S. Albani Canonicus.* † anno 1529, die 20 Septembr. in periſtylio ſepulturæ locum cepit. 1517

**de *Gymnich* in *Viſchel*, (Ioannes Wilhelmus, *Baro*) *Metropolitanarum Moguntinæ & Treuirenſis, nec non Equeſtris ad D. Albanum Canonicus, Archidiaconus S. Lubentii in Dietkirchen.* † Treueri anno 1682, die 28 Octobr. ibidemque in æde B. V. tumulatus. 1646

**de *Gymnich* in *Viſchel*, (Carolus Caſparus Wilhelmus, *Baro*) *Maioris & ad S. Albanum Canonicus, Treuirenſis Cuſtos.* 1690

de *Gynhofen*, (Rudigerus) quem *Helvvichius* pag. 252 de *Gebenhofen* vocat, *Canonicus*, occurrit in litteris confraternitatis S. Chriſtophori anno 1380 inſtitutæ & an. 1368 ab Adolfo I Archiepiſcopo confirmatæ, & in aliis an. 1383. In necrologio p. 198, ad diem 8 Kal. Maii ſic memoratur: † *Rudigerus* de *Gynhofin Canonicus eccleſ. Mogunt. vnde dantur XII flor.--- de pecunia Iudeorum redempta a ciuitate Moguntina.* Et p. 662, 8 Kal. Maii *XX flor. --- per D. Rudigerum* de *Geynhofen*, *Canonicum huius eccleſie.* 13..

H.

HArdeuicus, *Canonicus Moguntinus & Præpoſitus Erfurtenſis. Vir de Principibus Francorum nobilitate clariſſimus*, vt auctor *chronici Magdeburgenſis* p. 313 prodit. *Lucæ* p. 596 *Theatri Comitum* ſiue *Graven-Saal*, ex Comitibus *Sponheimenſibus* deſcendiſſe, & quidem *Engelberti II*, familiæ *Sponheimenſis* in Carinthiam delatæ, filium fuiſſe dicit. *Bucelinus* contra parte I Germaniæ ſacræ pag. 40 in alia prorſus eſt ſententia, & *Baronum generoſa apud Saxones familia* natum ſcribit. Anno 1079, 7 Id. Auguſt. ad Archiepiſcopatus Magdeburgenſis culmen prouectus eſt. Sic enim dicti modo *chronici Magdeburgenſis* auctor p. 314; *Inſtituente Rudolpho Rege noſtræ ſedi eſt prælatus, ac eodem, quo deceſſor ſuus peremptus deceſſit, redeunte poſt annum die eidem ſucceſſit, per ordinationem a Godeſchalco Hauelbergenſe Epiſcopo, pallium vero a Gregorio VII, qui & Hildebrandus, percepit.* † anno 1102, 15 Kalend. Iulii morte repentina, ſepultus Magdeburgi in æde D. Mauricii. *Idem* l. d. p. 320 & 321. 10..

*Henricus, *Moguntinæ ſedis Archidiaconus*, teſtis eſt in litteris Ruthardi Archiepiſcopi an. 1104 ſignatis, quibus ille Abbatiam D. Petri Erfurtenſem priuilegiis exornauit. 10..

*Henricus, *Cantor de S. Martino*; quo vide catalogum *Cantorum* pag. 325. vixit anno 1122. 11..

Hartmannus, *Cantor*, dein *Decanus*, tandem *Præpoſitus*; quorum catalogos conſulere iuuabit. † anno 116.. 11..

*Hazechinus, *Canonicus*, teſtium numero adſcriptus in tabulis Adelberti I, anno 1128 confectis. 11..

*Humbertus, *Canonicus*, in iisdem, quas modo diximus, occurrit litteris. 11..

*Hartvvinus, it. *Hertvvinus & Hartvvicus.* *Canonicus*, & ipſe teſtis vice tum fungens, cum donationem Collegio principi factam Adelbertus ſcripto complecteretur. Factus poſt *Cantor* & *Decanus.* 11..

Helvvicus, *Magiſter*, *Canonicus*, citatur in *libro Animarum* pag. 40 ad diem 7 Kal. Febr. his verbis; † *Magiſter* Helevvicus *Canonicus Mogunt.* ....

.... Hartmudus, *Canonicus Sacerdos*, in eodem citatus libro pag. 510 ad diem 12 Kalendar. Decembr.

11.. Henricus, *Præpoſitus*, *Archiepiſcopus*. † an. 1153, vt in catalogo *Præpoſitorum* p. 272 dictum.

11.. *Henricus, *Archipresbyter*, *Canonicus Moguntinus*, teſtis locum occupat anno 1130 in litteris Adelberti I, quibus cœnobium Schvvabenheimenſe confirmauit, & anno ſequenti in tabulis Adelberti Canonici ad gradus, quibus donationem Sant-Albanenſibus factam complexus eſt.

11.. *Henricus, *Cuſtos*, dein *Decanus*, vt in *Cuſtodum* & *Decanorum* catalogis videre eſt. † anno 115..

11.. *Henricus, *Canonicus*. Teſtis in tabulis Adelberti II anno 1139, quas vide in chronico *D. Victoris*.

11.. Heidenricus, *Canonicus* circa annum 1457. † *Decanus* ſub an. 1171, vt in iisdem pag. 298 reperies.

11.. Hugo, *Cantor*, ſub annum 1158, 1160.

11.. Henricus, *Cantor*, poſtea *Decanus*, vt ſupra in catalogis & horum & illorum videre eſt. † circa annum 1197.

11.. Hermannus, *Cantor*. † anno 118.. Vid. ſupra p. 326.

11.. Henricus, *Præpoſitus Bingenſis & Canonicus Moguntinus*. Teſtibus adnumeratur in litteris Conradi I, cœnobio Rupertino, ſecundum *Helvvichium*, an. 1187, traditis; item in aliis eiusdem anno 1189, de parochiali Brezzenheimenſi pro Alzeiana Stephanitis data, editis.

11.. *Henricus, *Cellerarius & maioris eccleſiæ Canonicus*, teſtis locum ſubiit in tabulis Conradi I, queis an. 1196 eccleſiam Gosbacenſem ad parochialis dignitatem euexit.

11.. *Hermannus, *Bingenſis Præpoſitus & Canonicus Moguntinus*. Teſtis adducitur in litteris Conradi Præpoſiti maioris, circa annum 1204 vel 1206 datis, quas in chronico *D. Stephani* inuenies.

12.. *Henricus, *Præpoſius S. Mauricii*, *Canonicus maioris eccleſiæ*, locum occupat inter teſtes in tabulis Sifridi II, quibus an. 1211 prædia Canonicorum B. M. V. *ad gradus* in Rhingauia ab omni exactione immunia pronuntiauit.

12.. *Henricus, *Archipresbyter eccleſiæ maioris*, teſtium in numero eſt in tabulis eiusdem an. 1219 confectis, de iure præſentandi parochum Vinicellenſem, parochianos inter & D. Victoris fratres controuerſo.

1435 de *Hagen*, Siue, vt olim ſcribebatur, de *Hane*, (Tilemannus) *Canonicus Moguntinus*, &, ſi *Humbrachto* (qui eum ad illos, qui de *Indagine* vocati ſunt, refert) ſtandum, *Treuirenſis* quoque. † an. 14...

14.. de *Hain*, (Theodericus) *Canonicus*, quem *Helvvichius* pag. 253 ſub an. 1435 vixiſſe prodit.

12.. *de *Hagenovve* i. e. *Hanau*, (Henricus) *Canonicus*, cuius memoria in litteris Sifridi II, anno 1222 de iure patronatus eccleſiæ Biſchofsheimenſis, a Philippo *de* Dietz Capitulo ad D. Bartholomæi Francofurtenſi conceſſo, datis.

13.. de *Hanau*, (Reinhardus I, *Dominus*) *Canonicus*; quo titulo occurrit an. 1354. Poſt *Cuſtos* factus. † circa annum 1369. Quo *Cuſtodum* confer catalogum p. 311.

14.. de *Hanau*, (Reinhardus II, *Comes*) *Canonicus*. Sepultus in loco Memoriæ, teſte ſcuto gentilitio ibi ſuſpenſo, ſed ſine anno.

12.. *de *Hanſtein*, (Lupoldus) *Canonicus Moguntinus*, *& Præpoſitus ad D. Petri Northunenſis*. Occurrit primum anno 1287 in conuentione quadam *Henricum* Archiepiſcopum inter ac ciuitatem Frizlarienſem inita. Dein anno 1294 in tabulis *Ottonis*, Comitis de Waldeck, in fidem recepti cuiusdam feudi caſtrenſis *Gerhardo* Electori traditis. Anno 1303 partes arbitri egit inter eundem *Gerhardum* Electorem, & *Conradum* de *Schonenburg*, citaturque adhuc

adhuc an. 1312. Ceterum fuit etiam Vicedominus hereditarius in Ruſtenberg, & primus Moguntinenſis Eichsfeldiæ ſedi temporibus iſtis venditæ Præfectus, *Henrici* de *Hanenſtein*, Vicedomini Ruſtenbergenſis, frater, ſatus familia de *Hanſtein*, vti hodie ſcribitur, in Eichsfeldia etiamnum ſuperſtite.

** de *Harff* in *Dreyborn*, (Ludouicus Ferdinandus Antonius, *Baro*,) *Canonicus.* † Domicellaris Pariſiis an. 1700, d. 24 Octobr. ibidem in æde D. Andreæ ſacra ſepultus. 1692

de *Hartheim*, (Philippus) *Moguntinæ & Herbipolenſis eccleſiarum Canonicus.* † Domicellaris Friburgi Briſgouiæ, letali vulnere confoſſus, an. 1546, d. 20 Octobr. 1536

* de *Haſelſtein*, (Littegerus) *Præpoſitus*, *Canonicus Moguntinus*, arbiter an. 1237, 10 Kal. Iun. litis cuiusdam Capituli S. Stephani cum Gerlaco de Merlau ſuper iure Aduocatiæ in Amena in partibus Haſſiæ. 12..

Haſſiæ Landgrauius, (Ludouicus) nepos S. Eliſabetæ. *Scholaſticus* ſub an. 1275; pluribus *Helvvichio* in eorum catalogo p. 224 memoratus. 12..

Haſſiæ Landgrauius, (Hermannus) *Moguntinæ & Colonienſis metropolitanarum Canonicus*, *Scholaſticus Wormatienſis*, *Præpoſitus Aquisgranenſis & D. Gereonis Coloniæ.* An. 1465 menſe Septembri poſtulatus fuit Præpoſitus Frizlarienſis poſt mortem Erneſti *de* Nataga. Ad Archiepiſcopatum in Vbiis euectus an. 1480, altera Laurentii; an. 1489 Adiutor Paderbornenſis & an. 1498 Adminiſtrator conſtitutus. † an. 1508, d. 27 Septembr. Poppelsdorfii; Coloniæ cum omnium ſuorum incomparabili luctu in templo ſummo ſepultus. vid. *Cratepolius* in annal. Archiepiſcop. Colonienſium n. 68 p. 118 & ſeqq. 1467

de *Hattſtein*, (Ioannes) *Canonicus Senior & Magiſter fabricæ.* † an. 1518, 13 Kal. Septembr. ſepultus in periſtylio. 1478

de *Hattſtein*, (Godefridus) *Maioris*, *S. Albani item, & ad D. Petri Canonicus.* † an. 1517, d. 20 Maii, eodem in loco funeratus. 1498

de *Hattſtein*, (Marquardus I) *Maioris & S. Albani Canonicus.* Factus an. 1518 Beneficiatus altaris SS. Viti & Modeſti *in curia Monachorum prope villam Vrſel*, ex præſentatione Abbatiſſæ & Conuentus Sanctimonialium cœnobii Rethers *. † an. 1522, d. 13 Iun. ſepulturæ traditus ante aram S. Kiliani, nunc quidem remotam. 1509

* *Latine* Conſilium Dei, *Ord. Præmonſtrat. in Comitatu* Kônigſtein, *quod an.* 1565 Ludouicus Comes *in* Stolberg, *eiectis veſtalibus*, *Ordini eripuit.*

de *Hattſtein*, (Marquardus II) *Canonicus.* Anno 1554 a Sebaſtiano in Conſiliarium adſcitus, & an. 1557 a Daniele delegatus ad comitia Spirenſia. Adiit poſtea *Cantoris* primum, dein *Cuſtodis* dignitatem, vt ſupra p. 334 & 313 dictum. † an. 1581. 1551

** de *Hattſtein*, (Hugo Reinhardus) *Canonicus Moguntinus & Spirenſis*, *Cuſtos Treuirenſis.* De quibus dignitatibus & beneficiis deceſſit anno 164.. vxorem ſibi iungens. Factus poſtea Eminentiſſimi Electoris Treuirenſis Satrapa Præfecturarum Limburg, Camberg, & Vilmar, nec non Colonellus ſiue Tribunus Cæſareus. † an. 1677. 1638

de *Hazfeld*, (Theodericus) *Canonicus*, qui ſecundum *Humbrachtum* tab. 207 vixit circa an. 1440. 14..

de *Hazfeld*, (Henricus) *Moguntiæ maioris & D. Albani*, tum vero *Monaſterienſis & Paderbornenſis Canonicus.* Reſignauit, vt *Helvvichius* habet, an. 1572, d. 21 Febr. vxorem ducens. *Humbracht* l. d. 1553

de *Hazfeld*, (Edmundus) *Maioris*, *D. Albani*, *& B. M. V. ad gradus Canonicus*, Beneficiatus altaris S. Barbaræ in monaſterio, quod Francofurti D. Catharinæ dedicatum eſt, ab an. 1588, & S. Mariæ Magdalenæ arcis Ehrnfels, ab an. 1605. † an. 1607, d. 1 Octobr. ſepulcro illatus in maiori ante aram D. Petri ad vincula. 1572

de *Haz-*

1605 de *Hazfeld*, (Henricus Fridericus) *Maioris, S. Albani, & S. Victoris Canonicus, S. Stephani Præpositus.* † an. 1647, d. 13 Febr. apud fratrem, Crotorfi domicilium habentem, ibidemque sepultus est.

1638 ** de *Hazfeld*, (Daniel) *Canonicus.* Resignauit an. 1644.

1652 ** de *Hazfeld* & *Gleichen*, (Franciscus, *Comes*) *Ecclesiarum Moguntinæ, Treuirensis, Herbipolensis, & ad D. Albani Canonicus.* † Herbipoli an. 1685, d. 12 Febr. ibid em tumulatus.

1695 ** de *Hazfeld* & *Gleichen*, (Henricus Iosephus, *Comes*) *Moguntinæ, Colonien sis, & Herbipolensis ecclesiarum Canonicus, ad S. Albanum Scholasticus.*

1667 ** de *Hedersdorf*, (Georgius Albertus) Canonicatum, quem d. 12 Nouembr. anno hoc adiit, d. 12 Decembr. dimisit.

1515 de *Heldrit*, (Ioannes) *Canonicus Sacerdos.* † anno 1530, d. 1 Mart. in D. Laurentii sacello sepultus. Fratres habuit *Mauricium* & *Andream.*

1399 de *Helffenstein*, (Philippus) *Canonicus.* Occurrit nobis vsque ad an. 1429, † an. 1437, vt *Humbracht* tradit, 6 *Kal. Iunii*, vt necrologium habet p. 257.

1404 de *Helmstatt*, (Rabanus I) *Canonicus Moguntinus & Spirensis.* † anno 1433, d. 17 Maii, Spiræ in peristylio maioris sepultus.

1418 de *Helmstatt*, (Rabanus II) *Spirensis Cantor ac Canonicus Moguntinus.* † anno 1436, d. 16 Maii, eodem in loco locum sepulturæ nactus.

1429 de *Helmstatt*, (Rabanus III) *Canonicus.* † an. 1445, d. 14 Febr. Moguntiæ in peristylio funeratus.

1449 de *Helmstatt*, (Wilhelmus) *Canonicus.* Anno 1466 ab Adolfo II in Consiliariorum cooptatus ordinem, & ad comitia Imperii missus fuit. † an. 1474, d. 23 Febr. in loco Memoriæ ante altare S. Aegidii sepulturæ traditus.

1456 de *Helmstatt*, (Ludouicus) *Canonicus Moguntinus & Spirensis.* A Diethero an. 1478 Vicarius in spiritualibus generalis constitutus. quo etiam anno cathedram Spirensem d. 5 August. inscendit. † Vdenhemii anno 1504, d. 24 August. Spiræ in medio ædis principis sepultus.

12.. de *Henneberg*, (Bertholdus I, *Comes*) *Moguntinus & Herbipolensis Canonicus.* Electus quorundam suffragiis an. 1267 Episcopus Wirzburgensis. † an. 1282, Munrichstadii, ibidem in choro ædis parochialis funeratus. vid. *Friseus* chronic. Wirzburgens. in eo, cap. 5 p. 579.

12.. * de *Henneberg*, (Bertholdus II *Comes*) *Canonicus.* Testis in litteris an. 1294 signatis de vendita sedi Moguntinæ Eichsfeldia ab Henrico, Comite de Gleichen.

1464 de *Henneberg*, (Bertholdus III, *Comes*) Factus *Decanus* & tandem *Archiepiscopus*, vt in *Decanis* p. 304 reperies. † an. 1504.

14.. de *Henneberg*, (Ioannes I, *Comes*) *Moguntinæ, Treuirensis, Colonien sis, Bambergensis, Herbipolensis, & Argentoratensis ecclesiarum Canonicus.* citatur in litteris Adolfi II, anno 1462 Mercurii post Reminiscere datis, quibus curiam, *der Pfrundhof* dictam, in cœmeterio Frizlarien si, omnibus oneribus, ad quæ sedi Moguntinæ obstricta erat, exemit. Postea beneficiis hisce decedens anno 1472 Ordinem D. Benedicti ingressus, & tandem Abbas Fuldensis electus est. † an. 1513, d. 20 Maii, Fuldæ sepultus. Conf. *Brouverus* antiquitat. Fuldens. lib. 4 p. 330.

1512 de *Henneberg*, (Bertholdus IV, *Comes*) *Canonicus Moguntinensis & Argentoratensis.* Locum abdicatione sua fecit fratri Georgio anno 1514, cum Domicellaris adhuc esset.

de *Hen-*

de *Henneberg*, (Georgius, *Comes*) *Moguntinus, Colonienſis, & Argentoratenſis Canonicus* *. † Domicellaris in comitiis Wormatienſibus an. 1526, die 23 Aug. Spiræ in periſtylio maioris ſepultus. 1514

* *Helvvichius* dicit, ſimul Præpoſitum fuiſſe Aſchaffenburgenſem; qui ſi fuit, ab an. 1520, quo *Henricus* Comes *de Henneberg*, qui vsque ad id temporis Collegiatæ iſti, Præpoſiti titulo, præfuerat, diem obiit, fuiſſe oportet.

de *Henneberg*, (Ioannes II, *Comes*,) *Eccleſiarum Moguntinæ, Colonienſis, Bambergenſis, & Argentinenſis Canonicus.* Ioannis I ſecutus veſtigia, Abbas Fuldenſis electus eſt an. 1521. † Domicellaris an. 1541, die 5 Maii, ætatis 38 an. ſepultus Fuldæ in ædis primariæ porticu ad S. Bonifacii cryptam. 1517

de *Henneberg*, (Poppo, *Comes*) *Moguntinæ, Bambergenſis, Herbipolenſis, & Argentoratenſis Canonicus.* Quibus dignitatibus ac beneficiis, nuntio an. 1542 miſſo, vxorem duxit. † an. 1574, die 7 menſis Februarii. 1531

de *Hepheſſt*, (Hermannus) *Canonicus.* quem habet *Helvvichius*, & an. 1326 vixiſſe ſcribit p. 241. 13..

* *Hepp* de *Glymmenthal*, (Hermannus) *Canonicus.* Teſtis in teſtamento Emelrici de Rüdesheim, Canonici Moguntini, an. 1328 facto. 13..

* *Hepp* de *Glymmenthal*, (Ioannes) *Canonicus*, Agnatus Friderici, de quo ſtatim. Citatur in litteris publicis ab an. 1373 vſque ad 1380. 13..

Hepp de *Glymmenthal*, (Fridericus) *Canonicus.* Occurrit an. 1380 in tabulis confraternitatis S. Chriſtophori ad ædem maiorem tum recens erectæ. Vixit adhuc an. 1399, quo curiam, quæ ei in Neudorff erat, Ioannes II Archiepiſcopus omnibus exemptam oneribus liberam dixit. 13..

** de *Heppenheim*, dictus a *Saal* (Ioannes) *Canonicus & Locumtenens Aſchaffenburgenſis.* Poſt *Decanus* & *Præpoſitus.* † an. 1672, vt ſupra in catalogo *Præpoſitorum* p. 295 legere eſt. 1636

de *Herteſtatt*, (Heroldus) *Canonicus*, iam occurrit in litteris an. 1196, 1210, & ſequentibus. in aliis, an. 1220 datis, vocatur *Magiſter* Heroldus, *Archipreſbyter*, *Canonicus maioris eccleſiæ.* 11..

de *Heuſenſtamm*, (Sebaſtianus) *Canonicus maioris, & ad D. Albani.* Anno 1540 Legatus miſſus Hagenoam ad Conuentum Procerum Imperii; an. 1544 Scholaſtici auctus dignitate, & ſequenti ad titulos Moguntinos vocatus eſt, vt ſupra in *Scholaſticis* p. 321 dictum. 1531

de *Heuſenſtamm*, (Wolffgangus) *Maioris & D. Albani Canonicus, nec non Collegiatæ Moxſtadienſis Præpoſitus.* † Cæcus an. 1594, die 21 Febr. in loco Memoriæ terræ mandatus. 1566

de *Heuſenſtamm*, (Eberhardus Wolffgangus) *Maioris, D. Albani, & S. Victoris Canonicus.* Factus tum maioris, tum D. Albani *Decanus.* † an. 1605, vt ſupra in *Decanis* memoriæ proditum. 1592

Hilchen de *Lorch* (Ioannes) *Moguntiæ maioris, & S. Albani*, nec non *Wormatiæ cathedralis Canonicus.* † an. 1577, die 12 Aug. in periſtylio ſepultus. 1559

de *Hirſchorn*, (Eberhardus) *Canonicus Moguntinus & Herbipolenſis.* Citatur in litteris Henrici Archiepiſcopi an. 1345; Gerlaci an. 1353, aſſumtus ab eodem an. 1369, 2 Id. April. in Sacellanum ſuum in eccleſia Moguntina, addito promiſſo, ſe intra biennium ipſum ab officio hocce haud reuocaturum. 13..

de *Hirſchorn*, (Conradus) *Canonicus Moguntinus, & S. Stephani Præpoſitus*; Filius *Engelhardi* de *Hirſchorn*, & *Margaretæ Schenckin* de *Erbach.* Legitur iam an. 1382 in litteris de elocatione quadam. Dein an. 1391 in inſtrumento electionis Philippi de Alenconio in Præpoſitum. Anno 1393, Dominica poſt Chriſti circumciſi memoriam, fratri- 13..

bus ſuis *Ioanni*, *Alberto*, & *Eberhardo* portionem hereditatis ſuæ reliquit pro 1200 floren. annuaque 138 florenorum portione. Poſt factus etiam eſt *Cantor Spirenſis*, hocque inſignis titulo an. 1406 vna cum fratribus Ioanne & Eberhardo, nec non Conrado, Alberti tum demortui filio, ſtatuit & a fundamento exſtruxit cœnobium FF. B. M. V. de monte Carmelo, in Hirſchorn: cui etiam in tabulis vltimæ voluntatis ſuæ, annuam ſui vita defuncti memoriam promeriturus, vaſa nonnulla argentea, libros item, picturas, aliaque legauit, vt patet ex apocha FF. Carmeli dicti, data an. 1415, ſabbato poſt Dominicam *Eſto mihi*, qua confitentur, ſe accepiſſe a *manuſidelibus* D. Conradi *de* Hirſchorn, *Canonici Moguntini & Cantoris Spirenſis*, *caput magnum*, *& octo ſcyphos argenteos*; *librum concionum* Ioannis *de* Voragine, *ſummam Lombardicam*, *aliosque*; *picturam* item *S. Annæ*, *aliasque*, omnia perpetuis temporibus ibidem remanenda. † autem Moguntiæ anno dicto 1413, 4 Non. Mart. & terræ in loco Memoriæ redditus eſt.

1450 *Hirt* de *Saulheim*, (Philippus) *Natus ſtrenui Militis* Hermanni Hirt. *Maioris*, *S. Albani*, & ab an. 1430 *D. Stephani Canonicus*. † an. 1462, vt *liber* Stephanitarum, quem *vitæ* appellant, habet.

13.. *Hofvvard* de *Kircheim*, (Albertus) *Canonicus*. Nobis primum ſubiit an. 1379. Anno 1390 Satrapa præfecturarum Neidenau & Neuenfels in ſilua Ottonica factus, iusiurandum fidelitatis Conrado II Archiepiſcopo dixit. fuit adhuc ſuperſtes an. 1402.

13.. *Hofvvard* de *Kircheim*, (Ioannes) *Moguntinus & Herbipolenſis Canonicus, Præpoſitus Aſchaffenburgenſis*. Vlmenæ inferioris Præfectus. Occurrit an. 1388, 1391, 1395, & *Helvvichio* referente, anno etiam 1410. † an. 1418. *Humbracht* tab. 155, die 19 Kal. Septembr. vt necrologium habet p. 360. Notari tamen velim, eum confundendum haud eſſe cum alio, qui iisdem vixit temporibus, Ioanne Hofvvard, *Seniore* dicto, Præpoſito Eichſtadenſi & Herbipolenſi Canonico.

.... de *Hohenburg*, (Vdalricus) *Canonicus*. Memoratur in necrologio p. 392 a. d. Nonar. Septembr. quo obiit, an. ....

1612 de *Hoheneck*, (Landolfus) *Maioris & D. Albani Canonicus*, *Cantor Spirenſis*. † an. 1629, die 25 Iun. in arce S. Martini, ſepultus in periſtylio.

1656 ** de *Hoheneck*, (Anſelmus Franciſcus, *Baro*) † *Scholaſticus* an. 1704, de quo ſi plura velis, *Scholaſticorum* adeas catalogum p. 324.

1695 ** de *Hoheneck*, (Ioannes Franciſcus Iacobus, *Baro*,) *Moguntinus & Wormatienſis Canonicus*.

1705 ** de *Hoheneck*, (Wildericus Marſilius, *Baro*) *Moguntinæ maioris Archipreſbyter, & ad S. Ferrutium in Bleidenſtadt Decanus, eccleſiæ Wormatienſis Cuſtos, Eminentiſſimi Archiepiſcopi Vicarius in ſpiritualibus generalis*. Anſelmi Franciſci frater germanus.

12.. * de *Hohenfels*, (Engelbertus) *Canonicus*. Legitur in catalogo Canonicorum Moguntinenſium MS. συγχρόνῳ, an. 1294.

13.. de *Hohenloe*, (Philippus) *Dominus* a *Brauneck*, *Canonicus*, ſub an. vt *Helvvichius* p. 249 habet, 1336.

13.. de *Hohenloe*, (Andreas) dictus *Bruneck*, *Canonicus Moguntinus*, vti ipſe ſe ſcripſit in litteris an. 1366, feria 6 ante Dominicam *Reminiſcere* ſignatis. Occurrit in tabulis Gerlaci, an. 1354 ſabbato poſt octauam Epiphaniæ confectis. † *Præpoſitus* an. 1391, vt in eiſdem p. 283 demonſtratum.

13.. de *Hohenloe*, (Albertus I) *Canonicus*. Nobis primum an. 1388 ſubiit. Conradi II a ſanctioribus fuit conſiliis, paſſimque vocatur *vnſer lieber Hemlicher*. Quod Ioanni II ſe opponeret, priuatus fuit, beneficioque exutus an. 1398. Conf. quæ diximus in *Cuſtodibus* p. 312 ad *Ioannem* Comitem *de Rieneck*.

14.. * de *Hohenloe*, (Fridericus, *Comes*) *Canonicus Moguntinus & Spirenſis* nat. an. 1474 vt *Rittershuſius* habet in tabula Comitum Hohenloicor. genealogica.

de

de *Hohenloe*, (Albertus II, *Comes*) *Canonicus*. Cessit fratri Ludouico anno sequenti, vt *Helvvichius* notauit p. 230. 1500

de *Hohenloe*, (Ludouicus, *Comes*) *Moguntinus*, *Argentoratensis*, *& Augustanus Canonicus*. † Senior anno 1550, a. d. 17 Kal. Nouembr. 1501

** de *Hohenloe*, (Philippus Ernestus, *Comes*) familiæ Schillingsfürstensis, *Moguntinus & Colonienſis Canonicus*. Sereniſſimi Electoris Colonienſis Consiliarius intimus, & Consilii Aulici Præses. Anno 1701 nomine Eminentissimi Electoris Moguntini ius regalium ab Imperatore, vt moris est, requisiuit, eodemque anno, dimissis dignitatibus ac beneficiis ecclesiasticis, coniugem duxit. 1671

de *Hoenstein*, (Theodericus) *Canonicus*, quem nobis prodit necrologium p. 463 *a. d.* 13 *Kal. Nouembr.* his verbis: † *Theodericus* de *Hohinstein Canonicus Moguntinus*, *vnde dantur III* ℔ *Hal. de domo peregrinarum*, *sita in orto ceruseorum* (ceraſorum) *an dem* Vervvehus, *item XXVIII Sol. Hal. de domo*, *sita* vff dy Goszolfesgaszen, *contigua domo dicte* Levvenstein. ....

de *Hoenstein*, (Christophorus) primum *Bleidenstadenſis Canonicus*, prouisione Alberti Cardinalis & Archiepiscopi, anno 1530, die 20 Decembr. dein anno margini adscripto *maioris*, tum vero *D. Victoris ac D. Albani ecclesiarum*. † an. 1553, die 14 Iul. sepultus in peristylio prope locum, Capitularium conuentibus destinatum. 1541

de *Hoenstein*, (Ioannes) *Moguntiæ maioris*, *ac S. Albani & Ferrutii in Bleidenstadt*, *Wormatiæ* vero *cathedralis Canonicus*. † anno 1558, die 22 Febr. Eodem in loco funeratus. 1541

de *Hohenzollern*, (Ioachimus, *Comes*) *Canonicus* Domicellaris *Moguntinus & Herbipolenſis*. Anno 1574, die 2 April. ecclesiastico vitæ generi salutem dixit, & coniugium iniit. † an. 1587, d. 7 Iul. Conf. *Pregizerus* cap. 6 libri, cui titulus, *Teutscher Regierungs-vnd Ehren-Spiegel*. p. 116. 1571

de *Hohenzollern*, (Eitel Fridericus, *Comes*) *Moguntinæ* aliarumque ecclesiarum *Canonicus*. Anno 1609 vna cum Philippo Christophoro *de* Sötern, Scholastico, Romam missus in arduis maxime sedis Moguntinæ negotiis. Domicellaris Moguntiæ resignauit anno 1616, die 23 Augusti. Ceteroquin ad varios dignitatum adscendit gradus. Fuit enim Præpositus maior Colonienſis, Magdeburgensis, & Argentoratensis *, Clementis VIII P. M. Camerarius. Anno 1621 a Paulo V ad Vaticani Senatus purpuram euectus, & an. 1623 Episcopus ecclesiæ Osnabrugensis factus. † anno 1625, die 19, vel vt alii volunt, 25 Septembris. Conf. *Pregizerus* l. d. pag. 123, *Mallinkrot* de S. R. E. Cardinalibus Germanis n. 53 p. m. 531 & seq. 1602

* Anno sane 1619 in actis de electione Ferdinandi II se scripsit, *Dumprobst zu Cöllen*, *Magdeburg*, *vnd Strasburg*, *Cöllnischer Geheimer Rath vnd Groſshofmeister*.

de *Holdingshausen*, (Fridericus) *Canonicus Moguntinus & Spirenſis Scholaſticus*. † Spiræ an. 1584, die mensis Octobr. 22, vt necrologium p. 465 habet. Sepultus ibidem in peristylio maioris. 1567

de *Holdingshausen*, (Ioannes Georgius) *Archipresbyter maioris*, nec non *D. Albani & B. M. V. ad gradus*, tum vero *Spirenſis Canonicus*. † anno 1609, die 13 Mart. in sacello D. Andreæ humatus. 1598

de *Honstein*, (Wilhelmus, *Comes*) *Canonicus*. Custos factus anno 1499. Sedem Argentoratensem iniit an. 1506. † an. 1541. 1482

Hund de *Saulheim*, (Ioannes Christophorus) *Canonicus Moguntinus & Spirenſis*. Resignauit Domicellaris anno 1581, die 15 Decembris, vxorem ducens. 1568

Hund de *Saulheim*, (Ioannes Wilhelmus) *Moguntinæ*, *Spirenſis*, *& D. Victoris ecclesiarum Canonicus*, nec non ab anno 1600 vsque ad 1608 1598

Vicarius in ſpiritualibus generalis. † an. 1632, die 7 Iul. in loco Memoriæ ſepultus. Fratrem habuit *Ioannem Fridericum*, Ordinis Melitenſis per Germaniam ſupremum Magiſtrum.

1610 *Hund* de *Saulheim*, (Adolfus) *Canonicus Moguntinus ac Herbipoli ad S. Burchardum Scholaſticus.* Factus Moguntiæ an. 1634 *Scholaſticus* maior, dein *Decanus*, & tandem *Præpoſitus*, vt ſupra relatum. † anno 1668.

1515 *Hund* de *Wencken*, (Sifridus) *Maioris & ad D. Mauricii Canonicus, S. Albani Cuſtos.* † an. 1548, die 16 Febr. in periſtylio funeratus.

**de *Hunolſtein*, Vide *Vogt* de *Hunolſtein* in littera V.

I.

.... S. Iuſtinus, *Decanus*, de quo ſupra p. 297.

.... Iſenbardus, *Canonicus*, memoratur in necrologio pag. 118, a. d. Non. Mart. quo obiit.

10.. Ioannes I, *Scholaſticus*, vixit circa an. 1090 & ſeq. vt in *Scholaſticorum* catalogo dictum p. 316.

12.. Ioannes II, *Scholaſticus*, vixit circa an. 1236 & ſeq. vid. ſupra l. d. p. 317.

12.. Ioannes, *Decanus.* † an. 1260, vt in *Decanis* videre eſt p. 300.

12.. Iacobus, *Cantor Wormatienſis & Canonicus Moguntinus.* Teſtis locum occupat in litteris Philippi *de* Hohenfels & filiorum Philippi & Theoderici, quibus an. 1264, 11 Kal. Sept. *Ioanni* dicto *Hufnagel* feudum quoddam in Nackheim conceſſere. In *libro Animarum* citatur p. 553 a. d. 14 Kal. Ianuar.

13.. Ioannes, Canonum Doctor, *Moguntinæ*, *Bambergenſis*, *& Brixienſis eccleſiarum Canonicus.* Factus Epiſcopus Brixienſis circa an. 1306. *Hundius* metropol. Salisburg. p. 301. Bambergenſis an. 1319. Vid. *Hofmannus* annal. Bamberg. lib. 4 § 113 col. 189, Friſingenſis, anno 1323, & rexit 5 hebdomadis. † anno 1324 in die Marci Euangeliſtæ, ſepultus ante altare S. Crucis, his verſibus eius ſepulcro inſcriptis:

Lux Decretorum Ioannes, *vas & honorum*
Hic eſt foſſatus, qui bis erat hic cathedratus.
Huic finem vernæ VI Maii tribuere Kalendæ.

Gevvoldus in annotat. ad Hundium p. 113 & ſeq.

13.. de *Ilfelt*, (Theodericus) *Cantor* ſub an. 1372, de quo *Cantorum* conſule catalogum p. 133.

12.. de *Indagine*, (Petrus) *Canonicus*, vixit, ſi *Humbrachtum* tab. 34 audias, anno 1300.

13.. de *Indagine*, (Wernerus) vulgo ab *Hagen* ſiue *zum Hayn.* Occurrit in litteris an. 1311, & annis aliquot ſequentibus vſque ad an. 1338. Anno 1334 executor fuit conſtitutus teſtamenti ab Eberhardo de Lapide, Cantore, facti. In tabulis vltimæ ſuæ voluntatis dicitur *Canonicus* & *Subcuſtos Mogunt.* † referente *Humbrachto* an. 1341, *Kal. Iun.* teſte necrologio p. 264. Sepultus in templo monaſterii Erbacenſis ante aram D. Catharinæ.

12.. de *Ingelheim*, (Giſelbertus) *Canonicus.* Reperitur anno 1294 in catalogo Canonicorum temporibus iſtis ſcripto; item in litteris anno 1315 ſignatis, in quibus præter ipſum reperias, quos habuit fratres, *Billungum*, Militem, *Emerchonem* & *Helfericum* de *Ingelheim*, Milites, & *Emerchonem* de *Munxhorn*, ſororium. Anno 1325 locauit Capitulo Francofurtenſi bona in tractu ſuperioris & inferioris Ingelnheim ad 10 annos, pro cenſu annuo vnius marcæ denariorum Colonienſ. tribus libris Halenſibus pro qualibet marca computatis. † anno 1334, 2 Id. Ianuar. vt in inſtrumento

to ſuper executione teſtamenti eius in publicum redacto legere eſt.

* de *Ingelheim*, (Emericus) *Canonicus.* Quem *Humbracht* anno 1390 vixiſſe prodit, tab. 43. 13..

** de *Ingelheim*, (Marſilius Godefridus) *Canonicus.* Anno 1658 Legatus iuit Romam, & anno 1660 Viennam, hic nomine Ioannis Philippi Electoris ius petiturus regalium, & anno 1667 rurſus Romam, gratulaturus Clementi IX honores Pontificios. † *Decanus* an. 1679, vt ſupra in *Decanis* p. 308 annotatum. 1646

** de *Ingelheim*, (Anſelmus Franciſcus Fridericus) *Canonicus & Archipresbyter, ad D. Ferrutii in Bleidenſtatt Decanus*, ciuitatis Moguntinæ Camerarius conſtitutus an. 1674, & ſequenti Locumtenens Erfurtenſis. Faſtigio Moguntinenſi impoſitus anno 1679, die 7 Nouembr. † Aſchaffenburgi anno 1695, die 30 Mart. ibidem in Collegiata SS. Petri & Alexandri ſepultus. 1656

** de *Ingelheim*, (Ioannes Lucas, *Baro*) † *Cuſtos* anno 1720, vt ſupra in *Cuſtodibus* p. 315 dictum. 1663

** de *Ingelheim*, (Anſelmus Franciſcus, *Baro*) *Eccleſiarum Moguntinæ, Herbipolenſis, & S. Albani Canonicus, ad D. Victoris Præpoſitus.* 1694

de *Ippelbrunn*, (Eberhardus) *Cantor* ſub annum 1382. † *Decanus* anno 1418, vt ſupra in *Decanis* p. 302 memoratum. 13..

* de *Iſenburg*, (Conradus) *Canonicus*, citatur in litteris Conradi I, anno 1194 datis, quas in chronico Collegiatæ *S. Ioannis* leges. † *Præpoſitus maior*, vt ſupra dictum in eorum catalogo ſub an. 1213. 11..

* de *Iſenburg*, (Eberhardus) *Canonicus Domicellaris.* Anno 1232 factus Præpoſitus *S. Georgii in Limburg*, vt ſequentes docent litteræ: 12..

Sifridus *D. G. ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus. Ad quos preſens ſcriptum peruenerit, ſalutem in Chriſto perpetuam. Ne, quod pro neceſſitate corporis factum eſſe dinoſcitur, trahatur a poſteris in exemplum, vniuerſitati veſtre dignum duximus declarare, quod licet in fauorem tam noſtre, quam Lympurgenſis eccleſie fuerit introductum, quod Archiepiſcopi Moguntini tantum de gremio Maguntinenſis eccleſie Fratres Capitulares Lympurgenſi eccleſie Prepoſitos debeant aſſignare, nos tamen* Eberhardo *de* Iſenburg, *Fratri nondum Capitulari Maguntino, temporis neceſſitate inſpecta, de conſenſu dictarum noſtre & Lympurgenſis eccleſiarum, Lympurgenſem contulimus Prepoſituram, volentes, vt ex hoc facto noſtro nullum preiudicium memoratis eccleſiis impoſterum generetur. Actum anno Domini MCCXXXII, tertio Nonas Nouembr. Teſtes:* Waltherus *Decanus*, Arnoldus *Scolaſticus, S. Petri:* Arnoldus *Decanus S. Victoris.* Godefridus *Cantor S. Iohannis.* Rudolfus *Plebanus S. Quintini in Maguncia.* Adelbertus *Papa. Magiſter* Iohannes, *Canonicus Wormacenſis. Laici:* Henricus & Gerlacus *de* Iſenburc. Wigandus & Heinricus, *& alii quam plures.*

Anno 1247 iam legitur fatis functus.

Notes, ius Præpoſituram Limburgenſem conferendi competere Archiepiſcopo Moguntino; id quod non ſolum ex litteris allatis, ſed aliis etiam Henrici & Gerlaci fratrum de Iſenburg, Limburgenſ. eccleſiæ Aduocatorum, eodem anno & die datis patet, quippe in quibus illi diſerte: *confitemur, nos in manum* --- Sifridi *Archiepiſcopi* --- *promiſiſſe, quod eum & ſucceſſores ſuos & eccleſiam Mag. in iure preficiendi Prepoſitum eccleſie Limpurg. quod ius ad dictum* Sifridum --- *dicimus libere pertinere* &c.

de *Iſenburg* in *Grenſavv*, (Arnoldus I) *Præpoſitus Treuirenſis, ac Moguntinus Canonicus.* Sedis Treuirenſis Archiepiſcopus ſuffragiis, conſilioque ordinis principis renuntiatus anno 1242. † anno 1259 in arce Taborina Nonis Nouembr. vt in necrologio pag. 483 annotatum. Treueri 12..

ad ſiniſtrum latus Odei pone aram Agnæ Virgini ſacram in maiori ſepultus. Conf. *Brovverus* annal. Treuirenſ. lib. 16 § 45 pag. 148.

1427 de *Iſenburg* in *Büdingen*, (Dietherus, *Comes*) *Moguntinus*, *Treuirenſis*, & *Colonienſis Canonicus*, *nec non ad D. Victoris extra mœnia Moguntina Præpoſitus.* Poſtea Cuſtos electus, & ex Cuſtode Archiepiſcopus, vt in *Cuſtodibus* pag. 312 reperies.

1428 de *Iſenburg* in *Grenſavv*, (Salentinus I, *Comes*) *Præpoſitus & Archidiaconus Colonienſis*, *Canonicus Moguntinus.* † anno 1482, die 2 Octobr. in ſacello S. Dionyſii ſepulcri locum cepit.

14.. *de *Iſenburg* in *Büdingen*, (Philippus, *Comes*) *Canonicus*, frater Dietheri Archiepiſcopi, cuius iuſſu & nomine anno 1461 Ioannem Allenblumen, Vicedominum Erfurtenſem, in poſſeſſionem muneris immiſit.

1475 de *Iſenburg* in *Grenſavv*, (Arnoldus II, *Comes*) *Canonicus.* † anno 1485, vt *Helvvichius* p. 230 notauit.

1541 de *Iſenburg* in *Büdingen*, (Ludouicus, *Comes*) *Moguntinæ, Colonienſis, & Argentoratenſis eccleſiarum Canonicus.* Reſignauit anno 1571, d. 26 April.

1543 de *Iſenburg* in *Büdingen*, (Wolffgangus, *Comes*) *Eccleſiarum Moguntinæ & Herbipolenſis Canonicus.* Anno 1557 Domicellaris adhuc, die 20 Decembr. miſſis beneficiis eccleſiaſticis, aliud vitæ genus elegit, ac vxorem duxit.

1548 de *Iſenburg* in *Grenſavv*, (Salentinus II, *Comes*) *Moguntiæ maioris, & Coloniæ tum metropolitanæ Canonicus, tum S. Gereonis Decanus, Argentinenſis Theſaurarius.* Anno 1565 a Daniele Legati titulo Pragam miſſus ad Ferdinandi I, Imperatoris, cohoneſtandas exſequias. Biennio poſt, die 23 Decembr. Vbiorum electus fuit Archiepiſcopus, & an. 1574, die 21 April. Adminiſtrator Paderbornenſis. Quod Iſenburgico-Grenſauienſium ſtirps herede tum temporis careret maſculo, ipſe abdicatis an. 1577, die 5 & 13 Septembr. dignitatibus eccleſiaſticis matrimonium iniit, ducta d. 10 Decembr. Antonia Wilhelma, Comite de Marck & Arensberg. Vid. *Cratepolius* in annal. Archiepiſc. Colonienſ. n. 75 p. 152 & ſeq.

1572 de *Iſenburg* in *Büdingen*, (Wolffgangus Erneſtus, *Comes*) *Canonicus* Domicellaris. Anno 1580, die 23 Iunii reſignauit.

12.. de *Iude*, (Iacobus) *Canonicus.* Inuenitur in necrologio pag. 431, dicitur-que mortuus pridie Kal. Octobr. his quidem verbis: † *Iacobus* dictus *Iude*, *Canonicus Mogunt.*

12.. de *Iude*, (Emercho) *Canonicus.* Secundum *Helvvichium*, quem hic exſcribimus, vixit anno 1276.

Fuerunt de *Iude*, ſeu *Iudei* Nobiles, e quibus haud pauci militiæ equeſtris honoribus clari, domicilium habuerunt Moguntiæ, occurruntque in litteris vetuſtis ſæpius; alios inter *Albertus* de *Iude* teſtis in tabulis Adelberti I, an. 1135 ſignatis; *Helfericus Iudeus* Miles Moguntinus, in litteris Gerbodonis, Præpoſiti ad D. Petrum an. 1235 adductus, poſtea Scultetus Moguntinus conſtitutus, interfuit donationi Chriſtiani II Archiepiſcopi eccleſiæ maiori factæ an. 1251. & in necrologio p. 7 ad *Non. Ianuar.* memoratur his verbis; † Elyzabeth *vxor* Helfrici *Militis dicti* Iude, *vnde dantur XVIII ſolidi Colon. den. de XLVI iugeribus agrorum - - - ſitis in Hocheim, que quondam fuerunt olim Domini* Iacobi *dicti* Iude, *Canonici Magunt. Conradus* dictus *Iude*, Miles de Moguntia, anno 1297.

K.

13.. de *Kalſmund*, (Godefridus) *Canonicus.* Ceteris adſcriptus an. 1391 in inſtrumento de electione Philippi Alenconii in Præpoſitum. Anno 1382 ſibi iam occurriſſe refert *Helvvichius* p. 239.

de *Kehr*.

de *Kelw*, (Guntherus) *Canonicus Moguntinus, Bambergenſis, & Herbipolenſis.* † an. 1408. 1393

de *Kelberawv*, (Fridericus) *Canonicus.* Teſtis in litteris cœnobii Rupertini anno 1215 ſcriptis, in tabulis item Sifridi II an. 1227, de bonis quibusdam in tractibus Eltuil & Steinheim a Ruthardo Archiepiſcopo quondam Sant-albanenſibus donatis. 12..

de *Kerpen*, (Philippus) *Moguntinæ & Treuirenſis metropolitanarum, nec non D. Albani extra mœnia Mogunt. Canonicus.* † an. 1635, menſe Decembri. Coloniæ apud FF. Prædicatores ſepultus. 1611

de *Kerſenbroich*, (Rembertus) *Moguntinenſis & Paderbornenſis eccleſiarum Canonicus.* Factus Epiſcopus Paderbornenſis an. 1549. † an. 1558. Paderbornæ in æde ſumma ſepulturæ traditus. 1529

** de *Keſſelſtatt*, (Caſimirus Fridericus, *Baro*) *Moguntinæ maioris, & D. Ferrutii in Bleidenſtadt Canonicus.* Reſignauit Domicellaris an. 1687, vxorem ducens. Conſiliarius nunc Imperialis Aulicus, Treuirenſis vero intimus, ac aulæ Mareſchallus. 1677

** de *Keſſelſtatt*, (Hugo Wolffgangus, *Baro*) prioris frater germanus. de quo in *Cantoribus* & *Decanis* dictum. 1687

** de *Keſſelſtatt*, (Ioſephus Franciſcus, *Baro*) *Canonicus Moguntinus* Domicellaris, *& Treuirenſis.* 1709

de *Kirchberg*, (Hartmannus, *Burggrauius*) *I. V. D. Canonicus Moguntinus.* Tribunalis Spirenſis fuit Aſſeſſor. quod fungens munus tam accurate de iure reſpondit, vt Raimundus Cardinalis, qui Germaniam tum perluſtrabat, inter familiares cooptatum ad maximi momenti adhiberet conſilia. Inde in Poloniam miſſus a Maximiliano II Cæſare, componendo certamini, quod Regem, magnumque Pruſſiæ Magiſtrum ancipites diſtrahebat. Anno 1510 vota ſollemnia ritu monaſtico nuncupauit, ac Præpoſitus monaſterii S. Michaelis, dein Abbas Fuldenſis conſtitutus eſt, anno 1513 a Ioanne Monaſterii, Suffraganeo Moguntino, ſacratus. Accuſatus vero an. 1516 a ſuis, ac ſi theſaurum a deceſſore tam impenſe partum profunderet, ac moribus eſſet minus commodis; quin turbis tandem inuolutus, an. 1518 profugit Moguntiam. Quamuis autem Albertus Cardinalis & Archiepiſcopus copulandæ concordiæ viam patefeciſſet, ipſe tamen, reſciſſa poſtmodum reconciliatione, Vormatiam, vbi comitia agebantur, queſtum abiit. Vnde Cæſaris iuſſu lectus arbiter, Wilhelmus, Epiſcopus Argentoratenſis, partes ita tandem compoſuit, vt Hartmannus, vi principatus dimiſſa, titulum Abbatis, ſaluo regalium iure, retineret, & aureis in victum annuum 600 contentus eſſet; Ioannes Hennebergenſis Adiutoris titulo ſummam rerum moderaretur. Vid. *Brouverus* antiquit. Fuldenſ. lib. 4 p. 331 & ſeq. 1487

E viuis abiit Moguntiæ anno 1529, ſepultus in loco Memoriæ, tectusque lapide, de cuius ἐπιγραφῇ dictum in libello *de Epitaphiis.*

de *Kircheim*, (Ioannes) *Canonicus.* Citatur in ſupra iam dicto inſtrumento de electione Philippi Alenconii in Præpoſitum. Anno 1399 iam fatis functus legitur. 13..

de *Kirckel*, (Conradus, *Dominus*) *Præpoſitus Spirenſis, Cuſtos Argentinenſis, Canonicus Moguntinus.* Fuit an. 1347 Prouiſor Archiepiſcopatus Moguntini, *Vormunder des Stiffts zu Menze*, vt in litteris Ludouici IV Imperatoris audit. Succeſſorem nactus Cunonem de Falckenſtein. Conf. quæ diximus ad Serarium in *Henrico* Virneburgio ad § 9. 13..

Klüppel de *Elckershauſen*, (Ioannes Philippus) *Maioris & D. Albani Canonicus*, nec non *Præfectus Bingenſis.* † in caſtro Ehrnfels an. 1570, d. 3 Maii, Bingæ in Collegiata ad D. Martini ſepultus. 1555

de

13.. de *Knebel,* (Theodericus I) *Canonicus.* Vixit, ſi *Helvvichium* p. 253 audias, an. 1326 & 1328. Velim autem hic notes, hac ortos familia in litteris antiquis ſolummodo appellari *Knebil* & *Knæbel,* haud adiecto de *Cazenelenbogen,* vt ille l. d. ſcribit.

13.. de *Knebel,* (Wernerus) *Canonicus.* Nobis iam ſubiit an. 1364 in tabulis *αὐτογράφοις.* Præpoſituram S. Seueri ambiit Erfurtenſem. Teſtimonio nobis ſunt litteræ Adolfi I Archiepiſcopi, an. 1382 feria 6 ante diem Luciæ datæ, quibus confitetur, ſe ei debere 100 florenos ratione Præpoſituræ S. Seueri Erfordiæ, tam diu ſoluendos, quoad vſque in ea vel confirmetur, vel prouiſione eam obtineat. An. 1391, cum Conradus II, pro petendis a Wenceslao Imperatore regalibus, Pragam ſe conferret, vna cum *Nicolao* de *Lapide* in temporalibus per totam prouinciam Moguntinam conſtitutus fuit Vicarius. An. 1402 ſabbato ante Dominicam Reminiſcere in curia ſua *zum Brunneck* vltimæ voluntatis ſuæ edidit tabulas, in iisque præter cetera legata *ad fabricam eccleſiæ Moguntinæ octo vel plures monocerotes argenteos deauratos* donauit. † eodem hoc anno, & quidem, vt necrologium p. 89 teſtatur, 10 *Kalend. Martii,* funeratus in ſacello Diui Nicolai.

13.. *de *Knebel,* (Theodericus II) *Canonicus,* quem *Humbracht* tab. 51 an. 1388 in viuis egiſſe, & an. 1407 diem obiiſſe memorat.

13.. de *Knebel,* (Ioannes) *Canonicus.* Nobis occurrit an. 1401 in litteris, quibus ei Ioannes II Archiepiſcopus Ehrnfelſæ, *in craſtino B. Margaretæ Virg.* in recognitionem ſeruitiorum ſibi hactenus præſtitorum aſſignat 50 florenos, *vor einen Hengſt.*

14.. *de *Knebel,* (Henricus) *Canonicus,* apud *Humbrachtum* l. d. floruit an. 1420.

1399 de *Knebel,* (Theodericus III) *Maioris ac S. Albani Canonicus, S. Martini Bingæ & B. M. V. Geiſmariæ Præpoſitus.* Anno 1421 Dominica Reminiſcere ab Conrado III Archiepiſcopo fideiuſſor datus fuit Eberhardo, Domino de Eppenſtein. An. 1435 alios inter arbitrum egit inter Rabanum & Vdalricum, de mitra Treuirenſi decertantes: eodemque, Veneris poſt Dominicam *Iubilate,* a Theoderico Electore dono accepit curiam, quæ ei erat Bingæ, vulgo *Zum Adolf* nuncupatam. † an. 1457, die 9 Nouembr. in maiori choro ante aram S. Annæ humatus.

1703 **Knebel* de *Cazenelenbogen,* (Franciſcus Antonius Godefridus, *Baro*) *Eccleſiæ Moguntinæ Canonicus, Eichſtadenſis Cuſtos,* Celſiſſimi Epiſcopi & Principis Eichſtadenſis Conſiliarius intimus & Cameræ Præſes. Domicellaris.

1576 *Koeth* de *Wanſcheid,* (Georgius) *Maioris & S. Albani Canonicus.* † an. 1591, die 9 Maii, in periſtylio terræ mandatus.

1562 *Kotvviz* de *Aulenbach,* (Ioannes Conradus) *Canonicus.* An. 1577 Antiſtitis Herbipolitani Legatum egit in Conuentu Francofurtenſi. † *Cuſtos* an. 1610, vt ſupra in *Cuſtodibus* p. 313 videre eſt.

1419 de *Kramburg,* (Gerhardus) *Canonicus,* vixit ſecundum *Helvvichium* p. 238 ſub an. 1433.

14.. **Krieg* de *Geiſpitzheim,* (Ioannes) *Canonicus,* qui nobis ſub an. 1435 occurrit apud *Humbrachtum* tab. 188.

1482 *Kuchenmeiſter* de *Gamberg,* (Fridericus) *in Decretis Licentiatus, Canonicus Moguntinus,* vti in litteris an. 1496 datis audit. † an. 1515, die 9 Febr. in periſtylio ſepultus.

1519 *Kuchenmeiſter* de *Gamberg,* (Adamus) quondam *Canonicus S. Ferrutii* & Vicarius S. Marthæ, poſtea *Canonicus maioris.* † *Decanus* an. 1553, vt in *Decanis* p. 306 relatum.

12.. de *Kugelberg,* (Albertus) *Canonicus.* In litteris antiquis varie ſcribitur. an. 1216 *Adelbertus* de *Colenberc,* an. 1220 *Adelbertus* de *Chygelenberc,* an.

an. 1222 *Adelbertus* de *Kuglenberg*. † *Cantor* an. 124.. vt ſupra in *Cantoribus* p. 327. legas.

L.

*L*Odegerus, *Canonicus Moguntinus & Præpoſitus in Radſtorff.* Citatur in litteris *Sifridi II* de cœnobio Schmerlenbacenſi, an. 1219. 12..

Magiſter *Ludouicus*, *Canonicus maioris eccleſiæ*, in litteris an. 1244 datis; quas in chronico *D. Stephani* inuenies. Factus dein anno 1252 *Scholaſticus*, & anno 1260 *Decanus*, vt in *Scholaſticis* p. 317, & in *Decanis* p. 300 videre eſt. 12..

de *Langen*, (Otto) *Archipresbyter Moguntinus, & B. M. V. ad gradus Canonicus, ad D. Pauli Wormatiæ Præpoſitus, S. ſedis Apoſtolicæ Protonotarius, Rector eccleſiæ Bibelsheimenſis.* Bertholdi Archiepiſcopi fuit a conſiliis. † anno 1511, die 1 Maii, ſepultus in æde maiori iuxta ingreſſum e ſacello D. Gothardi. 1487

de *Lapide* ſ. von *Oberſtein*, (Vdalricus) *Canonicus.* Habetur in catalogo *Canonicorum* MS. & necrologio p. 146, ſed ſine anno, vt *Helvvich* iam notauit p. 254. ....

* de *Lapide*, (Eberhardus I) *Canonicus.* vid. *Humbracht* tab. 60. Vixit adhuc an. 1238, adduciturque inter teſtes in litteris Capituli maioris, quibus donationem parochiæ *Nider-Saulheim* Capitulo B. V. in campis ab *Alatrino*, eiusdem Præpoſito, factam, ſciuit ratamque habuit. 12..

de *Lapide*, (Eberhardus II) *Canonicus.* Anno 1267 nobis occurrit in litteris Ludouici Præpoſiti ad D. Victoris & maioris Decani. Anno item 1272, qua manuſidelis Henrici Scholaſtici S. Ioannis. 12..

* de *Lapide*, (Eberhardus III) *Canonicus.* Multoties nobis ſubiit inter an. 1293 & 1320. Anno 1328 eccleſiæ Moguntinæ legauit bona ſua in Diepach, poſt obitum agnati ſui, Cantoris Eberhardi, ad eam peruentura. An. 1335 iam legitur vt fatis functus. 12..

* de *Lapide*, (Iacobus) *Maioris Canonicus, & Præpoſitus B. V. in campis.* Teſtimonio nobis ſunt litteræ Gerhardi II Archiepiſcopi, quas, quantum huc faciunt, apponere placet: GERHARDVS .... *ſupplicauerunt nobis Decanus & Capitulum eccleſie S. Marie in campis, quod cum ipſi* Iacobum *de* Lapide, *Canonicum eccleſie Magunt. ad vacantem Prepoſituram eccleſie ipſorum per mortem b. m. Cantoris eccleſie Magunt. quondam Prepoſiti ibidem, in eorum Prepoſitum concorditer elegerunt* .... Dat. an. 1300 die OO. SS. Vixit adhuc an. 1315. In litteris vero an. 1318 ſignatis dicitur: *Iacobus*, quondam *Canonicus Moguntinus & Prepoſitus B. Marie in campis.* 12..

de *Lapide*, (Eberhardus IV) *Canonicus*, iam an. 1294 vna cum Eberhardo III occurrit. *Cantor* poſtea factus eſt, & quidem bis. † an. 1334, vt ſupra p. 331 videre eſt. Ceterum notes, natum eſſe patre *Wernhero* de *Lapide*, vt necrologium prodit p. 476, matre vero *Hildegarde*, vt idem habet p. 94. 12..

* de *Lapide*, (Nicolaus I) *Canonicus*, iam an. 1334 memoratus in teſtamento *Eberhardi* Cantoris. Fuit etiam *Præpoſitus Aſchaffenburgenſis.* Indicio nobis ſunt tabulæ *Gerlaci* Archiepiſcopi anno 1351, die 16 Decembr. datæ de incorporatione parochialis villæ *Birgſtatt* facta eccleſiæ Moguntinenſi metropolitanæ, in vſus portionum Canonicis in choro præſentibus quotidie diſtribuendarum. In iis enim *Nicolaus* hic Præpoſitus, qua loci Archidiaconus, vt id fiat, conſentire dicitur. Iisdem ceteroquin temporibus fuit vnus ex Tutoribus Archiepiſcopatus Moguntini. Et cum *Lutherus* de *Buches* Præpoſiti Aſchaffenburgenſis titulo an. 1354 & ſeq. occurrat, haud aberrauero, ſi ſtatuam, *Nicolaum* circa h. a. obiiſſe, & ab illo, qui *Helvvichio* p. 248 *Nicolaus I* dicitur, diuerſum eſſe. 13..

de *Lapide*, (Nicolaus II) *Canonicus.* Subiit nobis an. 1364 & ſeqq. † anno 13..

no 1382, 18 Kalend. Octobr. vt *liber Animarum* habet p. 407, sepultus in sacello D. Nicolai.

13.. de *Lapide*, (Nicolaus III) *Canonicus.* Anno 1364 vna cum Seniore, de quo modo dictum, iam memoratur. Ceterum variis eminuit dignitatibus. Præpositus enim fuit Aschaffenburgensis, vt ex litteris Adolfi I, an. 1375 datis, patet. Eiusdem Consiliarius sanctior, testibus litteris quampluribus. Præpositus Francofurtensis, indicio tabularum, quibus an. 1381, 2 Id. Decembr. controuersiam quandam inter Canonicos & Vicarios Collegiatæ istius ad D. Bartholomæi tanquam arbiter electus composuit; quo titulo an. 1403 adhuc occurrit. Camerarius ciuitatis Moguntinæ an. 1387 ab Adolfo constitutus. Conradi II Vicarius in temporalibus. Canonicus denique ad D. Victoris Moguntiæ, & S. Martini Bingæ. Vir multis in ecclesiam Moguntinensem meritis conspicuus. Queis factum, vt ei Ioannes II an. 1398 pensionem 200 florenorum quotannis de telonio Ehrnfelsano capiendam adsignarit, cui an. 1400, die Fabiani & Sebastiani, 100 alios adiecit. Occurrit adhuc an. 1407. De die, quo fatis concessit, necrologia variant. Maioris p. 209 habet 3 *Kalend. Maii.* D. Victoris, ad 3 *Kal. Iun.* † *Nicolaus* de *Lapide*, *maioris & huius ecclesiæ Canonicus.*

13.. de *Lapide*, (Eberhardus V) *Scholasticus* sub an. 1403. Vid. p. 319.

14.. *de *Lapide*, (Eberhardus VI) *Canonicus.* Vixit an. 1425. *Humbracht* l. d.

1419 de *Lapide*, (Richardus) *Canonicus.* Viennæ an. 1427 studiorum egit gratia. *Ederus* in catalogo p. 20. Decani dein honores consecutus est; quibus tamen, vt in *Decanis* p. 304 dictum, dimissis, † Canonicus an. 1487, die 13 Maii, in sacello D. Nicolai sepultus.

14.. de *Lapide*, (Hertandus) *Canonicus.* Qui an. 1466 de Canonicatu spontanea abdicatione decessisse dicitur.

1541 de *Lapide*, (Ioannes Ieremias) *Canonicus* Domicellaris. Resignauit an. 1553.

1648 ** de *Lapide*, (Wolfgangus Ernestus) *Canonicus Moguntinus, Wormatiensis Scholasticus, & Spirensis Cantor.* † an. 1663, die 3 Martii, stirpem, quæ tot viros domi militiaque claros produxit, inclitam finiens.

10.. de *Leiningen*, (Embrico, *Comes*) *Præpositus*, an. 1064 Episcopus Augustanus designatus, vt supra, dum de *Præpositis* egimus, p. 270 dictum.

13.. de *Leiningen*, (Godefridus, *Comes*) *Moguntinus & Spirensis Canonicus, Custos Colonienſis, Præpositus S. Georgii Pfedersheimensis.* Præpositus tandem factus sub an. 1407, vt in catalogo eorum p 286 & seq. videre est.

14.. *de *Leiningen*, (Georgius I, *Comes*) Filius *Emichonis* & *Beatricis*, Marggrauiæ de Baden; quem *Helvvichius* in MS. quodam recentiori memorat, annoque 1431 vixisse tradit.

1510 de *Leiningen* Westerburg, (Reinhardus I, *Comes*) *Decanus Colonienſis, Moguntiæ maioris & D. Stephani olim Canonicus.* † anno 1540, die 16 Iul. annos natus 48, teste epitaphio, ei posito Coloniæ in æde metropolitana.

1542 de *Leiningen* Westerburg, (Georgius II, *Comes*) *Canonicus.* Quem Domicellarem Canonicatu an. 1557, die 17 April. abscessisse scribit *Helvvichius* p. 237.

1575 de *Leiningen* Westerburg, (Reinhardus II, *Comes*) *Canonicus.* Resignauit Domicellaris anno 1593, die 19 Iunii.

13.. *de *Lerch*, (Iacobus) *Cellerarius maioris.* Legitur anno 1336 in laudo de controuersia, quæ Capitulo Petrensi erat cum Sculteto & Scabinis Castellensibus *(Cassel)*

1631 ** *Lerch* de *Dirmstein*, (Michael Caspar Henricus) *Canonicus Moguntinæ & Wormatiensis maiorum, nec non Equestris ad D. Albanum.* † anno 1674, in peristylio sepultus die 21 Nouembris.

12.. de *Levvenstein*, (Wernerus) *Custos Wormatiensis, & Moguntinus Canonicus.* An. 1265, consensu *Emichonis* & *Wolframi* fratrum suorum, *Iuttæ* sororis, & *Meinhardi* Militis, sororii, legauit ecclesiæ Moguntinæ

18 mar-

18 marcas denarior. Colonienſ. de bonis ſuis hereditariis in Monzheim, ad comparandum reditus pro anniuerſario. Occurrit nobis adhuc an. 1295. † an. 1301, 3 Non. Septembr. vt *liber Animarum* p. 388 habet, ſepulturæ datus in ſacello S. Andreæ Apoſtoli.

de *Levvenſtein*, (Emicho) *Canonicus.* Vixit, ſecundum *Humbrachtum* tab. genealog. 86, circa annum 1300. † 5 Iduum Octobris, vt in necrologio p. 448 eſt. 12..

de *Levvenſtein* dictus *Randeck*, (Ioannes) *Canonicus Moguntinus & Præpoſitus Limburgenſis.* † anno 1452, 5 Kal. Mart. Moguntiæ in maiori funeratus. *Legauit inter alia eccleſiæ*, ita necrologium p. 25, *vnum Breuiarium, taxatum pro XX libr. Hallenſ.* 1398

de *Levvenſtein* dictus *Randeck*, (Fridericus I) *Canonicus Moguntinus & Treuirenſis, Præpoſitus Limburgenſis.* † an. 1482 ſecundum *Helvvichium*: ſecundum *Humbrachtum* vero an. 1485; 4 *Id. Iul.* vt necrologium ad h. d. his habet verbis: † *Venerabilis Dominus* Fredericus *de* Levvenſteyn *Canonicus Iubilarius Mogunt.* 1439

de *Levvenſtein* dictus *Randeck*, (Fridericus II) *Maioris & S. Crucis eccleſiarum Canonicus.* † anno 1487, d. 12 Iul. in S. Crucis æde extra mœnia Moguntina ſepultus. 14..

von der Leyen, (Philippus Ervvinus) *Canonicus.* Locum fecit Domicellaris fratri *Marſilio Godefrido* anno 1572, die 30 April. ducens coniugem. † anno 1593, die 10 Mart. 1564

von der Leyen, (Marſilius Godefridus) *Moguntinæ maioris, & S. Albani, itemque cathedralis Herbipolenſis Canonicus.* Moguntiæ domi ſuæ a Caſparo Engert latrone confoſſus, † an. 1590, die 3 Iun. terræ mandatus ante aram S. Annæ in maiori. 1572

** *von der Leyen*, (Damianus Hartardus, *Baro*) *Canonicus Moguntinus, metropolitanæ Treuirenſis, Equeſtris ad D. Albanum extra mœnia Moguntina, & S. Victoris in Xanten Præpoſitus.* Anno 1663 & 1664 Legatus Treuirenſis fuit in comitiis Ratisbonenſibus. Ex Canonico electus Archiepiſcopus an. 1675, d. 3 Iul. † an. 1678, d. 6 Decembr. in ſacello S. Laurentii, quod ſplendide reparauit, ac Vicaria noua inſtruxit, ſepultus. 1631

**von der Leyen zu Nickenich*, (Henricus Ferdinandus, *Baro*) † *Præpoſitus* an. 1714, vt *Præpoſitarum* catalogum p. 296 conſulenti patebit. 1664

** *von der Leyen*, (Hugo Lotharius Fridericus, *Baro*) *Canonicus Moguntinus & Treuirenſis.* Anno ſequenti 1677 reſignauit. 1676

** de *Leyen*, (Ioannes Wildericus, *Baro*) *Canonicus.* 1714

de *Liebenſtein*, (Albertus) *Canonicus.* † anno 14.. in loco Memoriæ ſepulturæ locum nactus. 1394

de *Liebenſtein*, (Rabanus) *Maioris & S. Albani eccleſiarum Canonicus*, nec non *Bingenſis Præfectus.* Anno 1427 Viennæ in litterarum incubuit ſtudia. *Ederus* l. d. p. 20. Anno 1441 Ciuitatis Moguntinæ Camerarius conſtitutus, & ab Adolfo an. 1465 in Conſiliarium adſcitus fuit. † an. 1469, die 30 April. vt necrologium Carmelitarum diſerte habet. Ex quo corrigendus *Helvvichius*, qui an. 1489 mortuum narrat. Funeratus eſt in periſtylio. 1418

de *Liebenſtein*, (Iacobus) *Canonicus.* Factus Decanus an. 1497, & ex Decano Archiepiſcopus, vt in *Decanis* p. 305 relatum. † an. 1508. 1470

de *Liebenſtein*, (Conradus) † *Scholaſticus* anno 1536. 1505

**de Liebesberg*, (Wernerus) *Canonicus.* Teſtium in numero eſt in litteris Sifridi II anno 1222 ſignatis. 12..

**de Liebesberg*, (Henricus) *Canonicus Moguntinus & ciuitatis Camerarius.* Tum in catalogo *Canonicorum* συγχρόνῳ occurrit, tum in litteris an. 1304 & 1305 ſignatis. 12..

de *Limpurg*, (Albertus, *Pincerna*) *Decretorum Doctor, Moguntinæ maioris & ad D. Albani, Herbipolenſis item Canonicus.* Anno 1439 fuit Legatus 1423

Friderici Saxoniæ Electoris in conuentu Moguntino. † an. 1449, 6 Id. Maii. Sepultus fuit in peristylio. In necrologio p. 226 ad d. d. his memoratur verbis; † *Albertus Schenck* de *Limpurg*, *Baro*, *Canonicus huius ecclesie*, *vnde II flor. de domo dicta* Meylan *in ciuitate Moguntina.*

Vnde Helvvichius *ansam sumserit*, *in Elencho sect. 1 p. 214, & sect. 6 p. 130* Præpositis maioribus *illum adnumerandi*, *nescio.*

1472 de *Limpurg*, (Wilhelmus) *Canonicus.* Teste tabula, vt vocatur, *Capitulari*, anno 1474 resignauit.

13.. de *Lindau*, (Henricus) *Canonicus* sub an. 1401, vt apud *Humbrachtum* est tab. geneal. 286.

1398 de *Lindau*, (Ioannes) *Maioris & S. Victoris Canonicus*, *Cantor ad D. Ioannis.* † anno 1448, mense Iulio, & quidem 3 Id. si necrologium maioris p. 320 consulas, 4 Id. si D. Victoris, quod ipsum tamen in anno errat. Sepultus in peristylio.

.... de *Lorch*, (Conradus) *Canonicus.* Citatur in *libro Animarum* p. 524 a. d. 4 Kalend. Decembr. quo obiit.

13.. *de *Lorch*, (Emicho) *Canonicus.* Habetur in litteris de elocata curia *zum Limelbichs* an. 1364, die 28 Iunii.

13.. *Loß* de *Isenaco*, (Rudolfus) *Decanus maioris.* † anno 1364, vt in catalogo eorum p. 301 legere est.

1580 *Lotharingiæ Dux*, (Carolus) *Episcopus Metensis*, *Moguntinæ*, *Colonienſis*, & *Argentinensis ecclesiarum Canonicus.* A Sixto V P.M. anno 1589, die 13 Kalend. Ianuar. Diaconus Cardinalis tituli *S. Agathæ* factus, & dein Argentorati anno 1592, die 9 Iun. Antistes designatus est. Domicellaris Moguntiæ Canonicatui renuntiauit anno 1604, die 18 April. † Nanceii an. 1607, die 24 Nouembr.

.... de *Luckavv*, (Henricus) *Canonicus Sacerdos.* Memoratur nobis in libro Animarum p. 4 ad 4 Non. Ianuar. his verbis; † *Henricus* de *Luckavve*, *Canonicus huius ecclesie.*

1574 de *Lüzelburg*, (Waltherus) *Canonicus Domicellaris.* Resignauit an. 1576.

M.

10.. Megingaudus, *Præpositus.* † an. 1016, vt in *Præpositis* p. 270 legas.

.... Menvvardus, *Canonicus Domicellaris*, vti quidem *Helvvichius* vocabulum *Scolaris*, quod ei in *libro Animarum* p. 301 a. d. 4 Kalend. April. appositum est, p. 248 Elenchi interpretatur. Sic autem ibi; † *Menvvardus* Scolaris, *vnde dantur* &c.

12.. * *Magnus* siue *Gros*, (Conradus) *Canonicus.* Adducitur in litteris *Hermanni*, Decani ad S. Mauricium anno 1254 *in crastino sabbati quatuor temporum ante natalem Domini* datis.

1687 **de *Malsburg*, (Otto) *Maioris & ad S. Petrum*, quondam etiam Fritzlariensis *Canonicus*, *Equestris S. Ferrutii in Bleidenstadt Decanus*, Eminentissimi Electoris Consiliarius intimus, & Iudicii Camerarius sæcularis. † anno 1720, Dominica Palmarum, quæ tum temporis incidit in d. 24 Mart. sepultus in loco Memoriæ.

1385 de *Mannendal*, (Henricus) *Canonicus.* Subiit nobis an. 1386 & 1391. † an. 1418. Moriens legauit ecclesiæ Moguntinæ duos libros, *Breuiarium* scilicet, & *Psalterium*; ea quidem conditione, vt Senior ex quatuor Presbyteris eis ad dies vitæ vtatur, & pro beneficio hoc ad communes præsentias 24 florenos exsoluat. Libros enim hosce æstimatos pretio 120 florenor. (*daß die egenante Bücher in der Stat zu Mentze verlyben, vnd nit verloren oder verussert vverden, die doch vor hundert vnd zvvenzig Gulden geschezit sin, ader daby*) ex litteris *Conradi Ravv*, Canonici Presbyteri, qui eos primus accepit, datis an. 1418, sabbato post OO. SS. patet.

de

de *Mansfeld*, (Ioannes Ernestus, *Comes*) *Canonicus*, qui tamen, vt *Helvvichius* prodit, anno sequenti 1551, die 27 August. resignauit. 1550

*de *Menzingen*, (Ioannes) *Cantor Spirensis & Canonicus Moguntinus*, quem *Humbracht* habet tab. 138. Est ille, quem *Helvvichius* pag. 243 perperam vocat *de Monzingen*. 13..

de *Menzingen*, (Philippus) *Moguntiæ maioris & ad D. Albani*, *Wormatiæ cathedralis Canonicus*. † Domicellaris an. 1538, die 30 Iun. Moguntiæ in peristylio sepultus. 1526

de *Merlau*, (Eberhardus) *Canonicus*, teste catalogo Canonicorum MS. vixit an. 1277. † 5 Id. Nouembr. sic enim in necrologio ad h. d. legas: † *Ebirhardus* de *Merlauvve Canon. Mogunt.* An. .... 12..

de *Merode*, (Arnoldus) *Moguntiæ maioris & S. Victoris*, *Leodii* vero *cathedralis ecclesiarum Canonicus*. Anno 1555 nuntius ad Pontificem a Daniele recens electo vna cum Arnoldo de Bucholz iuniore missus fuit, & anno 1571, die 8 Iun. factus Beneficiatus altaris S. Magdalenæ in arce Ehrnfels. † Senior anno 1593, die 3 April. Leodii, ibidemque sepulturæ cepit locum. 1547

de *Metternich*, (Ioannes Reinhardus) *Canonicus*. Factus dein *Cantor* & *Præpositus*, vt pag. 335 in *Cantoribus* & pag. 295 in *Præpositis* videre est. † Moguntiæ an. 1638, 1 Ianuar. 1593

de *Metternich*, (Lotharius) *Maioris & ad D. Albani Canonicus*. † Domicellaris anno 1623, die 9 Decembr. 1622

**de *Metternich*, (Carolus Henricus) *Baro* de *Winnenburg* & *Beilstein*. *Canonicus*, dein *Scholasticus*, tum *Custos*, & tandem Archiepiscopus. Vt supra suis locis pag. 324 & 314 habes. † anno 1679. 1629

**de *Metternich*, (Lotharius Lubertus, *Baro*) *Canonicus Moguntinus*, *Treuirensis*, *& Magdeburgensis*. † Domicellaris anno 1635. 1631

**de *Metternich*, (Lotharius Fridericus, *Baro*) *Canonicus*. Ex Præposito & Coadiutore factus Archiepiscopus. † anno 1675. quo confer catalogum *Præpositorum* p. 295. 1639

**de *Metternich*, (Ioannes Emericus Wilhelmus, *Baro*) *Canonicus Moguntinus & Chorepiscopus Treuirensis*. † an. 1667, die 9 Martii. Sepultus Treueri. 1639

**de *Metternich*, *Winnenburg* & *Beilstein*, (Franciscus Ferdinandus Adolfus, *Comes*) *Canonicus Moguntinus & Treuirensis*. Nuntio dignitatibus ecclesiasticis anno 1683, die 8 Martii misso, vxorem duxit. † an. 1719 Königsvvarthi, quæ arx Bohemiæ est, ibidem sepultus. 1660

**de *Metternich*, (Franciscus Nicolaus Wolfgangus, *Baro*) *Moguntinus*, *Treuirensis*, *& Wormatiensis Canonicus*. † Domicellaris anno 1690, die 26 April. Confluentiæ apud FF. Prædicatores sepulturæ traditus. 1680

**de *Metternich* in *Möllenarck*, (Lotharius Ferdinandus, *Baro*) *Canonicus Moguntinus* (Domicellaris) *Treuirensis*, *& Spirensis*. 1720

Metternich in *Gracht*. Vide *Wolff*.

**de *Mezenhausen*, (Philippus Christophorus) *Canonicus Moguntinus & Treuirensis*. Resignauit an. 1655, die 9 August. vxorem ducens. 1636

**de *Mezenhausen*, (Ioannes) *Canonicus*. † anno 1677, die 1 Ianuar. tumulatus in loco Memoriæ. 1656

**de *Mezenhausen*, (Carolus Lotharius) *Canonicus*. † anno 1684, die 8 Decembr. terræ itidem mandatus in loco Memoriæ. 1663

de *Miltiz*, (Carolus) *Moguntiæ maioris ac ad D. Albanum*, *Misnæ* vero *cathedralis Canonicus*, Cubicularius Leonis X P. M. eiusdemque Nuntius ac Commissarius in Germaniam missus, Alberti Cardinalis ac Archiepiscopi Consiliarius. † anno 1529, die 20 Nouembr. suffocatus in Mœno, haud procul Steinheimio (*Albinus* chron. pag. 341 perperam habet Steinau) post tres menses paullo supra 1519

Francofurtum repertus, & Moguntiæ ſepultus. Vid. *Seckendorfius* hiſtor. Lutheran. lib. 1 § 47, *Cyprianus* parte 1 *der nutzlichen Vhrkunden zur Reformations-Geſchicht*, n. 3 pag. 377 & ſeq. & parte 2 n. 2 & ſeq. p. 38 & ſeq. quibus locis ſimul plures ab eo & ad eum ſcriptas profert epiſtolas.

12.. * *Miſniæ Marchio*, (Theodericus) *Canonicus Moguntinus*, Epiſcopus Numburgenſis; de quo *Ioannes Iſenach* in actis & factis Præſulum Nuenburgenſium p. 138; *Decimus ſeptimus Tidericus II Marchio Miſnenſis, non eſt canonice electus, ſed* M. Petrus *in ſchola Pariſina tunc conſtitutus, vir bonus & doctus. Priuſquam vero ille veniebat, fauore Metropolitani & fratris ſui Marchionis confirmabatur Tidericus. Ergo per duos annos inter ſe diſputarunt acriter. Tidericus vero pecunia & armis fratris ſui potentior; ideo cedere oportebat Petrum, & ſorte ſua eſſe contentum. Tidericus autem bene præfuit, vt eccleſiam ſui pœnitere non poſſet. Erat enim ſedulus, diſcretus, cultor iuſtitiæ, & beneficus in pauperes, clero & populo dilectus.* † circa annum 1270. Iacet Cizæ ſepultus.

13.. *Mohn* de *Saulheim*, (Hertvvicus) *Canonicus*, ſub an. vt *Helvvichius* p. 241 notat, 1352 & 1370. † anno 13.. 10 Kal. Febr. vt in necrologio pag. 37 his memoratur verbis: † *Hertvvicus* de *Sauvvelnheim*, *Canonicus eccleſie Magunt.*

163. ** *Mohr* de *Wald*, (Philippus Reinhardus) *Canonicus.* † anno 1632, die 28 Sept. ætatis 9 an.

13.. *Mohr* de *Münſtermeinfeld*, (Erneſtus) *Canonicus Sacerdos.* Occurrit anno 1320, item anno 1339 in litteris, quibus Hermannus de Hohenfels, eiuſque filii Ioannes & Philippus, eccleſiæ Moguntinæ donarunt decimam in tractu villæ Ginzheim. † circa annum 1344. Superat enim inſtrumentum, anno ſequenti 1345, die 17 Maii ſignatum, quo manufideles, quos conſtituerat, anniuerſariam vita defuncti memoriam celebrandam ordinant. In necrologio pag. 505 vita conceſſiſſe dicitur 15 Kal. Decembr.

12.. * de *Mohrle*, dictus *Bôhm*, (Eberhardus) *Subcuſtos* 1252 memoratus *Humbrachto* tabula 291.

1417 *Mohrle* dictus *Bôhm*, (Henricus) *Iurium Licentiatus, maioris, nec non ad D. Petri & D. Albani Canonicus, Conſiliarius Moguntinus.* Anno 1434 a Theoderico iudex eccleſiaſticus ordinarius & ſpiritualis ſedis Moguntinæ conſtitutus. † anno 1447, die 16 Octobr. in periſtylio maioris humatus.

[*Canonicis* Helvvichius *hic in* Elencho *p. 236 adnumerat* Fridericum *dictum* Mönch, *dicitque, citari eum in* libro Animarum. *At duplicem committit errorem. Primum enim is in necrologio plane non* Canonici *inſignitur titulo, ſiquidem p.* 469 *a. d.* 7 *Kal. Nouembr. ſic legas*; † Fridericus *dictus* Münch, vnde datur vna marca ---- *Deinde* Münch *ſcribitur, vt ex modo dictis patet, non* Mönch, *vti ipſe habet.*]

14.. de *Montferrat*, (Theodericus, *Marchio*) † *Præpoſitus* anno 1481, de quo *Præpoſitorum* inſpicere iuuabit catalogum.

12.. * de *Moro*, (Eberhardus) *Canonicus.* Teſtis eſt in litteris Capituli maioris, quibus an. 1238 conſenſit donationi parochialis Niederſaulheim Capitulo B. V. in campis ab eiuſdem Præpoſito Alatrino factæ. Conf. *Humbracht* tab. 219.

1536 *Moſbach* de *Lindenfels*, (Ioannes Andreas) *Canonicus S. Ferrutii in Bleidenſtadt* prouiſione Alberti Cardinalis & Archiepiſcopi an. 1532, die 6 Iun. conſtitutus; dein annō, margini adſcripto, *Moguntinus.* An. 1550 Eichsfeldiæ, Præfecti ſupremi titulo, impoſitus fuit. Factus dein *Decanus* & *Præpoſitus*, vt in *Decanis* pag. 306, & in *Præpoſitis* pag. 291 videas. † anno 1571.

de

de *Muckelin*, (Simon) *Canonicus.* Teſtis in laudo Eberhardi *de* Lapide Cantoris anno 1320 pronuntiato; de quo infra in *Erneſto* de *Treueri.* † 10 Kal. April. vt in necrologio eſt p. 146 his verbis; † *Symon* dictus *Muckelin*, *Canonicus Mogunt. vnde dantur tres marce den. in Heymbach.* 13..

de *Mudersbach*, (Daniel) *Canonicus.* Reſignans anno 1557, die 13 April. vxorem ſibi iunxit. † an. 1600, die 4 Iun. ſtirpis ſuæ vltimus. *Humbracht* tab. 285. 1543

de *Mume*, (Conradus) *Canonicus*, in necrologio nobis memoratus p. 150, ad diem 8 Kal. April. ....

Münch de *Roſenberg*, (Eberhardus) † *Cantor* an. 1429, die 14 menſis Octobr. vt necrologium p. 453 diſerte teſtatur. 1415

Münch de *Roſenberg*, (Ioannes) *Moguntinæ & Wormatienſis eccleſiarum Canonicus.* Camerarius ciuitatis Moguntinæ a Theoderico deſignatus anno 1455. Dietheri nomine anno 1459 iuit Mantuam, vocaturque ab eo *fidiſſimus noſter.* Quo anno etiam conſtitutus fuit Vicarius in ſpiritualibus generalis. Satrapam adhæc egit Finthenſem. In maiori ſtatuit ſacellum in periſtylio (loco Memoriæ) D. Aegidii memoriæ ſacrum. † anno 1487, die 16 Maii, in loco Memoriæ dicto funeratus. 14..

** de *Murach*, (Ioannes Georgius) *Moguntinæ maioris Canonicus, & Cameræ Præſentialis Præſes, ad S. Albanum Senior.* † in Sergenloch prope Moguntiam anno 1718, die 28 Maii, Moguntiæ ad D. Sebaſtiani ſepultus. 1685

N.

de *Naſſau*, *Albertum I Comitem*, Canonicum habet *Ioannes Orlers* in *genealogia Naſſouiana*, dicitque, filium fuiſſe Othonis, qui vixerit anno 718. Item *Henricum I, Comitem*, Canonicum, l. d. traditque vixiſſe anno 1020. Quem auctorem in *Elencho* ſecutus fuit *Helvvichius* p. 36 & 54.

* de *Naſſau*, (Emericus, *Comes*) *Cuſtos*, ſub anno 1338. Vid. catalog. *Cuſtodum* pag. 311. 13..

de *Naſſau*, (Gerlacus, *Comes*) *Decanus.* An. 1346 Archiepiſcopus Henrico Virneburgio, vt ſupra p. 301 dictum, oppoſitus. † an. 1371. 13..

de *Naſſau*, (Fridericus, *Comes*) Adolfi I & Ioannis II Archiepiſcoporum frater. *Canonicus.* † an. 1371. 13..

de *Naſſau*, (Adolfus I, *Comes*) *Epiſcopus Spirenſis* & poſt Ioannis I obitum *Archiepiſcopus Moguntinus.* † Heiligenſtadii. an. 1390 (non autem, vt *Helvvichius* habet, 1388) die 6 Febr. ſepultus in naui maioris, cathedram ordinariam inter & ſedem Electoralem. 13..

de *Naſſau*, (Ioannes I, *Comes*) *Canonicus.* Occurrit nobis an. 1390 & 1391. ad Archiepiſcopatus culmen euectus an. 1397. † an. 1419, ſepultus in maiori iuxtra fratrem. 13..

de *Naſſau*, (Wilhelmus, *Comes*) *Præpoſitus.* † an. 1430, tumulatus in choro maiori, vt ſupra in *Præpoſitis* iam dictum p. 287. 1410

de *Naſſau*, (Henricus, *Comes*) *Præpoſitus.* † circa an. 1475. 1430

de *Naſſau*, (Adolfus II, *Comes*) *Canonicus Moguntinus & Colonienſis, Prouiſor Erfurtenſis, & Præfectus ſupremus Eichsfeldiæ, Præpoſitus S. Petri Moguntiæ & B. V. Erfurti, Prouiſor eccleſiæ Gothanæ & Iſenacenſis*; Archiepiſcopus in Dietheri locum an. 1461 a Pontifice ſuffectus. † an. 1475, in æde cœnobii Erbacenſis ſepultus. 1439

de *Naſſau*, (Ioannes II, *Comes*) *Canonicus Moguntinus & Præpoſitus Limburgenſis.* Rector eccleſiæ in vico Kiderich ab Adolfo II an. 1465 die 9 April. conſtitutus. † circa annum 1480. 1453

de *Naſſau*, (Albertus, *Comes*) *Canonicus*, ſub an. 1482, vt *Helvvichius* ſcribit p. 230. 14..

de *Naſ-*

1481 de *Nassau*, (Engelbertus, *Comes*) *Canonicus Moguntinus & Colonienſis*, Præpoſitus ad D. Bartholomæi Francofurtenſis, *Thomæ* de *Cilia*, Friderici III Cancellario, an. 1475 ſurrogatus. An. 1488, die 31 Ian. cum Maximiliano Romanorum Rege Brugis captiuitatem ſubiit, & die 7 April. fugam meditans, interceptus eſt. † an. 1506, die 7 April. in periſtylio ſepulturæ traditus.

1642 ** de *Naſſau* Hadamar, (Hermannus Otto, *Princeps*) *Maioris nec non ad D. Albani & Victoris Moguntiæ, Treuirenſis item, Colonienſis, & Halberſtadenſis eccleſiarum Canonicus, Archidiaconus Sarſtetenſis, & Soeſtenſis Præpoſitus.* † Francofurti ad Mœnum an. 1660, die 26 Iul. ætat. 34 an. ſepultus Hadamariæ in mauſoleo Parentum, quod in oppidi æde parochiali eſt.

1557 de *Naſſau* Springckenburg, (Henricus, *Nobilis*) *Eccleſiarum Moguntinæ, Treuirenſis, & ad S. Albanum Canonicus, Archidiaconus tit. S. Lubentii in Dietkirchen, & Præpoſitus Limburgenſis.* Anno 1560 Legatus fuit a Daniele miſſus ad Conuentum Deputatorum Imperii, Spiræ inſtitutum: cuius etiam beneficio & gratia an. 1563, die 2 Iul. Præpoſituram Limburgenſem obtinuit. † an. 1601, die 22 Febr. vltimus familiæ ſuæ. Moguntiæ in maiori ante aram D. Petri ad vincula ſepultus.

1588 de *Neuſtetter* dictus *Sturmer*, (Ioannes Chriſtophorus) *Canonicus.* Cuſtos electus an. 1611. † an. 1638. qui plura velit, *Cuſtodum* adeat catalogum p. 314.

14.. *Nix* de *Hoheneck* dictus *Enzberger*, (Ioannes) *Præpoſitus Wormatienſis, Canonicus Moguntinus & Spirenſis*, factus an. 1455 Collegii metropolitani Decanus, & an. 1459 Antiſtes Nemetum, vt in catalogo *Decanorum* p. 303 relatum.

13.. de *Nordeck*, (Adolfus) *Canonicus.* Nobis ſubiit in litteris Adolfi I an. 1379, ſabbato poſt OO. SS. datis, item in aliis eiusdem an. 1381.

13.. *Norimbergenſis Burggrauius*, (Conradus) *Canonicus*, vixit ſi *Helvvichium* p. 233 Elenchi audis, an. 1388 & 1400

.... de *Normannis*, (Iacobus) *Præpoſitus.* quo confer, quæ attulimus in catalogo *Præpoſitorum* p. 276.

1473 de *Nothafft*, (Petrus) *Maioris, nec non S. Albani & B. M. V. ad gradus Canonicus.* Sanctæ Moguntinæ ſedis Iudex eccleſiaſticus ordinarius & ſpecialis an. 1496 a Bertholdo conſtitutus. † an. 1506, die 21 Octobr. humatus in ſacello S. Michaelis.

.... de *Nuvvenburg*, (Volckvvinus) *Canonicus Moguntinus & Fritislarienſis Præpoſitus. Citatur in libro Animarum absque anno.* ita *Helvvichius* p. 254. Enimuero citatur quidem, ſed non qua *Canonicus Moguntinus.* Sic enim p. 249 a. d. 10 Kal. Iun. † *Volkvvinus* de *Nuvvenburg*, *Prepoſitus Fritzlarienſis.*

.... de *Nuvvenburg*, (Widekindus) *Canonicus. Citatur ibidem absque anno.* Sic rurſum ille p. 255. Sedenim habetur quidem p. 289, diciturque, quod 14 Kal. Iul. obierit, haud tamen additur, quod Canonicus fuerit Moguntinus.

O.

11.. Otto *ſiue* Ortho, *Cantor*, † an. 1189. vt ſupra p. 326 in *Cantoribus* habes.

12.. * Obertus, *Canonicus & Archipreſbyter*, occurrit nobis ab an. 1211 ad 1223 vſque. Fuit quoque Scholaſticus Frizlarienſis, vti patet e diplomate Sifridi II, quo monaſterium Hayn firmauit ſtabiliuitque.

de *Oberſtein*, Vide *de Lapide.*

13.. de *Oetingen*, (Eberhardus, *Comes*) *Canonicus*, vixit, referente *Helvvichio*, an. 1360. Habetur in necrologio p. 404 a. d. 3 *Id. Septembr.*

1694 ** ab *Oſtein*, (Ioannes Philippus Carolus, *Baro*) *Canonicus Moguntinus, Bambergenſis, & Herbipolenſis.* Ceſſit fratri an. 1696.

ab

** ab *Ostein*, (Franciscus Godefridus Carolus, *Baro*) *Moguntiæ maioris & ad D. Albani, Herbipoli item cathedralis Canonicus.* 1696

P.

PEtrus, *Scholasticus*, † an. 1194, nobis in catalogo *Scholasticorum* memoratus p. 316. 11..

*Præpositinus, *Scholasticus*, tibi l. d. p. 316 occurret. vbi tamen velim notes, numeros versu 2 transpositos, & pro 1159 legendum esse 1195. 119.

Philippus, *Præpositus* sub an. 1215. quo similiter vide catalogum *Præpositorum* p. 273. 12..

Poppelinus *siue* Poppo, *Decanus*, & postea *Præpositus.* † circa an. 1223. 12..

*Philippus, *Magister* siue Decretorum Doctor, vti appellatur in litteris Sifridi III Archiepiscopi an. 1239 signatis, *Canonicus.* 12..

de *Paffendorf*, (Henricus) *Canonicus.* Vixit secundum *Helvvichium* p. 240 an. 1337. 13..

Palatinus Comes Rheni, Dux Bauariæ, (Stephanus) *Canonicus Moguntinus*, Colonienſis metropolitanæ fuit Custos & tandem Decanus. † ibidem an. 1481. vid. *Pareus* histor. Palat. lib. 4 sect. 4 n. 6 p. 182. 1441

Palatinus Comes Rheni, Dux Bauariæ, (Rupertus) Filius Friderici Simmerensis, *Cantor* electus an 148, vt supra dictum p. 334. Dein Episcopus Ratisbonensis. † an. 1507, die 19 April. in castro Werd, & a Clero populoque Ratisbonensi in S. Petri templo Ratisbonæ sepultus est, postquam annos 15 præfuisset. Eius tumbæ inscriptum est hoc epitaphium: *Anno Domini* 1507, 19 *April. obiit Reuerendissimus in Christo Pater, & Illustrissimus Princeps & Dominus, Dominus* Rupertus, *huius Ratisbonensis ecclesiæ Episcopus, Comes Palatinus Rheni, Bauariæ Dux, & Comes in Sponheim, hic sepultus. cuius anima in pace requiescat. Hundius* metrop. Salisburg. part. 1 p. 144. 1473

Palatinus Comes Rheni, Dux Bauariæ, (Ioannes) Filius Othonis Palatini Mosbacensis, *Canonicus Moguntinus*, & ab an. 1468 *Præpositus Augustanus.* Spe Episcopatum Augustanum consequendi an. 1486 frustratus, relicta patria, bonisque omnibus, vnico famulo comite, peregrinationem ad sacrum Domini sepulcrum supplicabundus instituit, multa miraculis inclita per orbem Christianum loca inuisit, ac tandem eodem hoc anno, die 4 Octobr. Hierosolymis religiosissimo exitu vitam clausit. apud FF. Minores in monte Sion sepultus. *Leonh. Pauholz* addit. ad Andreæ Presbyteri chron. p. 68, *Corbinianus Khamm* in Hierarchia Augustana parte 1 cap. 6 p. 530. 14..

Pal. Comes Rheni, Dux Bauariæ, (Fridericus) *Cantor*, vt in catalogo *Cantorum* p. 334 videre est † anno 1518. 1487

Pal. Comes Rheni, Dux Bauariæ, (Philippus) *Præpositus.* Resignauit, vt supra iam dictum (p 289). an. 1499. 14..

Pal. Comes Rheni, Dux Bauariæ, (Georgius I) *Canonicus*, dein *Præpositus maior*, & tandem Spiræ in Episcopum electus. † an. 1529, vt in *Præpositis* p. d. legere est. 14..

Palatinus Comes Rheni, Dux Bauariæ, (Georgius II) *Canonicus* prouisione Alberti Cardinalis & Archiepiscopi factus; quo legere iuuabit eiusdem tabulas, quæ, quantum huc faciunt, ita habent: 1526

> Albertus --- *Illustri & Venerabili* Georgio *ex Ducibus Bauariæ* --- *Oblata nobis* --- *pro parte tua petitio continebat, quod licet alias vacante Canonicatu & præbenda in ecclesia nostra Moguntina per obitum* Henrici *de* Praumheim --- *de eadem tibi prouisum extiterit, possessione etiam subsecuta, quodque per te, qui de certis causis de validitate prouisionis huiusmodi -- dubitabas, pro alia ac noua prouisione a sede Apostolica --- ac dispensatione super minorennitate ac defectu ætatis*

quem pateris, ſcriptum fuerit, ac interim ſubortis in Italia bellis vrbs Roma capta & direpta litteræ Apoſtolicæ ac præſertim ſupplicationes lacerata, ac varie diſperſa dicantur, ac etiam perſona ipſa Pontificis ad captiuitatem peruenerit ita veriſimiliter dubites, nouam prouiſionem ac diſpenſationem prædictas, pro quibus Summo Pontifici ſupplicari feciſti, expeditas non fuiſſe, nec modo vlterius eandem impetrari, & litteras deſuper neceſſarias expediri poſſe; ne propterea tibi præmiſſorum occaſione aliquod circa Canonicatum periculum generetur --- nobis vt Ordinario --- ſupplicaſti, vt tibi ſuper præmiſſis --- conſulere dignaremur. Nos itaque volentes te --- fauore proſequi gratioſo, tibi de Canonicatu prædicto ſtantibus legitimis --- impedimentis, cum ad Romanam curiam acceſſus non pateat --- & copia Romani Pontificis haberi non poſſit --- tecum Ordinaria noſtra auctoritate --- ſub confirmatione & ratificatione ſedis Apoſtolicæ --- deſuper obtinenda --- diſpenſamus --- Datum Moguntiæ 12 Nou. 1527.

Ceſſit Domicellaris fratri *Richardo* an. 1539.

1541 ***Pal. Comes Rheni, Dux Bauariæ,*** (Richardus) Familiæ Simmerenſis Princeps, e Canonico *Præpoſitus* deſignatus. Voluntaria abdicatione an. 1562 Præpoſituram dimiſit, vt ſuo loco relatum.

1668 ** ***Palat. Comes Rheni, Dux Bauariæ,*** (Ludouicus Antonius) Neoburgenſis familiæ, *Adminiſtrator ſupremi in Boruſſia Magiſterii, Teutonici ordinis per Germaniam ac Italiam magnus Magiſter, Epiſcopus Wormatienſis, Præpoſitus & Princeps Eluacenſis, Abbas Feſcampenſis* monaſterii S. Trinitatis ſeu alterius ordinis, *diœceſeos Rothomagenſis, Moguntinæ, Spirenſis, Argentinenſis, Leodienſis, & Monaſterienſis eccleſiarum Canonicus*; electus anno 1691 die 19 Aprilis in Coadiutorem Moguntinum, & poſtea an. 1693 ab Anſelmo Franciſco Archipræſule ordine Epiſcopali initiatus. Defuncto Ioanne Ludouico ab Eltern, Epiſcopo Leodienſi, dum ab vna Symmyſtarum parte lectus eſſet Antiſtes, inopinata morte obiit anno 1694, die 4 Maii, ætat. 33 annor. 10 menſ. & 26 dier. ſepultus Düſſeldorpii apud PP. Societatis Ieſu.

1695 ** ***Palat. Comes Rheni, Dux Bauariæ,*** (Franciſcus Ludouicus) *Archiepiſcopus Treuirenſis, S. R. I. per Galliam & regnum Arelatenſe Archicancellarius, Princeps Elector, ſupremi in Boruſſia Magiſterii Adminiſtrator, ordinis Teutonici per Germaniam ac Italiam ſummus Magiſter, Epiſcopus Wormatienſis & Vratiſlauienſis, S. Cæſaris Maieſtatis in ſuperiori & inferiori Sileſia ſupremus Capitaneus, Præpoſitus & Princeps Eluacenſis, Archiepiſcopatus Moguntini Coadiutor* electus an. 1710, die 5 Nouembr. Canonicus Colonienſis, Monaſterienſis & Olomucenſis.

1581 de ***Partenheim,*** (Ioannes Bernardus) *Maioris, nec non ad D. Albani & D. Petri Canonicus.* † anno 1604, die 19 Aprilis in periſtylio ſepultus.

1648 ** de ***Partenheim,*** (Petrus Iacobus) *Archipreſbyter.* Antehac in ſtatu ſæculari Satrapa Præfecturarum Amorbach, Buchen, & Düren. † *Cantor* an. 1662, vt ſupra in *Cantoribus* p. 336 legas.

1530 de ***Pflug,*** (Iulius) *Canonicus Moguntinus*, & *Præpoſitus Cizenſis.* Numburgenſis poſtea Antiſtes. † an. 1564. Vide ſis, quæ de eo dixi in *Doctis Moguntinis.*

13.. ***Pintſchon,*** (Wilhelmus) *Præpoſitus.* † an. 1360, vt in *Præpoſitis*, vbi plura de eo inuenies, memoratum.

.... de ***Pitingen,*** (Engelbertus) *Canonicus.* Memoratur in necrologio p. 354 ad diem 4 Id. Aug. his verbis: † *Engelbertus* de *Pittingen Canonicus Mogunt.*

vnde

vnde dantur XII maldra silig. in Ruzselsheim, que dat Domina dicta Winterkasten. *Helvvichius* haud adeo bene dicit, alias vocatum *de Puteo.*

de *Praumheim,* (Marquardus) *Canonicus.* Anno 1448 (indicio catalogi *Canonicorum* temporibus istis supparis) adhuc vixit. † secundum necrologium p. 94, die 7 *Kalend. Mart.* an. 1411

de *Praumheim,* (Epicho) *Canonicus.* Resignauit anno 1429. Ita *Helvvichius* pag. 235. 1427

de *Praumheim,* (Dammo) *Canonicus maioris, D. Albani, & B. M. V. ad gradus.* Adolfi II Consiliarius. † *Scholasticus* anno 1483, vt supra pag. 321 videre est. 1429

de *Praumheim,* (Fridericus) *Canonicus.* Vixit, si *Helvvichium* pag. 236 audis, anno adhuc 1450. 1430

de *Praumheim,* (Henricus) *Canonicus.* Factus anno 1506, die 19 Decembris Moguntiæ Beneficiatus altaris S. Iodoci, alias Leonardi, in parochiali D. Quintini. † an. 1526, die 19 Septembr. sepultus in sacello SS. Petri & Pauli. 1482

* de *Puteo,* (Engelbertus) vernacula *von dem Putz, Canonicus.* Anno 1350, Martis ante Seueri, Friderico Archiepiscopo Colonienfi fideiussoris siue vadis nomine spopondit pro Wilhelmo de Saulheim, Canonico Moguntino. † 7 Id. Nouembr. vt in necrologio est p. 487, an. 13.. 13..

* de *Puzalia,* (Reinaldus) *Canonicus Moguntinus, & Erfordiæ ad D. Seueri Præpositus.* Occurrit nobis in litteris an. 1220, 1222, 1224 & sequentibus. 12..

Q.

de *Quad,* (Ioannes) *Canonicus Moguntinus,* ecclesiæ *Münstereyffel* vulgo dictæ Præpositus. † an. 1526, die 29 Mart. in peristylio maioris sepultus. 1485

de *Quad,* (Adolfus) *Canonicus.* Resignauit Domicellaris anno 1541, vt *Helvvichius* p. 229 habet, die 20 Septembr. 1535

** *Quad* de *Buschfeld,* (Otto Henricus) *Canonicus.* Sereniss. Electoris Colonienfis quondam Camerarius. † octogenario maior Moguntiæ an. 1719, die 6 Febr. in loco Memoriæ funeratus. 1680

R.

Razo, Ex Decano *Præpositus* an. 1070. Supra in catalogo *Præpositorum* memoratus p. 271. 10..

*Rupertus, *Decanus* an. 1069, qui in eorum tibi occurret indice pag. 297. 10..

*Reinhardus, *Archipresbyter*, subiit nobis in litteris Ruthardi Archiepiscopi an. 1099 datis, quas in *chronico D. Stephani* legere est. 10..

*Ruogerus, *Pater maioris monasterii* vocatus in litteris Adelberti I an. 1119 Collegio B. M. V. ad gradus traditis. 11..

Richardus, *Cantor*, vixit an. 1124, quem supra in *Cantorum* inuenies catalogo pag. 325. 11..

*Richardus, *Præpositus*, sub an. 1127, in *Præpositorum* syllabo recensitus. 11..

Richardus, *Beati Martini de domo Archidiaconus*, testis in tabulis Adelberti I, quibus bona, quæ nobilis quidam de Sponheim, *Vdo*, cœnobio Sponheim contulerat, anno 1127 eidem monasterio stabiliuit. Vid. *Trithemius* chron. Sponheim. ad h. a. p. 244. 11..

*Ruthardus, *Canonicus maioris ecclesiæ*, testes inter est in litteris Adelberti I anno 1128; in aliis anno 1130 & 1131 simul vocatur *Cellerarius.* Occurrit adhuc anno 1139 in tabulis Adelberti II, adscriptus testibus. 11..

11.. Ruggerus, *Eccleſiæ maioris Canonicus*, teſtis locum ſubiit in litteris Conradi I an. 1185 S. Victoris Collegio traditis, poſtea factus *Cuſtos* eſt, vt in *Cuſtodibus* p. 309 videas.

11.. Ruthardus, *Canonicus*, citatur in litteris cœnobii Rupertini de an. 1187 & in aliis an. 1191 & 1196 perſcriptis.

12.. Reinbodus, *Canonicus*, vixit, vt *Helvvichius* habet, an. 1215.

12.. *de *Rabensburg*, (Henricus) *Canonicus Moguntinus & Præpoſitus Bingenſis*, teſtis in litteris *Friderici* de *Kelberavve*, Camerarii Moguntini, quibus caſtrum ſuum Ronneburg feudi titulo nexuque anno 1228, die 4 Kal. Decembr. obtulit eccleſiæ Moguntinæ.

13.. de *Randeck*, (Ioannes) *Canonicus*, *Helvvichio* p. 243 memoratus, vixit anno 1346.

1533 de *Rasfeld*, (Franciſcus I) *Canonicus*. † an. 1541, die 17 Decembr.

1555 de *Rasfeld*, (Franciſcus II) *Maioris & D. Victoris Canonicus*. † anno 1587, die 13 Auguſti, vt diſerte in necrologio p. 231 habetur, non autem die 18 menſ. Maii, vt *Helvvichius* prodit. In periſtylio ſepulturæ traditus.

1394 *Rau* de *Holzhauſen*, (Henricus) † *Scholaſticus* anno 1415, vt ſupra pag. 319 videre eſt.

1411 *Rau* de *Holzhauſen*, (Conradus I) *Maioris & ad D. Petri Canonicus*, *Præpoſitus Aſchaffenburgenſis*. Anno 1434, die 1 Decembr. a Theoderico Iudex eccleſiaſticus ordinarius & ſpiritualis ſedis Moguntinæ conſtitutus. *Cantor* factus an. 1448, quorum catalogum p. 333 de eo conſulas. † anno 1464.

14.. *Rau* de *Holzhauſen*, (Conradus II) *Canonicus Capitularis* iam vocatur in libello Cleri Moguntini contra ciues Moguntinos ad concilium Baſileenſe anno 1434. *Archipresbyter & Canonicus* audit in litteris anno 1442 datis. Cameræ Præſentialis Præſes anno 1444. † an. 1479, 13 Kal. Februar. vt in necrologio ad h. d. his annotatum verbis: † *D. Conradus Ruvv, iunior, Iubilarius Canonicus huius eccleſie.* Funeratus in ſacello D. Nicolai.

1458 *Rau* de *Holzhauſen*, (Adolfus I) *Maioris, S. Albani & D. Petri Canonicus*. † anno 1484, die 2 Decembr. eodem in loco ſepultus.

1469 *Rau* de *Holzhauſen*, (Adolfus II) *Canonicus*, & ab anno 1493 iudicii ſæcularis Camerarius. Prouiſione Bertholdi factus anno 1498 Beneficiatus altaris S. Annæ in parochiali oppidi Neuenburg. Scholaſtici poſt & Decani conſecutus honores. † anno 1513, vt in *Scholaſticis* p. 321, in *Decanis* p. 305 dictum.

1518 *Rau* de *Holzhauſen*, (Caſpar) Prouiſione Vrielis an. 1511, die 23 Decembr. Rector eccleſiæ Bibelsheimenſis conſtitutus, & anno margini adſcripto Canonicus metropolitanus factus. Fuit ſimul ad D. Albani Canonicus, & præbendæ maiori renuntiauit anno 1548, die 13 Auguſti. † anno 1549, die 9 Mart. ſepultus in ſacello D. Nicolai, indice epitaphio, in quo dicitur, *S. Albani Canonicus, & huius olim.*

1548 *Rau* de *Holzhauſen.* (Ioannes Adolfus) *Canonicus.* Reſignauit, vt *Helvvichius* refert, Domicellaris anno 1564.

1564 *Rau* de *Holzhauſen*, (Ioannes Rupertus) *Maioris, S. Albani, D. Victoris, & B. M. V. ad gradus Canonicus.* † anno 1588, die 29 Iul. Hieroſolymis in peregrinatione religioſa, in monte Sion ſepultus, poſteris vero ſumtuoſo in ſacello D. Nicolai cenotaphio, adſcriptis hiſce verſibus, commendatus:

Dum CHRISTI *viſo, video, venerorque ſepulchrum,*
Cum CHRISTO *morior, contumulorque meo.*

1560 de *Rauſchenberg*, (Winandus) *Canonicus maioris, ac B. M. V. ad gradus, Cuſtos ad D. Albani*; prouiſione Danielis factus anno 1569 Beneficiatus altaris

altaris S. Elisabethæ in parochiali vici Kidderich, & Wolfangi anno 1593 S. Magdalenæ in arce Ehrnfels. † anno 1604, die 20 Decembris ante aram D. Petri ad vincula in maiori humatus.

*de *Rechberg*, (Vlricus) *Canonicus*, diserte ita vocatus in litteris αὐτογράφοις de elocata curia *Limelbiz*, anno 1364, die 28 Iunii signatis. 13..

de *Reck*, (Henricus) *Maioris Canonicus, & B. M. V. ad gradus Præpositus.* Resignauit Domicellaris anno 1558, die 28 April. 1553

de *Reck*, (Ioachimus) *Canonicus Moguntinus & Xantensis.* † Domicellaris Romæ anno 1566, die 20 Octobr. sepultus in æde S. Mariæ *de l' Anima* vulgo dicta, sequenti cum epitaphio: 1558

IOACHIMVS *a* RECK

Germanus, ex Equestri ordine, metropolitanæ ecclesiæ Moguntinensis & Xantensis Canonicus, videns solam virtutem censeri, sanguinis claritatem pro nihilo haberi, nihil acrius cauit: breuique omnium fere litterarum genere excellentissimo singulare gloriæ decus certa iam spe assecutus, annum agens XXXV, diuturna tabe consumptus H. S. E. Anno Virginei partus MDLXVI, XIII Kalend. Nouembr. Maximiliano II Imperat.

Reich de *Reichenstein*, (Petrus) *Præpositus.* An. 1286 factus fuit Episcopus Basileensis. † an. 1296, non autem 1290, vt *Vrstisius* habet p. 301. 12..

*de *Reiffenberg*, (Ioannes I) *Canonicus.* Occurrit nobis ab anno 1294 vsque ad an. 1323. † 16 *Kal. Iun.* vt in necrologio pag. 239 annotatum his verbis: † *Ioh.* de *Rifenberg*, *Canonicus Mogunt. vnde datur vna libra Hal. --- in Winckele, quam dat* Nesa, *relicta* Nicolai *Militis* de Scharpensteyn. 12..

*de *Reiffenberg*, (Guntherus) *Canonicus Moguntinus & Spirensis.* An. 1394 Viennæ litteris dedit operam. *Ederus* in catal. Rectorum p. 8. 13..

de *Reiffenberg*, (Wintherus, *cum auribus*) quem *Helvvichius* perperam *Wernerum* vocat, *Canonicus.* Anno 1404 feria 2 post octauam Epiphaniæ a Ioanne II constitutus fuit Iudex S. Moguntinæ sedis ordinarius. Anno 1415 eiusdem iussu mandatoque composuit litem, quæ Eitelio Bervvolf, ciui Moguntino, intercedebat cum Ioanne Kesselhut de Seheim, Ministeriali. 1396

de *Reiffenberg*, (Ioannes II) *Canonicus.* Dimisso beneficio ecclesiastico, vitæ genus mutauit, vxoremque duxit. † an. 1459. Conf. *Humbracht* tab. 63. 1415

** de *Reiffenberg*, (Philippus Ludouicus, *Baro*) *Ecclesiarum Moguntinæ, Treuirensis, & Halberstadensis, S. Albani quoque, Ferrutii in Bleidenstadt & D. Victoris Canonicus, nec non B. M. V. ad gradus Præpositus.* Iudicii sæcularis Camerarius, Erfordiæ Vicedominus, & Consiliarius Moguntinus intimus. Priuatus ordine clericali, omnibusque exutus beneficiis ecclesiasticis anno 1668, die 18 Maii; quo conferre iuuabit *Lunigium* in continuatione Spicilegii ecclesiastici sect. 3 n. 20 p. 229. † Königsteinii anno 1686, die 23 Mart. ibidem apud Capucinos sepultus. 1630

de *Reinstein* siue *Regenstein*, (Ernestus, *Comes*) *Canonicus Moguntinus, Administrator Michelsteinensis, & Numburgensis Præpositus.* Administratione Abbatiæ se abdicauit anno 1566. Canonicatu, Domicellaris adhuc, anno sequenti 1567, die 30 Ianuar. vxorem ducens. † anno 1581. Conf. *Leuckfeldius* antiquitat. Michelsteinens. § 34, pag. 67 & seq. 1546

12.. de *Reiſenberg*, (Conradus) Magiſter Pariſienſis. *Canonicus Moguntinus & Decanus Spirenſis.* Factus poſtea Epiſcopus Hildesheimenſis. Præſulatu an. 1245 abdicato, monachum induit, ac cœnobium Dominicanorum Hildesheml ingreſſus eſt; ex quo, orta ex electione noui Antiſtitis diſſidia fugiens, in monaſterium Schönauienſe ſeceſſit. † an. 1248, ſepultus Schönauiæ. *Reutelius* § 31 Hilleshemiæ p. 94 & ſeq.

12.. de *Rheinberg*, (Giſelbertus) *Canonicus maioris & Præpoſitus S. Georgii Limburgenſis.* Occurrit inter teſtes in diplomate Chriſtiani II an. 1251, & Gerhardi I an. 1253 confecto. In necrologio dicitur defunctus a. d. 3 *Non. Iun.* his verbis: † *Gyſelbertus* de *Rynbergh*, *Præpoſitus.* Male ab *Helvvichio* inter *Præpoſitos* eum *maiores* referri, iam ſupra p. 283 notatum.

1481 *Reuß* de *Plauen*, (Henricus, *Dominus*) *Maioris Canonicus, ad D. Petri Præpoſitus, & metropolitanæ Colonienſis Decanus.* Bertholdi Electoris Conſiliarius. † Moguntiæ an. 1530, d. 18 Septembr. Iubilarius *. ante chorum ferreum ſepulcro illatus.

* renuntiatus an. 1527, d. 9 Maii.

1396 *Rhingrauius*, (Conradus) *Canonicus Moguntinus, Francofurti ad D. Bartholomæi Præpoſitus.* Satrapa Ruſtenbergenſis. Electus Archiepiſcopus Moguntinus an. 1419, d. 10 Octobr. † an. 1434, d. 10 Iun. in medio maioris ſepultus.

1483 *Rhingrauius*, (Fridericus) *Maioris & S. Stephani eccleſiarum Canonicus.* Teſtis vicem ſubiit in teſtamento *Richardi* de *Lapide* ſiue *Oberſtein* anno 1484. † an. 1492. menſe Martio.

1617 *Rhingrauius*, (Erneſtus Ludouicus) *Moguntinus & Colonienſis Canonicus.* Societatem Ieſu ingreſſus, locum fecit fratri Ottoni Ludouico; anno 1622, d. 6 Iun.

1622 *Rhingrauius*, (Otto Ludouicus) *Colonienſis & Argentinenſis* comparate *Decanus, Canonicus Moguntinus & S. Gereonis Coloniæ, Præpoſitus ad S. Crucis Northuſæ & S. Martini Heilgenſtadii.* Reſignauit Moguntiæ anno 1628, d. 20 Iun.

1628 ** *Rhingrauius*, (Leopoldus Carolus Philippus) *Canonicus.* Ottonis Ludouici exemplum voluntaria abdicatione ſecutus an. 1643.

14.. * de *Riedt*, (N) *Canonicus Moguntinus.* Quem ne neſciamus, lapis facit ſepulcralis in ſacello D. Nicolai: cum exſculpta Canonici figura, ac Nobilium de Riedt inſignibus (quæ etiam in arcuum vno a latere domus Capitularis conſpiciuntur) ſed litteris, quod dolendum, detritis. Videtur circa id tempus vixiſſe, quo concameratum fuit periſtylium, ſub finem ſcilicet ſæc. 15.

1572 de *Riedt*, (Iodocus) † *Scholaſticus*, vt ſupra p. 323 dictum, an. 1629.

1590 de *Riedt*, (Emericus Henricus) *Moguntinenſis & Herbipolenſis Canonicus.* † an. 1625, d. 28 Iul. in loco Memoriæ terræ mandatus.

1604 de *Riedt*, (Philippus) *Moguntiæ maioris ac D. Albani, Herbipoli cathedralis Canonicus.* † anno 1647, d. 24 Ianuar. Erbaci Rhingauiæ ſepultus.

1655 ** de *Riedt*, (Georgius Antonius) *Maioris Canonicus & Præpoſitus ad D. Petri.* Reſignauit an. 1680, d. 23 Maii, factus Eminentiſſimi Electoris Camerarius & Satrapa Præfecturæ Hauſen. † an. 1718, d. 24 Decembr. locum ſepulturæ nactus in æde FF. Franciſcanorum in Salmünſter.

1680 ** de *Riedt*, (Lotharius Theodericus Antonius) *Metropolitanæ & D. Victoris Canonicus*, † an. 1719, d. 24 April. in villa Aſmanshauſen, & Bingæ ad D. Martini ſepultus.

13.. de *Rieneck*, (Ioannes, *Comes*) *Canonicus*, adductus in litteris Adolfi I an. 1377 &

& 1380 datis. Custos dein factus, vt supra dictum p. 312; qua dignitate an. 1498 priuatus. † anno 1401.

*de *Rieneck*, (Godefridus, *Comes*) *Canonicus*. Occurrit in litteris factæ compositionis inter sedem Moguntinam & Comites de Wertheim, anno 1378, feria 6 post Epiphan. Domin. 13 ..

de *Rieneck*, (Philippus, *Comes*) *Canonicus*, qui, secundum *Helvvichium* in Elencho p. 249, vixit anno 1449. 14 ..

de *Rieneck*, (Thomas, *Comes*) ex Canonico factus *Custos*. † anno 1547, vt supra videre est p. 313. 1480

de *Rietperg*, (Conradus) *Canonicus*. Varie in litteris antiquis scribitur. Anno quidem 1316 *Rietperg*, an. 1345 *Conradus* von dem *Riepperg*, an. 1448 *Conradus* de *Ryperch*. Manusidelis an. 1344 Kunegundis de Solmese, Abbatissæ monasterii regalis in Wetter Canonicar. regular. † an. 1353, 6 Kal. Octobr. ad quem diem sic est in necrologio: † *Conradus* de *Rytperch*, *Canonicus Moguntinus*. Sepultus in cœnobio Rupertino iuxta Bingam. 13 ..

de *Rinchenbach*, (Ioannes) vti quidem in *libro Animarum* p. 554 a. d. 13 Kal. Ianuar. his appellatur verbis; † *Iohannes* de *Rinchenbach*, *Canonicus Mogunt.* In antiquiori vero quodam documento, *Iohannes* de *Richenbach*. Comitibus *de Reichenbach*, qui in Hassia olim floruere, fuit ortus. ....

*_Ring_ de *Saulheim*, (Hertvvicus) *Canonicus*. Obtulit se nobis an. 1363. Anno 1368 dignus visus fuit Gerlaco Archiepiscopo, cui vna cum *Henrico Beyer* de *Boppardia* committeret iurisdictionem suam ordinariam. 13 ..

[de *Ringenheim*, (Godefridus) *Canonicus*, quem *Helvvichius* in *libro Animarum*, quanquam sine anno, citari tradit. Sed perperam. De eo enim ne γρὺ quidem in toto libro.]

de *Rockendorf*, (Ioannes) Eodem teste *Canonicus Moguntinus & Wormatienses*. ....

*de *Rod*, *(Rufus)* (Henricus) *Canonicus*. Testibus adnumeratur in litteris Conradi anno 1191 & 1195 datis. 11 ..

de *Rod*, (Wolhardus) *Canonicus*. Factus an. 1288 Episcopus Augustanus. † an. 1300 in octaua trium Regum, Augustæ sepultus. 12 ..

*_Rod_ de *Waldeck*, (Tilemannus) *Canonicus*. Recensetur in litteris recens erectæ confraternitatis S. Christophori anno 1380. 13 ..

de *Rodenstein*, (Henricus) *Canonicus Moguntinus*, Iudicii sæcularis Camerarius. In catalogo veteri atque συγχρόνῳ Canonicis iam adnumeratur anno 1294. Postea sæpius occurrit in litteris ab an. 1309 ad 1337 vsque. *Præpositus Northunensis* simul vocatur in aliis anno 1317 perscriptis. 12 ..

de *Rodenstein*, (Ioannes) *Canonicus Moguntinus & Præpositus Frizlariensis*, vti in litteris Collegio S. Victoris an. 1425 traditis dicitur. Ab *Helvvichio* p. 243 vocatur Præpositus Aschaffenburgensis. † an. 1447, d. 1 April. ante sacellum D. Nicolai in peristylio terræ redditus. 1398

*de *Rodenstein*, (Hammannus) *Canonicus*. Occurrit in litteris *Conradi III* Archiepiscopi datis an. 1427, feria 3 proxima post Pentecosten. In appendice *libri Animarum* p. 660 his memoratur verbis; 1111 Non. Decembr. † *D. Iohannes* de *Schoneburg*, *Canonicus huius ecclesie. Vnde quantum haberi potest de curia in* Hocheim, *dicta* vf dem Wyer, *que iam locata est Honorabilibus Dominis* Henrico Ruvven *Scholastico*, & Hammanno *de* Rodenstein *Canonico Moguntino*. 14 ..

**de *Rodenstein*, (Georgius Antonius) *Moguntinæ maioris, nec non D. Albani, & B. M. V. ad gradus Canonicus*. Post *Scholasticus* metropolitanus, *Decanus*, *Præpositus*, vt supra p. 323, 307, & 295 dictum. Fuit ceteroqui simul Episcopus Wormatiensis, & Spiræ tum cathedralis, tum ad S. Germani Præpositus. † anno 1652. 1609

de *Rohr-*

13.. de *Rohrbach*, (Ervvinus) *Canonicus.* Teſtis locum occupat in litteris an. 1365 ſignatis. † *Cuſtos* ſub an. 1380, vt in catalogo *Cuſtodum* p. 311 memoratum.

1593 de *Rollingen*, (Theodericus) *Canonicus Moguntinus ac Treuirenſis, tit. S. Lubentii Archidiaconus in Dietkirchen.* † Domicellaris an. 1602, die 15 Mart. ſepultus in loco Memoriæ.

1685 **de *Rollingen*, (Carolus Wolfgangus Henricus, *Baro*) *Moguntinæ ac Treuirenſis metropolitanarum Canonicus, Spiræ Scholaſticus maioris, & collegiatæ OO. SS. ibidem Præpoſitus.*

1520 de *Roſenau*, (Lucas) *Moguntinæ, Wormatienſis, & Herbipolenſis eccleſiarum Canonicus.* † Moguntiæ anno 1531, die 30 Nouembris; in maiori funeratus.

1702 ** de *Roſenbach*, (Ioannes Chriſtophorus Rudolfus, *Baro*) *Moguntinus & Herbipolenſis Canonicus.*

1536 de *Roſencranz*, (Godeſchalcus Ericus) *Canonicus.* † Domicellaris an. 1543.

1555 *Rüd* de *Collenberg*, (Wolfgangus Theodericus) *Canonicus Domicellaris.* Reſignauit, referente *Helvvichio*, anno 1564, die 30 Iunii.

12.. de *Rüdesheim*, ſiue *Rudinsheim*, (Otto) *Canonicus Moguntinus*, *Magiſter fabricæ*, vt in litteris an. 1279 datis vocatur. † *Decanus* an. 1320, vt in *Decanorum* eſt catalogo p. 301. Quæ religioſo iure animæ quæri ſolent piacula, viuus ſibi procurauit; vnde recurrente ſacro ipſius anniuerſario dabatur *panis magnus*, *quorum* 16 *piſtantur de vno maldro tritici*, *dimidium item quartale vini Franc.*

12.. *de *Rüdesheim*, (Henricus) *Decretorum Doctor, maioris Canonicus, & B. M. V. ad gradus Præpoſitus.* Gerhardi II Electoris *Protonotarius* ſiue Cancellarius, vti ſane in litteris an. 1294 his ita vocatur verbis; *Magiſter Henricus* de *Rudinsheim*, *Protonotarius Domini Archiepiſcopi Maguntini, Canonicus Magunt.* Occurrit adhuc an. 1305, quemadmodum in catalogo *Præpoſitorum Marianorum* p. 669 videre eſt. † circa annum 1308.

13.. de *Rüdesheim*, (Emelricus) *Canonicus & Archipresbyter*, ſedis Moguntinæ Iudex ordinarius. Subiit nobis ab an. 1315 vſque ad 1328, quo *languens corpore* teſtamentum fecit, 15 Kalend. April. † veriſimiliter eodem hoc anno, die 24 Mart. Sic enim in necrologio a. d. 9 Kalend. April. † *Emmelricus Sacerdos & Canonicus Moguntinus* de *Rüdensheim.*

12.. *Rugrauius* al. *Comes Hirſutus*, (Ioannes) *Canonicus.* Vixit circa annum 127.. Fuit & Præpoſitus Aſchaffenburgenſis, teſtibus litteris *Gerhardi II* anno 1290 ſignatis. In necrologio p. 379 a. d. 6 Kal. Septembr. his memoratur verbis: † *Iohannes Rugrauius Canonicus Mogunt.*

de *Runckel*, Vid. *Weſterburg.*

1410 de *Ruſe*, (Eberhardus) *Canonicus*, † anno 14...

S.

11.. Sigelo, *Decanus*, reperitur, vt in eorum catalogo p. 298 dictum, circa annum 1159 & ſic porro.

11.. Sigefridus, *Scholaſticus*, occurrit, vt in *Scholaſticis* p. 316 eſt, an. 1171, 1182.

11.. *Simon, *Cellerarius maioris eccleſiæ.* Teſtibus adnumeratus in litteris Conradi I Archiepiſcopi an. 1191 de decimis in tractu *Sodenle* D. Victoris Fratribus reſtitutis, & in aliis quibusdam an. 1196, Collegiatam S. Ioannis ſpectantibus.

12.. Simon, *Canonicus*, ſubiit nobis anno 1209 in litteris Alberti Præpoſiti eccleſiæ D. Ioannis. Vixit adhuc an. 1227, legiturque in tabulis Sifridi II, quibus donationem Wignandi cœnobio Sant-Albanenſi factam ſciuit, ratamque habuit.

Sifridus

Sifridus, *Canonicus Moguntinus, ac D. Martini Wormatiæ Præpositus.* Testibus adscriptus in litteris *Sifridi II* Archiepiscopi, de monasterio *Schmerlenbach*, anno 1219, 7 Kalend. Maii datis, quas reperies in codice Diplomatico. 12..

*Simon, *Canonicus maioris, & Præpositus Dorlonensis.* Testes inter in tabulis Christiani II, quibus anno 1251 Collegio metropolitano bona quædam attribuit. Habetur ceteroquin adhuc anno 1263 in litteris Petrensium. 12..

Simon, *Custos.* † circa an. 1280, vt in catalogo *Custodum* p. 310 videre est. 12..

Siboldus, *Presbyter maioris & B. M. V. ad gradus Canonicus, ad D. Stephani Cantor.* Vixit an. 1258, vt in catalogo *Cantorum* chronico *D. Stephani* subiuncto legas. In necrologio p. 463 memoratur ad diem 13 Kalend. Nouembr. his verbis: † *Siboldus Canonicus Mogunt.* 12..

de *Sarbrücken*, (Godefridus, *Comes*) *Canonicus*, testium in numero est in litteris, cœnobium D. Ruperti iuxta Bingam spectantibus, signatis anno 1187, vt *Helvvichius* p. 238 prodidit. 11..

[*Inter Archiepiscopos est, vti notum*, Adelbertus II, Comes *de* Sarbrücken, Friderici & Giselæ *filius. Qui cum Præpositus ad D. Petri extra mœnia Moguntina fuerit, antequam in solium Archiepiscopale subueheretur, duci quis ad coniectandum posset, & ipsum in Canonicis Moguntinis fuisse. Sedenim, quum hoc ille titulo nusquam occurrat, satius videtur, in medio id relinquere, quam temere quid affirmare.*]

de *Saulheim*, (Hermannus) *Canonicus Moguntinus & Wormatiensis, Præpositus S. Mariæ in campis.* Occurrit nobis ab anno 1331 ad 1345 vsque. In *libro Animarum* p. 223 defunctus memoratur *Nonis Maii* anno 13... 13..

de *Saulheim*, (Wilhelmus) *Canonicus, & Iudicii sæcularis Camerarius*, Gerlaci Archiepiscopi a consiliis sanctioribus. Sæpius se nobis obtulit, & quidem ab anno 1339 ad 1361 vsque. † an. 1362, die 11 Decembr. In necrologio bis memoratur. Primum p. 543 ad 3 Id. Decembr. his verbis; † *Ven. Dominus* Wilhelmus *de* Sauvvelnheym, *Canonicus ecclesie, nec non ciuitatis Camerarius Mogunt. Tam in vita quam in morte fautor magnificus. Vnde dantur* --- Dein p. 641; *Nota III Ydus Decembr. anno Domini MCCCLXII* † *Hon. Vir. D.* Wilhelmus *de* Sauvvelnhem, *Canonicus & Camerarius Moguntinus p. m. qui ob remedium anime sue, nec non* Henrici *patris*, Petrisse *matris*, Henrici *fratris*, & Henrici *de* Olmen, *Armigeri, auunculi ipsius --- legauit & contulit* --- Sepultus est in peristylio. 13..

de *Saxenheim*, (Georgius) *Canonicus Moguntinus, & Wormatiensis Scholasticus.* In renouatione Testamentariorum anno 1473 recensitus. † anno 1500, 8 Kal. Octobr. Ladenburgi, Wormatiæ in peristylio terræ mandatus. 14..

[Helvvichius *in Elencho p.* 242 Rupertum Saxoniæ Ducem *Canonicis adnumerat, additque, sub an.* 1478 *illum vixisse. Quod si ita haberet, huc referendus esset. At vero fallitur, vndecunque etiam istud hauserit.* Ruperti *enim* nomen in omni Saxonica historia exulat, *vti priuatim ad nos Consultissimus* Struuius.]

Saxoniæ Dux, (Albertus) *Canonicus.* Anno 1479 Prouisor Erfurtensis, Satrapa Rustenbergensis, & Supremus Eichsfeldiæ Præfectus; anno sequenti 1480 Algesheimensis item & Ameneburgensis; eodem Archiepiscopatus Moguntini Conseruator, & anno 1482 Administrator constitutus. † anno 1484, die 1 Maii, Moguntiæ in maiori tumulatus. 147.

Saxoniæ Dux, (Georgius) *Canonicus*, a Bertholdo Eichsfeldiæ Præfecti supre- 1482

mi & Erfordiæ Prouiſoris titulo an. 1485, peruigilio Petri & Pauli impoſitus. Vide quæ dixi in *Bertholdo* § II n. 2. Quibus muniis dein ſe, Domicellaris adhuc, abdicauit an. 1494. † an. 1539, die 17 April. ſepultus Miſenæ. *Fabricius* Orig. Saxon. lib. 7 p. 878.

149. *Saxoniæ Dux*, (Fridericus) *Canonicus.* Satrapa itidem Ruſtenbergenſis ac ſupremus Eichsfeldiæ Præfectus, nec non Prouiſor Erfurtenſis a Bertholdo, litteris Mechliniæ an. 1494, Martis poſt Michaelis, deſignatus. Reſignauit Domicellaris an. 1498, ſecundum tabulam Canonicorum in loco Capitulari affixam, factus Magiſter Ordinis Teutonici die 29 Septembr. † Rochlicii in Miſnia, hydrope per triennium fere vexatus, an. 1510, Id. Decembr. ætat. 36 annor. *Fabricius* l. d. p. 481, ſepultus Miſenæ die 20 Decembr. *Müllerus* l. d. ad h. a. p. 66.

12.. de *Scharffelt*, (Hermannus) *Canonicus.* Memoratur in necrologio p. 517 ad d. 9 Kal. Decembr. his verbis; † *Hermannus* de *Scharffelt*, *Canonicus Mogunt. qui contulit preſencie tres partes curie & bonorum in Craincruce cum decima in Ennensheim.* Patrem habuit *Burghardum*, matrem *Adalam*, vitricum vero *Vlricum* ſeniorem *de Münzenberg*, qui vixit circa an. 1220. Sic enim in dicto necrologio p. 98 ad 5 Kalend. Mart. † Burghardus *de* Scharffelt, *vnde* Hermannus *filius ſuus Canonicus* --- & p. 101 ad 4 Kalend. Mart. † Adala, *mater* Hermanni *de* Scharffelt, *Canonici Moguntini*, & p. 102 ad 3 Kal. Mart. † Vlricus *ſenior* de Mynzenberg, *vitricus* Hermanni *de* Scharffelt, *Canonici Mogunt.*

11.. *de *Scharpfenſtein*, (Waltherus) *Canonicus.* Teſtis vicem ſubiit an. 1194 in litteris Conradi I de parochiali S. Nazarii, Collegio D. Ioannis a Rutgero Præpoſito conceſſa.

13.. de *Scharpfenſtein*, (Simon) *Canonicus*, qui ſecundum *Helvvichium* p. 253 Elenchi vixit an. 1388, 1396. Ni fallor, idem erit, qui *Edero* in catalogo p. 11 vocatur *Symannus.*

13.. de *Scharpfenſtein*, (Bruno) *Cuſtos.* † ſub an. 1415, vt in *Cuſtodibus* p. 312 dictum.

[*Scharpfenſteiniis* Helvvichius *in* Elencho *p.* 231 *adnumerat* Bennonem, *dicitque* Canonicum Moguntinum *fuiſſe*, *& fato ſuo functum anno* 1415, *prid. Id. Iun. Enimuero, ni fallor, ex vno facit duos*, *&* Bennonem *hunc ex* Brunone, *quem itidem ſub an.* 1415 *obiiſſe refert*, *effingit*]

14.. de *Scharpfenſtein*, (Truſchardus) *Canonicus.* Occurrit nobis an. 1408 in renouatione manufidelium S. Stephani. † an. 1419, die 17 Ianuar. vt eſt in necrologio p. 25 his verbis; † *D. Truſchardus* de *Scharpfenſteyn*, *Canonicus huius eccleſie*, *vnde dantur XI flor. quos dabit dictus* Hepichen, *Armiger* de Glymendal *in Rhingauvvia.* Sepulturæ traditus fuit in ſacello S. Nicolai.

1412 de *Scharpfenſtein*, (Salentinus) *Canonicus Moguntinus*, *Præpoſitus Bingenſis* *, *Præfectus Finthenſis.* Ab Adolfo an. 1464, die 27 April. Iudex eccleſiaſticus ordinarius & ſpiritualis, an. 1466, die 23 Ianuar. Iudex & conſeruator iurium, priuilegiorum, & libertatum, rerum & bonorum monaſterii S. Claræ conſtitutus. In diſſidio Moguntino Adolfi cauſſa plurimum fecit damni; cuius compenſandi gratia ille eidem an. 1465, Lunæ poſt Dominicam *Iudica*, ad dies vitæ dedit curiam *zum Vizthum* dictam, iuxta S. Heimerammi ædem. † an. 1473, die 22 Ianuar. in ſacello S. Nicolai ad ingreſſum ſepultus.

* Helvvichius *vocat* Præfectum Bingenſem. *At necrologium p. 34 haud* Præfectum *dicit*, *verum*, *vt nos*, Præpoſitum.

1531 de *Schauenburg*, (Adolfus, *Comes*) *Præpoſitus Leodienſis*, *Moguntinus & Colonienſis Canonicus.* Datus primum a Pontifice Hermanno de Wied, Archiepiſcopo Colon. Adiutor, iuſſuque Caroli V an. 1547 factus eiusdem ſucceſſor eſt. † Domicellaris Brulis an. 1556, d. 10 Octobr. Coloniæ in æde ſumma funeratus. *Cratepolius* annal. Archiepiſcopor. Colonienſ. n. 71 p. 134 & ſeq.

de

de *Schauenburg*, (Wilhelmus, *Comes*) Adolfi frater, *Canonicus Moguntinus*, *Præpositus Hildesheimensis & Meschedensis* apud Westphalos. Resignauit Domicellaris an. 1561, die 2 Aug. † an. 1580, in cœnobio Mollenbecensi, quod in Westphalis est, sepultus. 1556

de *Schechingen*, (Vdalricus) *Scholasticus*, † anno 1518. 1480

** de *Schellenberg*, (Ioannes Fridericus) *Baro* in *Kislegge*, *Moguntiæ maioris*, *& Equestris Comburgensis Canonicus.* Canonicatum dimisit an. 1703. † anno sequenti 1704, die 4 Martii, Kisleggæ, in Sueuia, vbi plurimum egit, sepultus. 1683

Schenck de *Castel*, Vid. *Castel.*

Schenck de *Schmidberg*, Vid. *Schmidberg.*

Schenck de *Schvveinsburg*, Vide *Schvveinsburg.*

* *Schetzel* de *Lorch*, (Henricus I) *Canonicus*, testis in litteris Henrici Archiepiscopi, de empto an. 1345 oppido Salza ab Henrico D. de Salza. Anno 1348 captus fuit a ciuibus, cum Cuno de Falckenstein in possessionem Præposituræ immitti vellet. Occurrit adhuc an. 1364 & seqq. Quando obierit, incertum. In litteris Conradi II an. 1393 his defunctus memoratur verbis: *Ebirhardus Isenmenger*, *manusidelis quondam* Henrici Schetzlins, *Canonici Moguntini.* Fratrem habuit *Bechtolfum*, Militem *de Lorch*, vt patet ex litteris an. 1359 sabbato post diem annuntiationis B. V. signatis. 13 ..

Schetzel de *Lorch*, (Henricus II) *Canonicus.* Vid. *Helvvichius* l. d. p. 240. † anno 1407, 3 *Non. Septembr.* vt necrologium p. 388 habet, sepultus in sacello D. Nicolai. 13 ..

Schliderer de *Lachen*, (Fridericus) *Canonicus.* Secundum tabulam in loco Capitulari pendentem resignauit an. 1483. 14 ..

Schlumpf de *Winternheim*, (Hugo) *Canonicus maioris & D. Victoris Cantor.* In libro Animarum p. 271 a. d. 6 Id. Iun. sic memoratur; † *Hugo* dictus *Schlump*, *Canonicus Mogunt.* Conf. etiam catal. *Cantorum* ad D. Victoris p. 638. 12 ..

** de *Schmidberg*, (Carolus Iosephus Lotharius, *Baro*) Hoc tempore *Custos.* 1686

* de *Schönborn*, (Ioannes I) *Canonicus* circa an. 1208. Vid. *Sermo exsequialis Ioanni Philippo* Electori habitus. 12 ..

* de *Schönborn*, (Philippus) *Canonicus* sub an. 1430. Citatur ibidem. conf. *Humbracht* tab. 201. 14 ..

de *Schönborn*, (Ioannes II) *Canonicus Moguntinus & Herbipolensis*, quem *Helvvichius* an. 1578, die 20 Iun. Moguntiæ resignasse dicit. † anno sequenti 1579, die 6 Aug. ante Traiectum ad Mosam. 1574

de *Schönborn*, (Georgius Fridericus) † *Cantor* an. 1640, die 2 Ianuarii. 1584

** de *Schönborn*, (Ioannes Philippus, *Baro*) *Moguntiæ maioris & ad D. Albani*, *nec non Herbipoli cathedralis Canonicus*, *& ad D. Burchardi Præpositus.* Sedem Wirzburgensem iniit an. 1642, die 16 Aug. Moguntinam, iustis electus suffragiis, an. 1647, die 19 Nouembr. postulatus tandem Episcopus Wormatiensis an. 1665, mense Maio. † an. 1673, die 12 Februar. sepultus Herbipoli in æde principe. 1625

** de *Schönborn*, (Franciscus Georgius, *Baro*) *Moguntinæ*, *Bambergensis*, *& Herbipolensis maiorum*, *D. Albani*, *& S. Victoris extra mœnia Moguntina Canonicus*, *Francofurti ad D. Bartholomæi Præpositus.* † *Custos* an. 1674, die 16 Iul. 1647

** de *Schönborn*, (Lotharius Franciscus, *Comes*) *Moguntinus & Herbipolensis Canonicus*, *Bambergensis Scholasticus.* Bambergæ *Marquardi Sebastiani* de *Stauffenberg* in locum an. 1693, d. 16 Nouembr. Episcopus electus, & anno sequenti 1694, die 3 Sept. Coadiutor Moguntinus. Mortuo dein *Anselmo Francisco*, pastor bonVs eX Voto VrbIs & orbIs IVre sVo possessIoneM eLeCtoratVs aDIbat, sollemni cæremonia inauguratus die 2 Maii. 1674

** de *Schönborn*, (Ioannes Philippus Franciscus, *Comes*) Episcopus Herbipolensis, 1687

Franciæ Orientalis Dux, magna dignatione h. t. *maior Præpoſitus*, ſupra nobis in *Præpoſitis* p. 296 laudatus.

12.. de *Schôneck*, (Simon) *Canonicus*, poſt *Decanus*. † Epiſcopus Wormatienſis an. 1291.

12.. de *Schôneck*, (Philippus I) *Canonicus*, & *Iudicii ſæcularis Camerarius*. Occurrit nobis an. 1311 & 1312. † anno 1313, *Humbracht* tab. 288; *Id. Septembr.* vt in necrologio eſt p. 406.

12.. de *Schôneck*, (Embrico *ſiue* Emericus) *Canonicus Moguntinus* & *Præpoſitus Dorlonenſis*. Occurrit in laudo de decimis, in tractu oppiduli *Sobernheim*, inter monaſterium *D. Diſibodi*, & *Simonem*, Cuſtodem Moguntinum, controuerſis, an. 1279, 5 Kal. Decembr. Paſtor eccleſiæ *in Weiſel* vocatur in litteris quibusdam, eodem anno datis. Anno dein 1284 factus eſt *Scholaſticus*, quorum catalogum vide p. 318, & Epiſcopus tandem Vangionum an. 1308. † an. 1318.

Fuit ceteroqui frater Simonis *Decani*. *Ita namque in* necrologio minori *ad 2 Non. Mart.* † Philippus & Adelheidis *de* Schonecke, vnde conſtituit dari *Simon* Decanus maior, & *Emercho* " Prepoſitus Dorlonenſis, " filii ſui, 10 maldra ſiliginis de predio eorum in *Caldenbach*.

13.. *de *Schôneck*, (Philippus II) *Canonicus* circa an. 1330. *Humbracht* l. d. † anno 13.. 16 *Kalend. Nouembr.* vt necrologium habet p. 458.

13.. de *Schôneck*, (Hermannus) *Canonicus Moguntinus & Wormatienſis*. Cuſtos aliquamdiu, vt ſupra legere eſt p. 311. † anno 1355.

.... de *Schôneck*, (Conradus) *Canonicus*. *Idem notatur in locis citatis* (Catalogo ſcilicet Canonicorum MS. & libro Animarum) *nullo anno ſuperaddito*. Ita *Helvvichius* p. 232 *Elenchi*; qui tamen fallit, ſi vult, in necrologio eum vocari *Canonicum*; ſiquidem in eo p. 426 ad 5 Kal. Octobr. ſic eſt; † *Conradus* de *Schôneck*, vnde dantur - - -

14.. de *Schôneck*, (Henricus) *Canonicus*. † an. 14.. vid. *Helvvichius* p. 240; 6 *Id. Ianuar.* teſte necrologio p. 12; in periſtylio ſepultus.

1553 de *Schônenburg*, (Georgius) *Archipresbyter*, *Decanus*, *Præpoſitus*, *Epiſcopus Wormatienſis*. † anno 1595, die 11 Auguſt. quo operæ pretium erit conferre catalogum *Præpoſitorum* p. 293.

13.. de *Schoneburg*, (Otto) † *Scholaſticus* an. 1381, die 1 Sept. Vid. ſupra p. 319.

13.. de *Schoneburg*, (Ioannes I) *Canonicus*, indice indiculo Confraternitatis an. 1380 ſcripto. Fuit quoque Iudicii ſæcularis Camerarius; factus ſub an. 1392 *Scholaſticus*, *Præpoſitus* an. 1403. † qua *Canonicus ſimplex* an. 1414. Quo conferre iuuabit, quæ ſupra in *Præpoſitis* attuli p. 286.

13.. de *Schoneburg*, (Henricus I) *Cantor*. † anno 1412, die 13 Septembr.

14.. de *Schoneburg*, (Henricus II) *Canonicus*. Occurrit an. 1424. † *Cantor* an. 1441, die 7 Iun. Vid. catalog. *Cantorum* p. 333.

14.. * de *Schoneburg*, (Ioannes II) *Canonicus*. Teſtis in litteris de elocata an. 1425, die 1 Aug. Cunoni de Dozheim curia *S. Chriſtophori*. † an. 14..4 Non. Decembr. ad quem diem necrologii appendix p. 660 hæc habet: † *Iohannes* de *Schoneburg*, *Canonicus huius eccleſie*.

1592 *Schütz* de *Holzhauſen*, (Ioannes Richardus) *Archipresbyter maioris*, *B. M. V. ad gradus*, *ac S. Ferrutii in Bleidenſtadt Canonicus*, Wolfgangi Archiepiſcopi Vicarius in ſpiritualibus generalis, deſignatus an. 1598, die 22 Octobr. † an. 1599, die 8 April. in periſtylio ſepulturæ traditus.

1551 *Schutzbar* dictus *Milchling*, (Adolfus Daniel) *Canonicus Moguntinus & Spirenſis*, *P. M. Cubicularius*. † dicto, quo poſſeſſionem cepit, anno, 7 Kal. Maii Romæ, ſepultus ibidem in æde *S. Mariæ* de *l' Anima*, cum hac ἐπιγραφῇ ſepulcrali:

ADOLPHO DANIELI SCHVZPHEIL

Cognomento Milchlingo, *Germano*, *Moguntinæ & Spirenſis eccleſiarum Canonico*, *Magni Prutenorum Magiſtri fratris filio*, *Pauli III & Iulii III Pont. Max. Cubiculario*, *amici mœſtiſſ. P P. vixit annos XXIIII*, *menſ. IIII*, *dies XXV. Obiit an. MDLI*, *VII Kal. Maii.*

* *Schutz-*

* *Schutzbar* dictus *Milchling*,	(Wilhelmus) *Canonicus*, Adolfi Danielis frater. † in iuuentute. Vid. *Humbracht* tab. 140.	15..
* de *Schvvalbach*,	(Georgius) *Canonicus Moguntinus & Spirenſis.* Moguntinus quidem die 22 Februar. anni dicti prouiſione Alberti Archiepiſcopi factus: *Spiræ* vero poſtea ex Canonico Præpoſitus maior & S. Guidonis. Qua fulgens dignitate Epiſcopi Spirenſis legatum egit an. 1524 in Comitiis Norimbergenſibus. † an. 1529. *Humbracht* tab. 269.	1515
de *Schvvalbach*,	(Gernandus) *Archipresbyter maioris, ac D. Albani Moguntiæ, nec non cathedralis Spirenſis Canonicus.* † an. 1588, die 23 Februar. Moguntiæ tumulo illatus.	1578
** de *Schvvalbach*,	(Gernandus Philippus) In ſtatu ſæculari viduus factus præbendam Presbyteralem obtinuit. † *Cantor* anno 1647, die 15 Ianuar. Vide ſupra p. 335.	1638
de *Schvvarzburg*,	(Guntherus, *Comes*) *Eccleſ. Moguntinenſis & Iecheburgenſis Præpoſitus, Colonienſis Canonicus*, vt auctor *chronici Magdeburgenſis* p. 351 diſerte habet. Ceſſit an. 1403, factus Archiepiſcopus Magdeburgenſis. † an. 1445, "die 22 Mart. vt idem auctor tradit. Quod ad catalogum *Præpoſitorum* p. 286 notandum.	13..
de *Schvvarzburg*,	(Henricus, *Comes*) *Canonicus Moguntinus & S. Petri Præpoſitus.* Prouiſor Erfurtenſis & Satrapa per Eichsfeldiam ſupremus ab Adolfo II anno 1465 conſtitutus, a Diethero dein anno 1476 ampliori adhuc poteſtate Eichsfeldiæ, Thuringiæ, & Saxoniæ Præfecti ſupremi titulo impoſitus. † anno 1481.	14..
* de *Schvvarzenberg*,	(Philippus) *Canonicus.* Occurrit in litteris de facta quadam elocatione anno 1382, & an. 1391 in inſtrumento electionis *Philippi Alenconii* in Præpoſitum.	13..
de *Schvvarzenberg*,	(Petrus, *Nobilis*) *Canonicus.* Vixit ſub an. 1468. † 6 *Kalend. Nouembr.* indice necrologio p. 470.	1449
de *Schvvarzenberg*,	(Hermannus) *Canonicus.* Vixit anno 1478. Ita *Helvvichius* p. 241, qui eum in editione prima *Elenchi Comitem* de *Schvvarzburg*, quamuis perperam, vocauit.	14..
de *Schvvarzenberg*,	(Paulus, *Baro*) *Canonicus Moguntinus & Herbipolenſis.* † anno 1535, die 18 Maii, Herbipoli funeratus.	1509
de *Schvveinsburg*,	(N.) *Canonicus* factus, vt *Helvvich* dicit, anno circiter 1421. Vixit adhuc Domicellaris an. 1428, vt indicio ſunt ipſius inſignia, in vna feneſtrarum conclauis, Capituli maioris vſibus dicati, appicta.	14..
de *Schvveinsburg*,	(Theodericus) *Canonicus.* † anno 1454, die 29 Aprilis in loco Memoriæ ſepultus.	1447
de *Schvveinsburg*,	(Cuno) *Canonicus.* † anno 1516, die 23 Iul. in ſacello S. Nicolai humo conditus.	1486
Sclafenatus,	(Ioannes Iacobus) *Præpoſitus.* † anno 1497. Quo conſulas velim catalogum *Præpoſitorum* p. 288.	148.
de *Selenhouen*,	(Simon) *Canonicus.* Teſtis in litteris Iudicum ſedis Moguntinæ an. 1204 vel 1206 de controuerſia *Werneri* de *Selenhouen* cum Collegio D. Stephani compoſita editis. Et anno 1211 in tabulis Sifridi II Archiepiſcopi.	11..
de *Selſa*,	(Henricus) *Canonicus.* Occurrit nobis anno 1220, & an. 1223 6 Id. Mart. teſtes inter in litteris Iudicum ciuitatis Moguntinæ, nec non an. 1238 in tabulis Collegii metropolitani, quas in chronico *S. Crucis* reperire eſt.	12..
Senn de *Munſingen*,	(Ioannes) Matthiæ Archiepiſcopi e ſorore nepos, *Canonicus Moguntinus & Baſileenſis, Præpoſitus S. Victoris.* Epiſcopus dein factus Baſileenſis. Capto auunculo *Bertholdo* de *Bucheck*, Epiſcopo Argentoratenſi, a Papa conſtitutus fuit Adminiſtrator Argentoratenſis. † an. 1365, die 30 Iun. in æde maiori Baſileenſi ſepultus, vbi ad dextram pergulæ columnam, quo loci D. Himmerii ara	13..

ab ipso fundata, quondam stabat, ipsius epitaphium occurrere testatur *Vrstisius* epitom. histor. Basileens. cap. 8 p. 79. *Vir laudatissimus*, vt *Bucelinus* dicit Germaniæ Sacræ parte I p. 57; *Homo mansuetus, pius, zelator pacis, amator cleri & populi, ac totius Episcopatus, fortalitiorumque reformator augustus*, vt in libris ecclesiæ Basileensis legi prodit idem *Vrstisius* in catalogo Episcopor. Basileens. pag. 302.

1392 de *Sickingen*, (Houehardus) *Canonicus Moguntinus & Præpositus Moxstadiensis.* † anno 1422, sepultus in loco Memoriæ.

1441 de *Sickingen*, (Reinhardus) *Canonicus Moguntinus & Wormatiensis.* Cathedram Vangionum inscendit an. 1446. † Ladenburgi an. 1482, 12 Kalend. Augusti, Wormatiæ in sacello S. Aegidii, quod in maiori est, illatus sepulcro.

1605 de *Sickingen*, (Fridericus) *Canonicus.* Vicarius in spiritualibus an. 1608 constitutus, an. 1622 Decanus electus. † anno 1634. Vid. supra in *Decanis* pag. 307.

1613 de *Sickingen*, (Ioannes) *Canonicus maioris, & equestris S. Ferrutii in Bleidenstadt.* † anno 1633.

1630 **de *Sickingen*, (Ioannes Arnoldus) *Canonicus.* Resignauit Domicellaris an. 1638, vxorem ducens. † an. 1660. *Humbracht* tab. geneal. 72.

1668 **de *Sickingen*, (Franciscus Antonius, *Baro*) *Moguntinus & Treuirensis Canonicus*, in exercitu Cæsariano Centurio; qui in oppugnatione vrbis Moguntinæ globi maioris ictu percussus obiit anno 1689, die 16 Augusti, Vinicellæ, Rhingauiæ vico, Greiffenclauiorum conditorio illatus.

1699 **de *Sickingen*, (Casimirus Antonius, *Baro*) *Canonicus maioris Moguntinæ, nec non cathedralis Constantiensis.*

1700 **de *Sickingen*, (Henricus Suicardus Osvvaldus, *Baro*) *Maioris & ad D. Albani*, quondam etiam Treuirensis *Canonicus*, Cameræ præsentialis, vt vocatur, Præses.

1718 **de *Sickingen*, (Ioannes Philippus Christophorus, *Baro*) *Canonicus.*

12.. de *Siegersberg*, (Ioannes) *Canonicus*, quo titulo testes inter est in litteris *Simonis*, Custodis Moguntini, quibus an. 1280 decimas in tractu Sobernheimensi Fratribus Disibodenbergensibus cessit. † *Decanus*, anno 1298.

13.. de *Sinabulis* al. de *Sybaldis*, (Franciscus) Sacerdos Romanus, *Canonicus.* Vixit, referente *Helvvichio* p. 236, circa an. 1337. In necrologio p. 17 ad 3 Id. Ianuar. his memoratur verbis: † *Franciscus* de *Sybaldis*, *Romanus Sacerdos*, & *Canonicus Moguntinus.*

.... de *Sinzig*, (Hennekinus) *Canonicus.* Habetur in necrologio p. 325 ad diem 15 Kalend. Augusti.

Notes, quod *Henricus* de *Sinzig*, *Dominus* de *Arendal*, vltimus fuerit familiæ: quo mortuo feuda siue beneficia, quæ ab sede Moguntina tenuerat, ad eandem reuoluta, concessa fuere an. 1410 ab *Ioanne II* Archiepiscopo *Rulmanno* de *Dadenberg.*

1594 de *Sôtern*, (Philippus Christophorus I) *Canonicus.* Anno 1604 a *Ioanne Suicardo* Romam, ad petendum pallium, & anno sequenti Pragam ad Rudolfum Imperatorem ad ius regalium impetrandum missus. Eodem anno *Scholasticus* maior factus, dein ad culmen Episcopale in Nemetibus, & Pontificatum Treuirensem euectus est. † qua Canonicus senior anno 1652, vt supra in *Scholasticis* pag. 323 legere est.

1604 de *Sôtern*, (Philippus Christophorus II) *Maioris ac S. Albani, nec non Spirensis ecclesiarum Canonicus.* † anno 1622, die 21 Septembr. prope Bleidenstadt equo delapsus. Sepultus Moguntiæ ante aram D. Petri in maiori.

* de

* de *Solms* (Godefridus, *Comes*) *Canonicus Moguntinus*, Apostolice prouisus ipso hoc anno 1252. 1252

de *Solms*, (Sifridus, *Comes*) qua *Canonicus* nobis iam occurrit in litteris anno 1294, Id. Nouembr. signatis, dein qua *Canonicus & Præpositus Aschaffenburgensis* anno 1307, quo quidem, die 11 Ianuar. parochialem Müllenheimensem, terminis Præposituræ Aschaffenburgensis comprehensam, & ecclesiæ S. Petri incorporatam siue in perpetuum contributam, separauit a parochiali villæ Bibera. Anno 1317 Capitulo Aschaffenburgensi attribuit parochialem villæ *Sunnenburne*. Vixit adhuc anno 1330, vti patet ex litteris Godefridi Domini *de* Bickenbach, & Alheidis, viduæ Philippi de Bickenbach, quibus h. a. die Ioannis Baptistæ decollati memoriæ sacra, ecclesiæ Aschaffenburgensi, consensu *Sifridi* de *Solmesse*, ipsius ecclesiæ Præpositi, aduocatiam in Obernburg, quam ab eodem iure clientelari hactenus tenuerant, pretio 600 librar. Halens. vendiderunt, promissa non solum *Warandia*, sed vadibus etiam datis nobilibus viris, *Ottone* de *Bickenbach*, eiusque filio *Vlrico*, *Eberhardo*, *Pincerna* de *Erbach*, & *Philippo* de *Falckenstein*, iuniore; *Godefrido* item de *Schnerlberg*, *Petro* dicto *Stumpf* de *Dannenberg*, *Gorrone* de *Vechenbach*, & *Gorrone* de *Meckefisch*, Armigeris. Testibus (quorum nomina legere forsan non iniucundum) *Conrado* Vicedomino Aschaffenburgensi, dicto *de Wede*, Milite, *Gerhardo* dicto *de Schweineburg*, Clerico, Fr. *Wolframmo* dicto *Mage* de Himelthal, Conrado *de Besschach*, *Herboldo* dicto *Ganns*, *Brunwardo* de *Bracfelde*, Armigeris. 12..

de *Solms*, (Henricus, *Comes*) *Canonicus*. Memoratus in litteris an. 1370, item in aliis Adolfi I, an. 1377, feria 2 post Kiliani datis. 13..

de *Solms*, (Ioannes, *Comes*) *Moguntinus & Colonienfis Canonicus*. Dimissis beneficiis ecclesiasticis vxorem duxit. † an. 1457. Vid. *Zeibich* Geneal. Solmens. tab. 2 n. 27. 14..

de *Solms*, (Rupertus, *Comes*) *Canonicus*, factus *Custos* an. 1459. † anno 1499. Vid. supra p. 312. 1444

de *Solms*, (Otto, *Comes*) *Canonicus*. † eodem hoc anno, puer octo annorum, vt in tabula, quæ in loco Capitulari appensa est, habetur. Natus an. 1474, die 30 Nouembr. *Zeibichius* l. d. tab. 2 n. 45. 1482

[*Si* Zeibichium *audis*, *temporis ratione huc referendus venit ex Comitibus* de *Solms* Otto, *nat. die* 20 *Iul. anno* 1504, † *an.* 1515. *Dicit namque l. d. tab.* 3 *n.* 56; Doch vvar er vorher zu Strassburg, *Mainz* vnd Cölln Canonicus vvorden]

de *Solms*, (Wolfgangus I, *Comes*) *Canonicus Moguntinus, Treuirensis & Colonienfis*. Occurrit nobis an. 1520 in litteris de Testamentariis siue vindicibus vltimæ voluntatis suæ nuncupatis. 1511

de *Solms*, (Wolfgangus II, *Comes*) *Moguntinæ & Colonienfis ecclesiarum Canonicus*, *Argentinenfis* vero *Cantor*. † Coloniæ an. 1555, d. 3 Febr. sepultus ibidem in maiori, prope SS. trium Regum monumentum. 1532

de *Solms*, (Reinhardus, *Comes*) *Canonicus Moguntinus & Colonienfis*, *Francofurti ad D. Bartholomæi*, *& Wezlariæ ad B. M. V. Præpositus*. Resignauit Senior an. 1475, die 1 Febr. † Coloniæ an. 1580. die 18 Septembr. 1541

de *Sottenbach*, (Gerhardus) *Canonicus Sacerdos*, memoratur in *libro Animarum* p. 68 ad 5 *Idus Februar.* quo obiit; & p. 63 ad 8 *Id. Febr.* his verbis: *Agitur commemoratio* Gerhardi *de* Sottenbach, *Sacerdotis Canonici Mogunt.* Henrici *Armigeri*, *fratris sui*, & Elyzabeth, *vxoris ipsius---- vnde datur panis magnus----* ....

Specht de *Bubenheim*, (Fridericus) *Canonicus Sacerdos*. † an. 1364, 13 *Kal. Iun.* vt est in necrologio p. 244. Sepultus in cœnobio Vestalium Dieffenthalensium, quod in Rhingauia Ordinis est Cistercienfis. 1337

Specht

1450 *Specht* de *Bubenheim*, (Ioannes I) *Canonicus maioris, nec non D. Albani, & B. M.V. ad gradus*. Anno 1455 constitutus fuit a Theoderico Iudex ecclesiasticus ordinarius & spiritualis. Erat etiam Satrapa Finthensis, & Collegii metropolitani Syndicus, vti sane an. 1484 litteris, quæ superant, ita nomen subscripsit suum: *Ioannes Specht* de *Bubenheim, Canonicus & Syndicus*, & aliis an. 1485 signatis: *Ioannes Specht Syndicus.* In remunerationem officiorum Adolfo præstitorum ab eodem an. 1466 obtinuit curiam *zum Abt* dictam, vna cum area (*Hus vnd Hof* zum Abt *by* S. Agnesen) † Senior an. 1497, die 23 Sept. in sacello SS. Apostolorum Petri & Pauli funeratus.

1490 *Specht* de *Bubenheim*, (Ioannes) *Canonicus maioris & S. Albani Custos*, Miles siue Eques Hierosolymitanus. † an. 1524, die 16 Maii, eadem in capella sepultus.

1717 ** *Specht* de *Bubenheim*, (Lotharius Fridericus Ignatius) *Canonicus* Domicellaris.

1609 *Speth* de *Sülzburg*, (Ioannes Casparus) *Canonicus maioris, nec non D. Albani & D. Victoris.* † an. 1631, die 14 Iunii, sepultus in loco Memoriæ.

.... de *Spiegelberg*, (Hugo) *Canonicus.* In libro Animarum p. 159 dicitur Kal. April. obiisse. anno....

10.. *Sponheim*, (Hardouicus, *Comes*) vid. supra *Hardeuicus*, lit. H. p. 365. Ceterum incidi, cum præcedentes plagulæ prelo iam liberatæ erant, aliud agens, in *Metzgeri* Historiam Salisburgensem; in qua cum nonnulla de *Hardouico* hoc habeantur, ea huc apponere ere duxi, vt cum iis, quæ ibi e *Lucæ* Theatro Comitum & *Anonymo Magdeburgensi* attuli, comparari possint. Dicitur autem *Hardouicus* hicce fuisse filius *Sigefridi*, Comitis Lauantini, ortu Sponheimensis, & *Richardæ*: fratrem habuisse *Engelbertum*, maritum *Haduicæ*, Henrici Archiducis vnicæ heredis, conditorem Benedictini in Carinthia domicilii, *S. Pauli.* Ceterum refertur, vna cum parentibus & fratre, in æde monasterii huius illatus esse conditorio siue cryptæ subterraneæ, aditu his notato versibus:

Hic fundatores, Comes inclytus Engelbertus,
Hadvvigis *Coniux, hic, Comitissa, iacent.*
Hic Magdeburgensis sacer Archiepiscopus Hardvvig,
Atque Carinthiacum pars generosa Ducum.
Hic Sponheimensis Sigfridus *& alma* Richarda
Lauantina, Comes & Comitissa, iacent.
Hi tibi fundarunt, Deus optime maxime, templum,
Hanc & sancte, tibi, Paule, dedere domum.

Habentur in indice libri lit. P (E 2 b)

13.. de *Sponheim*, (Emicho, *Comes*) *Canonicus.* Anno 1317, 3 Id. Aug. donauit ecclesiæ varia bona in tractu villæ Pfaffenschvvabenheim, testibus, quæ superant, litteris, tum quidem confectis; in quibus simul nominantur, qui ei fuere fratres, *Simon*, *Ioannes*, & *Godefridus*, Comites de Sponheim. Anno 1323 occurrit inter testes in litteris Reinhardi de Stralenberg, peruigilio D. Laurentii datis, quibus fatetur, esse se castrensem Moguntinum in Schauenburg. † 17 Kal. Octobr. an. 13..

13.. de *Sponheim*, (Reinhardus, *Comes*) *Cantor* sub an. 1345. vt in Cantoribus legas p. 331.

14.. *von der Spor*, (Otto) *Canonicus.* Resignauit, *Helvvichio* narrante, an. 1418.

1418 *von der Spor*, (Ioannes) *Canonicus.* † an. 14..

1560 de *Stadion*, (Ioannes Theobaldus) *Decanus.* † vt supra dictum, an. 1585.

1657 ** de *Stadion*, (Christophorus Rudolfus, *Baro*) *Canonicus Presbyter*, Eminentissimi Archiepiscopi & Electoris *Vicarius in spiritualibus generalis, ac Consiliarius sanctior.* Anno 1677 iura regalia ab Imperatore nomine Damiani Hartardi, & an. 1680 nomine Francisci Anselmi petiit

ac

ac impetrauit. Factus post *Decanus*, & tandem *Præpositus*. † an. 1700.

** de *Stadion*, (Anselmus Godefridus Christophorus, *Comes*) *Moguntinæ, Bambergensis, & Herbipolensis ecclesiarum Canonicus.* † Domicellaris, Bambergæ an. 1718, die 25 Maii, in maiori ibidem sepultus. 1699

** de *Stadion*, (Lotharius Georgius Iosephus, *Comes*) *Canonicus* Domicellaris. 1718

** de *Staffel*, (Philippus Adolfus) *Maioris & ad S. Ferrutium in Bleidenstadt Canonicus.* Familiæ suæ postremus. † an. 1683, die 12 Decembr. funeratus in peristylio. 1654

de *Staleck*, antiq. *Stahleck*. (Henricus I, *Comes*) *Canonicus.* Testes inter locum occupat in litteris Iudicum Moguntinorum, quibus an. 1196, Kal. Decembr. contractum quendam inter Capitulum S. Ioannis & Rudolfum, Canonicum ad gradus, super quibusdam bonis circa Werberg sitis, ratum habuere. Occurrit vsque ad an. 1211. factus dehinc *Cantor* an. 1213. *Præpositus* an. 1216. 11..

de *Staleck*, (Dietericus, *Comes*) *Maioris & S. Petri Canonicus.* Testis in litteris an. 1228 datis, item in aliis Gerhardi Comitis de Dietz an. 1239, quas in chronico *D. Stephani* legere est. 12..

* de *Staleck*, (Henricus II) *Canonicus.* Testes inter in tabulis Capituli maioris an. 1238, quas in Schedi asmate de *S. Crucis* Collegiali reperies. Sequenti 1239 Episcopus Argentinensis factus. † an 1260, 5 Non. Mart. *, in sacello D. Andreæ, quod Argentorati in maiori est, sepultus. 12..

* *In necrologio enim Moguntino p.* 110 *sic legas ad dictum diem*; † *Henricus*, Episcopus Argentinensis. Vnde dantur X solidi Hallens. qui cedunt de curia *S. Galli*, de domo olim *Beringeri* iuxta *Franckenstein*, versus Rhenum.

de *Stalberg*, (Christianus) *Canonicus.* Tum in catalogo Canonicorum antiquo, tum libro Animarum memoratus p. 550, ad diem 15 Kal. Ian. † *Christianus* de *Stailberg*, *Sacerdos Canonicus Moguntinus.* ....

de *Stecklinberg*, (Conradus) *Canonicus Archipresbyter.* Rector ecclesiæ parochialis in Sülburg. Vixit, vt *Helvvichius* habet, an. 1326. Occurrit autem nobis annis subsequentibus ad annum vsque 1355. In libro Animarum p. 47 *Stechelnberg* scribitur. 13..

de *Stein*, (Georgius) *Canonicus Moguntinus & Wormatiensis.* † an. 1451, die 4 Sept. in loco Memoriæ sepultus. 1446

de *Stein*, (Marquardus) † *Maioris Præpositus* an. 1559, de quo plura in eorum catalogo p. 290 & seq. 1519

de *Stein*, (Philippus Albertus) *Moguntinæ, Salisburgensis, Bambergensis, Augustanæ, & Dillingensis ecclesiarum Canonicus.* † Bambergæ an. 1549, die 8 Febr. ibidem terræ mandatus. 1529

de *Stein*, (Christophorus Adamus) *Moguntinæ, Bambergensis, Wirzburgensis, Eichstadensis, & Augustanæ ecclesiarum Canonicus, Præpositus Mosbacensis* *. † an. 1569 die 11 April. 1545

* *Ita appellatur a fratre* Friderico Pupelin Stein zu Reissenberg, *S. C. M. supremo venatorum Magistro, in litteris an.* 1560, *die* 12 *Ian. datis.*

de *Stein*, (Christophorus) *Canonicus* Domicellaris. Resignauit an. 1562, die 30 April. 1558

de *Sternberg*, (Ebervvinus *siue* Ervvinus) *Scholasticus*, vt *Helvvichius* in Elencho p. 224 recte notauit; ego vero supra in *Scholasticis* p. 318 in medio reliqui. Melius interea edoctus, velim, notes, loca necrologiorum, quæ ad *Ebervvinum* de *Cronberg* adduxi, accipienda esse de hoc *Ebervvino* de *Sternberg*: de *Ebervvino Cronbergio* contra hunc necrologii maioris p. 360 a. d. 19 Kal. Septembr. qui ita habet: † *Ebervvinus* de *Cronenberg*, *Scolast. Mogunt.* ....

de *Sternberg*, (Roricus) *Maioris ac B. M. V. ad gradus, itemque Wormatiensis ecclesiæ Canonicus, nec non Ciuitatis Moguntinæ Camerarius.* Factus postea Wormatiæ Præpositus, vti sane in litteris Adolfi Episcopi Spirensis 13..

an. 1371 ita vocatur. An. 1380, ipsa die S. Leonardi Confess. Protonotarius Moguntinæ sedis vna cum *Cunone* de *Sterzelnheim* ab eodem Adolfo, interea ad Archiepiscopatum Moguntinum euecto, designatus. † eodem hoc an. 1380, 15 *Kal. Nou.* vt in *libro Animarum* est p. 459.

13.. * de *Sternenfels*, (Houehardus) *Canonicus.* Vna cum aliis ab Adolfo, quem modo dixi I, datus fideiussor siue vas auxiliatoribus Henrico & Ernesto, Comitibus in Gleichen, Henrico Comiti de Stolberg, Henrico Comiti de Hohenstein, Domino in Klettenberg, litteris datis an. 1375, Dominica *Lætare.*

13.. de *Sterzelnheim*, (Cuno) *Canonicus.* Rector ecclesiæ parochialis villæ Alsenz, & dein, permutatione facta, Canonicus Bingensis. An. 1380 constitutus fuit S. Moguntinæ sedis Protonotarius, hac quidem conditione, vt iurisdictionem ordinariam exerceat, executionemque statutorum tam particularium, quam synodalium suscipiat, salario tamen dictæ sedis Iudicibus quotannis vsque huc numerari consueto, XXV puta librar. Halens. monetæ currentis, contentus sit. *Volumus etiam,* vt litterarum verba habent, *quod singulis diebus iurisdictionum in loco solito, scilicet* Elteuil, *vbi iudicium nostrum deputauimus, per te præsideas, iurisdictionem exercendo, sententiasque quascunque ferendas per te ipsum feras, ne huiusmodi sententiæ tanquam per non iudicem, non sine graui partium periculo argui valeant de nullitate.* Postea (an. 1383) electus Cantor. † an. 1408.

14.. de *Stettenberg*, (Ioannes) *Canonicus* sub an. 1472. Decanus Spirensis factus resignauit an.... † an. 1454. *Helvvichius* in libro probant. MS.

14.. de *Stockheim*, (Bertholdus) *Canonicus.* Vixit circa an. 1440. *Humbracht* tab. 122.

1479 de *Stockheim*, (Adolfus I) *Canonicus maioris & D. Victoris.* Iudex ecclesiasticus ordinarius & spiritualis an. 1498, die 18 Maii a Bertholdo renuntiatus. † Senior an. 1521, Non. Sept. in peristylio sepultus.

1512 de *Stockheim*, (Philippus) † *Cantor* an. 1548, vt in *Cantoribus* p. 334 dictum.

1523 de *Stockheim*, (Fridericus) *Canonicus* Domicellaris. Cessit fratri Adolfo an. 1526. *Humbracht* l. d. factus dein Satrapa Amorbacensis, & an. 1544 Vicedominus Rhingauiæ. † an. 1556.

1526 de *Stockheim*, (Adolfus II) *Maioris Domicellaris, & S. Albani Canonicus.* † an. 1530, 13 Kal. Iul. in peristylio humatus.

1543 de *Stockheim*, (Henricus) *Maioris Canonicus, & ad D. Albani Præpositus.* An. 1556 Legati Moguntini vicem egit in Conuentu (*Einigungs-Tag*) Wormatiæ celebrato. † *Cantor* an. 1588. quo vide catal. *Cantorum* p. 334

1581 de *Stockheim*, (Philippus Arnoldus) *Canonicus.* † Domicellaris Genuæ an. 1593.

1588 de *Stockheim*, (Henricus Philippus) *Canonicus*, † Domicellaris an. 1607 *Senis*, vt *Helvvichius* dicit, sed perperam. Ioannes Suicardus enim in litteris prouisionis an. 1607, die 11 Decembr. --- *cum itaque Canonicatus ecclesiæ Moguntinæ, quem Henricus Philippus* de *Stockheim* --- *obtinebat, per obitum eiusdem Henrici Philippi extra Romanam curiam in* partibus terræ sanctæ, *de mense Nouembri* --- *vt hisce diebus ad nostram notitiam perlatum est, nuper defuncti* --- *vacauerit* ---

1517 de *Stolberg*, (Ludouicus, *Comes*) *Canonicus Domicellaris.* Resignauit an. 1523. ita *Helvvichius* p. 247.

1521 de *Stolberg*, (Henricus, *Comes*) *Moguntiæ maioris & ad S. Crucis Canonicus, ad D. Petri Præpositus, Decanus Colonienſis.* Beneficiis hisce ecclesiasticis renuntiauit an. 1548, vxorem ducens. † an. 1572, die 13 Nouembris.

11.. * *Sueuus* Svvab, (Albertus) *Canonicus.* Testis in litteris Iudicum sedis Moguntinensis an. 1196, de quibus iam supra ad Henricum Comitem de Staleck.

T. Theo-

T.

THeodericus, *Præpositus.* Factus Archiepiscopus Treuirensis anno 965. † anno 970, vt in *Præpositis* dictum. 9..

Thurinbertus, *Scholasticus*, sub an. 1112 & seq. vt supra videre est p. 316. 11..

Tragebodo, *Canonicus Moguntinus, Præpositus Heilgenstadensis.* Obtulit se nobis in litteris *Wernheri* Archiepiscopi, quibus ei anno 1282 17 Kal. Septembr. commissum, vt in discussione controuersiæ, quæ Francofurti Capitulo *D. Bartholomæi* cum *Henrico* Sculteto ciuitatis super decimis quorundam noualium intercedebat, *probationes reciperet.* In necrologio Mauriciano a. d. 8 Kal. Nouembr. his memoratur verbis: † *Tragebodus Canonicus maioris ecclesie Magunt. vnde I maldrum siliginis de granario Dominorum.* 12..

* Theodericus, *Maioris Canonicus & Præpositus S. Mariæ ad gradus.* Testis in diplomatis *Sifridi II*, quorum vnum anno 1220 Petrensibus, alterum anno 1222 Stephanitis concessum, vt suo legas loco. 12..

de *Tettenleben*, (Valentinus) *SS. Theol. & I. V. D. Moguntinæ, Magdeburgensis, ac Hildeshemensis ecclesiarum Canonicus, S. Bartholomæi Francofurtensis, SS. Petri & Alexandri Aschaffenburgensis, & Lebusiensis in Marggrauiatu Brandenburgico Præpositus*, Alberti Cardinalis & Archiepiscopi in spiritualibus Vicarius. Episcopus Hildesiensis constitutus anno 1537. † Moguntiæ, in exilio vitam agens, anno 1551, die 19 April. apud Fratres Minores sepultus. Plura qui velit, adeat dissertationem *de Doctis Moguntinis.* 1523

de *Tettenleben*, (Christophorus) *Canonicus.* Domicellaris resignauit, vt *Helvvichius* refert, anno 1554, die 30 Iunii. 1549

* de *Treuiri*, (Ernestus) *Canonicus.* Testis in laudo *Eberhardi* de *Lapide*, Cantoris, quod pronuntiauit anno 1320, indictione 3, die 4 Martii, decidendo litem, quæ Capitulo S. Petri erat cum *Schvviceri* Militis de *Finthene* relictis liberis. 13..

de *Treuiri*, (Ioannes) *Canonicus.* Testibus connumeratus in litteris Iudicum Sedis Moguntinæ an. 1319, quibus perscribitur, *Eberhardum*, natum quondam *Gotzoldi*, & *Claram*, filiam *Ingebrandi*, coniuges, bona sua in villis *Rüdesheim* & *Eibingen* donasse ecclesiæ Moguntinæ. Item an. 1334, in instrumento quodam Tabellionis publici die 13 Kal. Maii confecto, quo refertur, Capitulum ecclesiæ maioris cepisse possessionem iuris patronatus parochialis villæ *Alsheim*, iuxta villam Gundersblum, eidem donati ab *Eberhardo* Decano & Capitulo *S. Guidonis* Spirensi. Erfurti Præpositum fuisse ad B. M. V. patet ex litteris anno 1332 datis; Aschaffenburgi item ad SS. Petri & Alexandri, ex tabulis de fundatione quadam anno 1343 signatis. Occurrit adhuc an. 1349, in litteris *Gerlaci* Archiepiscopi, feria 4 post Ambrosii. Curiam *Drachenfels*, quam incoluit, donauit ad præsentias. In *libro Animarum* p. 319 fatis concessisse dicitur 4 Id. Iul. his verbis: † *Ioannes* de *Treueri*, *Canonicus Moguntinus.* 13..

Alius ab hoc est, quem Helvvichius p. 242 *memorat. Is enim* Ioannes *de* Treuiri *non fuit Canonicus Moguntinus, sed Decanus tantum ad D. Seueri Erfordiæ, & in* libro Animarum *pag. 302 diserte his refertur verbis:* † Iohannes *de* Treueri, Decanus ecclesiæ S. Seueri Erfordens. qui - - -

de *Treuiri*, (Iacobus) *Canonicus.* Vixit, vt *Helvvichius* narrat, anno 1328. † 5 Kal. Maii, vt in *libro Animarum* p. 205 ad h. d. his proditum est verbis: † *Iacobus* de *Treueri*, *Canonicus Mogunt. vnde dantur XV maldra tritici de centum maldris in Bischouisheym.* 13..

de *Trohe*, (Georgius) *Canonicus Domicellaris*, insperato, immaturoque fato, vna cum fratre suo *Ioanne*, anno 1546, die 26 Mart. extinctus est. Sepultus in peristylio ante domum Capitularem. 1544

1546 de *Trohe*, (Philippus) † *Cantor* an. 1596, vt ſupra memoratum p. 335.

1476 *Truchſeß* de *Bommersfeld*, (Melchior) *Moguntiæ maioris ac D. Petri Canonicus, Spiræ cathedralis Cantor, S. Gangolfi Bambergæ ac Lindauiæ Præpoſitus*, Apoſtolicæ ſedis Protonotarius, ac Romæ trium Principum Orator. † Romæ, anno 1493, die 28 Octobr. (non autem 1494, 20 Octobr. vt *Helvvichius* habet) ſepultus in æde nationis Germanicæ, quæ *S. Mariæ de l' Anima* vocatur, cum hac inſcriptione:

Reuerendo Patri D. Melchiori Truchſes, *ſedis Apoſtolicæ Protonotario, S. Gangulphi extra muros Bambergenſes, ac in Lindau, Conſtant. diœceſ. Præpoſito, Cantori Spirenſi, & eiusdem ac Moguntinæ eccleſiæ Canonico, Sanct. D. N. PP. Cubiculario, qui obiit XXVIII Octobr. MCCCCXCIII. Ioannes Burchardus Argentin. Capellæ S. D. N. PP. Magiſter ceremoniarum, & Laurentius Truchſes Canonicus Moguntinenſis, Execut. teſtam. amico & conſanguineo poſ.*

1487 *Truchſeß* de *Bommersfeld*, (Laurentius) *Canonicus.* Variis auctus fuit dignitatibus & beneficiis. Canonicus *D. Martini* Heilgenſtadenſis factus an. 1506, die 9 April. eodem anno Iudex eccleſiaſticus ordinarius ac ſpiritualis conſtitutus; anno 1508 Præpoſitus Bingenſis *, & *Scholaſticus* maioris; anno 1513, d. 4 Ianuar. *Decanus.* In ſimplicis Canonici locum quum ſe redegiſſet, † anno 1543, die 20 Decembr. quo vide, quæ dixi p. 305.

* *Hac occaſione non poſſum, quin notem, quod Archiepiſcopi fuerit, vni Capitularium, quem quidem ducebat eligendum, conferre Præpoſituram Bingenſem; illi vero, quem ſic conſtituerat, id incubuerit officii, vt eſſet Capellanus Archiepiſcopi, miniſtrando ei baculum paſtoralem, quando Pontificalibus incedebat ornamentis.*

1494 *Truchſeß* de *Bommersfeld*, (Martinus) *Moguntinæ, Herbipolenſis, & Spirenſis eccleſiarum Canonicus.* Romam miſſus ab *Alberto* Archiepiſcopo, petitum, vt Pontifex ſua electum probaret auctoritate; quod munus quum ſingulari obiiſſet dexteritate, *Primiſſariam* ad altare *S. Michaelis* in Capella cœmeterii parochialis eccleſiæ vici *Rüdesdeim* ab eodem, ad quem ius conferendi iure deuolutionis tum ſpectabat, an. 1515 die 21 April. conſecutus eſt. † Iubilarius Spiræ anno 1538, die 1 Octobr. ibidem in periſtylio maioris terræ mandatus.

1538 * *Truchſeß* de *Bommersfeld*, (Sigismundus) *Canonicus Domicellaris.* Reſignauit, teſte tabula Canonicorum, anno 1540.

1616 *Truchſeß* de *Waldburg*, (Ioannes) Comes, S. R. I. Dapifer hereditarius, *Moguntinæ, Colonienſis, Argentinenſis, & Conſtantienſis eccleſiarum Canonicus.* Canonicatu Moguntiæ ſe abdicauit anno 1628, electus Epiſcopus Conſtantienſis. † anno 1644, die 15 Decembr. Conſtantiæ in maiori ſepultus.

1638 ** *Truchſeß* de *Waldburg*, (Leopoldus Fridericus) S. R. I. Dapifer hereditarius, Comes *de* Fridberg & Trauchburg, *Colonienſis Subdecanus, Moguntinenſis & Argentinenſis Canonicus*, quondam etiam Decanus *S. Ferrutii* in Bleidenſtadt. † Moguntiæ anno 1667, die 31 Auguſt. humatus in loco Memoriæ.

12.. de *Türckheim*, (Conradus) *Canonicus*, poſt *Scholaſticus*, & e Scholaſtico *Decanus* factus, vt ſupra p. 317 & 299 dictum. † Epiſcopus Wormatienſis anno 1247.

14.. *de *Türckheim*, (Ludouicus Erckbrecht) *Canonicus* circa annum 1450, vt *Humbracht* habet tab. 136.

12.. * de *Turri*, (Eberhardus) *Canonicus.* Donauit eccleſiæ Moguntinæ domum ſuam adiacentem curiæ *zum Rômer* an. 1258, feria 3 poſt Dominicam *Reminiſcere.* † *Cantor*, vt ſupra videre eſt, an. 1300.

12.. * de *Turri*, (Adeluolcus) *Scholaſticus* circa annum 1270; quo confer, quæ in *Scholaſticis* attuli p. 317.

V. Vol-

V.

VOlcholdus, *Decanus*, vixit, vt supra p. 297 legere est, circa an. 1090. Ab *Helvvichio* perperam vocatur *Volckmarus*. 10..

Volpertus, *Canonicus Moguntinus, ac Brunsuigæ ad S. Cyriaci Præpositus.* Testis anno 1220 in tabulis *Sifridi II* Petrensium, & anno 1227 Sant-Albanensium in gratiam confectis. 12..

de *Vach*, (Henricus) *Canonicus.* Habetur in *lib. Animar.* p. 352 a. d. 6 Id. Aug. ....

de *Vdenheim*, (Petrus) *Canonicus*, postea electus *Scholasticus*, & ex Scholastico *Decanus.* † anno 1448. Vide catalogum tum *illorum* p. 320, tum *istorum* p. 303. 1402

Vechenbach. Vide *Fechenbach* p. 358.

de *Veltheim*, (Conradus) *Canonicus.* Resignauit anno 1512. 15..

de *Veltheim*, (Liuinius) *I. V. D. Præpositus Hildesheimensis, & SS. Petri & Alexandri Aschaffenburgi, Canonicus Moguntinus* * *& Halberstadensis* †. Anno 1529, die 22 Septembr. qua *Capitularis* ab *Alberto* cooptatus in Capellanum **. Obiit mense Maio anno 1531, vt patet ex litteris eiusdem *Alberti* Archiepiscopi, quibus *Wolfgango* Comiti *de* Solms Canonicatum obitu ipsius vacantem contulit ††. 1522

* *Hildesiensem Præpositum ac Moguntinum Canonicum*, nec non *SS. Petri & Alexandri Aschaffenburgi Præpositum* se scripsit in litteris, quibus anno 1526, die 2 Septembr. iudicium Præpositurae Aschaffenburgensis commisit *Conrado Rucker* Scholastico.

† Anno 1530, mense Nouembr. quum mitteretur ad Electorem Saxoniæ, cum litteris inuitatoriis, ad Comitia de eligendo Rege Romanorum habenda, vocatur *Liuin* von *Veltheim*, *Tumprobst zu Hildesheim*, *zu Meinz vnd zu Halberstadt Dumherr.*

** Verba sic habent; *Liuinium* de *Veltheim*, *ecclesiæ nostræ* Canonicum Capitularem, *Præpositum Hildes.* - - - - *in nostrum recipimus Capellanum* &c.

†† Vnde videas, duplicem errorem errare *Helvvichium*. Primo, cum dicit, illum resignasse; dein, cum addit, resignasse ipsum Domicellarem.

de *Veringen*, (Henricus, *Comes*) frater *Hermanni Contracti*, *Canonicus.* Electus anno 1202 Antistes Argentoratensis. † anno 1223, 5 Id. Mart. vt *Wimphelingus* habet p. 57, sepultus in sacello S. Andreæ, quod Argentorati in maiori est. 11..

de *Vilbel*, (Ioannes) *Archipresbyter maioris, nec non B. V. ad gradus Canonicus.* † an. 1519, die 9 Octobr. in loco Memoriæ funeratus. 1491

de *Vinario*, (Gerhardus) *Scholasticus.* Vixit circa annum 1355 & seq. conf. supra pag. 319. 13..

de *Virnenburg*, (Fridericus, *Comes*) *Canonicus.* Occurrit anno 1219 in tabulis fundationis monasterii *S. Catharinæ* iuxta Crucenacum, & anno sequenti in litteris *Christiani*, Præpositi ad S. Victorem, de feudo quodam Vinicellensi, Fratribus ad præbendas collato. 12..

de *Virnenburg*, (Hermannus, *Comes*) *Canonicus.* Memoratus in *libro Animarum* p. 326 ad diem 14 Kalend. August. his verbis: † *Hermannus* de *Virnenburg*, *Canonicus Mogunt.* ....

de *Vlatten*, (Cuno) *Maioris, S. Albani, & S. Victoris ecclesiarum Canonicus.* † anno 1598, die 18 Decembr. vt diserte in necrologio ad h. d. his quidem dicitur verbis: - - anno nonagesimo octauo, 18 Decembr. † - - - *D.* Cuno *a* Vlatten - - - *Senior & Capitularis.* Ex quibus corrigas *Helvvichium*, qui in *Elencho* anno 1597 mortuum tradit. Terræ illatus in peristylio. 1557

de *Vnterschopf*, (Ioannes) *Decanus.* † an. 1345, vt supra p. 301 cognoscere est. 13..

** *Vogt* de *Hunolstein*, (Philippus Christophorus) *Canonicus Moguntinus & Herbipolensis.* † Wirzburgi an. 1651, ætat. 19 an. 1640

1622 *Voit* de *Salzburg*, (Melchior Otto) *Moguntinæ & Herbipolenſis eccleſiarum Canonicus, Præpoſitus Bambergenſis.* Moguntiæ præbendam dimiſit an. 1640, biennio poſt die 25 Auguſti electus Antiſtes Bambergenſis; quem cum ageret, Academiam Bambergæ excitauit, quam ex nomine ſuo *Ottonianam* appellari voluit. † Forchemii anno 1653, die 4 Ianuar. Bambergæ in cathedrali ſepultus.

W.

12·· WAlramus, *Canonicus Moguntinus & Præpoſitus Wormatienſis*, vt *liber Animarum* minor a. d. 2 Non. April. docet. Vixit autem an. 1268. Vid. chronic. *B. V. ad gradus* n. 15 p. 659.

11·· Wilhelmus, *Scholaſticus*, occurrit nobis, vt ſupra iam p. 316 dictum, ab an. 1139 ad 1165 vſque.

11·· Waltherus, *Canonicus.* Teſtes inter in litteris *Conradi I* an. 1185 de conceſſis D. Victoris Fratribus a Præpoſito *Conrado* decimis Hexheimenſibus; anno 1189 de permutatione cum Petrenſibus, & alia an. 1190 cum Stephanitis facta.

11·· Wigenandus, *Canonicus & Subcuſtos.* Vendidit Capitulo S. Ioannis anno 1182 curiam, quam ab eodem antea emerat, in vico vrbis *Selhouen* dicto, hodie *auf dem Graben.* Fratres habuit *Conradum* & *Dietherum*, vt in dictis Capituli *D. Ioannis* tabulis diſerte habetur.

13·· de *Wahlen*, (Dietmarus) *Canonicus Moguntinus & Wormatienſis. Eccardi* Epiſcopi Wormat. Vicarius in ſpiritualibus & temporalibus*, *Conradi II* Electoris & Archiepiſcopi a ſanctioribus conſiliis (*vnſer lieber Hemlicher* dictus) a quo etiam Romam miſſus fuit, vt patet ex ipſius litteris anno 1392 feria 3 poſt Epiphan. Ehrnfelſæ ſcriptis. Anno 1398 beneficiis ſuis priuatus & exutus, vt in *Ioanne II* ad *Serarium* dixi.

* Teſtibus litteris anno 1378 ſignatis.

···· de *Walbach*, (Wernerus) *Canonicus.* Memoratur in *libro Animarum* p. 337 ad diem 5 Kalend. Auguſti.

1553 de *Walbrunn*, (Ioannes Henricus) † *Scholaſticus maioris* anno 1573. Quo vide ſupra p. 322.

13·· de *Waldeck*, (Godefridus) *Canonicus Moguntinus & Præpoſitus B. V. Erfurti.* Occurrit nobis anno 1317; anno 1337 *Helvvichio*, vt in *Elencho* p. 238 videre eſt.

13·· de *Waldeck*, (Emicho) *Canonicus*, Adolfi I a conſiliis intimis. Obtulit ſe nobis ab anno 1363 ad 1380 vſque. † *II Id. Nouembr.* vt in necrologio eſt p. 496.

13·· de *Waldeck*, (Conradus) *Canonicus.* Vixit, referente *Helvvichio*, ſub an. 1388. † *II Kalend. Iun.* vt in *libro Animarum* p. 263 annotatum.

1408 de *Waldeck*, (Ioannes) *Canonicus.* Conf. *Humbracht* tab. 222.

1411 *Waldeck* de *Vben*, (Fridericus) *Canonicus.* Egit anno 1413 Viennæ, liberalibus operam dans ſtudiis. *Ederus* in catalogo p. 15. In catalogo Canonicorum veteri memoratur an 1420 & ſeq. in inſtrumento de electione *Conradi Rau* Senioris, & *Richardi* de *Cleen* in Cantorem an. 1441; in necrologio p. 370 ad diem 11 Kal. Septembr.

1518 de *Waldeck*, (Franciſcus, *Comes*) *Maioris & ad D. Victoris Canonicus.* Electus Epiſcopus Mindenſis anno 1530, Oſnabrugenſis anno 1531, Monaſterienſis anno 1532: quo quidem anno Moguntiæ Canonicatum dimiſit. † anno 1553, die 22 Iun. Monaſterii in ſumma æde ſepultus. *Vir laudatiſſimus, mente & corpore Heros*, vt *Bucelinus* loquitur parte I Germaniæ ſacræ p. 31, *optimus & pacificus Princeps*, p. 32, & p. 28 *Vir inſignis, ſed qui in miſera Anabaptiſtarum tempora incidit, a quibus fœde exagitatus.*

de

de *Waldeck*, (Philippus, *Comes*) *Canonicus Moguntinus & Argentinensis, nec non Præpositus ad D. Bartholomæi Francofurti*, successit fratri *Francisco*, & † Senior an. 1571, die 14 Octobr. vt *Helvvichius* recte habet in *Nobilitate ecclesiæ Moguntinæ* ad h.a. ex qua vitium, quod librarii sine dubio culpa in *Elenchum* olim irrepsit, corrigendum. 1532

Waldecker de *Kempt*, (Michael) *Canonicus Capitularis.* Studio religionis Catholicæ defendendæ an. 1632 militiæ nomen dedit, ac abdicato dein an. 1646 beneficio ecclesiastico, vxorem duxit. 1613

de *Waldenburg* dictus *Schenckern*, (Adolfus, *Baro*) *Maioris, D. Albani, & S. Victoris Canonicus*, supremus castri *Schvveickartsburg* Præfectus (*Obrister Burgvogt*) Beneficiatus altaris *S. Magdalenæ* in arce Ehrnfels. † an. 1633 mense Septembri Coloniæ; ibidem apud FF. Minores sepultus. 1612

** de *Waldenburg* dictus *Schenckern*, (Ioannes Suicardus, *Baro*) *Maioris & D. Albani Canonicus.* Resignauit anno 1651. 1632

** de *Waldenburg* dictus *Schenckern*, (Anselmus Franciscus, *Baro*) *Maioris ac D. Albani Canonicus, S. Victoris Decanus.* † an. 1692, die 3 Aug. Moguntiæ apud FF. Prædicatores sepulturæ locum nactus. 1651

** de *Waldenburg* dictus *Schenckern*, (Ioannes Adolfus, *Baro*) *Metropolitanæ & S. Victoris Canonicus, ad S. Petrum Præpositus.* 1674

** de *Walderdorf*, (Adamus Dietericus, *Baro*) *Moguntiæ maioris, Herbipoli cathedralis & ad D. Burchardi Canonicus.* Cessit anno 1646, die 3 April. fratri. 1627

** de *Walderdorf*, (Wildericus, *Baro*) *Canonicus Moguntinus & Herbipolensis, Spiræ maior Præpositus, D. Albani quondam Scholasticus*, ab Eminentissimo Archiepiscopo Electore *Ioanne Philippo* Vicarius in spiritualibus generalis ipso hoc anno constitutus. Dein an. 1658 vna cum *Marsilio Godefrido* ab *Ingelheim* Romam Legati missus titulo. Vir magna prudentia, singularique virtutis fama, dignus Imperatori *Leopoldo* visus, quem in Vicecancellarium Imperii adsciscret, & tandem an. 1669 in Episcopum Viennensem. † an. 1680, die 4 Septembr. Viennæ in cathedrali sepultus. 1647

** de *Walderdorf*, (Philippus Wildericus, *Baro*) *Moguntiæ maioris & ad D. Albani, Treueri* item *metropolitanæ*, & *Herbipoli ad D. Burchardi Canonicus.* † Confluentiæ, Canonicorum Moguntinensium senior, an. 1699, die 31 Iul. ibidemque apud Franciscanos honestissimo ante aram summam loco sepulcrum cepit. 1658

** de *Walderdorf*, (Iohannes Hugo, *Baro*) *Moguntiæ & Treueri ecclesiarum metropolitanarum Canonicus.* 1701

Waltbott de *Bassenheim*, (Ioannes Theodericus) *Maioris, S. Albani, S. Petri, & S. Victoris Canonicus.* † anno 1610, die 12 Mart. in sacello S. Magni sepultus. 1578

Waltbott de *Bassenheim*, (Antonius I) *Canonicus maioris ac D. Albani* &c. factus *Cantor* & tandem *Præpositus.* † anno 1629. 1579

Waltbott de *Bassenh.* in *Olbruck*, (Ioannes Suicardus) *Maioris & S. Albani ecclesiarum Canonicus.* † *Cantor* anno 1656. 1612

Waltbott de *Bassenheim*, (Antonius II) *Moguntiæ maioris, D. Victoris, & B. M. V. ad gradus, Treueri metropolitanæ, & Spiræ cathedralis Canonicus.* † anno 1636, mense Martio. 1622

** *Waltbott* de *Bassenh.* in *Olbruck* & *Königsfeld*, (Ernestus Emericus, *Baro*) *Moguntinæ & Treuirensis ecclesiarum Canonicus, Præpositus Kerpensis.* Resignauit anno 1667, die 31 mensis Decembris. 1634

** *Waltbott* de *Bassenheim*, (Franciscus Emericus Caspar, *Baro*) *Canonicus*, factus maioris *Custos*, & tandem Episcopus Wormat. † an. 1683. Vide supra p. 315. 1637

** *Waltbott* de *Bassenheim* in *Olbruck*, (Georgius Suicardus, *Baro*) *Moguntiæ maioris & D. Albani, Spiræ cathedralis Canonicus.* † Domicellaris an. 1664, die 12 Augusti in Hungaria. 1649

** *Walt-*

1651 ** *Waltbott* de *Baſſenheim* in *Olbruck* & *Bornheim*, (Ioannes Iacobus, *Baro*) *Metropolitanæ*, *D. Albani*, *& D. Victoris Canonicus.* Eminentiſſimi Electoris Conſiliarius intimus & Locumtenens Erfurtenſis. † Senior an. 1697, die 10 Maii, Erfurti in æde B. V. funeratus.

1660 ** *Waltbott* de *Baſſenheim*, (Caſimirus Ferdinandus Adolfus, *Baro*) *Canonicus*, & in exercitu Cæſareo quondam Vicecolonellus ſiue Præfectus cum imperio cohortis equitum cataphractorum; quem hodie *Summum Scholaſticum* veneramur, ac *Locumtenentem.*

1683 ** *Waltbott* de *Baſſenheim*, (Carolus Lotharius, *Baro*) *Canonicus.* Reſignauit Domicellaris an. 1696, d. 26 Sept. † an. ſequenti 1697, ſepultus in Baſſenheim.

1690 ** *Waltbott* de *Baſſenheim*, in *Olbruck*, (Ioannes Philippus Carolus Ioſephus, *Baro*) *Maioris*, *nec non Equeſtrium S. Albani & S. Ferrutii in Bleidenſtadt Canonicus*, Reuerendiſſimi Capituli Præfectus Bingenſis.

1696 ** *Waltbott* in *Baſſenheim*, (Franciſcus Hugo, *Baro*) *Canonicus Moguntinus*, *Treuirenſis*, *Wormatienſis*, & *Bruchſalienſis.*

14.. *Wambold* de *Vmbſtatt*, (Philippus) *Canonicus.* Vixit an. 1483, & eodem reſignauit, vt habetur in tabula *Canonicorum* Capitulari. Conf. *Humbracht* tab. 177.

1556 *Wambold* ab *Vmbſtatt*, (Anſelmus Caſimirus I) *Moguntiæ maioris*, *nec non D. Victoris Canonicus*, *Scholaſticus D. Albani*, & *Halberſtadii cathedralis Præpoſitus.* Splendidis præfectus fuit muneribus, conſtitutus Aſchaffenburgi Locumtenens, tum vero Præſes conſilii Aulici. Poſtquam *Scholaſticum* maioris quatuor egiſſet menſibus, merito ſuo ad culmen Archiepiſcopale euectus eſt. † an. 1647, die 9 Octobr.

1697 ** *Wambold* ab *Vmbſtatt*, (Anſelmus Caſimirus II) *Canonicus Moguntinus & Wormatienſis*, Sereniſſimi Archiepiſcopi & Electoris Treuirenſis Conſiliarius intimus & ſupremus Camerarius.

1595 de *Warsberg*, (Ioannes Philippus) *Maioris*, *S. Albani*, *B. M. V. ad gradus*, *ac S. Ferrutii in Bleidenſtadt Canonicus.* † an. 1639, d. 14 Septembr. in ſacello D. Andreæ ſepultus.

1692 **de *Warsberg*, (Anſelmus Franciſcus Erneſtus, *Baro*) *Canonicus Moguntinus*, *Treuirenſis*, *& Spirenſis*, *Chorepiſcopus S. Lubentii in Dietkirchen.*

.... de *Wartenberg*, (Conradus) *Canonicus.* Occurrit in *libro Animarum* p. 520*, diciturque mortuus 6 *Kal. Decembr.* ſed ſine anno, vt *Helvvichius* iam obſeruauit. *Humbracht* tab. 203 vixiſſe ait circa an. 1300.

* His quidem verbis: † *Conradus* de *Wartenberg*, *Canonicus Mogunt. vnde dantur --- item vna marca de XVIII Sol. Colon. cedentibus de curia ſpectante ad Vicariam Domini Abbatis Fuldenſis ſita in noua ciuitate in Moguncia --- it. VII Sol. cedentes de curia* zum More, *ex oppoſito Capelle S. Michaelis in cymiterio parochialis S. Hemmerami.*

13.. de *Wartenberg*, (Ioannes I) *Canonicus.* Subiit nobis an. 1316, 1330, 1344, 1349. Vt veriſimile ſit, dum in Elencho *Helvvichii* an. 1391 defunctus dicitur, numeros typothetæ vitio corruptos eſſe.

13.. de *Wartenberg*, (Ioannes II ſeu *Iunior*) *Canonicus.* Lectus nobis in documentis variis ab an. 1364 vſque ad 1388.

13.. *de *Wartenberg*, (Ioannes III) *Canonicus.* Simul cum *Ioanne II* an. 1388 in dictorum documentorum vno adducitur.

13.. de *Wartenberg*, (Sifridus) *Canonicus.* Memoratur an. 1377, 1380, 1393. In litteris vero *Ioannis II*, quibus an. 1401 ſuper variis diſſenſionibus, quæ ei cum *Cunone* de *Stertzelnheim*, Cantore, præcipue ratione Archipresbyteratus in eccleſia Moguntinenſi, intercedebant, pronuntiauit, vocatur *Sifridus Schaufus*, *alias* de *Wartenberg.*

14.. de *Waſen*, (Eberhardus) *Canonicus. Vixit anno* 1470. Ita *Helvvichius* p. 234.

1544 de *Weiler*, (Iodocus) *S. Albani Scholaſticus*, *Maioris*, *nec non B. M. V. Canonicus*, *Præfectus Bingenſis.* Duorum Beneficiatus altarium, *ſanctæ Catharinæ* in Schmerlenbach, prouiſione Abbatiſſæ, *Margaretæ Fockin* de *VValſtatt*, & *S. Vlrici Epiſcopi* in caſtro

ſtro Laneck. † Senior an. 1584, die 1 Febr. tumulatus in periſtylio.

de *Weiler*, (Iodocus Philippus) *Scholaſticus*. † an. 1655. Videatur catalogus *Scholaſticorum* p. 324. 1605

de *Weinſperg*, (Conradus, *Dominus*) *Canonicus*; inde *Scholaſticus*, vt ſupra p. 319 dictum; tandem ad gubernacula Archiepiſcopatus adſcitus. † an. 1396, die 19 Octobr. 13..

Weiſs, (Ioannes) *Canonicus Sacerdos*. Citatur, vt *Helvvichius* quidem narrat, in *libro Animarum*, ſed ſine anno. ....

Weiſs de *Feuerbach*, (Ioannes) *Canonicus*, *Scholaſticus*, & porro *Decanus*, † an. 1428, Vid. ſupra in *Decanis* p. 302. 1392

de *Weitershauſen*, (Witikindus) *Canonicus*. † an. 14.. *Helvvichius* p. 255. 1429

de *Wertheim*, (Wilhelmus I, *Comes*) *Moguntinenſis, & Colonienſis eccleſiarum Canonicus*. † an. 1400, die 9 Auguſti. 13..

de *VVertheim*, (Georgius, *Comes*) *Canonicus Moguntinus*, *ad B.V. Erfurti Præpoſitus*. Occurrit nobis an. 1386 & 1395. Reſignauit, vt *Helvvichius* refert, an. 1422. 13..

de *VVertheim*, (Ioannes, *Comes*) *Decanus Colonienſis, Canonicus Moguntinus & Herbipolenſis*. † an. 14.. 1422

*de *VVertheim*, (Ludouicus, *Comes*) *Canonicus*. Habetur in catalogo Canonicorum an. 1449 confecto, & anno ſequenti in inſtrumento de electione Henrici de Greiffenclau in Decanum. an. 1457, in tabulis de compoſita controuerſia, quæ ciuibus Eltuillenſibus erat cum Senatu. 14..

de *Wertheim*, (Fridericus, *Comes*) *Moguntinus & Wirzburgenſis Canonicus*. Vixit an. 1450. *Helvvichius* p. 236. 14..

de *Wertheim*, (Wilhelmus II, *Comes*) *Maioris Canonicus & Præpoſitus S. Albani*. Vicarius in ſpiritualibus conſtitutus an. 1478. † an. 1489. 1461

de *Wertorff*, (Dietherus) *Canonicus*. † an. 14.. *Helvvichius* p. 234. 1448

de *Wertorff*, (Theodericus I) *Maioris, S. Albani, & D. Petri Canonicus*, nec non ciuitatis Camerarius, Rector parochialis villæ Offleiden. † an. 1532, vt epitaphium & liber Animarum p. 550 explicate habent, non autem 1530, ceu *Helvvichius* prodit, die 20 Decembr. in ſacello D. Nicolai illatus ſepulcro. 1499

de *Wertorff*, (Theodericus II) *Maioris ac S. Albani Canonicus*. † an. 1543, die 3 Decembr. ſepultus in periſtylio iuxta domum Capitularem. 1522

de *Weſterburg*, (Sifridus, *Dominus*) *Præpoſitus Moguntinus*, factus an. 1275 Archiepiſcopus Colonienſis, vt ſupra p. 274 in *Præpoſitis* videre eſt. 12..

* de *Weſterburg*, (Reinhardus, *Dominus*) *Canonicus Moguntinus*. Adducitur in litteris Henrici Archiepiſcopi Colonienſis an. 1331 datis, quibus ciues Moguntini, ob deſtructionem monaſteriorum anathematis illigati, deteſtationibus eximuntur. Colonienſis etiam Canonicus fuit. 13..

** de *Weſtphalen*, (Wilhelmus Theodorus) *Canonicus Moguntinus*. † Cetera, quæ conſecutus fuit, beneficia nobis haud comperta. † an. 1660. 1634

de *Wettin*, (Otto) *Canonicus*, & e Canonico *Decanus* factus an. 1364. † Epiſcopus Mindenſis an. 1368, vt pluribus legas in *Decanis* p. 302. 13..

de *Wichſenſtein*, (Philippus) *Maioris ac D. Albani, nec non Herbipoli ad D. Burchardi Canonicus*. † an. 1558, die 3 Octobr. ſepultus in loco Memoriæ. 1537

* de *Wilnavv*, (Ioannes, *Comes*) *Canonicus Moguntinus & Præpoſitus Limburgenſis*, qui nobis ſe obtulit in documentis quibusdam antiquis, dictam Præpoſituram ſpectantibus. ....

* de *Wilnavv*, (Hermannus, *Comes*) *Canonicus Moguntinus & Archidiaconus Treuirenſis*. Teſtis locum occupat in litteris Henrici Comitis de Gleichen de vendita an. 1294 eccleſiæ Moguntinæ Eichsfeldia, item 12..

anno 1297 in tabulis Henrici Comitis *de* Waldeck de castro Bellerberg, venundato sedi prædictæ.

12.. de *VVilnavv*, (Petrus, *Comes*) *Canonicus.* Occurrit in litteris an. 1294 & 1320 datis. Anno 1326 iam inter mortuos refertur. † autem secundum necrologium 6 *Non. Octobr.* vocaturque *Sacerdos Canonicus Moguntinus.*

12.. *VVildgrauius* siue *Siluestris Comes*, (Gerhardus I) *Canonicus.* Testibus adscriptus est in litteris Capituli maioris, datis anno 1238, quas in chronico *S. Crucis* inuenies. Archiepiscopus factus anno 1251. † Erfordiæ an. 1259, die 25 Septembr. ex quibus *Helvvichium* corrigas, qui an. 1260 mortuum dicit.

12.. *VVildgrauius*, (Hugo) *Canonicus Moguntinus*, *Præpositus Ardacensis.* Occurrit nobis anno 1294 & 1299 in tabulis proxime sequentibus. In *libro Animarum* p. 391 a. d. 2 Nou. his memoratur verbis: † *Hugo*, *VVildegrauius*, *Canonicus Moguntinus.*

12.. *VVildgrauius*, (Gerhardus II) *Canonicus.* Anno 1299 ipse & Fratres *Fridericus*, ac *Gerhardus*, vna cum Agnatis *Emichone*, *Hugone*, & *Gerhardo*, ecclesiæ Moguntinæ donarunt curiam in *Crahencruce* apud villam Ensentheim, vt sequentes docent litteræ;

Nos Emicho *D. G. Frisingensis Episcopus*, Hugo *Præpositus Ardacensis*, *Canonicus Maguntinus*, Gerhardus *Præpositus Frisingensis*, *fratres*, *filii quondam* Emichonis *Siluestris Comitis*, Gerhardus *Canonicus Maguntinus* & Fridericus, *filii quondam Gotfridi* dicti *Royp. Siluestris Comitis, tenore presencium recognoscimus & constare cupimus vniuersis, quod nos omnibus iuribus, que nobis competere videbantur, & que habuimus in curia, que vocatur Crahencruce, sita apud villam Ensentheim, ecclesie Maguntine, que quondam fuit monasterii in Flainheym, tam in aduocaciis quam in seruiciis & herbergiis, ac rebus aliis quibuscunque, ob reuerenciam B. Martini & ecclesie Maguntine, ac perpetuam salutem anime b. m. quondam* Gotfridi *fratris nostri germani & fratr. predictorum, qui in dicta ecclesia Maguntina sepultus est, renunciamus, & predicta iura omnia & singula donamus donacione inter viuos in hys scriptis ecclesie Maguntine predicte pure & simpliciter propter Deum, nec in antea a dicta curia & eius attinenciis aliqua iura vel seruicia requiremus vel recipiemus, aut per alios recipi faciemus. In cuius rei testimonium & perpetuam memoriam, presentem literam ecclesie Maguntine tradidimus & tradimus, sigillis nostris, vna cum sigillis honorabilium virorum* D. Vlrici *de* Bickenbach *Canonici ecclesie Maguntine*, & Ottonis *Militis*, *fratris ipsius D. Vlrici*, *que presentibus sunt appensa*, *firmiter communitam. Et nos* Gerhardus, *& fratres predicti, cum sigilla propria non habemus*, *sigillis patruorum nostrorum predictorum sumus contenti. Actum & datum Maguncie anno Domini MCC nonagesimo nono*, *III Kalend. Ianuar. presentibus D. D. Decano & Scholastico ecclesie Magunt.* & Eberhardo *Præposito in Flainheim*, *& aliis quampluribus fide dignis.*

1559 de *VViltberg*, (Antonius) *Canonicus Moguntinus*, *Præpositus VVormatiensis*, *Erfurtensis*, *ac Bingensis.* Constitutus anno 1572 Prouisor Erfurtensis: quo anno etiam Legatus missus fuit a Daniele ad Conuentum Electoralem Mühlhusinum, & anno 1574 Camerarius renuntiatus. † *Custos* maioris anno 1594. Vid. supra pag. 313. Vbi tamen pro die 9 Februar. quo fatis functum diximus, legas velim, die 16 Februar. Sic enim necrologium, quod interea denuo inspeximus, pag. 81; Anno 1594, die 16 Februar. †--- *Antonius* de *VViltberg*, *Custos.*

de *VViltberg*,

de *Wiltberg*, (Georgius) *Moguntinus ac Bruchſalienſis Canonicus.* † Domicellaris an. 1587, die 4 Id. Decembr. Herbipoli ſtudiorum agens gratia; non autem anno 1588, 16 Februar. vt *Helvvichius* vult; ſic enim in *libro Animarum* p. 540 ad h. d. *A. D.* 1587 † *Ven. & Nob. D.* Georg. *a* Wiltberg, *Canonicus Domicellaris Moguntinus in ſtudio Herbipolenſi.* Locum ſepulturæ inuenit ibidem. 1577

de *Wiltberg*, (Ioannes Philibertus) *Maioris Moguntinæ, & Wormatienſis Canonicus, Præpoſitus S. Stephani, ac D. Albani Cuſtos.* † Domicellaris anno 1596, die 14 Ianuar. in periſtylio funeratus. 1585

de *Wiltberg*, (Iacobus) *Canonicus & Archipresbyter Moguntinus*, itemque *Wormatienſis ac D. Virginis ad gradus Canonicus, ad D. Petri Præpoſitus.* † anno 1605, die 26 Mart. ſepultus in periſtylio. 1589

Dum Helvvichius *in* Elencho *ei in margine annum* 1588 *apponit, errat. Prouiſione enim* Wolfgangi *Archiepiſcopi anno dicto* 1589, *die* 31 *Martii, in locum* Ioannis Ruperti Rau *de* Holzhauſen, *anno ſuperiori Hieroſolymis defuncti, ſuffectus eſt. Fuit etiam, prouiſione Pontificis*, Præpoſitus *ad* D. Albani, *antequam Collegio principi adſcriberetur; ſed breui tempore.*

de *Wiltberg*, (Ioachimus) *Canonicus Moguntinus, Cantor Wormatienſis, Spiræ maioris Scholaſticus, & ad D. Guidonis Præpoſitus.* † anno 1621, die 12 Maii, in periſtylio terræ mandatus. 1601

de *Wilz*, (Ioannes) *Moguntiæ maioris ac D. Albani, Treuirenſis metropolitanæ, itemque Bruchſalienſis eccleſiarum Canonicus.* Reſignauit Domicellaris anno 1597, die 14 Iunii. 1591

de *Winnenburg*, in *Beilſtein*, (Ioannes Daniel, *Baro*) *Moguntiæ maioris ac ad D. Albani, tum vero Colonienſis, Argentinenſis, ac Leodienſis eccleſiarum Canonicus.* Natus patre *Philippo* ſeniore, Præſide conſilii Imperialis aulici, & poſtea Iudice Tribunalis Spirenſis, matre *Vrſula* Comite *de* Rietberg. † anno 1582, die 13 Iulii. 1557

Winter de *Rüdesheim*, (Ioannes) *Canonicus*, Protonotarius ſedis Moguntinæ an. 1398, & Camerarius Iudicii ſæcularis anno 1403 conſtitutus. † an. 1428 (vt necrologium diſtincte habet p. 346) die 4 Auguſti. 13..

de *Wirebach*, (Emicho, *Helvvichio* male *Finicho*) *Canonicus.* Patrem habuit *Hermannum* Militem, fratres *Godeboldum* & *Emichonem*, qui anno 1219 interfuerunt fundationi monaſterii *D. Catharinæ* prope Mannendal, non procul Crucenaco. Ipſe citatur in litteris cœnobii Rupertini an. 1215 ſignatis, vt *Helvvichius* habet p. 236. 12..

** *Wolf*, (Ioannes Wilhelmus, *Baro*) dictus *Metternich* in *Gracht*, *Canonicus*, factus dein *Scholaſticus*, *Decanus*, *Præpoſitus.* † an. 1694. Vid. ſupra p. 324, 308, 296. 1631

** *Wolf*, (Hieronymus Leopoldus Edmundus, *Baro*) dictus *Metternich* in *Gracht*, *Canonicus Moguntinus & Hildeſienſis.* Reſignauit an. 1692, vxorem ducens, factus Conſiliarius intimus Paderbornenſis & ſupremus ſtabuli Præfectus. 1673

Wolf de *Sponheim*, (Fridericus) *Moguntiæ maioris, Spiræ cathedralis Canonicus, nec non S. Guidonis ibidem Præpoſitus.* Quum anno 1462 tempore diſſidii Moguntini a *Diethero* & *Friderico* Palatino accerſitus fuiſſet, inſtantiſſimeque rogatus, vt appellationi a Pontifice male informato ad melius informandum ſubſcriberet, partim infirmitate corporis, qua afflictabatur, partim metu periculi, in preces illorum conceſſit: quam tamen ſubſcriptionem poſtea Spiræ, cum in libertate eſſet conſtitutus, coram Notario, & teſtibus, *Euchario Göler* de *Rauensburg* & *Nicolao* de *Helmſtatt*, Canonicis Spirenſibus, ſollemniter reuocauit, nullum alium, præterquam *Adolfum* ſe Dominum & Archiepiſcopum Moguntinum agnoſcere profeſſus. 1435

**de *Wolfskeel*, (Ioannes Philippus Otto Fridericus) *Canonicus.* 1719

1668 **de *Wonsheim*, (Ioannes Philippus Franciscus) *Canonicus Moguntinus ac Herbipolensis, Bingensis Præfectus.* † anno 1709, die 21 Ianuar. Bingæ ad D. Martini sepultus.

Velim hic notes, stirpem Nobilium *de* Wonsheim *an.* 1721 *die* 21 *Iul. in* Ioanne Philippo Francisco (*qui patrem* Ioannem Danielem *d.* 23 *Iun. fatis functum secutus, & ad S. Heimerammum sepultus fuit*) *exaruisse.*

13.. de *Würtenberg*, (Ioannes) *Canonicus*, qui, referente *Helvvichio*, vixit an. 1335.

14.. *de *Würtenberg*, (Henricus, *Comes*) Adsumtus Coadiutor ab *Adolfo II*, consensu Capituli & Papæ *Pauli II* confirmatione, anno 1465. Anno 1467, suis quidem de caussis, Coadiutoria decessit, vti lib. 5 rer. Moguntiacar. in adnotationibus ad *Adolfum* § III n. 22 & 33 pluribus docui, ac vxorem duxit.

Z.

11.. de *Zâringen*, (Rudolfus, *Dux*) *Canonicus*, Arnoldo iniquissima morte trucidato a furente plebe, quamuis ausu frustraneo, surrogatus. Vid. chronicon *Christiani* sect. 2 § 3 p. 114.

12.. *de *Ziegenhain*, (Burchardus, *Comes*) *Canonicus maioris & B. M. V. ad gradus Præpositus.* Innocentii III prouisione Archiepiscopus Salisburgensis constitutus, pallioque donatus, sed nec consecratus, nec a populo admissus, mortuus est in itinere in cœnobio Salmansvveil, ibidemque sepultus, anno 1246.

Notes hic, Comites *de* Ziegenhain *sæc. XIII se etiam scripsisse* Comites *de* Reichenbach. *Patet id ex litteris* Godefridi, *de composita, qua ei cum* Sifrido III *intercesserat, controuersia, an.* 1237 *Id. Nouembr. datis, quippe quæ sic incipiunt*; Godfridus D. G. Comes *de* Richenbach, *alias*, de Zygenhain. *Floruit alioquin sæc. XII & XIII peculiaris Comitum, qui* de Reichenbach *cognominabantur & in Hassia sedem habebant, familia, vt supra p.* 391 *ad* Ioannem *de* Rinchenbach *iam annotatum.*

13.. de *Ziegenhain*, (Otto, *Comes*) *Canonicus Moguntinus & Colonienſis.* Occurrit nobis in litteris *Ioannis*, Comitis *de Ziegenhain*, fratris, & *Hedevvigis*, Comitis Illustrissimæ *de* Eberstein, sororis, quibus maternorum bonorum renuntiant substantiæ, fatenturque, eam se cessisse fratri Ottoni, *Dumherrn zu Menze vnd zu Cölne*, datis an. 1331 feria 1 post OO. SS. & rursum anno 1345 in litteris *Henrici* Archiepiscopi. † anno 13.. *a. d.* 3 *Kalend. April.* vt *liber Animarum* habet p. 157. Sepultus in loco *Memoriæ* ante sellam lapideam, iuxta *Ioannem* Comitem *de* Eberstein, saxo sepulcrali teste, qui, licet inscriptio, de qua *Serarius* lib. I cap. XXXI sect. I n. 1 p. 70, penitus nunc sublata sit, bene tamen adhuc ab aliis dignosci potest.

13.. de *Ziegenhain*, (Godefridus, *Comes*) *Canonicus.* Memoratur in *libro Animarum* p. 425 ad diem 6 Kal. Octobr. his verbis. † *Gotfridus* de *Ziegenhan, Canonicus Mogunt. & Mater sua, vnde dantur XXII Solidi Colonienſ. in Hoichem* ---

Notes hic, errare Helvvichium, *dum in* Elencho *p.* 239 *tradit, vixisse illum an.* 1402. *Ex monumentis enim fide dignis patet, eum sub sæculi superioris, XIV scilicet, initia, adulta tam fuisse ætate. Anno certe* 1309 *occurrit qua* Canonicus ecclesiæ Münzenbergensis, *sequenti, cum præsentatus siue nominatus esset ad Parochi munia in villa* Crutzen *gerenda, a* Godefrido *de* Eppenstein *incusatus fuit homicidii in Nithe,* Henrico *de* Rumrod *interfecto, perpetrati.*

13.. *de *Ziegenhain*, (Ioannes, *Comes*) *Canonicus Moguntinus & Treuirenſis.* Vixit anno 1394, Viennæ litteris dans operam. *Ederus* in catalogo Rectorum Archigymnasii Viennensis p. 8.

1497 *Zobel* de *Gibelstatt*, (Theodericus) *Canonicus.* Constitutus anno 1506 Vicarius in spiritualibus generalis. † *Scholasticus* anno 1531. quo vid. p. 321.

1601 *Zobel* de *Gibelstatt*, (Conradus Ludouicus) *Canonicus Moguntinus & Herbipolenſis, itemque cœnobii Westervvinckel Præpositus, ac Comburgenſis Decanus.* † Herbipoli an. 1619, mense Maio, ibidemque sepultus est.

SANCTAE

SANTINAE CTANI

LOT FRA

S. Sedis M
S.R.I. per G
Pr
Epiſc

COA

1695 FRANCISCVS
Comes

*1687 *Ioannes Philipp*
Franciæ Orien

* Hic incipit Turnus anno 1720 die 10 Septembr. renovatus.

1687 *Hugo Wolfgang*

1686 *Carolus Ioſephus*

1660 *Caſimirus Ferdin*

1677 *Philippus Carol*

1673 *Ferdinandus Ben*
1674 *Ioannes Adolfus*
1676 *Damianus Eckenb*

Tom. II

lhelmus L. B. *de* Bicken *in* Hayn.
angus Henricus L. B. *de* Rollingen.
pus Ioſephus L. B. *de* Waltbott *a* Baſſenheim *in* Olbruck.
rus Wilhelmus L. B. *de* Gymnich *in* Viſchel.
nciſcus Erneſtus L. B. *de* Warsberg.
uciſcus L. B. *ab* Ingelheim, *dictus* Echter *de* Meſpelbrunn.
iſcus Iacobus L. B. *ab* Hoheneck.
hus Comes *ab* Hazfeld & Gleichen.
go L. B. *de* Waltbott *a* Baſſenheim.
lefridus Carolus L. B. *ab* Oſtein.
nirus L. B. *de* Wambold *in* Vmbſtatt.
onius L. B. *de* Sickingen.
rdus Oſwaldus L. B. *de* Sickingen, *Presbyter.*
L. B. *de* Walderdorf.
rſilius L. B. *ab* Hoheneck, *Archipresbyter.*
cus L. B. *de* Breitbach *in* Bürresheim, *Presbyter.*

OMICELLARES

pus Henricus L. B. *de* Greiffenclau *in* Volrats.
pphorus Rudolfus L. B. *de* Roſenbach.
lefridus Antonius L. B. *de* Knebel *a* Catzenelenbogen.
ericus L. B. *de* Bettendorf.
ciſcus L. B. *de* Keſſelſtatt.
dolfus L. B. *de* Groſchlag *a* Diepurg.
us Carolus Filius *in* Elz.
riſtophorus a Bubenhoven.
ricus L. B. *de* Leyen.
icus Chriſtianus ab Ertahl.
nciſcus Ignatius Specht *a* Bubenheim.
pus Chriſtophorus L. B. *de* Sickingen.
rgius Ioſephus Comes *de* Stadion.
hus L. B. *de* Breitbach *in* Bürresheim.
us a Cappel.
ppus Otto Fridericus a Wolffskeel.
dinandus L. B. *de* Metternich *in* Müllenarck.
lus Frey *von* Dehren, *in poſſeſſionem immiſſus*
9 Nouembr.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

SANCTAE SEDIS MOGVNTINAE
nec non
COLLEGII METROPOLITANI
FACIES,
vt se sub anni MDCCXXI incunabula habuit.

LOTHARIVS FRANCISCVS,
S. Sedis Moguntinæ Archiepiscopus,
S. R. I. per Germaniam Archicancellarius,
Princeps Elector,
Episcopus Bambergensis.

* * *

COADIVTOR 1710

1695 FRANCISCVS LVDOVICVS, Archiepiscopus Treuirensis &c. Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ &c.

* * *

Præpositus 1714

Ille mihi Textus anno 1720. die 10. Septembr. præmatur.

*1687 *Ioannes Philippus Franciscus*, Episcopus Herbipolensis, Franciæ Orientalis Dux, Comes *de* Schonborn Buchcim.

Decanus 1709

1687 *Hugo Wolfgangus* L. B. *de* Kesselstatt, *Presbyter.*

Custos 1720

1686 *Carolus Iosephus Lotharius* L. B. Schenck *de* Schmidberg.

Scholasticus 1704

1660 *Casimirus Ferdinandus Adolfus* L. B. *de* Waltbott *a* Bassenheim.

Cantor 1710

1677 *Philippus Carolus* Dominus *in* Elz.

* * *

1673 *Ferdinandus Benedictus* L. B. *de* Galen, *Senior.*
1674 *Ioannes Adolfus* L. B. *de* Waldenburg *dictus* Schenckern.
1676 *Damianus Eckenbertus* Camerarius *de* Wormatia L. B. *a* Dalberg.

1680 *Fridericus Wilhelmus* L. B. *de* Bicken *in* Hayn.
1685 *Carolus Wolfgangus Henricus* L. B. *de* Rollingen.
1690 *Ioannes Philippus Iosephus* L. B. *de* Waltbott *a* Bassenheim *in* Olbruck.
1690 *Carolus Casparus Wilhelmus* L. B. *de* Gymnich *in* Vischel.
1692 *Anselmus Franciscus Ernestus* L. B. *de* Warsberg.
1694 *Anselmus Franciscus* L. B. *ab* Ingelheim, *dictus* Echter *de* Mespelbrunn.
1695 *Ioannes Franciscus Iacobus* L. B. *ab* Hoheneck.
1695 *Henricus Iosephus* Comes *ab* Hatzfeld & Gleichen.
1696 *Franciscus Hugo* L. B. *de* Waltbott *a* Bassenheim.
1696 *Franciscus Godefridus Carolus* L. B. *ab* Ostein.
1697 *Anselmus Casimirus* L. B. *de* Wambold *in* Vmbstatt.
1699 *Casimirus Antonius* L. B. *de* Sickingen.
1700 *Henricus Suicardus Osvvaldus* L. B. *de* Sickingen, *Presbyter.*
1701 *Ioannes Hugo* L. B. *de* Walderdorf.
1705 *Wildericus Marsilius* L. B. *ab* Hoheneck, *Archipresbyter.*
Hic fuit Tomus. 1710 *Carolus Emericus* L. B. *de* Breitbach *in* Bürresheim, *Presbyter.*

* DOMICELLARES *

1701 *Carolus Philippus Henricus* L. B. *de* Greiffenclau *in* Volrats.
1702 *Ioannes Christophorus Rudolfus* L. B. *de* Rosenbach.
1703 *Franciscus Godefridus Antonius* L. B. *de* Knebel *a* Catzenelenbogen.
1709 *Anselmus Fridericus* L. B. *de* Bettendorf.
1709 *Iosephus Franciscus* L. B. *de* Kesselstatt.
1709 *Franciscus Rudolfus* L. B. *de* Groschlag *a* Diepurg.
1711 *Hugo Franciscus Carolus* Filius *in* Elz.
1713 *Wilhelmus Christophorus* a Bubenhoven.
1714 *Ioannes Wildericus* L. B. *de* Leyen.
1714 *Ioannes Ludovicus Christianus* ab Ertahl.
1717 *Lotharius Franciscus Ignatius* Specht *a* Bubenheim.
1718 *Ioannes Philippus Christophorus* L. B. *de* Sickingen.
1718 *Lotharius Georgius Iosephus* Comes *de* Stadion.
1719 *Emericus Iosephus* L. B. *de* Breitbach *in* Bürresheim.
1719 *Simon Henarus* a Cappel.
1719 *Ioannes Philippus Otto Fridericus* a Wolffskeel.
1720 *Lotharius Ferdinandus* L. B. *de* Metternich *in* Müllenarck.
1720 *Ioannes Ernestus* Frey *von* Dehren, *in possessionem immissus d. 9 Novembr.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ELENCHVS
SVFFRAGANEORVM
MOGVNTINENSIVM,

siue

REVERENDISSIMORVM
PONTIFICII MVNERIS,
IN PARTIBVS RHENI,
DIOECESIS MOGVNTINAE,
VICARIORVM.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

LECTORI BENEVOLO

GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS

S. D.

VTi variis Historiæ Moguntinensis capitibus tum eruendis, tum illustrandis, pro suo in eam amore studioque, manum admouit doctissimus HELWICHIVS; ita de SVFFRAGANEIS etiam MOGVNTINIS, siue illis, qui Archiepiscoporum Moguntinensium in pontificii muneris procuratione Vicarii fuere, siue, vt quibusdam vocari solent, *Adiutores*, nonnulla schedis fugitiuis commisit; sine dubio, vt succedente ea tempore perficeret *, preloque pararet.

* *Id sane vel ex illis ipsis colligere est. Cum enim sub auspicium laboris istius diserte notasset, primum illorum, quem quidem reperire potuerit, esse* Henricum, *Archiepiscopo* Arnoldo *suffragatum; postea tamen &* Reginbaldum *adiecit.*

Sed enim, cum inter bellicas, quæ superiori sæculo Moguntiam miserandum in modum affligebant, calamitates, præmatura præstantissimus VIR interceptus esset morte, spem istam omnem, de his æque ac aliis laboribus, haud parum ad rei incrementum litterariæ, si prodiissent, facturis, *Antiquitatibus* scilicet *Moguntinis*, *Epitaphiis ac*, quæ supererant, *sepulcrorum inscriptionibus*, *Schematibus genearchicis*, *Annalibus Vormatiensibus*, *Catalogo Prælatorum & Canonicorum ecclesiæ Moguntinensis pleniori*, *Chronico D. Albani* &c. destituit.

Ex eo iacuere schedæ istæ priuatos intra parietes, ac neminem inuenere, τῷ μαχαρίτᾳ in locum qui succederet, ac vltimam catalogo isti admoueret manum, donec tandem VIRO supra mihi laudato obtingerent. Is enim, quo litterarum prouehendarum, præcipue vero Historiæ Moguntinæ tenetur studio, pensi statim habuit, vt quæ Helvvichianis supplendis & emendandis inseruirent, quam diligentissime obseruaret iuxta colligeretque.

Hæc cum postea meæ commisisset curæ, in ordinem ea redegi, nonnullisque adiectis, prelo, vt *Helvvichius* secum constituerat, hoc libentius paraui, quo magis in spem veni, eruditis haud prorsus ingratam vel inutilem fore hanc operam.

Velim autem notes iuxta probeque teneas, 1) quod antiquioribus temporibus, vti alii Archiepiscopi & Antistites, ita etiam Moguntinenses nostri ipsimet plerumque, Adiutoribus siue Vicariis ordinariis haud adhibitis, pontificia, quæ eis incumbebant, munia exercuerint: vti sane *Lullus* Laurishami ædem D. Nazarii; *Richolfus* Fuldæ ædem S. Mariæ, aliasque alibi; *Otgarius* parochialem villæ Nolckheimensis; *Rabanus* Heiligenstadii Collegialem D. Martini memoriæ & honori dicatam; *Luitbertus* ædem Salmünsterensem; *Hildebertus* Fuldæ sacellum D. Georgio sacrum; *Willigisus* Halberstadii aram principem, alii alias ædes inaugurarunt, & præter Episcopos, Abbates etiam benedictionis affecerunt munere, Rectrices aggregatis in vitæ communionem Virginibus impositas velarunt; vt tum *Serarius* in vitis eorum memorauit, tum ego

in adnotationibus. 2) Si vero negotiorum impediti multitudine munia hæc aliaque ipsi obire haud poterant, quod tum ad ea exequenda *Chorepiscopos* adhibuerint, vt *Otgarius* Reginbaldum, *Bardo* Abellinum; vel Suffraganeorum suorum vnum, alterumue; vti *Adelbertus I* Buggonem Vormatiensem ad consecrandam ædem monasterii Sponheimensis, Brunonem Argentoratensem ad dedicandam parochialem villæ Dalheim. 3) Quod sub medium sæculi XIII Suffraganeos titulares, eosque ordinarios paulatim adsumserint: vti sane Lateranense Concilium, grauibus de caussis, nuper indulserat, vt vbi publica negotia, valetudo, incursiones hostiles, litterarum ac doctrinæ inopia obstarent, hic Episcopis Adiutorem in partem curarum adsciscere fas esset 4) Quod interdum ad certum tantummodo tempus id genus Vicarios ad pontificii muneris procurationem cooptarint, vt *Ioannes II* Archiepiscopus Conradum Episcopum Christinopolitanum; interdum, sicuti tempus ratioque postulabant, modo hoc vsi fuerint, modo illo; vti *Gerlacus* nunc Rudolfo Salonienſi, nunc Alberto Ippusensi. Hæc, velim, notes. quod si enim eorum habueris rationem, vti omnino par est, hoc facilius & sine offensione percurrere poteris, quos hic recenseo.

Illis, quorum *Helvvichius* nullam habuit notitiam, stellulam præfixi. De cetero, cum eorum, quæ ille congessit, pauca omnino fuerint, necessarium haud iudicaui, a nostris ea peculiari distinguere signo. Tandem, vbi ille substitit, perrexi, eosque, qui ab ipsius obitu ad præsens vsque tempus pontificia cura in ecclesia Moguntinensi perfuncti sunt, iusta adieci serie. Vale!

REGIN-

REGINBALDVS

Archiepiſcopi Otgarii *Suffraganeus.*

EVldæ oſſa SS. martyrum Alexandri & Fabiani magna cum reuerentia, ſollemnibusque cæremoniis in ædem B. M. V. intulit. Sic enim *Rudolfus Scholaſticus*, qui vitam B. Rabani ſcripſit, n. XVI, (Hrabanus) *cum auctoritate* Otgarii *Archiepiſcopi Moguntiacenſis eccleſiæ per* Reginbaldum, Coepiſcopum eius, *oſſa SS. martyrum, Alexandri & Fabiani, cum magno honore intulit in eccleſiam beatæ Dei genitricis Mariæ* &c. Ad quæ verba *Mabillonius* in notis: *Paucis refert notare, apud alios legi h. l.* per Reginbaldum Chorepiſcopum. *Nam* Coepiſcopus & Chorepiſcopus *eo ævo promiſcue fere vſurpabantur. Tametſi* Coepiſcopus *non raro etiam* Suffraganeum Epiſcopi *ſignabat.* Idem *Rudolfus* n. XXVII; *erat etiam cum eis* & Reginbaldus Chorepiſcopus *&c.* Forte Otgario ſæpius extra diœceſin & regnum agente, pontificia ille cura in eccleſia Moguntinenſi perfunctus eſt.

* *ABELLINVS*

Suffraganeus Archiepiſcopi *Bardonis.*

Auctor *vitæ Bardonis* anonymus n. LXXIV p. 317 edit. Papebroch. *Miſit ergo* (Bardo, letaliter decumbens) *ſub omni celeritate ad* Suffraganeum *ſuum* Abellinum, *qui eo tempore Fuldæ morabatur, vtpote vocatus illuc a venerabili Patre, Egberdo Abbate, ad ſollemnitatem dulciſſimi & ſanctiſſimi patroni Bonifacii.*

* *SIVARDVS*

Epiſcopus Deblaſenſis,

Proepiſcopus, vt ita dicam, *Moguntinus.*

Adelberto I fatis functo, multas in diœceſi Moguntina ædes, cultui diuino deſtinatas, arasque, Collegii principis permiſſu, ſollemni apparatu dedicauit. Narrat id nobis *Dodechinus* ad annum 1138 his verbis: *Anno MCXXXVIII dedicatum eſt altare Confeſſorum in ſanctuario noui monaſterii, ad aquilonarem plagam ſitum a* Domino Siuardo, Deblaſenſi Epiſcopo *reuerendiſſimo. qui venerabilis Præſul, ab eccleſia ſua iniuſte expulſus, venit in Epiſcopatum Moguntinenſem, cumque eo tempore Præſule caruit, multas inibi eccleſias & altaria, de licentia Moguntinenſis eccleſiæ, conſecrauit.*

HENRICVS

Vicarius Archiepiſcopi Arnoldi.

Anno MCLX parochialem in pede montis circa monaſterium Sponheimenſe recens conſtructam conſecrauit. Teſtis *Trithemius* in chronico Sponheimenſi p. 254; *Anno MCLX, qui fuit Craftonis Abbatis nonus, III Nouembr. indictione VIII, eccleſia parochialis in pede montis circa monaſterium nouiter conſtructa per* Henricum Epiſcopum, Vicarium Arnoldi, *Archiepiſcopi Moguntini, conſecrata eſt in honorem ſacræ & indiuiduæ Trinitatis, S. Crucis, & S. Aegidii Abbatis & Confeſſoris, qui altari incluſit reliquias de S. Aegidio, de S. Vito, de S. Mauricio, de SS. Mauris, de S. Alexandro martyre, de S. Agricio, Archiepiſcopo Treuirenſi, de S. Bonifacio Epiſcopo, de S. Emerentiana virgine, de S. Irmina Virgine, & de vndecim mille virginibus.*

* *HELMBERTVS*

Epiſcopus Hauelbergenſis.

In diœceſi Moguntinenſi vicem gerens Epiſcopalem ſub an. MCXCVII & ſeqq. Conrado I Archiepiſcopo Hieroſolymas profecto. *Chron. Magdeburgenſe MSC.* in *ἀρχείῳ* ... p. 215. Anno MCXCIX Landgrauium religionibus, quibus adſtrictus erat, expediuit, ac piorum in communionem reſtituit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

THEODERICVS

Episcopus Vironensis.

Anno MCCLV rebus parthenonis D. Ruperti iuxta Bingam consulturus, omnibus ibidem diuino cultui religiose vacantibus ad noxæ leuioris piacula quadraginta dierum indulgentiam, vna cum carena, contulit. Anno MCCLX Kal. Ianuar. omnibus, ædem FF. Eremitarum Moguntiæ recens excitatam, noxis pœnitentia rite deletis, diebus statutis frequentantibus, liberalem pœnarum relaxationem indulsit. Bullam ipsam dedi in schediasmate *de origine, statuque monasterii huius.* Anno MCCLXII, die S. Bernhardi Confessoris, dedicauit Capellam, quæ Boppardiæ est in curia monasterii Erbacensis. Anno MCCLXX Francofurti ad Mœnum consecrauit primum sacellum FF. B. M. V. de monte Carmeli.

* CHRISTIANVS

Episcopus Licouiensis.

Wernhero Archiepiscopo in vicaria sacrorum procuratione suffragatus. Docent id litteræ ipsius, quæ extant in hæc verba:

CHRISTIANVS D. G. Episcopus Licouie, Vniuersis Christi fidelibus salutem in auctore salutis. Quoniam ad redimenda peccata & saluandas animas non tantum bona opera prosunt nobis, sed eciam Sanctorum patrociniis indigemus, dignum esse censemus, Sanctos Dei taliter venerari in terris, vt venia, quam non meremur, eorum nobis intercessione donetur.

Cupientes igitur, vt Capella B. Virginis Katherine *apud* Franckenfort *dioc. Magunt. dignis in Domino laudibus & obsequiis frequentetur, & vt in ipsa deinceps diuinum obsequium, quo hactenus caruit, habeatur, & vt eciam in edificiis emendetur, omnibus vere penitentibus & confessis, qui eidem Capelle manum porrexerint adiutricem, aut qui in anniuersario dedicacionis eius die, in die B. Katherine, S. Petri Apostoli, ac in die B. Bartholomei Apostoli, nec non per octauas dierum ipsorum, ad Capellam eandem, in contricione spiritus accesserint reuerenter, diuine propiciacionis graciam petituri, accedente consensu Reuerendi Patris & Domini nostri WERNHERI, Archiepiscopi Maguntini, loci eiusdem Diocesani, de omnipotentis Dei misericordia, & BB. Petri & Pauli Apostolorum eius meritis & auctoritate confisi XL dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus. Data Maguncie anno Domini MCCLXII, XVII Kalend. Maii.*

IOANNES

Episcopus Hettouiensis,

Ordinis Teutonicorum, Reuerendissimi in Christo Patris ac Domini, Domini Wernheri, Archiepiscopi Maguntini, in Pontificalibus Vicarius generalis.

Anno MCCLXXV, feria II post Pascha consecrauit in monasterio Seligenstadt altare B. M. V. a sinistris templi, vbi locus est Abbatum sepulturæ dicatus.

* CHRISTIANVS

Episcopus Sambiensis*.

* *Ab* Helvvichio *in schedis vocatur* Oximbriensis. *Sed perperam; vt ex diplomatis, quæ sequuntur, patet. Fuit alioquin Episcoporum Sambiensium secundus, gente Silesius, qui arcem, oppidumque Fischhausen sibi in domicilium, sedemque extruxit.* Hartknoch *Preussischer Kirchen-Histor. lib. I cap III p.* 169.

Qua occasione ex Prussia Moguntiam delatus sit, haud adeo liquet. Sufficerit igitur memorare, quod & in Thuringia bona quædam sibi compararit, & in diœcesi Moguntina Wernhero Archiepiscopo vicariam in pontificii muneris procuratione operam præstiterit.

Quod ad *illud*, litteræ sequentes fidem faciant;

Nos ALBERTVS *D. G. Thuringie Landgrauius, & Saxonie Comes Palatinus*

nus notum facimus vniuersis has literas inspecturis, quod empcionem bonorum in Guttern factam per Reuerendum Dominum nostrum, Fratrem CHRISTIANVM, *Sambiensem Episcopum, rite & racionabiliter, tam nos, quam filii nostri,* HENRICVS, FRIDERICVS, & THEODERICVS, *ratam tam apud Magistrum Ritzardum, dictorum bonorum venditorem, quam apud emptorem habemus & gratam, consencientes & volentes ad instanciam prefati Domini nostri Christiani Episcopi, vt post ipsius obitum, cuius vita sit longeua, bona predicta in Guttern ad cathedralem ecclesiam Maguntinam libere & absque quolibet impedimento deuoluantur, quod nec per nos vel aliquos successores nostros seu heredes volumus aliqualiter impediri. In cuius rei testimonium presens priuilegium fieri fecimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum in Isenach An. Dn. MCCLXXVII, VII Kalend. April.*

Quod ad *hoc*, anno MCCLXXXI duo altaria in æde, quæ Erbaci, Rhingauiæ vico, diuino sacrata cultui est, indultis populo certa sub conditione peccatorum condonationibus, dedicauit; vt hæ documento sunt tabulæ:

Frater CHRISTIANVS D. G. Sambiensis Episcopus, Vniuersis Christi fidelibus, presentes literas inspecturis, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Pie deuocionis opus agere credimus, dum fidelibus Christi meritorum caussas ostendimus, vt eos ad salutis eterne merenda premia prouocemus.

Igitur vt ecclesia in villa Eberbach congruis honoribus frequentetur, de omnipotentis Dei misericordia, & SS. Petri & Pauli Apostolorum eius autoritate confisi, omnibus vere penitentibus & confessis, qui dictam ecclesiam in festis patronorum & in anniuersariis dedicacionis ipsius deuote visitauerint, idque accedente Diocesani consensu, XL dies & vnam carenam in Domino relaxamus.

Dedicacionem quoque duorum altarium per nos consecratorum, in eadem ecclesia existencium, autoritate nobis a Reuerendo Domino nostro WERNHERO, Archiepiscopo Moguntino, tradita, in die S. Marci Euangeliste reuerenter a fidelibus Christi perpetuo volumus celebrandam. Datum ibidem in Eberbach anno Domini MCCLXXXI in crastino Vdalrici.

Similiter anno MCCLXXXVIII omnibus templum FF. Prædicatorum, quod Moguntiæ est, diebus constitutis pio animi studio, riteque frequentantibus XL dierum condonauit piacula. Sedenim ipsas apponere iuuabit tabulas:

Frater CHRISTIANVS, misericordia diuina Sambiensis Episcopus, Vniuersis Christi fidelibus veram in vero salutari salutem. Vite perhennis gloria, qua mira benignitas conditoris beatam coronat aciem ciuium supernorum, a redemptis precio sanguinis fusi de precioso corpore redemptoris meritorum debet acquiri virtute, interque illud pregrande dinoscitur, vt vbique maiestas altissimi, & precipue in Sanctorum ecclesiis collaudetur.

Cupientes itaque ecclesiam Ordinis FFr. Predicatorum in Maguncia votiuis honoribus a Christi fidelibus frequentari, omnibus vere penitentibus & confessis, qui ad dictam ecclesiam in die & in anniuersario dedicacionis eius, siue altarium, & in festis patronorum, nec non in quatuor precipuis festiuitatibus gloriose V. M. assumcionis, natiuitatis, purificationis, annunciationis, & in solempnitatibus SS. Augustini, Dominici Confessoris, B. Petri martyris, B. Iohannis Baptiste, B. Iohannis Euangeliste, SS. vndecim millium Virginum, ac per octauas dictorum festorum deuote conuenerint, quique ad releuandam dictorum Fratrum inopiam manum porrexerint adiutricem, XL dies de iniuncta eis penitencia, accedente consensu Domini Archiepiscopi Maguntini, misericorditer relaxamus. Datum Maguncie anno Domini MCCLXXXVIII, Id. Februar.

Appendet sigillum ceræ flauæ oblongæ impressum, præsentans figuram Episcopi infulati, cum hac inscriptione:

SIG. FRIS CRISTIANI DI GRAC. EPI SAMBIEN.

vt ad oculum pateat, quod titulus *Oximbriensis* plane erroneus sit.

WIDEKINVS

Missensis Episcopus,

Quum sacella, anno MCCLXXIX in æde maiori ædificari cœpta, absoluta essent,

essent, is anno sequenti MCCLXXXIV in eo, quod D. Victoris honori dedicatum est, aram consecrauit, indice tabella, quæ ita se habet:

Anno Domini MCCLXXIX, IIII Nonas Martii, inchoata fuit fabrica Capellarum huius ecclesie sub Reuerendo Patre & Domino, D. WERNHERO, Archiepiscopo Moguntino, Venerabilibus Simone *Decano,* Emerchone *de* Schönecke, Ottone *de* Rüdensheim, *Canonicis, & Magistris ipsius fabrice. Et hoc altare dotatum est a Venerabili Domino* Ludouico, *Scholastico dicte ecclesie, & consecratum a Reuerendo Patre & Domino, D. WIDEKINO, Missensi Episcopo, in honore S. Trinitatis, SS. martyrum Victoris & sociorum eius, & SS. Georgii & Wenceslai martyrum in anno Domini MCCLXXXIV, quarta feria post festum Pentecostes. cuius altaris collacio spectat ad Scholasticum ecclesie Moguntine. Sunt XL dies auctoritate predicti Domini WIDEKINI, & XL dies auctoritate Reuerendi Patris & Domini Archiepiscopi Maguntini* *.

* Reliquam partem vide infra in *HENRICO* Episcopo Rossensi.

Eodem an. MCCLXXXIV sollemnitatem, qua memoria ædis S. Stephano dedicatæ hactenus peragi solebat, ad preces Theoderici Decani, Capitulique, alium in diem transtulit. Testimonio nobis hæ sunt litteræ, ex αὐτογράφοις erutæ:

WIDEKINVS *D. G. Missensis Episcopus, vicem gerens Archiepiscopi in ciuitate & dyocesi Mogunt. omnibus Christi fidelibus hanc litteram inspecturis salutem in omnium saluatore. Dilecti in Christo, Theodericus Decanus & Capitulum S. Stephani Mogunt. ad nostram presenciam accedentes, nobis humiliter supplicarunt, vt diem dedicacionis ecclesie sue predicte, que in decollacione B. Iohannis Baptiste singulis annis celebrari consueuit, in diem alium commutare vellemus, presertim, vt eadem decollacio, quam die sequenti peragere consueuit, in suis certis & statutis diebus de cetero peragatur. Nos igitur pium eorundem Theoderici Decani & Capituli motiuum & peticionem rationabilem attendentes, vt B. Iohannis festum decollacionis in presata S. Stephani ecclesia in die, qua in aliis peragitur ecclesiis, de cetero obseruetur, predictam dedicacionis diem, in proximam diem dominicam ante festum decollacionis predicte in nomine Domini ponimus auctoritate, qua fungimur in hac parte; volentes, vt supra dicte ecclesie dedicacio in proxima dominica, que ante eandem decollacionem B. Iohannis euenerit, perpetuis temporibus celebretur; omnibus eciam vere penitentibus & contritis, qui in predicta dedicacionis die ad ecclesiam confluxerint antedictam, XL dies de iunctis eis penitenciis de omnipotentis Dei misericordia relaxamus. Datum Moguncie An. Dn. MCC LXXXIIII, VII Kal. Octobris.*

PETRVS

Sudensis Episcopus.

Hunc ne nesciamus, *Trithemius* facit, qui in chronico Sponheimensi ad an. MCCXC p. m. 294 sic: *Post multa prahabita consilia & maturam deliberationem, vnanimiter in Abbatem elegerunt Iohannem monachum, huius monasterii Cellerarium, quem non diu postea Gerhardus Archiepiscopus Moguntinus presentatum sibi confirmauit, & per* Petrum Episcopum Sudensem, *suum in pontificalibus Vicarium generalem anno MCCXC, dominica post festum Vrbani Papæ apud Moguntiam fecit ordinari.*

Et paullo post ad an. MCCXCI p. d. *Iohannes Abbas anno regiminis sui primo, ecclesiam nostram intrinsecam cum quatuor altaribus renouauit, & eam de nouo consecrari fecit per* Petrum Sudensem, *Gerhardi Archiepiscopi Vicarium in pontificalibus generalem, vt patet ex litteris eiusdem:*

„Vniuersis hæc visuris PETRVS miseratione diuina Sudensis Episcopus, Reu. „Patris ac Domini, Domini GERHARDI D. G. Moguntini Archiepiscopi Vica„rius, salutem in Domino. Cum nos anno Domini MCCXCI, VI Id. April. „ecclesiam monasterii Sponheimensis Ord. S. Benedicti, cum quatuor altaribus „ad diuinum cultum perpetuo agendum consecrauimus, nos omnibus Christi „fidelibus vnius anni quoad venialia, & XL dierum, quoad criminalia ac vnius „carenæ, in singulis altaribus concessimus tempore dedicationis, videlicet die „Dominica proxima post natiuitatem B. M. V. & per omnes octauas sequentes in „perpetuum duraturas; addentes de gratia speciali omnibus benefactoribus præ-

„dicti

„dicti monasterii ad instar Venerabilis Patris D. Hugonis Cardinalis, sedis Apostolicæ Legati, XL dierum indulgentias consimiliter duraturas. Datum &c.

Sed hic aduertendum, ita pergit *Trithemius* l. d. *quod propter rationabiles causas dies præfatæ dedicationis huius ecclesiæ cum indulgentiis, post annos XLVI per Albertum, Episcopum Ibinensem, Vicarium Henrici Virneburgii, in Dominicam post festum S. Martini proximam, instantia Wilhelmi Abbatis, translata fuit.*

INCOLERIVS

Episcopus Buduensis.

Gerhardi Archiepiscopi Moguntini in pontificalibus Vicarius, anno MCCXCVII ecclesiæ Moguntinæ parochiali S. Ignatii indulgentiarum dedit litteras in octaua Ioannis Baptistæ. quas litteras cum aliis in eadem parochia hoc anno MDCXIII, die III Iunii legi. Ita *Helvvichius.*

Anno eodem MCCXCVII reconciliauit seu ritu consueto expiauit monasterium & cœmeterium Seligenstadense.

Quum familiæ D. fuerit Augustini, in annalibus FFr. Eremitarum, qui Moguntiæ suum habent domicilium, ceteros inter, qui virtute meritisque Ordinem illustrarunt, memoratur.

IACOBVS

Episcopus Panadensis,
Ordinis D. Augustini.

Hic anno MCCCX, commodo Vestalium S. Ruperti prope Bingam, gratuitas criminum condonationes singulis ac omnibus, supremi Numinis pacem illic loci petentibus, litteris largitus est publicis.

* *IOANNES*

Lauacensis Episcopus,
Ordinis Eremitarum S. Augustini.

Hic an. MCCCXII omnibus, qui stipem ad ædem D. Stephani instaurandam liberali contulerint manu, modo cordis & oris veram de peccatis confessionem edidissent, quadragenariam piaculorum indulsit relaxationem. Tabulæ, quibus rem complexus est, ita habent:

Frater IOHANNES D. G. Lauacensis ecclesie Episcopus vniuersis Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam. Cupientes quoslibet Christi fideles ad pietatis ac deuocionis opera, quantum possumus, inuitare, omnibus vere penitentibus & confessis, qui ad fabricam ecclesie S. Stephani ciuitatis Magunt. manum porrexerint adiutricem, aut de suis facultatibus aliquid legauerint in extremis, XL dies de iunctis eis penitenciis misericorditer relaxamus, de omnipotentis Dei misericordia, & SS. Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, dantes ipsis confraternitatem & participacionem omnium bonorum operum, que in missis, oracionibus, cantibus, ieiuniis, eleemosynis, & vigiliis, seu alio quouis modo fiunt ac sunt per nostram ciuitatem & dyocesin, in ecclesiis, monasteriis, ac aliis piis locis, dummodo consensus dyocesani ad id accedat. Datum Maguncie A. D. MCCCXII, V Idus Aprilis.

Dein, vt populum incitaret ad sacra in æde B.M.V. Arnsburgi, quod Ordinis Cistercienſis asceterium est, hoc magis frequentanda, omnibus locum in festo dedicationis annuo rite, pioque animi cultu & proposito inuisentibus quadraginta dierum dedit indulgentiam. Dictis vt hoc maior fides sit, expromere iuuabit Bullam ipsam:

Vniuersis Christi fidelibus Fr. IOHANNES, Ord. S. Augustini, D. G. Episcopus Lauacensis, salutem in eo, a quo omne bonum originaliter distinctum. Cupientes, vt ecclesia B. M. V. in Arnsburge *Ord. Cisterc. Moguntine Dioces. dignis laudum preconiis deuocius frequentetur, omnibus vere contritis ac confessis, qui hunc locum* Arnsburge *in die dedicacionis ipsius fideliter visitauerint, XL dierum indulgencias misericorditer indulgemus. Datum in Arnsburge anno Domini MCCCXIII, in octaua Epiphanie.*

Ceteroquin eodem hoc anno, rem diuinam in Katlenburgenſis monaſterii æde pura caſtaque mente obeuntibus, eandem gratiam contulit. Vid. *Leuckfeldius* antiquitat. Katlenburgenſ. cap. V § 4 p. 34.

Anno poſtea MCCCXVII, VIII Id. Februar. ſimiliter iis omnibus, qui noxis expiati ad altare S. Crucis in æde metropolitana Superum pacem votis expoposcerint ac prece.

DITHMARVS

Epiſcopus Gabulenſis,

Ord. Ciſtercienſ.

Anno MCCCXIX Eberbacenſi & Arnsburgenſi Abbatibus facultatem dedit, iis, qui ſacris in æde Erbacenſi & Arnsburgenſi, die, quo vtraque olim dedicata, recurrente, religioſo vacauerint cultu, quadraginta dierum piacula condonandi.

Anno MCCCXXI, die cathedræ Petri feſto, cum Emicho de Leiningen, Epiſcopus Spirenſis, Cunonem de Schöneck, Vangionum Antiſtitem, ordine initiaret Epiſcopali, ipſe, qua par erat, religione adſtitit.

Eodem omnibus, qui cœmeterium ad D. Quintini circumierint, pie pro defunctis ſupplicando, XL dies & carenam; iis vero, qui pompam, qua ſacra ad ægrotum deportatur hoſtia, ſequerentur, XL itidem dies leuamento pœnarum, quæ piaculo debentur, his indulſit litteris:

Fr. DITHMARVS, Ord. Ciſterc. D. G. Epiſcopus eccleſie Gabulenſis, gerens vices in dioceſi Moguntina, a Capitulo nobis commiſſas ſede vacante, Vniuerſis Chriſti fidelibus, ad quos ſcriptum preſens peruenerit, ſalutem.

Cupientes quoslibet Chriſti fideles ad pietatis opera ſpirituali premio inuitare, de omnipotentis Dei miſericordia, & BB. Apoſtolorum eius, Petri & Pauli, gratia confiſi, omnibus vere penitentibus, contritis, & confeſſis, qui cemiterium eccleſie S. Quintini martyris in ciuitate Magunt. cum deuocione circumierint, pro fidelibus defunctis oraciones faciendo, XL dies & carenam; qui vero corpus Dominicum ſequuntur, cum ad infirmos deportatum fuerit, XL dies de iniuncta ſibi penitencia in Domino miſericorditer relaxamus. In cuius rei teſtimonium noſtrum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini MCCCXXI, VI Id. Februar.

Biennio poſt ſacellum S. Antonii, monaſterio Walckenriedenſi adſtructum, collatis, vt tum moris erat, indulgentiis, conſecrauit. Id quod ſequentibus manifeſtum fit tabulis:

Nos Fr. DITHMARVS, Ord. Ciſtert. D. G. Epiſcopus eccleſiæ Gabulenſis, gerens vicem in pontificalibus Reuerendiſ. Patris, Domini MATTHIAE, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia S. Moguntinenſis ſedis Electi, omnibus hanc litteram viſuris ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Cupientes quoslibet Chriſti fideles ad pietatis opera ſpirituali præmio inuitare, de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Apoſtolorum eius Petri & Pauli meritis confiſi, omnibus vere pœnitentibus, contritis, & confeſſis, qui Capellam in noua Grangia iuxta Walckenred, cuius anniuerſarium diem dedicationis in Dominica proxima poſt feſtum B. Dionyſii ſociorumque eius ſtatuimus peragendum, in honore B. Antonii, cauſa deuotionis viſitauerit, & qui cœmeterium ibidem circumeundo pro defunctis fidelibus orauerit, qui etiam ſacerdotem portantem ſanctum corpus Domini ad infirmos deuote ſecuti fuerint, pro ſingulis quadraginta dies indulgentiæ de iniunctis ſibi pœnitentiis in Domino miſericorditer relaxamus. In cuius rei teſtimonium noſtrum ſigillum præſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini MCCCXXIII, XIII Kalend. Februar.

Anno MCCCXXVIII, prouehendis monaſterii Portenſis rebus, liberales itidem locum pie inuiſentibus pœnarum contulit relaxationes. Vid. *chron. Portenſe* pag. 276.

ALBER-

ALBERTVS

Ibunenſis Epiſcopus,

HENRICI *Virnenburgii* Vicarius.

Anno MCCCXXXVII Henrico, Abbati Sponheimenſi, Moguntiæ, in æde FF. Prædicatorum, *prima Dominica poſt octauas feſti Paſchalis*, vt *Trithemius* in chron. Sponheim. ad h. a. p. 314 loquitur, benedictionis impertiit munus. Sequenti vero feſtum, quo memoria ædis in monaſterio illo ſacræ ad id vſque temporis peragi ſolebat, in alium tranſtulit diem. Idem *Trithemius* l. d. qui rei teſtes has adfert tabulas:

Nos Frater ALERTVS, D. G. Ibinenſis eccleſiæ Epiſcopus, vices Venerabilis in Chriſto Patris ac Domini noſtri HENRICI, Archiepiſcopi Moguntini, in pontificalibus gerentes, vniuerſis in Chriſto fidelibus, ad quos præſentes peruenerint litteræ, ſalutem & ſinceram in Domino charitatem. Cupientes quosque Chriſti fideles ad pietatis opera, modis conuenientibus & Deo placitis inuitare, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad monaſterium S. Martini in Sponheim manus porrexerint adiutrices, vel ad ipſum cauſa deuotionis & orationis acceſſerint, in ſingulis feſtiuitatibus glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, omnium Apoſtolorum, Patronorum, & dedicationis, aut qui corpus Chriſti ſequuntur, dum fuerit ad infirmum ſeu infirmos deportatum, vel qui cœmeterium ſeu ambitum circumierit, orando pro omnibus fidelibus inibi & vbique defunctis, de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum gratia confiſi, auctoritate noſtra, qua fungimur, de iniunctis eis pœnitentiis XL dies indulgentiarum, cum vna Karena, in Domino miſericordiæ relaxamus. Inſuper dedicationem monaſterii prælibati, hucuſque Dominica die proxima ante diem natiuitatis B. Mariæ Virginis celebratam, in Dominicam diem proximam poſt diem S. Martini tranſpoſuimus in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti perpetuo celebrandam. Datum & actum noſtro ſub ſigillo in teſtimonium ſingulorum anno Domini MCCCXXXVIII, in vigilia S. Bartholomæi Apoſtoli.

Biennio poſt, Wilichonem, Abbatem Sponheimenſem, Henrico fatis functo ſucceſſorem datum, vſitato benedictionis initiauit ritu. Idem *Trithemius* ad an. 1340 p. 316. Eodem pridie Non. Iul. conſecrauit altaria quædam in monaſterio Eberbacenſi. Tum vero feſtum, quo dedicatio monaſterii Diſibodenbergenſis ad eum vſque diem recolebatur, alio celebrandum inſtituit. Patet id ex litteris hac de re tum datis, quæ ita habent:

Nos Frater ALBERTVS, D. G. Ibunenſis eccleſie Epiſcopus, vices in pontificalibus Reuerendi in Chriſto Patris ac Domini, Domini HENRICI, Archiepiſcopi Maguntini, gerentes, de ſpeciali mandato & auctoritate eiuſdem Domini Maguntini, dedicationis feſtum monaſterii S. Disbodi, Ord. Ciſterc. quod hactenus fuit in Dominica infra octauam Aſcenſionis Domini, in diem & feſtum B. Damaſi Pape tranſponimus & transferimus in nomine Domini cum omnibus ſuis ſolempnitatibus per preſentes, dantes eis preſens ſcriptum ſigillo noſtro ſignatum, in teſtimonium ſuper eo. Datum & actum anno Domini MCCCXL, feria Seueri Epiſcopi.

RVDOLFVS

Epiſcopus Salonienſis.

Anno MCCCXLI Wilhelmum, Abbatem Sponheimenſem electum, Moguntiæ conſueto ſacrauit cæremoniarum apparatu. Memorat id *Trithemius* in chron. Sponheimenſi p. m. 316 his verbis: *Anno natiuitatis MCCCXLI, indictione IX, in die S. Cyriaci, ſociorumque eius martyrum, quæ eſt VI Id. Aug. vnanimiter elegerunt Wilhelmum de Beckelheim, monachum huius cœnobii profeſſum, virum prudentem, & pro conſuetudine illius temporis ſatis religioſum: qui confirmatus per Henricum Archiepiſcopum Moguntinum, & per eius in pontificalibus Vicarium*, Rudolfum Epiſcopum Salonienſem, *benedictus, infulaque ex more decoratus, præfuit* &c.

Dein anno MCCCL Sponhemii ſacellum recens in periſtylio monaſterii excitatum

citatum dedicauit. Narrat id similiter, quem dixi, *Trithemius* p. 322. *Hoc anno, qui fuit Wilhelmi Abbatis nostri IX, cum noua Capella, quam in ambitu fundarat, iam esset consummata, fecit eam in honorem B. M. semper Virginis consecrari V die Septembris per* Rudolfum Episcopum Salonien sem, *Gerlaci Archiepiscopi in Pontificalibus Vicarium, vt patet ex litteris eius, quæ sequuntur:*

„ Vniuersis has visuris RVDOLFVS diuina miseratione Salonienſis Episcopus, Reu.
1. in pontificalibus *„ Patris ac Domini, Domini GERLACI, D.G. Moguntinensis Archiepiscopi * Vica-*
„ rius, salutem in Domino. Cum nos anno Domini MCCCL, Non. Septembr. Capel-
„ lam cum altari beatæ & gloriosæ semper Virginis Mariæ in ambitu monasterii Sponheim,
„ Ord. S. Benedicti, Mogunt. diœces. dedicauerimus ad diuinum cultum perpetuo pera-
„ gendum, nos omnibus Christi fidelibus, pœnitentibus & confessis, prædictum altare
* f. XL *„ cum Capella deuote visitantibus, indulgentias XIV * dierum, criminalium pecca-*
„ torum, ac vnius carenæ semel in anno concessimus, & quotiescunque Sacramentum
„ infirmis porrigitur per totam parochiam in posterum duraturas. Datum & actum
„ anno Domini, vt supra.

Ceterum eodem hoc anno ibidem Philippum, Wilhelmo, qui se sponte Abbatis abdicarat dignitate & officio, suffectum benedictionis affecit munere. Sic enim idem pergit *Trithemius* p. 323; *Deinde in prima Dominica Septembris a* Rudolfo Episcopo Salonienſi, *prafati Archiepiscopi in pontificalibus Vicario, hic in monasterio nostro, adstantibus sibi duobus Abbatibus, scilicet Ioannis in Rhingauia, & montis Disibodi, munus benedictionis accepit.*

ALBERTVS de BEVCHELINGEN

Episcopus Ippuſenſis,

Archiepiscopi GERLACI Vicarius.

Anno MCCCXLV, cum Francofurti ad Mœnum parthenonem D. Catharinæ sacrum statueret Wickerus Frosch, Moguntiæ ad D. Stephani Scholasticus, Francofurti ad D. Bartholomæi Cantor, ipse primum structuræ lapidem in fundamento composuit. *Lersnerus* chron. Francof. parte II cap. XIX p. 72.

Anno MCCCL, feria tertia infra octauam Paschæ, Moguntiæ ædem Carthusiensium sacram laudato cæremoniarum ordine inaugurauit. Tabulas, quibus id proditum, dedi in Schediasmate de *Eremo hac* § IX. Haud ita multo post etiam sacellum *D. Alexii*, iuxta riuum Ciam, vti cognoscere est ex tabella, quæ in eodem iuxta altare olim pependit (vti ad lib. I cap. XXXI rer. Moguntiacar. *Serarii* p. 83 iam dictum) sequenti:

Anno Domini MCCCL, Dominica, qua cantatur Misericordias Domini, consecrata fuit hæc Capella S. Alexii in honore sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, glorioſiſſimæ Dei genitricis & Virginis Mariæ, S. Martini Confeſſoris, S. Alexii Confeſſoris, & S. Catharinæ Virginis, & omnium Sanctorum, per Venerabilem Patrem, Dominum ALBERTVM de Büchelheim, Episcopum eccleſiæ Ippuſenſis, habentem auctoritatem in pontificalibus Reuerendi in Christo Patris ac Domini, Domini GERLACI, ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopi, qui contulit omnibus Christi fidelibus contritis & confeſſis, eandem Capellam viſitantibus, de iniunctis ſibi pœnitentiis XL dies indulgentiarum.*

* *Ita ſane legendum, non* Hypponenſis, *vti, ſecundum* Helvvichii *apographum l. d.* Serarii *eſt.*

IOANNES

Episcopus Scopienſis,

Archiepiscopi GERLACI Suffraganeus.

Consecrauit an. MCCCLX, Id. Aug. in æde monasterii, quod in Rhingauia est, Erbacensis altare in honorem S. Michaelis Archangeli, & omnium Angelorum, nec non SS. Martyrum Hippolyti & sociorum, ac S. Disibodi.

* CONRADVS

Episcopus Bundizensis.

Anno MCCCLXIX Francofurti ad Mœnum duo altaria in parochiali (ad D. Bar-

Bartholomæi) veteri, laudatoque cæremoniarum ordine dedicauit: vti quidem ex his, ἀνεκδότοις vsque huc, plenius cognoscere litteris est.

CONRADVS D. G. Episcopus Bundizensis, Vicarius in pontificalibus Reuerend. in Christo Patris & Domini nostri Gerlaci Archiepiscopi Moguntini, Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in Domino sempiternam.

Notum facimus Vniuersitati vestre, quod nos anno Domini MCCCLXVIIII, ipso die Simonis & Iude Apostolor. duo altaria in eccles. parochiali Franckenford, primum ante chorum in honore S Crucis, secundum retro in sinistro latere in honore S. Iacobi Apostoli consecrauimus, adhibitis ad hec solempnitatibus debitis & consuetis. Vnde omnibus vere penitentibus & confessis, qui in anniuersario dedicationis eorundem altarium, quam, ob maiorem deuocionem, quam tunc populus habere consueuit, transferimus in diem dedicacionis dicte ecclesie, & in diebus patronorum dicta altaria causa donacionis accesserint, de omnipotentis Dei misericordia, & BB. Petri & Pauli Apostolorum auctoritate confisi, XL dies criminalium cum vna karena, de iniunctis sibi penitentiis misericorditer in Domino relaxamus. Anno & die quibus supra.

* IACOBVS
Episcopus Lauacensis.

Ab Adolfo I Archiepiscopo anno MCCCLXXXIII ad Pontificii muneris procurationem his adscitus est litteris:

ADOLFVS *D. G. sacre Moguntine sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Venerabili Fratri, Domino IACOBO, Lauacensis ecclesie Episcopo, salutem.*

Cum variis & arduis nostris & ecclesie nostre prepediti negociis, solacium in spiritualibus, ac quoad ea, que sunt ordinis, omnibus & singulis actibus nostri pontificalis officii per nostras ciuitates & dyoc. Magunt. vbi, quando, & quotiens opus fuerit, personaliter intendere nequeamus, ne defectus seu negligencia circa subditos nostrarum ciuitatum & dyoc. predictarum in subscriptis nobis valeat aliqualiter imputari, Vobis, vt in ipsis, ciuitate & dyocesi, ordines sacros, maiores & minores, statutis a iure temporibus, conferre & celebrare, monasteria, capellas, altaria & cimiteria consecrare & reconciliare, sanctimoniales velare, penitentes vtriusque sexus intronizare & reconciliare, ornamenta ecclesiastica & calices ac indumenta pontificalia & sacerdotalia, & quecunque alia ad diuinum officium spectancia, consecrare & benedicere, crisma, oleum sanctum & infirmorum in die Cene in ipsa ciuitate nostra Maguntina predicta conficere, & omnia ac singula alia facere, que circa premissa, vel eorum alterum, necessaria sunt vel vtilia vobis, quomodocunque libere valeatis, auctoritatem nostram liberam & plenam licenciam concedimus, & vices nostras rite & expresse committimus in his scriptis, dantes vobis nichilominus plenam potestatem, quoscunque subditorum nostrorum in casibus de iure vel alias de consuetudine nobis specialiter reseruatis, non tamen locacione vel ob questum aliquem, sed tantum in foro iusticie, absoluendi, ita tamen, quod nullum, qui ad solucionem decimarum seu fagorum restitucionem tenetur, absoluatis, nisi eorundem solucione vobis prius facta, quas nobis aut nostro in hac parte Commissario speciali ad conuertendum in pios vsus integraliter volumus presentari.

Prouiso eciam in premissis, quod ecclesias, capellas, seu altaria de nouo erectas seu erecta, aut erigendas seu erigenda, non consecrabitis (preterquam altaria in ecclesiis seu monasteriis religiosarum personarum) nisi prius dotatæ seu dotata fuerint, cum minus ad summam decem & octo librarum Hallens. super eo etiam vobis fides plena omnino sit facta.

Insuper eciam nullos clericos ad sacros ordines admittetis, nisi prius sufficienter beneficiati fuerint, vel patrimoniales aut alios certos redditus sufficienter coram Iudicibus & Iusticiariis secularibus, sub quorum iurisdictione huiusmodi patrimonia & redditus situati noscuntur, eis donatos, datos, & assignatos habeant, & in eorum possessione pacifica & quieta existant, ac competenter literati, & de literatura huiusmodi, quociens clericos nostros iuratos abesse contigerit, per vestros

familiares sufficienter examinati fuerint, super quo conscientiam vestram oneramus.

Verum vt premissa omnia & singula cum omni puritate procedant, volumus, vt de literis, que formate *dicuntur, aut eciam pro aliis, que pro laboribus vestris racione pontificalis officii merito poterunt euenire, antiquam taxam & consuetam, vt a nostris predecessoribus prouide determinatum, nullatenus excedatis.*

Ne autem debitam execucionem predictorum quouis modo conaliter impediri contingat, vobis presentibus indulgemus, vt effectum sentenciarum, interdictorum ecclesiasticorum quorumcunque, & a diuinis cessacionum ex tunc vt in antea prolatarum seu promulgandarum, sine nostra aut subditorum nostrorum autoritate, quoad presenciam vestram corporalem, & complecionem predictorum actuum vestri pontificalis officii, in singulis eorundem actuum locis ciuitatis & dyocesis, tollere aut relaxare & suspendere valeatis.

In quorum omnium & singulorum testimonium sigillum nostrum presentibus literis iussimus appendendum. Date Aschaffenburg. in die S. Agnetis Virg. anno Domini MCCCLXXXIII.

* IOANNES.

Heluetius gente, eiusdem Adolfi in pontificalibus Vicarius, innotuit nobis ex litteris illius, anno MCCCLXXXV, die Sergio & Baccho sacra datis, quarum hæc pars est:

Wir ADOLF --- *geben ganz Möge --- vnd Gevvalt --- dem Erbaren Iohann Zur Laden, Canonicken vnser lieben Frauen zu den Greden in vnserer Stadt Menze, solch Hus, genant der* Worzgarten, *als vns ledig vvorden ist von Tode des Ervvurdigen Bischoff* IOHANN *seligen von Kayserstul, der vnser Vicarius vvas in pontificalibus, zu vergeben vnd zu vergiftigen* &c.

HERMANNVS

Scopiensis Episcopus.

Anno MCCCLXXXIX dedit litteras, testes, se sacellum S. Thomæ in monasterio D. Iacobi in monte speciosо consecrasse. Sequenti MCCCXC testamentum fecit, quod peculiari diplomate Erfordiæ peruigilio Epiphanias Dominicæ ratum habuit, confirmauitque Archiepiscopus Adolfus. Eodem dedicauit altare S. Annæ in sacello D. Nicolai iuxta parthenonem Diui Ruperti prope Bingam; Sacellum item & altare B. M. V. Moxstadii in campis, idque Dominica, quæ vsu ecclesiastico vocatur *Exaudi.* Quum anno MCCCXCII ab Conrado II Archiepiscopo iussus fuerit in partibus Saxoniæ, Thuringiæ, Westphaliæ, & Hassiæ, vsque ad fines oppidorum Orba, Geilnhausen, & Butsbach, munia exequi pontificalia, ex eo Suffraganeis Erfurtensibus adnumerandus veniet.

FRIDERICVS

Episcopus Tullensis *,

Ordinis Eremitarum D. Augustini.

* *Creatus ab* Vrbano Papa VI *anno MCCCXCI, die XXIII Ianuar. vt* Elsius *prodit in* Encomiastico Augustinianorum.

Mulhusanus fuit patria, & a Conrado II ad vicariam sacrorum functionem vocatus an. MCCCXCII, litteris sequentibus;

CONRADVS *D. G. Archiepiscopus Moguntinus --- Venerabili in Christo Fratri,* FRIDERICO, *Episcopo Tullensi, salutem. --- Idcirco ne defectus seu negligencia circa subditos nostros in premissis nobis valeat aliqualiter imputari, de vestra prudencia & circumspectione quamplurimum confisi, vos in Vicarium nostrum in pontificalibus, & in illis, que pontificalis officii existunt, presentibus constituimus, facimus, & deputamus, & vt in dictis ciuitate & dioceси, ex illa parte Rheni, scilicet qua ciuitas Maguntina situata existit, necnon ex alia parte Rheni versus Hassiam, vsque ad opida Orba, Geilnhausen, & Puzbach nostre dioces. inclusiue, nec non vndique ex alia parte Mogani ordines sacros &c. Datum Diepurg feria quinta post Dominicam Cantate anno Domini MCCCLXXXXII.*

Quum

Quum singulari in receptis dogmatibus tuendis esset zelo, ab eodem anno sequenti constitutus fuit hæreticæ quæsitor prauitatis. Anno dein MCCCXCIX Moguntiæ in templo parochiali, cui a D. Quintino nomen, consecrauit imaginem Christi crucifixi ligneam maiorem, inditis quamplurimis Sanctorum reliquiis; quemadmodum his ipse testatum litteris fecit:

Nos Frater FRIDERICVS D. G. Episcopus Tullensis, Vicarius in pontificalibus Reuerendissimi in Christo Patris & Domini, Domini IOHANNIS, eadem gratia S. sedis Moguntine Archiepiscopi, notum facimus vniuersis Christi fidelibus, quod imaginem ligneam Christi extensam in lectionario superiori in ecclesia S. Quintini benediximus cum ea solemnitate, qua decuit, & eidem imposuimus reliquias Sanctorum, videlicet S. Crucis, de lapide, super quem stetit Dominus, quando ascendit celum, S. Bartholomei, S. Matthei Apostoli, S. Pauli, S. Catharine, S. Marie Magdalene, S. Marie Egiptiace & S. Elisabethe.

Cum igitur ob cunctarum reliquiarum reuerenciam in predicta Cruce reconditarum merito inclinamur ad ea, que D. N. I. C. de thesauro sue passionis, & omnium Sanctorum & Sanctarum eius, ecclesie sue sancte & eius pastoribus reliquit dispensanda, auctoritate, qua fungimur, Apostolorum beatorum Petri & Pauli confisi, omnibus vere penitentibus & contritis pertranseuntibus ecclesiam prenominatam, qui coram prefata Christi imagine Pater noster & Aue Maria vnum dixerint, XL dies indulgenciarum in Domino misericorditer impertimur.

Datum Moguncie anno Domini MCCCLXXXXVIIII, die sexta feria ante Palmarum, in qua die consecrauimus imaginem predictam, sub sigillo nostro maiori.

Obiit anno MCCCCI, die XXX Iunii, tumulatus in æde sui ordinis, in choro ante aram maiorem, cum hac olim inscriptione sepulcrali;

Anno Domini MCCCCI, vltima die mensis Iunii obiit Venerabilis Pater FRIDERICVS, Ord. S. Augustini, Episcopus Tullensis, Vicarius in pontificalibus Domini Maguntini, hic sepultus. Requiescat in pace, Amen!

* IOANNES
Episcopus Slesuicensis.

De Schondelef (alias *Hes*) cognominatus. *Variam*, dum Slesvvici ad gubernacula sedebat, *expertus est fortunam, maioresque angustias ac calamitates sensit, ac expertus est, quam antecessorum nemo*, vt *Cypræus* in annal. Episcoporum Slesuicensium cap. XX p. 345 loquitur.

Quibus ille pressus, cum Moguntiam delatus esset, Ioanni II fide, consilio, re tam liberaliter ac prolixe sua probauit officia, vt ab eo in remunerationem illorum an. MCCCCI, ipsis Kalend. Ianuar. ad dies vitæ obtineret castrum Frauenstein, vna cum bonis contributis, possidendum, fruendum; non ita multo post vero, litteris Aschaffenburgi, ipso die Apostolorum ab se discedentium memoriæ sacro datis, quoad ipse Archiepiscopus in viuis ageret, duraturis*, constitueretur, qui per partes Rheni, Moguntina diœcesi comprehensas, munia exerceret pontificia.

* *Verba, quibus vtitur* Ioannes, *sic habent*; presentibus per totum tempus vite nostre duraturis.

Ad sedem reuersus, obiit an. MCCCCXXI, postquam quadraginta nouem annos Episcopatui præfuisset. Sepultus ad latus chori, quod austrum spectat, cum epitaphio in pariete, quod ita habet:

Anno Domini millesimo, quadringentesimo, vigesimo primo, VIII die sancti Laurentii obiit Ioannes Scondeleff, *Episcopus Slesuicensis, Doctor Theologia, qui sedit quadraginta nouem annis, hic sepultus.*

Cypræus l. d. p. 354.

CON-

CONRADVS

Episcopus Christinopolitanus,

Ord. Prædicatorum.

Anno MCCCCIII Vicarius per terras Rheni ab Archiepiscopo, quem modo dixi, Ioanne II designatus fuit*, data iuxta acceptaque facultate, ordines sacros, maiores & minores, conferendi, monasteria & sacella, ædes sacras, altaria, cœmeteria consecrandi, Abbates benedictionis munere afficiendi, sanctimoniales velandi, vtriusque sexus pœnitentes inthronizandi siue reconciliandi.

* *Litteris Altauilla feria II post diem B. Aegidio sacrum datis; quarum quidem clausula ita habet*; presentibus duntaxat vsque ad nostram reuocacionem duraturis. *Qua verba notes velim ad confirmanda ea, qua in prafatione n. 4 notanda monui.*

Ante vero iam, mandato Ioannis, litteris Altæuillæ feria secunda post natalem B. Ioannis Baptistæ datis, comprehenso, Lumponem Hospitalarium, Winthero Abbati Seligeustadensi suffectum, Abbatiæ in possessionem induxit. Anno MCCCCVI Moguntiæ consecrauit sacellum & altare in parochiali, cui a D. Christophoro appellatio, vt sequens loquitur scheda:

Ista Capella cum altari fuit consecrata per nos CONRADVM *D. G. Episcopum Christinopolitanum, Vicarium in pontificalibus Reuerendissimi in Christo Patris & Domini, Domini IOHANNIS, sancte Sedis Moguntine Archiepiscopi, anno Domini MCCCCVI, quarta feria quatuor temporum Aduentus Domini, in honorem S. Thome Apostoli, S. Sebastiani martyris, & S. Antonii Confessoris.*

Sepulturæ locum nactus est in æde PP. Prædicatorum; quorum quidem in necrologio ad diem *B. Vitalis* sic legas: *Anniuersarium* CONRADI, *Episcopi Christinopolitani, Vicarii Domini Archiepiscopi Iohannis Moguntini, Ordinis Prædicatorum. Sepultus in choro ante altare.*

GERHARDVS

Episcopus Christinopolitanus,

Ord. Prædicatorum.

Ioanni II itidem suffragatus, teste tabella, quam *Helvvichius* inuenit in sacello, quod in ædibus Custodis maioris est, ac in schedas retulit suas. Et ea quidem sic habet:

Hæc Capella consecrata est a Reuerendo in Christo Patre & Domino, Domino GERHARDO, *Episcopo Christinopolitano, in honorem omnipotentis Dei & gloriose Virginis Marie matris eius, SS. Ioannis Baptiste & Ioannis Euangeliste, S. Stephani, S. Victoris martyris, S. Martini Episcopi, S. Catharine & S. Barbare Virginum, videlicet anno Domini MCCCCXV, in die sancto Pentecostes, & dicitur ad* S. Spiritum, *& erit dedicacio ipsius Capelle semper Dominica proxima post natiuitatem S. Ioannis Baptiste. Quotiens vnum Pater noster & Aue Maria ibidem dicitur, XL dies indulgenciarum auctoritate predicti Domini GERHARDI de iniunctis penitenciis in Domino misericorditer relaxantur.*

Anno MCCCCXVII, die XIX Decembris in templo Dominicanæ familiæ aram B. Virgini, pluribusque aliis Sanctis sollemni dedicauit cæremonia, cui sequentibus adnotatum fuit verbis:

I. N. D. A. Anno MCCCCXVII die XIX Decembr. consecratum est istud altare in honore gloriose V. M. & SS. Ioannis Baptiste, trium Regum, S. Martini Episcopi, Antonii & Hieronymi Confessorum, & Apollonie V. & M. & B. Marie Magdalene, a Reuerendo Domino GERHARDO Episcopo Christinopolitano, S. Sedis Moguntine Suffraganeo, & reposite sunt in eo reliquie de brachio S. Marci Euangeliste, de brachio S. Galli, de ossibus Lazari, Florentii, & Maurorum Thebeorum.

Simi-

Similiter, vt deceſſor, in æde PP. Prædicatorum honeſtiſſimo ſepulcrum cepit loco, ante aram quidem, quam ipſe, vt modo dictum, conſecrauit.

NICOLAVS

Epiſcopus Geſtopolitanus.

Ad pontificii muneris vicariam procurationem vocatus ab Conrado III, litteris peruigilio almæ Pentecoſtes an. MCCCCXX ſignatis. Sequenti, ſabbato, quo cantatur *Intret*, in æde metropolitana ſacros Ordines contulit, vt ex litteris, Diacono cuidam ordinato, teſtimonii loco datis, patet.

IOANNES de REIFFERSCHEID

Epiſcopus Cyrenenſis.

Nicolai in locum ſuffectus an. MCCCCXXII ab eodem Conrado III, tabulis Norimbergæ feria quinta proxima poſt feſtum Virginis aſſumptæ confectis, & dein a Theoderico ſimiliter in Suffraganeum adſumtus an. MCCCCXXXV, litteris Eltuillæ die XXVII Martii datis.

Anno MCCCCXXXVIII conſecrauit Moguntiæ altare in curia Comitum Hanouienſium, vt *Helvvichius* olim obſeruauit.

Extremum vero vitæ ſpiritum edidit anno MCCCCXLVII, V Kal. Nouembr. qui erat dies SS. Simonis & Iudæ Apoſtolorum memoriæ ſacer. Tumulatus in parochiali D. Emmerano dedicata, cuius ille Curio quondam ſiue Plebanus fuerat, in choro, a latere dextro aræ ſummæ, cum inſcriptione ſequenti, quam partim ob litterarum ductus inſolitos, partim ſcripturæ compendia difficilem lectu dixit *Helvvichius*:

Anno Domini MCCCCXLVII, in feſto SS. Simonis & Iudæ Apoſtolorum obiit Rds in Xro Pr & Dns IOHANNES Epiſcopus Zerinenſis, Rdor in Xro Patr-Dnor Conradi & Theoderici Aeporum Vicarius.

Inciſa eſt lapidi, in quo exſculpta effigies Epiſcopi, cum mitra & baculo, additis inſignibus.

SIFRIDVS de MOGVNTIA

Epiſcopus Cyrenenſis,

Ordinis Prædicatorum.

Cognomen a patria more temporum illorum tulit. Vocabatur enim nomine gentilitio *Piſcatoris.* Natus autem fuit genere nobilitatis inſignibus conſpicuo, vt alibi iam dictum. Ad vicariam ſacrorum functionem adſcitus fuit a Theoderico an. MCCCCXLVI. Docent id litteræ, quas ipſe dedit a. d. Lunæ poſt Dominicam *Reminiſcere.*

* Hunc quidem in modum: *Ich Bruder* Sifrid Piſcatoris, *Prediger Ordens, Lehrer in der H. Schrifft, bekenne --- daſs der --- Herr Dieterich, Erz-Biſchoff zu Menze mit mir überkommen iſt, daſs ich Sr. Gn. Vicarius in pontificalibus ſin, vnd Sr. Gn. Stet verſehen ſol, vnd ſol auch darumbe einen Titul beſtellen, daſs ich alſo zue Biſchofflicher Würdige komme vnd geordnet vverde, dazu Se. Gn. mich mit ſiner Bethe furderen ſol an den Enden, da ſich das gepuret &c. Dat. Montag poſt Dominicam Reminiſcere* 1446.

Qua procuratione cum fungeretur, anno MCCCCXLIX in æde Carthuſienſium duas dedicauit aras. Loquuntur id ſchedæ ſequentes, dum nuper illæ recludebantur, repertæ:

Iſtud altare conſecratum eſt in honore S. Trinitatis, beatiſſime Virginis Marie, S. Michaelis, & omnium Angelorum, a Venerabili in Chriſto Patre & Domino, Domino SYFRYDO, Epiſcopo eccleſie Cerenenſis, Vicario in pontificalibus Reuerendiſſimi in Chriſto Patris & Domini, Domini THEODERICI, S. Sedis Moguntine Archiepiſcopi, ſub anno Domini M° CCCC° XLIX° feria ſexta poſt omnium Sanctorum. Et dedicacio eccleſie & huius altaris erit Do-

minica proxima post octauas Paſche. Et he reliquie incluſe ſunt, ſcilicet de ligno S. Crucis, de oſſibus XI M Virginum, & ſanctorum centum quadraginta quinque millium martyrum, & B. Magdalene. Et de omnipotentis Dei miſericordia largitur omnibus vere contritis & confeſſis XL dies indulgenciarum annua die dedicacionis eius.

Iſtud altare conſecratum eſt in honore S. Iacobi Apoſtoli maioris, & trium Regum, XI M Virginum, S. Martini, & omnium Sanctorum, a Venerabili in Chriſto Patre & Domino, Domino SYFRYDO, Epiſcopo eccleſie Cerenenſis, Vicario in pontificalibus Reuerendiſſimi in Chriſto Patris & Domini, Domini Theoderici, S. ſedis Maguntinenſis Archiepiſcopi, ſub anno Domini M° CCCC° XLIX°, ſabbato poſt omnium Sanctorum. Et dedicacio huius altaris erit in die Iacobi Apoſtoli maioris. Et reliquie incluſe ſunt ſcilicet de ligno S. Crucis, ſanctorum centum quadraginta quinque millium martyrum, ſanctorum Maurorum martyrum, XI M Virginum, S. Vincenti. Et de omnipotentis Dei miſericordia concedit vere contritis & confeſſis XL dies indulgenciarum in die dedicationis eius.

Sequenti MCCCCL arbitrum egit Theodericum Archiepiſcopum inter ac ciues Moguntinos.

HENRICVS

Roſſenſis Epiſcopus,

Ordinis Eremitar. D. Auguſtini.

A Theoderico Archiepiſcopo in partem curarum pontificalium adſumtus fuit anno MCCCCLVI, litteris Aſchaffenburgi peruigilio Paſchatos perſcriptis.

Sequenti MCCCCLVII Reinhardum de Mosbach, prouiſione Theoderici in locum Cunonis, Abbatis Seligenſtadenſis defuncti, ſuffectum ſacrauit, & poſtero, qui MCCCCLVIII reparatæ fuit ſalutis, Petrum de Dornickheim, Ioannis de Steten, Abbatis in Munſter-Treiſa Ordin. Præmonſtrat. demortui ſucceſſorem, recens electum.

Eodem anno in ſacello D. Victoris aram (de qua ſupra in *Widekino*) rurſum dedicauit. Loquitur id reſidua tabulæ dictæ pars, quæ ſic habet:

Anno Domini MCCCCLVIII, IV Id. Octobris eleuatum eſt predictum altare propter eleuacionem pauimenti ad duos gradus aſcendendo & denuo conſecratum eſt II Id. Octobr. a Reuerendiſ. Patre & Domino HEINRICO Roſſenſi Epiſcopo, in honorem ſancte Trinitatis, beatiſſime Marie Virginis, S. Victoris, patroni ipſius altaris, & ſociorum eius martyrum, trium Regum glorioſorum, & quatuor Coronatorum, Hieronymi Confeſſoris, Marie Magdalene, & SS. Virginum Catharine, Barbare, & Agnetis. Indulgencie ſunt XL dies auctoritate iam dicti Domini Epiſcopi rite confeſſis & contritis quolibet dictorum feſtorum, ſimiliter & in feſto dedicacionis ipſius altaris, quod ſemper eſt celebrandum Dominica proxima poſt feſtum S. Victoris & Sociorum eius.

Secuto MCCCCLIX in æde D. Bartholomæi aram eodem conſecrauit ritu. Docet id, quam huc afferre placet, tabula:

Nos HENRICVS Dei & Apoſtolice ſedis gracia Epiſcopus Roſſenſis, Reuerendiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini THEODERICI, S. Maguntine ſedis Archiepiſcopi in pontificalibus Vicarius generalis, recognoſcimus per preſentes, quod anno Domini MCCCCLVIIII, quarta die menſis Maii, conſecrauimus hoc altare in honore SS. Petri & Marcellini martyr. S. Iheronymi, S. Gregorii, S. Ambroſii, S. Auguſtini, SS. XI M Virgin. & S. Petronelle. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno & die, quibus ſupra.

Eodem a Diethero, Theoderici ſucceſſore, ad eadem adſcitus eſt munia, & menſibus quatuor interiectis extremum vitæ finem impleuit. Sepultus in æde FF. Eremitarum, cum hac olim ἐπιγραφῇ;

Anno Domini MCCCCLX die XXIIII Marcii obiit Reuerendiſ. in Xro Pr & Dns Heinricus Epiſcopus Roſſenſis, Ordin. S. Auguſtini C. A. R. I. P.

SIFRI-

SIFRIDVS

Episcopus Cyrenensis

secundum.

Constitutus pontificii muneris vicarius a Diethero anno MCCCCLX, die XXVII Martii. Inde anno sequenti in monasterio D. Iacobi, quod in monte speciosо est, consecrauit altare SS. Martyrum & Confessorum memoriæ dicatum ante chorum, & altare SS. dedicatum Virginibus in sacrario. Et cum per id temporis monastici cœtus passim per vitæ licentioris irent abrupta, iussu Adolfi anno MCCCCLXIV cœnobium Ilbenstadense, Ordin. Præmonstrat. & anno MCCCCLXVI id, quod vernacula *Marienschloß* appellatur, & Rockenburgo vicinum est, Ord. Cistercienſ. qua par erat vigilantia interuisit. Anno dein sequenti LXVII rursum in monte Iacobæo dedicauit altaria S. Crucis, OO. SS. S. Michaelis Archangeli & omnium Angelorum supra lectionarium in medio ecclesiæ; postero item MCCCCLXVIII, Lunæ post Dominicam, quam *Oculi* vsus vocat ecclesiasticus, Francofurti ad Mœnum in æde Spiritui S. dicata chorum & altare *.

* *Lersnerus* chron. Francof. parte II cap. XXII p. 86.

Eodem Conradum, monachum cœnobii Benedictini, quod Coloniæ D. Martino sacrum est, in locum Ioannis de Itstein, Abbatis ad D. Ioannis in Rhingauia suffectum sacrauit, & anno secuto (MCCCCLXIX) die III Octobr. Ioannem Colnhausen, Sponheimensis cœnobii Abbatem recens electum. *Trithemius* chron. Sponheim. p. 383 & seq. Anno MCCCCLXXIII, prouehendo religionis studio, singulis ac omnibus, qui festa B. Petri martyris Mediolanensis memoria sacrificio Missæ interfuerint, vel aliquid subsidii pecuniarii ad vsus contulerint sacros, quadraginta dierum piacula condonauit. Intererit, tabulas ipsas his innectere:

SIFRIDVS miseracione diuina Episcopus Cyrenensis, S. Theologiæ Professor, Reuerendissimi in Christo Patris & Domini, Domini ADOLFI, S. Maguntine sedis Archiepiscopi in pontificalibus Vicarius generalis. Vniuersis & singulis Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem in Domino sempiternam.

Splendor paterne glorie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de ipsius clementissima maiestate sperancium tunc precipue benigno fauore prosequitur, cum deuota ipsorum humilitas Sanctorum precibus & meritis adiuuatur.

Cum igitur vtriusque homines sexus, deuocione tracti B. Petri martyris Mediolanensis, *desiderarunt stipendii specialis sibi dona impartiri meritis eiusdem S. martyris; cupientes eosdem fratres & sorores presentes & futuros spiritualibus donare muneribus, ob reuerenciam prefati S. martyris, eorum precibus atque racionabilibus causis animum nostrum mouentibus, supplicacione eorundem inclinati, omnibus & singulis in eadem fraternitate existentibus, nunc & in antea futuris, confessis & vere contritis, qui in festo ipsius S. martyris deuote interfuerint officio Misse, ac qui orauerint quinquies Dominicam orationem cum Angelica salutacione, ac Apostolorum symbolo, nec non obtulerint, seu alias pro reparacione ornamentorum ecclesiasticorum aliquid contulerint, omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius autoritate confisi, XL dies indulgenciarum semel duntaxat in die, perpetuis temporibus duraturas, ex indultu Reuerendissimi Domini Archiepiscopi Maguntini impartimur. In quorum testimonium sigillum nostrum appendi fecimus. Datum XVI Iun. anno Domini MCCCCLXXIII.*

Eadem fini, eodem hoc anno eandem fecit gratiam omnibus, qui Moguntiæ ad ædem PP. Prædicatorum confluxerint, & coram signo S. Crucis, illic in ambone collocato, noxis expiati, orationem Dominicam cum symbolo Apostolico ter recitauerint, vt sequentibus manifestum fit litteris:

SIFRIDVS miseracione diuina Episcopus Cyrenensis --- Vniuersis Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam. Quoniam splendor lucis eterne & lumen sanctam illuminans ecclesiam singulis temporibus illuminare non desinit ipsam,

diuerſaque ac multiplicia, que ad ſalutem pertinent Chriſti fidelium, multiplici non ceſſat gracia irradiare: Cupientes igitur, quod ſancta crux Chriſti, que locata eſt in ambone eccleſie S. Trinitatis FF. Predicatorum Magunt. debitis veneretur obſequiis, fideleſque eo libencius cauſa deuocionis ad illam confluant, quo ibidem dono celeſtis gracie vberius conſpexerint ſe refertos, a Chriſtique fidelibus iugiter veneretur, de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius autoritate confiſi, omnibus vere contritis & confeſſis, qui coram eadem cruce tria Pater noſter cum Angelica ſalutacione ac ſymbolo Apoſtolorum Chriſti deuote orauerint, pro Fratribus Predicatoribus totiens quotiens, ac pro aliis, qui pro tempore ad predictam eccleſiam confluxerint ſemel in die duntaxat, XL dies indulgenciarum miſericorditer in Domino largimur. In quorum omnium robur, ſigillum noſtrum preſentibus appendi fecimus. Datum Maguncie anno Domini MCCCCLXXIII, XXV Septembris.

Impreſſa, vt id addam, ſunt ambo ſigilla ceræ viridi, forma oblonga, exhibentque B. M. V. ſub vraniſco, eiuſque ſub pedibus ſcutum cum baculo Epiſcopali; in περιφερία vero ſcriptum: SIGILLVM SIFRIDI $\overline{EPI}$ ECCLESIE CERENENS.

Vti bene de cuiusuis conditionis hominibus promereri ſtuduit, ita præcipue benignus fuit erga Ordinis ſui Fratres Moguntinenſes; id quod vel ipſi in necrologio ſuo p. 14 grato prædicauerunt, quin etiamnum recolunt animo. Afferam ipſa, quibus id faciunt, verba:

Anniuerſarium gracioſi Patris & Domini, Domini Syfridi Epiſcopi Cyrenenſis, *ab Ordine aſſumpti, omnium parentum ſuorum,* Conradi *patris &* Irmele *matris, ac fratrum carnalium,* Dudonis, Grete *vxoris, &* Domini Conradi, Ordinis Teutonicorum, *ſingulis annis perpetuo celebrabitur --- Racione cuius Conuentus recepit ornatum album, meliorem caſulam cum dalmaticis & requiſitis, caſulam viridem de Damaſco cum ſuis requiſitis, in valore octoginta florenorum. item decem picaria argentea, in valore octoginta florenorum, que legata erant a Domino predicto ſupradicto Dudoni fratri ſuo carnali ad dies vite ſue duntaxat, & poſt Conuentui, ſed ea ſtatim ſponte Conuentui reſignauit, vt eius memoria fidelius haberetur. Cetera predicti D. beneficia vide infra in die S. Galli Confeſſoris. item racione eiusdem poſt mortem recepimus L florenos Renenſ. pro quibus comparata ſunt cappa alba de Damaſco precioſior ---* & p. 75 *b*) *item in teſtamento & vltima voluntate eiusdem legauit XL florenos pro lampade in choro perpetuo tenenda; item vnum ciphum argenteum deauratum, duas phialas argenteas, & vnum calicem, omnia ſimul in valore LV florenor. item omnes ſuos libros tam latinos, quam hebreos, vt eſt videre in libraria Conuentus, ſatis precioſos, & centum maldra tritici optimi in valore LX florenor. aliaque plurima contulit beneficia, precipue tempore deſolacionis ciuitatis Moguntine poſt eccleſie Conuentus incendium. Singulariſſimus eciam patronus, pater & protector fuit FF. Conuentus & Ordinis. Laboribus & expenſis eiusdem Domini & Patris Conuentus denuo poſitus fuit ad regularis vite obſeruanciam an. Domini MCCCCLXVIII, ipſo die Vincentii Patris noſtri. quare ſinguli Fratres fideliter pro anima eius orare tenentur.*

Obiit tandem eodem hoc anno MCCCCLXXIII, ipſo die B. Galli Confeſſoris, inter manus Fratrum, vt in dicto necrologio p. 75 habetur. ex quo *Trithemium* corrigas, qui in catalogo Virorum illuſtrium p. m. 162 die 6 Maii defunctum narrat.

Sepulturæ locum cepit in æde PP. Prædicatorum ante aram principem, cum lapide ſepulcrali; qui, dum an. MDLVIII Iodocus a Bicken, Præpoſitus Rosdorfenſis & S. Albani Canonicus, hoc in tumulo condebatur, ſubmotus, & ad ingreſſum ſacrarii poſitus fuit. Pro epitaphio ei inſculpti erant verſiculi quidam, quos tamen ægre legi potuiſſe, iam ſuo tempore queſtus Helvvichius eſt. Illorum vnus ita habet:

Præſulis eximii tegit hic lapis oſſa Sifridi.

Ceterum ipſe Commendator etiam fuit ſiue Rector eccleſiæ S. Marci apud Butisbacenſes, & quidem ad an. vsque MCCCCLXVIII. Tum vero, vti litteris haud leuiter tinctus erat, aliquot ſcripſit opuſcula, quæ recenſui in diſſertatione *de Doctis Moguntinis.*

DIONY-

DIONYSIVS

Episcopus Cyrenensis,

Ordinis D. Dominici.

A Sifridi obitu ab Adolfo II an. MCCCCLXXIII eidem admotus muneri: cui quidem magna vitæ & morum integritate, tempore tamen haud adeo multo præfuit. Extremum vero vitæ diem morte confecit Francofurti ad Mœnum anno MCCCCLXXV, III Non. Nouembr. Sepulturæ traditus Moguntiæ in æde Ordinis sui, in choro, retro altare; quo loco etiamnum lapis in solo iacet, in quo ipse Pontificis exsculptus est amictu, cum sequenti elogio;

Anno Domini MCCCCLXXV, III Nonas Nou. obiit Reuerendus Pater & Dominus DIONYSIVS, Episcopus Cyrenensis, Vicarius in pontificalibus Archiepiscopi Moguntini, Magister in Theologia, de Ordine Prædicatorum assumptus. C. A. R. I. P. Amen.

In necrologio Prædicatorum ad festum IV Coronat. mense Nouembr. his memoratur verbis: *Anniuersarium* D. Dionysii, *Episcopi Cyrenensis, successoris Domini* Sifridi, *qui obiit anno Domini MCCCCLXXV. Pauca legauit Conuentui, quia pauper Christi, vnde legaret, non habuit. Hic fuit Episcopus pene II annis, & mortuus in Franckenfordia in Conuentu Fratrum. Ductus est ad nos sepeliendus.*

* *MATTHIAS EMICH*

Episcopus Cyrenensis,

Ordinis FF. B. M. V. de monte Carmeli.

A Diethero Archiepiscopo vocatus Vicarii in pontificalibus subiit munus, & anno MCCCCLXXVII Ioannem Klenck, electum Abbatem monasterii Rubricensis, Ord. Præmonstrat. & sequenti MCCCCLXXVIII Ioannem Appel in locum defuncti Abbatis Selboltensis, Conradi, surrogatum, sacrauit.

In fata concessit anno MCCCCLXXX, die XXIV Maii, sepultus in Carmelo Boppardiensi, in quo olim Deo se in familia B. M. V. obstrinxerat. In necrologio FFr. Moguntinensium his memoratur verbis: *Anniuersarium, quin potius memoria Domini* Matthie *de* Emsche, *Ordinis nostri, S. Theol. Professoris eximii, filii Boppardiensis, quondam* D. G. Episcopi Cyrenensis, *nec non Suffraganei Reuerendissimi Dietheri de Isenborch, Archiepiscopi sedis Maguntine, MCCCCLXXX.*

BERTHOLDVS

Episcopus Panadensis *,

Ordinis PP. Prædicatorum.

* Creatus a Paulo II P. M. an. MCCCCLXVIII, die XIII Maii, vt prodit *Fridericus Steil* ad d. I Ian. p. 8.

Suffraganeus hactenus Erfurtensis, Dionysio mortuo in partibus Rhenanis ad tempus Diethero suffragatus est. Anno namque MCCCCLXXV Francofurti ad Mœnum in templo FFr. Prædicatorum consecrauit altare in honorem S. Crucis, Lanceæ, Coronæ, & Clauorum Domini, S. Michaelis, & omnium Angelorum, S. Catharinæ de Senis, SS. Vincentii, Martini, Wolfgangi, & omnium Confessorum.

Hoc altare ante chorum erat, in medio; translatum postea alium in locum.

Anno MCCCCLXXX Matthiæ suffectus, sabbato quatuor temporum, quo cantatur, *Venite adoremus*, ordines Moguntiæ contulit in æde D. Ioannis. Sequenti MCCCCLXXXI dedicauit altare Seligenstadii in monaosterio; & die XIX Nouembr. Moguntiæ in æde D. Petri extra mœnia aliud in ambone, & quidem in honorem SS. Martini, Christophori, Antonii, Elisabethæ, & Barbaræ. Anno dein postero (MCCCCLXXXII) die X Iulii in cœnobio D. Iacobi in monte altare S. Pantaleonis, S. Nicolai item in Capitulo, & aliud S. Andreæ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Insequenti MCCCCLXXXIII Ioannem Trithemium, Abbatem Sponhemensem nuper renuntiatum, Moguntiæ sollemni ritu benedictionis munere affecit; id quod ille in chronico Sponheimensi p. 394 & seq. his annotauit verbis: *Electus itaque anno & die præscriptis* (IV scilicet Kalend. Augusti) *eodem anno in die assumptionis B. M. semper virginis per Albertum Administratorem ecclesiæ Moguntinæ in castro Steinheim confirmatus est, præsentibus ibidem Hermanno S. Iacobi, Ioanne in Selgenstadt, & Melchiore in Schoinavven Ordinis nostri Abbatibus, & aliis compluribus. Posthæc eodem anno V Id. Nouembr. quæ fuit Dominica ante festum S. Martini a Bertholdo, Episcopo Panadensi, præfati Domini Administratoris in pontificalibus Vicario, munus benedictionis accepit in ecclesia S. Iacobi prope Moguntiam, astantibus sibi ex more pontificalibus indutis, Hermanno eiusdem loci, & Anselmo, Limburgensis cœnobii, Ordinis nostri Abbatibus, ab eo requisitis.*

Anno, qui orbi illuxit MCCCCLXXXIV, sabbato, quo cantatur, *Sitientes* &c. sacros rursum Ordines contulit inter sacrum Missarum officium in templo ordinis sui Moguntiæ; dein feria II post octauas Paschatis Sponhemii in monasterio aram, quam Trithemius Abbas in sacrario statuerat, consecrauit in honorem S. Annæ matris, beatissimæ Dei genitricis, S. Hieronymi Presbyteri, S. Benedicti Abbatis, S. Seruatii Episcopi Tungrorum, & S. Barbaræ, virginis & martyris. Vid. *Trithemius* l. d. ad h. a. p. 397. Mense Decembri sequente Wernero Lochmann, in locum defuncti Abbatis Selboltensis, Ioannis, electo, iussu Bertholdi Archiepiscopi benedictionis impertiuit munus. itemque Abbati Burs-
al. *Fulseck* feldensi, Ioanni de Westphalen, qui Theodericum Fulsigk secutus est, anno postero MCCCCLXXXV. Quo etiam anno, Dominica III Aduentus aram sacelli, quod Oppenhemii in Domo monasterii S. Iacobi erat, eximia sacrorum specie dedicauit.

Anno MCCCCLXXXVI, cum Francofurti die XIV Febr. Rex eligeretur Romanorum Maximilianus I, apparatissima pompa Missæ de Spiritu S. peregit sollemnia: & dein a Bertholdo Archiepiscopo, litteris Aschaffenburgi die XXI Octobr. datis constitutus fuit Vicarius per Hassiam, Thuringiam, Eichsfeldiam, & Saxoniam generalis. Vt adeo conferri huc mereatur, qui suo sequitur loco, illorum catalogus.

HENRICVS

Episcopus Vicecomponensis.

Anno MCCCCLXXXVI Bertholdo in partibus Rheni suffectus fuit, vt ex litteris sequentibus plenius cognoscere est.

BERTHOLDVS D. G. S. Sedis Maguntinæ Archiepiscopus --- Notum facimus per presentes, cum Reuerendo in Christo Domino HENRICO, Episcopo Vicecomponensi, amico nostro sincere dilecto, vices nostras in pontificalibus commiserimus, iuxta litteras, & formam desuper traditam; quo autem magis Dilectio sua dicto officio & commissioni preesse, & decencius sustentari possit, deputauimus & assignauimus eidem florenos centum annuos, sue Dilectioni de reditibus & introitu thelonei nostri in Ernfels singulis annis, quamdiu in officio fuerit, per Officialem, hoc est, scriptorem thelonei predicti soluendos; promittentes iuuare & facere, vt sue Dilectioni dicta summa, terminis, quibus supra, sine mora & ad suam interpellationem soluatur. Preterea commodioris vite & status honestioris gratia, omnes & singulos fructus ad Vicariam in Capella SS. Simonis & Iude Apostolorum in ciuitate nostra Maguntina quondam fundatam, nunc vero exstinctam, vna cum domo ad eam spectante, prefato Vicario nostro assignamus, ita vt eius durante officio illos percipere, in suos vsus conuertere, & in dicta domo habitare possit & valeat, & eandem domum in structura, tecto, parietibus, & fundamentis, ceterisque conseruare debeat, nec quicquam a dictis censibus aut iuribus ad Capellam spectantibus distrahere, alienare, aut quouis modo obligare, quin imo fideliter teneatur conseruare. Ne autem dicta Capella & populus diuinis destituatur officiis, volumus, vt dictus Vicarius noster eandem Capellam gubernet, procuret, & officia diuina in ea instituta statutis temporibus plenarie expleat, vel persolui procuret, remotis exceptionibus quibuscunque. Date Aschaffenburgi sub sigillo nostro VIII Octobr. anno Domini MCCCCLXXXVI.

Anno

Anno sequenti MCCCCLXXXVII, die, qui sanctæ crucis inuentione sacer est, in monasterio D. Iacobi iuxta mœnia Moguntina, in cella Abbatis consecrauit altare Euangelistarum; & post in valle iuxta castrum Sponheim sacellum & altare, quæ Abbas Ioannes recens exstruxerat. Annotatum id in chronico, quo auctor operis *Trithemius* res Sponheimenses complexus est, p. 399 his verbis: *Eodem anno III Id. Iul. hoc est, in die S. Margaretæ Virginis & martyris, Ioannes Abbas noster prædictus eandem Capellam & altare consecrari fecit in honorem SS. Ioannis & Pancratii, Hieronymi Presbyteri, Bernhardi Abbatis, Catharinæ Virginis & martyris, Catharinæ de Senis, & XI millium Virginum per Henricum Vicecomponensem, Bertholdi Moguntini Archiepiscopi in pontificalibus Vicarium, datis indulgentiis consuetis. Qui peracto prandio duas nouas campanas, quarum alteram fundi fecit, alteram comparauit Abbas Trithemius pretio, hic in cœnobio sollemniter benedixit.*

Eodem Gerhardum de Montebur, Abbatem S. Ioannis in Rhingauia, qui Conrado successor datus erat, sollemnibus adhibitis cæremoniis inaugurauit.

Anno MCCCCLXXXIX in Abbatia D. Iacobi aræ D. Antonii dedicationis impertiuit religionem ipso die honori D. Barbaræ festo; & an. MCCCCXCII Francofurti in medio templi FF. Prædicatorum aræ in honorem S. Annæ, Agnetis, Cæciliæ, Luciæ, Ottiliæ, Virginum, Martini Episcopi, Valentini, Blasii, Georgii, martyrum, atque SS. Innocentum, collatis omnibus veram cordis & oris de peccatis confessionem edentibus, ante eam preces fundentibus, ac pias eleemosynas ad eam conferentibus, XL dierum indulgentiis pro parte Reuerendissimi Moguntini, & XL aliarum pro parte sua; recurrente vero dedicationis huius die & anniuersariis patronorum ter octoginta dierum gratuitis criminum condonationibus.

Eodem alioquin anno Eckardum Klüppel de Elckershausen, Ioanni de Walderdorf, Abbati ad S. Ferrutium in Bleidenstadt, fatis functo substitutum, & Thomam, Seligenstadii Ioanni de Colnhausen, sponte Abbatis dignitatem dimittenti, suffectum, quanta par fuit cæremonia religioneque sacrauit.

Sequenti vero MCCCCXCIII corporis carcere solutus spiritum creatori Deo reddidit.

ERHARDVS de REDWIZ
Episcopus Vicecomponensis,
Ord. Cistercienſis.

Bertholdo dignus visus, quem Henrico, rebus humanis erepto, Pontifici an. MCCCCXCIII præsentaret, & titulo Episcopi Vicecomponensis exornatum anno sequenti ad Vicariam Pontificii muneris procurationem adsumeret. Hoc patet ex litteris Moguntiæ in arce S. Martini die XIV Aprilis datis: illud vero ex tabulis sequentibus:

BERTHOLDVS *D. G. sancte Moguntine Sedis Archiepiscopus &c. Defuncto nuper Reuerendo in Christo Patre D. Heinrico Vicecomponense, nostro in pontificalibus Vicario generali, supplicauit nobis deuotus dilectus noster* Erhardus *de* Redvviz *Professus Ord. Cysterc. quatenus ipsi huiusmodi nostrum vicariatus officium committere, sibique, dicti quondam Predecessoris Vicarii exemplo, de competenti victu prouidere dignaremur. Nos itaque volentes pro debito pastoralis officii, proque eo, quo tenemur --- ipsi officio prouidere, eundem* Erhardum *de* Redvviz, *sanctimonia vite & doctrina commendatum, in communione fidelium existentem, pontificali honore decorandum dignum existimauimus, eundemque SS. in Christo Patri & Domino D. Alexandro, S. Romane & vniuersalis ecclesie summo Pontifici, Domino nostro clementissimo, ac illi vel illis, ad quem vel ad quos ea res pertinet, pro tempore nominamus, rogantes humiliter, dum aliud canonicum non obstat, pro exercitio dicti vicariatus ipsum Erhardum in Episcopum promoueri; Et ne idem Erhardus, quatenus eum munere S. sedis Apostolice promoueri contingat, in victualibus defectum patiatur, & vt decenter sustentari valeat, pensionem annuam ducentorum florenorum auri Rhenensis, singulis annis, quoad vixerit, soluendam, harum serie reseruamus, constituimus, & assignamus, affirmantes, eos pro debito officii nostri pastoralis singulis annis absque contradictione predicto Erhardo soluturos. In quorum testimonium --- Datum in nostro opido Hoest II mensis Decembris* 1493. Secuto,

Secuto, qui reparatæ ſalutis MCCCCXCV fuit, Sponhemii in domo Abbatiali altare, quod Abbas recens ſtatuerat, XV Kalend. Iul. in honorem S. Annæ matris, beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ, & S. Andreæ Apoſtoli dedicauit, inditis quamplurimis Sanctorum reliquiis; quas qui noſſe cupit, *Trithemium* in chronico Sponheimenſi ad h. a. p. 406 & ſeq. adeat.

Inſequenti MCCCCXCVI Ioannem de Siegen, Gerhardi de Montebur, Abbatis ad D. Ioannis in Rhingauia ſucceſſorem, Bertholdi Archiepiſcopi mandato benedictionis affecit munere. Poſtero, qui MCCCCXCVII fuit, Moguntiæ ſabbato quatuor temporum, quo cantatur, *Intret* &c. ſacros clericorum ordines, maiores iuxta minoresque, in æde FF. B. M. V. de monte Carmeli contulit. Anno MD, IV Kalend. Ianuar. Bingæ conſecrauit altare in curia monaſterii D. Iacobi in monte ſpecioſo iuxta mœnia Moguntina, in honorem SS. Iacobi & Benedicti; & anno ſequenti in villa Comitatus Daſſelenſis, *Salz* dicta, templum nouum æque ac cœmeterium; & illud quidem in honorem B. M. V. *Lezne-rus* chron. Daſſelenſ. lib. V. cap. XXIII. Agebat Erhardus tum Heiligenſtadii.

Ex hac mortali vita euocatus eſt anno ſalutis MDII, die XXX Septembr. ſepultus Moguntiæ in æde familiæ Dominicanæ ſacra *, in choro, retro aram maximam, a dextris, vna cum lapide ſepulcrali, qui nunc, vti e regione alter Dionyſio poſitus, ex parte ſubſelliis tectus eſt. Inſculpta illi Erhardi effigies, habitu pontificali, cum hac inſcriptione:

Anno Domini 1502, *die S. Hieronymi obiit Reuerendus in Chriſto Pater & Dominus, ERHARDVS, Reuerendiſſimi Domini* BERTHOLDI *Archiepiſcopi Moguntini Suffraganeus, ac ſtudii Moguntini Rector. C. A. R. I. P.*

* Id quod *Steilium* induxit, vt erronee eum ſuo adſcriberet Ordini in *Ephemeridibus Dominican. ſacris* p. 507.

Ceterum pulcerrimam ipſius effigiem, pontificio amictu, videre eſt in feneſtra quadam picta in periſtylio monaſterii Erbacenſis in Rhingauia, cum hac ἐπιγραφῇ;

Erhardus de *Redvviz, de Conuentu Lanckheim, Ord. Cyſt. Dei & Aplice ſedis graa Eps Vicecompon Rmi in Xro Pris & Dni Bertoldi Sce Mogunt. ſed. AEpi in pontifical. Vicar. & Commiſſar. general.* 1501.

THOMAS RVSCHER

Epiſcopus Vicecomponenſis.

Patria fuit Gamundianus, & cum in litteras ſacratiores ſingulari incubuiſſet ſtudio, primus in nouella academia Moguntinenſi Doctoris Theologi titulo & honoribus exornatus eſt anno MCCCCXCIII, die XVII Iun. vid. *Serarius* rerum Moguntiacar. lib. I cap. XXXIV §I p. 105.

Erhardo deſtinatus ſucceſſor, anno MDIII, Dominica *Oculi* dicta, quæ tum in XIX diem Martii incidebat, in Collegiali D. Petri, quæ extra mœnia Moguntina quondam fuit, coram magna populi multitudine dignitatis Epiſcopalis ſacra ſuſcepit, & dein die XXVII Martii a Bertholdo Archipræſule honeſtiſſimo diplomate in demandati muneris procurationem immiſſus eſt.

Anno MDV Ioanni Antel de Crozenberg, Abbati Selboltenſi, in Werneri Lochmann locum electo, munus conſecrationis impertiit, & haud ita multo poſt ipſi Iacobo, Archiepiſcopo Moguntinenſi, rei diuinæ ſubſeruientibus Philippo Antiſtite Spirenſi, illiusque Suffraganeo Ioanne. Anno præcipite in Eremo Carthuſienſium aram, de qua ipſe in litteris ſequentibus, ſollemniter dedicauit.

THOMAS diuina miſeracione Epiſcopus Vicecomponenſis, Suffraganeus Moguntinus, S. Theologie humilis Profeſſor, notum facimus per preſentes, quod anno milleſimo quingenteſimo quinto, vigeſima die menſis Decembris, que fuit quarta dies Dominica Aduentus Domini, preſens altare ad honorem omnipotentis Dei, & in honorem Marie Virginis, B. Anne, matris eius, B. Ioachimi, nutricii eius, B. Marie Cleophe, B. Marie Salome, B. Ioſephi, mariti Virginis beate, B. Eliſabeth, cognate Marie, B. Zacharie, viri eius, B. Marie Magdalene, B. Ioannis Euangeliſte, B. Ioſephi ab Arimathia, qui venit ad IE-

ſum

ſum nocte, & in honore trium Regum, Caſpar, Melchior, & Balthaſar, Deo vbique ſuffragante conſecrauimus. In cuius teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum, cum impoſitione reliquiarum & indulgenciis conſuetis.

Sequenti MDVI Nicolaum de Luzenburg, Sponhemii Ioanni Trithemio, qui certis inductus cauſſis de prouincia Abbatis deceſſerat, ſurrogatum ſolito benedictionis ritu initiauit. Poſtero MDVII chorum parochialis villæ Planich, impenſis cœnobii D. Iacobi in monte ſpecioſo conſtructum, Dominica poſt Simonis & Iudæ ſollemne dedicauit, & annis proxime ſecutis duos rurſum Abbates conſueto cæremoniarum inaugurauit ordine. Anno quidem MDVIII Fridericum, qui Ioanni de Siegen, Abbati S. Ioannis in Rhingauia ſuccedebat; anno MDIX vero Thomam, qui Seligenſtadii Abbatem ſibi cognominem, fato ſuo nuper functum, ſequebatur.

Eodem alioquin anno, die XVII Auguſti in cœmeterio, quod Francofurti ad D. Bartholomæi eſt, quaſdam conſecrauit imagines, in honorem S. Crucis, B. M. V. Ioannis Euangeliſtæ, & S. Mariæ Magdalenæ. *Lerſnerus* chron. Francofurt. parte II cap. XXXIII p. 106.

Naturæ modum expleuit anno MDX, die VIII Auguſt. ſepultus in æde maiori, ad ingreſſum e ſacello Gothardino, ſub ſaxo, cui inciſa effigies illius, habitu pontificio, vna cum epitaphio, quod ſi legere cupis, in libello *de Epitaphiis* inuenies.

IOANNES MONASTERII,

Epiſcopus Vicecomponenſis.

Vir doctus, & tum in ſtudiis liberalibus, tum iuris Canonici ſcientia probe exercitatus; beneficio inſuper non vno eccleſiaſtico auctus. Fuit enim Artium Magiſter, Decretorum Licentiatus, Vicarius maioris, & Reuerendiſſimo Collegio metropolitano a ſecretis; adhæc anno MCCCCXCVIII præbendam & Canonicatum ad D. Ioannis, academiæ contributum, obtinuerat, & anno MDV, prouiſione Iacobi, parochiam villæ Dromersheim.

Cum vero litterarum polleret ſcientia, magnaque vitæ & morum eſſet honeſtate, dignus habitus eſt, qui Thomæ ſuccederet, anno MDX Iulio Papæ II his præſentatus litteris:

Sanctiſſimo - - - -

Deſtituta nuper eccleſia Vicecomponenſe per obitum b. m. D. THOME, ipſius eccleſie Epiſcopi, & de licencia ſedis Apoſtolice noſtri in pontificalibus Vicarii, extra Romanam curiam defuncti, nos, qui ob noſtre dioceſis magnitudinem Vicario in pontificalibus ſine animarum periculo carere non poterimus, cupientes pro paſtoralis officii noſtri debito, proque eo, quo tenemur ſingulis vigilariter prouidere, motu proprio ex certa noſtra ſcientia Honorabilem nobis dilectum IOHANNEM MONASTERII, in Decretis Licentiat. & literarum ſacrarum ſciencia & vite ac morum honeſtate multipliciter commendatum, in communione fidelium exiſtentem, ſuis exigentibus meritis, pontificali dignitate ſublimandum exiſtimamus. Vnde eundem IOHANNEM motu ſimili Sanctiſſimo in Chriſto Patri & Domino, Domino IVLIO, ſacroſancte vniuerſalis eccleſie ſummo Pontifici, Domino noſtro clementiſſimo, atque ſacro Reuerendiſſimorum DD. Cardinalium cetui, vt premittitur, qualificatum nominamus, & alias tanquam idoneum ad ſupereſſendum officio noſtri Vicariatus in pontificalibus in Dei nomine preſentamus, deuotiſſime ſupplicantes, eundem D. IOHANNEM in Epiſcopum & Pontificem Vicecomponenſem vel alterius eccleſie cathedralis vacantis pro dicti noſtri Vicariatus officii exercicio & continuacione, promoueri & promotum pronunciari.

Ne autem D. IOHANNES, quatenus eum, vt prefertur, promoueri & pronunciari contingat, in victualibus defectum paciatur, ac vt decenter ſuſtentari valeat, prouiſionem ſeu penſionem annuam, quam Vicarii noſtri hactenus a nobis & predeceſſoribus noſtris pro competenti victu percipere conſueuerunt, ſingulis annis libere perſoluendam eidem IOHANNI pariter reſeruamus, conſtituimus, & aſſignamus, in forma hucuſque obſeruata.

In quorum fidem & teſtimonium has literas fieri, noſtrique ſigilli iuſſimus appenſione communiri. Date apud arcem S. Martini in ciuitate noſtra Maguntina die IV Nouembr. anno Domini MDX.

Iulio cum probatus eſſet, ab Vriele ad vicariam in pontificalibus operam adſumtus eſt, ac anno ſequenti MDXI duobus ſtatim Abbatibus benedictionis contulit munus: primum, Ioanni Bicker, Monaſterienſi, Ord. Præmonſtrat. & Petro Mankebel, Selboldenſi. Similiter anno MDXIII Moguntiæ conſecrauit Hartmannum, Burggrauium de Kirchberg, Abbatem Fuldenſem, præſentibus Volperto Riedeſel de Bellersheim, Hersfeldenſi, & Chriſtiano Solitarienſi, Abbatibus.

f. *Münſter-Treiſa.*

Anno MDXV, die IV Octobr. altare maius in ſacello S. Theoneſti, (quod ſæculo ſuperiori interiit) feſto dedicauit ritu, quod in Regiſtro chori eccleſiæ S. Petri his annotatum verbis: *Anno MDXV, die IV menſis Octobris, in feſto S. Franciſci Confeſſoris, altare maius in Capella S. Theoneſti extra muros Moguntin. in honorem S. Albani & Theoneſti, martyrum, ac SS. Confeſſorum Seruacii, Martini, & Antonii per Reuerendiſ. in Chriſto Patrem ac Dominum IOANNEM MONSTER, Dei & Apoſtolice ſedis gracia Epiſcopum Vicecomponenſem, Reuerendiſſimi & Illuſtriſſimi Domini, Domini ALBERTI, D. G. Moguntine & Magdeburgenſis eccleſiarum Archiepiſcopi, in pontificalibus Vicarium generalem, conſecratum ſeu reconciliatum eſt.*

Eodem alioquin anno in monaſterio D. Iacobi illud etiam, quod SS. Apoſtolorum Petri & Pauli memoriæ ac honori ſacrum eſt, dedicauit.

Sequentibus Abbates aliquot recens electos conſuetis inaugurauit cæremoniis. Anno quidem MDXXV Ludouicum, Abbatem Seligenſtadenſem; ſequenti, IV Non. Iulii Ioannem de Simmern Sponheimenſem, vid. *Trithemius* l. d. ad h. a. p. 435. Anno MDXXVII Paulum, Rubricenſem, Ord. Præmonſtratenſ. Dein anno MDXXIX, vna cum Melchiore Pfinzing & Ioanne Eler, Doctore & Sigillifero, iuſſu Alberti interuiſit Collegialem D. Catharinæ Oppenheimenſem, Canonicorum mores recogniturus & vitam.

Sequenti MDXXX Canonicus ad D. Stephani factus eſt, in Dietheri Wenck ſuccedens locum; in quem, quod notes, flexis, vt moris eſt, immitti petiit genibus, nec dedignatus, reſidendo ſolitum implere munus; quamuis ob dignitatem medio tempore lege, qua tenebatur, fuerit ſolutus.

Anno MDXXXI Hugoni Abbati Seligenſtadenſi, Ludouici demortui in locum Höchſtæ electo: ſequenti MDXXXII Ioanni Holſpach, Sponheimenſi, Ioannis de Simmern ſucceſſori, & an. MDXXXVI Philippo Wackervvalt, in dignitatem defuncti Abbatis Selboltenſis ſubeunti, eximia ſacrorum ſpecie benedictionis impertiit gratiam. Hoc alioquin anno, feria III poſt D. Martini ſollemne ædem maiorem violatam, & homicidio quodam per Iacobum de Liebenſtein, ad D. Albani Scholaſticum, profanatam expiauit.

Subſequenti MDXXXVII Ignatium Fockel, Seligenſtadii in locum defuncti Abbatis, Nicolai Scheidvveck, per viam compromiſſi ſuffectum, ſolito cæremoniarum apparatu inaugurauit.

Sedenim, quum ætate iam longius proceſſiſſet, quam vt arduum hoc munus officii amplius exequi poſſet ac tueri, hoc ipſo anno eodem ſponte ſe abdicauit.

Extremum vitæ ſpiritum edidit anno MDXLIV, die XXV Iunii, ſepultus in periſtylio maioris, prope ſacellum D. Nicolai ſub ſaxo, in quo olim ænea tabella (pridem iam ſublata) hoc complexa erat epitaphium:

*Reuerendus Dominus IOHANNES MONASTERII, Epiſcopus Vicecomponenſis & Suffraganeus Moguntinus, cum honorem, quem ſingulari doctrina & virtute meruerat, triginta duobus annis & ſeptem menſibus * magna laude geſſiſſet, honeſtæ vitæ finem felicem, Deo propitio, adiecit VII Kalend. Iulii anno Domini MDXLIV.*

* Calculos hic haud recte deductos, quiuis, vt puto, videt.

MICHA-

MICHAEL HELDING,

Episcopus Sidonienſis.

Patriam habuit Sueuiæ vicum Langenenslingen, humilis quidem ſortis parentibus, honeſtis tamen, in lucem editus, vt alibi iam dictum. Quum optimis diſciplinis, quarum in omni vita amantiſſimus fuit, & ſalutaribus vitæ præceptis animum excoluiſſet, primum Moguntiæ ludi metropolitani moderatorem egit; dein chori ferrei Parochus factus eſt, & ſummi templi Eccleſiaſtes; tum Suffraganeus ac Alberti II Archiepiſcopi in pontificalibus Vicarius generalis.

Expetitus autem ab eodem ad vicariam muniorum iſtorum procurationem fuit an. MDXXXVII. Teſtimonio nobis hæ ſunt litteræ:

ALBERTVS miſeracione diuina S.R.E. Tit. S. Petri ad vincula Presbyter Cardinalis --- Vniuerſis & ſingulis preſentes noſtras litteras inſpecturis pateat euidenter, & ſit notum, quod cum Reuerendus in Chriſto Dominus IOANNES, Epiſcopus Vicecomponenſis, noſter in pontificalibus Vicarius generalis, ſenio confectus & variis corporis infirmitatibus prepeditus, officio vicariatus amplius preeſſe non poſſit, & nos, pro preſencium temporum ſtatu, Vicario in pontificalibus, qui officia pontificalia exercere poſſit & valeat, carere nequeamus, volentes, vti tenemur, officio huiuſmodi prouidere, Honorabilem, Deuotum, nobis in Chriſto Dilectum, MICHAELEM HELDING, Artium Magiſtrum & Theologie Baccalaureum, mox Doctorandum, virum literarum ſciencia & morum grauitate ac honeſtate conſpicuum, in noſtrum in pontificalibus Vicarium aſſumendum & eligendum, & nobis per ſedem Apoſtolicam deputandum & deſignandum duximus. Et ne idem MICHAEL in debita vite ſuſtentacione defectum paciatur, & vt decenter ac honorifice viuere valeat, cum prefato Domino IOHANNE Epiſcopo Vicecomponenſi, ſenio confecto & valetudinario, cui loco prouiſionis ducentos florenos Rhenenſes annis ſingulis perſoluendos curauimus, agendum & tractandum commiſimus ad effectum, vt vtique tam Vicecomponenſi quam Michaeli pro neceſſitate eorundem & vite ſuſtentacione conſuli poſſet, cumque ad condiciones & capitula infraſcripta ſit deuentum, videlicet, quod Reuerendus Dominus IOHANNES, Epiſcopus Vicecomponenſis, omnia & ſingula priuilegia, que ex conceſſione noſtra in officio Suffraganeatus habuit, retineat, eidemque rata & integra etiam in poſterum permaneant, & quod centum floreni, qui in annos ſingulos ad Suffraganeatus officium de theloneo Ernfels penduntur, eidem Reuerendo Domino IOHANNI per omnem vitam ſuam cedant. Item, quod domum, ad officium Suffraganeatus pertinentem, idem Dominus IOHANNES per omne vite ſue tempus teneat, ſimiliter in choro maioris eccleſie noſtre Moguntine, aliis actibus publicis idem Reuerendus Dominus Vicecomponenſis locum veterem & honorem ſolitum retineat. Reliquos vero centum aureos per Sigilliferum prefato Domino IOANNI Vicecomponenſi ſolui ſolitos prefatus MICHAEL accipiat, & labores omnes, qui Suffraganei operam requirunt, idem MICHAEL poſt conſecracionem ſuam obeat, cui in Ordinibus adminiſtrandis prefatus Dominus IOHANNES Vicecomponenſis ſacellum, quod ſupradicte domui adiunctum eſt, patere ſinat, ne tales actus certo & hactenus conſueto loco deſtituantur. Et poſtremo, quod poſt obitum D. IOHANNIS Epiſcopi Vicecomponenſis predicti idem MICHAEL, ſi ſuperuixerit, eciam centum illos aureos in theloneo Ernfels Domino IOHANNI ad vitam ſuam, vt premittitur, reſeruatos & ſoluendos, percipiat, domum Suffraganealem inhabitet, & in omnem honorem in eundo, ſtando, ſedendo, & ſingula alia Suffraganeatus priuilegia, que idem Dominus IOHANNES, dum viueret, habere conſueuit, ſuccedat.

Itaque omnia & ſingula predicta nomine noſtro in hoc negocio de vtriuſque partis conſenſu acta, geſta, atque concluſa ratificauimus & approbauimus, prout preſencium tenore ratificamus & approbamus. In quorum teſtimonium has literas fieri, noſtrique ſigilli iuſſimus & fecimus appenſione communiri. Date die XVIII menſis Octobris anno Domini MDXXXVII.

Anno ſequenti Aſchaffenburgi ius ſacrorum ex veteri maiorum inſtituto capeſſiuit, ac demandati muneris procuratione omni ſe cura ſtudioque fun-

cturum ore iuxta ſcriptoque promiſit. Fidem faciant hæ, quas tum edidit, tabulæ:

Reuerendiſſimi in Chriſto Patris, Illuſtriſſimi Principis & Domini, Domini ALBERTI, SS. R. E. Presbyteri Cardinalis ac Legati nati, Moguntinæ & Magdeburg. eccleſ. Archiepiſcopi, Principis Electoris, S. R. I. per Germaniam Archicancellarii, Primatis, Adminiſtratoris Halberſtadenſis, Marchionis Brandenburgenſis cet. Ego MICHAEL Epiſcopus Sidonienſis, in pontificalibus Vicarius generalis, iuxta Apoſtolicarum litterarum in eiſdem mandati contenti receptionem, illiuſque contenti mandati, cum omni, qua decet, reuerentia, per me viuæ vocis expreſſione A. D. MDXXXVIII Dominica VII poſt Dominicam Trinitatis, quæ fuit quarta dies menſis Auguſti, in Collegiata eccleſia SS. Petri & Alexandri Aſchaffenburgenſi coram populi multitudine: & nunc quidem has literas inſpecturis cunctis notum facio, quod præfato Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Principi & Domino, Domino meo Moguntino, promiſi & iuraui, in antea eſſe fidelis, ſuam & eccleſiæ Maguntinæ ac ſuorum ſalutem bonumque procurabo, & aduerſa damnoſa pro poſſibilitate auertam, officium pontificale mihi conceſſum fideliter exercebo, & in omnibus ad officium huiuſmodi pertinentibus, ſecundum canonicas ſanctiones & ritum S. matris eccleſiæ, diligentiam debitam pro viribus poſſibilem facere curabo, ab omni quoque immoderata, inconſueta, & praua exactione in omnibus & ſingulis pro exigentia pontificalis officii agendis & exercendis abſtinebo, prout de his omnibus ſpecialiter omnipotenti Deo in nouiſſimo die reſponſurum me firmiter credo; & omnia, quæ a Reuerendiſſimo in Chriſto Patre & Illuſtriſſimo Principe & Domino, Domino meo Moguntino prædicto pro officio & ſucceſſore mihi iuxta tenorem cuiuſdam deſignationis tradita ſunt; domum etiam dotis in ſtructura, cenſusque beneficii in Capella OO. SS. quamprimum eorundem poſſeſſionem realem & actualem adeptus fuero, conſeruabo & conſeruari curabo, dolo & fraude excluſis. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum pontificale præſentibus appendendum curauimus. Datæ Aſchaffenburgi die V menſ. Aug. A. D. MDXXXVIII.

Has cum Alberto tradidiſſet, viciſſim peculiari diplomate in dignitatis collatæ poſſeſſionem illa ipſa die immiſſus eſt. Haud ita multo poſt vero Hermanno, Abbati S. Ioannis in Rhingauia deſignato, & ſequenti MDXXXIX Conrado, in locum Philippi Wackervvalt, Abbatis Selboltenſis, anno ſuperiori ſubſtituto; Ioanni item de Boppardia, Carolo de Moguntia, Abbati Eberbacenſi, ſuffecto, & Matthiæ Wolnſtatt, monaſterio Ilbenſtatenſi Præpoſiti titulo die XXVII Septembr. præfecto, ſecundum morem, ritumque eccleſiæ bene precatus eſt.

Vti vero an. MDXLI in Canonicum D. Mauricii cooptatus eſt, ita eodem Ratisbonæ, dum colloquium de religionis habebatur controuerſiis, inter pontificios ipſe Theologos haud fuit poſtremus. Nouo dein an. MDXLIV auctus beneficio eſt, Alberti prouiſione Canonicis ad D. Stephanum adſcriptus. Sequenti vero MDXLV ad concilium miſſus Tridentinum, die VIII Maii Heri abſentiam, in conſeſſu Legatorum, publice excuſauit, ac anno ſequenti domum reuerſus eſt. Anno MDXLVII Ioannem, electum monaſterii Sponheimenſis Abbatem, ſolito benedictionis ritu initiauit: & dein Herum ad Auguſtana comitatus comitia eſt; quibus durantibus, Imperatoris ipſe iuſſu tum publico docendi munere in templo ibidem primario functus eſt, tum librum, qui *Interim* vocatur, cum Iulio Pflugio & Ioanne Agricola concinnauit.

Domum anno ſequenti MDXLVIII redux, Archiepiſcopi Sebaſtiani iuſſu Francofurti ad Mœnum, templis ante expiatis, docuit. Vid. *Sleidanus* lib. XXI de ſtatu religionis p. m. 602, & dein, vna cum *Arnoldo* de *Bucholz*, ad ædem maiorem Scholaſtico, *Balthaſare Geyer*, in eccleſiaſticis Vicario, *Iodoco Selbach*, ad D. Petri Decano, *Antonio Wiedmeyer*, Decano ad gradus, *Dieterico* de *Rheden*, Præpoſito Erfurtenſi & ad gradus Scholaſtico, nec non *Gerardo Iſing*, ad D. Ioannis Decano, parœcias diœceſis Moguntinæ, monaſticasque vtriusque ſexus congregationes interuiſit, ſibique curæ habuit, vt poſt paulo in ſynodo diœceſana Moguntiæ habita ad ſtatum illarum emendandum ſuam conferret operam. Tum vero Petrum Sutoris Abbatem Rodenkirchenſem ritu inaugurauit ſollemni.

Secuto, qui poſt Virginis partum MDXLIX orbi illuxit, ſynodi Moguntinæ prouincialis

uincialis haud vltima pars fuit, & dein Caſparem Geyſel, electum Abbatem Arnſpurgenſem, magna ſacrauit dignatione.

Hoc alioquin anno præmium laborum ſuorum tulit Epiſcopatum Merſeburgenſem, vt pluribus alibi iam expoſitum. Et quum magna iuſtitiæ, virtutis, ſapientiæque eſſet fama, an. MDLVII Cameræ Imperialis Spirenſis Iudex conſtitutus eſt, & poſt conſilii ſanctioris Cæſarei Viennæ Præſes. In quo dignitatis gradu an. MDLXI ibidem ſpiritum poſuit, in ædium primaria, D. Stephano dedicata, quam honorificentiſſime ſepultus.

Si plura velis, adi diſſertationem, quam ſuo loco dedi, de *Doctis Moguntinis*, quorum ſane haud paruum decus fuit atque ornamentum.

GEORGIVS NEVMANN, *al.* NEANDER,

Epiſcopus Sidonienſis.

Herbipolenſis patria, S. Theol. D. ad D. Petri & D. Stephani Canonicus. Cum in academia lectoris tum Philoſophici tum Theologici, & in æde metropolitana Eccleſiaſtæ partibus vsque huc magna nominis ſui fama functus eſſet, Michaeli ſurrogatus fuit a Sebaſtiano; anno MDL die XXXI Aug. in æde D. Petro ſacra ordine Epiſcopali initiatus a Georgio, Epiſcopo Hualenſi, Suffraganeo Spirenſi, adſiſtentibus Abbate Eberbacenſi & Abbate Hainenſi, tum apud Moguntinos exule. *Cuſanus* in Ephemerid. mſcr.

Enimuero cum vix has muneris partes in ſe ſuſcepiſſet, honoribusque maxime floreret, vitæ terminum attigit, morte occupatus die III Februarii anni ſequentis MLI; poſteris λόγῳ commendatus ἐπιταφίῳ, qui in æde maiori ante aram D. Petri legi poteſt, & in noſtra *Epitaphiorum* συλλογῇ habetur.

BALTHASAR WANEMAN,

Epiſcopus Myſienſis,

Ordinis PP. Prædicatorum.

Tremonienſis patria. Suffraganeus hactenus erat Hildeshemenſis, vir doctus, & tum rerum Theologicarum ſcientia, tum facundia oris in habendis ad populum homiliis percelebris *, cum maxime vero conſilio & auctoritate in publicis negotiis ſpectatus; ſiquidem anno MDXLIII vna cum Valentino de Tettenleben, Epiſcopo Hildeſienſi, & Conrado Braun, Hildeſienſi Canonico, Concilio Tridentino interfuit, oratoris & nuntii titulo ab Alberto Cardinale & Archiepiſcopo illuc miſſus; anno item MDXLVII comitiis Auguſtanis, vt apud *Mameranum* in catalogo videre eſt: poſtea vero anno MDXLIX a Ducibus Bauariæ ad academiam Ingolſtadienſem inſtaurandam ſapienti adhibitus conſilio **. Qua occaſione anno MDL feſto Epiphanias Dominicæ Georgio Mareſchallo de Pappenheim, Epiſcopo Ratisbonenſi, magna cæremoniarum dignitate munus impertiit conſecrationis. Vid. *Hundius* in Metropoli.

* Sic enim *Valentinus*, quem dixi, de *Tettenleben* in litteris ad Sebaſtianum Moguntinenſem Archiepiſcopum an. MDXLIX datis: *præcipuus ac primarius Theologus, & in lingua Saxonica Concionator egregius.*

** Refert id idem *Valentinus* l. d. doletque, illum ſe inuito ad id negotii pertractum.

Georgio vero ſucceſſor datus eſt ab Sebaſtiano Archipræſule anno MDLI, die XXIV Martii. Quod fungens munus, anno MDLIII Pallantem de Spira, Abbatem Erbacenſem; anno ſequenti LIV Danielem de Pinguia, qui Pallantem fato præmaturo extinctum excipiebat; anno MDLV Ioannem Abbatem Sponheimenſem; ſecuto LVI Philippum de Oſtheim, Abbatem S. Ioannis in Rhingauia, eoque poſtea de prouincia hac abdicatione voluntaria decedente, Valentinum Horn, & anno MDLVIII Hermannum, in locum defuncti Abbatis Hainenſis, Ioannis Falckenberg, electum, quanta par fuit religione ſacrauit.

Triennio poſt, cum Coloniam delatus eſſet, morbo correptus viuere deſiit

die VIII Octobr. sepultus ibidem in æde sacra Ordinis sui*, cum hac inscriptione sepulcrali †:

Reuerendus in Christo Pater & Dominus BALTHASAR, Episcopus Mysiensis, Suffraganeus Moguntinus, SS. Theol. D. ex ordine Prædicatorum Professor, hic est positus, glorioſum Christi aduentum expectans. Obiit anno MDLXI, VIII Octobris.

* *Cratepolius* in annal. Archiep. Colonienſ.
† *Steil* ephemerid. ſacrar. Dominican. p. 580.

LEONHARDVS ZITTARDVS,

Episcopus Mysiensis,

Ordinis PP. Prædicatorum.

Balthasarem excepit, Suffraganeus constitutus anno MDLXII, secundum protocollum ecclesiæ Moguntinæ, & anno sequenti die XVII Martii Episcopi ritu inauguratus. *Steil* ephemerid. sacr. Dominican. p. 319.

Anno MDLXIV Ioannem Textoris, Conrado Vnckel, Abbati Arnspurgensi suffectum, & postero Ioannem de Boppardia Abbatem Erbacensem recens electum benedictionis affecit munere.

Ceterum intelligens Cæsar Maximilianus II, quam magna is esset & virtutis laude & eximiæ religionis ac modestiæ fama, voluit anno MDLXVII, vt sibi ad vnum, alterumque mensem præsto esset, ac vt bona Heri venia id facere, atque hoc expeditius itineri se dare posset, Danieli Archiepiscopo per litteras suum explicauit desiderium. Quo minus autem suum ipse Imperatori studium præsens deferret, aduersa, qua tum premebatur, valetudo impediebat, vt ex data Cæsari Danielis responsione cognoscere est.

Naturæ concessit anno MDLXIX, die XVIII Iunii, sepulturæ traditus in æde maiori, quæ D. Martino sacra est.

Fratrem habuit, cui MATTHIAE nomen, Dominicanæ itidem familiæ alumnum, Ferdinandi I & Maximiliani II Imperatorum a concionibus, moderandisque conscientiis. *Steil* l. d.

STEPHANVS WEBERVS,

Episcopus Mysiensis.

Lucem adspexit Erfurti an. MDXXXIX, die XIII Februarii, gente ortus honoratissima*, virorumque præstantissimorum quammaxime feraci.

* Ea post a Maximiliano II nobilitatis decorata fuit dignitate, & a Leopoldo nouo aucta ornamento, insignibus, loco rotæ mediæ, pomo Imperiali cum corona regia inserto.

Tener adhuc, nec dum matura pueritia, e domo paterna Magdeburgum deductus, ab admodum Reuerendo & Venerabili viro, *Stephano Webero*, patruo, &, ni coniectura nos fallit, parente lustrico, *Alberti* S. R. E. Cardinalis & Archiepiscopi tum Moguntini, tum Magdeburgensis, Thesaurario ac ad D. Mauricii Decano, singulari educatus cura est.

Adultior factus Coloniæ Agrippinæ sub PP. Societatis Iesu, præcipue vero *Francisci Costeri*, primi præceptoris sui (quem proin semper hoc amauit nomine, pientissimeque coluit) disciplina, felicia illa virtutum ac doctrinæ semina concepit, quæ in eam postea segetem, quam tantopere Moguntinenses admirati sunt, maturuere.

Tantam vero in litterarum qua profanarum, qua sacratiorum studiis diligentiam adhibuit, vt a PP. Colonienſibus, cum vndeuicesimum ætatis annum nondum expleuisset, artium Magister renuntiaretur, ac non ita multo post, eruditione atque ingenio mirifice crescentibus, Baccalaureatu (vt scholæ appellant) qua biblico, qua formato, insigni cohonestaretur laude.

His cum fulgeret ornamentis, Francofurti ad Mœnum in Imperiali ad sacram D. Bartholomæi ædem Collegio locum inuenit: quem consecutus, tum pietate,

tate, tum naua in functionibus sacris obeundis industria, tum exquisitæ copia doctrinæ meruit, vt ordinarius verbi diuini præco, quin scholarum etiam constitueretur Præses.

Inter hæc vero anno Christi MDLXVI, ætatis supra vicesimum septimo, Moguntiæ die Februarii XXI licentiam summos in Ordine Theologico honores capessendi obtinuit, ac d. IX mensis Iulii insequentis Doctoris axioma ipsum.

Sedenim, cum Francofurti summa cum nominis sui fama, fructuque populi decem ipsos annos exegisset, ad altiores honoris gradus adscendit. Pio namque Pontifici V, ob virtutes ac eruditionem enixe commendatus, anno MDLXIX, die XXVIII Februarii ecclesiæ Mysiensis Episcopus designatus fuit, ac mense Augusto insequenti, die inuentioni D. Stephani festo, a Celsissimo Archiepiscopo *Daniele* ad pontificii muneris procurationem adsumtus.

Ab eo tempore variis cumulatus beneficiis fuit. *Danielis* enim prouisione anno postero, die XXII Iun. Canonicus ad D. Victoris factus est; biennio post vero a Collegio designatus Decanus. Anno MDLXXX, ab academia præsentatus, ad B. M. V. vulgo *ad gradus*, sacerdotium est consecutus, nouaque Principis ac Archiepiscopi prouisione aliud Aschaffenburgi ad SS. Petri & Alexandri: vt de Erfurtensi ad B. M. V. quo se eodem hoc anno abdicauit, taceam.

Quam impigre vero ordinariis muneris sui defunctus sit partibus, iuuabit referre verbis, quæ in oratione funebri eidem habita p. 10 legere est: *Ex qua Pontificis diligentia tam singulari factum est, vt cum ego hesterna die ex ipsiusmet scnis manuscripto codice longissimi eorum syllabi, quibus sacra impertitus est, multitudinem inirem ac numerum, calculatione subducta, octingentos sexaginta duos, supra decem millia, sub huius Episcopi manibus ministros ecclesiæ formatos esse compererim. Quippe bis mille quingentos quadraginta duos clericatu; bis mille, centum nonaginta & vnum Ostiaratu, cum ceteris minoribus; bis mille, centum quadraginta septem Subdiaconatu; bis mille, decem & quinque Diaconatu; mille, nongentos & quadraginta Presbyteratu initiauit. Abbatibus tredecim benedictionem pontificiam, Episcopis Ascalonensibus quatuor, Daualiensibus tribus, Spirensibus, ac Vormatiensibus duobus, Herbipolensi & Moguntino vni*, Iulio & Ioanni Suicardo *Archiepiscopo, consecrationem impertiit. Aras, ecclesias, sacella, cœmeteria prope sexcenta consecrauit. Thuringiam obiit, Buchoniam circumiuit, Eisfeldiam perlustrauit, ditionem suorum Principum vniuersam peragrauit: Clericos reformauit, ecclesias restituit, virorum, feminarumque cœnobia ad auitos religiosæ disciplinæ limites reuocauit.* Id quod *memoria æterna dignum merito censuit*, dum ad calculos item reuocabat, *Ambrosius Saibæus.* 1573, 1574, 1575, 1588, 1603.

Atenim præter pontificalia munia & aliis vacauit negotiis ac laboribus. Quippe Archiepiscopalem cathedram annis aliquot sustinuit, donec officii negotiosioris caussa Collegii Moguntini Patribus munus illud concionandi deferret. Academiæ bis fuit Rector: Ordinis Theologici septimum Decanus. Et cum sub sæculi superioris initium necessitas postularet, vt constitueretur, qui libros prelo committendos inspiceret, eosque ad calculos iudicii ac prudentiæ reuocaret, idem ipse anno MDCVII, peculiari *Ioannis Suicardi* iussu, id in se suscepit oneris. Adhæc anno MDCXII, cum *Matthias* Francofurti augustalibus exornaretur insulis, magna sollemnibus interfuit dignatione *; & rursus anno MDCXIX, cum *Ferdinandus II* Imperii insignia, *Ioanne Suicardo* inaugurante, adsumeret †.

* Vid. *Theatrum electionis & coronationis Romano-Cæsareæ* parte I Artic. 18 p. 67 & 78.

† Fidem faciat hæc *Ambrosii Saibæi* ad *Ioannem Suicardum* epistola: *Post preces, humilimaque obsequia, Reuerendissime, Illustrissimeque Princeps Elector, Domine clementissime. Simul atque Moguntiam feliciter huc redii, nihil fuit mihi prius, quam Reuerendissimum Dominum Suffraganeum accedere, ab eoque exquirere, an per valetudinem electionis actui, quem Deo fortunante, propediem adfore speramus, interesse & sacrum ibidem perficere posset, prout C. V. mihi in mandatis dederat.* Sanctus Senex *de salute sibi a C. V. per me delata gratulatus sibi est vehementer, vehementius autem de officio sibi electionis tempore oblato, & vti iam valetudine fruitur integra, sic omnem offert suam opem, promittitque, quam primum a C. V. vocatus fuerit, se in hac senectute Francofurtum aduolaturum, & quantum per vires*

vires licuerit, cum Deo officium ſuum ad ſatisfactionem V. C. perfuncturum --- Moguntiæ 9 Iul. 1619.

Reuerendiſſ. & Illuſtriſſ. C. V.

Sacellanus indignus

Ambroſius Saibæus.

Quod reliquum erat temporis, domi orando, legendo, ſcribendoque quam religioſiſſime transmiſit. *Libros*, ita l. d. p. 13 eſt, *affectu pio pleniſſimos quotidie lectitabat, ſed poſtremum omnium* de arte bene moriendi *Cardinalis* Bellarmini *opuſculum.* Et p. 10; *non ita pridem, quod oculatus teſtari poſſum*, Diurnale, *quod vocant*, Breuiarium, Agendam, *duo* Miſſalia *ad extremum apicem vſque abs ſe diligentiſſime correcta, mundiſſime deſcripſit, ac ſenili calamo, manuque capulari nitidiſſime pro typothetis exarauit.*

De cetero, quam aperta, ſimplice, rectaque, & ad omnem ſanctimoniam compoſita vitæ forma fuerit, pluribus orationis dictæ auctori prædicari videas: quam liberalis item ac munificus in exornandis ædibus ſacris, fouendiſque piis ſodalitiis fuerit, leges in diſſertatione *de origine cœnobii*, quod Moguntiæ eſt, *PP. Seraphicorum*, § III & X, *Capucinorum* item § VIII; tum vero lib. I rerum Moguntiacarum *Serarii* cap. XXXI p. 114 & 121, nec non lib. III notatione XLVII p. 556.

Cum ita annos LII, menſes III, dies XI ſub quatuor Archiepiſcopis Moguntinenſibus, *Daniele*, *Wolffgango*, *Ioanne Adamo*, & *Ioanne Suicardo*, pontificia cura cum integritatis atque magna ſapientiæ fama perfunctus eſſet, anno MDCXXII, VII die Auguſti, noctu intra horam XI & XII, placidiſſima morte Deo lucis vſuram reddidit, cum vixiſſet annos LXXXIII, menſes VI, dies VII. *Die menſis Auguſti ſeptima*, ita l. d. p. 12 & ſeq. legas, *ſoſpes adhuc, &, niſi quod ſenex eſſet, vegetus atque incolumis ſatis, ad horam VII matutinam, cum pridie confeſſionem ſacramentalem Societatis Ieſu Sacerdoti de more feciſſet, coram tota familia ſacram Deo hoſtiam in Miſſæ ſacrificio obtuliſſet, atque inde diuinis officiis in eccleſia ſua Decanus interfuiſſet, tum domum reuerſus ſobrie pranſus, & audito poſt meridiem campanilis ſigno, rurſus ad Veſperarum pſalmodiam eccleſiæ ſe ſuæ contuliſſet, iterato, completis officiis, Societatis templum precaturus ingreſſus eſſet, poſt domum reuerſus hora conſtituta cœnaſſet, a cœna ſingulari quadam atque intra quinquennium vix obſeruata alacritate ac mentis lætitia cum nepotibus ac domeſticis partim humaniſſime, piiſſimeque ſermocinatus, partim dulciſſime muſicis vocibus modulatus eſſet, ad horæ VIII datum de turri vicina ſignum cunctos iubet ipſe muſicam abrumpere, ſacello domeſtico ſuccedere, ſacras Deiparæ litanias religioſiſſime coram altari ſecum recitare, & poſt alias precationes, ſe duce, conſcientiam diſcutere, Dei bonitatem pro labeculis, ſi quæ illo die ſubrepſiſſent, veniam implorare. Quibus ita ſanctiſſime peractis, domeſticis bene precatus, ad cubile quietemque ſe recipit, totus pius ac hilaris in Domino Pontifex. Vbi ſomno placidiſſimo non amplius bihorio recreatus eſſet, ecce tibi queritur, inclamato famulo verbis, vt erat, parciſſimis, eſſe ſibi non recte. Aduocatur nepos, confeſſarius, domeſtici omnes: quorum inter preces ille ſpiritum quidem placidiſſime trahere, nullum tamen ſenſus indicium prodere, vixque horæ bono quadrante delapſo, nullo vel oris, vel oculorum motu, ſigno, ſono, vel geſtu, exſpirauit, vt quamuis mortuus paullatim aſſidentibus aduerteretur, mori tamen a tot circumſtentium nemine ſit notatus.*

Sepulturæ traditus eſt in æde PP. Societatis Ieſu ante aram principem, quam ſuo ſtatuerat ære, ſplendidiſſimeque exornarat, poſteris luculenta commendatus oratione, die XXV Auguſti ibidem habita, & poſt typis Antonii Strohecker publici iuris facta.

Magnum, quod circumtulit, exemplar imitati ſunt e fratre nepotes, conſanguineique ceteri; quos vt noſcat poſteritas, viri tam præclare meriti fama exigit. Sunt ii

ANDREAS WEBERVS, Collegialis Aſchaffenburgenſis Cantor & Eccleſiaſtes, qui ſuo ſumtu ſingularis ornamenti cathedram in ea erigi curauit, & anno MDXCIX obiit, ætat. LVIII annor.

MICHAEL

MICHAEL WEBERVS, Aſchaffenburgi Canonicus Senior, vita defunctus anno MDCXVI.

ANDREAS WEBERVS, Francofurti Imperialis ad D. Bartholomæi ædem Collegii Decanus, rebus humanis ereptus anno MDCXXVI, die XII Nouembr.

STEPHANVS WEBERVS, SS. Theol. D. Protonotarius Apoſtolicus Moguntiæ ad B. M. V. ad gradus Decanus, ad D. Victoris pariter ac Aſchaffenburgi ad SS. Petri & Alexandri Canonicus, mortuus anno MDCXXVI, die XXXI Maii.

CHRISTOPHORVS WEBERVS, Epiſcopus Aſcalonenſis, Suffraganeus Erfurtenſis, fatis functus anno MDCXXXIII, die XXI Maii.

STEPHANVS WEBERVS, Moguntiæ B. M. V. ad gradus Canonicus. Morbo ſuperatus anno MDCXXXV.

IOANNES ADAMVS WEBERVS, Canonicus Regularis D. Auguſtini Collegii Neocellenſis in Tiroli, SS. Theologiæ & ſacrorum Canonum Doctor, S. C. Mai. Conſiliarius.

MICHAEL WEBERVS, SS. Theol. D. Moguntiæ B. M. V. ad gradus Canonicus, Conſiliarius Archiducalis Auſtriacus.

IOANNES CHRISTOPHORVS WEBERVS, SS. Theol. D. Protonotarius Apoſtolicus, Sereniſſimi Archi Ducis Auſtriæ, Ferdinandi Caroli, Conſiliarius, Fiſcalis maior Moguntinus, ad D. Victoris Decanus, ad B. M. V. Scholaſticus, morte interceptus an. MDCLXXII.

MICHAEL WEBERVS, SS. Theol. Lic. Aſchaffenburgi Collegiatæ SS. Petri & Alexandri Cantor, in libitinæ cenſum redactus an. MDCLXXIX, ætat. XLVIII annor.

WILHELMVS WEBERVS, natus Erfurti an. MDCLXIII, die XXI Auguſti*. Ordinem Societatis IESV ingreſſus, zelo prouehendæ apud populos a ſacris Chriſtianis alienos, Superiorum permiſſu anno MDCXCVI itineri ſe dedit, Indiam orienti obiectam petiturus. Sedenim intellecto, cum Genua Vlyſſiponem veniſſet, claſſem eo deſtinatam ad plenum nec dum inſtructam eſſe, re cum Reu. Patre Procuratore prouinciæ Malabaricæ communicata, in Italiam ſe retulit, Romæ Reuerendiſſ. Patrem Generalem, *Thyrſum Gonzalez*, de toto negotio aduocaturus in conſilium: a quo benigne admiſſus, plenaque inſtructus poteſtate, deligendi, ſuumque in conſortium adſumendi, quos e Nouitiis Societatis operi tam pio viderit idoneos, Germaniam repetiit, & cum per duos fere annos cum Moguntiæ, tum aliis in locis non ſine ſingulari virtutis eximiæque religionis fama egiſſet, quod animo intenderat perfecturus, an. MDCXCIX ſecundum ſe viæ commiſit **, ac menſe Octobri per Sueuiam & agrum Tirolenſem profectus eſt Venetias, Venetiis vero Liburnum; quo loci conſcenſa naui Gallica traiecit in Aſiam, ac Syria, Media, Perſia peragratis, † an. MDCC, quum naui Suratam tenderet, d. XXV Nouembr. ad ſuperos præmatura morte exceſſit.

* Vid. *Franciſc. Caſpar Schillinger* Itinerarii Perſico-Indici lib. V cap. II p. 301 & ſeq. p. 319 & ſeq. ** lib. I cap. 1 & ſeqq. p. 1 & ſeq. † lib. V cap. II p. 299.

GEORGIVS FRIDERICVS PHILIPPVS WEBERVS I. V. D. Protonotarius Apoſtolicus, Comes Palatinus Cæſareus, Eminentiſſimi Electoris & Archiepiſcopi Conſiliarius, & per ſuperiorem Archidiœceſin in ſpiritualibus Commiſſarius, ad DD. Petri & Alexandri Aſchaffenburgi Scholaſticus, LXXVII annorum ſenex, vir longo rerum vſu grauis, conſilioque pariter ac morum integritate ſpectatus.

AMBROSIVS SAIBAEVS,

Epiſcopus Myſienſis.

Patria fuit Cizenſis; fortunæ vero ſedem inuenit Moguntiæ. Cum enim ibi animum litteris, bonisque excoleret artibus, ac eccleſiaſtico vitæ generi ſe dedidiſſet, anno MDLXXXVII Vicariam ad D. Kiliani in æde maiori obtinuit, & poſtea anno MDXCI ſummos in Sapientum Ordine honores, Magiſtri ornatus titulo, & cum oris præſtaret facundia, docendique polleret dono, an. MDCI chori ferrei parochiam, & Eccleſiaſtæ munus in maiori. Quas partes quum ſingulari ſuſtineret laude, iuſſu Celſiſſimi Principis Electoris & Archiepiſcopi *Ioannis Suicardi* an. MDCIV Vrſellas conceſſit, vt in Comitatu Königſteinenſi religionis Romano-Catholicæ proueheret negotium. Quod & ad feſtum vsque Paſchatos an. MDCVI fecit *.

* *Ipſe in libro parochiali adis maioris ſua manu*; Notes, quod an. MDCIV, XX Aug. iuſſu Reuerendiſſimi Principis --- iuerim Vrſellas, vbi Paſtorem egi ad Paſcha vsque anni MDCVI.

Moguntiam redux laborum ſuorum præmium & honores tulit & beneficia, Doctor Theologus renuntiatus, & Canonicis B. M. V. *ad gradus* adſcriptus; factus poſtea anno MDCXV collegialis huius Scholaſticus; ad D. Victoris vero anno MDCXXII in locum *Stephani Weberi* Decanus; quin poſt neque ita multo in ipſa etiam pontificii muneris procuratione Vicarius.

Vnde anno ſequenti MDCXXIII, d. XXIII Iulii Aſchaffenburgi dignitatis Epiſcopalis ſacra capeſſiuit, vt *Conradus Mahs* in libro inferiali his adnotauit verbis:

DoCtor AMbroſIVs ſaIbæVs ſVffraganeVs fIebat.
1623, 23 Iul.

Et cum Parochi munia propter negotiorum ſibi incumbentium multitudinem & grauitatem amplius obire haud poſſet, anno poſtero, feria D. Martini memoriæ ſacra parochianis ſuis pro vmbone ſacro publice valedixit, ſucceſſorem nactus, quem modo dixi, *Conradum Mahs*, virum & pietate & eruditione præſtantem.

Inde cum & auctoritate valeret, & ſingulare eruditorum eſſet ornamentum, Academiæ conſtitutus fuit Cancellarius, & anno MDCXXIX menſe Auguſto ab *Anſelmo Caſimiro* Vormatiam miſſus, Canonicis vt ſuaderet, Antiſtitem eligerent & auctoritate & conſiliorum maturitate temporum præſentium ſtatui periculoſo parem: quam rem ipſe, ſollemniter auditus, magna perfecit dignitate, felicique ſucceſſu.

Suecis anno MDCXXXI tum viciniam, tum vrbem armis opprimentibus, Lucenburgum ſe contulit, & quum anno ſequenti *Georgius*, Epiſcopus Azotenſis, & Suffraganeus Treuirenſis, fato ſuo functus eſſet, a *Philippo Chriſtophoro* Archiepiſcopo Treuerim accerſitus eſt, vbi quatuor commoratus annis vicariam ei in pontificalibus operam præſtitit.

Treueri vero ab Hiſpanis anno MDCXXXVI occupata, reuertit Moguntiam, ac inter varias belli calamitates pontificia cura, vt ſolitus ſemper fuit, cum magna integritatis ac ſapientiæ fama functus eſt, tum in Ordinibus conferendis, tum templis dedicandis, vt ſuo loco legere eſt. Speciatim an. MDCXXXIX menſe Ianuario, vna cum *Gerhardo* de *Waldenburg*, Vicedomino Aſchaffenburgenſi, & *Friderico Driel*, Scholaſtico ad D. Victoris, collegialem Aſchaffenburgenſem interuiſit, ac temporum æque iniuria ac praui licentia moris labefactatas Cleri partes reſtituit.

Tandem vitæ, honorumque ſatur, corporis ſolutus carcere, animam creatori ſuo reddidit an. MDCXLIV, die XX Nouembr. hora V matutina, LXXIV ſenex annorum, in templo PP. Societatis Ieſu ad latus deceſſoris *Stephani* honorificentiſſime ſepultus.

WOLTHERVS HENRICVS *de* STREVESDORF,

Epiſcopus Aſcalonenſis,
Ordinis Eremitar. D. Auguſtini.

Ortus vetuſtiſſima & nobiliſſima *Henriqueziorum* in Hiſpanis familia, vt alibi pluribus iam dictum *; Noueſii vero in Archiepiſcopatu Colonienſi natus. Vir & eruditione & muniorum, quæ a multis annis obierat, amplitudine maxime illuſtris, Eminentiſſimi Archiepiſcopi *Anſelmi Caſimiri* vſque huc Erfurti in pontificia ſacrorum procuratione Vicariis †.

* In diſſertatione de *Doctis Moguntinis*.
† Quo Catalog. *Suffraganeorum Erfurtenſium* conferre iuuabit.

Saibæo ſucceſſit anno MDCXLIV, & poſtero, a. d. VI Id. Septembr. *Ioannem Philippum*, ex Illuſtriſſima *Schönborniorum* gente, electum Antiſtitem Herbipolenſem, ſollemnibus adhibitis cæremoniis Epiſcopum conſecrauit. Sequentibus annis opera religionis ac pontificia munia Moguntiæ non ſecus, ac antea Erfurti & Leodii, inſigni fide, vigilantiaque exercuit, & cum magna vir & prudentia & virtutis eſſet laude, meruit, vt tum a *Ioanne Philippo*, *Anſelmi Caſimiri* in locum cathedræ Moguntinæ interea impoſito, tum *Leopoldo Wilhelmo*, Archiduce Auſtriæ, adhiberetur ad conſilia. Quo loco etiam habitus fuerit ab academia Moguntinenſi, exinde colligas, quod

quod ipsum ea suum anno MDCLVI renuntiarit Cancellarium, & aliquot post annis Rectorem. Anno MDCLVIII sollemnitati, qua Leopoldus Cæsar Francofurti vetusto cæremoniarum ritu inaugurabatur, Episcoporum ipse senior ac primus adstitit. Præter plurimos Subdiaconos, Diaconos, Sacerdotes, quos his & superioribus annis ordinarat, Lothario Friderico, Episcopo Spirensi non modo consecrationis munus impertiit, verum etiam ei, post obitum Ioannis Philippi ad fastigium rerum Moguntinensium prouecto, pallium Archiepiscopale consuetis imposuit ritibus.

Obiit plenus dierum die VII Maii, anno MDCLXXIV, ætatis LXXXVI, funeratus in æde Ordinis sui sacra ante aram principem, quamuis pia animi submissione sine pompa in peristylio se tumulari petiisset. Laudatus in exsequiis pulcerrima oratione ab Adolfo Godefrido Volusio, ædis summæ Ecclesiasta.

Epitaphium, quod sibi ipsi fecit, ita habet:

Ad Lectorem.
Quid agam, requiris? Tabesco.
Scire, quis sim, cupis? Fui Woltherus,
Vapor & fumus.
Vitæ quæ fuerint condimenta, flagitas? rogas?
Labor, dolor, luctus, seruire aliis, sustinere inuidias.
Aemulationes, despectus, degradationes,
persecutiones non curaui.
Quos habui charos, pleroſque sepeliui.
Raro, subinde tamen, amicum sincerum vel candidum videre,
experirique dignus fui.
Fictos, dolosos, mel ex ore spumantes, in corde venenum habentes nactus pluries fui.
Siste Viator!
Nil stabile sub sole esse cogita.
Hic, opta, cineres placida cum pace quiescant,
Atque mihi siquidem sit requies animæ.
Ora, quæso, Deum opt. max.

Quæ luci publicæ exposuit ingenii sui monumenta, recensui in supra iam memorata de *Doctis Moguntinis* dissertatione.

PETRVS de WALENBVRG,

Episcopus Mysiensis,

Vir & doctus & celebris, anno MDCLVIII Moguntiæ Ioanni Philippo in vicaria sacrorum functione (Wolthero vel valetudine impedito, vel aliis de caussis) suffragari cœpit. Colligas id ex litteris ipsius, quas anno MDCLXII, die XVII Nouembr. ad Eminentissimum Ioannem Philippum dedit; quippe in quibus sic; *Respondeo, me solo quadriennio hic existentem diligenter inquisiuisse --- quid iuris Episcopis Moguntinis in ea monasteria competeret &c.*

Anno sequenti MDCLIX cum Ioanne Christophoro Webero ad D. Victoris Cantore, mandato Archiepiscopi interuisit monasterium Ilbenstadense. Et vt dignitatem, qua eminebat, hoc facilius tueri posset, hoc eodem anno & Decanus ad D. Petri constitutus, & Canonicis ad D. Victorem adscriptus est. Postea an. MDCLXIII Dominica proxima intra octauam feriæ, quæ Christo in cælos adscendenti sacra est, Abbati Ilbenstadensi, recens designato, in æde parochiali, quæ vulgo Odenmünster vocari solet, benedictionis impertiit religionem.

Anno MDCLXIX, fratre Adriano, Episcopo Adrianopolitano & Suffraganeo Colonienſi, rebus humanis erepto, Coloniam vocatus est, illi vt succederet. Vnde tum Vicarii, quæ Moguntiæ gessit, munia, tum beneficia, quæ ibi consecutus erat, ecclesiastica, anno sequenti MDCLXX dimisit, factus Archiepiscopi Colonienſis Suffraganeus, & ecclesiæ metropolitanæ Colonienſis Presbyter Canonicus.

Ex eo *STREVESDORFIVS* in partibus Rheni, quoad in viuis egit, pontificia iterum functus cura est.

ADOLFVS GODEFRIDVS VOLVSIVS,

Episcopus Diocletianopolitanus.

Hanouiæ, Comitatus cognominis vrbe primaria, natus, cum in litteris tam humanioribus quam sacris multum in scholis ac academiis posuisset studii, facile locum inuenit in ministerio patriæ ecclesiastico, quem etiam aliquandiu tenuit. Post vero, nuntio sacris, quibus innutritus erat, misso, Moguntiæ, Anselmi Casimiri temporibus, vna cum Romano-Catholicis se voluntate coniunxit, ac ad varios honorum adscendit gradus. Supremam enim in Theologicis lauream nactus, & an. MDCXLV tum chori ferrei Parochus, tum summi templi Ecclesiastes constitutus est. Biennio post Scholasticus ad gradus factus, sequentibus vero annis Protonotarius Apostolicus, Consiliarius Electoris, & Sigillifer maior, ad B. M. V. & D. Mauricium Decanus, nec non Cleri secundarii Syndicus.

Anno MDCLXXVI Woltheri in locum subiit, ab Eminentissimo Damiano Hartardo in frequenti corona consecratus Episcopus: qua tamen dignitate haud obstante, Ecclesiastæ munus in maiori ad mortem vsque obiit. Gratus enim ob insignia, quibus præditus erat, dona toti erat auditorio.

Anno MDCLXXVIII, Vicariatu in pontificalibus apud Erfurtenses vacante, Wetterauiam, Hassiam, & Eichsfeldiam perlustrauit. quarum terrarum statum in sacris atque ecclesiasticis vt inuenerit, peculiaribus ad Vicarium generalem *de Hoheneck* exposuit litteris; quarum quidem nonnulla capita huc apponere haud piget. Sic autem ille, postquam questus erat, in Wetterauiæ tractu multa se reperisse altaria violata, reseratis illorum sepulcris, reliquiisque ablatis; --- *Hodie vnam ecclesiam mane ante quartam dedicaui, & altare in Rockenburg consecraui, eo finito in Oppershouen excurri, ibique aram principem sacraui. --- Visitaui etiam tria Sanctimonialium monasteria --- Hic Rockenburgi deprehendi omnium pauperrimum, & ad obsequendum paratissimas* &c. *MDCLXXVIII, XXIV Iun.*

Vita concessit anno sequenti MDCLXXIX, die XVII Martii, tumulatus in choro templi B. M. V. ad gradus, cum epitaphio, quod reperies suo inter alia loco.

MATTHIAS STARCK,

Ex instituto Clericorum sæcularium in commune viuentium,

Episcopus Coronensis,

Patria fuit Kleggouiensis, natus Lottstetti, anno MDCXXVIII, patre Ioanne Iacobo Starck, Præfecto Oehningensi, matre Dorothea Remin. Prima studiorum tirocinia deposuit Salisburgi; post Ingolstadii in Seminario Petri & Pauli Apostolorum artibus liberalibus & scientiis philosophicis tanta se dedidit diligentia, vt anno MDCL Magisterii honores, primos inter, reportaret.

Id ætatis cum esset, quæ legibus ecclesiasticis definita, Presbyteri initiatus est ordine, sacroque fungi cœpit ministerio. Quod anno MDCLV factum. Egit autem primo Diaconum Graf-Reinfeldii in diœcesi Wirzburgensi, post Bingæ; *illic* comminister Stephani Weinbergeri, qui postea Suffraganeus Herbipolensis constitutus est; *hic*, Bartholomæi Holzhauseri, Virorum & pietatis & eruditionis laude perquam celebrium. Holzhausero e mortali hac vita euocato, anno MDCLVIII Heppenhemii Adiutor datus fuit D. Riegero, cuius etiam in locum postea successit.

Cum vero propter ingenium, virtutem, singularesque animi dotes indies maiori esset nomine, anno MDCLXII Heppenhemio Moguntiam vocatus fuit, vt Parochum ageret ad D. Emerani: quo quidem anno, prouisione Ioannis Philippi, locum simul in Canonicis ad S. Crucem obtinuit, & postea Seminarii quo-

que

que Bonifaciani non Regens ſolum, ſed Præſes etiam deſignatus eſt. Quibus fungens muniis cum id ſibi ampliſſimum, pulcerrimumque duceret, vt iuuentuti æque ac populo pietate, probitate, animi demiſſione præiret exemplum, virtutes, queis excellebat, maioribus quaſi propoſuit theatris.

Inde anno MDCLXIX ſummos in Theologorum ordine obtinuit honores, & ſimulac illos adeptus erat, ab Eminentiſſimo Electore Ioanne Philippo in Conſiliariorum cooptatus fuit numerum. Quas dignitates ſequentibus annis aliæ ſecutæ; ſiquidem an. MDCLXXI Protonotarius Apoſtolicus, & Canonicus ad D. Bartholomæi Francofurti Capitularis, inſequenti vero Decanus, & anno MDCLXXIII ad D. Leonhardi Canonicus Capitularis factus eſt.

His omnibus maior an. MDCLXXXI ſucceſſit dignatio; quandoquidem in Adolfi Godefridi expetitus eſt locum, & cum a Pontifice probatus, tituloque Epiſcopi Coronenſis auctus eſſet, ius ſacrorum ex veteri maiorum inſtituto, Anſelmo Franciſco inaugurante, capeſſiuit die XXVII Iul.

Ex eo pontificium pro duobus obiit Archiepiſcopis, & præter ſeptem Abbates, quibus benedictionis impertiit munus, conſecrauit Eminentiſſimum, qui hodie ſingulari virtutis fama eccleſiæ Moguntinæ præeſt, Archiepiſcopum Lotharium Franciſcum, Celſiſſimum Vangionum Antiſtitem, Ioannem Carolum, Reuerendiſſimum Epiſcopum Verenſem Ioannem Iacobum Senft, Suffraganeum Erfurtenſem; vt taceam CCCLXIV illum altaria, & CCIX portatilia dedicaſſe.

Ex ſenio tandem cæcus & muneribus officii exequendis impar factus, iis anno MDCCIII ſe abdicauit, & tandem vitam exercitam & laborioſam finiit anno MDCCVIII, die VIII Februar. ætat. LXXX an. Francofurti in æde D. Bartholomæi traditus ſepulturæ.

EDMVNDVS *de* IVNGENFELD

Epiſcopus Mallenſis,

SS. Theol. D. Protonotarius Apoſtolicus, Inſignium eccleſiarum Collegiatarum B. M. V. ad gradus & S. Crucis Decanus, S. Petri Scholaſticus, & Eminentiſſimi Principis Electoris Conſiliarius.

Virtutis merito Matthiæ in locum ſuffectus eſt anno MDCCIII, & die VIII Iulii, Diuis martyribus Kiliano & Sociis ſacra, quæ in Dominicam ſextam poſt almam Pentecoſtes incidebat, in æde maiori dignitatis Epiſcopalis ſacra ſuſcepit, conſecrationis religionem eximia ſacrorum ſpecie & magnificentia impertiente Eminentiſſimo S. ſedis Moguntinæ Archiepiſcopo, Lothario Franciſco, diuinæ rei ſubſeruientibus Reuerendiſſimis & Ampliſſimis Patribus, D. Iacobi Abbate in monte ſpecioſo, Ord. D. Bened. & Abbate Eberbacenſi in Rhingauia, Ordinis Ciſtercienſis.

Inde præter varias ædium ſacrarum, ararumque in archidiœceſi dedicationes, etiam in ipſa maiori Moguntina an. MDCCXII, die XVIII Septembr. quæ tum in Dominicam XVIII poſt Pentecoſtes feſtum incurrebat, aram principem, ab extrema chori parte ad anteriorem translatam, quanta maxime par fuit cæremoniarum dignitate, religioneque ſacrauit, in honorem SS. Martini Pontificis, Stephani protomartyris, & Bonifacii, Archiepiſcopi & martyris, inditis B. Petri Apoſtoli, Stephani, Sebaſtiani, Eraſmi, martyrum, Oſvvaldi, Cyrilli, Confeſſorum, Cordulæ virginis, aliorumque reliquiis; quo peracto, duas etiam dedicauit laterales. Tum vero præter plurium Epiſcoporum & Abbatum inaugurationes anno MDCCXIV, Dominica poſt Pentecoſtes ſollemnitatem XVIII, quæ dies IX Septembris erat, Reuerendiſſimum & Celſiſſimum Principem, Henricum Hartardum de Rollingen, Epiſcopum Spirenſem, S.R.I. Principem, Præpoſitum Weiſſenburgenſem & Odenheimenſem, veteri laudatoque cæremoniarum ordine ritu ini-

tiauit Episcopi, assistentibus Reuerendissimis & Illustrissimis Dominis, Domino Ioanne Bernhardo, Episcopo Chrysopolitano, Suffraganeo Herbipolensi, ac Domino Petro Cornelio, Episcopo Medonensi, Suffraganeo Spirensi.

Ceterum qua fide, vigilantia, integritate tanti muneris procurationem obeat, cum malit laudanda facere Vir Reuerendissimus & Illustrissimus, quam laudari, præterimus; id precantes, vt multos adhuc annos pontificia cura sospes fungatur, sanusque.

PERINSIGNIVM,
QVAE MOGVNTIAE SVNT,
ECCLESIARVM
Ad
S. PETRI,
S. STEPHANI,
S. VICTORIS,
B. M. V. ad gradus,
S. CRVCIS,
S. IOANNIS,
S. MAVRICII,
S. GANGOLFI,
COLLEGIATARVM
CHRONICA
RECENS CONCINNATA.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

PERUSIGNIUM,
QUÆ MODERNÆ SUNT,
ECCLESIARUM
ET
S. PETRI,
S. STEPHANI,
S. VICTORIS,
S. APOLLINARIS,
COLLEGIATARUM
CHRONICA
RECENS CONCINNATA.

LECTORI BENEVOLO

GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS

S. P. D.

DE *Collegiatis*, quæ Moguntiæ intra & extra mœnia fuere ac etiamnum sunt, *Eccleſiis* nil, quod sciam, litteris proditum extat; cum tamen & antiquitate & amplitudine celebres omnino sint ac perinsignes. Nec crediderim, præter *Chronicon* HELWICHII *Santalbanense* (quod tamen & mancum & imperfectum est) quidquam de iis priuatos latere intra parietes. Vnde mihi videbatur, non plane nullum operæ pretium futurum, si ea, quæ mihi de origine illarum, fatis, statuque occurrerent, notarem, & dein vno quasi fasce complecterer.

Hæc cogitanti adiumentum præbuerunt ipsæ. Petentibus enim, vti ad res Moguntinas illustrandas, si qua possent, nobis subuenirent ope, laudabili prorsus exemplo scrinia sua aperuere, diplomatumque suorum, necrologiorum, commentariorum, & id genus scriptorum aliorum inspiciendorum nobis fecere copiam. quo factum, vt hoc magis exequi constituerem, quod animo intenderam.

Tentamenti vero gratia primum perstringendis Collegiatæ ad *D. Victoris* rebus manum admoui. Cum succederet opus, nec viris in hoc studiorum genere exercitatis prorsus displiceret, hoc confidentius perrexi, ac ceterarum etiam rebus summatim exponendis me dedi.

In his vero ordinatim progredi libuit, temporis vbique habita ratione: quippe quod in hoc litterarum genere rerum intelligentes optimum semper iudicarunt, commodissimumque. Dein eorum, quæ mihi se offerebant, nil facile prætermisi, ratus, tametsi quædam nonnullis leuicula videri possent, profutura tamen tum historiæ, patriæ præsertim, studiosis, tum aliis in notitia stemmatum illustrium, nobilitatis veteris, geographiæ mediorum sæculorum, aliisque studiorum elegantiorum partibus maiori, quam olim alii, cura occupatis. Sub finem vero breuis omnibus fere sum locis, ac in rebus illarum celeriter prorsus ad extrema venio, vt eas non tam perstrinxisse videar, quam præteriisse. Verum enim vero, non sponte, consulto & de industria, sed necessitate quadam. Neque enim erant, quæ darem; dedissem certe, si fuissent.

Ad extremum, si tibi videtur, breuia hæc tmemata atque ἀποσπασμάτια *Chronicorum* haud mereri titulum, voces ea alio, quod tibi magis arridet, nomine. Mihi enim perinde erit; quippe qui cuiuis facile permitto, vt suo abundet sensu.

Nil itaque restat, quam vt, docti cuiusdam viri exemplo, e *Platone* * dicam; *Nostra sunt talia, non qualia quis vult, sed qualia esse possunt.* Vale!

* In *Hipp. maiore*; ταῦτα τὰ ἡμέτερά ἐστιν, οὐχ οἷα βούλεταί τις, ἀλλ' οἷα δύναται.

ECCLE-

ECCLESIAE
ad
D. PETRI
extra mœnia olim Moguntina,
hodie intra vrbem,
COLLEGIATAE
CHRONICON.

SECTIO I
Originem illius, fata, ſtatumque complectens.

I

De primis eccleſiæ huius Collegiatæ initiis.

COmmunis eſt traditio, de qua pluribus cum alii, tum ſuo loco *Serarius* *, Moguntiam veniſſe *S. Theoneſtum* & *S. Albanum*, diuino incenſos zelo, euangelii vt prædicarent doctrinam. Quam quidem non fideliter ſolum populo annuntiarint, tradiderintque, verum etiam aduerſus hæreticorum corruptelas ac furores morte obſignarint ſua. Hæc illorum virtus cum omnium celebraretur ſermone, grataque prædicatione propagaretur ad poſteros, factum, vt tantorum Magiſtrorum memoriam pio animi ſtudio recolentes ciuitatis Moguntinenſis incolæ, in ripa Rheni, infra hodiernam regiam, ſiue arcem, *S. Martini* appellatione inſignitam, in loco, quem *D. Albanus* ſanguine ſuo purpuraſſe dicitur, *S. Theoneſti*, ſociorumque honori ædem ſacram excitarint, ſuoque ſtatuerint ſumptu. Quæ ædes poſtea incolarum villæ Mumbacenſis (quæ vna ferme hora ab vrbe abeſt) parochialis fuit. Conſtituerunt autem ſimul, qui ſacris eam curarent officiis, certo numero Clericos.

(*) *Lib. II rer. Moguntiacar. cap. XXVII.*

II

De facta eiusdem in ſuburbium translatione.

Enimuero variis ædes iſta obnoxia erat incommodis: ſigillatim Rheni inundatione ſæpius haud parum fecerat vitii. Hinc *Fridericus* Archiepiſcopus prouido in animum induxit conſilio, congregationem hancce ex *S. Theoneſto* (ſic enim vetus habet manuſcr.) commodiorem in locum transferre.

Tranſtulit autem in ſuburbium ciuitatis, quod aquilonarem ad plagam olim fuit, noua ibi æde ſumtu ſuo exſtructa.

In adnotationibus ad *Serarium* vlterioris probationis loco attuli verba *Alberici*, trium fontium Monachi, in chron. ad an. DCCCCXLV, p. 281, & *Trithemii* chron. Hirſaug. ad an. DCCCCXXXIX p. 77; quibus nunc maioris firmitatis cauſſa ſubiungo ipſas *Sifridi I* Archiepiſcopi, quibus eam firmauit, tabulas.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. SYFRIDVS *Dei gracia Maguntine ſedis Archiepiſcopus. Quamuis apud homines hominum facta plerumque intereant,*

tereant, & tenebris negligencie & obliuionis propter longam vetustatem nonnunquam inuolui soleant, apud Deum tamen, apud quem non est transmutacio, nec vicissitudinis obumbracio vlla, nullum opus pietatis credendum est suum perdere respectum vel meritum, quia sicut nullum malum impunitum, ita nullum bonum apud Deum erit irremuneratum.

Quocirca notum fieri cupimus omnibus tam futuris, quam presentibus Christi fidelibus, qualiter dilectus & fidelis noster, DIEMO, *ecclesie S. Petri Apostolorum principis Prepositus, que sita est in suburbio ciuitatis Maguntine ad plagam aquilonarem, cum toto fratrum suorum Collegio, ad nostram venit presenciam, constitutis in presenciarum, Honestis & Probabilibus Viris, Abbatibus, Prepositis, Decanis, aliisque personis ecclesiasticis, nec non & secularibus, scilicet Comitibus, liberis Hominibus nostris melioribus, & de familia sancti Martini coram positis, & in illorum audiencia questus est, quod ecclesie sue priuilegia viciata forent, partim vetustate, partim negligencia, que Dominus & Predecessor noster pie in Christo recordacionis,* FRIDDERICVS, *ecclesie iam dicte instaurator, conscribi fecerat super donacionibus eorum bonorum, que Deo & Beato Petro & ecclesie illi, in dotem, & fratribus inibi Deo seruituris in sustentacionem, tam pius Pater & bonus Prouisor ipse contulerat; & quamuis temporis prescripcione, per cuncta secutura tempora, tuta satis esse poterat ecclesia & secura legitimo possessionis titulo, pecierunt tamen flexis genibus, vt voluissemus antiquata illa priuilegia, situ & iam senio confecta, scripto nostro innouare, & sigilli nostri impressione testiumque annotacione communire. Nos vero, peticionem ecclesie illi sue tam necessariam, tamque Canonibus consonam, freti consilio & assensu Fratrum nostrorum Prelatorum ecclesie, qui vna nobiscum aderant, admittendam fore, dignum duximus.*

Allata sunt ergo coram, plura priuilegiorum paria, sigillo quidem prememorati Predecessoris nostri, Domini FRETHVRICI, *signata, sed negligencie & vetustatis carie consumpta, ita, quod non possent habere legendi currens vestigium; inuenimus tamen in continencia illorum, sicut diligencius inuestigare potuimus, quod Dominus* FRIDDERICVS *Moguntinus Archiepiscopus, ecclesiam illam, de vicino transtulit, & de propriis eam sumptibus in suburbio ciuitatis construxit, & Canonicos, viginti vno numero, in ipsa, DEO & Beato Petro seruituros, ordinauit, & ecclesiam, que vulgariter dicitur* Elteuil, *sue iurisdictioni pertinentem, cum sibi adiacentibus . . . . . scilicet* *Waltaffe, Steynheim, *Ketercho, * Kitterich
*Walff
*Erbach * Euerbach, Hattenheim, *decimis quoque, illis attinentibus, tam de locis iam tunc excultis quam adhuc excolendis, infra terminos suos constitutis, nec non de animalibus, tam volatilibus quam quadrupedibus, sine excepcione, ad vsus Fratrum ecclesie sancti Petri libere contradidit, ad instaurandum inibi diuinum seruicium, & seruitutis illic temporale subsidium.*

Vt autem hoc inceptum tam Deo dignum sine clauderet probabili, inuestituram quoque ipsius ecclesie Elteuil, *quam ipse manutenebat adhuc, Domino* Geroldo, *primo quem ipse statuerat ecclesie S. Petri Preposito, per pontificalem baculum suum porrexit; concedens tam ipsi, quam sibi succedentibus, potestatem liberam, pro arbitrio suo ordinare sacerdotem in sepius dicta ecclesia* Elteuil . . . .

Reliqua cuncta, sicut pretaxatum est, ad vsus Fratrum, & Prepositi, ecclesie sancti Petri, totaliter condonauit, & hanc donacionem auctoritatis sue banno confirmauit, tali apposita districcione, vt, quicunque ausu temerario factum hoc adtemptare presumsisset, iram DEI omnipotentis, & illius magni Apostolorum principis Petri odium, se incurrisse, & maledicciones Iude traditoris se incunctanter agnosceret meruisse, cum dampnatis se dampnatum, cum reprobis reprobatum, atque ab electorum sorte se omnimodis alienum fore, non nesciret, per infinita seculorum secula. Amen. Et responderunt omnes in nomine sancte Trinitatis Amen. Amen. Amen.

Nos igitur, factum sancti Patris & Predecessoris nostri, pie in Christo recordacionis Domini Frethurici, *tam pium, tamque laude & memoria dignum, omnimodis approbantes, auctoritate nobis a Deo concessa sub premissa districcione confirmamus, &, qui apud Deum numquam accepit obliuionem, vt apud homines*

mines eciam in memoria habeatur, ſcripto noſtro innouamus, atque ſigilli noſtri impreſſione conſignamus:

Teſtes ſubnotando, quorum nomina ſunt hec:

Razo, *ſummus Prepoſitus.*
Burchardus, *Camararius & Prepoſitus.*
Hertvvicus, *Prepoſitus.*
Rubertus, *Decanus & Prepoſitus.*
Arnoldus, *Cuſtos & Prepoſitus.*
Goſvvinus, *Prepoſitus.*
Folbertus, *Prepoſitus.*
Conradus, *Prepoſitus.*
Hildelinus, *Prepoſitus.*
Meginvvardus, *Prepoſitus.*
Widelo, *Prepoſitus.*
Druthertus, *Prepoſitus.*
Ruzelinus, *Prepoſitus.*

LAICI.

Gebeni, *Prefectus Vrbis.*
Adelbertus, *Aduocatus.*
Henricus, *Comes.*
Sigefridus, *Comes.*
Wigerus, *Comes.*
Rudolfus, *Comes.*
Lodevvicus, *Aduocatus.*
Euerhardus, *Comes.*
Vlricus, *Aduocatus.*
Adelhun, *Aduocatus.*
Lodevvicus, *Comes.*
Hugo, *Comes.*
Adelbertus, *Aduocatus.*
Bernhardus, *Vicedominus.*

Acta ſunt hec anno dominice incarnacionis MLXVIIII, indiccione VII regnante Domino Heinrico *quarto*, Sifrido *Archipreſule currum Dei aurigante feliciter. Amen.*

III

De tempore, quo id factum.

Quamuis id ex dictis haud adeo difficulter colligi poſſit, iuuabit tamen audire Collectorem *Chronici*, quod vulgariter *magni Belgici* titulo appellari ſolet. Is enim p. 79 vel ipſum annum nobis ſignat, & *anno*, inquit, *regni Othonis I octauo Archiepiſcopus Fridericus clauſtrum S. Petri Moguntiæ conſtruxit.* Othonis autem I annus hic octauus fuit poſt vindicem aſſertoremque ſalutis humano generi natum DCCCCXLIV.

IV

De Auctore eiusdem.

Ex dictis patet, religionis bono ſtatuiſſe eam, multoque ſumtu excitaſſe Archiepiſcopum *Fridericum.*

Fuit autem is Archimyſtarum Moguntinenſium tertius & decimus, Princeps illuſtri natus genere: quamuis nondum ſit confectum, vtrum ex Francis Salicis, an ex Moſellanis ortum traxerit; ceterum autem ſummæ Præſul abſtinentiæ (*annal. Hildesheim. p.* 718) ſtrictiorisque perſtudioſus diſciplinæ (*Witichindus Corbeienſ. lib. III p.* 652) benignus in pauperes, die nocteque in placandis ſuperis occupatus, grauis in docendo (*idem l. d.*) atque adeo ſanctus Pater (*Sifridus in diplomate allato*) qui pie tandem, fineque ſatis laudabili ſpiritum poſuit anno DCCCCLIV, VIII Kal. Nouembr. (*Witichindus l. d. p.* 655, *Wilhelmus Archiepiſcopus ſub finem chron. Augienſis p.* 500.)

V

De eiusdem ſtatu.

Conſtituit autem, qui Deo in ea ſeruirent, ſacrisque vacarent officiis, Canonicos, XXI numero, vt *Sifridus* habet: quibus Præpoſiti titulo, auctoritateque præfecit *Geroldum*, virum doctrina pariter, vitæque ſanctimonia iſtis temporibus quammaxime illuſtrem. Iſtud *Trithemius* l. d. his memorat verbis: *in ea* Canonicos *ſecundum regulam Apoſtolorum conuerſantes poſuit.* Hoc, *Sifridus* Præſul l. d.

VI

De dote eiusdem.

Et hos quidem, vt hoc expeditius & ſine anxia victus quotidiani cura Deo famulari poſſent, cenſibus opido luculentis, amplisque inſtruxit. Referantur modo huc, quæ *Sifridus* Archiepiſcopus l. d. habet: *Eccleſiam, quæ vulgariter dicitur*

Elteuil *suæ iurisdictioni pertinentem, cum sibi adiacentibus ..... scilicet* Waltaffe, Steynheim, Ketercho, Euerbach, Hattenheim, *decimis quoque illis attinentibus tam de locis iam tum excultis, quam adhuc excolendis, infra terminos suos constitutis, nec non de animalibus tam volatilibus, quam quadrupedibus sine exceptione ad vsus Fratrum ecclesiæ S. Petri libere contradidit, ad instaurandum inibi diuinum seruitium, & seruitutis illic temporale subsidium. Vt autem hoc inceptum tam Deo dignum fine clauderet probabili, inuestituram quoque ipsius ecclesiæ Elteuil, quam ipse manutenebat adhuc, Domino* Geroldo, *primo quem ipse statuerat S. Petri Præposito, per pontificalem baculum suum porrexit.*

VII

De nouæ huius ædis inauguratione.

Supererat, vt sacra hæc, quam statuerat, ædes ecclesiasticis legibus conuenienter dedicaretur. Verum enim vero & id *Fridericus*, operis auctor, in se suscepit, eamque sollemni cæremonia & consecrauit, & *D. Petro*, Apostolorum principi, dicauit.

Factum id tempore synodi Ingelnheimensis, anno DCCCCXLVIII celebratæ, die, qui D. Bartholomæi memoriæ sacer est, vt in *Fastis Petrinis* habetur.

VIII

De nonnullis eiusdem benefactoribus.

Laudatissima conditoris benignitate prouocati, excitatique, tum Pontifices Romani, tum Imperatores & Reges, tum Præsulum Moguntinensium quamplurimi, tum alii, pietatis ducti studio, variis postea Collegium hocce priuilegiis, bonis, fundis, auxerunt & exornarunt.

In primis fuit IDA, quippe quæ ecclesiæ huic cetera inter bona dedit villas *Bürgel* & *Crozenburg* Sic namque in *manuscr.* quodam *Petrensi*; *Nota*; *in Registro siue libro antiquo, quod incipit*, GERHARDVS D. G. *&c. signato cum littera* C, *reperies pronunciationes iurium nostrorum in* Bürgel & Crozenburg *antiquas, videlicet f. XIII, & ibi habentur plura bona notabilia, & inter cetera de proprietate & dominio* ville & marce Bürgel, *& qualiter felicis recordationis soror* Karoli Regis *dederit bona & proprietatem ibidem ecclesie nostre.* Quæ, cum liberiste euanuerit, afferre operæ duxi pretium.

Notes hic velim, quod ecclesia dein aduocatiam villæ Bürgel Dominis *de* Eppenstein *lege contulerit clientelari; ii vero secutis temporibus eam sub feudi titulo concesserint* Hartliebo Militi *de* Sassenhusen (*Saxenhausen*)

Dein *Sifridus I* ius decimationis, quod in Thuringia plenius & perfectius acquisierat, Præposito ad D. Petri anno MLXIX singulari contulit diplomate. quo cum diserte ostenderit, quanti hanc fecerit Collegialem, non possum, quin istud huc ad verbum apponam.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Quoniam omnium rerum est vicissitudo, nullaque mutabilium poterit esse certitudo, prudenti opus est consilio, qualiter succedente posteritatis tempore firmum & inconuulsum permaneat, quod quis firmare, & stabile esse desiderat. Vnde ego SIGEFRIDVS Dei gracia Maguntine sedis Archiepiscopus notum facio omnibus, tam futuris quam presentibus, quomodo decimacionem illam super Thuringia, pro qua Antecessores mei, maximeque proximus Predecessor meus beate in Christo memorie, Luidbaldus, *pene vsque ad sanguinem certando laborauit, plenius & perfectius acquisiui, & ecclesiis Dei earumque seruitoribus eandem Canonica auctoritate distribuendam esse decreui. Quapropter omnium dyocesis mee ecclesiarum constructioni volens consulere, inprimis magni illius Petri Apostoli, que sita est Maguncie, illud ius secundum Canonica decreta delegaui & constitui, vt Prepositus noster* Diemo *suique successores, in Thuringia, deinceps de omnibus hys habeant* Decimacionem *iustam & integram, vnde prius acceperat solum, quod vocant vulgariter* Decimam.

Hoc autem, vt succedencium posteritati notum fiat, & semper stabile inconuulsumque permaneat, placuit nomina testium, tam Clericorum quam Laicorum, qui eidem concessioni interfuerunt, annotari, & cartulam ipsam nostri sigilli impressione signare.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

signare. Hoc vero si quis posthac infringere presumat, DEI omnipotentis, & magni illius Petri Apostolorum principis odium incurrat, & tamen inceptum nulla possibilitate perducat ad effectum.

Nomina Testium.

Razo, *Prepositus.*
Burchardus, *Camerarius & Prepositus.*
Hartvvinus, *Prepositus.*
Ruobertus, *Decanus & Prepositus.*
Arnoldus, *Custos & Prepositus.*
Gozvvinus, *Prepositus.*
Folbertus, *Prepositus.*
Kuonradus, *Prepositus.*
Hildelinus, *Prepositus.*
Meginvvardus, *Prepositus.*
Widelo, *Prepositus.*
Druthertus, *Prepositus.*
Ruozelinus, *Prepositus.*

Nomina Laicorum.

Gebeni, *Prefectus Vrbis.*
Adelbraht, *Aduocatus.*
Heinricus, *Comes.*
Sigefrid, *Comes.*
Wigger, *Comes.*
Ruodolf, *Comes.*
Luodevvig, *Comes.*
Adelhun, *Aduocatus.*
Hug, *Comes.*
Adelbraht, *Aduocatus.*
Gerhardus, *Vice-Dominus.*

Acta sunt hec publice anno Dominice incarnacionis MLXVIIII, Indict. VII, regnante Heinrico *quarto.* Sigefrido *Archipresule currum Dei aurigante feliciter. Amen.*

Capituli e gremio *Asmarus* Præpositus, & ciuitatis Moguntinæ Camerarius, *pro remedio*, vt loquitur, *animæ suæ, parentumque suorum*, omne patrimonium, quod hereditario iure iuxta Moguntiam tenebat, domos, hortos, vineas, terras cultas, incultasque; quatuor itidem mansos, quos ab ministeriali quodam Adelberti Archiepiscopi, cui Vdalrico nomen, & duos, quos cum domibus, curiis, agris, vineis, cultis & incultis, a vidua quadam coemerat; tres adhæc mansos in vico Hochheim, tres itidem & dimidium, quos cum domibus, curiis, agris, vineis, molis, cultis & incultis, a matrona quapiam suo sibi comparauerat ære, anno MCXXIV iis tradidit, ac in perpetuum adsignauit: vt hisce *Adelberti I* litteris, quibus donationem istam complexus est, fusius continetur.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis Ego ADELBERTVS *Dei gracia Maguntinensis Archiepiscopus & Apostolice sedis Legatus, notum esse volo tam futuris quam presentibus, qualiter dilectus noster* Assimarus, *S. Petri Prepositus & Vrbis Camerarius, vt B. Petri mereretur suffragium, ad adipiscendum celestis vite conspectum, pro remedio anime sue & parentum suorum, omne patrimonium, quod hereditario iure possederat iuxta Maguntiam, & eiusdem ciuitatis Comitatu, videlicet domos, pistrina, salisciса, macella, hortos, vineas, culta & inculta, DEO & B. Petro, Apostolorum principi, obtulit & perpetua delegacione donauit, hac videlicet condicione, vt Fratres ibidem DEO famulantes, eius anime ceterorumque parentum suorum, specialiter & communiter, memoriam agerent, & censum ex hoc prouenientem, in anniuersariis suis & reliquis anni temporibus, inter se pro communis vtilitatis sue arbitrio partirentur; caritate nullius heredum suorum dispositionem interuertente vel prepediente. Excepit tamen ex omni hoc patrimonio solam domum, que dicta est* Michaelis, *quam in hereditatem donauit* Obertho *patrueli suo.*

De cetero autem, vt in presenti & in futuro stabilis & inconuulsa maneret tradicio, elegit quatuor viros, fidei constancia nobiles & probatos, videlicet tres officiales meos Woltbertum, Ortdonem, Salemannum, *& quartum* Dudonem, *matertere sue filium, eosque coram amicis & cognatis huius rei* * fideles manus *constituit, & per eorum manus predictam tradicionem fecit & stabiliuit, quatinus post obitum suum nullus heredum suorum nulla omnino occasione quicquam de huiusmodi patrimonio B. Petro & eiusdem loci Canonicis posset vel presumeret imminuere.*

* *Manufideles*, seu vltimarum executores voluntatum. *du Fresne* Gloss. Lat. T. II, p. 452.

Huic rei testes sunt adhibiti

PRIMATES ECCLESIAE

Dudo, *maioris ecclesie Prepositus.*
Abbas S. Albani, Waltbertus.
Abbas S. Iacobi, Woerenbolt.
Richardus, *Prepositus.*
Henricus, *Prepositus.*
Godescalcus, *Prepositus.*

Cuno

Cuno, *Decanus.*
Turenbertus, *Magiſter.*
Anſenlinus, *Prepoſitus.*
Hartmannus, *Prepoſitus.*
Henricus, *Prepoſitus.*
Ludevvicus, *Prepoſitus.*
Richardus, *Prepoſitus.*

LAICI

Aduocatus Vrbis Arnold.
Embricho, *Vicedominus.*
Erneſt, *Centurio.*
Hertvvin.
Regenhart.
Warmunt.
Ruthart.
Weltere.
Emmicho.
Luphrit.
Ruchart.
Richelin.
Dudo.
Obrech.
Godeſcal.

Preterea idem Frater bone memorie Aſmarus *ad augendum voluntatis ſue deſiderium proprii laboris ſui ſubſtancia, quatuor manſos a quodam Miniſteriali meo* Vdalrico, *& duos, a quadam vidua & pueris eius, cum domibus & curiis, agris, vineis, cultis & incultis,* Trufdero *comparauit, ita quod ipſe* Vdalricus *cum coniuge ſua, & vidua cum* * *Mundiburdio ſuo hec omnia ſuper reliquias S. Petri ad eleemoſynam eorundem Fratrum contradiderunt. Et huic quoque tradicioni interfuerunt fideles manus, & teſtes, quos ſupra notauimus. Ad hec, tres manſos,* Hocheim *coemptos a mulieribus, tum Mundiburdiis ſuis, quam viris, quorum cuiusque nomen cum ſua proprietate, ſecundum quod vendidit, ſupra ſcriptum eſt :* Madtildis *vidua, ſoror Wolffmanni XXIIII* * *curuales.* Wolffmannus *& frater eius, decem & dimidium.* Gezacha, *tres & dimidiam fretam.* Libſim, *duos.* Liemo, *tres.* Egelmar, *vnum & dimidium.* Wolffger, *duos.* Gerharth, *vnum & dimidium.* Willa, *vxor Leonis, tres.* Adelhelm, *vnum & dimidium.* Humbrat, *duos & dimidium.* Rudolff, *vnum.* Dagebrat, *quinque.* Adelbero, *vnum & dimidium.* Henrich, *duos.* Adelhelm, *dimidium.* Merbodo, *vnam fretam.* Ruzelin, *duos.* Libſim, *tres.* Egelmar *&* Wigant, *tres.* Wolffman *& vxor eius, octo ; & ſuper reliquias S. Petri contraditos predicto modo eorundem Fratrum vſibus mancipauit. Super hec omnia tres manſos & dimidium cum domibus & curiis, agris, vineis, molendinis, cultis & incultis, a quadam Matrona, quam primum Miniſterialis Imperatoris* Waltbertus *iuſto matrimonio ſibi copulauerat, & hys manſis donauerat, ſed poſt intereimptus, ſine herede viduam reliquerat, in villa, que dicta eſt* Gencingo, *comparauit, per quod, manu ipſius vidue & eius, in cuius erat mundiburdio, ſuper ipſum altare S. Petri contradidit eadem condicione, qua & cetera.*

* *Mundiburdus*, id eſt, patronus, defenſor, tutor. *Dufr.* Gloſſar. Lat. T. II p. 775.

* *Corua, Coruale*, id eſt, prædium vel modus agri. *Coruata* ſeu angariæ *Dufr.* T. I pag. 1360.

Et hec res me preſente per manum meam facta eſt, teſtibus magnis & idoneis aſſiſtentibus, quorum nomina ſubſcripta ſunt:

Dominus Bruno, *frater noſter, Spirenſis Epiſcopus.*
Dudo, *maior Prepoſitus ; cum ceteris prenotatis eccleſie Maioribus.*

LAICI

Aduocatus eiusdem eccleſie frater noſter Fridericus.
Aduocatus Vrbis Arnoldus, *Comes.*
Gerlaus, *Dominus.*
Sigebodo, *Dominus.*
Dammo, *& ceteri Homines noſtri Nobiles quamplures.*

MINISTERIALES

Wernherus.
Embricho.
Gerhart, *& filii eius.*
Waltbret.
Embricho, *Vicedominus.*
Erneſt, *Centurio ; & prenominati fideles manus & teſtes.*

Vt autem hec omnia in omnibus eius firma & inconuulſa permaneant, preſentis teſtamenti paginam feci conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione muniri precepi, auctoritate Domini noſtri IESV CHRISTI & ipſius beati Petri Apoſtolorum principis & noſtra; ſuper perpetuo anathemate interdicentes omnibus Chriſtianis

nis, ne quis audeat contra eam venire, impetere vel infringere, vel in aliquo eorum, que in ipsa continentur, quidquam molestie inferre. Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCXXIIII, Indict. II, regnante HEINRICO Imperatore Augusto, huius nominis V.

Adelbertus dein II prædium in villa *Hursten*, sita in pago *Monregoue*, in Comitatu *Gerhardi*, Comitis de Berbach, *pro anima dilectissimi patris & prædecessoris beatæ memoriæ Adelberti*, ecclesiæ huic B. Petri anno MCXXXIX liberali tradidit manu, hisque addixit litteris:

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. ADELBERTVS, *sancte Maguntine sedis Archiepiscopus, huius nominis secundus. Quia mundum & concupiscencias eius de die in diem suo itinere transire vidimus, nichilque sub huius volubili & dubio stabile & firmum perspeximus fore tempore: temporis spacio illuc nostrorum actuum proposuimus dirigere pro posse gressus, maiorum exemplo, vbi nulla remuneracionis est dilacio. Certum est enim & vere credimus, nostros predecessores, hys temporalibus sibi eterna premia adeptos fuisse in celestibus, adauctis fidelium stipendiis de propriis facultatibus.*

Nouerint ergo quicunque CHRISTI fideles, qualiter ego, cum adhuc Prepositus ecclesie B. Petri essem, *in pago* Monregoue, *in Comitatu Gerhardi, Comitis de Berbach, in villa, que dicitur* Hursten, *proprio censu quoddam predium erga heredes Hermanni, adhibitis testibus, comparauerim, illudque libera possessione tam diu retinuerim, quoad vsque gratuita Dei bonitas nos ad Episcopatus culmen prouectum sustulerit. Postea vero, succedente nostra donacione fideli* nostro consanguineo Ludevvico *in eandem Preposituram, premoniti ab ipso, ceterisque nostris fidelibus, pro anima dilectissimi Patris & predecessoris nostri, beate memorie* Adelberti, *prefatum predium prenominate B. Petri ecclesie, ad vsus ibidem Deo famulancium, voluntarie tradidimus, nulla proinde freti alia laude, nisi DEI & B. Petri retribucione; quia cum hic non habeamus manentem patriam, festinare debemus ingredi in illam, que non deficit bonis operibus. Ea enim dileccione precipue hec egimus, vt prefati Fratres anniuersarium diem predicti Patris nostri* Adelberti, *pia deuocione, vigiliarum scilicet & missarum celebritate, recolant, & in die ordinacionis nostre memoriam nostri habeant, ac post hanc vitam obitus mei diem pie memorie mandantes, subnixius Dei misericordiam pro remedio anime mee implorent, ipsaque die Canonicum stipendium vberius habeant.*

Tradicionem ergo, quam libere, sicut audistis, fecimus, sigilli nostri impressione, & subscriptis testibus, vt firma maneat per succedencia tempora, firmauimus.

Testes sunt, & innuunt:

Dominus Werenboldus, *Abbas S. Iacobi.*
Dominus Baldemarus, *Abbas in Blidenstat.*
Dominus Hermannus, *Abbas de Gerenroth.*
Dominus Ruthardus, *Abbas de Eberbach.*
Venerabilis Heinricus, *Prepositus maior.*
Dominus Arnoldus, *Camerarius.*

LAICI

Dominus Ludevvicus, *Comes Vrbis Maguntine.*
Dominus Boppo, *Comes de Richenbach.*
Dominus Berhdolfus, *Comes de Nuringes.*
Ernestus.
Ruhthardus.
Opertus, & Helfericus.
Cuonradus.
Arnoldus.
Walbero.
Eberhelmus.

Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCXXXVIIII, Indict. II, regnante Rege CVONRADO, *huius nominis tercio, nostre ordinacionis anno secundo.*

Ludouicus Præpositus *inuestituram ecclesiæ in Castele*, siue ius parochum eiusdem in possessionem mittendi, quod Præpositi vsque huc fuerat, Petrinis suis concessit. Quam concessionem *Henricus I* Archiepiscopus, tabulis his, anno

MCXLVII editis, firmauit, simulque constituit, vt Decanus in posterum, casu existente, Fratrum suorum consensu, sacerdotem in eadem instituat, solitoque stabiliat ritu.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. HEINRICVS *gracia DEI Maguntine sedis Archiepiscopus. Scimus & fideliter credimus, si quid sacris DEI ecclesiis pro amore diuino deuote obtulerimus, vel oblata, auctoritate nostra, ad decorem domus Dei defenderimus & confirmauerimus, pie deuocionis exemplum aliis relinquimus, & eterne remuneracionis premium nobis indubitanter comparamus. Quapropter omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse volumus, qualiter Dominus* Ludevvicus, *noster cognatus, & ecclesie B. Petri Prepositus, humiliter nos adiens, inuestituram ecclesie in* Castele, *que ad Preposituram suam iure spectabat, in manum paternitatis nostre reddidit, cum omni humilitate & deuocione rogans, quatenus eam, Fratribus suis, & nostris, beato Petro seruientibus, traderemus. Nos vero Fratres illos tamquam filios dilectos debita caritate amplectentes, & eos per nos adiuuare & penuriam eorum releuare paterne cupientes, pie peticioni prefati Prepositi satisfecimus, & inuestituram eiusdem ecclesie, predictis Fratribus nostris tradidimus, sibique concessimus, vt Decanus, consensu Fratrum suorum, sacerdotem in ea ordinet & iure suo confirmet. . . . . Vt autem huius rei tradicio ab omni sinistra impeticione inuiolata permaneat, & ne aliqua posteritas abolere presumat, hoc priuilegium fieri decreuimus, quod impressione sigilli nostri signantes, auctoritate officii nostri, prout debuimus, confirmauimus, & hos testes subscribi fecimus, quorum nomina sunt hec:*

Hartmannus, *de Domo, & S. Stephani Prepositus.*
Gerlaus, *S. Victoris Prepositus, & maioris ecclesie Decanus.*
Arnoldus, *Camerarius & Prepositus.*
Godescalcus, *S. Marie in Campis Prepositus.*
Anshelmus, *S. Marie ad gradus Prepositus.*
Wilhelmus, *Magister.*
Hertvvinus, *Cantor, & Prepositus S. Iohannis.*
Hartmannus, *sancti Mauricii Prepositus.*
Godebaldus, *in Friselaria Prepositus.*
Burchardus, *in Gicheburg Prepositus.*
Sigelo, *in Nörten Prepositus.*

CAPELLANI

Giselbertus, *Prepositus.*
Cunradus.
Godefridus.
Liovvingus.
Rudingus.

LAICI

Hermannus, *Comes Palatinus.*
Comes Emercho.
Comes Gerhardus.
Comes Gerlaus.

MINISTERIALES

Mengotus, *Vicedominus.*
Embercho, *Ryngrauius.*
Ernestus.
Ruthardus, *& filius suus*
Arnoldus.
Wernherus.

Facta est autem hec tradicio anno Dominice incarnacionis MCXLVII, Indiccione X, regnante Cunrado, *Rege Romanorum huius nominis tercio.*

IX

De *concessa* Burcardo *cuidam, illiusque vxori area quadam.*

Erat ea vicina curti D. Petri, in via, qua ibatur ad altum monasterium. Hanc Henricus, maioris Decanus, *Burcardo*, Euernandi filio, illiusque vxori, *Godesildi*, concedi petiit. Annuit *Burcardus*, ad D. Petri Præpositus, eamque ipsis vna cum ædificiis & vinea adiacente contulit; certis tamen sub conditionibus, quas e litteris cognoscere est sequentibus;

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. BVRCHARDVS *D. G. ecclesie S.* Petri *in suburbio ciuitatis Maguntine humilis Prepositus. Quicquid a Fratribus de rebus ecclesiarum prouida dispensacione & salubri consilio bene fuerit ordinatum, licet innitatur firmitati, tamen quia per temporum successiones labi & in obliuionem venire potest, si testimonii conuenientis suffragio, si priuilegiorum conscriptionibus,*

scriptionibus, si denique impressione sigilli communiatur, stabile & inconuulsum permanere videtur.

Nouerit igitur tam succedencium secutura posteritas, quam presens fidelium etas, quod ego Burchardus, *ecclesie* S. Petri *Prepositus, licet indignus, areolam quandam vicinam curti diui* Petri *in strada, qua itur ad* altum monasterium *sanctimonialium,* Burchardo *cuidam,* Euernandi *filio, & illius vxori* Godesildi, *& vni tantum sibi per generacionem successuro, cum edificiis impositis & vinea adiacente, consensu & voluntate Fratrum meorum, & per manus ipsorum, intuitu peticionis dilecti cognati mei,* Heinrici, *maioris ecclesie Decani, concessi, eo videlicet tenore & pacto, vt vineam, ne in vastacionem eat, bene excolant, lapsum edificiorum resarciant, aree terminos sepibus communiant, & Fratribus inde annuatim IIII vncias & duos capones in festo* B. Remigii *exsoluant; nec licebit eis nullatenus predicta bona vel vendere vel exponere in vadio, seu ad aliquam sanguinis lineam sibi vicinam transferre; sed vno e tribus decedente, ad reliquos transeant, duobus sublatis, tercius, qui residuus est, defunctis successor fiat, & prefata bona modo & pacto pretaxato possideat, quo de medio sublato, possessio tota & integra ad Fratres redeat, & ipsi ad commodum suum & vtilitatem ecclesie ordinandi inde & disponendi, pro arbitrio suo liberam habeant facultatem.*

Vt autem hec rata sint & immobilia, presentem paginam conscribi, & signo beatorum Apostolorum principis Petri, *ecclesie nostre patroni, fecimus communiri, testibus adhibitis, quorum nomina sunt hec:*

Vlricus, *Magister Scolarum.* Henricus, *Cantor.*

Ceterique Fratres ecclesie ex ordine.

Rogerus, *Archipresbyter.*	Arnoldus.
Hagerus, *Cellerarius.*	Radolfus.
Heinricus.	Dietherus.
Rubertus.	Bertoldus.
Cunradus.	Meinfridus.
Embricho.	Baldemarus.

Facta autem sunt hec anno Dominice incarnacionis MCLXXIIII, Indictione VII, Regnante Domino Frithurico, *Romanorum Imperatore Augusto, huius nominis primo feliciter. Amen.*

X

De compositione Præpositum D. Petri *inter &* sanctimoniales Diefenthalenses *olim facta.*

Lis erat Burchardo cum vestalibus in Rhingauia Diefenthalensibus, de parochia Elteuillana; quippe quam vtraque pars sui contendebat esse iuris; virgines, fretæ diplomate quodam Archipræsulis Arnoldi: Burchardus, nixus antiquiori constitutione Archiepiscopi Friderici. Conradus I, sedi restitutus, eam amicabili tandem finiit conuentione. Adhibitis namque in consilium prudentum quamplurimis, rigorem iuris æquitate temperans, istam Burchardo, ecclesiæque D. Petri addixit: sanctimonialibus vero pro expensis factis XX marcas soluere iussit. Docent id hæ an. MLXXXIII, XV Kal. Decembr. editæ tabulæ;

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. CONRADVS *Dei gracia, Maguntine sedis Archiepiscopus. Cum omni iuri, tam diuino quam humano, congruat, successores ea, que fiunt a predecessoribus pietatis intuitu & largitatis, memoria inuiolata, firmitate corroborata, conseruare: Idcirco ego* Conradus *Dei gracia, Maguntine sedis primo electus & confirmatus, sedens pro tribunali, inter alia negociorum emergencia, litem, motam inter moniales* Diefendal, *&* Burchardum, *Prepositum sancti Petri, super quadam ecclesia, quam vtraque pars suam esse contendebat, pluribus aliis occupatus terminare eam non valens, cognoscendam, & racionali fine decidendam, Domino* Christiano, *tunc Moguntine sedis Preposito, &* Otthoni, *Viro strenuissimo, fratri nostro, qui postea Dux fuit Bauarie, nunc vero Palatino, vicem nostram demandauimus; qui, allegatis hinc inde diligenter visis & inspectis, prefatam ecclesiam,* Burchardo, *Preposito sancti Petri adiudicauerunt, hoc excepto, vt quidam* Arnoldus, *monialium Prepositus, quia dicebant, magnas expensas in illa ecclesia & propter illam fecisse, haberet omnes redditus illius ecclesie, donec viueret, & inde se aleret, & quod superflueret, ad moniales deueniret in vita istius.*

Procedente vero tempore, cum pro ſciſmate multis annis exularemus, Domino Chriſtiano, *pro voluntate Domini Imperatoris nobis ſubrogato, cum omnia, pocius fortuna, quam iudiciario regerentur ordine, prefatis monialibus ſuper prefata eccleſia querimoniantibus, dicitur dictus Dominus* Chriſtianus, *contra noſtram non, imo contra ſuam, veniſſe ſententiam: predicti tamen Canonici ſancti Petri in poſſeſſione eccleſie ſemper ſteterunt; altera vero parcium alteram ſemper inquietante, & in iudicium trahente, a Summo Pontifice cauſa cognoſcenda, & racionabili fine decidenda, delegata eſt* Hermanno, *Monaſterienſi Epiſcopo, &* Falberto, *Abbati S Iacobi: & tunc, diuina fauente prouidencia, cum in integrum in noſtra Maguntina ſede reſtituti, pro tribunali ſedentes, infinitas auditas lites racionabiliter decideremus, predicti delegati ad nos venientes dixerunt, ſe ad predictam cauſam decidendam penitus eſſe inſufficientes, niſi noſtras eis interponeremus partes. Concedentes itaque rogatu eorum, noſtras interpoſuimus partes, & nos, & delegati rogauimus partes, vt in nobis compromitterent, quod & fecerunt.*

Fecimus ergo apportari priuilegia, quibus vtraque pars ſe munitam dicebat: ex parte Canonicorum, inuenimus priuilegium, quo continebatur, Sigefridum *corroboraſſe omnia facta a ſuo predeceſſore* Friderico: *qui, priuilegio ſue liberalitatis & intuitu pietatis, eccleſiam* Elteuile, *titulo donacionis, in dotem, pleno iure, & ius patronatus eiusdem, & cum decimis quinque vicorum integris, tam de cultis, quam de excolendis, tam de animalibus, quam de aliis, eccleſie beati Petri contulit, videlicet* Hattenheym, Waltaffe, Staynheim, Ketercho, Euerbach.... *quos vſibus & prebende deſtinauit Canonicorum. Ex altera parte inuenimus duo priuilegia, ſibi quodammodo aduerſancia, & ab* Arnoldo, *predictorum ſucceſſore, noſtroque predeceſſore, facta, quibus continebatur,* Arnoldum *dictam eccleſiam pleno iure & cum iure patronatus monialibus dediſſe.*

Habito igitur conſilio electi Curienſis, & Dudonis Camerarii, qui tunc moniales manutenebat, aliorum plurimorumque prudentum; dantes fidem antiquioribus priuilegiis, amicabili conuencione rigorem iuris equitate contemperantes, viginti marcas monialibus pro ſuis expenſis a Canonicis dari facientes, Burchardum, *Prepoſitum ſancti Petri, nomine ſue eccleſie ab omni peticione abſoluimus, & eccleſiam, de iure beati eſſe Petri iudicauimus; & facta* Friderici *predeceſſoris noſtri, a* Sigefrido, *ſuo ſucceſſore, noſtroque predeceſſore, renouato priuilegio corroborata, noſtre tuicionis huius ſentencie priuilegio corroboramus, & corroborata, ſuo periculo anathematis, ab omnibus inuiolabiliter precipimus obſeruari.*

Et, vt ſequenti euo hec ſententia noſtri priuilegii in dubium non queratur, noſtro ſigillo hoc priuilegium inſignimus.

Teſtes preſentes fuerunt:

Arnoldus, *maior Prepoſitus.*
Heinricus, *maior Decanus.*
Henricus, *Abbas ſancti Albani.*
Ottho, *Prepoſit. ſancte Marie ad gradus.*
Henricus, *Prepoſitus Pinguenſis.*
Andreas, *Scholaſticus Spirenſis.*
Wernherus, *Scholaſticus ſancti Stephani.*
Wernherus, *ſancti Victoris.*

LAICI

Merbodo *de* Sobbelnheym.
Ottho *Palatinus Comes.*
Conradus.
Winzo.
Ditherus, *Villicus; & alii quam plures.*

Acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCLXXXIII, Indict. I, XV Kal. Decembris.

XI

De commutatione quadam a Collegio *cum* Conrado I *Archiepiſcopo olim facta.*

Erat Fratribus Petrinis mola, ſita iuxta pontem, quo deſcendebatur ad ipſam B. Petri ædem. Eam permiſere Conrado. Conradus contra tot medimnos ſiliginis, quot eis de eadem quotannis prouenire ſolebant, & duos inſuper alios, pro XXI denariis cenſus pecuniarii, de mola, quam in litore Rheni iuxta turrim exædificari curauerat, exigendos; tum vero pro quinque vnciis de prædio *Horſten* octo ſiliginis

siliginis medimnos adsignauit ; testibus litteris an. MCLXXXIX datis; quas huc adscribere placet.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. CONRADVS, *Dei gracia Sabinensis Episcopus & S. Maguntine sedis Archiepiscopus, in perpetuum. Ex iuncto nobis a Deo sacri Pontificatus officio, omnibus ecclesiis ad nos respectum habentibus vsque quaque prodesse tenemur & adesse. Profectibusque earum augendis & promouendis incessanter inuigilare, proinde notum esse volumus vniuersis, tam futuris quam presentibus Christi fidelibus, quod nos pari & vnanimi Fratrum in ecclesia B. Petri consensu, in restauracionem molendini sui, quod situm fuit iuxta pontem, quo descenditur ad monasterium eorum, & de quo, eis annis singulis viginti maldra siliginis & vnum, insuper viginti denarii & vnus soluebantur, totidem maldra, & pro denariis duo maldra, de molendino nostro, quod in littore Rheni iuxta turrim fabricari fecimus, stabili & inconcussa donacione assignauimus. Preterea de eodem molendino nostro prescriptis Fratribus in restauracionem predii sui in* Horsten, *ne aliqua in parte quidquam eis diminuisse hoc in concambio videamur, pro quinque vnceis, octo maldra assignauimus.*

Vt autem factum nostrum super hoc concambio ratum & inconuulsum omni euo permaneat, Kartulam istam conscribi fecimus & sigilli nostri impressione, ne forte fragili hominum lapsu & volubili temporum decursu cassetur, roborauimus. Si quis ergo hanc commutacionem nostram, in bonum ecclesie S. Petri factam, infirmare aut in irritum reuocare attemptauerit, nisi profectu prefate ecclesie ampliore, anathematis vinculo innodatus, gehenne cruciatibus eternaliter deputetur.

Testes huius rei sunt :

Arnoldus, *Maioris ecclesie in Maguntia Prepositus.*
Heinricus, *Abbas S. Albani.*
Hedekinus, *Abbas S. Iacobi.*
Burchardus, *S. Petri Prepositus.*
Heinricus, *Maior Decanus.*
Ruckerus, *Maior Custos.*
Petrus, *Scholasticus.*
Godefridus, *Cantor.*
Sifridus, *S. Gangolphi Prepositus.*
Fridericus *de* Dicke.
Conradus, *Archipresbyter, & frater suus.*
Euerhardus, *Cellerarius.*
Waltherus, *Maioris ecclesie Canonicus.*

De S. STEPHANO

Richardus, *Decanus.*
Wernherus, *Scholasticus.*

De S. VICTORE

Amilius, *Decanus.*
Conradus, *Cantor.*

De S. MARIA ad gradus

Harnevvanus, *Decanus.*
Giselbertus, *Cantor.*
Engelfridus, *Canonicus.*
Gotzvvinus, *Decanus in Franckenford.*

LAICI

Embricho, *Vicedominus.*
Diterus, *Villicus.*
Conradus Winzo, *& filii sui.*
Ludevvigus *de* Alta domo.
Theodericus *de* Euerbach.
Conradus Scade, *& fratres sui.*

De extra Ciuitatem;

Hartmannus *de* Boidungen.
Helenvvigus, *Marscalcus de Rustenberg.*
Otto, *Pincerna.*
Strigerus, *Dapifer; & alii quam plures; Clerici & Laici.*

Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCLXXXIX, regnante Romanorum victoriosissimo Imperatore Friderico, *& semper Augusto.*

XII

De iure, Præpositum libere eligendi, *Collegio competente; alioque*, de Cathedratico.

Veteri id ipsum Canonici habebant priuilegio. Aduersus quod cum *Conradus I, Burchardo* Præposito prouincia hac se abdicante, an. MCXCV *Sifridum* constituisset Præpositum, Collegium probauit, id non licere Archiepiscopo. Quare *Conradus* liberamei Præpositum designandi facultatem reliquit. Simul vero vete-

rem de *Cathedratico* conceſſionem, conſuetudinemque firmauit. Litteras ipſas habebis infra ad §. XXIX.

XIII

De lite ſuper parochia Eltuillana *Præpoſitum inter & Fratres compoſita.*

Præpoſitus eam ſibi competere adſerebat: Fratres contra vna cum iure patronatus ſibi traditam affirmabant, conceſſamque. Cum lis hæc diu agitata fuiſſet, anno tandem MCXCVI compoſita eſt, Præpoſito *Sifrido* Fratribus eam dimittente. Teſtimonio ſunt tabulæ hæ, tum confectæ;

In nomine ſancte & indiuiduæ Trinitatis. SIFRIDVS *Dei clemencia Prepoſitus* S. Petri *Magunt. Generatio preterit & aduenit, vnde plerumque accidit, quod facta mortalium, que prouida diſpenſacione ad honorem eccleſiarum Dei, & ad Fratrum in ipſis Deo militancium ordinantur, in obliuionem dilapſa in nichilum rediguntur, niſi ſcriptorum munimine roborentur.*

Ea propter atteſtacione pagine preſentis conſtare volumus vniuerſis Chriſti fidelibus, tam futuris quam preſentibus, quod cum inter predeceſſores noſtros, videlicet Prepoſitos eccleſie S. Petri, *cui preſidemus, & ipſius eccleſie Fratres diutina & indeterminata lis verteretur ſuper parochia in* Altauilla, *in pago* Reni *fundata, eo quod ipſius parochie fundacionem Prepoſiti ſuo iuri pertinere aſſererent, Fratres vero in contrarium ad ſuam elemoſinam cum patronatu parochiam legitime traditam affirmarent, nos paci ſtudere, & tam noſtre ſaluti prouidere, quam Fratrum vtilitati accedere volentes, quo litem illam dirimeremus, de noſtra bona voluntate & de libero arbitrio, intuitu Dei, & ſalutis anime noſtre reſpectu, & precipue Domini noſtri* Conradi, *Maguntini Archiepiſcopi, fauore, imo peticione, manum noſtram ſuper altare B.* Petri *ponentes, parochiam, vnde mencio eſt, cum patronatu & decimis, & vniuerſis ad ipſam parochiam pertinentibus Beato* Petro, *Fratrum elemoſine in perpetuum acceſſuram contulimus; ita tamen, vt in eadem eccleſia per Fratres diuina, ſicut expedit & dignum eſt, procurentur, & noſtri apud Fratres memoria in perpetuum habeatur. Vt autem hec noſtra donacio rata in poſterum & firma permaneat, preſentem ſuper ipſam paginam conſcribi, & impreſſione ſigilli noſtri communiri fecimus.*

Quicunque igitur contra hanc donacionem noſtram & hoc racionabile factum venire preſumpſerit, niſi reſipiſcat, maledictione Dei omnipotentis feriatur, & indiſſolubili vinculo dampnacionis perpetuo aſtringatur. Sunt autem huius rei teſtes:

Ottho, *Spirenſis Epiſcopus.*
Heinricus, *Abbas* S. Albani.
Heinricus, *Decanus*, Ruggerus, *Archidiaconus & Cuſtos*, Prepoſitinus, *Magiſter Scolarum*, Godefridus, *Cantor, & Capitulum* Maioris eccleſie Maguntine.
Heinricus, *Decanus*, Wernherus, *Scolaſticus*, Waltherus, *Cantor, & Capitulum* S. Stephani.
Amelius, *Decanus*, Michael, *Scolaſticus*, Vlricus, *Cantor, & Capitulum* S. Victoris.
Arnual, *Decanus*, Giſelbertus, *Scolaſticus*, Giſelbertus, *Cantor, & Capitulum* S. Marie ad gradus.
Euerhardus, *Decanus, & Capitulum* S. Mauricii.
Diemarus, *Decanus*, Almericus, *Scolaſticus*, Sigevvinus, *Cantor, & Capitulum* S. Iohannis.
Rudegerus, *Decanus, & Capitulum* S. Gingolfi.
Et alii quam plures Chriſti fideles, tam Clerici, quam Laici.

Acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCLXXXXVI, Indictione XIIII, IIII Kalend. Septembris.

XIV

De transactione cum ciuibus ſuper lapidibus mœnium Moguntinenſium facta.

Mœnia vrbis Moguntinæ ob cædem Archiepiſcopo Arnoldo a ciuibus illatam, anno MCLXIII iuſſu Imperatoris deiecta fuiſſe, notum eſt. Cum igitur ſubſecuto tempore quidam Canonicorum iuxta hanc D. Petri ædem domos ſibi ſtatuerent ac ædificarent, ruderum quandam partem ſuos in vſus conuerterunt. Contigit autem poſt, circa annum quidem MCC, vt ciuibus facultas concederetur,

retur, mœnia instaurandi. Voluere igitur, vt Canonici lapidum istorum insumtorum caussa ciuitati satisfacerent. quod & hi fecere. Explicatius id cognoscere est ex tabulis sequentibus;

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Iudices, & vniuersi Maguntine ciuitatis Burgenses, in perpetuum. Ea, que per iuris fauorem, racionisque difinicionem litis occasioni subtrahuntur, taliter expedit Bullis & scriptis communiri, ne nullatenus obliuione posteritatis mutari valeant vel infringi; & maxime, cum ex temporum volubilitate, & pretereunte hominum cognicione obliuio facti se ingerat. Notum igitur sit tam presenti Christi fidelium vniuersitati, quam future posteritati, quod, cum quidam ex Canonicis ecclesie S. Petri domos edificarent, quosdam lapides vetustioris muri, qui ciuitatem Moguntinam ambiebat., in suis, sicut intelleximus, post predicti excidium muri, locauerunt edificiis: Verum tempore procedente, cum ad murum eundem restaurandum intenderemus, Canonicos S. Petri pro iam dictis lapidibus instanter pulsauimus; qui propter bonum pacis talem nobiscum transactionem inierunt, vt in recompensationem lapidum prenotatorum quinque Marcas *ad murum ciuitatis persoluerent, que solucio rite, & ordine debito constat esse celebrata & a nobis acceptata. Vnde, vt huius racionabilis facti tenor a posteris inconuulsus permaneat, nec de predictis lapidibus aliqua deinceps habeatur pulsandi Fratres ecclesie prefate occasio, presentem paginam publica sigilli ciuitatis impressione cum testium subscripcione signauimus, quorum nomina sunt hec:*

Conradus, *Maior Prepositus.*
Fridericus, *Decanus.*
Godefridus, *Cantor; cum vniuerso maioris ecclesie Capitulo, & aliis quampluribus.*

Acta sunt hec anno ab incarnacione Domini nostri IESV Christi MCC, Indict. III, Conrado, *Archiepiscopo Mogunt. Kathedram gubernante. Datum IIII Nonas Iulii in die* S. Vdalrici.

XV

De Gerbodonis *Præpositi cum* Friderico, *ædis maioris Decano, de* προεδρία *contentione.*

Gerbodoni cum *Friderico* de loci prærogatiua litem interfuisse, planum fit ex his *Sifridi II*, in diplomate anno MCCXII, II Non. Septembr. Stephanitis dato, verbis: *Cum autem* Gerbodo, *Prepositus S. Petri, &* Fridericus, *Decanus maioris ecclesie, de prioratu contendant, volumus atque statuimus, vt nominum eorum suspensio autoritatem huius scripti non imminuat, & iuribus eius non deroget, nec etiam disputationem inducat.*

XVI

De *Archidiaconatu Petrensi.*

Quam maxima olim extra vrbem *Præpositus D. Petri* certis in locis, quod ad ecclesiastica, polluit auctoritate, ac perpetuus quasi Archiepiscopi fuit Vicarius. Sifridum sane *Chorepiscopum* vocari videas a Conrado I in litteris, quibus ecclesiam Gosbacensem an. MCXCVI ad parochialis euexit statum dignitatemque; & ante iam Burchardum a Sifrido, Episcopo Brandenburgensi, Christiani I Legato, in tabulis, quibus oratorium in silua, *Aldenburch* dicta, ab Anachoreta quodam recens excitatum anno MCLXXVIII stabiliuit.

Archidiaconatui autem, cui præerat, sequentes contributæ fuerunt ecclesiæ: *Petervveil, Ocarben, Grunaue, Vilbel, Sulvving, OberErlenbach, NiderErlenbach, OberEschbach, NiderEschbach, Cruzen, Bonames, Brungesheim, Eschersheim, Praumheim, Oberursel, Hexstatt, Eschenborn, Svvalbach, Sulzbach, Niede, Hoeste, Ocruftel, Cruftel, Liderbach, Munsterliederbach, Fischbach, Borne, Gosbach, Selbach, Nuroth, Bremendale, Langenhane, Carsbach, Hofheim, Margsheim, Flersheim, Wicker, Hocheim, Costheim, Castell, Mosbach, Scherstein, Dozheim, Erbenheim, Burgestatt, Clopheim, Igstatt, Nordenstatt, Delckenheim, Walla, Massenheim, Bleidenstadt, Breithart, Kirchberg, Bergen.*

Inter iura vero, quæ in suo hoc Archidiaconatu exercebat Præpositus, fuit potestas, in locis hisce celebrandi synodos, quas etiam frequenter coegit.

XVII

XVII

De expetita ſæculo XIII Collegii Petrini in vrbem translatione.

Non plane nullæ Fratribus erant cauſſæ, cur deſiderarent, eccleſiam in vrbem transferri. Quum enim ædes Petrina extra mœnia ciuitatis ſita erat in loco fere putido atque inſalubri, fiebat, vt ſacro eam curantes officio plerumque valetudine vterentur minus commoda; quin ante diem in Libitinæ redigerentur cenſum. Dein, dum iis in vrbe habitandum erat, cum nulla fere penes iſtam Canonicis domicilia eſſent, vel etiam eſſe poſſent, vix fieri poterat, vt ſtato ſemper tempore cultus in ea diuinus perageretur. Adhæc tempore belli portæ ciuitatis occludebantur. Penitus igitur tum ceſſabant ſacra in ea perpetranda; nonnunquam longo ſatis tempore. Quin & contingebat interdum, vt vni alteriue Canonicorum metuenda eſſet ab inimicis & aduerſariis vis. Hinc graue illis erat, ad pſalmodias, ceteraque officia ad eam ex vrbe exire. Supplicarunt igitur *Sifrido II*, velit ſibi ad ſacra obeunda locum in vrbe concedere idoneum.

Is, habita diligenti cum ædis maioris, immo totius ciuitatis Clero deliberatione, petitis eorum annuit, eisdemque *D. Hemmerami* ædem (cuius alioqui patronus erat Archiepiſcopus) cum ſuis terminis, ceterisque, quæ ad eam pertinebant, omnibus perpetuo iure poſſidendam adſignauit. Loquuntur id tabulæ, quibus rem an. MCCXX, IV Kal. perſcripſit.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. SIFRIDVS, *Dei gracia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus huius nominis ſecundus. Quia mundum & concupiſcenciam eius de die in diem ſuo itinere tranſire vidimus, nichilque ſub huius volubili & dubio ſtabile & firmum perſpeximus fore tempore, temporis ſpacio illuc noſtrorum actuum propoſuimus dirigere pro poſſe greſſus, maiorum exemplo, vbi nulla remuneracionis eſt dilacio. Scire igitur volumus tam preſentes, quam future poſteritatis ſucceſſores, quod ad noſtram accedentes preſenciam Canonici eccleſie* S. Petri *in ſuburbio Moguntino cum multa deuocione & magna inſtancia nobis ſupplicarunt, vt eccleſiam ipſorum transferre dignaremur, multas translacionis cauſas nobis aſſignantes; videlicet, quod ipſa eccleſia ſita eſt extra muros ciuitatis, & tota in fetore & paludibus conſtituta, ex quibus ſequitur continua aeris corrupcio, & loci talis infirmitas, vt diuinum ibi expleturi officium, ex inequalitate aeris ante tempus de medio tollantur. Item, penes eccleſiam nulla ſunt vel eſſe poſſunt domicilia, & ita propter remocionem loci difficilis eſt acceſſus ad ipſam eccleſiam. Preterea diuinum officium ordinarie fieri non poteſt in iam dicta eccleſia, cum ipſi Canonici intra muros ciuitatis concludantur, & nullo modo ſtatutis horis egredi permittantur, in tantum eciam, vt tempore belli porte ciuitatis muris obſtruantur, & cum nulli pateat aditus, deſolata maneat eccleſia, ita quod in ſpacio vnius anni vel ampliori vna ibidem Miſſa decantari minime poſſit. Inſuper quicunque Canonicorum aliquam patitur perſecucionem, egredi ad eccleſiam nequaquam audet. Has igitur translacionis cauſas cognoſcentes eſſe veriſſimas, ſuper peticione Canonicorum iam dictorum cepimus moueri; vnde, habito diligenti tractatu cum Capitulo maioris eccleſie Maguntine, & clero totius ciuitatis, negocium idem dignum duximus conſummandum.*

Parochiam igitur Beati Heimerammi, *cuius ius patronatus ad nos ſpectare dinoſcitur, de conſenſu Prelatorum & tocius Capituli maioris eccleſie, accedente eciam coniuencia aliarum eccleſiarum, nec non & Miniſterialium noſtrorum, predictis* S. Petri *Canonicis pro remedio anime noſtre, vt memoria noſtri nominis in eadem eccleſia in perpetuum habeatur, liberaliter contulimus cum ſuis terminis & omnibus eius pertinenciis perpetuo iure poſſidendam, poſt obitum Guntheri Sacerdotis, nunc eiusdem eccleſie Plebani; ita, vt quicunque reditus ſiue obuenciones ex deuocione fidelium eidem loco nunc acceſſerunt, vel in poſterum acceſſerint, in vſus Fratrum, inibi Deo &* S. Petro *deſeruiencium, conuertantur. Hec donacio a nobis celebrata eſt, ſaluo iure Archydiaconi loci & maioris eccleſie, quod conſueuit exhiberi tam ab ipſa, quam ab aliis parochiis ipſius ciuitatis.*

Vt autem noſtram tam piam donacionem nulla temporum diuturnitas aut peruerſorum hominum malignitas valeat conuellere, paginam hanc ſigilli noſtri appenſione & teſtium ſubſcripcione placuit communiri.

Teſtes

Testes vero huius rei sunt, qui presentes fuerunt, viderunt, & consenserunt,

Boppo, *maior Prepositus.*
Ruthardus, *Decanus.*
Godefridus, *Custos.*
Christianus, *Cantor.*
Adelungus, *Subcustos.*
Simon.
Heinricus, *Prepositus Pinguensis.*
Theodericus, *Prepos. S. Marie ad gradus.*
Adelbertus *de* Chygelenberc.
Magister Heroldus, *Archipresbyter.*
Volpertus, *Prepositus de Brunswvig.*
Reynaldus, *Prepositus.*

Canonici maioris ecclesie.

Iohannes, *Decanus.*
Raimundus, *Scolasticus.*
Godefridus, *Cantor.*
Theobaldus, *Custos.*
Iohannes *de* Cusla.
Wernherus Poto.

Canonici S. Stephani.

Arnoldus, *Decanus.*
Vlricus, *Scolasticus.*
Magister Fridericus.
Heinricus Sincenueldere.

Canonici S. Victoris.

Reinoldus, *Decanus.* Iohannes, *Scolasticus.* Wernherus, *Cantor.*

Canonici S. Marie *ex* Campis.

Arnoldus, *Decanus.*
Iohannes, *Scolasticus.*
Bervvelffus, *Cantor.*
Magister Cunradus.
Cunradus Rufus.

Canonici S. Marie ad Gradus.

Cunradus, *Decanus.* Heinricus. Walpertus.

Canonici S. Mauricii.

Diemarus, *Decanus.* Benedictus, *Scolasticus.* Embercho, *Cantor.*

Canonici S. Iohannis.

Rudegerus, *Decanus.* Cunradus, *Scolasticus.*

Canonici S. Gingolffi.

MINISTERIALES

Cunradus, *Camerarius.*
Hartmundus, & fratres *eius de* Aschebornen.
Wigandus Rufus *de* Salchbach.
Cunradus Magnus, & *frater eius* Wicnandus.
Arnoldus *de* Quercu.
Egeno *de* Scharffenstein, & *frater eius* Theodericus.
Bertoldus *in* Marstrassen.
Bertoldus Iuuenis.
Conradus *de* Wesebaden.
Mengotus Stanga.
Volpertus *de* Sonnenberg, & filii *eius.*

Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCCXX, IIII Kalend. Aug. Pontificatus nostri anno XIX.

Assensere ædis maioris Canonici, ac Petrenses *Sifridi* iussu in possessionem ipsam tum misere. Qua de re hæ extant litteræ;

BOPPO *Prepositus*, RVTHARDVS *Decanus*, & GODEFRIDUS *Custos maioris ecclesie in Magunt. Sciant vniuersi hoc scriptum inspecturi, quod nobis, & aliis ecclesie nostre Canonicis presentibus, & assensum prebentibus, Dominus noster Archiepiscopus* Sifridus *Capitulo* S. Petri *parochiam* S. Heimerammi, *cuius ipse verus patronus existit, liberaliter contulit perpetuo iure possidendam, saluo tamen iure Archidiaconi & maioris ecclesie, nec non & Guntheri Plebani, quoadusque vixerit. Vochidiaconi & maioris ecclesie, nec non & Guntheri Plebani, quoadusque vixerit. Volens quoque iam dictus Archiepiscopus, idem Capitulum pleno iure gaudere, nobis iniunxit, vt Canonicos ipsos in possessionem parochie prenominate conduceremus. Freti igitur auctoritate ab Archiepiscopo nobis iuncta, cum Canonicis predictis ad parochiam* S. Heimerammi *personaliter accessimus, & presente multitudine plebis eiusdem ecclesie, ipsos in corporalem misimus possessionem. Tale igitur factum ad memoriam transferre cupientes posterorum, hanc paginam conscribi, & eam sigillorum nostrorum appensione placuit communiri. Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCCXX, IIII Non. Augusti.*

XVIII

De bonis Præpoſiti Schônreſtedtenſibus a Collegio redemptis.

Erant Præpoſito decem olim manſi, curti in *Schônreſtedt* contributi. Quos cum *Burchardus* Præpoſitus Militibus quibusdam ſiue equeſtris dignitatis Nobilibus pignori oppoſuiſſet, Collegium eos, Gerbodonis Præpoſiti permiſſu, anno MCCXXV ære præſenti ſibimet redemit; Sifrido Archiepiſcopo anno ſequenti rem confirmante. Vtrumque ex litteris patet ſequentibus.

GERBODO *Prepoſitus* S. Petri *in Maguncia. Vt innumeris bene geſta temporibus immota permaneant, & ſuis incluſa tenoribus integra ſemper & illibata perſeuerent, litterarum ſolent cuſtodie mancipari.*

Preſentis igitur littere miniſterio ad memoriam transferimus omnium, quorum obtutibus aduenerit, quod quidam predeceſſorum noſtrorum, Prepoſitus videlicet Burchardus, *X manſos curti in* Schonreſtede *attinentes Militibus quibusdam obligauerat, quorum obligacio & mala detencio vſque adeo durauerat, quod ipſorum alienacio ab eccleſia* S. Petri *perpetua timebatur.*

Igitur cum nos eorum redempcioni operam dare non ſufficeremus, habito cum Fratribus Capituli S. Petri *tractatu & conſilio diligenti, vna cum ipſis decreuimus, quod eosdem X manſos Capitulum de ſua pecunia redimeret, & fructum ab eiſdem prouenientem in vſum & augmentum elemoſine ſue ſine contradictione ſucceſſorum noſtrorum conuerteret.*

Talis autem predictorum manſorum a Fratribus redempcio, & eorundem ad elemoſinam perpetua collacio facta eſt non ſolum de noſtro conſenſu, verum eciam Venerabilis Pater & Dominus noſter Sifridus, *Maguntinenſis Archiepiſcopus, & redempcioni, & collacioni aſſenſum prebuit, & ſua auctoritate confirmauit. Teſtes, qui huic facto intererant, ſunt Fratres eiusdem eccleſie:*

Waltherus, *Decanus.*
Arnoldus, *Scolaſticus.*
Cunemannus, *Cantor.*
Heinricus, *Archipresbiter.*
Heinricus, *Plebanus.*
Bruno.
Hertvvicus.
Heinricus.
Cunradus.
Arnoldus.
Iohannes.
Theodericus.
Heinricus, *Cellerarius.*
Chriſtianus.
Alexander.
Marquardus.
Walravenus.
Ludevvicus.

Data anno Domini MCCXXV, IIII Kalend. Septembris.

SIFRIDVS *Dei gracia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus, Vniuerſis Chriſti fidelibus hanc paginam inſpecturis ſalutem in Chriſto IHESV. Cum a nobis petitur, quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit racionis, vt id per ſollicitudinem noſtri officii ad debitum reducatur effectum. Scire igitur cupimus tam preſentes, quam future poſteritatis ſucceſſores, quod Canonici eccleſie S. Petri in ſuburbio Moguntino, ad noſtram accedentes preſenciam, cum multa deuocione, & magna inſtancia nobis ſupplicarunt, quatenus decem manſos cum vſufructu eorundem, curti in* Schonreſtede *attinentes, a* Burchardo, *quondam dicte eccleſie Prepoſito, titulo pignoracionis obligatos, quos memoratum Capitulum de ſua pecunia duxerat redimendos, in vſum & augmentum ſue elemoſine, ſine contradictione qualibet Prepoſitorum, eidem eccleſie ſuccedencium, prout in litteris, a Prepoſito* Gerbodone *memorato Capitulo ſuper eisdem manſis datis, plenius continetur, confirmare dignaremur:*

Nos vero iuſtis poſtulancium deſideriis inclinati, diligenti tractatu cum Prelatis noſtris habito, auctoritate DEI omnipotentis, & Apoſtolorum Petri & Pauli, Pape Honorii III, & noſtra, prout premiſſum eſt, confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmacionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem DEI omnipotentis, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

Teſtes

Teſtes autem, qui huic facto intererant, ſunt hy:

Gerbodo, *Prepoſitus maior.*
Gunzelinus, *Abbas S. Albani.*
Arnoldus, *Prepoſitus S. Marie ad gradus.*
Heinricus, *Prepoſitus Pinguenſis.*
Reinoldus, *Prepoſitus S. Seueri in Erphordia.*
Burchardus, *Cuſtos S. Marie ad gradus.*
Godebaldus, *Canonicus S. Victoris.*
Alexander, *Plebanus S. Hemmerammi, & alii quamplures.*

Acta ſunt hec anno ab incarnacione Domini MCCXXVI, VI Kal. Iulii, Pontificatus noſtri anno XXV.

XIX

De inſtauratione ædis Petrinæ.

Cum ea temporum, tempeſtatumque iniuria vitium feciſſet, ac non ruinoſa ſolum, ſed aſpectu etiam deformi eſſet, Canonicis, de ea reficienda ſollicitis, viſum, quamlibet *Præbendarum*, vt vocantur, quam vacare contingeret, per duorum annorum ſpacium ad ſumtum operi impendendum adhibere. Id vero *Sifridus II* hoc ratum habuit diplomate;

SIFRIDVS, *Dei gracia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus, dilectis in Chriſto filiis, Prepoſito, Decano, & Capitulo* S. Petri *Maguncie ſalutem, & paterne dilectionis ſincerum affectum. Tanto ad exaudiendum preces veſtras animum gerimus prompciorem, quanto vos, & eccleſiam veſtram, ob integritatem deuocionis veſtre, ſinceriori amplectimur beneuolencia & fauore. Cum igitur edificia & ſartha tecta eccleſie veſtre in tantum pre nimia vetuſtate ruinoſa appareant, vt non ſolum detrimentum, ſed eciam deformitatem viſus inducant, ad peticionem veſtram vobis concedimus, vt quelibet prebendarum, quas vobis deinceps quocunque caſu vacare continget, ad reſtauracionem ipſius eccleſie ac leuamen, per duorum annorum ſpacium, ſaluo anno gracie, cum omni integritate deſeruiat, & ne ſimiliter eadem conceſſione alicuius vobis impedimenti ſcrupulus generetur, preſentis eam ſcripti patrocinio communimus.*

Teſtes, qui huic facto interfuerunt,

Gerbodo, *maior Prepoſitus.*
Heinricus, *Prepoſitus Pinguenſis.*
Wilhelmus, *Prepoſitus S. Mauricii.*
Chriſtianus, *maior Decanus.*
Reinherus, *Decanus S. Stephani.*
Arnoldus, *Decanus S. Victoris.*
Waltherus, *Decanus,* & Arnoldus, *Scolaſticus S. Petri.*

Acta ſunt hec anno incarnacionis Domini MCCXXX, Pontificatus noſtri anno XXIX, V Idus Marcii.

XX

De Gerbodonis *Præpoſiti benefica erga Fratres Canonicos voluntate.*

Collegio his temporibus Præpoſiti dignitate præerat *Gerbodo.* Is conſiderans, hanc *D. Petri* Collegialem in loco putido ſitam ac inſalubri, Fratribus Canonicis anno MCCXXXIV duos hortos, ſacello *D. Iulianæ* contiguos, donauit ad plantandas vineas, per quas, vt ait, aeris corruptio & foetor ab eccleſia propellatur. Diſcas id ex his, quas tum dedit, tabulis;

GERBODO, *Prepoſitus* S. Petri *in* Maguncia. *Quomodo omnia facta temporalium temporalem motum ſequuntur, & intereuntibus hominibus ipſorum facta ſimul intereunt, ideo, que digna ſunt memoria, literarum apicibus commendari, ſacra Patrum decreuit auctoritas, vt ab obliuionis interitu defendantur.*

Sciant itaque vniuerſi, quorum obtutibus hec litera venerit, quod ego, inſpecta neceſſitate, vtilitate, & honeſtate eccleſie S. Petri, *ortum adherentem capelle ſancte* Iuliane, *& ortum ei contiguum, & emunitates ex oppoſito capelle ſitas, & iam muro circumdatas, in communionem Fratrum contuli & liberaliter contradidi, ita, vt ipſi Fratres omnem fructum ex illis prouenientem in ſuum commodum & vſum conuertant, & nobis ex tali donacione anniuerſarius apud eos celebris habeatur.*

Huius autem donacionis cauſa eſt precipua, vt, cum ſitus ipſius eccleſie quaſi naturaliter aeris corrupcioni ſubiaceat, ex prouidencia mea & Fratrum vince plantentur in locis antedictis, per quas aeris corrupcio & fetor ab eccleſia propellatur.

Ne autem hoc meum factum a quoquam meorum successorum calumpniam recipiat, vel in irritum queat reuocari, presentem literam conscribi & sigilli nostri impressione placuit communiri.

Huius facti testes sunt

Adelungus, *Archipresbiter.*
Ebirhardus, *maioris ecclesie Canonicus.*
Waltherus, *Decanus.*
Iohannes, *Scolasticus.*
Heinricus, *Cantor.*
Bertoldus, *Canon.* S. Petri, *& alii quamplures.*

Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCCXXXIIII, VI Idus Ianuarii.

Anno sequenti idem *Gerbodo* eisdem licentiam dedit, partem quandam vineæ, *D. Laurentii* sacello proximæ, a *Rudolfo*, qui beneficiario eam tenebat iure, redimendi, suosque in vsus conuertendi. Apponam ipsas, quibus id concessit, tabulas;

GERBODO *D. G. Prepositus* S. Petri *Magunt. Quoniam humane fragilitatis condicio, sui exigente natura, de die in diem decrescit interitu, & eadem exigente non possunt hominum actus singuli firma memorie radice teneri; ideo prouida veterum decreuit auctoritas, vt ea, que digna decernuntur esse memoria, literarum apicibus commendentur.*

Sane presenti pagina innotescere cupimus singulis & vniuersis, quod cum Rudolfus *particulam quandam vinee, site circa capellam B.* Laurencii, *a nobis teneret in feodo, solueretque singulis annis amam vini Concanonicis ecclesie nostre de eadem, petiuerint iam dicti nostri Concanonici, vt de nostra concessione liceret ipsis iam dictam vineolam redimere a persona prefata, & fructus eiusdem ad auctmentum sue elemosine deputare.*

Attendentes igitur, prefatam personam, que predictum habebat fundum, nobis, vel successoribus nostris in nullo fore profuturam, & sepedictorum nostrorum Concanonicorum prebende tenuitatem considerantes, ipsorum iustam peticionem admisimus, vt sepe fatum feodum redimerent, eis concedentes; hoc tamen adiecto, vt quamcunque personam de Capitulo nos, vel nostri successores eligeremus, idem se pro toto Capitulo nobis, vel successoribus nostris homagio obligaret.

Vt autem nostra liberalitatis concessio firma permaneat & inconuulsa, cedulam presentem nostri sigilli munimine duximus roborandam.

Testes huius rei sunt

Walterus, *Decanus.*
Hertvvicus, *Scolasticus.*
Bruno, } *Decani.*
Heinricus, }
Heinricus, *Custos.*
Christianus.
Walebrunus.
Bertoldus.
Gerardus, *Cellerarius.*
Hermannus *de* Nassoua.
Conradus *de* Strasheim.
Heinricus *de* Wezflar, *nostri Concanonici.*

Acta sunt hec anno Domini MCCXXXV, VII Idus Aprilis.

XXI

De censu Lonshemi proueniente a Fratribus recuperato.

Burchardus Præpositus XII vncias Lonshemii prouenientes, & ad Canonicorum spectantes vsus, *Embriconi* de *Stecklinberg* iure concesserat beneficiario. Eas vt reuocare possent, Canonici a Gerbodone petebant. Quo annuente, ab Embriconis filio, sex talentis monetæ ei ad prædium clientelare coemendum numeratis, eas anno MCCXXXV recuperarunt; vt sequentes testatum faciunt litteræ.

GERBODO *D. G. sancti* Petri *in* Maguncia *Prepositus. Cum singulis morbis singula conueniat remedia preparari, creditur, fragili memorie hominum congrue fore prouisum, & posteris succedentibus plenius consulendum, si ea, que memoria digna decernuntur, literarum apicibus commendentur.*

Presenti igitur scripto tam presentibus quam futuris innotescere cupimus vniuersis, quod cum olim per b. m. Burchardum, *predecessorem nostrum, XII vncie*

de

de reliquis prouentibus in Lonsheim, *ad guaram Canonicorum ecclesie nostre spectantes, cuidam nobili Domino*, Embriconi *de* Stecklinberg, *in feodum concesse fuissent, petiuerunt a nobis dicti nostri Concanonici, vt ipsis permitteremus, easdem vncias, que eorum vsibus male subtracte fuerant, a filio dicti* Embriconis *de* Stecklinberg, *herede ipsius, quomodo possent, recuperare, & in priores vsus suorum stipendiorum reuocare.*

Cupientes itaque, que a predecessoribus nostris male alienata siue distracta ab ecclesia nostra sunt, in statum debitum reuocare, ne cum ipsis auctoribus nos, tanquam eorum factis participantes, pari censura plectamur, cum in iustis postulancium desideriis acquiescere, quantum in nobis est, debeamus, dictorum nostrorum Concanonicorum consensimus peticioni.

Demum comparente coram nobis filio dicti Enbriconis, qui prefatas XII vncias iure feodali detinebat, eas in manibus nostris resignauit, ea videlicet condicione, vt sepenominati nostri Concanonici sex talenta monete eidem assignarent, idemque predium, quod exinde posset comparari, iure feodi, a nobis ipsi concesso, imposterum possideret; sicque recuperatis prefatis XII vnciis de nostro consensu & bona voluntate, iam pridem dicti nostri Concanonici ad priores vsus suorum stipendiorum conuerterunt easdem.

Vt autem hec taliter acta nulli veniant in dubium, presentem paginam conscribi fecimus, & sigilli nostri munimine roborauimus.

Testes huius rei sunt

Waltherus, *Decanus.*
Hertvvicus, *Scolasticus.*
Bruno, Heinricus, } *Decani.*
Heinricus, *Custos.*
Christianus.
Bertoldus.
Gerhardus, *Cellerarius.*
Hartmannus *de* Nassovve.
Heinricus *de* Wetzflar.
Conradus *de* Strasheim, *nostri Concanonici.*
Magister Iohannes, *Canonicus Wormacensis.*
Herdegenus & Embrico, *fratres de* Winteraue.
Helvvicus *de* Hiluersheim, *Milites, & alii quam plures.*

Acta sunt hec anno Domini MCCXXXV, VIII Kal. Iunii.

XXII

De Stephani *Decani erga Fratres beneficentia.*

Annuam is sui vita defuncti memoriam promeriturus, curiam suam, vulgo *Hagenenkelre* dictam, an. MCCLI *D. Petro* tradidit, hac præcipue lege, vt is, qui eam possideret, Fratribus in choro præsentibus, & eam sollemni feria instaurantibus, decem numeret solidos; sicuti manifestum fit litteris sequentibus:

In nomine veri DEI. Ego STEPHANVS, *Decanus ecclesie* S. Petri *Mogunt. recognosco & hac pagina mea protestor, cupiens vniuersis Christi fidelibus esse notum, quod propter anime mee salutem, ac pro reuerencia* S. Petri, *ecclesie sue prefate libera & spontanea voluntate, curiam meam, dictam volgariter* Hagenenkelre, *tradidi ea forma, vt postquam clausero diem extremum, Domino imperante, agatur anniuersarius meus vigiliis & missa, & in ipso anniuersarii mei die is, cui Capitulum* S. Petri *assignauerit curiam ipsam inhabitandam, det de ipsa curia, ac diuidat inter Fratres tunc in choro presentes statim, officio celebrato, decem solidos Moguntine monete, ita vt absencium porcio fabrice deputetur. Recepi autem curiam ipsam de manu Capituli* S. Petri *pro certo censu, eis annis singulis, quoad vixero, persoluendo. Ad cuius rei euidenciam resignaui eidem Capitulo curiam sepedictam coram Iudice seculari, & renunciaui secundum terre consuetudinem iuri meo.*

Vt igitur hec mea oblacio rata permaneat, & eternis temporibus inconuulsa, presentem paginam super ea conscribi feci, & sigilli mei munimine roborari, cum eorum testimonio, quorum nomina sunt subscripta;

Godefridi *de* Sovvelnheym.
Waltheri Boni.
Ortonis Rockenbrot.
Sifridi & Henrici, *dicti* Spiezheimer.
Iacobi & Alberti, *fratrum, & aliorum quamplurium.*

Acta sunt hec in capella S. Bonifacii *loco & tempore Capituli, III Kalend. Februar. Moguncie MCCLI.*

XXIII

De perpetui luminis vsu in sacello D. Andreæ.

Henricus, ad ædem hanc olim Canonicus, post monasticen in familia professus Cistercienſium, religionis zelo ignem æternum in dicto sacello conseruari iussit, decem solidis, de horto, quem retro eam habebat, quotannis prouenientibus, ad alimentum perenne constitutis. Qui cum non sufficerent, *Waltbrunus*, itidem ad hanc D. Petri ædem Canonicus, censum XX denariorum de area duarum quarundam domuum istis adiecit. Factum id an. MCCLII, vt sequentium litterarum constat testimonio:

STEPHANVS *D. G. Decanus, totumque Capitulum ecclesie* S. Petri *Mogunt. Tenore presencium recognoscimus, & constare cupimus vniuersis, quod cum* Heinricus, *Frater Ordinis Cistercienſis, quondam noster Concanonicus, de orto suo, videlicet dimidio iugere, quem habuit situm retro nostram ecclesiam, censum X solidorum instituisset ad perpetuum lumen in capella* S. Andree *annuatim soluendum, quia de censu huiusmodi lumen, ibidem nocte dieque ardens, non potuit procurari,* Waltbrunus, *Concanonicus noster, de duabus domibus, que erant olim sibi, & prefato Fratri, quondam Concanonico nostro, communes, censum XX denariorum, qui nobis solui consueuit de area earundem duarum domorum, eidem lumini superaddidit, & in perpetuum deputauit; ita videlicet, vt in perpetuum nocte dieque ad honorem diuinum idem lumen ibi ardeat. Si vero prefate domus incendio vel alio quouis modo destructe fuerint, nichilominus prefatus census dicto lumini de area deseruiet memorata.*

Testes huius facti nos sumus

Stephanus, *Decanus.*
Hermannus, *Scolasticus.*
Richardus, *Cantor.*
Waltbrunus.
Gerhardus, *Custos.*
Bertholdus Thuringus.
Rucherus *de* Rorbach.
Wilhelmus *de* Duna.
Iohannes Lugelin, *Canonici* S. Petri *Mogunt. & alii fide digni.*

In cuius facti memoriam presentem literam sigillo ecclesie nostre duximus roborandam. Data Maguncie anno Domini MCCLII, III Kal. Iun.

XXIV

De commissa Canonicis a Wernhero *Præposito Præbendarum administratione.*

Nonnihil, vt colligere licet, de ea ipsi cum Fratribus erat contentionis. Vt igitur omnem litium & dissensionum præscinderet materiem, iis eam anno MCCLIII, ad vitæ suæ dies, concessit; exceptis quibusdam reditibus, bonis, rebusque aliis, quas sequentibus tabulis enumerauit:

WERNHERVS *D. G. maioris ecclesie &* S. Petri *Magunt. Prepositus. Que geruntur cum tempore, ne labantur cum cursu temporis, poni solent in lingua testium, & scripture memoria perhennali. Tenore igitur presencium cunctis innotescat, quod nos, ad elidendam litium & dissensionum materiam, que inter Prepositos ecclesiarum & Capitula super amministracione prebendarum frequenter emergunt, Capitulo* S. Petri *Magunt. cuius vtilitatibus & commodis, pro modulo nostre possibilitatis, fideliter ac diligenter intendere tenemur, ne ab ipso super insufficienti & incongrua amministracione aliquando possimus argui, de discretorum virorum consilio amministracionem prebendarum cum vniuersis suis attinenciis, vbicunque locorum sita fuerint, ad vite nostre perpetuum, decreuimus recommendare. Hys duntaxat exceptis, que paulo post inferius presenti pagine sunt annotata; prebenda videlicet, que nobis integre, sicut vni ex Fratribus, de Capitulo debet ministrari: Preterea reditus curtis nostre in Munra, de quibus ordinabimus, quod nobis videbitur expedire. Cum autem nos eiusdem curtis reditus alicui persone pro pensione concedere contingit, si apud Maguntiam fuerimus, hoc Capitulo significabimus, vt illa persona ecclesie caueat; quod porro prebende, que de bonis illis debentur singulis annis, ex iure antiquo expedite suis temporibus persoluantur. Si autem*

in

in illis partibus agentes fuerimus, vbi facile Capituli copiam vel eius nuncii habere non possumus, nos eadem bona nichilominus locabimus, & hoc, caucione a pensionario recepta, loco Capituli, vt ipsi, sicut nobis, omnia sua ibidem diligenter colligantur & conseruentur, & cum nostris vel sine nostris, quanto securius fieri poterit, reditibus adducantur.

Item piscariam nostram, quam racione Prepositure S. Petri in Reno obtinemus, vsibus nostris reseruamus; confitemur eciam, quod inde salmonem bonum singulis annis in septimana Rogacionum *Capitulo persoluemus.*

Preterea de agris illis, qui apud ecclesiam B. Petri siti sunt, qui vocantur Bunde, *Capitulum disponet, quod sibi placuerit in continenti, quoniam eos amministracioni cum reliquis deputauimus.*

Item cenam Capitulo procurare in vigilia B. Martini, *vel non procurare, in nostro stabit arbitrio; sed quando hoc nobis facere placuerit, decem octo vncias in Castello, & alia, que de Archipresbiteratibus illi cene sunt deputata, recipiemus; & inde, secundum quod decens est, & consuetum, coram ministrabimus; cum autem hoc facere nobis non expedierit, Capitulum memoratas XVIII vncias & alia, que ad hoc spectant, recipiet, & inde sibimet in cena seruiet, secundum quod consuetum est & honestum.*

Protestamur eciam, nos ad hoc esse obligatos, quod sepedicto Capitulo in omnibus suis agendis non minus erimus presidio, cum ab ipso fuerimus requisiti, quam si amministracionis officio fungeremur.

Vt autem hec omnia tam a nobis, quam a Capitulo inuiolabiliter obseruentur, presentem paginam conscribi fecimus, & sigilli nostri & Capituli robore communiuimus.

Testes huius facti sunt

Ludevvicus, *Scolasticus maior.*
Magister Arnoldus, *Canonicus Mogunt.*
Bertoldus, *Decanus.*
Richardus, *Cantor.*
Hartmudus, *Cellerarius.*
Gerhardus, *Custos,*
& *Magister* Willehelmus, *Canonici S. Petri Magunt.*

Actum Maguntie in Curia nostra anno Domini MCCLIII, pridie Kalend. Iunii.

Appendent duo sigilla;

vnum repræsentat figuram *S. Martini* Ep. adiecta alia, vt pauperi chlamydem diuidit, & his circumcirca verbis;
S. WERNHERI PREPOSITI MAGVN.

alterum repræsentat figuram *S. Petri* sedentis, dextra claues, siniſtra librum tenentis, cum his in περιφερία verbis;
S. ECCLĒ S. PETRI IN MAGVNT.

XXV

De pia G. *ad ædem hanc Canonici voluntate.*

Is, vt cultum proferret sacrorum, hortos omnes, duasque areas, quæ bona ipse, ipsiusque mater in villa *Gunsenheim* hactenus possederant, cum omni iure, quo ea ad id vsque temporis in sua habuerant potestate, ecclesiæ *D. Petri* ad lucernam perpetuum ardentem procurandam, anno MCCLV liberaliter contulit. Testis est Archiepiscopus *Gerhardus*, his, quas damus, litteris;

GERHARDVS *Dei gracia, S. Moguntine sedis Archiepiscopus. Constare volumus vniuersis literas has visuris, quod G. Canonicus ecclesie S. Petri Magunt. in nostra presencia constitutus, coram nobis & nostris Iudicibus publice recognouit, & se confessus est, omnes ortos & duas areas, quas ipse, & mater sua in villa* Gunsenheim *habent, cum omni iure proprietatis, quo eas hactenus possederunt, ecclesie S. Petri Magunt. liberaliter contulisse, vt ex prouentibus eorundem lucerna, que diu noctuque ardeat, in suorum peccatorum remedium procuretur. Vt autem huiusmodi collacio permaneat inconuulsa, presentes literas nostro sigillo fecimus insigniri. Actum anno Domini MCCLV, XVII Kal. Febr. Pontificatus nostri anno tercio.*

XXVI

De pœnis in Reinoldum *Militem, ob damnum Petrinis illatum, statutis.*

Reinoldus, dictus *Raphael*, nobili vir genere, militiæque clarus honoribus, Petrinis haud paucas intulerat iniurias, *in quibusdam iuribus*, vt explicate *Wernherus*

rus in tabulis sequentibus, *& memoribus eorundem.* Has, quem dixi, *Wernherus* Archiepiscopus vindicaturus, hominem sacrorum interdicto subdidit. Noxis vero atque detestationibus his illigatum cum decessisse cognouisset, grauissime tulit, iustis illum nihilosecius exsequiis in loco religioso terræ mandatum, datisque ad Theodericum, ædis OO. SS. Erfurti Curionem, litteris decreuit, exhumandum, & abiecta sepultura in campo tumulandum, nisi instituta inquisitione deprehenderetur, ipsum in vltimis canonice absolutum &c.

Litteræ, quarum mentionem feci, sic habent:

WERNHERVS *Dei gracia sancte Maguntine sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilecto in Christo Magistro*, Theoderico, *Plebano de omnibus Sanctis, Canonico Erfordiensi, salutem in Domino. Quomodo* Reynoldus, *dictus* Raphahel, *quondam Miles de* Weiberstede, *exigente graui & manifesta iniuria, quam Dilectis in Christo, Decano & Capitulo ecclesie S. Petri in Maguntia, intulit in quibusdam iuribus & memoribus eorundem, tum per nos, tum eciam per sedis nostre Iudices, fuit excommunicatus, quod eciam post processus varios & diuersos, tam in ciuitate Erfordiensi, quam alibi celebratos, tandem per Abbatem de* Hohenburc, *cui super hoc mandatum dedimus, sacramentorum ecclesiasticorum perceptio, & quelibet fidelium communio predicto* Reynoldo *in sua durante malicia interdicta fuerit, sat tibi credimus esse notum. Qualiter eciam, ad conuincendam eiusdem duriciam, diuersas suspensionis & interdicti sententias tulimus in loca & homines, eidem, sic ligato, illicite communicantes, & ipsum receptantes, multis incognitum non exisit. Verum, quia, vt intelleximus, idem* Reynoldus, *in tot dampnacionis sue nexibus, quos indurata rebellione dampnabiliter contraxit, non petito absolucionis beneficio, debitum carnis soluit, sic, quod de ipsius absolucione nobis vel nostris Iudicibus non constitit, neque constat, mirari non sufficimus, quod, aut cuius auctoritate ad sepulturam, & sacramenta ecclesiastica, prout nobis dicitur, sit receptus. Quapropter, quod Discrecioni tue in virtute sancte obediencie, & nichilominus de pena suspensionis presentibus in te late, si exequi neglexeris, quod mandamus, districte iniungimus, quatenus, vocatis ad hoc, quos vocandos cognoueris, nisi sepedictum* Reynoldum *inuenias saltem in extremis canonice absolutum, & quod in ipsius absolucione promissum extitit, prout iuris est in decessu talium, a suis heredibus inuenias legitime exsolutum, extumulato corpore, in campo ipsum facias sepeliri. Locum ipsum, in quo iam est positus, si forte extumulari prohibebitur ab aliquibus, vna cum prohibentibus & inhabitatoribus, interdicto ecclesiastico supponendo; Sacerdotes quoque, si quos in contemptum discipline ecclesiastice, DEI ac nostri obprobrium, eundem inueneris minus prouide ad sepulturam & sacramenta ecclesiastica recepisse, vsque ad satisfactionem DEO & ecclesie ac nobis congruam, per te ab execucione sui officii auctoritate presencium decernimus suspendendos. Volumus nichilominus, & sub predicta pena tibi committimus, vt interdictum ecclesiasticum latum iam dudum a nobis in oppidum* Salza, *propter predictam* Reynoldi *communionem illicitam, dum viueret, & temerariam receptacionem atque diutinam, quod quidem interdictum propter spem promisse nobis satisfactionis passi sumus hactenus relaxari, vsque ad satisfactionem condignam de cetero facias obseruari. Ne quis mercatum de habitatoribus predicti oppidi in ciuitate nostra Erfordiensi exerceat, sub pena excommunicacionis districtius prohibendo. Ceterum, ne iniuriosa & tam enormis detencio predicti* Reynoldi *apud heredes eiusdem, ipsis Decano & Capitulo, in suis memoribus, occasionem in posterum suscitet questionibus, volumus, vt contra ipsos, si post monicionem tuam legitimam de vexacione qualibet Capituli non desistunt, seueritatem sentenciarum, quas in predictum* Reynoldum *tulimus, districtius exequaris. Alios, quicunque ex aliqua occasione vel causa, in predictis memoribus ius se habere dicentes, ecclesiam impediunt antedictam, ad docendum de iure tali in nostra, vel Iudicum nostrorum presencia, ad terminum, quem decreueris, euocando. Damus ergo ex habundanti expressam tibi presentibus auctoritatem, illos, qui forte in execucione huius nostri mandati contradictores extiterint, aut rebelles, per censuram ecclesiasticam compescendi. Datum Maguntie an. Domini MCCLXVIII, in diuis. Apostolor.*

XXVII

De prato quodam intra mœnia Moguntina a Fratribus Canonicis coempto.

Vocabatur id, vti etiamnum, vernacula *die Bleiche*, & vsque huc pertinuerat ad

ad *Hunonem*, equestri dignitate Nobilem, qui id iure clientelari ab Hohenfelsiis erat consecutus. Quod cum *Philippus* de *Hohenfels* nexu beneficiario soluisset, Fratres anno MCCLXX, iure hereditario possidendum, ab *Hunone* sibi coemerunt, his litteris testibus:

Nos Philippus *de* Hohenfels *recognoscimus, & presentibus publice protestamur, quod de nostro consensu & voluntate sincera Dilectus nobis* Huno, *Miles noster castrensis, quoddam pratum, dictum* Bleiche, *situm intra muros Moguntinos, quod a nobis iure possedit feodali, Honorandis Dominis Decano, totique Capitulo ecclesie* S. Petri *Magunt. vendidit, iure hereditario possidendum, in cuius feodi recompensam nobis curiam suam, sitam in* Nackheim, *que quondam fuit* Henrici *de* Haruesheim, *cum prato & salicibus adiacentibus obligauit, & nobis constituit feodalem. In cuius vendicionis a nobis approbate testimonium atque robur presentem cedulam sigillo nostro duximus roborandam. Actum anno Domini MCCLXX, in vigilia Epiphanie.*

XXVIII

De facta iurium quorundam commutatione cum Fratribus Domus Teutonicæ.

Fratres domus Teutonicæ patroni olim erant parochialis *D. Mariæ*, vulgo *Odenmunster* appellatæ: Decanus vero & Collegium D. Petri altaris *D. Mariæ* in sacello dictorum domus Teutonicæ Fratrum.

Vtrique, consensu *Petri* Archiepiscopi, iura hæc anno MCCCXIII inter se commutarunt, vt ex his eiusdem litteris plenius cognoscere est;

Nos PETRVS *D. G. sancte Moguntine sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, notum facimus vniuersis presencium inspectoribus literarum, quod dudum ex parte Honorabilium Virorum Decani & Capituli* S. Petri *Moguncie, patronorum altaris* S. Marie, *existentis in capella Fratrum* domus Theutonice *in Maguncia, & eorundem Fratrum Theutonicorum, patronorum parochialis ecclesie* S. Marie *in* Odenmunster *in ciuitate Moguntina, desiderancium ipsum altare & ecclesiam supradictam, ac iura patronatus earundem ex causis racionabilibus inuicem permutare, nobis extitit supplicatum, vt desiderate eorum permutacioni nostrum consensum apponere dignaremur. Verum, quia nos de causis & circumstanciis eiusdem permutacionis informari plenius volebamus, Deuotis nostris Dilectis, Decano* S. Stephani, *& Scholastico B. M. V. ad* gradus, *ecclesiarum Magunt. commisimus, vt de hys vice nostra inquirerent diligenter: per quos compertum est, quod ipsam permutacionem cause racionabiles, vtiles & necessarie, que nos ad consenciendum digne mouere debent, exigant & exposcant. Propter quod eorum supplicacionibus inclinati, accedente ad hoc consensu Capituli nostri Moguntini, dictam mutacionem approbamus, laudamus, & presentibus confirmamus, vnientes & incorporantes ecclesie* S. Petri *predictam parochialem ecclesiam in* Odenmunster, *& Capellam predictam Fratribus* domus Teuthonice *supradictis, hoc saluo, quod Plebanus, qui a Decano & Capitulo ecclesie* S. Petri *instituet pro tempore ad eandem parochiam, aspersioni aque benedicte, & processioni, sicut alii parochialium ecclesiarum Rectores in ciuitate Moguntina, interesse debeat singulis diebus dominicis in ecclesia Maguntina, Kathedraticum, & alia iura Episcopalia quecunque persoluere, mandata Archiepiscopi & Archidyaconi loci recipere teneatur, cui per predictos Decanum & Capitulum* S. Petri *tot debent assignari redditus, de quibus hospitalitatem seruare & predicta onera adimplere possit.*

Volumus eciam, quod per incorporacionem parochie predicte diuinum officium in ecclesia S. Petri *predicta nunquam vllo tempore minuatur, hoc concedentes de gracia speciali, vt, si quis Canonicus vel Vicarius eiusdem ex iustis causis notoriis & legitimis, ac coram Decano & Capitulo ibidem probatis, ipsam ecclesiam* S. Petri, *quia extra muros ciuitatis Maguntine sita est, non auderet forsan visitare, talis Canonicus vel Vicarius suam prebendam possit in prefata parochia deseruire.*

Committimus insuper Decano S. Stephani *supradicto, vt prefatos Decanum & Capitulum ecclesie* S. Petri, *vel Procuratorem eorundem nomine ipsorum in corporalem*

poralem possessionem capelle memorate, iurium patronatus & aliorum iurium eorundem, per se vel per alium ducat, & inductos vtrobique defendat, adhibitis solempnitatibus debitis & consuetis, & quod contra detentores & rebelles compescat ecclesiasticam per censuram preuia racione. In cuius rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillo Capituli nostri Maguntini predicti, cuius ad hoc consensus accessit, presentibus literis duximus appendendum.

Nos quoque Decanus & Capitulum ecclesie Moguntine predicti permutacioni & incorporacioni predictis consensum nostrum apposuimus, & super eo sigillum nostrum vna cum sigillo Reuerendi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Petri Archiepiscopi supradicti, ad rogatum dictorum Decani & Capituli S. Petri, *nec non Fratrum Theutonicorum apposuimus huic scripto. Datum Maguncie anno Domini MCCCXIII, quinto Idus Maii.*

Aede D. Mariæ ecclesiæ Petrensi sic incorporata siue in perpetuum attributa, Decanus & Capitulum Collegio metropolitano sequentibus promisere litteris, se ei quotannis duas libras ceræ in festa B. Martino die decenter pensitaturos.

HERMANNVS *Decanus, totumque Capitulum ecclesie* S. Petri *Mogunt. Recognoscimus, quod racione parochialis ecclesie* S. Marie *in* Odenmunster *Magunt. nobis & ecclesie nostre sollempniter incorporate, Honorabilibus Viris, Decano & Capitulo ecclesie Magunt. duas libras cere temporibus perpetuis singulis annis in festo* B. Martini *tempore hyemali persoluemus, nos & nostros successores ad hoc presentibus obligantes. In cuius obligacionis testimonium presentem literam eisdem DD. Decano & Capitulo eccles. Magunt. predicte, sigillo ecclesie nostre dedimus sigillatas. Datum anno Domini MCCCXIII, VI° Idus Septembris.*

XXIX

De iure, quod Petrinis *de* cathedratico *est, firmato.*

Supra iam dictum, id ipsis confirmasse *Conradum I.* Idem sæculo hoc XIV fecit *Matthias* Archiepiscopus, vt ex sequentibus patet.

MATTHIAS *Dei & Apostolice sedis gracia sancte Maguntine sedis Electus, ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus in his scriptis presentibus & futuris vniuersis, has literas visuris seu eciam audituris, quod cum nuper a Clero & ecclesiis, per Preposituram ecclesie* S. Petri, *nostre Magunt. dyoc. constitutis, anno, qui vulgariter Archiepiscoporum Moguntinensium, qui pro tempore fuerint,* * annuus * Bisextilis exitus *vocari consueuit,* * Kathedraticum, *quemadmodum in aliis Preposituris nostre dyocesis, existimantes hoc nobis licere, petere & colligere concepissemus, Dilecti in Christo, Decanus & Capitulum dicte ecclesie sancti Petri, huic rei se efficaciter opposuerunt, constanter asseuerantes, Kathedraticum huiusmodi ad resarciendas ruinas ecclesie ipsorum, & officinarum eiusdem de iure, prescripta consuetudine pertinere, & se per vniuersum predicte Prepositure Archydiaconalis centum & viginti octo annis, vsque nunc inconcusse, Kathedraticum huiusmodi ad predictos vsus percepisse, exhibentes in medium coram nobis, ad probandum premissa, pie recordacionis Domini* Conradi, *Archiepiscopi Maguntini, Episcopi Sabinensis, instrumentum, vero ipsius sigillo sigillatum, nec cancellatum, nec abolitum, nec aliqua sui parte viciatum, tenoris & continencie infrascripte:*

* *Cathedraticum* est pensio, quæ Episc. ab ecclesiis quotannis exsoluitur in signum subiectionis seu pro honore cathedræ. *Du Fresne* Glossar. Latin. T. I p. 1360.

> "*In nomine sancte & indiuidue Trinitatis.* CONRADVS *Dei gracia Ma-*
> "*guntine sedis Archiepiscopus, Sabinensis Episcopus. Vt ea, que nostris si-*
> "*nem debitum sortita sunt temporibus, sine questionis scrupulo perhenniter*
> "*permaneant, notum esse cupimus tam presentis etatis, quam future posteri-*
> "*tis Christi fidelibus, quod, cum Prepositus* Burchardus *Preposituram ec-*
> "*clesie Beati Petri in Maguncia sponte resignasset, nos eam, illud nobis li-*
> "*cere putantes, quia temporibus nostris illam vacare non contigerat, Prepo-*
> "*sito* Sifrido *attemptauimus conferre. Fratres vero antefate ecclesie, in hoc*
> "*nobis vsque resistentes, libera eleccione se debere gaudere, & hoc se posse*
> "*probare, asseuerabant; &, vt succincte dicamus, sufficienter hoc ab ipsis*
> "*est probatum. Collacionem itaque nostram, robur auctorizabile non ha-*
> "*bentem, iam dictum Prepositum, quidque a nobis receperat, opor-*
> "*tuit resignare, & ecclesia eleccionis sue libertatem obtinuit illibatam. Post-*
> "*modum tamen, eisdem Fratribus, ad eleccionem confidentibus, per nostre*
> "*peticionis*

"peticionis interuentum, eundem Sifridum vnanimi consensu, voce concor-
"di in eandem Preposituram elegerunt. Illud innotescere quoque volumus,
"quod sepedicti Fratres sufficienti coram nobis optinuerunt probacione, quod
"per vniuersum pretaxate Prepositure Archydiaconatum Kathedraticum an-
"no, qui vulgariter exitus noster vocatur, ecclesie ipsorum, ad ipsius &
"officinarum eius ruinas resarciendas, debeat attinere. Nos igitur tum pro-
"pter eorum habundantem probacionem, tum propter ecclesie & officinarum
"eius manifestas necessitates, quas vidimus, ob beati Petri Apostoli reueren-
"ciam & honorem ius tale ipsis, & ecclesie recognouimus, nostro assensu ro-
"bur perhenne adhibentes. Et ne in futuro vel de libere electionis titulo, vel
"beneficio predicti Kathedratici a quoquam successore nostro turbari possent,
"nos ipsis scriptum presens, ad sui iuris perhennem noticiam & cautelam,
"sigillo nostro insignitum, tradidimus. Testium nomina, sub quorum ocu-
"lis hec facta sunt, subsequentibus scriptis continentur.

De maiore ecclesia

"Heinricus, *Decanus & Prepositus Pinguensis.*
"Rugerus, *Custos & Archidyaconus.*
"Prepositinus, *Scholasticus.*
"Gotfridus, *Cantor.*
"Waltherus *de* Scharfensteyn.
"Eberhardus *de* Dorenburch.
"Heinricus Rufus.

De S. Stephano

"Heinricus, *Decanus.*
"Wernherus, *Scholasticus.*
"Waltherus, *Cantor.*

De S. Victore

"Amilius, *Decanus.*
"Michael, *Scholasticus.*
"Vlricus, *Cantor.*

De S. Maria ad gradus

"Arlevvanus, *Decanus.*

Cappellani nostri

"Cunemannus.
"Henricus.

Laici

"Hartmannus *de* Budingen.
"Dudo, *Camerarius.*
"Embrico, *Vicedominus.*
"Diterus, *Villicus.*

& alii quamplures.

"*Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCXCV, III Non. Ianuar.*
"*Regnante Serenissimo Romanorum Imperatore* Heinrico, *& Rege Sicilie.*

Nolentes itaque Decano, & Capitulo, & ecclesie ipsorum sancti Petri, predictis nostris subditis, ius suum in hac parte minuere, sed potius illibatum seruare, etsi per quempiam successorum nostrorum postmodum de facto in contrarium foret forsitan aliquid attemptatum; nos tamen dicti Domini Conradi, *antecessoris nostri, vestigiis inherentes, quod ab ipso & coram ipso factum est circa premissa, ratum, gratum, & firmum habemus, & ex certa sciencia cognitis negocii meritis in his scriptis in Dei nomine legitime approbamus, & eciam declaramus, ius petendi, recipiendi, & in predictos vsus conuertendi* Kathedraticum *per totam Preposituram predictam ad ipsam ecclesiam sancti Petri, & ad nullum alium pertinere; ipsisque, Decano & Capitulo, & ecclesie ipsorum predictis, & nulli alii deberi de hoc in perpetuum responderi; quodque nobis in hac parte licere non credimus, nostris successoribus interdicimus. In huius autem rei testimonium, hoc presens scriptum desuper confectum ipsis tradidimus, nostri sigilli appensione, & testium subscriptorum, qui premissis interfuerunt, ipsaque viderunt & eciam audiuerunt, annexione roboratum.*

Nomina vero testium:

Eberhardus *de* Lapide, *Cantor.*
Emicho *de* Spanheym, *Canonici maioris ecclesie Maguntine.*
& Fr. Bertholdus *de* Bucheke, *Ordinis sancte Marie de Domo Theutonicorum Iherosolomitan. germanus Electi predicti.*

Acta sunt hec in castro nostro Aschaffinburg *anno Domini MCCCXXIII, in die Iohannis Baptiste.*

XXX

De iure, Præpositum eligendi, Petrinis stabilito.

Firmarat id ipsis iam *Conradus I*, vt modo dictum. Idem fecit sæculo hoc *Henricus* Virnenburgius, & quum, Capitulo intra terminum legibus constitutum iure suo haud vso, *Ernestum* de *Otichenbach* Præpositum designasset, tabulis hisce publicis fidem fecit, fraudi Collegio id haud futurum.

HENRICVS *Dei gracia sancte Maguntine sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Honorabilibus Viris, Capitulo S. Petri extra muros Moguntinos, ac omnibus & singulis, quorum interest, vel intererit, salutem in Domino cum noticia subscriptorum. Cum Prepositura ecclesie S. Petri predicte tam diu vacauerit, quod ex negligencia vestri Capituli, ad eam infra iuris terminum eligere non curantis, eius electio seu prouisio fuit ad nos, tanquam superiorem, legitime deuoluta, proindeque eidem ecclesie viduate, ne in grauem eius perniciem sue viduitatis diutius deploraret incommodum, consulere cupientes, de ea prouidimus Honorabili Viro* Ernesto *de* Oitichenbach, *Canonico Colonienſi, viro vtique vite laudabilis, conuersacionis honeste, in spiritualibus & temporalibus circumspecto, & nobilitate generis prepollenti. Ne igitur propter eandem nostram prouisionem in futurum nos, vel nostri successores ius vel possessionem eligendi iure ordinario nobis vendicare possemus, recognoscimus in hys scriptis, illud non ad Archiepiscopum Moguntinum pro tempore existentem, sed ad vos, memoratum Capitulum, pertinere, nisi iterum & de nouo per negligenciam vel aliam iustam causam illud de vobis ad huiusmodi Archiepiscopum legitime deuoluatur. Dantes vobis has literas super eo in testimonium, & perpetuam roboris firmitatem. Datum* Erenuels *VII Kal. Nouembr. an. Domini MCCCXXXVII.*

XXXI

De statu Collegialis huius tempore Ludouici IV.

Turbulentum fuisse, facile colligere licet. Canonici enim aduersus Cæsarem Pontificis sequebantur partes. Quo factum, vt proscriberentur. Post tamen, mutatis in diuersum animis, si non omnes, plerique tamen cum Ludouico rediere in gratiam. Cuius rei gratia sequentes apponere placet litteras.

Wir LVDEWIG *von Gots gnaden Romischer Keyser, zu allen zyten Merer des Richs, dun kunt allen Fursten, Graven vnde Herren, vnde sunderlichen vnserme Lantfoide zu Wedereuvve, vnd allen den, die diesen brieff sehent oder horent lesen, daß der merer teil der* Chorherren des Stifftes zu sant Peter zu Mentze, *die in vnser vnde des Richs achte vnd vngnade vvaren, mit vns sich verrichtet hant, daß vns des begnuget. Darumbe so han vvir sie vß der achte getan, vnde dun sie auch daruß, vnde nemen sie in vnser vnde des Richs gnade vnd schirme an diesem brieffe, by namen die, die der Ervvurdige* Heinrich, *Ertzbischoffe zu Mentze, vnser lieber Furste, oder der Erbar* Conrad *von* Kirckel, *Dhumherre vnde Vormundere des Stiffts zu Mentze, an yrn briefen benenint. Darumben bitden vnd gebieten vvir allen Fursten, Graven vnde Herren, vnde besunder vnserm Landfoide zu der Wedereuvve vorgenant, vnde allen vnsern vnde des Richs getruvven, daß sie, vnde ir iglicher besunder, die vorgenante Chorherren, die alsus benant vverdent von dem vorgenanten Ertzbischoff, oder* Conrad *von* Kirckel, *beschuren vnde schirmen, vnde nyemand gestaden, daz sie beleidiget oder geschadiget vverden an libe, luten, oder vver yn zugehoret. Geben zu Monchen, des andern tags nach sante Michels tag, in dem XXXII vnsers Richs, vnde in dem XIX des Keyserdumes, nach Cristus geburte XIII^C vnd in dem XLVII iare.*

XXXII

De D. Petri æde aquis an. MCCCC XLVII superfusa.

Narrant nobis rem *Miscella* nostra, de quibus alias, ἀνέκδοτα f. 149 b) his verbis: *Anno Domini MCCCCXLVII, secunda die mensis Martii, venit magna aqua importune hora XI & XII in meridie, crescens ad quatuor horas. De villis Brytzenheim & Zalbach per fossas descendendo tam maxime crescebat, quod omnis campus & agri cum vineis circa* S. Petrum *pleni fuerunt aquis, & quia porta circa* S. Laurentium *fuit clausa, qua non potuit libere exire, quare propter reflexum & impetum per omnes portas aqua intrauit cemeterium, & consequenter ecclesiam & chorum, vsque ad inferiores sedes chori, & ad tertium gradum summi altaris* &c.

XXXIII

De paræcia Eyche *Collegio collata, attributaque.*

Tenuerant eam, vna cum iure patronatus, vsque huc a Ducibus Geldriæ

lege

lege beneficiaria Nobiles de *Nackheim*; ex quibus *Franco* de *Nackheim* & *Demuth*, coniuges, accedente liberorum suorum, *Simonis*, *Ioannis*, *Petri*, *Demuthis*, & *Elisabethæ* consensu, an. MCCCCXLVIII secum constituerunt, eam iuxta cum iure patronatus dicto, in sui, parentumque suorum salutem, Collegio Petrino conferre. Vt addicere possent, beneficii Dominum, *Arnoldum*, Geldriæ Ducem, reuerenter rogabant. qui quidem preces illorum prono maxime excepit animo, eamque huic D. Petri ecclesiæ, vna cum vniuerso vsu fructu, attribuit perennem, vti fusius his continetur litteris:

Wir ARNOLT *von der Gnaden Gots, Herzog von Gelre vnd von Gulich, vnd Graffe von Zutphen, thun kont vnd bekennen vor vns, vnsere Erben vnd Nachkomen, dass vvir han angesehen vnd bedacht, dass nit sicherer ist, dan der Doit, vnd nit vnsicherers, dan die Zyt des Doits, solichs vnd ander Dinge hait vns bevveget, vnd han daroff mit guten Willen, VVissen vnd Raide vnser lieben heymliche vnd getruvven, dem allmechtigen Got, der hochgelopter hymelscher Konyzyn Marien, allen hymelschen Hiere, vnd besonder dem lieben Hymel-Fursten* Sent Peter *zu Lobe vnd Zu Eren,* den Kirchsatz vnd Kirche zu Eyche, *gelegen zussen Erbisbudesheim vnd VVendelsheim, mit aller siner Zugehorunge vnd Herkomen, vvie den alle Pastores, die bisher da gevvest sin, dieselbe Pastorie besessen vnd ingehabt haben, nichts dauon vsgescheiden, luterlich vmb Gots vvillen, Zu eynem evvigen Testament gesazt, incorperiert, vergifft, gegeben, setzen, incorperieren, vergiffien vnd geben den auch genzlich genvvertlich in vnd mit Crafft disses Brieffs* dem Stifft S Peter, gelegen vsvvendig der Staite zu Menze, *zu der gemeynen Presencien daselbst, off dass Gotsdienst dauon gemeret vnd gebessert vverde, vnd auch vvir, vnser Aldern seligen, vnser Erben vnd Nachkomen deilhafftig mogen vverden aller guten Wercke, die in dem vorgenanten Stiffte zu evvigen Tagen geschien. Vnd dievvile nu soliche vorgen. Kirchsaz vnd Kirche mit ire Zugehorunge, vvie vorgeschrieben steet, vnser Eygenthom, vnd Francke von Nackheim solich Kirchsaze vnd Kirche von vns zu Lehen gehabt hait, vnd vns nu derselbe Francke geschrieben vnd flyslich gebeten, yme zu verhengen vnd bevvilligen, dass er solichen Kirchensaz vnd Kirchen mit siner Zugehorunge, vvie vorgeschrieben steet, an den vorgeschrieben* Stifft zu S. Peter *von solicher Leenschafft vvegen keren vnd vvenden moge, als in Testaments vvise; Han vvir vorgenanter* Arnolt *vor vns, vnsere Erben vnd Nachkomen dem vorgenanten Francken solichs verhenget vnd bevvilliget, verhengen vnd bevvilligen soliches auch genvvertlich, in vnd Crafft disses Brieffs, vnd off dass der vorgeschrieben Stifft* zu S. Peter *soliches vorgenanten Testaments deste besser versichirt vnd gevvisse sin, so verzihen vvir vorgen.* Arnolt *vor vns, vnsere Erben vnd Nachkomen gegvvertlich in vnd mit Crafft diss Brieffs off solich vorgeschriben Eigenthom vnd Leenschafft, den vorgen. Kirchsaz vnd Kirche mit ir Zugehorunge anrurende, vvie vorgeschrieben steet, also dass die* Herren des vorgen. Stifts zu S. Peter, *die nu zu disser Zyt da sint, ader hernachmals zu evvigen Tagen darkomen moegen, mit dem vorgeschrieben Kirchsaz vnd Kirche zu Eyche mit aller ir Zugehorunge, vvie vorgeschrieben steet, nu forter zu evvigen Tagen thun, lassen, vnd bussen sullen vnd mogen, na allen iren Noz vnd Willen, als mit andern iren eigen Gutern, sonder allerley Intrag vnd Widdersprach aller vnser Erben vnd Nachkomen, vnd iglicher von vnsernt vvegen, sonder Geverde vnd Argelist.*

Alle vorgeschrieben Punte vnd Artickele, vnd iglich besonder, geloben vvir vorgen. Arnolt *by vnser Furstlichen Wirdekeit stete, veste vnd vnuerbruchlich zu halten, darvvidder nit zu thun, noch schicken gethan zu vverden, dor nymants von vnsernt vvegen, heymlich noch offenbar, Geistlich ader Werntlich, in keynerley Wise, ane Geverde. Des zu Orkunde han vvir Herzog vorgeschrieben vnser Siegel von vnserm rechten Wissen vnd guten Willen an disses Brieffe thun vnd heissen hengken. Gegeben in dem Iar vnsers Herrn MCCCCXLVIII. off Sent Michels Abent Archangeli.*

Per D. Ducem, presentibus de Consilio Nobili Domino *Wilhelmo* de *Egmont*, Domino de Yselstein, Barone. Nec non Dominis *Iohanne* de *Broichusen*, Domino de Loe ac Geisten, Magistro Curie terrarum Gelrens. *Henrico* filio de *Meirr*, & *Iohanne* de *Arendale*, Domino de Welle, Militibus.

Piam hanc vtrorumque voluntatem eodem tempore *Ioannes* Cardinalis S. Angeli, sedis Apostolicæ Legatus, Bulla confirmauit peculiari.

XXXIV

De æde D. Petri *aliquod ad tempus occlusa.*

Quum sæculo XVI plures in Belgium pariter ac Galliam a Principibus, in Pro-

teſtantium caſtris militantibus, copiæ ducerentur, videbatur aliquod vrbi poſſe creari periculum, ſi ſacrorum ea tum pateret exercitiis. Clauſa igitur aliquot annis fuit ædes hæcce*.

* In *veteri Petrenſium diario* hæc legas: *MDLXXXVIII eccleſia Petri clauditur. MDXCI Domini frequentant eccleſiam Teutonicam ob reparationem Odenmünſter. MDXCII ſupplicatur Reuerendiſſimo pro aperienda eccleſia noſtra.*

XXXV

De cultu diuino poſtea in ædem parochialem Odenmünſter *translato.*

Poſt quidem denuo aperta fuit ædes Petrina. Circa annum tamen MDCXIX ex cauſſis, quibus antea, rurſum occludebatur. Cum itaque, vt ſupra dictum, Canonici, permutatione cum Fratribus Teutonicis facta, ædem *B. M. V.* vulgo *Odenmünſter*, acquiſiuiſſent, *Ioannes Suicardus*, qui tum ad clauum ſedebat, conſtituit, vt in veteri iſta parochiali, *D. Petri* eccleſiæ iam olim adunata, diuinum illi perageret cultum. Quæ iidem iuſſa quam obſeruantiſſime fuere executi.

XXXVI

De ædc D. Petri *poſt penitus euerſa.*

Vrbe poſthac an. MDCXXXI a Suecis hoſtiliter occupata, ædes hæc *D Petri*, vna cum circumiacentibus ſacellis, domiciliisque aliis, ſubiectis inflammata ignibus graui flagrauit incendio: quin non longe poſt penitus ab eis fuit deuaſtata; altaribus dirutis, ſimulacris Diuorum confractis, epitaphiis deſtructis, ære Campano in tormenta bellica transfuſo.

Tum vero, loci facie poſt immutata, ita prorſus euanuit, vt hodie ne quidem, vbi ſteterit, diſcerni queat.

XXXVII

De continuatis vsque huc in parochiali Odenmünſter *ſacris a Collegio officiis.*

Euerſa ſic a Suecis æde *D. Petri* perinſigni atque antiqua, Canonici etiamnum ſacris vacant in æde, quam diximus, *B. M. V.* parochiali, quæ ex eo, priſtina appellatione fere abiecta, *die Peters-Kirch* vocari cœpit.

XXXVIII

De voto piorum pro reſuſcitatione auguſtioris fabricæ.

Dabimus id verbis Anonymi *aureæ Moguntiæ* ſcriptoris. Is vero § XIV ſect. II n. IV p. 197 ſuum de *D. Petri* æde, Collegioque ſermonem ita finit: *Quis dignam Collegiata primaria fabricam templi molietur? Affulgeant cælo pacis & abundantiæ anni beatiores: non deerunt lapides & calx, vel vino temperanda. Nec manus deerunt ad dignum cælo munus, & opus dignum iſto patrimonio Petri.*

XXXIX

De præſenti Collegii ad D. Petrum *ſtatu.*

Capitularium hodie (duabus præbendis, vt vocant, Lectoralibus anno MDCCXVII exſtinctis) ſunt XIII. *Domicellarium* vel potius *Exſpectantium* (quibus ætatem habentibus ad Capitulum ſtatim patet acceſſus) vnus & alter, *Vicariorum* vero (quorum olim XXIV fuere) XVI.

In illis, *Capitularibus* ſcilicet, *Decanus*, *Scholaſticus*, & *Cantor* Prælatorum numero veniunt ac dignitate.

XL

De Decani *ad* D. Petrum *dignitate, functionibusque.*

Os ille *Cleri* eſt *ſecundarii*, illiusque dirigit negotia. Id quod verbis *Summarii*, pro Capitulo, tempore litis, quæ ei cum hodierno Decano intercedebat, anno MDCCXIX Romæ exhibiti*, n. III explicatius referre iuuabit: *Cum eccleſia Collegiata ad S. Petrum Moguntiæ ſit poſt metropolitanam ibidem primaria, proinde Decanus eiusdem ſemper fuerit & ſoleat eſſe* Cleri ſecundarii Os, *id eſt, Præſes, vel quaſi Cancellarius, qui ſolus congregationem Cleri indicere, negotia eius proponere, conſilia dare, ad protocollum concluſa dictare, expeditiones facere, legationes neceſſarias in rebus eccleſiarum ad Principes vicinos ſuſcipere teneatur——Capitulum huius eccleſiæ cum Ordinario ſemper in caſu vacaturæ eo collimarunt, vt Decanum huiusmodi perſonam & virum graduatum, talemque elegerint aut nominarint, quæ præfatis functionibus eccleſiaſticis ſupportandis ſufficiens fuerit.*

* *ibidemque typis* Zinghi & Monaldi *an. MDCCXIX excuſi.*

SECTIO

SECTIO II,
PRAELATORVM
COLLEGIATAE HVIVS
CATALOGVM
COMPLECTENS.

I
PRAEPOSITORVM.

Geroldus. 9...

PRæpoſitorum primus, ab ipſo Collegialis huius pio fundatore, Friderico Archiepiſcopo, circa annum 950, conſtitutus, vt ex litteris Sifridi ſupra n. 2 in medium allatis, cognoſcere eſt.

Poſt quem illorum, qui ei ſucceſſere, per integri ſæculi ſpatium nullum omnino reperire licuit.

Diemo. 10..

Cum toto Fratrum Collegio Sifridum Archiepiſcopum adiit, ſupplexque renouationem priuilegiorum Collegiali huic conceſſorum petiit iuxta obtinuitque. Factum id anno 1069.

Aſmarus. 11..

Ciuitatis ſimul fuit Camerarius, occurritque inter teſtes in litteris Adelberti I an. 1118 Collegialem B. M. V. ad gradus, & an. 1123 cœnobium Ilbenſtadenſe ſpectantibus. Liberaliſſima ceteroquin acceſſione Fratrum fortunas ipſe auxit, vt ſupra n. 7, adductis dicti Adelberti I tabulis an. 1124 confectis, dictum.

Adelbertus, *Comes* de *Saræponte.* 112.

Quod Præpoſitus ad hanc D. Petri ædem fuerit, ipſe refert in tabulis anno 1139 editis, & ſupra n. 7 legendis. Ceterum teſtis locum occupat in litteris patrui Adelberti I, quibus an. 1132 monaſterium Schönaugienſe ſtabiliuit. Anno 1138 in locum patrui, quem modo dixi, Archiepiſcopus fuit renuntiatus.

Ludouicus. 113.

Adelberti deceſſoris *donatione* Præpoſitus factus, cum is Erfurti Præpoſituram B. M. V. adiret. Vetuſta, illuſtrique proſapia oriundum fuiſſe, vel ex eo colligas, quod ab Adelberto, cui ſucceſſit, in litteris memoratis vocetur *conſanguineus.* Ceterum teſtis vicem ſubiit an. 1140 in tabulis laudati modo Adelberti II, monaſterio D. Ioannis in Rhingauia, & an. 1143 in aliis Henrici I Archiepiſcopi, D. Victoris Collegio traditis.

Arnoldus de *Selenhouen.* 114.

Communi opinione, eaque antiqua Præpoſitis D. Petri adnumeratur. Saltim id fit in libello *de cæde ipſius* § 3 p. 80, & in chronico *Chriſtiani* ſectione 2 § 1 p. 106. Et ſic *Arnoldus Præpoſitus S. Petri* in litteris dicti Henrici I, quibus an. 1151 monaſterium Arnsburgenſe confirmauit, & in aliis eodem anno datis, quibus donationem inſulæ iuxta Eltuil cœnobio Erbacenſi a Marcolfo factam ſciuit, eſſet ipſe hic noſter Arnoldus. Anno 1153 ſolium inſcendit Archiepiſcopale.

Hartvvinus. 115.

Teſtes inter reperitur anno 1158 in litteris Arnoldi Archiepiſcopi de donatis ab Adalberone D. Victoris Collegio vineis quibusdam & agris.

Burchar-

1158 ## *Burchardus.*

Hartvvino hoc ipſo anno 1158 ſuffectus, teſtibus adſcriptus eſt in litteris Arnoldi, quibus Collegio B. M. V. villam Vreſo donauit, & ſequentibus annis ſæpius in tabulis tum Chriſtiani I, tum Conradi I. Fuit ſimul *Canonicus Moguntinus*, nec non *Præpoſitus Iechenburgenſis & Dorlonenſis.*

1194 ## *Sifridus, Dominus* de *Eppenſtein.*

Quum prouiſione Conradi I in Burchardi locum ſubire vellet, Capitulum liberam Præpoſiti electionem ſibi deberi aſſeruit. Ceſſit igitur Sifridus, & dein a Capitulo, licet ægre, vt ex ſubiunctis tabulis patet, electus eſt. Eæ vero ſic habent;

CELESTINVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum DEI, Dilectis filiis, Abbati *de* Hemenrot, *&* Scolaſtico maioris eccleſie Treuerenſis *ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dilectis Fratribus eccleſie* S. Petri *Magunt. conquerentibus nos accepiſſe noueritis, quod cum ipſi terroribus minisque perterriti ad eligendum* Sifridum *de* Eppenſtein *in* Prepoſitum *cogerentur, tandem in arbitros, ſcilicet Dilectos filios C. maiorem Prepoſitum, Abbatem S. Albani, Decanum, Cuſtodem, Cantorem, Cellerarium maioris eccleſie Maguntine fide interpoſita compromiſerunt; ſed cum prefatus* Sifridus *de mandato arbitrorum electus ab eis fuiſſet in* Præpoſitum, *vt optabat, quod ei prefati arbitri preceperunt, neglexit penitus obſeruare; pro quo prefati Canonici noſtram audienciam appellarunt, ad proſequendam appellacionem dilectum filium, Hugonem, Imperialis aule Notarium, deſtinantes, licet idem* Sifridus *nec venerit, nec ſufficientem pro ſe direxerit reſponſalem. Cum igitur nobis ſuper hys plene non potuit de veritate conſtare, Diſcretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus conuocatis, quid Canonicum fuerit inter eos, appellatione & occaſione poſtpoſita, ſtatuatis, & facietis iudicium, quod recte tuleritis, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſeruari. Quod ſi omnes hys exequendis nequiueritis intereſſe, duo veſtrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani II Idus Decembr. Pontificatus noſtri anno ſexto.*

Anno 1201, Archiepiſcopi conſecutus dignitatem, Præpoſitura hac ſe abdicauit.

120. ## *Gerbodo.*

Canonicus Moguntinus, & e *Canonico* poſt *Decanus*, & tandem *Domus maioris Præpoſitus*,

Vt in *ſyllabo pleniore* ſect. 2 p. 299, & ſect. 1 p. 273 videre eſt. Qua Præpoſitus *D. Petri* nobis ſubiit in litteris Alberti Cuſtodis an. 1209 datis, & ſequentibus annis in Sifridi II tabulis pluries. Anno 1225 vindicauit 10 manſos in Thuringia a Burchardo diſtractos, & an. 1235 ſimiliter inſulam in Crozenburg, ab eodem *Helferico Iude*, Militi Moguntino, conceſſam. † eodem hoc anno, 4 Id. Nouembr. Pluribus memoratus nobis ſupra § 14 & ſeq.

123. ## *Fridericus, Comes* de *Eberſtein,*

Cuſtos maioris & Præpoſitus ad D. Ioannis.

Contulit Petrinis ſuis, Decano & Capitulo, ius præſentandi Parochum, eccleſiæ Mülenheimenſi præficiendum; id quod ipſe litteris hiſce an. 1239, die Albani datis, profitetur;

FRIDERICVS D. G. Prepoſitus S. Petri - - - Liberalitati contraire nolentes, ius preſentandi ad eccleſiam in Mulenheim ad nos ſpectans, quod vobis conceſſimus aliquando, deuocionem veſtram attendentes, ratum volumus obſeruare & firmum. In cuius rei teſtimonium - - - preſentem paginam conſcribi & ſigillo Cuſtodie noſtre maioris eccleſie, *cum ſigillum* Prepoſiture *nondum habeamus, fecimus communiri. Actum &c.*

† anno 1242. id quod ex litteris Sifridi III hoc anno ſignatis pateſcit: quippe quibus refert, cum ſibi Capitulum S. Petri plenam dederit poteſtatem, ſi intra feſtum B. Martini proximum Præpoſitum haud elegerint, Præpoſitura nunc vacante conſtituendi Præpoſitum: ſimul vero promittit ac teſtatur, hunc ipſis actum haud futurum fraudi.

Wernherus

Wernherus, Dominus de *Eppenſtein,* 124.

Præpoſitus maior & B. M. V. ad gradus.

Anno 1253 adminiſtrationem præbendarum ſiue portionum Canonicis diſtribuendarum eisdem reliquit, vt ſupra n. 24 dictum. Anno 1259 factus eſt Archiepiſcopus, & an. 1262 titulum *Præpoſiti* ad *D. Petri* ſibi adhuc circumpoſuit, vt litteris ſequentibus manifeſtum fit.

WERNHERVS D. G. S. Moguntine Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, & Prepoſitus eccleſie S. Petri *Magunt. Cum ſuper ſufficienti prebendarum aminiſtracione inter Capitula & Prepoſitos eorundem lites frequenter ſoleant ſuboriri, volentes Dilectorum in Chriſto, Decani & Capituli --- S. Petri Mag. vtilitati & commodo prouidere, inter ipſos & ipſorum Prepoſitos in poſterum futuros, de bonorum prudentum Virorum conſilio, noſtri quoque Capituli accedente conſenſu, taliter duximus ordinandum, videlicet, quod Capitulum predictum de vniuerſis Prepoſiture redditibus diſponendi pro ſua vtilitate liberam habeat facultatem, bonis eccleſie ipſius in Thuringia apud* Munre & Schonreſtede *ſitis duntaxat exceptis; de quibus Prepoſitus, qui pro tempore fuerit, iuxta quod ſibi fuerit viſum, diſponet, & ſuis vſibus applicabit* &c. *Actum apud S. Petrum anno Domini MCCLXII, ſexto Nonis Martii, Pontificatus noſtri anno ſecundo.* (ſcil. numero a tempore conſecrationis inito.)

Gerhardus, Dominus de *Eppenſtein.* 12..

Anno 1290 *S. Petri Præpoſitus* vocatur in litteris *Godefridi* de *Eppenſtein*, parentis, de vendita monaſterio *D. Claræ* villa *Wüſtenedersheim.* Reſignauit circa an. 1294, deſponſus *Alheidi*, filiæ *Henrici*, Ducis Brunſuicenſis.

Godefridus, Dominus de *Eppenſtein,* 129.

ſuperioris frater, *Cuſtos maioris, Archidiaconus Treuirenſis, & Canonicus Herbipolitanus.*

Anno 1296 nonnihil controuerſiæ habuit cum Decano & Capitulo de Cathedratico per Archidiaconatum Petrinum, quod anno biſſextili ſibi deberi putabat, vt ex ſequentibus cognoſcere eſt litteris:

Godefridus *de* Eppenſtein, *Canonicus maioris & Prepoſitus S. Petri, recognoſcimus --- quod cum nos Decanum & Capitulum eccleſie noſtre S. Petri impecieremus ſuper iuribus & prouentibus ſynodalibus exercendis --- per vniuerſum noſtrum Archidiaconatum, & percipiendum in anno biſſextili, qui annus vulgariter* exitus Domini Archiepiſcopi Moguntini *vocatur, credentes, ea ad nos racione Archidiaconatus predicti pertinere. Verum, quia per Reuer. P. D.* Gerhardum *Archiepiſcopum Moguntinum*, patruum noſtrum, *ſumus plenius inſtructi & informati, quod Kathedratici & ſynodalium prefatorum iura & prouentus exercendi & percipiendi anno ſupradicto ad nos non pertinet, ſed ad memoratos Decanum & Capitulum pertinent percipienda & exercenaa, & pertinuerunt ab eo tempore, cuius memoria non exiſtit; Vnde nos perfatam eccleſiam noſtram nolentes in ſuis iuribus --- impedire, ab huiusmodi noſtra impeticione duximus deſiſtendum &c. Datum MCCXCVI, VIII Idus Ianuar.*

Occurrit ſequentibus annis ſæpius, & quidem ad annum 1328 vſque.

Erneſtus de *Otichenbach,* 1337

Eccleſiæ metropolitanæ Colonienſis Canonicus.

Prouiſione *Henrici* Virnenburgii, Archiepiſcopi, Præpoſitus factus, cum Collegium tempus nouo Præpoſito eligendo legibus definitum extraxiſſet, vt ſupra n. 30, allatis *Henrici* litteris oſtenſum. Anno 1351, 12 Kal. Iul. ius patronatus parochialium in *Altenguttern* & *Crozenburg* Decano & Capitulo in augmentum præbendarum tradidit & aſſignauit. † anno eodem.

Crafto de *Hanau.* 1351

Dynaſtis, vti tum appellabantur, *Hanouienſibus* oriundus, ſigillo, quo vſus eſt, id teſtante. In *Erneſti* autem locum lectus fuit a Capitulo, a. d. 1351, d. 26. Sept. quemadmodum ex inſtrumento de electione ipſius patet. Vixit adhuc an. 1361.

1377 ## *Sifridus* de *Mymelingen.*

Præpositus an. 1377 prouisione Apostolica, per *Thomam* de *Ammanatis*, Electum Nicouiensem, sedis Apostolicæ Nuntium, constitutus, receptus est d. 18 Ianuar. Capituli nomine a Iacobo Cantore, *per traditionem cuiusdam libri sacræ paginæ*, vt moris erat, postquam articulis quibusdam *, siue capitibus sua subscripserat manu, & dein sacramentum dixerat de more.

* Quorum quidem præcipui fuere hi: *vt nulli alii committat officium Officialitatis, nisi Canonico Capitulari.* It. *quandocunque Thesauriam siue Custodiam vacare contigerit, nulli alii conferat, nisi Canonico in Capitulo existenti.* It. *vt confirmet electiones in dignitatibus faciendas per Capitulum sine difficultate & contradictione.* It. *non petat vocem Capitularem, nec curiam claustralem, quia non debentur sibi de consuetudine ecclesie.* It. *exerceat iurisdictionem sue Prepositure in ecclesia S. Petri, vel infra emunitatem ecclesie eiusdem.*

Anno 1380 Henrico Comiti de Beuchlingen, filioque ipsius, Friderico, diuersa bona & census in villis Monra & Schönresteden in Thuringia sitis iure contulit clientelari. Assignationis formula perscripta Dominica *Lætare.* Testibus adhibitis adscriptus *Henricus* de *Mimelingen*, Præfectus Walstattensis, Sifridi frater. † anno 1383.

1383 ## *Conradus* de *König stein*,

Baccalaureus in Decretis.

Vsque huc *Decanus.* Præpositus electus per viam compromissi, designatis, qui Sifrido successorem darent, *Ioanne* de *Münzenberg* & *Conrado* de *Cassel*, Canonicis, an. 1383, d. 10 Aug. & d. 19 mensis huius Altæuillæ ab Adolfo confirmatus, præsentibus Hermanno Rost, ecclesiæ Aschaffenburgensis Decano, & Eberhardo Rudden, Milite. Vixit adhuc anno 1392, vti patet ex litteris Bertholdi Stoltz, Armigeri, tanquam arbitri ad controuersiam, quæ ei cum Ludouico de Binsfurt, Prouisore Erfurtensi, super censu quodam erat, componendam delecti, datis ipsis Kal. Ianuar. Quo vero anno obierit, haud liquet.

139· ## *Hermannus Rod*,

Canonicus Vormatiensis & Herbipoli ad S. Ioannis in Haugis.

S. Petri extra muros Moguntinos Præpositus, vti quidem appellatur, datus anno 1400, ipso die B. Virginis Catharinæ, a *Ioanne II* Archiepiscopo fideiussor siue sponsor *Ioanni* de *Wolfhagen*, culinæ suæ Magistro, litteris in castro Adolfseck signatis. Quo etiam anno aliquoties adhuc, sed sequentibus haud amplius occurrit.

14·· ## *Conradus Vnruvv*,

Decanus etiam ad gradus, Canonicus S. Victoris, & Ioannis II *Vicarius in spiritualibus generalis.*

Anno 1412 testis vicem subiit in litteris, quibus *Ioannes II* Erfurti die 11 Octobris priuilegia sanctimonialium parthenonis *Iechtershausen* confirmauit. Sequenti vero, iussu ipsius, qua Vicarius quæstionem instituit contra violatores legum ecclesiasticarum. Anno 1417, die 17 Martii electionem *Ioannis Ambundii*, in Episcopum Curiensem electi, postquam electus tactis sacrosanctis euangeliis solitum iusiurandum præstiterat, nomine Archiepiscopi *Ioannis*, quem diximus, *II* admisit & confirmauit. Postero inter testes legitur in litteris de duabus in æde metropolitana Vicariis ab eodem Archiepiscopo *Ioanne* institutis, vt in libello *de Vicariis* n. 4 & 5 legere est.

1423 ## *Bertholdus Deynen* de *Wildungen*,

Decretorum Doctor, sacri Apostolici Palatii caussarum Auditor, ecclesiarum Cathedralium Spirensis & Passauiensis, nec non *Moguntiæ Collegiatarum D. Stephani, B. M. V. & S. Crucis Canonicus.*

Anno 1423, die S. Symphorenianæ sacra, ex Canonico designatus fuit Præpositus, & singulari dein Capituli gratia admissus ad omnes actus & emolumenta Capitularia, litteris eodem hoc anno d. 10. April. signatis. Anno 1426, die 8 Iun.

die 8 Iun. vltimæ ſuæ voluntatis edidit tabulas; in quibus, præter plura legata eccleſiis dicata & monaſteriis, legauit eccleſiæ S. Petri Fritislariæ, in qua mater ipſius ſepulturæ tradita erat, tum illius, tum fratris Ioannis Deynen, ad eandem olim Canonici, animæ expiandæ cauſſa 8 florenos. item 10 florenos ad augendas poſſeſſiones altaris, quod pater ipſius Degenhardus ſtatuerat in parochiali Wildungenſi, in eadem poſt mortem funeratus. 100 florenos eccleſiæ S. Petri Iechenburgi, quod iſtius ipſe olim fuiſſet Præpoſitus. item annum ſuum gratiæ in eccleſia Paſſauienſi, eidem. annum item gratiæ ſuæ in eccleſia Spirenſi, eidem. Executores teſtamenti ſiue vindices nuncupauit *Ioannem Weiſs*, Decanum Moguntinenſem, *Nicolaum Burgmann*, Decanum Spirenſem, *Wilhelmum Straz* de Bensheim, Decanum S. Victoris, *Conradum Erenbart*, Scholaſticum B. V. in campis, *Conradum Hoppener*, Cuſtodem S. Petri, *Ioannem Martyris*, Cuſtodem ad gradus, *Petrum Knapp*, Canonicum S. Stephani, *Bertholdum Greuen*, Magiſtrum Ciuium oppidi Frizlarienſis, ſororium. † eodem hoc anno, 17 Kal. Iul. in choro ædis Petrinæ, quæ extra mœnia fuit, ſepultus.

Henricus de *Ehrnfels*, 1427

Apoſtolicæ ſedis Protonotarius, ad S. Victorem Præpoſitus, ad B. M. V. vulgo ad gradus Scholaſticus, quondam etiam *Decanus Moxſtadienſis*, & Ioannis II *a conſiliis & ſecretis.*

Anno 1427 prouiſione Pontificis Præpoſitus D. Petri conſtitutus, & ſpeciali Capitularium fauore ad actus Capitulares admiſſus eſt. Anno 1436 auctoritate Iuliani, Cardinalis tit. S. Angeli, ſedis Apoſtolicæ per Germaniam Legati, conſenſu Magiſtri *Ioannis Gutvvein*, Decretorum Licentiati, & Theoderici Archiepiſcopi in ſpiritualibus Vicarii generalis, ædis Petrinæ Cuſtodiam, cuius conferendi facultas vsque huc Præpoſito competebat, menſæ Capitulari incorporauit ſiue in perpetuum attribuit: a Collegio viciſſim in huius recognitionem beneficii licentiam nactus, Canonicatum & Præbendam proxime vacantes conferendi *.

* *Notes hic, vltimum* Cuſtodem *fuiſſe* Ioannem Stalberg, *Erfordia ad S. Seueri Præpoſitum, familiarem Ioannis Pontificis, & litterarum Apoſtolicarum Abbreuiatorem.*

Sequenti Godefridum & Eberhardum de Eppenſtein, iuſſu Concilii Conſtantienſis ſacrorum interdicto ſubditos, ipſe Concilii Baſileenſis mandato, religionibus, quibus adſtricti erant, abſoluit. Et cum ſingulari vir eſſet virtute iuxta atque auctoritate, conſtitutus fuit, qui Moguntiæ tum eccleſiarum, tum Cleri libertatem tueretur: vti ſane anno 1440 hoc occurrit titulo: *Henricus* de *Ehrnfels, Præpoſitus S. Petri extra muros, Iudex & Conſeruator eccleſiarum, eccleſiaſticæ libertatis & eccleſiaſticarum perſonarum ciuitatis Maguntinæ.*

Ceteroquin eodem hoc anno die 23 menſis Aprilis, præſentibus *M. Hermanno* de *Aldendorf*, Medico, *Philippo* de *Itſtein*, Canonico, *Ioanne Schug*, Vicario S. Petri, *Petro Grans*, *Paulo Huff*, Clericis, *Nicolao Hilberg*, & *Conrado Guldenſchaf*, Laicis, teſtamentum condidit, ex quo nonnulla huc apponere non ab re erit. *Lego ad fabricam eccleſie B. V. ad gradus melius mantellum cum foderatura, & melius panzerium meum. Lego aliud mantellum de panno bruno cum pellibus de vario foderato ad fraternitatem in Leym, Treuir. dioceſ. Lego eccleſie mee S. Petri* Decretales *meos, cum* Speculo Iudiciali, *ita quod kathenentur in librariam, & non vendantur, non alienentur, nec concedantur extra librariam eorum; ſi ſecus actum fuerit, Domini mei eccleſie maioris illos petere poterunt, quibus in illum euentum illos ad eorum librariam reponendos lego. Lego ſimili modo & forma eccleſie B. M.* Decretum *meum cum* Lectura Henrici Bock, *in duobus voluminibus, &* Digeſtum vetus. *Lego eccleſie mee S. Victoris* Summam Hoſtienſem *cum* Biblia. *Volo tamen, ſi D. Haplo Cazman, Decanus Frizlarienſis, illam, quam ipſe habet, que mea fuit, tradere vult, & iſtam in eius loco recipere, hoc poſſit facere. Item eccleſie S. Albani ego ſimiliter lego* Summam de eccleſiaſtica poteſtate, *quam* Fr. Auguſtinus *de* Ancona *compoſuit. Lego cuilibet Ordini mendicantium in ciuitate Moguntina XII maldra ſiliginis. Carthuſianis XII maldra, quibus debet intimari deceſſus meus ab hoc ſeculo, vt Deum pro ſalute anime mee ſuppliciter deprecentur, quia receptus ſum in fraternitatem eorum, que littera, vt eſtimo, cum aliis litteris meis inuenitur. Volo etiam, quod Chriſti pauperibus per totum triceſimum detur extra domum habitacionis mee eleemoſyna, ſi non pin-*

guior, tunc ad minus in eo modo, ſicut ego facere conſueui. Cuilibet Teſtamentariorum * *meorum --- vnam Taſſam de Taſſis meis deauratis, quas duxerint eligendas.*

* Fuere ii, vt id addam, *Petrus* de *Vdenheim*, Scholaſticus maior, *Ioannes Guldenſchaf*, Decanus S. Stephani, *Dudo* de *Igſtatt*, Canonicus S. Petri, *Conradus Rod* de *Idſtein*, Canonicus ad gradus.

Lego DD. de Arnſpurg 20 floren. auri, vt orent Deum pro me, & ipſi faciant murari & claudi hoſtium, per quod prope paruam Stuffam zu dem Ruſen intratur, & feneſtre ſtent & maneant, vt prius. Hoſtium, per quod per murum ortus mei intratur ad ortum illarum de S. Clara, facient Teſtamentarii mei claudi. Et inſuper ego Henricus Ehrenfels *volo, quod---cum ex hoc ſeculo viam vniuerſe carnis ingreſſus fuero, Teſtamentarii mei procurent corpus ſeu cadauer meum eccleſiaſtice tradi ſepulture, apud eccleſiam meam S. Petri.*

Anno dein ſequenti 1441, d. 22 Decembr. teſtamentum hocce in domo Capitulari S. Petri, vulgo *Zum Ringreuen* dicta, ratum fecit, firmumque, præſentibus *Bertholdo* de *Sobernheim*, Decano, *Wigando Stalberg*, Scholaſtico, *Henrico Erckel*, Cantore, *Petro Ortenberg*, *Conrado Hoppener*, *Philippo* de *Itſtein*, *Henrico* de *Indagine*, *Sandero* de *Martinshuſen*, Canonicis. † anno ſecuto 1442, die 11 Auguſti, teſte necrologio ad D. Victoris, humatus in æde D. Petro quondam extra mœnia ſacra, vti conſtituerat, & videre eſt in litteris Manufidelium anno poſtero datis: *Dan han vvir angeſehen vnd betrachtet, dievveil der vorgenante* Meiſter Henrich *ſelige liplich in der Kirchen* zu S. Peter *by Menz begraben iſt.*

1442 ## *Bertholdus Cantrifuſoris* de Sobernheim,

Ad gradus Cantor, & ad S. Victoris Canonicus.

Huius vero ad D. Petrum hactenus *Decanus.* Collegii ſuffragiis an. 1442 Præpoſiti dignitatem adiit, & eodem a Theoderico, litteris d. 10 Decembr. Algeshemii datis confirmatus eſt. Anno 1451, die Gordiani & Epimachi memoriæ ſacra, fecit teſtamentum, quo tum parochialibus & vtriusque ſexus monaſteriis in vrbe, tum extra eam paroeciis permultis multa legauit bona. † eodem anno, d. 10 Maii, teſte inſcriptione quadam in periſtylio ædis ad gradus.

145.. ## *Adolfus, Comes* de *Naſſau,*

Metropolitanarum Moguntinæ & Colonienſis Canonicus, Curiæ Archiepiſcopalis Erfurtenſis Prouiſor, & in ſpiritualibus Commiſſarius generalis. Prouiſor itidem *eccleſiarum Gothanæ & Iſenacenſis.*

Bertholdo ſucceſſit, & an. 1456 lite fuit implicitus cum Henrico Leubing, Legum Doctore, Decretorum Licentiato, & Paſtore eccleſiæ S. Sebaldi Norimbergæ, Cancellario quondam Moguntino. Materia erat Præpoſitura Collegialis B. M. V. Erfurtenſis; quam cum in Curia Romana perſequeretur Henricus, & contra ipſum aliquot ſententias definitiuas reportaſſet, quorundam vtriusque partis amicorum interpoſitione, præſertim Capituli B. M. V. nec non Conſulum ciuitatis Erfurtenſis, in honorem Archiepiſcopi Theoderici & eccleſiæ Moguntinæ vtilitatem, res tandem peruigilio Matthæi Apoſtoli hoc ad concordiam reducta modo eſt, vt penſio annua 200 floren. aureorum, boni legalisque ponderis, de reditibus Præpoſituræ S. Petri prouenientium, Henrico, quoad in viuis eſſet, perſolueretur.

Sequenti ipſe anno, d. 25 Maii, qua Præpoſitus Petrenſis iudicium ſollemne exercuit in vico Thuringiæ Groſſenmondra. Anno 1461 a Pontifice Diethero oppoſitus fuit Archiepiſcopus.

146.. ## *Henricus, Comes* de *Schvvarzburg,*

Dominus de *Arnſtadt & Sondershauſen,*

Canonicus Moguntinus, Prouiſor Erfurtenſis, & ſupremus Eichsfeldiæ Præfectus.

Præpoſiti in dignitatem, Adolfo decedente, ſubiit, ab eo diſerte *Præpoſiti ad D. Petrum* titulo appellatus in litteris an. 1465: quam dein an. 1480 Capituli ad manus dimiſit. *Hen-*

Henricus Reuſs de *Plauen*, 1480

Canonicus Moguntinus & Decanus Colonienſis.

Anno 1480 a Capitulo electus, die D. Auguſtino ſacra in poſſeſſionem immiſſus eſt. quem locum 50 pæne annis tenuit. † an. 1530, d. 18 Septembr.

Henricus, Comes de *Stolberg & Wernigeroda*, 153..

Decanus Colonienſis, maioris Moguntinæ vero & S. Crucis Canonicus.

Henrico ſurrogatus. Rebus haud adeo bene præfuit. Bona ſiquidem Præpoſituræ in Thuringis Schönerſtedtenſia an. 1538 Melchiori de Hauſen, & ſequenti tum ea, tum Groſſenmondrenſia Collegiatis B. V. & D. Seueri Erfurtenſibus pro 400 florenis quotannis pendendis vendidit. Auguſtanæ Confeſſionis cum ſe dedidiſſet dogmatibus, ab Præpoſiti poteſtate remotus eſt. Putarim id factum an. 1548, quippe quo Canonicatu Moguntino illum ſe abdicaſſe, alias dictum.

Chriſtophorus, Comes de *Stolberg*, 15..

Præpoſitus Halberſtadenſis.

Primum nobis an. 1556 occurrit, quamuis haud dubium ſit, quin in locum Henrici, nullo alio interiecto, ſucceſſerit. Is haud alienus erat a conſilio, Præpoſituram Capitulo pretio ſex millium florenorum attribuendi, ac incorporandi. Saltim id an. 1562 d. 17 Mart. exponere non dubitauit. Anno 1575 deceſſoris ſecutus veſtigia, idem cum eo ſubiit fatum, quamuis partam hancce dignitatem tueri haud intermitteret. † an. 1581, d. 8 Aug. KönigſteinI.

Ioannes Suicardus a *Cronberg*, 1576

Canonicus Moguntinus.

Anno 1576, d. 14 Sept. a Daniele Aſchaffenburgi, vt ei a *Ioanne*, Epiſcopo Oſtienſi, S. R. E. Cardinali *Morono*, ad Imperatorem Maximilianum II & vniuerſam Germaniam a latere Legato, commiſſum erat, per bireti impoſitionem inueſtitus. Deceſſit de hac prouincia an. 1589, d. 20 Nouembr.

Iacobus a *Wiltberg*, 1589

Moguntiæ maioris & B. M. V. ad gradus, Vormatiæ vero *Cathedralis Canonicus.*

Anno & die modo dictis in poſſeſſionem immiſſus eſt. † anno 1605, d. 26 menſis Martii.

Hermannus ab *Ortenberg*, 1605

S. Rotæ Romanæ Auditor, Coloniæ maioris Canonicus Presbyter, & ad S. Cunibertum Præpoſitus, Epiſcopus porro *Atrebatenſis, & P. M. Sacellanus.*

An. 1605 menſe Aprili prouiſione Leonis XI Præpoſitus deſignatus. Anno 1610 Adiutorem nactus eſt *Philippum Chriſtophorum* a *Sôtern*, iuniorem, Canonicum Moguntinum, mortuum an. 1622. Ipſe vero voluntaria abdicatione Præpoſituram dimiſit an. 1625.

Ioannes VVilhelmus Husman de *Namedy*, 1625

Præpoſitus maior Treuirenſis, & S. Georgii Limpurgenſis.

Anno 1625 Hermanno ſuffectus, & d. 9 Dec. in poſſeſſionem introductus eſt. † an. 1651.

Erneſtus, Baro de *Billehe*, 1651

Primum *Adiutor*, vi Bullæ Pontificiæ, poſſeſſionem capeſſiuit an. 1648, d. 30 Mart. per Nicolaum Burgers, Canonicum ad D. Victoris. Anno dein 1651 Huſmanno pleno iure ſucceſſit. Reſignauit an. 1657.

1657 ## *Guilielmus Ducker.*

Prouisione Apostolica an. 1657 d. 11 Octobr. Ernesto successor datus, Præpositi munia obiit ad annum vsque 1667.

1667 ## *Ioannes Lyncker* a *Luzenvvick,*

Patria Marpurgensis,

Eminentissimi Principis Electoris Ioannis Philippi a consiliis pariter, ac secretis intimis.

Guilielmo surrogatus. Hoc se munere abdicauit an. 1675. * † Erfurti an. 1698, d. 14 Iun. tumulatus ibidem in æde PP. Augustinianorum ad S. Wipertum, cum inscriptione hac sepulcrali, quam sibi ipsi viuens fecit:

*Hassia natalem mihi *, gens Lynckeria nomen,*
Viuendi sortem mobilis aula dedit.
Illius expertus per tristia, lætaque flexus,
Aequalem tenui firmus vtrinque viam.
Cælibis exegi tranquilla silentia vitæ,
Non mihi, non aliis ambitione grauis.
E literis aliquale decus, neque rebus agendis
Defuit aut labor, aut ingeniosa quies.
Nulla tamen viuo mihi gratior obtigit hac, qua
Nunc Domino viuens post mea fata fruor.
Tu quoque parua videns nostra hæc monumenta, Viator,
Postera quo viuas sæcula, viue Deo!

* d. 25 Ian. an. 1615.

* *Fuit vir & eximia doctrina & auctoritate, qui haud parum apud Ioannem Philippum Electorem valuit, adhibitus ad negotia sermone Latino atque Italico expedienda. Postea vero, rebus aliquantum conuersis, abdicata, vti dictum, Præpositi dignitate, officia sua Principi Electori Treuirensi addixit, a quo Viennam missus, plures annos in aula Cæsarea Minister fuit, vt vocant, Residens. Senio tandem confectus, honorumque satur, quod supererat vitæ Erfurti in pio tranquilloque transegit otio.*

1675 ## *Edmundus Gedult* de *Iungenfeld,*

Lynckeri in locum subiit anno dicto, d. 4 Maii: quem tamen triennio post cum Canonicatu permutauit, futurus *Scholasticus.*

1678 ## *Georgius Antonius* a *Riedt,*

Canonicus Moguntinus.

De statione hac, in qua an. 1678 collocatus fuit, biennio post voluntaria abdicatione decessit.

1681 ## *Ioannes Adolfus L.B.* de *VValdenburg,*

dictus *Schenckern,*

Canonicus maioris.

Hodiernus Præpositus, die 16 Iul. in possessionem immissus.

(o)

II

DECANORVM.

Qui ſæculis duobus prioribus Decanorum *geſſerunt dignitatem, erui haud potuere.*

HERBORDVS. II..

OCcurrit anno 1171 in tabulis, quibus Chriſtianus I Canonicis B.M.V. ius patronatus eccleſiæ Beckelnheimenſis, ipſis a Bertholdo Præpoſito conceſſum, firmauit.

Bertholdus. II..

Teſtis adhibitus, cum Conradus I anno 1184 Capellam villæ, quæ Elsheim dicitur, Canonicis ad D. Mauricii, quibus eam Hermannus Præpoſitus attribuerat, ſtabiliuit. Subiit item nobis in aliis dicti Conradi litteris, anno 1185 & 1189 datis. Vltimum an. 1194 in tabulis, quibus ille piam voluntatem Rutgeri, Cuſtodis metropolitani & ad D. Ioannis Præpoſiti, qua Canonicis ad memoratam modo S. Ioannis ædem, S. Nazarii tradidit eccleſiam, ſciuit ratamque habuit.

Conradus. 119.

Teſtis locum occupat an. 1196 in litteris, quibus Conradus filialem Gosbacenſem ad parochialis euexit dignitatem; & in aliis Iudicum eccleſiæ Moguntinæ circa an. 1204 vel 1206 ſignatis.

Theodericus. 120.

Legitur inter teſtes in tabulis Sifridi II, quibus an. 1210 controuerſiam de iure patronatus parochialis villæ Eblizdorf, quæ Collegio D. Stephani cum Hartrado de Merenberg erat, decidit. Et in aliis eiusdem, quibus an. 1217 Collegio B. M. V. ad gradus parochialem villæ Nith, ei a Theoderico Præpoſito collatam, ſtabiliuit.

Waltherus. 1217

Delectus anno eodem, vna cum Henrico, Præpoſito maioris, ad componendam quandam controuerſiam inter Capitulum S. Victoris & Præpoſitum in Gottesthal. Sequentibus annis occurrit ſæpius in litteris Sifridi II & Sifridi III, Archiepiſcoporum, nec non Gerbodonis Præpoſiti. Anno dein 1245 teſtis nomine in tabulis *Wernheri* de *Boland*, quibus conſenſit *Simoni* & *Conrado* Militibus de *Rüdesheim*, vt decimam quandam Hattenheimenſem D. Petri eccleſiæ venderent.

H. 124.

In transſumpto litterarum quarundam Sifridi III, ſignatarum anno 1247. Forſan is eſt *Hertvvicus*, qui hoc temporum tractu *Scholaſticus* fuit, vt infra videre eſt.

Stephanus. 12..

Beneuola erga Fratres anno 1251 fuit voluntate, vt ſupra § 20 dictum. Biennio poſt teſtes inter eſt in litteris Gerhardi I de permutatione bonorum quorundam, quam D. Victoris Canonici fecerant cum Fratribus S. Diſibodi. † h. a. 1253.

Bertholdus, 1253

Stephani ſucceſſor, occurrit eodem, quo fatis ille functus eſt, anno, 1253 ſcilicet, in tabulis Wernheri Præpoſiti, quibus adminiſtrationem præbendarum attribuit Canonicis; in aliis item illius anno 1256 datis, de quibus ſupra iam in dicto

dicto *Wernhero* Præpoſito. Anno dein 1263 in litteris, quibus bona D. Iacobi in tractu villæ Ebersheim, libera, oneribusque exempta declarantur.

12.. ## *Berno.*

Occurrit anno 1272 in tabulis de compoſita a. d. 15 Kalend. Iun. controuerſia, quæ Capitulo D. Petri cum Hervvico, Aduocato in Muſcebach, *ſuper quodam iornali fructifero*, cenſum *vnius maldri ſiliginis* parochiali S. Chriſtophori pendente, interceſſerat. Anno item 1283 in litteris Adolfi, Comitis de Naſſau, poſtea Regis Germaniæ, & ſic porro in aliis aliorum documentis ad an. 1296 vſque.

1... ## *Ludouicus.*

Habetur in tabulis de locatione quadam an. 1302 confectis. Anno 1306 condidit teſtamentum, quo, præter alia, inſtituit nouam Vicariam ad altare S. Petri, cum cenſu annuo ſex marcar. denariorum Colonienſium, Algeshemii & Zalbachi prouenientium, nec non *vna carrata vini Francici de vineis campi S. Theoneſti*, aliisque emolumentis, hac quidem conditione, vt Beneficiatus altaris huius quotidie in eodem Miſſæ celebret officium. Varia inſuper bona legauit Commendatori & Fratribus Ordinis Teutonicorum Moguntiæ, ad inſtituendam Miſſam, ter qualibet hebdomade a Sacerdote Ordinis dicendam, vt ad *Serarium* lib. 1 cap. 31 p. 89 notatum. Præter illa eisdem conſignauit plura adhuc alia, hac quidem fini, vt *Ludouicum* nepotem in ſacræ Equitem militiæ cooptarent. Rem fuſius docent tabulæ ipſæ.

Ego LVDOVICVS *Decanus eccleſie* S. Petri *Magunt. compos per Dei graciam mee mentis, teſtamentum meum - - - condere & ordinare decreui in hunc modum, ob anime mee perpetuam ſalutem, & pro remedio animarum* Hermanni *patris mei &* Hedevvig *matris mee, & omnium benefactorum & amicorum meorum. Primo igitur ordino & lego ad Vicariam vnam ſtatuendam in eccleſia mea S. Petri ſex marcar. den. Col. redditus. Quam quidem Vicariam confero Anshelmo, Clerico de Confluencia, per huius teſtamenti mei litteras nunc preſentes. Predictarum vero VI marcarum redditus, predictus Anshelmus & omnes ſui in dicta Vicaria ſucceſſores ſic recipient, videlicet V marcas de bonis Erphonis Militis, quondam Sculteti in villa Algensheim, & in terminis ipſius ville ſitis - - -*

Item lego ad dictam Vicariam carratam vini Franci, quam dant annuatim tempore autumpnali heredes Heinrici *de* Frayvenſtein *de vineis* campi S. Theoneſti.

Item lego librum meum Miſſalem, quem Symon Vicarius eccleſie S. Gyngolffi ſcripſit, & librum meum Matutinalem ad dictam Vicariam, vt vendantur, & redditus dicte Vicarie meliorentur. Dictus autem Anshelmus meus Vicarius & omnes ſibi - - - ſuccedentes, ſummum altare B. Petri in mea eccleſia officiabunt ſingulis diebus perpetuis temporibus, dicendo illic ſubmiſſa voce Miſſam immediate matutinis decantatis. Ordo autem miſſarum talis eſt - - - -

Item lego bona mea tam in vineis, quam in cenſibus in Waltaffen ſita, Commendatori & Fratribus domus Theutonice in Maguncia, cum quibus bonis Capellam S. Katerine *dotaui, ſitam in ciniterio Parochie* S. Marie *in* Vdenmunſter, *ita quod dicti Fratres altare eiusdem Capelle officiabunt per Sacerdotem ſui ordinis, qui ad minus ter in qualibet ſeptimana Miſſam inibi celebrabit ſub hac forma - - - -*

Item lego omnia vtenſilia domus mee - - - preter calicem meum, caſulam meam, & veſtimenta mea ſacerdotalia, que omnia lego ad Vicariam ſupra dictam, & preter alia clenodia mea aurea & argentea - - - Inſuper lego dictis Fratribus vineas meas ſitas in campo S. Theoneſti, *nec non equum meum, vt* Lodevvicum *nepotem meum, qui ad eundem Ordinem receptus eſt, habitum aſſumere contigerit, iidem Fratres eundem Ludevvicum ſuis expenſis veſtiant ſecundum Ordinis decenciam, alia eidem neceſſaria nichilominus miniſtrantes; ſi vero predicti Fratres prefatum Ludevvicum in ſuum recipere Ordinem & Confratrem quacunque de cauſa refutarent*, Heilmannus, *gener* Bezmanni, *ciuis Mag. cui omnia, que Ludevvico legaui, committo ad conſeruandum, donec predicta proceſſum habeant oportunum, quod ſi proceſſum oportunum non habuerint, omnia, vt eſt dictum, idem Heilmannus, gener Bezmanni, de predictis omnibus Ludevvico legatis, certos*

redditus

redditus comparabit, qui dicto Ludevvico cedent ad tempora duntaxat sue vite, quo defuncto, omnia tunc bona siue redditus ad ecclesiam meam S. Petri libere & absolute reuertantur, videlicet ad emendacionem presenciarum mearum subscriptarum. De vtensilibus vero supra positis quedam specialiter sunt excepta. Nam lego meliorem meam Scharsyam ad dorsale S. Crucis in superiori parte ecclesie mee S. Petri.

Item lego meliorem Scharsyam, quam habeo post illam, & duos cussinos de serico, & sex alios cussinos in superficie contextos -- Mechtildi *de Confluentia, consanguinee mee.*

Item lego infirmis hospitalis Magunt. meliorem lectum meum, quem Fratres domus Theutonice predicti pro vna marca Denar. Colonienſ. si eis placuerit, rediment ab eisdem.

Item lego annum gracie mee in ecclesia mea S. Petri -- Canonicis & Vicariis -- S. Gyngolffi - - - -

De predictis omnibus & singulis -- ordinabunt & discutient Honorabiles viri, D. Siffridus *de* Solmese, *Canonicus Magunt. &* D. Meingotus, *&* Erckelo, *Concanonici mei*, Heilmannus, *gener* Bezmanni -- *quos eciam manusideles meos ad hoc eligo per presentes faciendum. In quorum omnium premissorum* &c. *MCCCVI, XIIII Kalend. Iulii.*

Hermannus. 13..

Notus nobis ex litteris an. 1313 a. d. 3 Non. Iun. datis, quibus Capitulum se Collegio principi singulis annis duas libras ceræ feriis Martinalibus oblaturum promittit, ob parochialem Odenmunster D. Petri ecclesiæ sollemniter incorporatam siue contributam. Illarum enim initium sic habet: *Hermannus Decanus, totumque Capitulum S. Petri in Maguntia recognoscimus* &c. Vid. supra § 28.

Bertholdus. 131.

Testis an. 1315 in tabulis, quibus *Fridericus* de *Rostorf* ecclesiæ Moguntinæ Aduocatias quasdam donauit; & an. 1317 in iis, quibus Capitulum B. M. V. Erfurtense recognouit, ius Præpositum ad ædem Marianam constituendi competere Archiepiscopo Moguntino. Anno sequenti iussu Petri, vna cum *Henrico* de *Rodenstein*, Canonico maioris, inquisiuit in *Fridericum* de *Carben*, Francofurti ad D. Bartholomæi Canonicum, necis cuiusdam perpetratæ insimulatum. Eodem etiam, Petri nomine, egit cum *Alberto* Duce Brunsvvicensi, eiusque filio, *Othone*, de coemendo ab iis castro *Schonenberg.*

Eberhardus. 13..

Ter anno 1327 habetur in documentis litterariis. Sigillatim in tabulis *Henrici* Vicarii, legantis ecclesiæ D. Petri 7 maldra siliginis Partenhemii prouenientia.

Augustinus. 13..

Anno 1341 *manusidelis* siue vindex testamenti nuncupatus fuit a *Wezelone* de *Weilburg*, Vicario Petrino. Biennio post vero legitur in litteris de insula quadam, dicta *die Schenckenavv*, *Elisabethæ* zum *Marschalck* pleno iure dimissa. Anno dein 1347 in aliis, de quibus in *Anzone* Scholastico.

Conradus. 13..

Occurrit in litteris promiscuis anno 1360 signatis.

Wortvvinus. 136.

Subiit nobis in tabulis *Gerlaci* an. 1363, 14 Kalend. Maii confectis de stipendio Parochi Eltuilensis. Anno 1365 præsedit iudicio Crotzenburgi habito. Vixit adhuc an. 1368, vt ex litteris de locatione quadam patet.

Conradus de *Königstein,* 13..

Baccalaureus in Decretis. Memoratur in litteris Vnionis Cleri contra decimas Papales an. 1372. Anno 1383 Præpositi consecutus dignitatem est.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

1383

Gerlacus.

Conrado ſurrogatus fuit. Occurrit enim anno inſequenti Decani titulo; eodemque rurſus an. 1394 in litteris, quibus *Waltherus* & *Franco* de *Cronenberg*, Milites, conduxere decimas Capituli in tractu villarum *Ovenbach* & *Bürgel*. Et denuo in *Inſtrumento*, vt vocant, *appellationis* ſiue prouocationis, aduerſus *Rupertum Rulonis* de *Wetter*, *Canonicum ſuſpenſum*, ſiue ad tempus officio ſubmotum, qui nihilo tamen ſecius præbendæ fructus ſibi dandos eſſe contendebat.

13..

Henricus de *Igſtatt.*

Fuit ſimul *Canonicus ad D. Stephani.* Nobis vero ſubiit an. 1398 & 1402 in litteris promiſcuis. Delectus anno 1405 a *Ioanne II* Archiepiſcopo, qui vna cum *Ioanne Kotteram*, Decano eccleſiæ S. Martini in Edichenſtein, Sigillifero Moguntino, per Præpoſituras eccleſiarum Moguntinenſium colligeret fructus beneficiorum duobus annis proximis vacantium, & fertonem de bonis Clericorum ab inteſtato decedentium. Quas partes cum dextre obiiſſet, anno 1413 rurſum adhibitus eſt ad colligenda Cleri ſubſidia. Anno 1415 vna cum Capitulo, *Thomæ*, *Comiti* de *Rieneck*, Aduocatiam Crotzenburgenſem lege contulit clientelari, eodemque mortuus eſt.

1415

Petrus de *Ingelheim*, cognomento *Ableſer.*

Cantor vſque huc, Henrici in locum ſubiit, & ad an. 1424 vſque nobis occurrit. Ceterum diu Romæ verſatus fuit, *Bonifacii* Pontificis *IX* a manu; Moguntiæ vero aliquo etiam tempore Præpoſitus ad *D. Stephani.*

142.

Bertholdus Cantrifuſoris
de *Sobernheim.*

Citatur an. 1430, & an. 1431 in litteris, de compoſitione cum *Primiſſario* Eltuilenſi ſuper decimis d. 12 Septembr. facta, in remotis egiſſe, ſiue peregre abfuiſſe dicitur. Memoratur ceteroquin an. 1441 in tabulis, quibus *Eberhardo* de *Scharpfenſtein*, Vicario ad hanc ædem, data permiſſio, aream quandam ædificio inſtruendi. Poſtero factus eſt Præpoſitus.

1443

Wigandus Stalberg,

Hactenus *Scholaſticus; B. M. V.* vero *ad gradus Canonicus.*

Occurrit nobis in litteris Vnionis Cleri anno 1443 datis.

144.

Dudo de *Igſtatt.*

Rector Capellæ S. Vdalrici, & Decanus S. Gangolfi.

Wigandum excepit, e Canonico Decanus conſtitutus: quo titulo anno 1446 & ſeq. adducitur. Anno 1450 Strenuum Militem, *Philippum* de *Cronberg*, Satrapam inſtituit Bürgelenſem, & ſexennio poſt vna cum Capitulo conſenſit, vt *Henrico Leubing*, ſicuti ſupra in *Adolfo* Præpoſito dictum, de reditibus Præpoſituræ penſio conſtitueretur.

14..

Ioannes de *Lorch,*

Decretorum Doctor, huius & Collegiatæ ad gradus Canonicus, S. Moguntinæ Sedis Iudex, & Protonotarius generalis.

Decanus appellatur in litteris an. 1462, die 16 Octobr. ſignatis. Aliis item, quibus an. 1464, octaua S. Ioannis Baptiſtæ, *Philippus*, *Comes* de *Hanau*, teſtatur, fidemque facit, ſe vicos Bürgel & Crotzenburg ad octo annos ſuam ſuſcepiſſe in tutelam. Biennio poſt, Adolfi iuſſu examinauit electionem *Sifridi Plagal* in Scholaſticum Aſchaffenburgenſem, & *Ioannis Heiderich*, in Ilbenſtadenſem Præpoſitum. †ſub an. 1476. Saltim hoc anno *Teſtamentarii*, quos inſtituit, ſiue vltimæ voluntatis ſuæ nuncupati vindices, *dederunt eccleſiæ S. Petri omnes libros iuris*, *Breuiarium*, *& omne argentum*, *vina* -- eius &c. vt in veteri quadam annotatione habetur.

Iacobus

Iacobus Welder de *Siegen*, 147.

SS. Theol. D. huius & B. M. V. ad gradus Canonicus.

Primus Academiæ Moguntinensis anno 1477 institutæ Rector. † anno 1483, die 18 Maii.

[*Eo mortuo* Bernhardus Gros, *Scholasticus ad D. Stephani, vi precum Imperialium Decanatum capessere quidem potuisset, maluit tamen ius suum ad manus Capituli dimittere. A quo dein mense Iunio electus, qui sequitur*, I. W.]

Ioannes Weisberger, 1483

Canonicus. Qui quidem paucis mensibus hanc dignitatem gessit, quippe quam ipso statim hoc anno vna cum vita d. 5 mensis Octobris deposuit.

[*Illo fatis functo, die* 14 *Octobr. per viam compromissi electus fuit* Hermannus Erckel, *Canonicus ad hanc ædem, &* S. Cyriaci *Neuhusæ Præpositus. Sed refugit id muneris ille ac deprecatus est*]

Philippus Freys de *Hanau*, 1483

Canonicus huius & S. Victoris.

Similiter per viam lectus compromissi. † anno 1485, die 9 Iun. omniaque bona sua legauit ecclesiæ.

Conradus Kunckel. 1485

Successit Philippo, Decanus designatus die mensis dicti 18. † an. 1492, die 12 Decembris.

[*Quo morte intercepto, suffragiis legitimis* Ioannes Iacobus Leist, *huius* Scholasticus, & B. M. V. *ad gradus* Decanus, *Conradi in locum expetitus est. Verum ob labores, quibus ille vrgebatur, grauissimos oblatum honorem recusauit*]

Iacobus Koler, 1493

LL. Doctor, huius & S. Victoris Canonicus.

Munere, ad quod an. 1493 electus fuit, anno 1495 se abdicauit, triennio post mense Aprili rebus humanis ereptus.

Bernhardus Schuffut, 1495

Decretorum Licentiatus, B. V. ad gradus etiam Canonicus.

Nauata litteris per biennium Romæ opera, an. 1494 Capitularis factus est, & anno sequenti, quamuis non sine difficultate, Decanus. Anno 1501 incolas superioris vici Rodenbach sacramento de more in sua verba adegit, eodemque Romam concessit. Ceterum ad 1523 vsque annum sæpius in litteris ac documentis occurrit.

Iodocus Selbach, 152.

Legum Licentiatus, & antea *ad D. Emerani Parochus.*

Primum, qua *D. Petri Decanus*, nobis subiit an. 1528 in constitutione Manufidelium D. Stephani. Anno 1548 d. 16 Aug. a *Sebastiano* constitutus est Protonotarius & Iudex generalis. Fuit simul *Canonicus Aschaffenburgensis*, nec non *D. Victoris, & S. Crucis Moguntiæ.* † an. 1558, d. 9 Nouembr.

Philippus Acker, siue *Agricola*, Moguntinensis, 155.

SS. Theologiæ D. Canonicus ad gradus, maioris Ecclesiastes, almi Studii Moguntini Cancellarius.

Aduocatiam villæ *Crotzenbergensis*, extincto Comitum *Rieneccensium*

(qui eam ab aliquot sæculis iure clientelari a *D. Petri* Collegio tenuerant) vltimo, *Philippo*, anno 1561 iuxta cum Capitulo, *Danieli* obtulit. Eximius ceteroqui fuit Theologus, & in rebus tractandis acris, vigilantisque ingenii; qua de caussa anno 1563 ab Archiepiscopo *Daniele* Viennam delegatus est, ad deliberandum de quibusdam in negotio religionis capitibus, præcipue vero de communione sub vtraque, & matrimonio Sacerdotum. Vbi quidem non solum clementer a Cæsare Ferdinando admissus fuit, verum etiam tanti habitus, vt pro ambone sacro verba facere iuberetur. † an. 1572, d. 16 Martii. Cum nonnunquam germanico cognomine vocetur *Acker*, nonnunquam latino *Agricola*, videas, in duas illum haud semel transmutari personas.

1572 ## *Henricus Volmarus*, Warbergensis,

Magna vir & prudentia & virtutis laude. A *Daniele* an. 1570 in Consiliarium aulicum cooptatus & ad varii generis negotia ex eo adhibitus. Interfuit enim an. 1571 electioni Præpositi Ilbenstadensis, & vna cum *Iulio Echter* & *Arnoldo* de *Bucholtz*, Canonicis Moguntinis, interuisit Ameneburgi Collegiatam ad D. Ioannis, Clerum ad meliorem religionis frugem reducturus. Sequenti vero 1572 *Danielis* prouisione simul & Decanus & Canonicus ad *D. Petri* factus est. Presbyteri honores anno demum 1585, recurrente post D. Virginis Luciæ sollemnitatem quatuor temporum feria, capessiuit. † an. 1597, d. 25 Septembr. sepultus ad gradus. Fuit simul Moguntiæ *Canonicus D. Victoris, & B. M. V.* Fritzlariæ vero *Beneficiatus altaris S. Magdalenæ* in monasterio S. Catharinæ & *SS. Nicolai atque Albani* ad S. Nicolaum; Collegiatæ autem Præpositus, isque vltimus.

1597 ## *Christianus Agricola*,

SS. Theol. D. Sigillifer, Præpositus S. Crucis, Canonicus ad gradus, & in maiori quondam *Vicarius* ad *D. Martini* & *Mansueti.*

Prouisione Wolfgangi ex Scholastico Decanus constitutus anno 1597, die 10 Decembr. † anno 1610, die 11 Decembr.

1611 ## *Ioannes Waltz*, Miltenbergensis,

Ex *Cantore* electus *Decanus* anno 1611, die 28 Februar. † anno 1616.

1616 ## *Georgius Fridericus Faust*, Moguntinus,

Huius & ad D. Stephani Canonicus.

Ioanni successit, & an. 1619, die 3 Martii mortem obiit.

1619 ## *Petrus Renatus*, alias *Renartus*,

I. V. L. Scholasticus ad D. Mauricii, Canonicus D. Victoris, & B. M. V. ad gradus, ac Sigillifer Mogunt.

Electione die 25 Iunii facta decessori surrogatus, die 18 Iul. demum possessionem Decanatus adiit, quo dein anno 1622, die 28 Ianuar. se abdicauit, futurus Cantor.

1622 ## *Ioannes Ernestus Neusesser*, Ratisbonensis,

I. V. D. S. Sedis Moguntinæ Protonotarius & Officialis, S. Victoris Canonicus.

Anno 1622, d. 29 Ian. Ioannis Suicardi prouisione Decani honores consecutus est. Magnæ vir dignationis, & ad plurium grauissimorum negotiorum procurationem adhibitus, vti sane an. 1629 Delegati partes pro Archiepiscopo Moguntino obiit, cum monasteria sæculi vsibus a Protestantibus addicta vindicaren-

carentur. † anno 1632, die 5 Iun. Coloniæ in ipso FF. Minorum templo, morte repentina.

Christophorus Beck, *Altæuillanus*, 1632

SS. Theol. D. parochialis Odenmünster Curio.

E Cantore Decanus an. 1632, d. 16 Aug. Coloniæ Agrippinæ electus. † an. 1659, d. 4 Ianuarii.

Petrus de *VValenburg*, 1659

Episcopus Mysiensis, *Suffraganeus Moguntinus*, *Canonicus S. Victoris.*

Prouisione Ioannis Philippi an. 1659 d. 20 Ian. in Beckii locum subiit. Suffraganeus Colonienſis constitutus, an. 1670 die 2 Ian. Decanatu se abdicauit.

Henricus Engels, *Colonienſis*, 1670

Canonicorum ad hanc ædem *Senior*, *ad S. Crucis & Gangolfi Decanus.*

Anno 1670, d. 5 Mart. Petro succeſſor datus. † anno 1674, d. 30 Septembris.

Christianus Lindla, *Colonienſis*, 1674

SS. Theologiæ D.

Canonicorum similiter *Senior*, & quondam ad *D. Victoris* ædem Vicarius. † an. 1682, d. 30 Octobr.

Hieronymus Simonis, *Moguntinus*, 1682

Ex Scholastico Decanus electus an. 1682, d. 2 Decembr. † an. 1700 d. 4 April. ætat. 79 annor.

Arnoldus Isbrandus a *Ravensvvay*, 1700

Nobilis Vltraiectinus, an. 1700 d. 7 Iun. Decanus, Capitularium suffragiis e Canonico designatus. † an. 1717, d. 4 April. Bruxellis.

Ioannes Baptiſta van der *Riet*, 1720

Belfeltensis Gelder, diœcesi. Ruremundanæ, Decanatum non sine graui lite per tres fere annos in curia Romana a maiore Capituli parte ducta obtinuit, & an. 1720 d. 27 Maii in possessionem immissus est.

III

SCHOLASTICORVM.

Illorum, qui prioribus duobus ſæculis Scholaſticorum *perfuncti ſunt muniis, nulla ſuppetit memoria.*

11.. ## VDALRICVS.

OCcurrit an. 1171 in litteris, quibus Chriſtianus I Canonicis ad gradus parochialem Beckelnheimenſem confirmauit, vocaturque *Vdelricus, Magiſter Scolarum.* Dein an. 1173 in tabulis Friderici I Imperatoris de libertate immunitatis eccleſiæ D. Victoris his verbis: *Vdalricus Magiſter Scolarum in eccleſia S. Petri.* Et rurſum an. 1178 in litteris, quibus Sifridus Epiſcopus Brandenburgenſis Waltheri Eremitæ ſiue Solitarii oratorium ſtabiliuit, *Vlricus Magiſter.*

11.. ## *Sigehardus.*

Teſtis in diplomate, quo Conradus I anno 1184 Canonicis B. M. V. parochialem Flersheimenſem, ipſis a Præpoſito Othone collatam, firmauit.

12.. ## *Rifridus.*

Subiit nobis in tabulis Sifridi II, quibus is an. 1211 Canonicis B. M. V. ad gradus conſenſit, vt ad reparationem ædis Marianæ ſtipendia tum vacantia tum proxime vacatura per duos annos inſumere poſſint. Item an. 1215 in contractu quodam, quem Collegium D. Victoris & monaſterium Ilbenſtadenſe inter ſe celebrauere.

121. ## *Arnoldus.*

Teſtis locum occupat in litteris Sifridi II, an. 1216 in gratiam Canonicorum B. M. V. ſemel atque iterum iam dictorum editis: & dein in aliis tum eiusdem, tum Gerbodonis Præpoſiti. Anno 1228 ordinauit 10 ſolidos & 6 denarios monetæ Moguntinenſis in anniuerſario ſuo quotannis Fratribus diſtribuendos, poſtquam ab loco ſepulcri ad chorum fuerint reuerſi, abſentibus æque ac præſentibus. Occurrit adhuc anno 1230.

123. ## *Ioannes.*

Electus ex *Cantore.* Teſtis anno 1234 in litteris Gerbodonis Præpoſiti, quas ſupra dedi ad § 20.

1235 ## *Hertvvicus.*

Teſtis vicem ſubiit anno 1235 in tabulis dicti modo Gerbodonis Præpoſiti, quas ſimiliter attuli ad § 20 & 21. Anno itidem 1245 in litteris Werneri de Bolandia, de quibus in *Walthero* Decano. Non longe poſt Decanus factus eſſe videtur.

12.. ## *Hermannus.*

Fuit ſimul Parochus ad *D. Chriſtophori*, & an. 1252 teſtes inter eſt in tabulis Stephani Decani, ſupra § 22 adductis. Et ſequenti 1253 in litteris Gerhardi Archiepiſcopi de permutatione bonorum quorundam, quam *D. Victoris* Canonici cum Fratribus *D. Diſibodi* fecerant.

12.. ## *Henricus.*

Occurrit an. 1275 in tabulis Cunonis, Decani ad *D. Ioannis*, Collegio *S. Victoris* traditis, & anno ſequenti in tabulis Werntrudis, Magiſtræ ſanctimonialium in Hauſen, de venditis monaſterio S. Claræ quibusdam bonis in tractu villæ Zornheim,

heim, in quibus patronus cœnobii Hauſenſis dicitur. Anno dein 1286 in litteris Canonicorum *D. Victoris*, compromiſſum ſuper decima curiæ Richartshuſenſis ſpectantibus.

Ioannes. 12..

Adductus an. 1299 in tabulis Iudicum Sedis Moguntinæ de controuerſia quadam, quæ Capitulo Petrino erat cum Ioanne, Milite de Ronnenburg, & anno 1307 in litteris Sifridi de Solms, Præpoſiti Aſchaffenburgenſis, de eccleſia Mülenhemenſi a Biberacenſi ſeparanda. Ceterum varias is ædes, easque inter curiam *zum Glockengieſſer*, prope forum gentile, donauit Collegio. Curiam itidem ſuam, *zum Steinheimer* dictam, duobus Capellanis ad D. Petri ab ſe inſtitutis inhabitandam attribuit, vti patet ex litteris Iudicii ſæcularis anno dicto ſignatis.

Erckenboldus. 13..

Teſtis an. 1316 in litteris *Godefridi* de *Eppenſtein*, Præpoſiti Petrini, de bonis quibusdam in Thuringia elocatis. Eodem de bonis ſuis in tractu villæ Heimbach Capitulo donauit perpetuum 6 carratarum ſiue plauſtrorum vini cenſum. † eodem hoc anno. Nobili natum genere exinde patet, quod ii, quibus conſanguinitatis nexu deuinctus fuit, paſſim vocentur *Milites*, ſiue Nobiles, equeſtris militiæ honoribus clari.

Anzo. 13..

S. Petri Scholaſticus dicitur in litteris Henrici III Archiepiſcopi, quibus anno 1347 profitetur, Ludouicum Imperatorem S. Petri Canonicos banno, cui ſubditi fuerant, exſoluiſſe.

Henricus dictus *Steinbuch*, 13..

Huius & ad gradus Canonicus.

Occurrit Scholaſtici Petrini titulo in tabulis Gerlaci an. 1362, & an. 1368 in aliis eiusdem ad Capitulum Francofurtenſe, ſubſidiorum colligendorum gratia editis. Tum vero anno 1377 in inſtrumento de præſtito a *Sifrido* de *Mimelingen*, Præpoſito, cum in poſſeſſionem introduceretur, ſollemni iureiurando, & an. 1384 in litteris quibusdam promiſcuis.

Ioannes cognomento *Waſmudi.* 13..

Eſt in tabulis Capituli, quibus an. 1400 Eberhardo Brunonis, Canonico, curiam clauſtralem *zum Schöneck* conceſſit, & anno 1407 in ſtatutis quibusdam tum conditis.

Nicolaus Bleinich, 14..

Huius Canonicus, & Ioannis Archiepiſcopi Sacellanus.

Anno 1415 Scholaſticus dicitur in litteris Thomæ, Comitis de Rieneck, de recepta in fidem Aduocatia Crozenburgenſi. Nobili ceteroqui ſatus fuit genere.

Wigandus Stalberg, primum. 14..

Memoratur anno 1418 in tabulis Vnionis Cleri, & dein in aliis pluribus ad annum vſque 1428.

Ludouicus Itſtein. 1430

In litteris anno 1429 datis adhuc *S. Petri Canonicus & Iudex immunitatis dictæ eccleſiæ* (vulgariter *Feldmeiſter*) dicitur. Sequenti vero in litteris Vnionis Cleri, *Scholaſticus*, *gerens in præſens vices Decani S. Petri abſentis.* Ceterum pecunias Oratoribus Moguntinis ad Concilium Baſileenſe miſſis ad victum cultumque adſignatas ipſe diſpenſauit, vti patet ex rationibus Theoderico redditis an. 1434 Mercurii poſt D. Bartholomæi. Occurrit adhuc an. 1437.

VVigandus Stalberg, ſecundum. 14..

Diſerte ſiquidem an. 1442, d. 10 Septembr. *S. Petri Scholaſticus* appellatur in Inſtrumento de electione Bertholdi de Sobernheim in Præpoſitum. Factus, ſi non eodem hoc, ſequenti tamen anno Decanus.

Philippus

1443 ## *Philippus Trudelonis* de *Itstein.*

Collegiatæ huius Canonicus. Quo titulo an. 1440 in litteris die S. Galli scriptis inuenitur. Successit Wigando. Quippe anno 1443 in tabulis, quibus Vicaria S. Clementis Plebanatui ad D. Petri adunata fuit, Scholasticus iam audit. Anno 1448, d. 6 April. multa testamento ad pias causas legata constituit, & inter alia *Societati Salmonis* * *in ecclesia S. Petri duas libras perpetui census.* Sepulturæ locum sibi elegit in æde Petrina prope altare S. Crucis, ad latus sinistrum, voluitque lapidem ibidem poni *cum Crucifixo erecto ad deuotionem populi.*

* De qua *Executores testamenti* sic; *D. Testator desiderans laudabilem concordiam Dominorum ecclesie nostre hucusque in* Societate Salmonis, *que erit feria 4 in Rogacionibus, habitam in antea, conseruari & augeri, ordinauit de suis bonis duas libras Halens. perpetue pensionis singulis annis ad dictam Societatem in subsidium Dominorum & Sociorum, qui quandoque per expensas tunc faciendas granantur. Ne igitur huiusmodi pii desiderii & beneficii ingrati videamur, volumus & ordinamus, quod statione illius diei facta, & post decantacionem,* Aue Regina celi, *que ab antiquo ante altare B. V. per Socios prefate societatis decantatur, sepulchrum Domini Testatoris cum Psalmo,* De profundis, Pater noster, & Collecta *pro Sacerdote, visitetur.* Hæc illi; præter quæ nobis de hac *Salmonis societate* nihil se obtulit.

Occurrit adhuc anno 1450 in Instrumento quodam de insula Petrensium in Rheno.

145. ## *Hermannus Rosenberg,*

Decretorum Doctor, S. Petri & B. M. V. Scholasticus, & Canonicus ad D. Stephani, Vicarius in spiritualibus generalis.

Subiit nobis an. 1456 & 1460. Quo quidem anno d. 23 Iun. obiit. Conf. catalogum *Scholasticorum* ad gradus.

146. ## *Ioannes Erckel,*

Huius Cantor, & S. Victoris Canonicus.

Scholastici Petrini consecutus dignitatem, an. 1466 iussu Adolfi II Archiepiscopi consedit in eos, qui Collectas soluere detrectabant. Collegæ erant *Ioannes Schvvertman*, Francofurti Decanus ad D. Bartholomæi, *Maternus* de *Bibra*, Cantor ibidem, *Ioannes* de *Ortenberg*, Decretorum Doctor, Canonicus D. Stephani. † an. 1468 mense Februario.

1468 ## *Adolfus* de *Breithart,*

Decanus, & post *Scholasticus* ad gradus.

Adolfi, dum Erfordiæ Prouisor erat, Ἀρχιμάγειρος *, & dein Cancellarius †.

* Ita namque *Adolfus* an. 1467: *Als der Erbare* Adolf *von* Breithart, *Dechant vnser lieben Frauen zu den Greden --- zu der zyt, als vvir Prouisor zu Erfurt vvaren, etlich Iare vnser* Kuchenmeister *vnd* Official *daselbs, vnd bis her vnser Diener gevvesen ist &c.*

† Vt in catalogo *Cancellariorum* videre est.

Successit anno 1468 Ioanni. Anno 1483 ab Alberto Administratore in compensationem officiorum ecclesiæ Moguntinæ præstitorum ad dies vitæ obtinuit curiam *zum Thiergarten.* Et an. 1486, d. 19 Maii a Bertoldo non modo in Consiliarium adsumtus, verum etiam omni quorumcunque Iudicum & Commissariorum potestate & iurisdictione, etiam Vicarii in spiritualibus exemptus est, vt adeo solius Archiepiscopi subesset iudicio. † an. 1491, d. 24 Iul. Si plura velis, adeas catalogum *Scholasticorum* ad gradus.

1491 ## *Ioannes Iacobus Leist,*

Decretorum Doctor, Decanus B. M. V. ad gradus, Francofurti *ad D. Bartholomæi, &* Moguntiæ *ad D. Stephani Canonicus.*

Consiliarius Bertholdi, &, vti sæpius vocatur, *familiaris.* Scholastici munus prouisione adeptus Apostolica est, *Godefrido* de *Hatstein*, qui iam actu possessionem

possessionem ceperat, cedere coacto. Anno 1495 expediendorum Bertholdi nomine negotiorum ergo Romam missus fuit, & cum plures annos Scholasticum egisset, Fratri cessit, vt tamen definiri haud possit, quo obierit anno. Ad 1505 annum vsque hoc adhuc titulo insignitus inuenitur.

Antonius Leist, 15..

Huius & B. V. Canonicus, Decanus D. Ioannis & quondam ad *S. Crucis* quoque.

Vocatur an. 1494 *Iudex & Conseruator iurium, priuilegiorum, libertatum atque bonorum Capituli S. Victoris, auctoritate Apostolica deputatus.* Qua *D. Petri Scholasticus* occurrit anno 1519. † anno 1524, sepultus ad gradus ante aram B. V.

Balthasar Geyer, 15..

I. V. D. S. Petri Scholasticus, D. Victoris, & S. Crucis Maguntiæ, nec non *S. Bartholomæi* Francofurti *Canonicus.*

Constitutus anno 1544 Prouicarius, & an. 1548 Vicarius in spiritualibus generalis. † anno 1553, mense Augusto.

Successor nos adhuc fugit.

Valentinus Dherr, Idtsteinensis, 1561

Quondam *Vicarius Metropolitanus* tit. *S. Bonifacii, huius & ad gradus Canonicus.*

Electus anno 1561. † an 1570, d. 8 Februarii. Magna vir erga D. Petri Fratres & beneuolentia & benignitate.

Suibertus Staden. 1570

Quondam ad *D. Stephani* Vicarius, *huius & S. Mauricii Canonicus, B. M. V. ad gradus Cantor.* Surrogatus Valentino. † an. 1571, d. 27 Octobr.

Wilhelmus Ebersheim, 1572

Cognomento *Carpentarius*, Moguntinus. E Canonico Scholasticus designatus anno 1572, die 6 Februar. & cum dignitatem hanc 7 mensibus gessisset, die 20 August. eam dimisit. Capituli tamen victus precibus, die 8 Nouembr. denuo suscepit. † anno 1584, d. 28 April. Fuit simul *Præpositus D. Mauricii, Scholasticus ad S. Stephani, Canonicus Victoris, Vicariorum metropolitanorum Senior, Reuerendissimi Capituli Secretarius.* Vir in rebus agendis, stiloque consignandis exercitatissimus. Ceterum de Collegio Petrensi quam optime meritus: quippe cui viuens omni studio inseruiit, moriens 800 florenos, vna cum vasis aliquot argenteis, legauit.

Fratrem habuit *Ludouicum*, haud minoris celebritatis apud Moguntinos virum, *ad D. Mauricii Decanum, SS. Petri, Stephani, atque Victoris Canonicum, Vicariorum metropolitanorum itidem Seniorem.* † an. 1583, d. 8 Decembr.

Antonius Faust, Moguntinus. 1584

Quondam Vicarius ad D. Victoris. *Canonicus ad S. Stephanum, & Decanus S. Ioannis.* † an. 1586, d. 24 Decembr.

Christianus Agricola, 1587

SS. Theol. D. Canonicus huius, & Vicarius maioris.

Antonii in locum suffectus anno 1587, d. 27 April. haud ita multo post factus quoque Sigillifer. Anno 1597 ad Decani adscendit honores.

Eberhardus Pless, Moguntinus, 15..

Ecclesiarum S. Petri, B. M. V. (vbi quondam Cantor) *D. Victoris, nec non ad SS. Petri & Alexandri* Aschaffenburgi *Canonicus.*

Christianum excepit. † an. 1610, d. 18 Nouembr. quo quidem anno vota soluendi caussa ad *D. Mariæ Lauretanæ* ædem profectus erat.

1610 ## *Valentinus Füll*, Idtſteinenſis,

S. Stephani Decanus, huius & S. Mauricii Canonicus.

Electus die 13 Dec. † anno 1623, die 20 Nouembris.

1623 ## *Michael Heck*,

I. V. L. Canonicus.

Precibus commendatus Imperialibus, d. 22 Decembr. Scholaſteriæ poſſeſſionem cepit. † anno 1636, die 2 Maii, Coloniæ Agrippinæ in exilio.

1636 ## *Adolfus* a *Pempelfurt*, Rattingenſis,

I. V. L. Coloniæ ad D. Georgii Decanus, Colonienſis per Weſtphaliam Officialis, Archidiaconus Soeſtenſis & Præpoſitus.

Prouiſione Canonicatum & Scholaſteriam conſequutus eſt an. 1636, die 8 Maii, in poſſeſſionem vero immiſſus d. 4 Auguſti. Sequenti ab Anſelmo Caſimiro Protonotarius conſtitutus & Iudex generalis. Fuit etiam Moguntiæ *D. Victoris*, & Frizlariæ *S. Petri Canonicus.* † an. 1659, d. 17 Decembr.

1660 ## *Ioannes Vagtz*, Linzenſis,

SS. Theol. D. Decanus ad gradus, Cantor huius, & Canonicus S. Ioannis,

Eminentiſſimi Archiepiſcopi Protonotarius & Iudex generalis. Adolfo ſuffectus anno 1660, d. 3 Febr. † an. 1663, die 19 Ianuar. *Vir*, vti in Commentariis annotatum, *pietate & ſcientia excellens, moribus exemplaris, in negotiis eccleſiarum & Principis verſatiſſimus, pro eccleſia etiam cum diſcrimine vitæ laborans, alimenta confratribus tempore difficillimo Suecici diſturbii procurans, liberalis in viuis erga pauperes quoscunque, legata plurima relinquens pauperibus, xenodochiis, fraternitatibus, monaſteriis* &c. *Heredes eccleſias S. Petri & B. V. inſtituens.*

1663 ## *Woltherus Henricus* a *Strevesdorf*, Noveſienſis,

Ord. Eremitar. S. Auguſtini, Epiſcopus Aſcalonenſis, Suffraganeus Moguntinus, tum *Erfurti ad B. V. Præpoſitus.*

Archiepiſcopi Ioannis Philippi prouiſione Scholaſticus factus anno 1663, poſſeſſionem cepit d. 5 Febr. † anno 1674, die 8 Maii.

1674 ## *Henricus Turnich*, Colonienſis,

I. V. D. Protonotarius Apoſtolicus, Canonicus ad gradus, ad D. Gangolfi Decanus.

Ex Cantore Strevesdorfii ſucceſſor anno 1674, die 8 Maii. † anno eodem die 8 Auguſti.

1674 ## *Hieronymus Simonis.*

Henricum excepit, & an. 1682 renuntiatus eſt Decanus.

1682 ## *Edmundus Gedult* de *Iungenfeld*, Moguntinus.

Quondam *Præpoſitus*, dein *Canonicus*, & an. 1682, d. 9 Decembr. Hieronymo ſucceſſor datus. Anno 1703 ad *titulos* vocatus *Mallenſes*, & *Suffraganeus* conſtitutus *Moguntinenſis.*

IV

CANTORVM.

Vti priorum duorum ſæculorum Scholaſtici, *ita etiam* Cantores *nobis haud occurrerunt.*

HENRICVS. 11..

ANno 1174 teſtes inter eſt in litteris Burchardi Præpoſiti, quas ſupra ad § 8 legendas dedi.

Himgerus. 117.

Anno 1178 eundem ſubiit locum in litteris Sifridi, Epiſcopi Brandenburgenſis, de quibus ante in *Vdalrico* Scholaſtico.

Ruggerus. 11..

Teſtibus adſcriptus an. 1184 in litteris Conradi I, de quibus ſupra in *Sigehardo* Scholaſtico.

Theodericus. 118.

Suo teſtes inter loco in tabulis eiusdem anno ſequenti 1185, bono Canonicorum ad D. Victoris confectis, & dein an. 1189, 1194, 1196 in aliis.

Henricus. 1...

Vixit circa an. 1204 vel 1206, vti patet ex litteris Iudicum ſedis Moguntinæ, quas in chronico *D. Stephani* inuenies.

Baldemarus. 120.

Occurrit an. 1210 in litteris Sifridi II, quas itidem ibidem legas, & an. 1213 in tabulis eiusdem, quarum apographum habes in chronico *D. Victoris.*

Cunemannus, 121.

Teſtis in litteris Sifridi II an. 1216 Canonicis ad gradus traditis. Dein anno 1218 in tabulis de permutatis quibusdam bonis cum Henrico Milite, dicto Gragelsheim, cognomento Schell. Anno denique 1225 in aliis Gerbodonis Præpoſiti, quibus ſupra § 18 locus eſt.

Ioannes. 122.

Teſtis locum ſubiit in litteris Sifridi II, ſæpius iam dicti, Santalbanenſium in gratiam an. 1227 & 1228 ſignatis. factus poſtea Scholaſticus.

Conradus. 12..

Memoratus inter teſtes an. 1236 in tabulis Sifridi III de domo hoſpitali S. Spiritus. In aliis an. 1245 (de quibus in *Walthero* Decano) vocatur *Cantor S. Petri & Parochus S. Heimerammi.*

M. Richardus. 12..

Anno 1252 teſtibus adnumeratus in litteris Decani S. Stephani, & anno ſequenti tum in tabulis Archiepiſcopi Gerhardi, tum Præpoſiti Wernheri.

Ioannes Lugelin. 12..

Notus nobis ex litteris Godefridi de Eppenſtein, iunioris, an. 1274 editis, quibus Capitulo ad ædem hanc Petrinam emptionem bonorum quorundam feudalium in tractu Bürgel ab Hartmudo de Saxenhauſen, Milite, confirmauit.

1274 ## *Bertholdus.*

Anno 1275, feria 5 post memoriam Apostolorum ab se discedentium, aream quandam in villa Gunzenheim, quam Henricus Camerarius, Canonicus ad D. Petri, ære suo coemerat, & Capellæ D. Bonifacii in curia Rhingrauii addixerat, ad dies vitæ clientelari fide recepit, vt B. Bonifacii adstringeretur seruitio. Mortis memor an. 1296, 14 Kal. Ianuar. testamentum condidit, quo ædi Petrinæ tum ad ignem septem lampadum die noctuque fouendum sumtus attribuit, tum libros suos legauit; ceterum vero conuictorum suorum pio memor fuit animo.

Iuuabit adducere verba ipsa: *Item do & lego ecclesie mee S. Petri ad VII lampades diu noctuque arsuras in eadem ecclesia, quarum due ardebunt ante altare* S. Petri, *tertia ante altare* B. Martini *in crypta, quarta ante altare* B. Stephani, *quinta ante altare* S. Ioannis, *sexta ante altare* B. V. *& septima ante altare* S. Nicolai *sub turribus --- Item libros meos* Missales *nouos, quos scripsit michi Ioannes dictus Pincerna, Vicarius ecclesie mee, lego ad summum altare S. Petri, vt ibidem quotidie Misse celebrentur, & nolo, vt vendantur, neque commutentur, neque dispartiantur --- Item librum* Impositionis, *quem scripsit michi Iohannes idem, lego ad* officium Cantoris *--- Item lego librum meum* Matutinalem *ecclesie S. Gingolfi Canonicis & Vicariis--- Item volo & manufidelibus meis committo, vt ipsi omnes commensales meos, siue sint Canonici, siue Vicarii, post obitum meum in expensis curie mee procurent honeste per mensem, ne ipsos tanquam oues errantes contingat euagari---*

129. ## *Conradus.*

Occurrit an. 1299 in litteris de sexta parte iuris, quod dicitur *Verschaz*, prouenientis in vico Castell, de portorio Rhenensi, spectantis pro vna ex dimidio ad Collegium D. Petri, pro altera, ad monasterium D. Iacobi. Et an. adhuc 1316 in tabulis de insula quadam elocata.

13.. ## *Ioannes.*

Cantor & Procurator campi dicitur an. 1336 in litteris de vendito quodam 8 solidorum censu, proueniente de horto, sito prope S. Theonestum.

13.. ## *Henricus* de *Silberberg,*

(Nonnunquam *de monte argenteo*) *Cantor S. Petri extra muros Moguntinos.*

Iudex generalis seu iurium conseruator Honorabilium Virorum, Decani & Capituli S. Stephani, a sede Apostolica delegatus, decidit an. 1354 litem, quæ tum Capitulo S. Stephani intercedebat cum Godeschalco, Prouisore nouæ domus hospitalis Nideringelhemensis, de decimis quorundam noualium siue agrorum tum primum proscissorum. † d. 21 Ian. an. 1355. Diem quidem nobis signat necrologium D. Victoris, vbi a. d. 12 Kal. Febr. sic; † *Henricus* de *Silberberg, Cantor ecclesie S. Petri, & huius Canonicus.* Annum vero exinde colligere est, quod in litteris an. 1355 a. d. 16 Kal. Nouembr. signatis diserte dicatur: *Henricus* de *Silberberg, quondam Cantor S. Petri.*

13.. ## *Nicolaus* zum *Weidenhof.*

Cantor, in litteris, quibus an. 1365 Capitulum Ioanni de Neuenrod varia bona siue prædia in tractu villæ Niderheimbach ad emphyteusin siue pro certa pensione concessit Lunæ ante Hypapantem.

1368 ## *Iacobus* dictus *Nussbaum.*

Cantor & Magister campi, an. 1368 manufidelis siue testamenti vindex nuncupatus a Cantore D. Stephani †. Anno adhuc 1384 occurrit in litteris quibusdam promiscuis.

† *Quum anno* 1367, *d.* 20 *Decembr. solo* Canonici *titulo adhuc appelletur, anno hoc* 1368 Cantorem *renuntiatum fuisse colligas.*

Gerla-

Gerlacus. 13..

Memoratus in litteris Capituli, quibus an. 1400 Eberhardo Brunonis, Canonico, curiam clauſtralem, dictam *zum Schôneck*, conceſſit.

Eberhardus Brun. 1400

Anno 1401 in octaua Epiphanias vineas quaſdam in confinio villæ Gunſenheim vendidit.

Ioannes de *Bensheim,* 140.

Protonotarius Ioannis II Archiepiſcopi & Electoris.

Qua *S. Petri Cantor* obtulit ſe nobis an. 1404, 1405. Cantoria ſe abdicaſſe videtur. Anno 1411 qua *Præpoſitus S. Crucis* nobis adhuc ſubiit.

Petrus de *Ingelheim.* 140.

Occurrit an. 1407 & 1411; dein an. 1415 in formula, qua Aduocatia Crozenburgenſis Thomæ Comiti de Rieneck iure beneficiario aſſignata eſt. Ceterum eodem h. an. 1415 factus eſt Decanus.

Godefridus Hirſch. 1415

Siue, vti tum ſcribebatur *Hirtz*, vixit an. 1418 & ſeq.

Henricus Heſs. 14..

Cantor an. 1431 in litteris, de quibus in *Bertholdo* Decano, & an. 1434 in libello Cleri Moguntini, Patribus Concilii Baſileenſis porrecto.

Henricus Erckel, 14..

Cantor huius, & ad gradus Canonicus.

Nobis primum ſubiit an. 1441 in confirmatione teſtamenti *Henrici Ehrnfels*, Præpoſiti; dein anno ſequenti in inſtrumento de electione *Bertholdi* de *Sobernheim* in Præpoſitum &c.

Sanderus de *Martinshauſen,* 144.

Baccalaureus in Decretis.

Cantoris titulo nobis ab an. 1445, & deinceps ſingulis fere annis ad 1455 vsque occurrit. Fuit ſimul *Syndicus & Procurator Venerabilis Cleri Moguntini.*

Ioannes Erckel, 145.

Huius Cantor, & ad D. Victorem Canonicus.

Anno 1457 delectus fuit, qui colligeret ſubſidia. Biennio poſt vero d. 17 Iul. a Diethero conſtitutus Iudex & Conſeruator iurium, priuilegiorum, rerum, & bonorum ſanctimonialium ad *D. Claræ*, & an. 1460 monaſterii ſimiliter Iacobæi. Factus poſtea *Scholaſticus.*

Petrus Guffer, 146.

Decretorum Licentiatus, Commiſſarius in ſpiritualibus.

An. 1464 vna cum *Heyſone Grauel*, Heilgenſtadii ad D. Martini Præpoſito, iuſſu Adolfi collegit ſubſidia per terminos Præpoſiturarum diœceſis Moguntinæ; eodemque examinauit electionem Henrici Henning in Cantorem Collegiatæ ad D. Bartholomæi Francofurti. Sequenti, qua *Commiſſarius in ſpiritualibus*, rationes reddidit Adolfo. Vixit adhuc an. 1470. † anno eodem.

Ioannes Caſſel, 1470

Huius & D. Stephani Canonicus.

Petro ſucceſſit. quippe an. eodem, quo ille obiit, ſabbato poſt Vlrici a

Georgio Kindelman, Decano S. Crucis, Collegio S. Victoris datus fuit fideiussor siue sponsor. Sequenti 1471, Dominica post Bonifacii adducitur in tabulis *Craftonis* de *Aldendorf*, Militis, de lite, quæ Capitulo erat cum ciuibus quibusdam Erbacensibus, contendentibus, decimas vini rubri soluendas mero albo. † an. 1477.

1477

Sifridus Liedbecher.

Ioanni surrogatus est, & Cantoris munia obiit ab an. 1477 ad 1491 vsque, quo altera post Vdalrici vita excessit. Vir diuersis ad curiam Romanam legationibus clarus.

1491

Petrus de *Clappis.*

Vi litterarum Apostolicarum Cantor factus. Fratrem habuit *Antonium* de *Clappis*, Præpositum Cathedralem Vormatiensem, & Moguntiæ ad D. Stephani Canonicum, sedis Apostolicæ Protonotarium, de maiori Moguntina admodum bene meritum.

149.

Iodocus Yst,

S. Gangolfi Decanus.

Cantoris Petrini titulo nobis occurrit an. 1495 & 1501. quem dein, vna cum loco atque emolumentis, *Hermanno Schufut* circa an. 1508 in curia Romana dimisit: vt tamen, cum nescio quid interueniisset, sibi viam ad istum rursus patere existimauerit, impetratis ab Auditore Cameræ tum ad Capitulum, tum Hermannum, inhibitoriis. Quarum tamen ratione haud habita, Hermannus an. 1509 in possessionem immissus fuit.

150.

Hermannus Schufut.

Cessione, vt dictum, *Iodoci Yst*, Cantor factus, & an. 1509, mense Iunio, ipsius in locum introductus est, quem tamen haud ita diu tenuit, quippe circa an. 1512 Romæ vita defunctus. Quo mortuo Iodocus quidem denuo, sed incassum, Cantoriam vacasse contendit. Successit itaque

151.

Conradus Fickel.

Is autem nobis occurrit in protocollo Actorum an. 1514 ad d. 9 Maii, p. 256, his quidem verbis: *Responso habito Clerus rediit ad locum Capitularem B. M.V. ad gradus --- & vnanimi consensu concluſit, quod litteræ ad DD.* Ioannem *von* Hof, *Scolast. S. Victoris*, & Conradum Fickel, *S. Petri extra muros Mogunt. Cantorem, conceptæ duplicari & conscribi deberent* &c.

151.

Petrus Flachsvveiler,

SS. Theol. Doctor, eiusque in Academia Moguntina PP.

Conradum excepit, & *Cantoris* ad D. Petrum titulo nobis iam an. 1519 subiit. † anno 1542. Confer *Catalogum Rectorum sæculi I*, vbi plura de eo inuenies.

154.

Iacobus Kreich.

Scholasticus huius & S. Mauricii, nec non Vicarius Maioris.

Vita concessit an. 1561, 3 Id. Aug.

Quo mortuo vi precum iam resignatarum intrudere se conatus est Valentinus Bocher, *huius, D. Victoris item, & ad gradus Canonicus; magnis in aula tum Romana, tum Cæsarea turbis excitatis. Tandem. Ottonis Cardinalis, Episcopi Augustani, ac Friderici, Episcopi Herbipolensis, deprecatione a Daniele in gratiam receptus, ius suum omne ad manus illius an.* 1566, *d.* 12 *Aug. dimisit.*

Ioannes

Ioannes Vnckel, Keisersvverthensis, 1566

Ad D. Stephani Canonicus, quondam etiam *Decanus*,
Sigillifer Moguntinus.

Prouisione Danielis an. 1566 e Canonico Cantor factus. † anno 1567, d. 30 Decembr.

Ioannes Theodorus Aslerus, 1568

S. Gangolfi Decanus, huius Canonicus.

Ioanni suffectus. † anno 1572, d. 6 Iul. sepultus in æde Petrina.

Mathias Numerich, 1572

Canonicus S. Stephani.

Vi precum Imperialium in locum Asleri subiit. † anno 1586, d. 2. Iulii.

Ethereus Hofmann, 1586

SS. Theologiæ D.

Prouisione Matthiam excepit. † anno 1597, die 3 Februar. Fuit simul *Præpositus ad D. Stephani, Decanus ad gradus, & Sacellanus Archiepiscopalis.*

Ioannes Walz. 1597

Ethereo successit. Anno 1611 Decani consecutus est honores.

Tobias Roberus Molitoris, 161.

Moguntinus,

Cantor S. Petri, & Vicarius in maiori *ad D. Dionysii.*

† anno 1624, die Christo arcem cæli adscendenti sacra. Fuit *Sacrista* siue supellectilis sacræ Custos per 30 annos, & ecclesiæ insignia legata testamento reliquit.

Christophorus Beck, 1624

Ad hanc ædem primum *Vicarius*, dein *Canonicus.*

Anno 1624 d. 20 Iun. vi precum Imperialium in possessionem Cantoriæ immissus est. Anno 1632 Decani obtinuit dignitatem.

Petrus Renatus, 1635

I. V. L. Celsissimi Archiepiscopi & Principis Electoris Sigillifer, ecclesiarum B. M. V. ad gradus & D. Mauricii Scholasticus, adis metropolitanæ Vicarius, & huius ad D. Petri quondam Decanus.

Cum tres annos Cantoris vacasset locus, an. 1635 Anselmi Casimiri beneficio eum obtinuit. † an. 1639, d. 9 Septembr.

Ioannes Vagtz, 1639

Huius & B. M. V. in monte Francofurti *Canonicus.*

Petro suffectus est an. 1639 mense Octobri. Anno dein 1648, d. 1 Decembris Protonotarius euasit ac Iudex generalis. Anno 1660 vero factus est Scholasticus.

Illo decedente, diuisis suffragiis duo electi, Henricus Turnich, & Henricus Engels. *Quorum ille Eminentissimi Archiepiscopi probatus sententia est. Sic ergo*

Henricus

1660 *Henricus Turnich*

Cantoris partes capessiuit & vsque ad annum 1674 obiit, quo Scholastici adeptus dignitatem est.

1674 *Petrus Gerhardus* de *Huart*,

Henrico, Cantoria se tum abdicanti, successor datus. † an. 1681, d. 14 Ianuarii.

1681 *Ioannes Adamus Mühlen*,
Boppardiensis,
SS. Canonum D. huius & S. Crucis Canonicus.

Huartum secutus, fato suo functus est an. 1711, d. 21 Septembris.

1711 *Ioannes Rudolfus Dreymüllen*,
Moguntinus.

Hodiernus *Cantor*, non sine laude, ob nauatam nobis insignem beneuolentiam, hic memorandus.

ECCLE-

ECCLESIAE
ad
S. STEPHANVM
intra mœnia Moguntina
COLLEGIATAE
CHRONICON.

SECTIO I
De Collegiatæ huius auctore, ſtatu, fatis &c.

I

De eccleſiæ huius auctore.

IS *Villigiſus* eſt Archiepiſcopus ; Præſul acris , vigilantisque ingenii, & tum virtute, tum doctrina, tum auctoritate nulli ſuo tempore ſecundus.

Qui ſicuti nil magis penſi habuit , quam vt res eccleſiæ, ſuæ potiſſimum , promoueret, amplificaretque , ita præter ædem principem , *D. Martino* dicatam , & hanc ad *D. Stephanum* a fundamentis excitauit , ſtatuitque.

Docent id *Marianus Scotus* in chronico , & *Trithemius* in Hirſaugienſi- quorum verba cum *Serarius* iam libro V, in *Willigiſo*, § VI p. 452 adduxerit, hic repetere nolumus. Subiungimus potius duo alia teſtimonia : quorum quidem primum eſt e carmine circum *S. Stephani* turrim , antequam illa deflagraſſet , olim ſcripto, & ita habet :

" Stephanicum in monte " templum facit hoc bene ſponte.

Alterum eſt *Alberici*, trium fontium Monachi, in chronico pag 40; *Willigiſus ſtruxit* " montem S. Stephani ", *in quo ſepultus eſt.*

II

De tempore , quo ea cœpit.

Quo regiminis ſui anno manum excitandæ iſti admouerit, diſerte quidem, accurateque definiri nequit. Cum tamen Otho III Imperator in tabulis (quibus Fratribus in ea Deo ſeruientibus anno DCCCCXCVI, die XII Februarii , certas transſcribit poſſeſſiones) illius , vt iam conſtructæ , mentionem faciat , veriſimile omnino eſt , ſub annum DCCCCXC vel circiter Willigiſum eam ſtatuiſſe.

III

De ſitu ipſius.

Condidit autem hanc ad *D. Stephanum* ædem intra mœnia Moguntina , in editiore vrbis parte : quæ poſtmodum *noua ciuitas*, item vernacula *der Stephans-Berg* appellari cœpit. Et hinc in charta *Bardonis* , quam ſtatim dabimus , diſerte appellari videas *eccleſiam Stephani protomartyris " infra murum Moguntiæ in monte ſitam "*.

IV

De ipsius statu.

Voluit autem esse *Collegiatam*, vt vulgo loquuntur, id est, id genus ecclesiam, quæ Collegio gauderet Canonicorum.

Fratrum vero, qui sacro eam curarent officio, voluit esse numero plures; XXXVI quidem; vt vetus quidam auctor *de vita Willigisi* ἀνέκδοτος adhuc, habet cap. II.

V

De ipsius consecratione.

Quum legibus ecclesiasticis receptum sit, ædes sacris vsibus destinatas ritu quodam sollemni dedicari, nec hic partibus suis defuit Willigisus; sed quam statuit, consecrauit ipse, magnaque religione honori B. protomartyris *Stephani* dicauit. Memorat id nobis, quem modo diximus, manuscr. l. d. *contra aliam in monte ciuitatis* "S. Stephano" *fundauit*, & "*ipsemet consecrauit*".

VI

De ipsius dote.

Fuit is larga admodum, multarumque possessionum. Donauit enim ecclesiæ huic parœciam in villa *Brunnen*, quam quidem sat latis circumscripserat finibus, vt videre est in hac *Bardonis* Archiepiscopi charta, quæ αὐτόγραφος adhuc adseruatur, nulla parte vel vitiata, vel mutilata;

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Notum sit cunctis in Christo credentibus, presentibus scilicet, atque futuris, quod hic est terminus determinacionis ecclesie, quam Willigisus *Venerabilis Archiepiscopus in villa, que dicitur* Brunnon, *iussit construi, & a* Staggone *Episcopo Danorum fecit consecrari: a fonte fluuii* Wilene, *& sic fluuium descendendo vsque ad eum locum, qui vulgo dicitur* Lach, *vbi predia* Hartmanni *&* Baganhardi *finiunt, & sic in fluuium, qui dicitur* Scanvvilina, *& eundem fluuium ascendendo ad eum locum, vbi predia* Cuononis *Ducis, &* Hartmanni *inuicem separantur; & inde vsque in medium montem* Veltberc, *ad eum lapidem, qui vulgo dicitur* Lectulus Brunnihilde, *& sic viam quandam vsque ad* Esgenestruot, *vbi* Ronebach *riuulus oritur, & inde per medium montem* Bodenhart, *& sic in finem eiusdem montis vsque ad eum locum, vbi scamna sunt posita, & a scamnis vsque in illum montem, qui dicitur* Wazzonis *mons, & inde in fontem, qui dicitur* Belebrunnon, *& sic in riuulum, qui dicitur* Buochbach, *ac totum predium* Beroldi, *in loco, qui dicitur* Laresbach; *& sic descendendo in fluuium, qui dicitur* Bruofdera, *& eum fluuium descendendo vsque ad eum locum, vbi* Duosna *influit, & illud flumen ascendendo vsque in eius fontem, & a fonte* Duosne *fluuii in plateam, que de* Wisebadon *tendit in* Logenahi, *& sic per eam plateam vsque ad eum locum, qui dicitur* Pfal, *& sic in* Pfal *in circuitu vsque ad fontem* Wilene *fluuii predicti; quam ecclesiam cum vniuersa determinacione tempore* Ottonis *Iunioris Imperatoris idem prefatus Archiepiscopus* Willigisus *ad ecclesiam sancti Stephani protomartyris, infra murum Moguncie in monte sitam, seruicio Fratrum, ibidem Deo seruiencium, cum omni vtilitate donauit. Sed tunc temporis eadem ecclesia lignea erat, que postea tempore* Henrici *Regis, filii* Cunradi *Imperatoris, ac Domini* Bardonis, *Venerabilis Archiepiscopi, in melius restaurata, lapidea facta est. Illud igitur nichilo minus lateat, quod idem Dominus Venerabilis Archiepiscopus* Bardo *eandem ecclesiam ipse consecrauit, atque eandem terminacionem cum vniuersa decimacione eidem ecclesie omni integritate firmauit.*

Et vt hec firmacio stabilis & inconuulsa permaneat, hanc epistolam conscribi iussit, & sigilli sui impressione corroboratam, subtus firmare precepit. Si que autem persona, magna vel parua, contra hec venire, vel aliquid, quod factum est, permutare temptauerit, iram omnipotentis DEI, & S. Stephani protomartyris incurrat, & omnibus Christi fidelibus resistentibus votum suum ad vnguem non perducat, ac diuini anathematis vlcione dampnetur. Hec autem facta sunt anno Dominice incarnacionis MXLIII, Indict. XI.

Præter

Præter istam vero eidem tradidit parœciam *Monsterliederbacensem*, vna cum decimis, aliisque prouentibus; vt ex tabulis Arnoldi Archiepiscopi, quas n. X dedimus, patet.

Cum maxime vero ei ab Othone III Imperatore multa precibus suis impetrauit bona, vt ex iis, quæ subiungimus, perspicuum erit.

VII


De possessionibus eiusdem Othonis III *liberalitate auctis.*

Otho III, ad preces Willigisi, Fratribus Deo ibidem famulantibus anno DCCCCXCVI tradidit prædium, quod *Balzo Episcopus in marca Buochinebach dicta, & in Comitatu Adelhardi Comitis* hereditario habuerat iure, idque ipsum cum omnibus vtriusque sexus familiis, mancipiis, areis, ædificiis, pratis, campis, pascuis, & id genus bonis aliis: vt ex tabulis hisce, quibus id ipsis transscripsit, pluribus cognoscere est.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. OTTO *diuina fauente clemencia Rex. Dum Rectorum quorumcunque, & maxime Regum sit, ecclesiarum Dei commoditatibus animo liberali consulere, & ne detrimentum paciantur, ante omnia officiosius inuigilare; nos eciam, beniuolencia qua scimus & possumus aptissima, in eodem peragendo deuotissimi constamus, nec non, Deo propicio, res ecclesiarum pro loco & tempore sedulo subministrare, augere, ac promouere paramus. Vnde fidelis nostri* Willigisi, *Mogunciensis ecclesie Archiepiscopi, seruicio commoniti, ecclesie* S. Stephani *protomartyris, infra murum eiusdem ciuitatis constructe, in stipendiarium famulicium Fratribus, Domino ibidem seruientibus, omne predium, quod* Balzo *Episcopus in marca*, Buochinebach *nominata, & in Comitatu* Adelhardi *Comitis hereditario iure retinuit, nostre potestati iuste mancipatum, in proprium addiximus, totumque, quicquid ibidem est vtilitatis, cum decimacionibus, familiis vtriusque sexus, mancipiis, areis, edificiis, pratis, campis, pascuis, terris eciam cultis & incultis, siluis, omnique siluatica vtilitate, aquis, aquarumque decursibus, piscacionibus, molendinis iam structis vel adhuc construendis, viis & inuiis, exitibus & reditibus, inuentis, quesitis & adhuc quomodolibet acquirendis, ecclesie iam dicte seruicio cum omni integritate donauimus. Et vt huius regalis nostre mancipacionis auctoritas firma, stabilis, & inconuulsa perpetualiter consistat,* * *conscribi iussimus, & sigilli nostri impressione corroboratum, regali quidem manu nostra subtus firmauimus. Datum XII Kalend. Februar. anno Dominice incarnacionis DCCCCXCVI, Indict. IX, anno vero Tercii* Ottonis *regnantis XIII. Actum Moguncie feliciter, Amen.*

* hoc precep-tum

Signum Domini Ottonis *Episcopus & Cancellarius, Glorioſissimi Regis.* Hildebaldus, *ad vicem* Willigisi *Archicapellani recognoui.*



Sequenti anno eisdem porro dedit, in perpetuumque concessit prædium, quod *Balduinus Traiectensis Episcopus in marca Buochinebach* nominata, in pago *Rangovve* dicto, *in Comitatu Adelhardi Comitis*, habuerat: vti itidem legere est in hisce, quas hac de re dedit, litteris:

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. OTTO *diuina fauente clemencia Romanorum Imperator Augustus. Cum Rectorum quorumcunque, ac maxime Imperatorum sit, ecclesiis DEI animo liberali consulere, & ne detrimentum paciantur, ante omnia officiosius inuigilare; nos eciam, beneuolencia qua scimus ac possumus aptissima, in eodem peragendo deuotissimi constamus, nec non, Deo propicio, res ecclesiarum pro loco & tempore sedulo subministrare, augere, & promouere paramus.*

Vnde fidelis nostri Willigisi, *Moguncienſis Archiepiscopi, seruicio commoniti, nec non* Heinrici, *Wurciburgensis Episcopi, supplicacione rogati, ecclesie sancti Stephani protomartyris, infra murum eiusdem ciuitatis constructe, in stipendiarium & annonam Fratribus DEO ibidem seruientibus, predium, quod* Baldvvinus, *Traiectenſis*

iectensis Episcopus, in Marcha, Buochinebach *nominata, in pago,* Rangouue *dicto, & in Comitatu* Adelhardi *Comitis, per manum* Luitboldi *Aduocati sui, nobis tradidit, in proprium donauimus cum ecclesiis, familiis vtriusque sexus, mancipiis, areis, edificiis, pratis, campis, pascuis, terris cultis & incultis, siluis, aquis, aquarumque decursibus, piscacionibus, venacionibus, molendinis iam motis vel adhuc mouendis, viis & inuiis, exitibus & reditibus, quesitis vel adhuc quomodolibet inquirendis, Fratrum predictorum seruicio, cum omni integritate, eo tenore, vt Fratres predicti omni seculi tempore, omni die septem horis VII Psalmos penitenciales pro regni nostri incolumitate, animeque salute Missam cantando celebrent. Hac eciam racione, vt nec Archiepiscopus eiusdem ciuitatis, nec aliqua alia persona vllam potestatem in id predium habeat, nisi Fratres predicti, & quem Aduocatum elegerint; ipsis scilicet semper id predium ad locum predictum seruiat & respiciat, nisi forte Fratres, animi compotes, vtilius concambiare magis delectet. Si autem, quod absit, fortuito euenerit, vt Archiepiscopus predictus, videlicet Moguntinus, eidem ecclesie non tam amicus, vel auaricia allectus, id predium Fratribus abstraxerit, sueque vtilitati addixerit, Rex, vel Imperator, qui tunc temporis extet, ei procul dubio tollat, regalique Imperio vendicet; si autem alia persona id facere parat, iram omnipotentis DEI incurrat, & omnibus Christi fidelibus resistentibus votum suum ad vnguem non perducat.*

Et vt hec tradicio stabilis & inconuulsa permaneat, hoc preceptum conscribi iussimus, & sigilli nostri impressione corroboratum, Imperiali quidem manu nostra subtus firmauimus. Datum Idus Iulii, anno Dominice incarnacionis DCCCCXCVII, Indict. X, anno autem Tercii Ottonis *regnantis XIIII, Imperii vero secundo. Actum* Esemauuage *feliciter, Amen.*

Signum Domini Ottonis *gusti.* Hildebaldus, *Episcopus Archicapellani recognoui.*



Inuictissimi Imperatoris Au- & Cancellarius vice Willigisi

VIII

De commutatione horum bonorum cum aliis.

Hisce pro bonis postea *Henricus II* Imperator, commutatione anno MVIII facta, ecclesiæ *B. Stephani* tradidit prædium quoddam in loco *Amena*, in pago *Oberenlogenahe*, in Comitatu *Gisonis* Comitis: aliud itidem prædium in loco *Thielleichi* * dicto, in pago *Phirnihgouve*, in Comitatu *Friderici* Comitis: prædium adhæc, quod ipse ad id vsque temporis habuerat in loco *Aschebrunnen* ** dicto, in pago *Nidehgouve* nominato, in Comitatu *Rudolfi* Comitis, vna cum iuribus ac bonis vtrique illorum contributis, singulis quidem ac omnibus.

* *in confiniis Hassiæ vid. infra § 36 lit. e*

** *hodie* Eschborn, *haud procul* Cronberga.

Tabulæ, quibus rem hanc consignauit, sunt, quæ sequuntur;

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. HEINRICVS *diuina fauente clemencia Rex. Omnium nostrorum fidelium, tam presencium, quam futurorum nouerit industria, qualiter inter nos, &* Willigisum, *sancte Mogunciensis ecclesie Archiepiscopum, communi vnanimitate conuenit, quoddam facere concambium nostro vsui congruum, eo videlicet pacto, vt nos ecclesie* S. Stephani *protomartyris, infra murum Moguntine ciuitatis constructe, in stipendiarium & annonam Fratribus, Deo ibidem famulantibus, omne predium, quod nos habuimus in loco* Amena *dicto, & quicquid ad illam curtim pertinet in pago* Oberenlogenahe *nominato, in Comitatu* Gisonis *Comitis, per kartam nostram paternali commutacione traderemus, quatinus nos per Aduocatum ipsius ecclesie* Ezzonem *Comitem, curtim,* Buochinebach *dictam, cum omnibus eius appendiciis in pago* Rangouue *in Comitatu* Adalharti *Comitis iacentem, ad ecclesiam S. Petri Apostoli* Babenberge *constructam, in proprium susciperemus. Vnde pro commutacione superius nominata, idem predium* Amena *iam dictum, nostre potestati iuste mancipatum, ecclesie S. Stephani protomartyris, infra murum Moguntine ciuitatis constructe, & Fratribus, Deo ibidem seruientibus, cum omni vtilitate, ecclesiis, decimacionibus,*

eciam

eciam vtriusque sexus mancipiis, areis, edificiis, campis, pratis, pascuis, terris quidem cultis & incultis, siluis, omnique siluatica vtilitate, aquis, aquarumque decursibus, piscacionibus, molendinis, viis & inuiis, exitibus & reditibus, quesitis & adhuc quomodolibet inquirendis, cum omni integritate donauimus. Et vt huius nostre regalis auctoritas mancipacionis firma, stabilis, & inconuulsa perpetualiter consistat, hoc preceptum conscribi iussimus, & sigilli nostri impressione corroboratum regali nostra manu subtus firmauimus. Datum XV Kal. Iunii anno Dominice incarnacionis MVIII, anno autem Henrici *Regis secundi, sexto, Indict. VI. Actum Moguncie feliciter, Amen.*

Signum Domini Heinrici dus, *Episcopus & Cancellarius recognoui.*



Regis Inuictissimi. Eberhar- *vice* Willigisi *Archicapellani*

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. HEINRICVS *diuina fauente clemencia Rex. Omnium nostrorum fidelium, tam presencium, quam futurorum nouerit industria, qualiter inter nos &* Willigisum, *S. Moguncienſis eccleſie Archiepiſcopum, communi vnanimitate conuenit quoddam facere concambium, noſtro vſui congruum, eo videlicet pacto, vt nos eccleſie* S. Stephani *protomartyris infra murum ciuitatis Moguntine conſtructe, in ſtipendiarium & annonam Fratribus, DEO ibidem ſeruientibus, omne predium, quod nos habuimus in loco* Thielleichi *dicto, & quicquid ad illam curtim pertinet, in pago* Phirnihgouue, *in Comitatu* Friderici *Comitis, per cartam noſtram pro tali commutacione traderemus, quatinus nos per Aduocatum ipſius eccleſie* Ezzonem *Comitem, curtim,* Buochinebach *nominatam, cum omnibus eius pertinenciis, in pago* Rangouue *in Comitatu* Adalharti *Comitis iacentem, ad eccleſiam* S. Petri, *principis Apoſtolorum, ſanctique* Georgii, *martyris Chriſti, Babenberge conſtructam, in proprium ſuſciperemus. Vnde pro commutacione ſuperius nominata idem predium* Thielliche, *noſtre poteſtati iuſte mancipatum, eccleſie* S. Stephani *protomartyris infra murum ciuitatis Moguntine conſtructe, & Fratribus DEO ibidem ſeruientibus, cum omni vtilitate, eccleſiis, decimacionibus, vtriusque ſexus mancipiis, areis, edificiis, pratis, campis, paſcuis, terris eciam cultis & incultis, ſiluis, omnique ſiluatica vtilitate, aquis, aquarumque decurſibus, piſcacionibus, molendinis, viis & inuiis, exitibus & reditibus, queſitis, vel adhuc quomodolibet acquirendis, cum omni integritate donauimus. Et vt huius noſtre regalis auctoritas mancipacionis firma, ſtabilis, & inconuulſa perpetualiter conſiſtat, hoc preceptum conſcribi iuſſimus, & ſigilli noſtri impreſſione corroboratum, regali noſtra manu ſubtus firmauimus. Datum XV Kalend. Iunii anno Dominice incarnacionis MVIII, anno autem* Heinrici *Regis ſecundi ſexto, Indict. VI. Actum Moguncie feliciter, Amen.*

Signum Domini Heinrici dus, *Episcopus & Cancellarius recognoui.*



Regis Inuictissimi. Eberhar- *rius vice* Willigisi *Archicapellani*

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. HEINRICVS *diuina fauente clemencia Rex. Omnium noſtrorum fidelium, tam preſencium, quam & futurorum nouerit induſtria, qualiter inter nos &* Willigiſum, *S. Moguncienſis eccleſie Archiepiſcopum, communi vnanimitate conuenit, quoddam facere concambium noſtro vſui congruum, eo videlicet pacto, vt nos eccleſie* S. Stephani *protomartyris, infra murum Moguntine ciuitatis conſtructe, in ſtipendiarium & annonam Fratribus, Deo ibidem famulantibus, omne predium, quod nos habuimus in loco* Aſchenbrunnen *dicto, & quicquid ibi ad nos pertinet, in pago,* Nidehgouue *nominato, in Comitatu* Rudolfi *Comitis, per*

cartam noſtram pro tali commutacione traderemus, quatinus nos, per Aduocatum ipſius eccleſie Ezzonem *Comitem, curtim,* Buochinebach *dictam, cum omnibus eius pertinenciis, in pago* Rangouue, *in Comitatu* Adalharti *Comitis, iacentem, ad eccleſiam* S. Petri *Apoſtoli, ſanctique* Georgii *martyris Babenberge conſtructam, in proprium ſuſciperemus; vnde pro commutacione ſuperius nominata, idem predium, quod nos, vt diximus, in* Aſchebrunnen *habuimus, eccleſie* S. Stephani *protomartyris, infra murum Moguntine ciuitatis conſtructe, & Fratribus, DEO ibidem ſeruientibus, cum omni vtilitate, mancipiis vtriusque ſexus, areis, edificiis, campis, pratis, paſcuis, terris quidem cultis & incultis, ſiluis, omnique ſiluatica vtilitate, aquis, aquarumque decurſibus, piſcacionibus, molendinis, viis & inuiis, exitibus & reditibus, queſitis, & adhuc quomodolibet acquirendis, cum omni integritate donauimus.*

Et vt huius noſtre regalis auctoritas mancipacionis firma, ſtabilis, & inconuulſa perpetualiter conſiſtat, hoc preceptum conſcribi iuſſimus, & ſigilli noſtri impreſſione corroboratum, regali noſtra manu ſubtus firmauimus. Datum XV Kalend. Iunii anno Dominice incarnacionis MVIII, anno autem Heinrici *Regis ſecundi ſexto, Indict. VI. Actum Moguncie feliciter, Amen.*

Signum Domini Heinrici dus, *Epiſcopus & Cancellarius recognoui.*



Regis Inuictiſſimi. Eberharius *vice* Willigiſi *Archicapellani recognoui.*

IX

De Ruthardi Archiepiſcopi conſtitutione, reparationem porticus occidentalis ſpectante.

Excitauerat quidem ædem hanc Willigiſus, ſed morte præuentus aliqua ex parte reliquerat imperfectam. Vt igitur exædificaretur, & ſarta ſemper ſeruaretur tectaque, Archiepiſcopus Ruthardus curæ ſibi habuit. Sigillatim alia inter voluit, conſtituitque, vt ciues, qui textrinam exercerent, porticum eiusdem, qua occidentem ſpectat, renouarent, & quotiescunque poſtularet neceſſitas, debita inſtaurarent cura. Sequentibus id proditum tabulis, ex primigenia ſcriptura deſumtis.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. RVTHARDVS *diuina fauente clemencia Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Sollicituão Prelatorum iugi contemplacione orthodoxorum virorum, & precipue anteceſſorum ſuorum pietatis opera ante oculos mentis debet reuocare, & glorioſa eorum facta laudare, venerari & imitari, & ſi ad equalitatem meritorum equali operacione accedere non valeant, aliquid tamen operibus illorum ſuperaddere ſtudeant, vt aliquam portionem eterne retribucionis in celeſti patria optineant.*

Nouerint igitur vniuerſi Chriſti fideles, tam futuri quam preſentes, qualiter quondam digne recolende memorie Willegiſus *Archiepiſcopus eccleſiam* S. Stephani *in Maguncia fundauit, & honeſtum numerum Fratrum in ea conſtituit, quam vtique ditare, honorare, & ſublimare propoſuit, ſed inopinata morte preuentus, propoſitum ſuum ad effectum non perduxit. Nos autem videntes, eccleſiam illam propter fundatoris obitum infra perfectionem remanſiſſe, cogitauimus ei aliquod miſericordie opus impendere, conſtituentes & ordinantes, vt textores, per totam Maguncium habitantes, peticione ipſorum, & conſenſu Rectorum, & Officiatorum, & omnium Burgenſium noſtrorum, cum communi conſilio, ad eccleſiam S. Stephani reſpectum in perpetuum haberent, ita, vt porticum eiusdem eccleſie, qui eſt verſus occidentem, per quem Clerus & populus in diebus Rogacionum cum proceſſione monaſterium S. Stephani intrare conſueuit, renouarent, & quocienſcunque neceſſe eſſet, tecta eius repararent, & in eo ſepulturam haberent. Relaxamus autem eisdem textoribus, & eorum ſucceſſoribus duo officia, que vulgari appellatione appellantur* Heimburgen-Amt *&* Schechen-Amt, *vt liberati & exonerati predictam porticum cum maiori deuocione excolerent,*

lerent, & eccleſie S. Stephani obſequium, quod poſſent, in luminaribus, & in aliis bonis operibus impenderent, & in obſequio ſuo impendendo Cuſtodem eiusdem eccleſie habeant monitorem & magiſtrum.

Vt autem hoc noſtre conſtitucionis factum omni evo ratum & inconuulſum permaneat, preſentem paginam fecimus conſcribi, & ſigillo noſtro inſigniri, & teſtes ſupponi, quorum nomina hec ſunt:

Godeboldus, *Prepoſitus.*
Embricho, *Camerarius,*
& Anſelmus, *Camerarius.*
Thromarus, *Decanus.*
Godeſcalcus, *Cantor.*
Reinhardus, *Archipresbiter.*
Ad hoc Embricho.
Alter Embricho.
Frater eius Budo.
& multi alii.

Sunt autem acta hec regnante Imperatore Heinricho quarto, anno incarnacionis Dominice MXCVIIII, Indictione VII.

X

De vindicata D. Stephano eccleſia Münſterliederbacenſi.

Anſelmus & *Richardus* Præpoſiti ſuorum conſanguineorum vſibus eam conceſſerant. Quod cum indigne prorſus ferret Archiepiſcopus *Arnoldus*, ex officii ratione eam *D. Stephano* vindicauit, hisque firmauit tabulis.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. ARNOLDVS *diuina fauente clemencia Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Cum in hac valle ploracionis, vbi propter primi parentis preuaricacionem variis defectibus & erumpnis ſumus expoſiti, nonnunquam iuſticia premitur, & obruitur, officium eſt Prelatorum, quos diuina ordinacio domus ſue ſpeculatores conſtituit, ſubpoſito brachio, eam, quantum in ipſis eſt, erigere, & erectam ſuſtentare, & ſubditorum ſuorum quidem omnium, ſpecialiter autem eorum, qui de ſorte Domini ſunt, iuxta illud Propheticum:* Pars mea Dominus, *cauſas cognoſcere, & iuſte iudicare, ita videlicet, vt, ſi que antiquata inuenerint, ſtudeant renouare, & ſubtracta, ſiue alienata ad priſtinum equitatis ſtatum reuocare.*

Nouerit igitur Chriſti fidelium tam preſens etas, quam ſecutura poſteritas, qualiter Predeceſſor noſter ſancte recordacionis Willigiſus, *Archiepiſcopus, inter cetera, que contulit eccleſie beati* Stephani *protomartyris in Moguncia, cuius ipſe pia deuocione, & non parua diligencia fundator extitit, eccleſiam in* Monſterliederbach *cum omni integritate legitime contradidit, tali pactione & iure, vt due partes decimarum, aliorumque prouentuum ad cotidiane neceſſitatis ſtipendia Canonicorum pertinerent, & Sacerdos, qui in eccleſia illa Paſtoris ſollicitudinem gerendo diuina celebraret, de tercia parte procuracionem haberet. Has decimas cum ceteris prouentibus prememorate eccleſie* B. Stephani *Canonici in libera & quieta poſſeſſione ad communem vſum per multas annorum reuoluciones habuerunt, ita videlicet, vt ipſa temporis preſcripcio actori, ſi forte quis contra eos, ſilencium imponeret.*

Accidit autem, quod quidam Anshelmus, *iam dicte eccleſie Prepoſitus,* Hermanno *cuidam, cognato ſuo, eccleſiam illam in* Monſterliederbach *concederet, & carnali tractus affectu, omnes partes decimarum vſui ſuo eum vendicare permitteret, & ipſe de ſua facultate, quantum, & quando de eccleſia illa conſtitutum erat, Fratribus plenarie miniſtraret.* Anshelmo *itaque, vocacione Dei corrupcionis huius corpus exuente,* Richardus, *qui ei ſucceſſit, cepit aduerſus prefatum* Hermannum *queſtiones mouere, & decimas, neceſſitati Fratrum pietatis intuitu collatas, repetere. Hec cauſa, veritate & iuſticia ſuffulta, in tantum preualuit, quod iam dictus* Richardus, *vna cum Fratrum ſuorum Collegio, in generali ſynodo, coram digne recolende memorie ſeniore* Adelberto *Archiepiſcopo, & iudicio & conniuencia tocius Conuentus ſynodalis, decimas illas cum certis pertinenciis, preſtito iuramento, obtinuit. Sed quoniam nonnunquam, ſuggeſtione hoſtis noſtri diaboli, nec non fragilitate vaſis, quod poſſidemus, hoc, quod in aliis reprehendimus, ipſi plerumque committimus, contigit, quod* Richardus *Prepoſitus antedictam eccleſiam illam cuidam* Godeſcalco, *conſanguineo ſuo, concederet, in eundem per omnia modum, vti predeceſſorem ſuum eam conceſſiſſe ſupra memorauimus.*

Richardo *ergo, amminiſtracione Prepoſiture illius ceſſante, cum Fratres defectum paterentur, aduerſus* Godeſcalcum *illum querimoniam mouentes, ſuper iniuſta decimarum ſuarum detencione, eum in ius vocabant, ante deciſionem autem huius cauſe,*

se eundem Godeſcalcum *ita etate & infirmitate contigit grauari, quod non ſolum valetudine corporis, ſed & ſenſuum priuatus eſſet officio. Vnde iam dicti Fratres, caritatiua compaſſione & humanitatis intuitu, defectum ſuum voluntarie ſuſtinebant, vt ipſe in vltimo ſenio ſuo, & animalis vigoris deſtitucione ex decimis illis poſſet habere ſolacium; illo vero ab huius carnis ergaſtulo exempto, ſupramemoratus Conuentus coram nobis, & in facie eccleſie noſtre cauſam ſuam renouans, iterato iuramento priorem probacionem confirmabat, & ita iudicio eccleſie noſtre, & auctoritatis noſtre licencia duas partes decimarum in* Munſterliederbach *cum aliis prouentibus in poſſeſſionem ſuam, & ad communem ſtipendiorum ſuorum vſum recepit.*

Hanc donacionem, probacionem, & requiſicionem per omnes ſucceſſiones temporum ratam & inconuulſam manere volentes, preſentis priuilegii auctoritate communiuimus, & banno noſtro confirmauimus. Si quis igitur huic racionabili facto, noſtreque auctoritatis confirmacioni aliquomodo obuiare preſumpſerit, ſciat ſe anathematis vinculo innodatum, & niſi reſipuerit, eterno ſupplicio deputatum.

Huius rei teſtes ſunt hy:

Bernhardus, *Patherburnenſis Epiſcopus.*
Hartmannus, *maior Prepoſitus.*
Burchardus, *Prepoſitus S. Petri.*
Arnoldus, *Cuſtos maioris eccleſie & Erpfordienſis Prepoſitus.*
Gerlacus, *Prepoſitus S. Victoris.*
Sigelo, *Decanus de domo beati Martini.*
Magiſter Willehelmus.
Hugo, *Cantor.*
Hetzelinus, *Prepoſitus S. Mauricii.*
Hartpertus, *Abbas S. Albani.*
Abbas Eberbach Anſelmus.
Abbas de Beſchofesberc.

De Cappellanis

Lodevvicus.
Cunradus.
Rudingus.
Heinricus.
Dragebodo.
Ortvvinus.

De Canonicis eccleſie B. Stephani

Ekkehardus, *Decanus.*
Gernotus, *Magiſter.*
Fridericus, *Cantor.*
Giſelbertus.
Bernoldus.

De Laicis

Sifridus, *Comes de* Moerle.
Gerhardus, *Comes de* Nuorinkes.
Bertholdus, *Comes de* Nithe.

De Miniſterialibus

Helpericus, *Vicedominus.*
Hermannus, *Scultetus.*
Salmannus.
Wicnandus.
Wernherus.
Helmigus, *Dapifer.*
Fridericus, *Pincerna.*
Godeboldus & Hartmudus, *Marſcalci.*
& complures alii.

Acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCLVIIII, Indict. VII, regnante glorioſiſſimo Imperatore Friderico *huius nominis Primo.*

XI

De Ludouici, Thuringiæ Landgrauii, *erga* Stephanitas *beneficentia.*

Is recolligendis, quas eccleſia hæc in Thuringia habebat, bonis ac poſſeſſionibus opem olim tulerat Fratribus opido luculentam: & cum ei Capitulum, in grati ſignum animi, ex præbendis, vt vocant, vnam contuliſſet, illam eisdem rurſum contribuit, vt, *quantum exinde fieri poſſet, monaſterium, clauſtrum, & Fratrum officinæ reficerentur.* Verbis vtimur tabularum ſequentium, quas *Chriſtianus I* anno MCLXXI hac de re confecit.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. CHRISTIANVS *diuina fauente clemencia Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Speculacio pontificalis officii & dignitatis, ad quam nos diuina vocauit dignacio, expoſtulat, vt plenam inter opera lucis & tenebrarum diſcrecionem habeamus, & quid, a quo, & qualiter agatur perpendentes, opera pietate & iuſticia irradiata, auctoritate ſcripti noſtri memorie commendemus, vt poſteritas inueniat, quod digne laudare & mirari debeat.*

Nouerint

Nouerint igitur vniuersi Christi fideles, tam futuri, quam presentes, qualiter quidam Princeps nobilitate preclarus, virtute inclitus, potencia & facultate rerum temporalium magnificus, nomine Luodeuicus, *Vniuersalis Thuringorum Comes, ecclesiam beati* Stephani *in Maguncia, cui filius suus Dominus* Fridericus *nomine & dignitate Prepositi presidebat, speciali prerogatiua dilectionis amplectebatur, & deuocionem suam plurimum circa eam fecit inclarescere in expediendis & recolligendis eiusdem ecclesie possessionibus, que in Principatu suo multis modis erant dispersе & impedite; ita quod vix, eo duntaxat excepto, per aliquem possent expediri. Hoc autem agebat principaliter, superne retribucionis intuitu, partimque carnali trahebatur affectu, que inter se quidem non sunt repugnancia, si impendantur equo moderamine, & cum temperancia.*

Fratres autem ecclesie B. Stephani *nonnullam inter se & nobiscum habuerunt deliberacionem, qualiter eidem Principi aliquem specialem honorem deferrent, per quem sibi & ecclesie sue in augmento beniuolencie eum obligarent, & ad simile opus misericordie alios prouocarent. Auctoritate ergo nostra & conniuencia in consorcium confraternitatis sue eum receperunt, & Canonicam vnam ei conferentes, prouida dispensacione vnum ex ipsis eum constituerunt. Vt autem caritas caritati occurreret, & deuocio deuocioni responderet, Princeps ille pius & Catholicus stipendia & prouentus Canonice sibi collate, in opus elemosine, pro remedio anime sue, vxoris, nec non prolis sue, eidem, a qua eam acceperat, contulit ecclesie, vt, quantum exinde fieri posset, monasterium, claustrum, & Fratrum officine reficerentur: pro pioque Principis desiderio concessimus, vt, eo decedente, filius suus, qui ei in Principatu succederet, & omnes, qui a linea parentele eiusdem descendentes, honorem & possessionem Principatus illius adipiscerentur, consorcium fraternitatis, & Canonicam in ecclesia B. Stephani obtinerent, vt Fratres in bonis suis perpetuam per eos haberent protectionem & defensionem, & de stipendiis Canonice illius tecta & ruine ecclesie illius semper, quantum in hys esset, possent resarciri.*

Vt autem hec caritatis opera & dispensacio, intuitu vtilitatis admissa, rata & inconuulsa permaneat, hanc cartam conscribi, & impressione sigilli nostri iussimus insigniri, & testes subscribi, quorum nomina sunt hec:

Arnoldus, *maior Prepositus.*
Burchardus, *Prepositus S. Petri.*
Fridericus, *Prepositus S. Stephani.*
Heinricus, *Decanus de Domo.*
Sigefridus, *Magister Scolarum.*
Heremannus, *Cantor.*

De ecclesia S. Stephani

Gernodus, *Magister Scolarum.*
Christianus, *Cantor.*
Cunradus, *Cellerarius.*
Ortho.
Richardus.
Eggehardus.
Regenhardus, *Custos.*

De Laicis Liberis

Adelbertus, *Comes de* Eberstein.
Walterus *de* Husen.
Hartmannus *de* Buclingen.

De Ministerialibus

Wernherus *de* Bolanden.
Dudo, *Camerarius.*
Arnoldus Rufus; *& plures alii.*

Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCLXXI, Indict. IIII, regnante Inuictissimo Romanorum Imperatore Friderico *huius nominis Primo.*

XII

De Friderici *Præpositi pia erga eos voluntate.*

Fratribus vt bene esset, Præpositorum vnus atque alter singularem habuit curam. In his quidem *Fridericus*, *Ludouici*, quem modo laudauimus, *Landgrauii* filius. Is enim ius conferendi parochialem *Alzeiensem*, quod hactenus Præpositis ad *D. Stephanum* competebat, *stabili iure super altare* D. Stephani *tradidit & delegauit, vt per id Fratres defectus suos possent supplere, & cottidianæ necessitatis suæ stipendia augmentare.* Vti quidem verba tabularum, quibus *Christianus I* rem anno MCLXXV sciuit, ratamque habuit, habent. En illas!

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. CHRISTIANVS *Dei gracia Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Prouidencie a DEO nobis iniuncte requirit officium, vt eccleſiarum iura ſollicite defendamus, & earum vtilitates ſalua religionis puritate & reuerencia fideliter promouere ſtudeamus. Eapropter notum facimus vniuerſis eccleſie fidelibus, tam preſentibus, quam futuris, quod Dilectus noſter*, Fridericus, *eccleſie* S. Stephani *in Maguncia Prepoſitus, diſcreto pie diſpenſacionis intuitu commonitus, prōpter defectum debite adminiſtracionis, que tempore dignitatis ſue Fratribus eccleſie* S. Stephani *contingebat, plana ac ſpontanea voluntate cum eiſdem Fratribus ſuis tali pactione conuenit, & proprio priuilegio ſuo confirmauit, videlicet, quod omnia eccleſie* S. Stephani *& eis attinencia, vel que pignori obligauerat, vel nomine beneficii alienauerat, in ius & poteſtatem eccleſie, & ad liberum vſum predictorum Fratrum reuocauit, & expediuit. Inſuper villicaciones de omnibus curiis, eccleſie* S. Stephani *attinentibus, locandas & aſſignandas dimiſit, & aſſignauit, & quamdiu ipſe officio & dignitate Prepoſiture fungeretur, ipſi hanc diſpenſacionem absque omni commutacione obtineant, & quicquid vtilitatis eccleſie exinde proueniret, in vſum cedat communitatis eorum. Preterea huic actioni ſuperaddidit, quod eccleſiam in* Alzeia, *cuius inueſtitura ſpecialiter ad eum ſpectabat, ſuper altare* B. Stephani *ſtabili iure tradidit & delegauit, vt per eam Fratres defectus ſuos poſſent ſupplere, & cottidiane neceſſitatis ſue ſtipendia augmentare.*

Nos itaque dignum, & equitati conſentaneum iudicantes, ſpeciali filie Maguntine Sedis ſubuenire, & diſcrecionis noſtre, ſimul & pietatis diſpenſacione iura eius, & raciones atque pactiones tueri, & foucre ſtatuimus, & firmiter ſanctiendo precipimus, & auctoritatis noſtre priuilegio confirmamus, vt he pactiones, & ſpontanee prenominati Prepoſiti Friderici *conceſſiones rate conſiſtant, & inconuulſe permaneant. Quod ſi quis hanc noſtre confirmacionis paginam attemptare preſumpſerit, DEI omnipotentis iram, & noſtram ſe nouerit incurſurum offenſam.*

Huius rei teſtes ſunt:

Heinricus, *Abbas S. Albani.*
Burchardus, *eccleſie S. Petri Prepoſitus.*
Heinricus, *Prepoſitus in Aſcafenburg.*
Magiſter Sifridus.
Folpertus, *Prepoſitus in Muggeſtat.*
Prepoſitus de Spalde, Magiſter Rubertus.
Magiſter Heinricus *de Aſcafenburg.*
Folcnandus, *eiusdem eccleſie Canonicus & Cuſtos.*
Comes Regenbodo, *& Frater eius de* Bichelingen.
Fridericus, *filius Waltheri de* Huſen.
Conradus Sueuus.
Ditherus, *Scultetus in Maguncia*;
& alii quamplures.

Datum Papie, anno Dominice incarnacionis MCLXXV, Indict. VIII, regnante Domino Friderico *Romanorum Imperatore Glorioſiſſimo, anno regni eius XXII, Imperii vero XX.*

XIII

De paræciæ huius cum Brezzenheimenſi *&* Münſterenſi *permutatione.*

Pro parœcia hac Alzeienſi *Conradus I*, facta anno MCLXXXIX permutatione, eccleſiæ *B. Stephani* ad cottidianum Fratrum ſtipendium dedit parœciam *Brezzenheimenſem* cum omnibus decimis, aliisque reditibus: parœciam itidem *Münſterenſem*, vna cum prouentibus. Qua ſimul occaſione Fratres *B. Stephani Ruggero*, Cuſtodi ædis maioris, eiusque ſucceſſoribus vnam perpetuo eamque integram addixere præbendam. Et hinc eſt, quod quilibet maioris ædis Cuſtos ad præſentem vſque diem gaudeat fructibus præbendæ Domicellaris eccleſiæ huius. Enimuero legere iuuabit tabulas, quibus id fuſius enarratur, ipſas.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. CONRADVS *Dei gracia Sabinenſis Epiſcopus, S. Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Poſtquam diuina nos clemencia poſt longum exilium noſtrum Maguntine regimini eccleſie reſtituit, ex officio a Deo nobis iniuncto, quia tenebamur & tenemur vniuerſaliter noſtre in cunctis eccleſie prouidere, omniaque ad rectum ſtatum & iuſticie vigorem benigne reformare, tam preſentem etatem, quam futuram poſteritatem volumus non latere, quod eccleſiam de* Alzeya, *quam eccleſie noſtre vtilem fore inſpeximus, ab eccleſia* S. Stephani *communi conſenſu, tam Prepoſiti* Wernheri, *quam eiusdem eccleſie*

Fratrum

Fratrum, cum ſuis pertinenciis accepimus; & vt eccleſiam S. Stephani, *ſecundum Deum & honorem noſtrum, omnino redderemus indempnem, immo in melius ei prouideremus, pro ſalute anime noſtre, habito conſilio & communi conſenſu noſtre eccleſie, in reſtaurum, & ad cottidianum ſtipendium ei dedimus eccleſiam de* Brizzenheim *cum vniuerſis decimis, & aliis pertinenciis, que ad Cuſtodiam noſtre eccleſie ſpectabat, & quam Subcuſtos* Wignandus *de manu Cuſtodis habebat, & eam libere reſignauit. Similiter contulimus eccleſiam de* Munſtere *cum pertinenciis ſuis, quam habet* Rudolfus *Plebanus vice Paſtoris, ea ſeruata condicione, vt quam diu* Rudolfus *Plebanus viuet, eam teneat ab eccleſia* S. Stephani; *eo mortuo, prefata eccleſia libere cum ſua integritate ſit in manibus Dominorum* S. Stephani, *& hec omnia accedant ad vſus, & ad prebendas Fratrum nomine eleemoſyne; prefata vero eccleſia de* Munſtere *infeodata fuerat Domino* Cunrado, *Palatino Comiti de Reno, ſed ad preces noſtras ipſe eam nobis reſignauit* &c.

Reliquam partem harum tabularum inuenies in chronico Collegiatæ ad *D. Ioannis.*

XIV

De aliorum quorundam bonorum cum aliis commutatione.

Tenebat eccleſia in Thuringia villam *Hohdorf.* Eam anno MCXC tradidit Archiepiſcopo *Conrado.* Viciſſim *Conradus* eccleſiæ conceſſit frumentum, quod dicitur *Vrethkorn*; cenſum itidem denariorum, quem *Dietericus* Vicedominus *de Selenhoven* in villa *Hechedesheim* * iure beneficiario ab eccleſia Maguntina tenuerat; vna cum aliis in eadem villa iuribus. Clarum id fit tabulis ſequentibus.

* hodie *Hexheim.*

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis in perpetuum. CVNRADVS, *Dei gracia Sabinenſis Epiſcopus, ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Propter fragilem humane condicionis memoriam, ſeu ad malignancium hominum doloſitatem repellendam, certa ſcriptorum indicia cum ſint neceſſaria, preſentis auctoritate pagine vniuerſorum, tam preſencium quam futurorum, notificandum duximus memorie, quod voluntario conſenſu, & libera voluntate placuit inter nos & Fratres eccleſie* S. Stephani *protomartyris in Maguncia talem fieri commutacionem. Villam* Holidorff, *quam habuerunt in* Duringa, *ſtipendiis eorum pertinentem, cum omnibus attinenciis ſuis vnanimi & ſpontanea voluntate nobis contradiderunt; in reſtaurum illius ville nos frumentum, quod dicitur* Vrehtkorn, *& cenſum denariorum, quem* Ditricus *Vicedominus de* Selehoven *a nobis in beneficio habuit in villa noſtra* Hechedesheim, *& qui nobis, eo defuncto, abſolute ceſſerunt, ipſis Fratribus libera donacione contulimus. Percipient autem Fratres in ſumma centum & decem maldra ſiliginis, & auene XXXV maldra cumulata; in denariis ſex talenta, duabus vnciis minus, que inſimul collecta pro XII libris computantur. Adhec, vt predicti Confratres commutacionis ſue nobiſcum facte ſufficientem a nobis habeant recompenſacionem, forum vini, quod habemus in predicta villa noſtra* Hechedesheim, *& de redditibus, qui dicuntur* Huobecinſe, *in eadem villa* Hechedesheim *talentum ipſis Fratribus addere placuit. Vt autem per omnia ſecuram & indempnem reddamus eccleſiam, volumus, vt prefati Fratres vna cum Vicedomino noſtro villicum, tam ſue eccleſie, quam nobis fidelem & idoneum, inſtituant, qui in requirendo cenſum, tam ipſorum auctoritate & banno vtatur, quam noſtro, & placita, quibus preſidet, communi, tam ipſorum, quam noſtro, corroboret banno.*

Vt igitur hoc racionabile factum noſtrum, tam modernis, quam poſteris, notum conſtet ac ratum, & vt perpetuo apud vniuerſos ſucceſſores noſtros inconuulſum ac ſtabilitum permaneat, auctoritate Dei omnipotentis, Romane eccleſie, & noſtra, ſub interminacione anathematis contra huius pagine transgreſſores ipſum ſancimus, ſtabilimus, & preſentis ſcripti munimine, noſtro ſigillo inſigniti, firmauimus & corroborauimus.

Teſtes huius rei ſunt:

Heinricus, *Abbas S. Albani.*
Arnoldus, *Maior Prepoſitus.*
Burchardus, *Prepoſitus S. Petri.*
Heinricus, *Maioris eccleſie Decanus.*
Ruggerus, *Theſaurarius.*
Petrus, *Scolaſticus.*
Godefridus, *Cantor.*
Eberhardus, *Cellerarius.*
Fridericus.
Waltherus.

Cunradus. Amilius, *Decanus S. Victoris, & ſui Fratres.*
Bertholdus, *Decanus S. Petri & ſui Fratres.* Arnual, *Decanus S. Marie ad gradus, & ſui Fratres.*

Laici

Gerhardus, *Silveſter Comes.*
Wernherus, *Comes de* Widekenſtein.
Hartmannus *de* Budingen.
Emercho, *Vicedominus.*
Ditherus, *Scultetus.*
Cunradus Winzo,
Ludevvicus, Thidricus, Cunradus. } *Officiales, & alii quamplures.*

Acta ſunt hec anno incarnacionis Dominice MCLXXXX, Indict. VIII, VI Idus Aprilis, anno reuerſionis noſtre in Sede Maguntina VII, regnantibus Friderico *Romanorum Imperatore Inuictiſſimo, &* Heinrico, *filio eius, Romanorum Rege Sereniſſimo.*

* Zahlbach

Et quum iisdem temporibus Capella in * *Zagelbach* pertineret ad eccleſiam *B. Victoris*, decimæ vero eſſent Collegii ad *D. Stephanum*; contra decimæ villæ

* Born

* *Brunnen* eſſent Collegii ad *D. Victorem*, Capella vero cum dote Fratrum *S. Stephani*; quæ res non plane nullam controuertendi materiem vtrisque dabat; *Conradus* Archiepiſcopus, vt omnem contentionum fomitem e medio tolleret, facta VI Id. April. an. MCXC commutatione Capellam *Brunnenſem* eccleſiæ contulit *B Victoris*; *Zagelbacenſem* vero cum bonis ſuis Collegio *D. Stephani.* Sed quid vetat, tabulas ipſas apponere?

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. CONRADVS *Dei gracia Sabinenſis Epiſcopus, ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, conſtare volumus Chriſti fidelibus vniuerſis, tam preſentibus, quam futuris, quod cum Prepoſitis eccleſiarum in Maguncia* S. Stephani, *&* S. Victoris *extra terram poſitis vtriusque commiſſionem in noſtra manu haberemus, ſicut omnium nobis creditorum ſaluti ſtudere, & prouidere noſtri eſt officii, ita nichilominus Fratrum earundem eccleſiarum commoditatibus ſtudentes, de ipſorum voluntate & conſenſu ſuper duabus Capellis concambium inter ipſos, & mutuam hinc inde collacionem fecimus. Capellam itaque in* Brunnen *cum dote, que in re fundi eccleſie & Fratribus* S Stephani *pertinuit, ipſius autem ville decime Fratribus & eccleſie* S. Victoris *pertinuerunt, eidem eccleſie, videlicet* S. Victoris, *& Fratribus auctoritate noſtra, nulla obuiante contradiccione, in perpetuum contulimus, & vice verſa Capellam in* Zagelbach *cum omnibus ſuis pertinenciis, cuius fundacio eccleſie Fratribus* S. Victoris *pertinuit, ipſius vero decime eccleſie & Fratribus* S. Stephani *pertinebant, eidem eccleſie ſcilicet* S. Stephani *& Fratribus, concurrente hinc inde pari conſenſu, in reſtaurum tradidimus.*

Vt igitur talis tranſmutacio, & mutua collacio Canonice facta rata & inuiolata impoſterum permaneat, preſentem in ſui robur paginam conſcribi, & teſtibus adiectis ſigillo noſtre auctoritatis inſigniri ſanum duximus. Si quis ergo, quod abſit, huic Canonicali concambio, & commutacioni aliqua temeritate inductus contraire impoſterum preſumpſerit, DEI omnipotentis indignacionem ſe incurriſſe, & indiſſolubile anathematis vinculum incidiſſe nouerit.

Nomina teſtium ſunt hec:

Henricus, *Abbas S. Albani.*
Hezechinus, *Abbas S Iacobi.*
Gofridus, *Abbas de Blidenſtat.*
Arnoldus, *Maior Prepoſitus.*
Burchardus, *Prepoſitus S. Petri.*
Henricus, *Maior Decanus.*
Ruggerus, *Cuſtos.*
Petrus, *Scolaſticus.*
Godefridus, *Cantor*; *& alii Fratres Maioris eccleſie.*
Bertholdus, *Decanus S. Petri, & ſui Fratres.*

Laici

Embricho, *Vicedominus.*
Dietherus, *Scultetus.*
Arnoldus *Rufus.*
Cunradus Winzo.
Ludevvicus, *Officialis.*
Embricho Walpodo, *& frater eius* Arnoldus; *& alii quam plures.*

Acta ſunt hec anno incarnacionis Dominice MCLXXXX, Indict. VIII, VI Idus Aprilis, anno reuerſionis noſtre in Sedem Maguntinam VII, regnantibus Friderico *Romanorum Imperatore Inuictiſſimo, &* Heinrico, *filio eius, Romanor. Rege Sereniſſimo.*

De

XV

De filiali Gosbach *in parochialem euecta.*

Gosbacensis ecclesia filia erat parœciæ Brunnensis. Cum vero temporis successu haud parum & populo creuisset & possessionibus, ad parochialis adspirauit iura. Quæ res ne litigandi præberet occasionem, filiamque cum matre committeret, *Conradus*, edito diplomate, Gosbacensem in parochialem euexit, lata tamen certa quadam conditione: quam vt noscas, quod diximus, diploma adscribere placet.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. CVNRADVS *Dei gracia Maguntine Sedis Archiepiscopus & Sabinensis Episcopus. Vt ea, que humana ordinat dispensacio, memorie commendari valeant, scriptis digne annotantur, alioquin mutua successione temporum in obliuionem facile labuntur. Cum igitur a tempore Domini Imperatoris, videlicet* Ottonis *iunioris, ecclesia in* * Burno *cum patronatu & decimis,* * Born. *& cum quibusdam villis, in terminis prefate ecclesie constructis, ecclesie* S. Stephani *protomartyris in Maguncia pertineat, scire volumus vniuersos Christi fideles, tam presentes, quam futuros, quod inter villas easdem quedam villa, nomine* Gosbach, *cooperante sibi gracia diuina, tantum in populo, & possessionibus quibuslibet incrementum accepit, quod, si quandoque ipsius ville populus dum adhuc modicus esset, memoratam ecclesiam* Burno *super baptismo paruulis conferendo, & mortuis sepeliendis, & synodis celebrandis visitare consueuerat, tali visitacione postposita a multis iam retro actis annis supradicta sacramenta in sua villa* Gosbach *celebrauerit; Verum quia incole antiquioris ville, videlicet* Burno, *sibi asserebant iniuriam inferri, quo lis, que inde posset oriri, sopiretur, ad peticionem dilecti filii nostri* Wernheri, *ecclesie* S. Stephani *in Maguncia Prepositi, & predictarum ecclesiarum, scilicet* Burno *&* Gosbach, *fundatoris, Chorepiscopo eciam ipsarum ecclesiarum,* Sigefrido *videlicet*, S. Petri *Preposito, annuente, & de consilio Prelatorum ecclesie Maguntine hanc dispensacionem fecimus, vt ecclesia in* Gosbach, *ad nullam aliam ecclesiam respectum habeat, sed in sua ecclesia* Gosbach, *cum synodali iusticia, & sacramentis populo conferendis, matricis ecclesie plena imposterum gaudeat libertate; hoc tamen annexo, vt ecclesie prememorate gracia familiaritatis inuicem se visitent in celebrandis Letaniis. quin eciam hoc statuimus, vt Sacerdos, quem Prepositus fundator in vna illarum ecclesiarum instituerit, & Chorepiscopus in possessionem miserit, in altera quoque, populo presit, attamen in villa* Gosbach *continuam celebret mansionem.*

Verum ne quis contra hoc racionabile statutum nostrum venire, ipsumque presumat euertere, in sui munimen paginam presentem conscribi, & sigilli nostri impressione signiri fecimus.

Testes adiicientes, quorum nomina sunt hec:

Cunradus, *in Maguncia & in Franckenvurt Prepositus.*
Heinricus, *maioris ecclesie Decanus in Maguncia, & Prepositus in Pinguia.*
Ruggerus, *Maior in Maguncia Custos, & Prepositus S. Iohannis.*
Godefridus, *Cantor maioris ecclesie.*
Fridericus.
Henricus.
Eberhardus.
Cunradus, *Archipresbiter.*
Adelbertus.
Henricus, *Cellerarius, & reliqui maioris ecclesie Canonici.*

Cunemannus, & Regenfridus, Capellani.

Cunradus, *Decanus S. Petri.*
Theodericus, *Cantor.*
Godefridus.
Arnoldus.

Cunradus, *& reliqui eiusdem ecclesie Canonici.*

Henricus, *Decanus S. Stephani.*
Wernherus, *Scolasticus.*
Waltherus, *Cantor.*
Dagemarus.
Cunradus.
Embricho, *Cellerarius.*
Ludevvicus.
Baldemarus.

Fridericus, *& reliqui eiusdem ecclesie Canonici.*

Laici

Comes Walraben *de* Naſſovva.	Cunradus.
Dudo, *qui & Camerarius erat in Maguncia.*	Bertholdus.
Embercho, *Vicedominus.*	Arnoldus.
Regenbodus, *de Pinguia.*	Herburdus.

Embricho; *& quamplures alii Maguntini ciues.*

Acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCXCVI, Indict. XIIII, Celeſtino III *Romane Sedi preſidente*, Heinrico VI *Imperium gubernante*, *anno electionis noſtre XXXV, exilii XXXI, reuerſionis autem XIIII.*

XVI

De controuerſiis quibusdam Stephanitarum, quas cum aliis habebant, compoſitis.

In illis primum occurrit lis, quæ eisdem fuit cum *Wernhero* de *Selenhoven.* Contendebat is, partem decimarum, quas Canonici in tractu villæ *Brezzenheim* habebant, ſibi iure competere. Id vero illi conſtanter negabant, refutabantque. Factum tandem, vt iuri, quod ſe habere adſeruerat, *Wernherus* circa annum MCCIV vel MCCVI prorſus ſub ſigno exfecuſtationis renuntiaret: *Conrado* maiore Præpoſito, *Friderico* Decano, & *Godofredo* Cantore rem tabulis hiſce, publice tum editis, referentibus iuxta firmantibusque.

In nomine Domini. CONRADVS *maior Prepoſitus*, FRIDERICVS *Decanus*, GOTFRIDVS *Cantor*, *Moguntine Sedis Iudices delegati. Quoniam propter fragilem humane condicionis memoriam res geſte pro diuturnitate temporis per obliuionis fluxum quandoque euaneſcunt, niſi per vſum authentici ſcripti roborate conſeruentur, notum eſſe volumus tam futuris, quam preſentibus huius pagine inſpectoribus, quod* Wernherus *de* Selehoven, *& filius eius controuerſiam, quam habuerunt cum Canonicis eccleſie* B. Stephani *in Maguncia ſuper quibusdam decimis in* Brizzinheim, *quas iure feodali ſibi vſurpare contendebant, in noſtra conſtituti preſencia totaliter remiſerunt, & iuris, quod in parte iam dictarum decimarum ſe habere aſſeruerunt, prorſus ſub ſigno exfeſtucacionis renunciarunt.*

Ad huius itaque facti ratam atteſtacionem & roboracionem perpetuandam, ita vt inconuulſum & indiſſolubile in euum permaneat, preſentis ſcripti cartam ſigilli noſtri impreſſione fecimus communiri.

Teſtes ſunt:

Heinricus *de* Stalechen.	Eberhardus, *B. Marie in Campis Prepoſ.*
Simon *de* Selehoven.	Hermannus, *Pinguenſis Prepoſitus, maioris eccleſie Canonici.*
Cunradus, *Decanus.*	Theodericus, *Cantor.*
Baldemarus, *eccleſie S. Petri Canonici.*	
Adolfus, *Decanus.*	Heinricus, *Cantor.*
Arnoldus, *eccleſie S. Victoris Canonici.*	
Arlevvanus, *Decanus,*	Giſelbertus, *Cantor.*
Rudolffus, *S. Marie ad gradus Canonici.*	
Dimarus, *Decanus.*	*Magiſter* Benedictus, *eccleſie S. Iohannis Canonici.*
Sigevvinus, *Cantor.*	

Et alii quamplures.

Habita ratione teſtium, hec facta ſub an. MCCIV vel MCCVI.

Succeſſerat alia cum *Hartrado* de *Merenberg* ſeniore controuerſia. Is enim ius patronatus eccleſiæ in *Eblizdorf* cœnobio *Habechcburnenſi*, quod condiderat, vna cum aliis contulerat bonis; Collegium *D. Stephani* vero ſibi adſerebat. Vtraque pars tandem controuerſiam *Sigefridi II* commiſit arbitrio; qui cauſſis ac rationibus vtriuſque illarum probe penſitatis, auditisque virorum prudentum ſententiis, pronuntiauit; quum pateat, ius iſtud *D. Stephani* competere Collegio, eidem etiam ſaluum ſit, maneatque in perpetuum: Præpoſito contra

Habe-

Habecheburnenſi, vna cum ſtipendio Curioni olim conſtituto, munus ſiue officium, ſacra in eccleſia Eblizdorfenſi curandi; ita tamen, vt id ad præſentationem Canonicorum ad *D. Stephani* a Præpoſito eorundem ſuſcipiat, & quotannis eisdem in recognitionem iuris patronatus quatuor marcas Colonienſis monetæ perſoluat, in peruigilio Adſcenſionis Chriſti duas, duas in feſto B. Martini. Sedenim ipſas tabulas, quibus id perſcripſit, proferre haud piget.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. SIFRIDVS *D. G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sedis Apoſtolice Legatus. Commiſſe nobis Prelationis requirit officium, vt reuocemus ad concordiam diſcordantes, & ne in recidiue contencionis ſcrupulum relabantur, prouidi deliberacione conſilii congruam ſatagamus adhibere cautelam. Ad vniuerſorum igitur noticiam, tam preſencium, quam futurorum Chriſti fidelium volumus peruenire, quod cum inter dilectos filios, Conuentum* S. Stephani *Maguncie ex vna parte, &* Hartradum *de* Merenberc *ſeniorem ex altera, ſuper iure patronatus eccleſie in* Eblizdorff *coram nobis contencio verteretur, quod idem* Hartradus *in augmentum cenobii de* Habecheburne, *cuius ipſe fundator extitit, quantum in ipſo erat, donauerat, tandem partibus ipſis, in noſtrum placuit preciſe arbitrium conſentire, fide data, vt, quicquid nos ſtatueremus ſuper cauſa eadem, vtrinque inuiolabiliter ſeruaretur.*

Nos itaque cauſis ac racionibus, que fuerunt hincinde propoſite, notatis diligencius & penſatis, communicato prudentum virorum conſilio, pro bono pacis & concordie ita duximus ſtatuendum, vt, cum vniuerſe decime prefate eccleſie in Eblizdorff, *& ius patronatus ad eccleſiam* S. Stephani *pertinere noſcantur, ipſa iure ſuo gaudeat prelibato. Prepoſitus vero de* Habecheburne, *qui pro tempore fuerit, curam eccleſie in* Eblizdorff *in recognicionem iuris patronatus ad preſentacionem Conuentus* S. Stephani *a Prepoſito ibidem recipiat, & diuina per ſe procuret ibidem, eam tantum porcionem accipiens, quam Clerici ibidem hactenus diuina procurantes percipere conſueuerunt. Et ne temporis diuturnitas eccleſie* S. Stephani *pariat in iure ſuo preiudicium, cenobium antedictum quatuor marcas Colonienſis monete ſingulis annis perſoluet eidem, harum duas in vigilia* Aſcenſionis, *& duas in feſto* B. Martini, *que Fratribus ibidem DEO ſeruientibus in modum eleemoſyne diſtribuentur; ſi vero predictam pecuniam cenobium predictum termino prenotato ſoluere neglexerit, antedicta eccleſia in* Eblizdorff *cum omni iure & attinenciis ſuis libere reuertatur & abſolute.*

Teſtes:

Fridericus, *Decanus.* — Ruthardus, *Cellerarius.*
Albertus, *Cuſtos.* — Heinricus *de* Stahelecke.
Gotefridus, *Cantor.* — Heinricus, *Prepoſitus Pinguenſis.*
Magiſter Heroldus. *Maioris eccleſie.*
Theodericus, *Decanus.* — Baltemarus, *Cantor S. Petri.*
Chriſtianus, *Prepoſitus.* — Heinricus, *Cantor.*
Adolfus, *Decanus.* — *Magiſter* Fridericus.
Cuno, *Canonic. S. Victoris.*
Diemarus, *Decanus.* — Helvvicus, *Cuſtos S. Iohannis.*

Laici

Gotefridus *de* Eppenſtein. — Dieto *de* Selhoven.
Wernherus & Philippus *de* Bolanden. — Arnoldus *de* Quercu, *& filius eius*
Wolframus Ringrauius. — Embricho.
Arnoldus, *Camerarius.* — Goteſcalcus, *Aduocatus*;
& alii quamplures Maguntini.

Acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCCX. Datum Maguncie XV Kalend. Ianuarii.

XVII

De pio Præpoſiti Gerhardi *in Fratres Stephanitas animo.*

Is ſcilicet eisdem ius patronatus eccleſiæ in *Amena*, quod Præpoſitis Collegii vſque huc proprium erat, anno MCCXII conſenſu *Sigefridi II* (quem tabulæ ſequentes exponunt) in ſupplementum ſtipendiorum contulit.

In

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. SIFRIDVS *D. G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Apoſtolice Sedis Legatus. Cautiſſima eſt ſcriptorum memoria, que munimine autentico fulciuntur. Nam eadem & geſtorum ſeriem lucidius repreſentant, & verſuciis obuiant malignorum. Notum igitur eſſe volumus vniuerſis Chriſti fidelibus, tam preſentibus, quam futuris, quod Dilectus noſter,* Gerhardus, *Prepoſitus eccleſie* S. Stephani *Maguncie, perſpiciens ſalubriter & attendens, qualiter dicta eccleſia per hoſtilitatis incurſus, aeris intemperiem, & iniquitatem raptorum, ac alios diuerſos malorum temporum ſiniſtros euentus a Deo ſuis fuit attenuata redditibus, vt per menſem vnum ſuſtineat in adminiſtracione debita & conſueta defectum, ius patronatus eccleſie de* Amena, *quod ad ipſum de iure ſpectabat, eccleſie contulit antedicte. Nos quoque in ſupplementum predicti defectus eidem conceſſimus, vt, inſtituto in prefata eccleſia legitimo Vicario, & aſſignato eidem in ſuſtentacionem ſuam ſtipendio competenti, quicquid reſiduum fuerit, in communes Canonicorum* S. Stephani *cedat vſus. Volentes igitur, vt tam ipſius Prepoſiti prelibata donacio, quam noſtra conceſſio robur obtineant firmitatis, preſentem paginam ſuper eisdem conſcribi, eandemque ſigillo noſtro fecimus communiri. Statuimus ergo, ne aliqua impoſterum eccleſiaſtica, ſecularisue perſona premiſſis quolibet auſu temerario contraire preſumat. Quod ſi quis attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis DEI, ac noſtre excommunicacionis ſententiam ſe nouerit incurriſſe.*

Cum autem Gerbodo *Prepoſitus* S. Petri, *&* Fridericus *Decanus maioris eccleſie de prioratu contendant, volumus atque ſtatuimus, vt nominum eorum ſuſpenſio auctoritatem huius ſcripti non imminuat, & iuribus eius non deroget, nec eciam diſputacionem inducat.*

Teſtes:

Gotefridus, *Cuſtos & Cantor.* — *Magiſter* Eberhardus.
Ruthardus, *Cellerarius.* — *Magiſter* Obertus.

Maioris eccleſie Canonici.

Theodericus, *Decanus.* — Rifridus, *Scolaſticus.*

Baldemarus, *Cantor S. Petri.*

Willehelmus, *Decanus.* — Arnoldus, *Scolaſticus.*

Hermannus, *Cantor S. Victoris.*

Arnoldus, *Decanus.* — Willehelmus, *Scolaſticus.*

Bervvelphus, *Cantor S. Marie ad gradus.*

Diemarus, *Decanus.* — Helvvicus, *Cuſtos S. Iohannis,*
Siguinus, *Cantor.* — *& quamplures alii.*

Acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCCXII. Datum Maguncie II Nonas Septembris.

XVIII

De controuerſia Collegii *cum* Eppenſteiniis *ad concordiam redacta.*

In contentionem Capitulum venerat cum *Gerhardo* & *Godefrido* Fratribus, *Dominis* de *Eppenſtein*, ſuper bonis in tractu villarum *Gosbach*, *Borne*, & *Huſen*. Quam vt ſuſtolleret Sifridus, rem iis conditionibus ad pacem reuocauit, quas his complexus litteris eſt.

SIFRIDVS D. G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Nouerint omnes, ad quos preſens pagina peruenerit, quod cum ſuper bonis in Gospach & Borne, *ſuisque pertinenciis apud Eppenſteyn, & bonis in* Huſen, *apud caſtrum Steynheim ſitis, inter eccleſiam* S. Stephani *Magunt. ex vna parte, & Nobiles viros* Gerhardum & Godfridum, *fratres de Eppenſteyn, ex altera, queſtio verteretur, tandem de noſtro & eccleſie noſtre conſenſu partibus preſentibus per amicabilem compoſicionem ſic ipſa queſtio eſt deciſa. Prefati Nobiles bona in* Gospach & Borne *cum ſuis pertinenciis, excepto patronatu eccleſie ibidem, ad firmam, quod vulgo* Phat *dicitur, pro annua penſione quinque librarum & dimidie Maguntine monete, indiuiſa, quamdiu vixerint, obtinebunt, omnibus eorum heredibus & coheredibus excluſis omnino. Et ſi alter eorum alteri ſuperuixerit ſuperſtes, quamdiu viuet, habebit, extunc autem bona ipſa ad prefatam eccleſiam libere reuertentur. Dabitur*

bitur autem ipsa pensio annuatim inter festum Martini, & Epiphaniam Domini. Alioquin si extunc monicione facta intra mensem memorate ecclesie ipsa pensio non fuerit persoluta, reciso contractu bona ipsa, pensione nichilominus persoluenda, ad ecclesiam libere reuertentur. Verum si ex parte ecclesie prefatis Nobilibus in vita eorum super bonis ipsis questio in iudicio mota fuerit, & monicione facta infra mensem non resipuerint, a prestacione pensionis erunt ipsi Nobiles, quamdiu vixerint, penitus absoluti, sed post eorum obitum libere ad ecclesiam bona memorata redibunt. Si vero Prepositus ipsius ecclesie, vel eius successor pro sua voluntate questionem sumptam suscitare voluerit, Conuentus ei in hoc non assistet, ymmo, quantum in ipso est, precibus & monitis fideliter, vt desistat, insistet. Si quid eciam de bonis ipsis, & eciam de bonis in Husen *infeodatum est, vel in beneficio castrensi concessum, iidem Nobiles abjur[illegible], nec de cetero tales vel consimiles concessiones ipsis bonis facere attemptabunt, si prefatam penam voluerint euitare. Bonis autem in* Husen *renunciauerunt omnino, nec de ipsis bonis ecclesie in Selginstat contra ecclesiam S. Stephani vvarandiam facere attemptabunt. Cellerarius S. Stephani annuatim accedet ad curtim in* Gosbach & Borne, *si de ipsis bonis aliqua sit facta distractio, inspecturus. In cuius rei euidenciam presentem paginam sigillo nostro, & ecclesie nostre, fecimus communiri.*

Testes hy sunt:

Gerbodo, *Prepositus.* Christianus, *Decanus maioris ecclesie, qui super eadem causa Iudices fuerunt a sede Apostolica delegati.*

Item Arnoldus, *Prepositus S. Marie ad gradus.* Heinricus, *Prepositus Pingvvensis, & Cellerarius maioris ecclesie Magunt.*

Gunzechinus, *Abbas S. Albani.*

Laici

Hartmudus *de* Aschenborn. Godfridus *de* Telckenheim,
Henricus *de* Rudencheim. & Wintherus *de* Clen, *Milites,*
& alii quamplures, tam Clerici, quam Laici.

Acta sunt hec Maguncie anno incarnacionis Dominice MCCXXIII, quartodecimo Kalendas Ianuarii.

XIX

De bonis Porcetensibus *coemtis.*

Porcetensibus Sanctimonialibus prædium quoddam erat in villa *Costheim.* Quod cum suis rationibus conducere posse cerneret Collegium *D. Stephani*, ab iis, quæ probe videbant, sibi id ob loci distantiam non adeo fructuosum esse, vna cum bonis contributis emit. Fidem faciunt hæ Antistitis *Helsvvindis* litteræ:

Soror HELSWINDIS *dicta, Abbatissa, totusque Conuentus Ord. Cisterc. ecclesie* Porcetensis, *vniuersis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis salutem in omnium Saluatore. Constare volumus vniuersis, quod nos predium in* Costheim *cum omnibus pertinenciis, quod ad ius & proprietatem ecclesie nostre pertinebat, quia ad culturam & prouisionem eius sine multis expensis & laboribus, viarum quoque periculis, operam impendere non potuimus efficacem, mediantibus Dilectis nostris,* Sibodone *Decano,* & Henrico *de* Foresto *Canonico, Aquisgranensibus, ecclesie* B. Stephani *Maguncie, apud quam ipsum predium situm est, Domino* Engelberto, *Archiepiscopo Colonienst, cui tunc gubernacio Imperii fuit commissa,* & *Domino* Henrico, *Abbate ecclesie* Vallis S. Petri, *qui tunc ecclesie nostre Pater fuit spiritualis, consencientibus, & auctoritatem impercientibus, de consilio ecclesie conuentualis Aquisgrani vendidimus pleno iure,* & *per memoratum* Henricum *de* Foresto *dicte ecclesie* S. Stephani *idem predium in villa* Costheim *fecimus resignari. In cuius rei euidenciam presentem paginam conscribi, eamque sigillo Domine Abbatisse fecimus communiri. Facta est autem vendicio memorata in villa Bacharaco, Treuerensis dyocesis, anno incarnacionis Dominice MCCXXIIII, mense Octobre. Resignacio vero bonorum facta est in* Costheim *anno sequente, mense Ianuario,* & *Moguncie sollempniter publicata.*

XX

De aliis Stephanitarum, quas cum diuersis habebant, controuersiis compositis.

Bona, quæ Canonici a monasterio *Porcetensi* sibimet in villa *Costheim* com-

parauerant, Aduocatus loci, *Gerhardus* de *Eppenſtein*, inuaſerat, exactionibusque premebat; quod illi ægre ferebant. *Sifridus* arbiter delectus, cauſſa cognita ſtatuit, ordinauitque, vt Collegium ea in poſterum quiete teneat, poſſideatque: Gerhardus ablata reſtituat. Factum id Id. Septembr. an. MCCXXV, vt litteræ hæ docent.

SIFRIDVS *D. G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Conſtare volumus vniuerſis, quod nos in compoſicione, quam fecimus inter Canonicos* S. Stephani *Maguncie, & cognatum noſtrum* Gerhardum *de* Eppenſtein, *qui fide data noſtre ordinacioni ſtare promiſerunt, hoc duximus ordinandum, quod dictus* Gerhardus *memoratos Canonicos bona in* Coſtheim, *ab eccleſia* Porcetenſi *comparata, pacifice & quiete poſſidere permittat, ſecundum quod in litteris, quibus ſigillum Fratris noſtri appenſum eſt, inuenitur expreſſum, & quicquid idem* Gerhardus *de bonis ipſis per ſe vel per ſuos a tempore illate violencie abſtulit, ſine diminucione reſtituet Canonicis memoratis; que noſtra ordinacio eſt, ab vtraque parte recepta.*

Teſtes hy ſunt:

Gerbodo, *Prepoſitus maioris eccleſie Maguntine.*
Ludevvicus, *Comes de* Ziginhain.
Gerhardus, *Comes de* Diets.
Ditherus, *Comes de* Katzenelenbogen.
Gerlacus *de* Budingen.
Hartdradus *de* Merenberc.
Fridericus *de* Kelberovva,
& Heinricus, *Vicedominus de Aſcaphenburc.*

Actum anno incarnacionis Dominice MCCXXV, Idus Septembris.

Iidem ſuper libertate curiæ eadem in villa inter ſe contendebant. Enimuero & hanc litem Archiepiſcopus *Sifridus* anno ſequenti MCCXXVI apud S. Albanum diremit. Quo quidem hæ ſpectant tabulæ.

SIFRIDVS *D. G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus*, Gerbodo *Prepoſitus*, Chriſtianus *Decanus maioris eccleſie*, Arnoldus *Prepoſitus S. Marie* ad gradus, & Waltherus *Decanus* S. Petri *Magunt. conſtare volumus vniuerſis, quod dum inter eccleſiam* B. Stephani *Magunt. ex vna parte, & Nobilem virum* Gerhardum *de* Eppenſtein, *ex altera, ſuper libertate curie in* Choſtheym *queſtio verteretur, tandem nobis mediantibus de conſenſu parcium diffinita eſt ipſa queſtio in hunc modum: Eccleſia* B. Stephani, *in prefata curia, cum omnibus ſuis pertinenciis non cenſualibus, preterea in duobus manſis & dimidio, de quibus lis erat, omnimoda in perpetuum libertate gaudebit, ita, vt & a denariis Aduocaticiis, & manipulis, tam ſiliginis, quam auene, qui per villam Aduocato de bonis hereditariis dari ſolent, a vino bannito, a receptionibus & procuracionibus tam equorum, quam hominum, a compoſiccionibus, que vulgo* Wette *dicuntur, ab exactione qualibet, & ab omni ſeruicio, preter ligna Scabinorum, penitus ſit immunis. Item in tercio die poſt feſtum Remigii, & per totum annum de quindena in quindenam placitandi liberam habeat facultatem. Preco, ſecundum conſuetudinem curie, liber erit. Scultetus quoque curie, ſi manſum vel minus habet in bonis, nichil omnino inde ſeruiet Aduocato; ſi autem plus habet, quam manſum, de eo, quod ſupra manſum eſt, more aliorum, ita, ne plus aliis grauetur, extra curiam ſeruiet de ſua perſona. Colonus quoque, ſi bona Aduocaticia habet, de ipſis, more aliorum, ita, vt plus aliis non grauetur, extra curiam ſeruiet Aduocato; ſi autem bona Aduocaticia non habet, a ſeruicio penitus ſit immunis, niſi attineat Aduocato, & tunc ſeruiet de ſua perſona. Idem quoque Aduocatus prefate eccleſie equus & fauorabilis iudex erit, eamque in ſua iuſticia proſequenda modis omnibus promouebit, & ipſa ei in ſuo iure erit fauorabilis & deuota. Eccleſia predicta de bonis Aduocaticiis prefati* Gerhardi *de cetero nichil emet in* Choſtheym. *Hec autem omnia pars vtraque, fide interpoſita, & ſub pena L Marcarum obſeruare promiſit.*

Teſtes hy ſunt:

Heinricus, *Pinguenſis Prepoſitus.*
Walterus, *Canonicus Moguntinus.*
Bervvelfus, *Cantor*,
& Burchardus, *Cuſtos S. Marie* ad gradus.

Laici

Fridericus, *Camerarius.*
Otto, *Scultetus.*
Mengotus, *Marſcalcus.*
Eberhardus,
Helfricus.
Cunradus Magnus.

Bertholdus,

Bertholdus, *Monetarius*, & S. *filius eius*, & Godefridus Bonus,
Ciues Maguntini.

Godefridus & Wintherus, *Caſtellani in* Eppenſtein. Giſelbertus, *Miles de* Rudensheim; *& alii quamplures.*

In cuius rei euidenciam preſentem paginam conſcribi, eamque noſtris, & prefati Gerhardi, *Aduocati, ſigillis fecimus communiri. Actum Maguncie apud* S. Albanum *anno incarnacionis Dominice MCCXXVI, Kalendis Februarii.*

Similiter Stephanitæ cum *Wideroldo*, Milite de *Marburg*, diſceptabant ſuper dimidia parte decimarum in *Burchishuſen*. Sed & hanc controuerſiam compoſuere *Gunzechinus*, Abbas ad D. Albanum, *Eckehardus*, Decanus Ameneburgenſis, ceterique, quorum eam commiſerant arbitrio, *in octaua Iohannis Euangeliſtæ*, modo, quem docent tabulæ hæ, tum confectæ:

GVNZECHINVS, *Abbas S. Albani Moguncie*, Eckehardus, *Decanus in Ameneburc*, Eckehardus *de* Hapsfelt, Cunradus *de* Wintershuſen, Guntramus *de* Marburc, Adolphus *de* Nordecken, *Milites. Cum inter* Reinherum, *Decanum* S. Stephani *Moguncie, nomine ipſius eccleſie, ex vna, &* Wideroldum *Militem* de Marburc, *ex altera, ſuper medietate decime in* Burchishuſen *queſtio verteretur, tandem vtraque pars noſtro ſe ſubiecit arbitrio, fide data promittens, quod quicquid nos ſuper ipſo negocio ſtatueremus, ipſi fideliter obſeruarent vtrinque. Nos itaque pro bono pacis ſic duximus ſtatuendum, quod dictus* Wideroldus, *& duo filii ſui*, Cunradus & Adolphus, *medietatem ipſius decime, quamdiu vixerint, ad firmam, quod vulgo dicitur* Pfat, *pro decem ſolidis annuis in feſto S. Nicolai ſoluendis habere debeant ab eccleſia memorata, & ſi in termino conſtituto penſionem ipſam aliquando ſoluere neglexerint, decima ipſa ad eccleſiam* B. Stephani *libere reuertatur; eis autem defunctis, eccleſie eidem ipſa decima vacet omnino, heredibus eorum nichil iuris habentibus in eadem, & hoc cum prefato* Wideroldo, *ſuisque filiis*, Echehardus & Wideroldus, *filii Domini* Adolphi, & Cunradus paruus, *fide interpoſita, promiſerunt. In cuius rei euidenciam preſentem paginam conſcribi, eamque ſigillis Capituli in Ameneburc, & eccleſie in Webc' fecimus muniri. Actum in* Marburc *anno incarnacionis Dominice MCCXXVI, in octaua Iohannis Euangeliſte.*

XXI

De bonis Bieburgenſibus & Muſcebacenſibus *coemptis.*

Otto III monaſterio Saletienſi an. DCCCCXCII prædia *Bieburg* & *Muſcebach* contulerat. Ab eo Stephanitæ illa anno MCCXXIX Kal. Mart. & quidem curtim, quæ Bieburgi erat, & bona in tractu Muſcebach ſita precio CC marcarum Colonienſium ſibi compararunt. Teſtis negotio adhibitus fuit *Fr. Rudolfus*, Magiſter Hoſpitalis in villa Stephansfeld. Iuuabit autem ipſas Othonis huc afferre tabulas.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. OTTO, *diuina fauente clemencia Rex. Noſcit omnium fidelium noſtrorum preſencium atque futurorum induſtria, qualiter nos, rogante cariſſima Auia noſtra* Adilheida, *Imperatrice Auguſta, quoddam predium noſtrum*, Biburc & Moſſebach *nuncupatum, cum omnibus pertinenciis ſuis in pago* Cunagis Sunderun, *in Comitatu* Aruduinti *Comitis ſitum*, Salſenſi *cenobio, in honore Apoſtolorum conſtructo, pro remedio anime ſue & noſtre, & parentum noſtrorum, atque ſancte Romane eccleſie ſub libertate ab vtrisque tradito, in proprium ius conceſſimus, firmiterque donauimus cum* Terra Dominicali, *vicina predicto predio, pertinente ad Caſtellum. Inſuper eciam CXX* Iornales *in alio loco adiacentes, ad predictum Caſtellum reſpicientes, cum banno & cum mancipiis vtriusque ſexus edificiis, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, vinetis, campis, agris, ſiluis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcacionibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, viis & inuiis, exitibus & reditibus, queſitis & inquirendis, & cum aliis omnibus rebus, que dici vel nominari poſſunt, a noſtro iure in predicti monaſterii ius perpetualiter ibi habendum transfundimus, vt ſerui Dei illic commorantes pro ſalute noſtra, & ſtatu Imperii noſtri Dominum eternaliter exorent.*

Et vt hec noſtre conceſſionis donacio firmiter ſtabiliterque ab omnibus habeatur, hoc noſtrum preceptum inde conſcribi, manuque propria ſubtus roboratum annulo noſtro

ſigillari iuſſimus. Datum IIII Kal. Ianuarii anno Dominice incarnacionis DCCCCXCII, Indict. V, anno autem tercii Ottonis *regnantis nono. Actum* Polide *feliciter, Amen.*

XXII

De aliis Stephanitarum controuerſiis hoc temporis tractu ad concordiam redactis.

Ducebant illi cum *Gunthero* Milite, filio *Siboldi* Militis in Erfordia, ſuper loco molendini & ſalicto, villæ *Geisbotsleibin* adiacente, litem. Atenim, vt & hanc finiret, operam dedit *Sifridus II* Archiepiſcopus, remque eo deduxit, vt Guntherus iuri ſuo renuntiaret. Teſtimonio ſunt tabulæ Sifridi, menſe Iulio Erfurti editæ, quas hic legendas damus.

SIFRIDVS Dei gracia ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Conſtare volumus vniuerſis, quod Guntherus, *Miles, filius* Siboldi, *Militis in Erphordia, loco molendini & ſalicto, quod adiacet in inferiori parte* Geisbotsleibin, *mota ſibi ſuper hys queſtione ab R. Decano, & R. Canonico* S. Stephani *Maguncie, liti cedens, iuri ſuo, quod habere videbatur, pro ſe & ſuis renunciauit omnino.*

Teſtes autem hy aderant:

C. *Prepoſitus.*
L. *Scolaſticus.*
C. *Cantor, S. Marie in Erphordia, & prefatus* Siboldus;
& alii quamplures.

Actum Erphordie anno gracie MCCXXX, Pontificatus autem noſtri anno XXVIIII, menſe Iulio. In cuius rei euidenciam preſentem paginam conſcribi, & ſigillo noſtro iuſſimus communiri.

Hæc dum fiebant, inſulam oppido *Geiſenheim* oppoſitam, quæ ad eccleſiam *D. Stephani* pertinebat, occuparat *Emercho*, Rhingrauius de Lapide, ratus, eam in auiti diuiſione patrimonii ad ſe peruenisſe: quæ res non poterat non noſtris eſſe dolori. Enimuero, rogatu fratris ſui, *Sifridi*, Epiſcopi Ratisbonenſis, acceptaque ab eodem compenſatione, de ea deceſſit, & an. MCCXXXII, XVII Kalend. Februar. litteris publicis, quas ſubiungimus, ſe Canonicis *D. Stephani* libere illam dimiſiſſe teſtatus eſt.

Notes hic Sifridum, Epiſcopum Ratisbonenſem, & Imperialis Aulæ Cancellarium, cuius natales hactenus ignoti erant.

EMERCHO, Ringrauius, *dictus de* Lapide, *omnibus hoc ſcriptum viſuris volumus declarari, quod cum inſula oppoſita* Gieſenheim, *cuius proprietas ad eccleſiam B. Stephani Maguncie pertinere dinoſcitur, in diuiſione ſortis in noſtram ceſſiſſet porcionem, Dominus & frater noſter* Sifridus, *Ratisponenſis Epiſcopus, & Imperialis Aule Cancellarius, ad peticionem Dominorum predicte eccleſie inclinatus, & pro remedio anime ſue & matris noſtre, cum omni inſtancia petiuit, vt dictam inſulam dictis Dominis S. Stephani abſolutam relinqueremus*, Hermanno *de* Armensheim *Procuratori ſuo iniungens, vt nobis de ipſius Domini Epiſcopi reditibus, qui ſibi in hereditatem ceſſerant, reſtaurum competens aſſignaret. Nos vero peticioni Domini & fratris noſtri, prout decuit, annuentes, predictam inſulam predictis Dominis S. Stephani liberam & abſolutam cum conſenſu vxoris noſtre* Adelheidis *relinquimus, omni iuri, quod in ea habuimus, vel videbamur habere, penitus renunciantes. Dictus quoque* Hermannus *pro reſtauro eiusdem inſule VII maldra annone de rebus dicti Domini Epiſcopi, fratris noſtri, in* Vndenheim *&* Nordenſtat *ſitis, de conſilio* Friderici *de* Vendirsheim, *Scriptoris Domini Epiſcopi, &* Hermanni, *Plebani in* Giſenheim, Henrici Galli, *&* Henrici *de* Spurchenheim, *nobis, ſicut ab ipſo Domino Epiſcopo Fratre noſtro acceperat in mandatis, perpetuo aſſignauit, & predicti Domini cenſus, videlicet XXVII vncias, quas de eadem inſula ſoluere negleximus, abſolutos dimiſerunt; ſi vero nos, vel aliquis ex parte noſtra predictos Dominos in eadem inſula moleſtare attemptauerint, predictas XXVII vncias eisdem Dominis reddere teneamur, & ipſi nichilominus ipſam inſulam abſolutam habebunt.*

In huius rei euidenciam preſentem paginam ſigillo noſtro fecimus communiri.

Teſtes ſunt hy:

Stephanus *de* Waldecke.
Gerhardus *de* Pinguia.
Wolfvvinus *de* Foro.
Arnoldus *de* Rotenberc,
& Wernerus, *cognatus eiusdem.*
Cuonradus Magnus.

Ortlie-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ortliebus *in* Buneda, *Milites.*
Arnoldus, *Scultetus,*
& filius suus Arnoldus.
Cuonradus *de* Appenheim.
Wideroldus.
Meingotus Suse.
Luprandus *de* Gysenheim.
Iohannes *de* Gysenheim,
& alii quamplures.

Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCCXXXII, XVII Kal. Febr.

Nec paucis hactenus iniuriis ac damnis affecti erant ab *H.* de *Vibeche* in villa *Gisbotsleibin.* Id quum, auditis sigillatim loci incolis, pateret, idem Sifridus iunior, litteris Erfurti scriptis, homini iniunxit, Capitulo quantocius satisfaceret. Plenius id cognosces ex illis ipsis.

SIFRIDVS D. G. sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus, H. *de* Vibeche *salutem & omne bonum. Cum super questione iam dudum inter te, ex parte vna, & eccleſiam* S. Stephani *Maguncie, ex altera parte, super iure bonorum, & hominum dicte eccleſie, ſitorum in* Gisbotsleibin, *tu coram nobis arbitratus fueris, vt ad locum accederent partes predictum, & quicquid de curte, bonis & hominibus eiusdem eccleſie, in* Gisbotsleibin *ſitis, ſub ſacramento Communitas ville aſſereret, tu ratum & irreuocabile obſeruares; nos quoque fideles noſtros G.* * *Fratrem noſtrum de* Eppenſtein, *R. de* Eſchelberchen, *L. Cammerarium, & H. Fratrem eius de* Mecingin, *& alios probos viros ad audiendam ſuper hys aſſercionem ville ac vicinie mitteremus; quibus in loco exiſtentibus, a ciuitate predicta, ſicut nobis aperte monſtratum eſt, & retulerunt iidem, ſub iuramento ſufficienter extitit declaratum, quod tu ſepedicte eccleſie multa damna, & graues iniurias in bonis ſuis, & hominibus, ac eorundem iuribus irrogaris. Quare nos non valentes ſepedicto Capitulo de te conquerenti iuſticiam denegare, mandamus tibi, quatinus vſque ad feſtum Thome proxime affuturum eidem Capitulo ſatisfacias de ablatis; alioquin, licet inuiti, contra te ſecundum iuſticiam procedemus. Datum Erphordie XVII Kal. Ianuarii, Pontificatus noſtri anno quinto.*

* Godefridum

XXIII

De bonis in tractu villæ Wicker *coemptis.*

In eo quædam habebat *Conradus* de *Dornburg*, vetuſta, nobilique proſapia vir. Ea vero circa an. MCCXXXIX ære ſuo ſibi compararunt ad hanc *D. Stephani* ædem Canonici. Loquuntur id tabulæ ſequentes.

GERHARDVS Comes *de* Ditſe *vniuerſis hoc ſcriptum intuentibus ſalutem in Domino. Nouerint vniuerſi, tam preſentes, quam futuri, quod nos Dei omnipotentis intuitu, ac pro* B. Stephani *protomartyris reuerencia, animeque noſtre ſalute perpetua, infra Miſſarum ſolempnia accedentes perſonaliter ad altare* B. Stephani *Maguntini, ſuper ipſum altare preciſe renunciando eidem liberaliter manu propria contulimus eccleſie, ſi quid iuris habuimus vel habere videbamur in bonis* Wichera *ſitis, que prefate Canonici eccleſie a Nobili Viro* Cunrado *de* Dornburc *comparauerunt; ita vt nec nos, nec aliquis ſucceſſorum noſtrorum vllam de eisdem bonis habere de cetero valeat actionem. Acta ſunt hec anno Domini MCCXXXIX, in die Ephyphanie Domini, preſentibus*

Theoderico *de* Stalecchen, *maioris eccleſie Canonico.*
Theobaldo, *Decano.*
Arnoldo, *Scolaſtico.*
Gotsmanno, *Cantore, totoque Capitulo S. Stephani Mogunt.*

Laicis

Theoderico *de* Blidenſtat.
Heinrico Speth.
Embricone *fratre eius.*
Dimone *de* Kazzenelenbogen.
Gerlaco *de* Waldecken,
& aliis quampluribus.

In cuius rei euidenciam hanc literam ſcribi, & ſigillo noſtro fecimus communiri.

Nos GERHARDVS Comes *de* Dietſe, *&* Gerhardus *de* Eppenſtein *preſenti ſcripto proteſtamur, quod* Folkvvinus *de* Wickera, *omni iuri, quod habuit, vel habere videbatur in bonis Dominorum* S. Stephani, *que a Nobili Viro de* Dorenburc *comparauerant in eadem villa* Wichera, *coram nobis penitus renunciauit, &, quod eadem bona ipſis integre demonſtret, bona fide promiſit, & ſi*

que per eum alienata, distracta, vel neglecta, vel in preiudicium ecclesie commutata, restituet, & ab eisdem bonis vsque ad Paschа proximum cedet omnino, & predicti Domini, prout eis placuerit, de bonis ordinabunt eisdem. Idem quoque Folckvvinus *medietatem omnium fructuum hyemalium ab ipso excultorum cum stramine & aliis commodis, & terciam partem estiualium proporcionaliter secundum terre consuetudinem presentabit, nec de decima supradictorum Dominorum ibidem se aliquatenus intromittet. Iidem vero Domini, ad peticionem nostram, ipsum* Folckvvinum *ab impeticione XXXVI maldrorum siliginis, in quibus confessus est eis se teneri, absoluerunt. Interfuerunt hy:*

Theobaldus, *Decanus.* Egidius.
Gozmannus, *Cantor.* Fridericus.
Iohannes, *Canonici S. Stephani.*
Helfricus *de* Selhoben. Merbodo *de* Steynheim.
Burchardus *de* Drechtingeshusen, *Milites, & alii.*

In huius rei euidenciam presentem paginam sigillis nostris fecimus communiri. Actum Maguncie anno Domini MCCXLI, V Kalend. Marcii.

XXIV

De bonis Dromersheimensibus *coemptis.*

Dromershemii Canonicis ad ædem, quæ Coloniæ Agrippinæ *D. Cuniberto* sacra est, varia erant bona, curtis, agri, vineæ, decimæ, census, homines, nec non ius patronatus parochialis loci dicti. Quæ cum in rem suam minus conuertere possent, Stephanitis nostris ad emendum obtulere; qui ea, anno MCCXXXIX, CC & XX marcarum Colonienſium pretio coemerunt. Qua occasione vtrique Collegio placuit, fraternitatem inter se inire *. Emptionem aliquot post diebus ratam habuit Collegium Colonienſe metropolitanum his, quas subiungo, litteris.

C. Dei gracia maior Prepositus, C. maior Decanus, Archidiaconi, vniuersumque Capitulum maioris ecclesie in Colonia omnibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino. Cum ecclesia B. Cuniberti *in Colonia curtim suam in* Dromersheim *sibi remote ac dispendiose sitam prope Magunciam, cum vniuersis bonis & iure, que ibi habebat in agris, vineis, decimis, censibus, hominibus, & iure patronatus eiusdem ville, cum vniuersitate transeunte venderet ecclesie* S. Stephani *in Maguncia pro certa pecunie summa, quam dicta ecclesia in bona immobilia, prout poterit melius conuertere, fide interposita, firmiter se promisit, absque omni scrupulo, mora, vel occasione malignandi; fuit nobis ex parte supradictarum ecclesiarum humiliter supplicatum, vt vice Venerabilis Domini C. Archielecti nostri, qui tunc pro negociis ecclesie Colonienſis & suis agebat in partibus transalpinis, & iure Capituli nostri, vtpote maioris ecclesie, consensum nostrum & ratihabicionem preberemus. Nos igitur vtrarumque ecclesiarum prenominatarum precibus inclinati, vice Domini nostri Archielecti, ac iure nostro vtentes, predicto contractui assensum nostrum, ipsum ratum habentes, prestamus. In cuius rei testimonium presentem paginam sigillo ecclesie nostre duximus communire. Datum Colonie anno Domini MCCXXXVIIII, VII Idus Maii.*

* *Inter alia* Henricus *Præpositus*, Franco *Decanus*, & Capitulum S. Cuniberti; *Et si aliquis Concanonicus vester ad nostram ciuitatem diuerterit - - - - in signum fraternitatis staupum vini & panem album eidem exhibebimus, prebendalem vnius diei vel duorum.*

Ceterum non ab re erit, huc afferre tabulas, quibus centum annis ante *Adelbertus II* testatus est, *Einezvvip*, liberæ conditionis mulierem, sese cum omni posteritate generis masculini curti in Dromersheim tradidisse.

Ego ADELBERTVS, *Maguntine ecclesie humilis Minister, notum esse volo vniuersis Christi fidelibus, tam futuris, quam viuentibus in presenti, quod* Einezvvip, *cum esset libere condicionis mulier, diuino spiritu attracta, semetipsam cum omni posteritate masculini generis, femineo vero sexu libero permanente, & nichil persoluente, curti in* Dromirsheim *tradidit, hac videlicet condicionis forma interposita, quatenus omnis masculus eidem curie octo denarios annuatim persoluat, post obitum vero ipsorum, quicquid habuerit preciosius in iumentis vel vestimentis,*

veſtimentis, prefate curie perſoluere debent. Vt autem hec tradicio intacta & inconuulſa in perpetuum permaneat, hanc paginam conſcribi, & impreſſione ſigilli noſtri muniri dignum duximus, ſub diſtricta anathematis comminacione prohibentes, ne quis eam annullare, vel aliquo modo labefactare attemptet. quod ſi quis fecerit, ſit anathema, maranathema. Acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCXXXIX, Indict. II, Epacta VI concurrente VII, regnante glorioſiſſimo Imperatore Cunrado. *Teſtes quoque affuerunt fame integre, & boni teſtimonii viri,*

Dudo. Emicho.
Rudenger. Cunradus.
Wernherus. Gerhardus;

& plures alii quorum nomina huic pagine pre nimia multitudine annotare minime potuimus.

XXV

De contentione cum Triquernatibus *&* Oppenheimenſibus *finita.*

Hoc temporum tractu Stephanitis & vniuerſitati villæ Münſterliederbach lis erat cum prouincialibus iudicii ſiue tractus, qui vulgo *Diereich* ſiue *Dreyeich* dicitur, ſuper cultura noualium. Hanc Rupertus, Burggrauius Friedbergenſis decidit, laudoque pronuntiato voluit, Capitulum D. Stephani ac vniuerſitas Münſterliederbacenſis omnia noualia illic facta libere poſſideret; alia vero in poſterum haud faceret. Litterarum clauſula docet, hæc acta *apud Diereich* an. MCCXXXIX, XI Kal. Iun. teſtibus *Francone* & *Ortone* de *Grunenberg*, fratribus, *Hartmundo* de *Heidersheim*, *Godefrido* de *Hagelſtein*, *Burchardo* de *Cruftele*, Militibus.

Præter hanc controuerſiam & cum Oppenheimenſibus impliciti erant diſcordia. Diſſenſionis hæc erat occaſio. Stephanitæ tenebant bona quædam in finibus ciuitatis Oppenheimenſis, ab Abbate & contubernio Rodenkirchenſi empta. quæ cum priuilegio Friderici II Imp. monachis an. MCCXIV Lutreæ conceſſo, ab exactionibus & ſeruitiis immunia eſſent, Oppenheimenſes nihilo ſecius id genus onera nunc de eisdem exigebant. Quod cum Canonicis per eſſet graue, ad arma conuerſi eccleſiaſtica, Rudengerum Medicum, ciuem Oppenheimenſem, ſacrorum interdicto ſubdidere. Valuit ea res ad finem diſceptationi faciendum. Quippe perculſi fulmine hoc Oppenheimenſes per procuratores ſuos promiſerunt, ſe in poſterum nil amplius a Decano & Capitulo bonorum iſtorum intuitu exacturos. Quam rem ſe preſente geſtam Sifridus III hoc diplomate poſteritatis retulit ad memoriam.

SIFRIDVS, *Dei gracia ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, vniuerſis preſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino. Cum Dilecti in Chriſto, Decanus & Capitulum eccleſie* S. Stephani *Maguncie, emerunt quedam bona, ſita apud* Oppinheim, *ab Abbate & Conuentu* Rubre Eccleſie, *pro certa pecunie quantitate, & Dominus noſter* Fridericus, *Romanorum Imperator Sereniſſimus, eis indulſerat de gracia ſpeciali, vt nullas exactiones, neque aliqua ſeruicia de eisdem bonis ſoluere teneantur, prout in literis ſuper hoc eis conceſſis plenius continetur; quia ciues de Oppinheim contra libertatem huiusmodi & graciam eis factam exactiones ab ipſis temere extorſerunt, iidem Decanus & Capitulum iniurias ſuas vſque adeo fuerant perſecuti, quod excommunicacionis ſentencia lata fuit contra* Rudengerum *Medicum, ciuem de Oppinheim, eo quod occaſione exactionis huiusmodi penſionem eis debitam ſoluere non curauit. Tandem inter dictum Capitulum, & prefatos ciues de Oppinheim per* Cunradum *de* Giſenheim, *Sculteum eorum, &* Ottonem *de* Hechedisheim, *Militem, procuratores & nuncios eorundem, in noſtra preſencia talis concordia interuenit, quod nuncii ipſi ex parte ciuium predictorum, in manus noſtras fideliter promiſerunt, quod nunquam de cetero aliquis exactiones vel ſeruicia de bonis ipſis recipient a Decano & Capitulo memoratis. Vt autem hoc factum robur obtineat firmitatis, preſentibus literis ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum Maguncie Idibus Nouembris anno Domini MCCXXXIX, Pontificatus noſtri anno VIII.*

Tabularum vero Friderici, quarum mentio facta, hoc eſt apographum.

FRIDERICVS *Dei gracia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus. Cum ex regie liberalitatis munificencia eccleſiarum vtilitati prouidemus, indubitanter ſperamus*

ramus, ad felicem presentis cursum, & ad eterne retribucionis meritum id nobis omnimodis profuturum. Vnde votum fieri volumus vniuersis, tam futuris, quam presentibus Imperii fidelibus, quod nos pro remedio anime nostre, parentumque nostrorum Domui religionis, que Rodenkircha *dicitur, de regie largitatis munere concedimus, & indulgemus, quatenus de vniuersis bonis eiusdem Domus, apud* Oppinheim *sitis, nichil vltra preter antiquam iusticiam requiratur, nec aliqua noua exactio in eisdem constituatur.*

Quicunque ergo hanc nostre confirmacionis paginam infringere, vel aliquo improbitatis ausu ei obuiare presumpserit, regie indignacionis se nouerit iacturam grauissimam incursurum. Vt autem hec omnia firma & illibata conseruentur, presentem paginam inde conscribi, & sigillo nostro fecimus communiri.

Huius rei testes sunt:

Sifridus, *Maguntine Sedis Archiepiscopus.*
Cunradus, *Imperialis Aule Cancellarius.*
Lupoldus, *Wormatiensis Episcopus.*
Theodericus, *Treuirensis Archiepiscopus.*
Fridericus, *Comes de* Liningen.
Simon, *Comes de* Saraponte.
Rupertus, & Gerhardus, *Irsuti Comites.*
Cunradus, *Siluester Comes.*
Godefridus *de* Eppinstein.
Wernherus *de* Bolant, *Imperialis Aule Dapifer,*
& Philippus *frater suus, & alii quam plures.*

Acta sunt hec apud Lutream, *regnante Domino* Friderico *Inuictissimo Romanorum Rege & semper Augusto, anno Regni eius secundo, anno Dominice incarnacionis MCCXIIII, Kal. Aprilis.*

XXVI

De administratione præbendarum Collegio concessa.

Henricus Præpositus vsque huc rem fortunasque Collegii haud ea, qua par erat, cura administrauerat. Quod cum Canonicis haud leui esset detrimento, querelis ad Iudices Sedis Moguntinæ delatis, obtinuere, vt arbitris quibusdam caussa committeretur cognoscenda, componendaque. A quibus dein ita decretum, vt sequentibus comprehensum tabulis est.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti Amen. Nos Magister Ludevvicus, *Canonicus maioris ecclesie,* Arnoldus *Scolasticus,* Godesmannus *Cantor S. Stephani Mogunt. &* Helvvicus *Pinguensis Scolasticus, ex parte* D. Henrici *Prepositi S. Stephani Mogunt. ac Capituli eiusdem ecclesie, mouentis in audiencia* Iudicum Sedis Moguntine *super prebendarum suarum defectibus contra ipsum Prepositum questionem, arbitri sub penis certis in literis ipsorum Iudicum comprehensis electi, taliter inter partes duximus arbitrandum, quod nullus amministracionis defectus ad dictum Henricum Prepositum, quoad ipse vixerit, in posterum habeatur, sed amministracio ipsa plene ac integre resideat apud Capitulum memoratum, ita quod & suspensiones prebendarum recipiat, ac circa Officiatos ecclesie, Scultetos, & alios, liberam instituendi & destituendi Capitulum habeat facultatem, nec Preposito in aliquo seruicio teneantur, eo duntaxat excepto, quod Cellerarius, quem Capitulum, vel maior pars ipsius elegerit, ipsi Preposito presentabitur confirmandus, quem & ipse sine difficultate, & quolibet more dispendio tenebitur confirmare. Ipse eciam Prepositus de curia sua, vel alius, cui ipse eam inhabitandam concesserit, ex nunc in antea soluet marcam, iuxta condicionem & formam contractus, super empcione eiusdem curie celebrati, & de domunculis ipsi curie adiacentibus ipse Prepositus, vel alius eas inhabitans censum consuetum soluere teneatur. E diuerso ipse Prepositus in ecclesiis conferendis, Prelatis & Canonicis confirmandis, Clericis inuestiendis, sinodis celebrandis, ac generaliter omnibus spiritalibus, racione sui Archidiaconatus, velut antea, libere perfruatur. Pro refusione autem defectuum in prebendis, & restauracione dampnorum, debitorum nomina Capitulo delegamus, relinquentes eidem repeticionem omnium neglectorum, siue in blado, siue denariis, seu aliis quibuscunque consistant, requisicione talium eidem Preposito penitus interdicta, immo si a debitoribus fuerint sibi sponte oblata, non continget eadem vllo modo. In solucionem quoque defectuum fructus prebende Prepositi, & reditus Archidiaconatus ad quinque annos Capitulo relinquimus memorato, qui racione iuris sinodatici consueuerunt annis singulis prouenire. His eciam quinque annis Capitulo relinquimus potestatem, illis sinodis preficiendi personas, quas sibi magis viderint expedire, ita tamen, siue modicum, siue multum de neglecto, de preben-*

prebenda & Archidiaconatu Capitulum habere contingat, illo, pro defectu & dampnis preteritis, perpetuo sit contentum; & post quinquennium fructus prebende & Archidiaconatus ad Prepositum libere reuertatur. Capitulum nichilominus prebendam a Iudeo, cui obligata existit, suis sumptibus liberabit. Iniungimus eciam Preposito memorato, vt pro absolucione bonorum in Liederbach *ad Dominum* Cunonem *de* Mincenberg *accedat personaliter infra festum B. Iohannis Baptiste proximo nunc futurum. Item pro distractis, subtractis, & neglectis recuperandis, per se, suos cognatos & amicos suum prestabit Capitulo pro viribus auxilium, & fauorem. Nichilominus, si Capitulum in curtibus, vel bonis ecclesie propter debita per eum, vel nomine suo contracta aliquatenus impetatur, hoc eis Prepositus tollere teneatur. Iniunginus eciam Capitulo memorato, vt ad prouocandum pro se dicti Prepositi ac amicorum suorum defensionis ac fauoris auxilium, Domino suo Preposito fauorabiliter exhibeant debitam reuerenciam in omnibus & honorem.*

Testes huius rei sunt:

Christianus, *Prepositus.* Burckardus, *Prepositus de Fritslar.*
Iohannes, *Scolasticus.* Walterus *de* Escheburnen.

Canonici maioris ecclesie.

Henricus, *Scolasticus.* Gerhardus, *Custos.*
Magister Cunradus, *Canon.* S. Petri.
Arnoldus, *Decanus.* Thomas, *Cantor.*
Cunradus, *Scolasticus.* Iohannes, *Notarius.*
Cunradus, *Cellerarius.* *Canonici* S. Victoris.
Stephanus, *Decanus.* Sifridus, *Cellerarius,*
S. Marie in Campis.
Heinricus, *Scolasticus.* Arnoldus.
Cunradus, *Cellerarius.* Cunradus.

Canonici S. Marie ad gradus.

Marcolfus, *Decanus.* Cunradus, *Custos.*
Hermannus, *Canon.* S. Mauricii.
Gerungus, *Scolasticus.* Cunradus.
Wilhelmus. *Magister* Wernherus.

Canonici S. Iohannis.

Burckardus, *Decanus.* Cunradus, *Custos.*
Iohannes. *Canon.* S. Gangolfi *Mogunt.*

& alii quamplures, ad hoc specialiter conuocati.

In cuius rei testimonium has litteras Iudicum Sedis Moguntine, Henrici *Prepositi* S. Stephani *, & omnium ecclesiarum Moguntinarum, ac nostris sigillis fecimus roborari. Actum in claustro maioris ecclesie Moguntine anno Domini MCCXLIII, VII Kalend. April.*

* Repræsentat id figuram Leuitæ, palmam erectam dextra, sinistra librum tenentis, his verbis circum circa adscriptis: HENRICVS DEI GRATIA TREVIRENSIS ARCHIDIACONVS.

XXVII

De Gerhardi I *Archiepiscopi erga eos beneficio.*

Is, quum beneuolæ suæ erga Stephanitas voluntatis argumentum edere vellet, ecclesiæ bona in *OberVlmen* ab omni exactionum precariarum onere libera præstitit. Tabulas, beneficentiæ huius indices, vt proferamus, res ipsa suadet.

GERHARDVS D. G. sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Vicedomino Rinegouvie ceterisque Officiatis nostris, literas has visuris, salutem & omne bonum. Cum ad instar beate memorie Sifridi, *&* Christiani *Archiepiscoporum, predecessorum nostrorum, bona ecclesie* S. Stephani *Maguncie, sita in superiori Olmena, villa nostra, ab omni exactionum seu peticionum onere, que ab Officiatis ecclesie nostre aliquociens imponebantur, eisdem libera prorsus dimiserimus, & soluta; fidelitati vestre tenore presencium distinctius inhibemus, ne Capitulum ipsius ecclesie contra concessam ei*

libertatem in bonis prefatis vllatenus aggrauetis, exactiones eis vel tallias imponendo, si offensam nostram volueritis euitare. Datum Maguncie VII Idus Februarii anno Domini MCCLVII.

XXVIII

De Wernheri *Archiepiscopi in eos studio.*

Is decessorem benignitate superaturus, ecclesiæ huic D. Stephani duas contulit & adunauit parœcias, *Nackheimensem* nimirum & *Sarmsheimensem: illam*, an. MCCLXII, litteris Id. Aug. datis; *istam*, tabulis XV Kalend. April. anno MCCLXVI confectis. Vtrisque locum hic facere conuenit.

WERNHERVS D. G. sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in Christo, Decano & Capitulo S. Stephani *Maguncie, salutem in Domino. Officii nostri debitam prosequimur actionem, cum piis petencium desideriis benignum prebemus assensum, presertim in his, in quibus per augmentum ministrorum ecclesie sacer cultus diuini nominis ampliatur, nam iuxta Psalmiste preconium :* Zelus nos debet comedere domus DEI. *Cum igitur postulaueritis suppliciter & instanter a nobis, vt parochialem ecclesiam in* Nackheim, *cuius ad nos ius patronatus spectare dinoscitur, vestro Collegio in augmentum diuini nominis vniremus, nos pio desiderio paterno concurrentes affectu, & fidei ac deuocionis zelum, quem ad cultum diuinum geritis, in Domino commendantes, dictam ecclesiam in* Nackheim *de consensu Capituli nostri Collegio vestro in perpetuum concedimus, tradimus taliter, & vnimus, vt cum primum eam vacare contigerit, relicta de fructibus ipsius ecclesie perpetuo Vicario, qui curam populi gerat ibidem, & Archiepiscopo, ac loci Archidiacono, qui pro tempore fuerint, de iuribus suis respondeat & alia ipsius ecclesie onera subeat, congrua porcione, quicquid de vniuersis eiusdem ecclesie reditibus supersesse contingat, duorum cedat vsibus Sacerdotum, quorum vnus ad altare* S. Laurencii, *alter vero ad altare* S. Gregorii *in ecclesia vestra Missam cottidie celebrabit, facietque Decano, qui ibidem pro tempore fuerit, obedienciam manualem, & ad Chori vestri seruicium, sicut ceteri Vicarii, tenebuntur. Ad dictum quoque Decanum pertinebit institucio eorundem. Idem eciam Decanus perpetuum Vicarium in* Nackheim *loci Archidiacono presentabit, vt ab eo curam recipiat animarum.*

In cuius rei testimonium & perpetuam firmitatem presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Nos Sifridus *Prepositus*, Ludovvicus *Decanus*, Arnoldus *Scolasticus*, Eberhardus *Cantor, & Capitulum Moguntinum omnibus supradictis vnanimiter consentimus, ecclesie nostre sigillum presentibus appendentes. Actum anno Domini MCCLXII, Idus Augusti.*

In nomine Domini Amen. WERNHERVS *D. G. sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Pontificalis officii, ad quod licet immeritos diuina dignacio nos vocauit, debita sollicitudo requirit, quod ecclesiarum nostro regimini subiectarum vtilitati, commodo, & honori quanta potuerimus vigilancia intendentes, grauaminibus earum & scandalis viam precludere satagamus. Sane, a nonnullis, quorum assercioni fidem indubitatam non immerito adhibemus, sufficienter edocti, quod propter continuitatem & viciniam terminorum ecclesie in* Munstere, *ad ius ecclesie* S. Stephani *Maguncie spectantis, & ecclesie in* Sarmsheim, *cuius ius patronatus ad Dilectos in Christo Abbatem & Conuentum monasterii* S. Albani *pertinuit, inter hos dies controuerse dissensiones & rixe aliquociens emerserunt, & possent, nimirum nisi super hoc prouisum fuerit, grauiora imposterum offendicula prouenire : Ecce, vt hys malis occasio amputetur, de consensu predictorum Abbatis & Conuentus, nec non Decani & Capituli nostre ecclesie Kathedralis vnimus & incorporamus ecclesiam in* Sarmsheim *cum suis pertinenciis vniuersis ecclesie* S. Stephani; *eius Capitulo indulgentes, vt dum primum vacare contigerit, eam officiari faciant per idoneum Sacerdotem, cui, nostris & loci Archidiaconi iuribus per omnia nobis saluis, congruam de ipsius ecclesie prouentibus porcionem relinquant, in suarum prebendarum augmentum; quod residuum fuerit, licite conuersuri, ea videlicet forma & modo, quo ecclesie sue in* Munstere *redditus percipere consueuerat, attencius prouisuri,*

uisuri, ne in alias possessiones & iura, que in villa Sarmsheim *memoratum S. Albani monasterium noscitur obtinere, presumant vllatenus extendere manus suas.*

Porro, vt ius presentandi ad ecclesiam in Sarmsheim *Abbati & Conuentui monasterii supradicti digne & honorabiliter compensetur, ordinamus & statuimus, quod prebendam, que ex resignacione* Widegonis, *Prepositi* Northusensis, *iam vacat, & illam deinceps perpetuis temporibus, quociensçunque vacare continget, Abbas, qui pro tempore fuerit, monasterii* S. Albani *persone, cui decreuerit, assignare debeat libere, & conferre, ipsiusque ecclesie* S. Stephani *Decanus & Capitulum huiusmodi personam in Canonicum suum & in plenitudinem iuris Canonici, iuxta consuetudinem sue ecclesie, ad prebendam sibi ab Abbate collatam, absque difficultate qualibet admittere teneantur, nec, si casu vel necessitate quacunque contingat, Capitulum dare vel vendere prouentus prebende, que* precaria *dicuntur, debebit aut poterit ex quacunque indulgencia vllos prouentus ipsius prebende vendere, vel ipsam prebendam ad ius & collacionem Abbatis spectantem, eciam si tunc vacauerit, retinere aliquatenus in restaurum &, si dictos, Decanum & Capitulum, sedis Apostolice vel Legatorum ipsius literas contingat recipere, & se obligare ad collacionem alicuius prebende, ipsi prebendam ad collacionem ipsius Abbatis spectantem semper excipient, ita quod de quacunque permissione seu obligacione iam facta aut in posterum facienda prefato Abbati nullum penitus preiudicium generetur.*

Item cum ex consuetudine hactenus obseruata de aliis ecclesiis, in quibus iidem Abbas & Conuentus S. Albani ius obtinent patronatus, in festo eiusdem Patroni ipsis a Rectoribus earundem ecclesiarum dentur Salmones, predictus Decanus & Capitulum S. Stephani *in eodem festo vnum bonum Salmonem dabunt Abbati; Canonicus vero, qui ab Abbate ad prebendam presentatus est, dabit duos bilibres cereos annuatim. Item Decanus & Capitulum memorati, cum super causis fuerint requisiti, assistent per sue ecclesie Aduocatos monasterio S. Albani in omnibus bona fide, consilio, & fauore.*

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre prouisionis, ordinacionis & commutacionis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis DEI, beatorum Petri *&* Pauli *Apostolorum eius,* B. Martini, *& nostram se nouerit incursurum.*

Nos Sifridus *Prepositus*, Ludevvicus *Decanus*, Arnoldus *Scolasticus, totumque Capitulum maioris ecclesie in prefatam ordinacionem liberaliter consentimus. Nos quoque* Rudolphus *Abbas & Conuentus monasterii* S. Albani, *& nos* Waltherus *Decanus & Capitulum* S. Stephani *ordinacionem ipsam recipimus, ac eam perpetuis temporibus promittimus obseruare. In cuius facti memoriam ac debitam firmitatem literas has conscribi fecimus, & nostrorum sigillorum munimine roborari. Actum anno Domini MCCLXVI, XIIII Kalend. April.*

XXIX

De Waltheri *Decani donatione ecclesiæ facta.*

Is quum pio erga Collegialem hanc duceretur affectu, bona Nideringelhemensia, quæ sibi an. MCCLXX a Canonicis cathedralis Herbipolensis legitima compararat emptione, an. MCCLXXIII eidem donauit; ius vero patronatus parochialis Nideringelheimensis, quod simul cum istis acquisierat, successoribus suis Decanis proprium esse voluit.

XXX

De Henrici *Præpositi prona in eandem voluntate.*

Is, vt commodis Collegii rursum consuleret, Decano & Capitulo ius patronatus parochialis Münsterensis anno MCCLXXV contulit; vti quidem ex sequentibus discas tabulis.

HENRICVS *D. G. Archiepiscopus Treuirensis & Prepositus ecclesie S. Stephani Magunt. notum esse volumus omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis, quod nos ius patronatus ecclesie in Monstere Mag. dyoc. quod quidem ad collacionem nostram ratione Prepositure nostre S. Stephani Magunt. predicte spectare dinoscitur* f. Archidiaconus

ab antiquo, in Decanum & Capitulum ecclesie nostre S. Stephani predicte in augmentum diuini cultus ibidem transtulimus propter Deum perpetuo possidendum. Memorati eciam Decanus & Capitulum perpetuum Vicarium de cetero instituent in dicta ecclesia in Monstere, deputata sibi ab eisdem prebenda debita & consueta, qui Episcopo & Archidiacono loci in iuribus ipsorum & consuetudinibus respondere valeat, vt est hactenus obseruatum. Actum Maguncie anno Domini MCCLXXV, IIII feria ante festum Penthicostes.

XXXI

De noua Wernheri *Archiep. erga eam liberalitate.*

Is haud contentus, quod duas istas, de quibus § XXVIII, ei contulisset parœcias, anno MCCLXXX centum medimnos siliginis (*maldra* vulgo nominant) eidem & ecclesiæ principi, æqualiter inter vtramque diuidendos, donauit; hoc tum edito diplomate:

WERNHERVS *Dei gracia sancte Moguntine Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, dilectis fidelibus suis, Officiato, Scabinis & vniuersitati de* Gernsheim *salutem in Domino. Cum de bonis nostris, tam decimis, quam aliis redditibus, que apud villam nostram* Gernsheim *& terminos adiacentes redemimus, & comparauimus nostris denariis, Capituli nostri Moguntini ad hoc accedente consensu, prout in literis super hoc confectis plenius continetur, quantitatem centum maldrorum siliginis Dilectis in Christo* maioris *&* S. Stephani *ecclesiarum Mogunt. Capitulis, & per ipsa Capitula eisdem ecclesiis dedimus liberaliter pro anime nostre salute, equaliter inter ipsas ecclesias diuidendam, & perpetuo possidendam; volumus & inuiolabiliter iniungimus obseruandum, vt per Officiatum nostrum eiusdem ville, qui pro tempore fuerit, quantitas predicta annis singulis apud* Gernsheim *eisdem ecclesiis presentetur. Tu quoque, Officiate, in messibus nunc instantibus & in omnibus aliis, quamdiu te eidem officio preesse contigerit, predictam siliginem representes, prout superius est expressum, & nichilominus* Godfridum *maioris, &* Conradum *S. Stephani ecclesiarum dictarum Canonicos, exhibitores presencium, in possessionem corporalem bonorum ipsorum, iuxta modum quantitatis predicte, secundum consuetudinem loci, inducas, ecclesiarum nomine earundem, ipsamque donacionem, tam prouide factam & pie, ad maiorem euidenciam publices in locis omnibus, in quibus fuerit oportunum. Datum apud Vinarium XI Kalend. Iulii anno Domini MCCLXXX.*

XXXII

De iure patronatus ecclesiæ Bubenheimensis *D.* Stephani *Fratribus donato.*

Competebat id Præposito Collegii. *Henricus* vero de *Bolandia* id, dum Præpositi fungebatur muniis, Decano & Collegio in augmentum præbendorum an. MCCLXXXIII, Kalend. Maii attribuit. Vt dictis fides sit, afferemus *Gerhardi II*, quibus an. MCCLXXXIX donationem hanc ratam habuit, litteras.

GERHARDVS *D. G. sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in Christo, Decano & Capitulo ecclesie* S. Stephani *Maguntie, salutem in Domino. In deuocionis augmentum vobis DEO propicio credimus prouenire, si nos in oportunitatibus vestris inuenire beneuolos gaudeatis; sane cum sicut vestra nobis exhibita peticio continebat, quondam Honorabilis Vir,* Henricus *de* Bolandia, *ecclesie vestre Prepositus, ecclesiam de* Bubinheim, *cuius ad ipsum ius pertinuit patronatus, vobis in augmentum prebendarum vestrarum, & per vos ecclesie vestre contulit, intuitu pietatis, & eisdem vestre ecclesie duxit vnienàam, prout in literis suis super hoc confectis plenius continetur. Nos deuocionis vestre precibus inclinati, quod per ipsum Prepositum in hac parte factum existit, ratum habentes & gratum, illud auctoritate presencium in nomine Domini confirmamus, nostro, Archidiaconi loci, & cuiuslibet alterius in omnibus iure saluo. Datum Maguncie anno Domini MCCLXXXIX, XII Kalendis Octobris.*

XXXIII

De Wernheri Falckensteinio-Münzenbergii *donatione* D. Stephano *facta.*

Is pœnitentia admissorum ductus, aream in villa *Büdinsheim* apud castrum *Winecke*,

Winecke, in qua tum domus quædam erat; curiam itidem & tres manſos, quos proprietatis titulo ſibi comparauerat, anno MCCXC huic D. Stephani eccleſiæ attribuit, tabulisque, quas hic damus, adſignauit.

Nos WERNHERVS *de* Münzenberg *ac de* Falckenſtein *recognoſcimus & tenore preſencium publice proteſtamur, quod cum dudum, Domino inſpirante, pro noſtra, & quorundam hominum, de quibus olim accepimus quandam ſummam pecunie occaſione thelonii minus iuſte, animarum remedio & ſalute conceperimus aliquid boni ſalubriter ordinare; quia tamen eccleſiam* S. Stephani *protomartyris Moguncie, cuius in locis pluribus exiſtimus Aduocatus, pre ceteris ardenciori cordis noſtri deſiderio non immerito tenemur amplecti, & beneficiis perſequi ampliori-bus, & fauore; ipſam enim in exhibicione obſequiorum & familiaritatis ſemper inuenimus prompciorem; nos propoſitum noſtrum huiusmodi preconceptum, precipue ob ipſius Sancti reuerenciam, ad bonum & vtilitatem predicte eccleſie* S. Stephani *recognicione debita conuertentes, per donacionem liberam & deliberacionem prouidam, damus eidem de bonis noſtris in villa* Budinsheim, *apud Caſtrum* Winecke *& terminis eius ſitis, aream, in qua ad preſens tantum eſt vna domus, curiam & tres manſos, quos poſt obitum pie memorie Nobilis Matrone Domine* Mechtildis, *vxoris noſtre, nate quondam Nobilis Viri, Domini* Gerhardi *Comitis de* Dize, *proprietatis titulo comparauimus apud dilectam olim ſororem noſtram, Dominam* Gudam *de* Clinginberc, *vxorem quondam Nobilis Viri* Conradi *de* Bickinbach, *& poſſedimus hactenus pacifice & quiete, ac prout moris eſt, coram Sculteto, Scabinis, & Iuratis predicte ville* Budinsheim *reſignauimus, & harum literarum teſtimonio reſignamus, quicquid iuris in eis habuimus, in ipſam eccleſiam* S. Stephani *transferentes, de* Philippi *&* Cunonis, *filiorum noſtrorum*, Sifridi *de* Eppinſtein, *generi noſtri, &* Iſingardis, *vxoris ſue, filie noſtre dilecte, beneplacito, conniuencia & conſenſu; ordinantes & inuiolabiliter obſeruari volentes, quod de medietate prouentuum ipſorum bonorum Decanus & Capitulum, ac Vicarii eccleſie* S. Stephani *antedicte tercia die poſt feſtum* S. Andree *Apoſtoli anniuerſarium prefate Nobilis Matrone Domine* Mechtildis *cum magnis Vigiliis, Miſſa pro defunctis, & commendacionibus peragant annuatim, tunc iidem Canonici & Vicarii agent memoriam illorum hominum, de quibus accepimus thelonium, prout ſuperius eſt expreſſum; eodemque die dicta medietas prouentuum dictorum bonorum inter Canonicos & Vicarios tunc preſentes equaliter diuidetur; reliqua vero medietas eorundem bonorum in feſto* B. Marie Magdalene *tempore vite noſtre inter Canonicos & Vicarios diſtribuetur eosdem, vt idem feſtum paragatur ſolempnius ab eisdem; que medietas fructuum ſiue prouentuum poſt obitum noſtrum pro anniuerſario noſtro eciam cum magnis Vigiliis, Miſſa pro defunctis, & commendacionibus, ac memoria predictorum hominum peragendis, ibidem inter Canonicos & Vicarios ipſius eccleſie* S. Stephani *diuidetur iuxta eiusdem eccleſie conſuetudinem tunc preſentes.*

In cuius donacionis noſtre euidenciam debitam, ac perpetuam firmitatem damus Decano & Capitulo eccleſie S. Stephani *memorate preſentes literas noſtri, Honorabilium Virorum, Dominorum Iudicum ſancte Maguntine Sedis, &* Philippi *de* Falckenſtein, *fratris noſtri, ſigillorum munimine roboratas. Et nos,* Sifridus *de* Eppenſtein, *gener, ac ego* Iſingardis, *filia, nosque* Philippus *&* Cuno, *fratres, ob reuerenciam & honorem predicti Domini* Wernheri *de* Münzenberg *ac de* Falckenſtein, *patris noſtri cariſſimi, donacionem ſuam predictam, circa ipſam eccleſiam* S. Stephani *pie factam & feliciter ordinatam, ratam & gratam habentes, & inuiolabiliter obſeruare volentes, per appenſionem ſigillorum Dominorum Iudicum S. Maguntine Sedis, ac Nobilis Viri, Domini* Philippi *de* Falckenſtein, *patrui noſtri dilecti, quia ſigilla propria non habemus, ad maiorem premiſſorum certitudinem approbamus. Nos quoque Iudices ſancte Maguntine Sedis, ad preces Nobilis Viri Domini* Wernheri *de* Münzenberg *ac de* Falckeſtein, *& nos* Philippus *de* Falckenſtein, *ad predictorum,* Wernheri, *fratris noſtri,* Sifridi *de* Eppenſtein, *generi ſui,* Iſingardis, Philippi *&* Cunonis, *filiorum ſuorum, preces, ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda, in teſtimonium perpetuum & robur premiſſorum. Actum & datum anno Domini MCCLXXXX, VI Kalend. Marcii.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

XXXIV

De bonorum, quæ Stephanitis in villa Ebersheim *erant, immunitate.*

Philippus de *Bolandia*, aulæ Imperialis Dapifer, per aliquod tempus grauis erat exactionibus, idque genus aliis oneribus, in bonis, quæ ii in villa dicta Ebersheim habebant. Cum satis diu certatum fuisset, ipse confessus est, eis se feciſſe iniuriam, anno MCCXCVI, Non. Mart. his, quas in lucem producimus, litteris testatus, bona ista libera esse, & ab omnibus id genus exactionibus immunia.

Nos PHILIPPVS *de* Bolandia, *Imperialis Aule Dapifer, recognoſcimus & publice proteſtamur, quod orta inter Abbatem & Conuentum monaſterii* S. Iacobi *extra muros Moguntinos, nec non Decanos & Capitula* S. Stephani, S. Marie *ad* gradus, *&* S. Iohannis *eccleſiarum Magunt. &* Waltherum *Decanum* S. Stephani *ſpecialiter atque ſolum, ex parte vna, & nos, ex altera, graui diſcordia & materia queſtionis, ſuper eo, quod de bonis eorum ſitis in* Ebernsheim, *exactiones multiplices per nos & noſtros extorſiſſe dicebant, ac onera grauia & indebita impoſuiſſe eisdem; viſo nobis tandem, quod ſuper his aliqualem leſam haberemus conſcienciam, cupientes cum dictis eccleſiis pacem habere, & in nullo diminuere ius eorum, in quinquaginta tamen libris* Hallenſium *ab ipſis eccleſiis honorati, quas gratanter recepimus ab eisdem, pronunciamus, & pronunciando dicimus pro nobis & omnibus noſtris heredibus ac ſucceſſoribus, quod neque ex conſuetudine, nec alia cauſa, ſeu iure quocunque predictarum eccleſiarum bonis, que nunc habent in predicta villa* Ebirsheim, *ſeu in terminis ipſius ville vbicunque ſitis, exactiones, precarias, annonam, denarios, hoſpicia, que* Herberge *dicuntur, vel quecunque alia ſeruitutis onera, quocunque cenſeantur nomine, per nos vel per noſtros imponere debeamus.*

Et quia in hoc exceſſimus, veniam poſtulamus, & in reſtaurum leſionis in hac parte per nos & per noſtros facte eccleſiis memoratis, dicimus & pronunciamus pro nobis & noſtris heredibus ſeu ſucceſſoribus, earum bona fuiſſe & eſſe debere libera in perpetuum & de iure ab omni exactione, precaria, & quolibet alio genere ſeruitutis, que excogitari poſſet de aliquo homine de hoc mundo.

Preterea ad dictam villam Ebirnsheim, *vbi bona predictarum eccleſiarum ſita ſunt, in perſona propria accedemus, & ibi coram Sculteto, Scabinis, & hominibus ville renunciabimus omni iuri noſtro, quod habuimus ſeu habere videbamur in bonis dictarum eccleſiarum de iure, vel ex conſuetudine, ac libera proclamabimus ab omni exactione, precaria, & quouis alio genere ſeruitutis, quocunque nomine cenſeantur, publice & expreſſe. Super his vero inuiolabiliter obſeruandis pro nobis, ſeu noſtris heredibus ſeu ſucceſſoribus, fidem dedimus manualem.*

Verum, ſi, quod abſit, nos, aut heredes vel ſucceſſores noſtros contra premiſſa vel premiſſorum aliquid venire contingeret, & non ſatisfaceremus commoniti de mandato Dominorum Iudicum ſancte Moguntine Sedis infra menſem, per eos denunciabimur violatores fidei, & nichilominus excommunicacionis ſententiam in nos ferent ac in noſtros heredes ſeu ſucceſſores, qui fuerint tempore ſucceſſiuo, & nichilominus tenebimur ipſis eccleſiis nomine pene in C. Marcis puri argenti; ad quarum ſolucionem ſicut ſpontanea voluntate eligimus pro nobis & heredibus & ſucceſſoribus noſtris, qui fuerint tempore ſucceſſiuo, per excommunicacionis & interdicti ſententias iidem Iudices nos compellent, nulla nobis defenſione iuris vel facti in contrarium ſuffragante.

In euidenciam igitur omnium premiſſorum & perpetuam firmitatem ſepe dictorum Dominorum Iudicum, & Wernheri *fratris noſtri, Prepoſiti eccleſie* S. Victoris *Magunt. ſigilla ad preces noſtras, vna cum noſtro ſigillo preſentibus ſunt appenſa. Et nos Iudices & Prepoſitus ſupradicti, ad rogatum predicti* Philippi *de* Bolandia, *ſigilla noſtra appendimus huic ſcripto in teſtimonium rei geſte. Datum anno Domini MCCLXXXXVI, Nonis Marcii.*

XXXV

De bonis Schönenburgiorum *coemptis.*

Fuere ea in tractu villæ Bubenheim, quæ cum venirent, a *Conrado, Petro,*

tro, *Arnoldo*, & *Georgio*, Armigeris, filiis *Conradi* de *Schönenburg*, quorum in peculio erant, ære sibi anno MCCXCVIII, XII Kalend. Decembr. comparauere Decanus & Capitulum, *Philippo* Milite, filio b. m. *Eberhardi* de *Gudenberg*, Camerarii Moguntini, consentiente.

XXXVI

De eccleſiæ huius priſtinis Vaſallis ac Miniſterialibus.

In his fuere plures, magnaque & vetere proſapia, tum vero opum modo haud vulgari Dynaſtæ, Nobilesque, in partibus Rheni iuxta atque Haſſiæ, vti quidem ex vetuſtis eccleſiæ huius commentariis feudalibus ſatis abunde patet.

Sigillatim

a) *Domini* de *Falckenſtein.*

Sic enim l. d. *Sub an. MCCCVII. Primo Dominus* Philippus *de* Falckenſtein, *nec non* Dominus *in* Münzenberg, *ſenior*, *habet in feodum Aduocaciam noſtram in villa noſtra* Monſterliederbach, *de qua habet annuatim in penſione de molis ibidem XLVIII octalia ſiliginis - - - - & cum hoc inter alia iura Aduocacie, que vulgariter nuncupantur* Faut rechte, *prout Scultetus & Scabini noſtri iudicii ibidem diſcernunt, in tribus iudiciis, que vulgariter* vngeboden Dinge * *nominantur.*

* Non ab re erit, de iudiciis hiſce nonnulla, cum lectu nec indigna ſint, nec iniucunda, ſubiungere. Illorum ſcilicet *vnum* haberi conſueuit ibidem in curia DD. S. Stephani, a feſto *Circumciſionis* per quindenam. *Alterum* a feſto *Philippi* & *Iacobi* ſimiliter per quindenam. *Tertium* vero a die *Galli Confeſſoris* etiam per quindenam. *In quibus quidem iudiciis rei publicæ*, vt in *Inſtrumento ſuper iuribus villæ Münſterliederbach* anno MCCCLXVI confecto habetur, *ipſe Aduocatus exiſtens p. t. & preſidens corrigere habet exceſſus & negligencias incolarum - - - ſicut per ordinem ſubinfertur - - - - Item, in eadem curia* (Fronhof) *tempore dictorum iudiciorum ſtare debet truncus ligneus ad tenendum in ipſo captiuos - - - - qui quidem truncus habere debet clauos ligneos. Item iuxta eundem truncum debet eſſe poſita vna claua, vulgariter dicta* ein Schlegel, *nec non dolabrum, forpex, & ſcoba - - - - Item ipſa curia debet eſſe circumcincta ſepe, in tanta altitudine ac integritate, quod ſi equus ipſius Aduocati exiſtentis diſligaretur in ipſa curia, capi poſſit curia in eadem, & ſupra ſepem ipſam vel per eam non valeat exilire. Item tempore primi iudicii predictorum - - - - per quindenam apponetur dicto equo ipſius Aduocati tantum de feno, quantum colligari poterit trium colonorum connodationibus, quod vulgariter dicitur* in dryn Schenckeln Schaubes gebonden. *Apponatur etiam eidem equo in preſepio cumulus auene, qui vſque ad oculos eiusdem equi ſe exaltet. Aliis vero temporibus ceterorum duorum iudiciorum preſcriptorum dictus equus ibit ad pabulandum ſe in prato, dicto* die Fronvviſe, *durantibus iudiciis eisdem. Item temporibus eorundem trium iudiciorum ponetur in dicta curia menſa cum menſali coperta, & ſuper eandem menſam ponentur carnes valoris trium obulorum in tribus verubus triangulariter circumciſis, & piper trium obulorum, nec non tria picaria vacua, quorum duo debent eſſe coperta. Ponetur etiam in dicta curia temporibus dictorum trium iudiciorum vnus currus cum lignis curuis, putridis, & quantumcunque vilibus leuiter oneratus. Item temporibus dictorum trium iudiciorum erit & eſſe debebit in domo dicte curie ignis ſine fumo. Et ſi vllo tempore iudiciorum quicquam de premiſſis defuerit ſiue defecerit, ex tunc & tocies prefati Domini eccleſie S. Stephani Aduocato predicto p. t. preſidenti erunt & ſunt in ſeptem ſolidis cum dimidio Denar. Magunt. pene nomine efficaciter obligati &c.*

Item Dominus Vlricus *de* Falckenſtein *nec non* Dominus *in* Münzenberg, *& in* Königſtein *habet in feodum Aduocaciam curie noſtre ſite in* Eſcheburne, *iuxta* Cronenberg - - - -

Item Dominus Philippus *de* Falckenſtein *nec non* Dominus *in* Königſtein, *& Dominus* Philippus *de* Falckenſtein *in* Buzpach *habent in feodum Aduocaciam curie noſtre in* Heydersheim *iuxta* Hoffheym *ſitam.*

b) *Domini* de *Eppenſtein.*

Sic enim ibidem; *Sub an. MCCCXVII* Godefridus *Dominus Baronie* Eppenſtein *acceptauit in feodum hereditarium omnia bona feodalia, que auus ſuus, videlicet D.* * Sifridus *de* Eppenſtein, *& ſui progenitores a multis annis retrofluxis*

* Godefridus

habuerunt,

habuerunt , ab eccleſia noſtra racione tituli feodalis , & ſpecialiter Aduocatiam noſtram in Coſtheim - - - - *ſimiliter Aduocatiam noſtram in* Born *iuxta Eppenſtein* , in der Höhe *ſitam , cum ſuis iuribus aduocaticiis ibidem , & in aliis villis circumiacentibus & ad eccleſiam noſtram ſpectantibus. Item ſenior heres de genealogia ſeu ſtipite Baronie* DD. *de* Eppenſtein *p. t. exiſtens* D. *de* Eppenſtein *debet & tenetur eſſe Vaſallus ſeu Miniſter eccleſie noſtre S. Stephani , & preſcripta feoda debent manere ſemper indiuiſa , & apud ſeniorem heredem , vt ſupra. Item D.* Godefridus *de* Eppenſtein , *vulgariter* der Lantfaut in Wederabia , *acceptauit omagium ſuum ſupraſcriptum in die S. Iohannis Baptiſte an. Domini MCCCXXXIX. Item Dominus* Eberhardus *de* Eppenſtein *acceptauit omagium ſuum , vt ſuperius patet , ſub an. Domini MCCCLXIII. Item Dominus* Godefridus *de* Eppenſtein *acceptauit ſupraſcriptum omagium ſuum a Decano & Capitulo noſtro in die S. Bartholomei MCCCCXII. Item Domicellus* Godfridus Dominus *in* Eppenſtein , *filius quondam Domicelli* Godfridi *b. m. recepit feodum ſuum ab eccleſia , promiſſionibus & iuramentis ſolitis & conſuetis , ſub an. MCCCCXXXVII , ſabbatho die poſt diem S. Bonifacii Epiſcopi Maguntini.*

c) *Nobiles* de *Merlaue.*

Gerlacus (ita l. d.) *de* Merlaue , *&* Eckardus *filius ſuus habent in feodum Aduocatiam noſtram in* Nidder Amena , *& iudicium noſtrum dicte ville - - - pro media parte tantum , prout patet in litteris deſuper confectis ſub anno Domini MCCXXXVII - - - - Item* Iohannes *&* Eberhardus *Milites , &* Iohannes *Armiger* de Merlaue *receperunt omagium ſcriptum an. MCCCCVI.*

d) *Nobiles* de *Marpurg.*

Item (ſic l. d.) Gundramus *&* Lodevvicus *Milites & fratres* de Marpurg *habuerunt in feodum decimam in* Monchehuſen *& in* Wolmar , *proprie* zum Manlehen - - - - *prout in litteris deſuper confectis & datis MCCXXV. Predictum feodum iam poſſident & habent* Schenckones *de* Svvynsberg.

e) Schencken *de* Svvinsburg.

Item (ſic l. d.) Iohannes Schenck *&* Henricus Schenck *de* Svvinsberg , *confratres , ſunt etiam Vaſalli & Miniſteriales eccleſie noſtre cum predictis* de Merlaue *ratione bonorum in* Niddern Amena.

Pluresque alii, quorum in commentariis iſtis ſimiliter his mentio verbis fit; *Item* Reinhartus *de* Dalvvig *habet in feodum Aduocatiam noſtram in* Dyeliche - - - *Item* Rupertus *de* Mulhuſen *habet* - - - - *Item* Dytmarus *Miles* de Wedilberg *habet in feodum curtim* - - - - *in* Dyelichi. *Nota in* Dyeliche * *ſunt terre arabiles in tribus bundis ad tres equos , & duo prata ad quinque karachas feni. Item* Gerhardus *de* Elende *apud* Yſenach *habet in feodum decimam in* Niderhagen , *poſtea* Linſungen *Miles. Item* Wideroldus *de* Ringultshuſen , *Miles , dictus* Slegern , *habet in feodum* - - - - *in* Solzenbache.

* His lux quædam accenditur verbis *Henrici II* in tabulis , quas ſupra § VIII protuli; *Omne prædium , quod nos habuimus in loco* Thielleichi *dicto , & quicquid ad illam curtim pertinet in pago* Phirnihgavve *&c.* Cum enim rubrica , quæ *Nobilibus* de *Merlaue* & ſequentibus præmittitur , ita habeat ; *Subſcripti ſunt Miniſteriales & Vaſalli eccleſie noſtre in* " partibus Haſſie " ; patet omnino , locum *Thielleichi* in Haſſiæ eſſe confiniis.

Sed notandum , quod locorum horum dominio beneficiario , quod directum vulgariter vocant , temporum ſequentium malignitate expers facta fuerit eccleſia.

XXXVII

De veteri æde D. Stephani *deiecta , nouaque excitata.*

Laborauerat ea vetuſtate multos iam annos , quin ruinam plane minabatur , vt ex ſequentibus patet litteris.

IRINGVS *D. G. Herbipolenſ. Epiſcopus vniuerſis Chriſti fidelibus ſal. in Domino. Quoniam , vt ait Apoſtolus - - - Cum igitur , ſicut Decanus & Capitulum eccleſie S. Stephani Magunt. nobis inſinuare curarunt , & prout eciam oculata fide videtur*

tur, structura ipsius ecclesie nimia vetustate consumpta iam pro multa parte corruerit, parte residua similem comminitante ruinam, nec ad reparationem ipsius proprie sibi suppetant facultates, vniuersitatem vestram monendam duximus & hortandam --- quatenus de bonis a Deo vobis collatis elemosinas vestras & grata caritatis subsidia erogetis eidem, vt per subuencionem vestram valeat reparari &c. *Datum Herbipoli MCCLVII, X Kal. April.*

Consilium igitur cepere Stephanitæ, veteri deiecta nouam excitandi. Vti vero operi explicando pares essent, licentiam subsidia postulandi petiere cum ab aliis, tum a Petro Archiepiscopo; qui quidem votis illorum libenti, vt sequitur, respondit animo.

PETRVS *D. G. sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus, S. Imperii per Germaniam Archicancellarius, vniuersis ecclesiarum & monasteriorum Prelatis & Rectoribus, ac eorum Regentibus, nec non Christi fidelibus per Maguntinam ciuitatem, dyocesin, ac prouinciam constitutis, ad quos presentes litere peruenerint, salutem in Domino sempiternam. Quoniam, vt ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus, siue bonum fuerit siue malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire, ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu colligere valeamus in celis; firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam eternam.*

Cum igitur fabrica ecclesie S. Stephani ciuitatis Maguntine, opere sumptuoso incepta, absque fidelium elemosinis non valeat consummari, deuocionem vestram hortamur in Christo, atque vobis in remissionem iniungimus peccatorum, quatenus de bonis, a Deo vobis collatis, pias elemosinas & grata caritatis subsidia pro consummacione pii operis supradicti, manus & operas adiutrices curetis porrigere, vestros eciam subditos, & quoscunque alios Christi fideles ad hoc pietatis opus per vestram deuotam diligenciam inducatis. Omnibus enim vere penitentibus & confessis, hoc fideliter & deuote agentibus, XL dies de iuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus de Omnip. Dei, BB. Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate, nec non meritis S. Martini Patroni nostri confisi. Vobis eciam Prelatis ecclesiarum, Rectoribus, Vicariis, & Clericis supradictis, si prefato negocio vestram apposueritis diligenciam efficacem, quicquid in horis dicendis seu canendis per negligenciam obmisistis, si de hoc confessi fueritis, & contriti, misericorditer condonamus; concedentes omnibus eiusdem fabrice benefactoribus participacionem siue confraternitatem omnium operum pietatis & beneficiorum, que in ecclesiis & monasteriis, nec non quibuslibet piis locis ciuitatis ac dyocesis nostre fiunt ac fient premissis, vigiliis, elemosinis, ieiuniis, oracionibus, cantibus, seu alio quouis modo. Insuper indulgencias & gracias, nec non participaciones bonorum operum & concessas & concedendas proinde ad hoc opus pietatis, cui dare consultum, & presentis vite subsidium & eterne retribucionis premium obtinere non ambigitur, apud Deum ratas & gratas habentes in nomine Domini approbamus fauorabiliter in hys scriptis, vsque ad consummacionem operis supradicte fabrice, ad quam nostra feruet intentio, firmiter duraturis, nulla renouacione synodali necessaria desuper in futurum, nisi hoc specialiter de predicta fabrica mandauerimus fieri per nostras literas speciales. Datum Pinguie anno Domini MCCCXII, V Nonas Iulii.

Idem fecere & alii. Sic enim in quodam veteri commentariolo;

He sunt gracie Archiepiscopales & Episcopales date benefactoribus fabrice ecclesie S. Stephani Magunt. que fabrica sine fidelium elemosinis consummari non potest. Omnibus Christi fidelibus, qui ad ipsam fabricam manum porrexerint adiutricem, vel de suis facultatibus aliquid donauerint inter viuos, seu legauerint in extremis, si vere penitentes fuerint & confessi, damus & concedimus confraternitatem & participacionem omnium bonorum operum, que in missis, oracionibus, cantibus, vigiliis, elemosinis, & aliis quibuslibet operibus pietatis seu deuocionis fiunt, ac fient in nostris ecclesiis, monasteriis, parochiis, & capellis. Item habemus confraternitates in bis mille & quingentis ecclesiis & monasteriis. Item de Episcopis & de Romanis Pontificibus bis mille dies & centum carenias, per quas anime fidelium deberent tormentari & puniri in purgatorio. Item remissio neglectarum horarum, item peccata oblita, vota fracta, offensas parentum, iuramenta

ta, que sine deliberacione siunt. Item fraternitatem per totum Ordinem Cisterciensium, item per totum Ordinem Augustinienſium, item per totum Ordinem Predicatorum per Alemanniam, item confraternitatem Fratrum hoſpitaliorum per Alemanniam.

Nouerint vniuerſi, graciam & indulgenciam preſcriptam ſub certis & veris literis, & ſigillis eſſe traditam ad conſummacionem operis predicte eccleſie.

Ita ibi. Sane præter plures Epiſcopos exteros omnes Germaniæ Antiſtites, Patresque Vaticani Senatus ipſi litteris ſuis quemque Chriſtianorum ad ſubueniendum euocarunt.

His igitur quamplures excitati, re opibusque inchoatum opus promouere. Sic enim in libro, quem *Vitæ* appellant, ſequitur;

Hec ſunt nomina Chriſti fidelium, ſiue viuorum atque mortuorum, qui ad fabricam eccleſie S. Stephani legauerunt, & in vita ordinauerunt, & inſcribi ſe fecerunt, quorum memoria in quatuor temporibus ſolempniter cum magnis Vigiliis, & Miſſa animarum in perpetuum peragetur. D. Petrus *Archiepiſcopus Moguntinus.* Hildebrandus *eccleſie S. Stephani. Magiſter* Bertholdus *Notarius Domini Epiſcopi.*

† Marcolfus *de* Larheim, *qui legauit omnia arma ſua fabrice S. Stephani.* † Iohannes *de* Werſtatt, *qui legauit tunicam, gladium, & ſcutum.* † Henricus, *Beckardus in parochia S. Heimeranni, qui legauit ſolidum Colon.* † Adelheidis, *que legauit pallium brunaticum fabrice.* † Elizabet, *ſoror Henrici Scolaris plebanie S. Ignatii, que legauit tunicam bonam rubeam.* † Paulus, *inſtitor, morans in platea Comitis, qui legauit tunicam ſuam meliorem. Item* Richmudis *vidua, legauit talentum fabrice. Item* Gerdrudis *dicta* de Nordecken, *legauit pallium ſuum fabrice.* † Lucia, *vxor Godfridi inſtitoris, que legauit pallium bonum* - - - - † Gerlacus *de* Sauvvilnheim, *qui legauit tunicam ſuam, &* Elyzabeth *vxor ſua* - - - *Item nota, quod* Elyzabeth *relicta, Nobilis Matrona de Olmen inferiori, legauit fabrice S. Stephani II libras Hall. pro confraternitate, ſalute ac remedio animarum, in primis ſue, &* Gebhardi, Cunradi *de* Bleinichen, Iohannis, Karulonis, Iacobi, Mechtildis, Hildegardis, Lypmudis, Elyzabeth. - - - - Gerhardus, *filius dicti ad roſam, legauit loricam & alia arma ſua* --- *Item* Heilmannus, *Socius quondam eccleſie noſtre, & Decanus S. Crucis, fecit lampadem & lumen perpetuum ad remedium omnium animarum illorum, qui ſepulti ſunt in cemiterio* - - - *Item* Vlricus *Armiger de Weſtfalia legauit omnia arma ſua ad fabricam.* - - - - *Item* Kunegundis *vidua, dicta* Meiſterſen, *& maritus eius legauerunt domum ſuam, ſitam prope domum* Vendersheimer, *que eſt in valore XX librarum.* - - - - *Item* Kunegundis *de* Franckenvurt *legauit domum ſuam ad fabricam.* - - - - *Item* Eberhardus *dictus* Wambolt *dedit XXX ſol.* - - - - - *Item* Petrus *de Lignea domo, ante parochiam S. Ignatii, legauit arma ſua* - - - *Item* Cunzelinus, *Notarius Sedis, ſuas veſtes meliores, & duas libras Hall.* - - - -

Et ita ſurrexit hæc, quæ nunc ſtat, D. Stephani in monte ædes.

XXXVIII

De lite ſuper bonis Dromersheimenſibus cum Nobilibus Montfortiis.

Montfortii *Fridericus*, equeſtri vir dignitate, vna cum fratribus ſuis, nec non *Philippus*, Philippi, & *Cuno* Vlmanni, Montfortiorum, filii, ſibi ea feudi nexu dicebant mancipata: Stephanitæ contra contendebant, eximiæ illa eſſe immunitatis, iurisque proprii. Cum ſatis certatum verbis fuerat, lis in vim exceſſit, Montfortiis incendio, rapina, aliisque eccleſiæ haud parum damni inferentibus. Re in iudicium deducta, ſeptem pacis in partibus Rheni conſtituti Adſertores an. MCCCXXXV, litteris Vormatiæ feria ſecunda poſt D. Margaretæ memoriam ſignatis, ſigilloque proprio * munitis, pronuntiarunt, Montfortiis in ea nil iuris competere. Si quid in poſterum in ea ſibi adſerere auderent, pacis fractæ reos habitum iri, Ludouico Imperatore ſententiam illorum an. MCCCXXXVIII confirmante. Idem cenſuere poſtea an. MCCCXLI nouem tranquillitatis tuendæ inſtituti Aduocati. Nec aliter Sedis Moguntinæ Iudices, coram quibus partibus litem ſimiliter perſequi placuit. Altercationis tandem pertæſi, an. MCCCXLII, Veneris ante natalem B. V. compromiſere in ſequeſtres; qui ex parte Stephanitarum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rum erant *Wickerus Froſch* & *Gernodus* de *Ramſtat*, hic ad ædem D. Stephani Canonicus, ille Scholaſticus; ex parte Monfortiorum vero *Wolfgangus* de *Sponheim*, Burggrauius Beckelheimenſis, & *Henricus Fauſt* de *Stromberg*. Hi cauſſa diſcuſſa, ſabbato ante diem Catharinæ Virgini ſacrum, prioribus inſiſtendo ſententiis, decreuere; Montfortii a grauandis hiſce Stephanitarum bonis abſtinerent; eſſe enim ab omni onere beneficiario libera, & eccleſiæ præcipuo propria iure: tum vero illis, in compenſationem damnorum, ſumtuumque, 1400 libras ſoluerent Halerorum.

* *Forma, vt id addam, eſt rotunda, his verbis circumſcriptis:* SIGILLVM PACIS GENERALIS AD CAVSAS. *In medio viſitur aquila cum alis expanſis, cuius pectori adhæret clipeus, tribus ornatus ſtellis.*

XXXIX

De vendito eccleſiæ Moguntinenſi vico Coſtheim.

Viſum erat Capitulo, illum venundare. Iacobo itaque & ſucceſſoribus Archiepiſcopis eum Decanus ceterique Canonicorum anno MDVI omni cum iure vendidere; & cum Eppenſteinii ab aliquot iam ſæculis Aduocatiam loci feudi titulo eccleſiæ D. Stephani acceptam ferrent, Lunæ poſt Vlrici in faſtis memoriam, *Godefridum*, *Dominum* de *Eppenſtein* & *Münzenberg*, Comitem de Dietz, monuere, Archiepiſcopum adiret, eumque beneficii huius nunc agnoſceret auctorem.

XL

De numero Capitularium ſæc. XVII imminuto.

Tametſi tum Willigiſus, tum alii eccleſiam hanc multis inſtruxerant opibus, temporum tamen malignitas, vna cum fortunis (quod fere conſequens eſt) Capitularium minuit numerum; quem quidem *Ioannes Suicardus* tabulis an. MDCXV editis ad XIV reduxit.

XLI

De nupera ædis ad D. Stephanum renouatione.

Præter ſacrorum, quam habet curam, Ampliſſimum, quod hodie ibidem congregatur, Collegium templi etiam habuit rationem, ac id annis proxime præteritis tum renouari, tum auguſtiorem ad formam redigi curauit. Quippe chorus, opere lapideo, proceſtriisque an. MCCCCLXXVIII affabre impoſitis inſtructo (quo veteri more olim claudebatur) anno MDCCXV ſubmoto, ita adapertus, vt omnium nunc pateat oculis: infra chorum duæ aræ poſitæ, ad dextrum latus altera, altera ad ſiniſtram, vtraque elegans ac ſpecioſa. Odeum, organo inſigne pithaulico, in partem nauis inferiorem translatum. Vt alia ſane nunc templi facies ſit, eaque venuſtior iuxta gratiorque priori. Immo, nec hic ſtetit Collegii venerabilis cura. Ex eo enim aræ duæ aliæ, ad decorem domus, nouo opere erectæ ſunt.

XLII

De hodierno Collegii ſtatu.

Conſtat id ex *Præpoſito*, *Decano*, *Scholaſtico*, & *Cantore* (qui *Prælatorum* inſigniti ſunt axiomate) & præter eos XI adhuc *Canonicis Capitularibus*: *Domicellaribus* (e quibus, Capitularium quopiam fatis functo, quem ordo tangit, in Capitulum adſcendit, ceteris interim eandem ſortem exſpectantibus) VII; *Vicariis* XV.

(o)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

SECTIO II,
PRAELATORVM
COLLEGIATAE HVIVS
CATALOGVM
COMPLECTENS.

I
PRAEPOSITORVM.

WICNANDVS

10.. Vixit is tempore Bardonis Archiepiſcopi, diemque obiit anno 1048, indice epitaphio, quod in periſtylio ædis huius D. Stephano dicatæ eſt, & ita habet : ANNO INCARNACIONIS DOM̄. MILL. XLVIII. INDICT̄. XV. V̄ ID̄. AVG. WICNANDVS FELICIS MEMORIE P̄PS MIGRAVIT AD XP̄M. Verſus adſcriptos inuenies in libello *de Epitaphiis*.

Anshelmus.

10.. Occurrit an. 1090 inter teſtes diplomati ſanciendo adhibitos, quo Ruthardus Santalbanenſibus baſilicam S. Iuſtini, quæ Höchſtl eſt, attribuit, & in alio an. 1108 dato, quo cœnobium Diſibodenbergenſe denuo inſtauratum firmauit.

Richardus.

III. Anshelmo ſucceſſit. Sic enim Arnoldus in diplomate, quod ſupra ad § 10 dedi; *Anshelmo itaque vocatione Dei corruptionis huius corpus exuente*, Richardus, *qui ei ſucceſſit*, *cœpit* &c. Adduciturque an. 1122 in tabulis Adelberti I, quibus Santalbanenſibus pro calice quodam aureo tres quasdam areas pignori oppoſuit, & in aliis eiusdem an. 1124 confectis.

Hartmannus.

II.. Decanus antea, ni coniectura fallit. Fuit autem ſimul Decanus maioris, & nobis, qua *D. Stephani Præpoſitus*, primum ſubiit an. 1135 in litteris Adelberti I, Canonicis ad S. Victorem traditis, hoc titulo : *Hartmannus Præpoſitus & Decanus*. Et cum ex Decano maiori factus eſſet Præpoſitus, an. 1143 in tabulis Henrici I, *Hartmannus S. Martini de Domo & S. Stephani Præpoſitus*. Et ſic ad annum vſque 1160, vt in *Syllabo pleniori* ſectione I p. 272 iam annotatum.

Fridericus.

II.. *Landgrauius Thuringiæ*, filius *Ludouici*, teſtis in litteris Chriſtiani I, quibus anno 1171 piam Ludouici Landgrauii erga Stephanitas voluntatem complexus eſt, vt ſupra § 11 videre licet. Fratribus, in compenſationem damnorum ſuæ adminiſtrationis tempore factorum, an. 1175 præter alia contulit parochialem Alzeienſem, vti ſupra § 12 allatis Chriſtiani II litteris dictum.

Wernherus.

II.. Teſtis vicem ſubiit anno 1184 in tabulis Conradi I, quibus parochialem Flersheimenſem Canonicis Marianis ſtabiliuit. In litteris eiusdem anno 1189, de

de permutatione parochialis Brezzenheimensis cum hac Alzeiensi facta, diserte vocatur *Wernherus ecclesiæ D. Stephani Præpositus.* Vide supra § 13. Et rursus in aliis an. 1196 datis de ecclesia Gosbacensi. Vide § 15 sequentem.

Gerhardus. 12..

Anno 1212 contulit Capitulo ius patronatus parochialis villæ *Amena.* Vid. supra § 17. Sequenti, tabulis editis recognouit, Folcnandum Canonicum statuisse, & dote instruxisse aram lateralem B. Catharinæ in æde D. Stephani, dedicatam a Sifrido Archiepiscopo a. d. 13 Kal. Maii. Anno 1219 testis est in litteris Sifridi II de parochiali Nidernsaulheimensi Canonicis B. M. V. in campis ab Alatrino Præposito collata; & an. 1226 in laudo quodam.

Carolus. 12..

Anno 1236, 17 Kal. April. *Walthero* Militi de *Busecke*, Sculteto Grünenbergensi, eiusque heredibus, siluam *Cammerforst* dictam, & oppido Grünenberg contiguam, quæ Præposituræ in bonis vsque huc erat, contulit in perpetuum possidendam; hac tamen conditione adiecta, vt eandem proximo anno penitus excidat ac serendis segetibus aret.

Henricus de *Bolandia,* 12..

Archidiaconus Treuirensis tit. S. Castoris in Cardona.

Iam an. 1244 *Præpositi ad D. Stephanum* occurrit titulo, vt supra § 26 videre est. Anno 1275 ius patronatus parochialis villæ Münster contulit Capitulo, & an. 1282, 3 Non. Mart. consensit, vt procurationem præbendarum, quam suo permissu Canonici per quinque hactenus annos obierant, deinceps gerant in perpetuum. Sequenti, Kal. Maii, Capitulo donauit ius patronatus parochialis Bubenheimensis, memorique in bene de se meritos animo, domum suam Moguntiæ Præpositis successuris in domicilium; hac tamen lege, vt præter marcam denariorum Colonienſium, tres vncias, & dimidiam denariorum Moguntinensium, quæ summa alioqui ecclesiæ D. Stephani, census nomine, quotannis de ea pendi soleret, decem marcas denariorum prædictæ monetæ quilibet Præpositus tertium intra mensem, a tempore electionis suæ, Decano & Capitulo exsoluat. Præpositi dignitatem multos illum annos gessisse, ex dictis patet.

Post Henricum Præpositorum vnus alterque deficit.

Eberhardus Finck. 13..

Dictus *Strumpel.* Memoratur an. 1352 in constitutione manufidelium, & in instrumento publico super bonis S. Victoris in tractu villæ Born. Dein an. 1360 in litteris Gerlaci Archiepiscopi, profitentis, se præuia cum ipso, tanquam loci Archidiacono, & Capitulo Moguntinensi deliberatione, parochialem Amenebvrgensem ad Collegialis euexisse dignitatem. Annis 1361, 1362, & 1363 adhuc occurrit, & hoc quidem d. 20 Decembr. non autem amplius, vt adeo prorsus verisimile sit, an. 1364 fatis fuisse functum. Familia, qua ortus fuit, erat Equestris, e qua *Eberhardus* Miles, qui an. 1417 vixit, abdicatis rebus mundanis, monachum in Carthusiensium professus Ordine est Moguntiæ. Conf. quæ in *Scholasticis* attuli ad *Baldungum.*

Fridericus Schvvap, 1364

Decretorum Doctor, Cantor Aschaffenburgensis, D. Stephani Canonicus.

Eberhardo successit; siquidem an. 1364 testis locum subiit in laudo Nicolai de Grünenberg, Præpositi ad D. Victorem, super controuersia inter monasterium, S. Catharinæ Francofurti dicatum, & manufideles *Wickeri* zum *Frosch*, Scholastici quondam ad D. Stephanum, illius conditoris, die, quo memoria carnificinæ Herodianæ in Bethlehemitas pueros editæ peragebatur, pronuntiato; his quidem verbis: „ Friderich Schvvap „, *Probist zu S. Stephan zu Menze.*

Et ipse nobili natus erat genere. Qui enim frater ei fuit, *Hartmannus Schvvap,* Miles appellatur in litteris an. 1360 datis.

137. ## *Ioannes* dictus *Welder.*

Præpositi ad *D. Stephanum* titulo occurrit an. 1382 in syngrapha ciuitatis Wetzlariensis super 78849 floren. & 8 Schilling. Halleror. Moguntinis, Vormatiensibus, Francofurtensibus, Friedbergensibus, ac cœnobio Arnspurgensi, tanquam creditoribus, feria secunda post Martini Episcopi tradita *, his verbis: *Item Meister* Wicker Frosches, *etzvvan* Schulmeisters zu Sante Stephane *zu Mentze seligen Erben, mit Namen Hern* Iohane Weldir, *zu dieser Zyt* Probest zu Sente Stephan *zu Mentze*, Iacobe Clobelauche *vnd* Iohanne Frosche, *Scheffen zu Francfurt, sechs vnd zvvenzig hundert Gulden, vnd echt vnd funfzig Gulden- - - - Item, Hern* Iohanne Weldir, „ Probeste zu Sante Stephan *zu Menze, vnd* Syfrid Weldir, *syme Bruder, vierzehin hundert Gulden.*

* *Quæ quidem (vt id addam) in membrana scripta, longa est quatuor vlnas Moguntinenses vna cum dimidia.*

1383 ## *Ioannes* de *Wolfrichausen.*

E Scholastico factus Præpositus an. 1383. Sequenti affuit, cum Henricus Cellerarius Buchensis Adolfo Electori redderet rationem. Occurrit adhuc an. 1387.

1... ## *Conradus* de *Hirschorn,*

Canonicus Moguntinus, Spirensis Cantor.

Præpositus D. Stephani constitutus, † anno 1413, 4 Non. Mart. vid. *Syllabus plenior* sect. VI, p. 396.

1413 ## *Fridericus* de *Alsenze,*

Canonicus D. Stephani.

Conrado surrogatus est. quippe an. 1414 Præpositi titulo iam occurrit in tabulis Ioannis II, quibus Wisbadæ, die S. Marci memoria sacro, testamentum Ioannis Adolfi de Nassau, Præpositi Iecheburgensis & Prouisoris Erfurtini, confirmauit, his quidem verbis: *Friderich* von *Alsenze, Probest zu S. Stephan, vnser Landschreiber im Ringaue, vnd lieber Getreuer.* Annis dein sequentibus pluries eodem titulo: *Scriptor terræ nostræ Rhingauiæ generalis.* Anno 1419 rationes reddidit Ioanni Archiepiscopo *von vvegen der Landschreiberey im Ringaue.* Postero diem videtur obiisse; quandoquidem *Rudolfus* de *Rüdesheim* Scriba prouincialis Rhingauiæ constitutus fuit a Conrado anno hoc 1420, feria tertia post festum Paschatos.

1420 ## *Eberhardus Schenck* de *Erbach,*

Maioris, & ad D. Albanum Canonicus, Iudicii sæcularis Camerarius.

Friderici in locum subiit. Præpositi titulo iam dicto an. 1420, d. 20 Decembr. legitur in renouatione manufidelium. † an. 1441, d. 14 Octobr.

1442 ## *Petrus Knapp*, Iur. D.

Ex Scholastico factus Præpositus. Anno 1442 in vigilia D. Thomæ Petrum de Vdenheim, Decanum Collegii maioris, nuncupauit vltimæ suæ voluntatis vindicem. † an. 1443.

1443 ## *Nicolaus Kolb,*

Huius Canonicus, Scholasticus B. M. V. ad gradus.

Præpositi titulo nobis subiit in constitutione manufidelium an. 1447, vt tamen minime sit dubium, anno statim 1443 Petro illum successisse. Ex eo semper hoc insignitus axiomate occurrit. In D. Mauricii æde S. Stephani festum sollemniter peragendum instituit. † an. 1469, sepultus ad gradus, vt in illius habetur necrologio p. 64.

Ruper-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Rupertus Comes a *Solms*, 1470

Custos maioris.

Nicolai in locum suffectus est, & in renouatione manufidelium ab an. 1470 nobis subiit vsque ad an. 1498. † 1499, d. 8 Iunii.

Ioannes Menchen, 1500

Decretorum Doctor, ecclesiæ Xantensis Præpositus, Archidiaconus & Canonicus Colonienſis *.

Successit Ruperto anno 1500, & anno 1504 vitam cum morte commutauit.

* *Hoc enim titulo in litteris Archiepiscopi Colonienſis, an. 1497, d. 1 Iulii datis, quibus Vicedelegati Apostolici vicem in causſa translationis monasterii Weissenburgenſis subire iubetur, disertim appellatur.*

Conradus Thone, 1505

Præpositus Collegiatæ Geismarienſis.

Ioannem excepit, & an. 1505, d. 20 Decembr. in constitutione manufidelium primum nobis, qua *D. Stephani Præpositus*, subiit. † an. 1511.

Ioannes Reüs de *Warberg*, 1511

Scholasticus B. M. V. ad gradus, Canonicus S. Stephani, & D. Victoris.

Quum prouisione Vrielis anno hoc 1511 Præposituram Geismarienſem, vna cum Parochia & Diaconatu, d. 21 April. obtinuisset, d. 17 Iulii Conrado suffectus, illa se statim abdicauit. † an. 1541, d. 18 Iun. sepultus in æde Mariana, ante aram B. M. V.

Ioannes Reüs de *Warberg*, Iunior, 1541

Huius, S. Victoris, & B. M. V. ad gradus Canonicus.

Seniorem secutus, † an. 1553, funeratus in eadem B. V. æde ante odeum, indice lapide n. 27 signato.

Nicolaus a *Driel*, Neumagenſis, 1554

B. M. V. ad gradus Scholasticus, & S. Victoris Canonicus.

In locum defuncti subiit an. 1554, & triennio post in colloquio Vormatienſi vnus fuit Notariorum. † anno 1594 d. 30 Nouembr. ætatis 90, humatus in æde Mariana modo dicta.

Ioannes Philibertus a *Wiltberg*, 1595

Canonicus Moguntinus Domicellaris, S. Albani Custos.

Nicolao successor datus an. 1595. † anno sequenti 1596, d. 14 Ian.

Ethereus Hofmann, 1596

SS. Theol. D. Decanus B. M. V. ad gradus, & ad D. Petri Cantor.

Præpositi dignitatem, quam an. 1596 consecutus est, similiter anno statim sequenti, d. 3 Februarii, cum vita deposuit.

Ioannes Weier, siue *VVierus*. 1597

Locum Etherei, in quem an. 1597 successit, ornauit vsque ad annum 1627, quo resignauit.

Otho Gereon, 1627

Archiepiscopus Cyrenenſis, Suffraganeus & Canonicus Presbyter Colonienſis.

Ioannem excepit, die 1 Iul. in possessionem immissus. Cum pro bonis & iuribus S. Stephani in Hassia conseruandis strenue laborasset, an. 1638 supremum vitæ diem expleuit.

Henri-

1639 **Henricus Fridericus ab Hazfeld,**

Metropolitanæ, S. Albani, & D. Victoris Canonicus.

Othoni ſurrogatus eſt. † an. 1647, d. 13 Februar.

1647 **Adamus Freisbach, Moguntinus,**

SS. Theol. D. B. M. V. ad gradus, & S. Mauricii Decanus, Francofurti ad D. Bartholomæi, & S. Petri Moguntiæ Canonicus, altarium S. Magdalenæ in caſtro Ehrnfels, *B. Virginis* Flersheimenſis & Praumheimenſis *Beneficiatus, Eminentiſſimi Archiepiſcopi & Principis Electoris Conſiliarius, & Prouicarius in ſpiritualibus generalis, eccleſiæ S. Stephani Satrapa, & Capituli metropolitani Syndicus.*

Defuncto ſucceſſor datus, † anno 1651, d. 15 Iun. ſepulturæ locum nactus in æde PP. Capucinorum ſacra.

1651 **Ioannes Fabricius ab Ortenberg,**

S. Victoris Scholaſticus, & poſtea *Decanus, B. M. V. ad gradus Canonicus.*

Freisbachium ſecutus. † anno 1667, d. 7. Ianuarii.

1667 **Ioannes Erneſtus de Meuſern,**

Hadamarienſis.

Cum in Collegio Germanico Romæ alumnum ageret, Præpoſiti dignitatem ſummi Pontificis gratia conſecutus eſt. † an. 1678, d. 29 Mart. Fuit ſimul *Scholaſticus* ad *D. Victoris.*

1679 **Gosvvinus Hall, Aquisgranenſis,**

Metropolitanæ Moguntinæ Vicarius Regius.

Defuncto Meuſern, renuntiatus Præpoſitus, & an. 1679, d. 9 Martii in poſſeſſionem introductus eſt. Duo altaria in æde D. Stephani ſtatuit, & curiam Præpoſiti, in molam iumentariam ſiue truſatilem conuerſam, vindicauit. † anno 1704, d. 17 Febr. ſepultus in periſtylio maioris.

1704 **Petrus Lambertus le Drov, Huyenſis,**

Ex ordine Eremitarum S. Auguſtini, *SS. Theol. D. Epiſcopus Porphyrienſis, Solii Pontificii Aſſiſtens, & ſacrarii Apoſtolici Præfectus, Canonicus & in ſpiritualibus Vicarius generalis Leodienſis.*

Prouiſione P. M. Goſvvini in locum an. 1704 ſubſtitutus, quadriennio poſt Roma Leodium petiturus, Moguntiam menſe Iulio tranſiit, & anno 1709, d. 21 Sept. reuerſus, Dominica ſequenti in ſtallum ſiue Præpoſiti locum in Choro a Prælatis introductus; ceterum vero ab Eminentiſſimo Archiepiſcopo & Electore, tanquam Pontificis Miniſter, ſumma beneuolentiæ ſignificatione acceptus fuit. Sponte loco hoc deceſſit an. 1719.

1719 **Petrus Ludouicus Iaquet, Ruperfortenſis,**

I. V. D. Litterarum Apoſtolicarum Abbreuiator.

Petro, Præpoſiti dignitate ſe abdicanti, ſuffectus eſt, d. 4 Nouembr. in poſſeſſionem immiſſus.

(o)

DECA-

II

DECANORVM.

Quorum quidem ad ſæculum XII vſque nullus nobis ſubiit.

RICOLFVS. II..

VIxit anno 1121.

Hartmannus. II..

Vixit anno 1125. Idem eſſe videtur, qui an. 1135 & ſequentibus dignitatem geſſit Præpoſiti, vti ſupra iam dictum.

Eckehardus. II..

Occurrit in litteris Archiepiſcopi Arnoldi, an. 1159 datis, quas ſupra § 10 adduxi, his verbis; *De Canonicis eccleſiæ B. Stephani*; Ekkehardus *Decanus*.

Fridericus. II..

Teſtis in tabulis, quibus Chriſtianus I an. 1171 parochialem Beckelnheimenſem Canonicis Marianis confirmauit.

Richardus. II..

Teſtibus adſcriptus in litteris Conradi I, quibus anno 1184 parochialem Flersheimenſem, iisdem Marianis ab Othone Præpoſito Collegii conceſſam, ſua eis ſtabiliuit auctoritate. Dein in aliis eiusdem anno 1185 & 1189 datis. Vltimum, quod ſciam, in tabulis de monaſterio *Conradisdorf* an. 1191 confectis, his verbis; *Richart*, *Decanus* S. Stephani.

Henricus. II..

Richardum excepit, ſiquidem an. 1194 iam teſtes inter eſt in litteris Conradi, Archiepiſcopi modo dicti, quibus parochialem S. Nazarii Collegio D. Ioannis firmauit, his adductus verbis; *Henricus*, *Decanus eccleſiæ S. Stephani:* Item in aliis eiusdem an. 1196 ſignatis, quas protuli ſupra ad § 15.

E. forte *Eberhardus.* I...

Decanus S. Stephani, his verbis occurrit anno 1206 in litteris de bonis in tractu villarum Gridele, Rockenburg, & Melbach *Cunoni* de *Münzenberg* venditis.

Ioannes. 12..

Subiit nobis an. 1211 in litteris Sifridi II de tribus carratis ſiue plauſtris vini, quas *Ruthardus* de *Greiffenclau*, maioris eccleſiæ Canonicus, ſibi redemptas Canonicis D. Victoris donauit. Et dein annis ſequentibus in eiusdem Sifridi tabulis pluries. Anno 1221 in litteris Henrici & Ruperti, Comitum Naſſouiorum, de caſtro Sonnenberg.

Reinherus. 122.

Ioannem ſecutus, occurrit an. 1225 inter teſtes in litteris Philippi de Hohenfels, Aduocati eccleſiæ S. Stephani in Büdesheim; ſequenti, in laudo Gunzechini Abbatis Santalbanenſis ſuper lite de decimis in tractu villæ Burchauſen, quæ Stephanitis cum Wideroldo Milite de Marpurg interceſſerat. Vide ſupra § 19. Anno 1229 emit bona Biburgenſia & Muſcebacenſia, vt ſupra dictum; ſequenti vero rurſum inter teſtes eſt in litteris, quibus *Henricus* Miles de *Werthere* bona quædam in Gisbodesleiben ab eccleſia S. Stephani ſe recepiſſe recognouit. † eodem hoc anno.

1230 ## *Theobaldus.*

Memoratur anno 1230 in litteris monasterii Erbacensis, quibus Vlricus Miles de Diepach renuntiauit omni exactioni in Heimbach, & an. 1232 in litteris Iudicum Sedis Moguntinæ, quibus adiudicarunt Capitulo pratum e regione villæ Costheim, in insula, quæ *Maroua* vocatur. Anno 1241 testibus adscriptus est in tabulis Gerhardi Comitis de Dietz, quas supra attuli ad § 23.

124. ## *C.* forte *Conradus.*

Occurrit an. 1247 in transsumpto quarundam litterarum Sifridi III, de quo iam in catalogo *Decanorum* ad *D. Petri.*

12.. ## *Godesmannus.*

Antea *Cantor.* Notus nobis ex litteris an. 1258, 3 Id. Octobr. datis, quæ sic incipiunt: Godesmannus *Decanus S. Stephani*, Godefridus *dictus* ad Gigantem, *frater eius*, Adelheidis *soror*, *relicta* Erckenboldi, *Ciuis Mag.* &c. Biennio post occurrit in litteris Wernheri Archiepiscopi de precariis colligendis.

126. ## *Waltherus.*

Subiit nobis an. 1264 in litteris Godefridi de Eppenstein, senioris, & anno 1268 in aliis Wernheri Archiepiscopi, quibus ecclesiæ metropolitanæ *ius suum in castro Hoemberg* donauit. Anno 1270 pretio 200 marcarum denariorum Colonienſ. emit bona, quæ Capitulum ecclesiæ Herbipolensis in tractu Nideringelheimensi habebat, vna cum iure patronatus ecclesiæ loci. Instrumento venditionis præscripti *Bertholdus* de *Sternberg*, Decanus, *Manegoldus* de *Nuenburg*, Præpositus S. Ioannis in Houge, *Otho* de *Lodenburg*, Custos; Testes adscripti *C.* de *Talheim*, Cantor, *Albertus* de *Lodenburg*, *Hermannus* de *Sternberg*, *H.* de *Wiltberg*, *Fridericus* de *Hohenberg*, *Wernerus* de *Tannenberg*, *Rudolfus* de *Vssenkeim*, Canonici Herbipolenses. Quæ ille dein anno 1273 sequenti ecclesiæ S. Stephani donauit, vt tamen ius patronatus dictæ parochialis Nideringelheimensis solum penes successores suos Decanos esse statuerit. Postero occurrit in litteris de elocatis a Collegio ad D. Victorem bonis in Thuringia.

12.. ## *Theodericus.*

Cantor antea. Anno 1283 ipse vna cum Capitulo concessit quartam partem decimarum in tractibus villarum Mimechusen, & Wolmere Ludouico de Wolmere, Aduocato in Fronhusen, pactus ab eo ecclesiæ censum annuum vnius talenti denariorum Marpurgensium. Sequenti occurrit in litteris Widekini Suffraganei Moguntinensis, 7 Kalend. Octobris datis, de translato festo dedicationis.

128. ## *VValtherus.*

Memoratur in statuto Capituli, de curiis claustralibus extraneis haud locandis, an. 1286 facto, & an. 1288, in litteris de bonis Büdesheimensibus *Conrado Militi* de *Bleiniche*, & an. 1295 in aliis, de bonis Eblizdorfensibus *Sigeloni* de *Grünenberg* elocatis.

129. ## *VValzo.*

Is de decimis in tractu villarum Münster & Sarmsheim cum Santalbanensibus contendit; quam controuersiam Iudices Sedis Moguntinæ an. 1298 decidere. Ceterum in aliis adhuc litteris anno eodem datis memoratur.

1299 ## *VValtherus.*

Walzonem secutus est. Superant enim litteræ, quibus ipse & Capitulum an. 1299 domum retro macellum inferius concessere Nicolao & Idæ coniugibus iure hereditario possidendam.

130. ## *Hermannus.*

Decani ad S. Stephanum titulo occurrit an. 1307 in litteris Vnionis Cleri.

Hildebrandus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hildebrandus de *Mülhauſen*, 131.

Canonicus ad D. Victoris.

S. Stephani Decanus, Petri Archiepiſcopi, *per Thuringiam, Saxoniam, & Haſſiam in ſpiritualibus Vicarius Generalis* vocatur in litteris an. 1315 *in craſtino Gertrudis* datis. Eodem vna cum Henrico de Spira, Canonico ad D. Victoris, emit quatuor manſos in terminis villæ Coſtheim, qui Militi *Sluzel* (Schlüſſel) quondam fuerant. Anno 1317, 3 Kalend. Decembr. recognouit, ſe & Capitulum bona eccleſiæ in tractu villæ Born, prope Eppenſtein, & in tractu villæ Huſen, prope caſtrum Steinheim, Godefrido de Eppenſtein, Sifridi filio, & Loretæ, eius vxori, iure hereditario conceſſiſſe. Anno 1325 teſtes inter eſt in inſtrumento ſuper controuerſia de iure conferendi Præpoſituram ad D. Victoris, vertente tum inter Matthiam Archiepiſcopum, & Capitulum D. Victoris. † an. 1334, die inuentæ Cruci ſacra, ſepultus ante altare S. Annæ, iuxta latus verſus cœmeterium, ſub lapide rotundo, in quo ipſe exſculptus.

Godefridus, *Dominus* de *Eppenſtein*, 133.

Canonicus Moguntinus.

Decanus *S. Stephani* dicitur in litteris an. 1336, die S. Crucis inuentione feſta datis, de permutatione bonorum quorundam ad altare D. Annæ pertinentium. Anno 1360, d. 14 Februar. decumbens ſuum condidit teſtamentum, ac ad præſentias, vt loquuntur, chori legauit curiam ſuam in Huſen, cum ædificiis, agris, vineis, pratis, in gratam memoriam beneficiorum per multos annos ab eccleſia ſibi impenſorum. † eodem hoc anno, 6 Kalend. Mart. humatus ante altare S. Nicolai, tectusque lapide ſepulcrali.

Iacobus dictus *Huſer*. 1360

Godefrido ſurrogatus, eodem anno 1360, die 20 Decembr. occurrit in conſtitutione ſic dictorum Manufidelium: tum vero anno 1363 in tabulis, quibus bona quædam Eberhardo, Domino de Eppenſtein, conceduntur. † hoc ipſo anno. Extant enim litteræ, 7 Kalend. Auguſt. anno hoc 63 datæ; in quibus ſic; *Iacobus* dictus *Huſer*, *Decanus*, *dum vixit*, *S. Stephani Mogunt.* & quidem 13 Kal. Iun. vt in necrologio ad D. Mauricii eſt; cui quidem eccleſiæ duas legauit libras, *de bonis Matthiæ in Hocheim.* Sepulturæ locum inuenit apud PP. Prædicatores, quorum in necrologio id p. 45 his annotatum verbis: † *Iacobus Huſer*, *Decanus S. Stephani*, *in habitu Ordinis ſepultus nobiſcum.*

Sifridus de *Colmaria*. 1363

Cuſtos hactenus, Iacobum excepit, & anno eodem 1363 in conſtitutione Manufidelium Decani titulo iam appellatur. Sequenti dignitate hac ſe abdicauit. In renouatione enim eorundem d. 20 Decembr. an. 1364 facta rurſum occurrit inter Canonicos. † poſtea anno 1369, ſepultus in æde hac *D. Stephani* iuxta ianuam ſuperiorem.

Hermannus de *Wetter*, 1364

Plebanus eccleſiæ maioris *.

Sifrido ſucceſſor datus, in dicta renouatione an. 1364 facta *Decanus S. Stephani* iam dicitur, & ſic porro, vſque ad annum 1379.

* *Sic enim in necrologio ad 7 Id. Nouembr.* † Hermannus *de* Wetter, Decanus S. Stephani, & olim Plebanus eccleſie maioris.

Hermannus Roſt, 1380

Canonicus Spirenſis.

Qua *Decanus S. Stephani* primum nobis occurrit dicto an. 1380 in conſtitutione Teſtamentariorum. Anno ſequenti 1381 litis finiendæ ſequeſter lectus fuit, quæ tum Francofurti Canonicis ad D. Bartholomæi cum Vicariis intercedebat. Adolfi I Archiepiſcopi & Electoris a ſanctioribus fuit conſiliis, & in apocha de perceptis in diœceſi Moguntina & Spirenſi, an. 1380, die D. Andreæ feſto, præſente *Henrico* von *der Spohr*, Milite, Curiæ Electoralis Præfecto, ſcripta, vocatur

Hermann Roſt, Dechant zu S. Stephan zu Mentze, vnſer lieber Hemlicher; & in aliis eiusdem litteris an. 1383 ſignatis, *Hermann Roſt, Dechant zu Aſchaffenburg, vnſer lieber Hemlicher.*

138. ## *Nicolaus* de *Saulheim*,

S. Victoris Canonicus.

Decani ad *D. Stephanum* titulo occurrit anno 1383 in litteris eccleſiam Marianam ſpectantibus, nec non in renouatione Manufidelium. Anno 1388, vna cum *Walthero* de *Argentina*, Præpoſito Brixienſe, executor fuit ſententiæ latæ de cauſſa, quæ Francofurti inter Capitulum S. Bartholomæi, & Petrum de Ruſſinga, Plebanum ibidem, agitata fuerat. Anno 1391 a Conrado II conſtitutus eſt Vicarius in ſpiritualibus generalis. Anno 1414 feria Galli confirmauit fundationem ſacelli S. Michaelis in cœmeterio, & d. 20 Decembr. adhuc nobis ſubiit. † anno 1415; ſepultus ante ſubſellia, ſub lapide, in quo ſcutum, cruce inſignitum, adhuc cernitur, inſcriptione fugiente.

1415 ## *Gothardus Stümmel*, Siegena Naſſouius,

Iuris Doctor, B. M. V. ad gradus Canonicus, Protonotarius, & Iudex generalis.

Hactenus *Cantor*, Nicolao ſucceſſit, & in nominatione Manufidelium anno 1415 Decani locum iam occupat. Anno 1428 vna cum M. Ioanne de Nouimagio, Vicario in ſpiritualibus, a Conrado III conſtitutus fuit ad recipiendum iusiurandum a ſex illis, qui tum deſignati erant ad colligendum ſubſidium pecuniarium *contra infideles Bohemos.* † an. 1436, d. 12 Maii, funeratus ante altare S. Ioannis Baptiſtæ. Depictum cernes in ſacello S. Pancratii.

1436 ## *Ioannes Guldenſchaf*, Moguntinus,

Huius, & D. Victoris Canonicus.

Gothardi in locum ſubiit anno eodem 1436, quippe Decani titulo in Teſtamentariorum renouatione iam appellatum legas. Sequenti, Concilii Baſileenſis mandato parochialem villæ Bibelos, quam Archiepiſcopus Theodericus in vſum fabricæ Collegio B. M. V. addixerat, eidem contulit. † anno 1449, die 17 Nouembr. Sepultus ante chorum, vbi adhuc lapidem, qui ei poſitus eſt, videas.

1450 ## *Ioannes Weishaubt*,

Decretorum Licentiatus.

Vſque huc *Cantor*, Ioannem excepit. † anno 1465, humatus inter ſubſellia, cum inſcriptione, de qua tamen, præter nomen, nil amplius legi poteſt.

1465 ## *Petrus Platen*, al. *Plait.*

Deceſſori ſuffectus, vix annum Decani honores geſſit. Quum etiam inſequenti 1466 *Ioannes Darts* iam Decanus dicatur in renouatione Manufidelium, neque ipſe in Canonicis occurrat, videtur ipſo hoc anno exſpiraſſe.

1466 ## *Ioannes Darts.*

Hactenus *Cuſtos.* Petri in locum ſubſtitutus eſt, quem tenuit vſque ad annum 1481, quo, die 24 Martii, vitam cum morte commutauit.

1481 ## *Ioannes* de *Monte*, *al.* de *Bergen*, Rüdesheimenſis,

Artium & I. V. D. Canonicus B. M. V. ad gradus.

Anno 1481 Decanatum in curia obtinuit Romana. Hinc lite cum Capitulo implicitus, ſuccubuit; loco vſque ad an. 1486 vacante. † anno 1503, die 30 Iunii.

Hermannus

Hermannus Sternberger,

Artium & Decretorum Doctor.

Ex Cantore Decanus electus est anno 1486. Anno 1490, d. 7 Iulii loco Ludouici Saurborn, Decani ad S. Florinum apud Confluentes, Iudicis & conseruatoris iurium & priuilegiorum ecclesiæ S. Victoris vices, ab eo constitutus & delegatus, obiit. † anno sequenti 1491.

Ioannes Faust, siue, vti tum scribebant, *Fust*, 1491

Decretorum Licentiatus, Weilburgi Præpositus ad D. Walpurgis, Officii Vicariatus Moguntini in spiritualibus Locumtenens.

Ex Canonico Decanus constitutus, post litem, quam ei Ioannes Wacker, Decanus S. Mauricii, in curia Romana mouerat. Multa vir fuit eruditione, qua alia inter meruit, vt anno iam 1480 a Diethero adhiberetur ad cognoscendam caussam matrimonialem inter Ioannem, Rheni Palatinum, Ducem Bauariæ, & Ioannam, filiam Ioannis, Comitis Nassouio-Saræpontani, vinculo consanguinitatis in quarto gradu iunctos. † an. 1501, mense Februario.

Ioannes Müller. 1501

Successit anno 1501. † an. 1515, profesto Pentecostes, sepultus in sacello, per quod itur ad Organum.

Theodericus Sparr, 1515

Decanatum obtinuit, cum in curia ageret Romana. Et quamuis Procuratori, per quem in possessionem immitti petebat, statuta Collegii & obligatio residendi proposita essent, illic tamen permansit. Vnde etiam fructus & emolumenta, quæ Decano præberi solent, haud accepit. Interim qua Decanus occurrit in renouatione Manufidelium ab an. 1515 ad 1524 vsque. Sequenti 1525 Romæ vltimum posuit spiritum.

Ioannes Breithart, 1525

SS. Theol. Doctor.

Huius Canonicus, an. 1525 a Capitulo electus. Anno 1547, quum affecta vir esset ætate, & valetudine infirma, frequentibus calculi cruciatibus afflictus; ceterum vero in augmentum diuini cultus vltra 400 aureos impendisset, ac de Collegiali hac multos optime meritus esset annos, commendatione *Michaelis Helding*, Suffraganei atque ad hanc ædem Canonici, Iubilarius declaratus est, sollemnitate ista, Dominica SS. Triadis honori festa, laudato cæremoniarum ordine celebrata. † anno 1548, die D. Nicolai memoriæ sacra. Decanatu, eo defuncto, tres annos vacante.

Ioannes Vnckel, Keisersvverthensis, 1551

I. V. D. hactenus *Canonicus*,

Decani dignitatem Collegii suffragiis anno 1551 consecutus est; quam dein anno 1563 voluntaria abdicatione dimisit, retento Canonicatu. Anno 1555 constitutus fuit Sigillifer Moguntinus. Adde Catal. Cantorum *D. Petri.*

Ioannes Listing, 1563

Huius Canonicus, & Præpositus Frizlariensis.

Electus anno 1563. Iussus, secundum Collegii statuta, in curia Decani larem sedesque statuere, vel officio decedere, decessit anno 1565, Canonicatu tamen retento. † anno 1582, die 22 Iun.

1566 *Ioannes Hoeglein*, Moguntinus.

Canonicus ad hanc ædem, succeſſit Liſtingio, & Decani dignitatem adiit anno hoc 1566. † an. 1574, d. 20 Aprilis.

1574 *Philippus Steick*, Idtſteinenſis,
Quondam *Metropolitanæ*, & *huius Vicarius.*

Anno 1574 e Canonico Domicellari vltimo in Decanum poſtulatus eſt. † an. 1595, d. 5 Februarii.

1595 *Theodericus Krum*, Erfurtenſis,
S. Crucis & D. Gangolfi Decanus, S. Mauricii Canonicus,
& ad ædem maiorem Vicarius.

Anno 1595 ex Scholaſtico Decanus deſignatus eſt. Munificus fuit in Collegialem hanc, quippe cui 4000 floren. tum ad anniuerſariam ſui memoriam habendam, tum ad præſentias legauit. † an. 1609, 18 Kal. Maii.

1609 *Chriſtianus Hofmann*, Aſchaffenburgenſis,
Ad S. Gangolfum Decanus, & ad ædem maiorem Vicarius.

Ex Canonico Decanus factus an. 1609, poſtero d. 17 Iunii naturæ modum expleuit.

1610 *Georgius Schamroth*, Aſchaffenburgenſis.

Huius Canonicus, Chriſtiani in locum ſuffectus, vix duos annos Decani honores geſſit, † an. 1612.

1612 *Ioannes Horn*, Salzigius.

Hactenus Cantor, Georgio legitimis ſurrogatus ſuffragiis eſt. † an. 1620, d. 6 Februarii.

1620 *Valentinus Füll*, Idtſteinenſis,
S. Petri Scholaſticus, huius, & D. Mauricii Canonicus.

Ioannem excepit, eandemque, quam ille, vitam deſiit an. 1623, d. 20 Nouembr. ſepultus in æde parochiali *Odenmünſter* dicta.

1624 *Philippus Henricus Barth*, Wormatienſis,
I. V. D. S. Mauricii Canonicus.

Cantoris munia cum hactenus obiiſſet, prouiſione Ioannis Suicardi an. 1624, d. 25 Febr. Decanus conſtitutus eſt. † an. 1632, d. 23 Octobris.

1633 *Ioannes Iacobus Schad*, Moguntinus,
Scholaſticus.

Anno 1633 a maiore Capituli Coloniæ tum ob arma Suecica exulantis parte electus. † an. 1635, menſe Ianuario.

1635 *Antonius Vrſinus*, Hauſenſis,
Scholaſticus ad D. Mauricii.

Cantor cum eſſet, ab Anſelmo Caſimiro, ad quem ius Decanum conſtituendi deuolutum erat, Ioanni Iacobo ſurrogatus fuit anno 1635, d. 27 Octobr. † an. 1652, d. 14 Iun. grata ſui memoria Collegio relicta.

1652 *Ioannes Adamus Ebersheim*,
cognomento *Carpentarius*, Moguntinus,
Vsque huc *Scholaſticus.*

Haud obſtantibus precibus Imperialibus, a Petro Paulo Moeckel, Canonico, in

in medium prolatis, quippe inueteratis, an. 1652 Antonii in locum electus est. † an. 1654, d. 3 Iunii, vltimus suæ stirpis, multis & eruditione & dignitate præstantibus, quos tulit, viris apud Moguntinos haud incelebris.

Petrus Cæsar, 1654

Consistorii Archiepiscopalis Assessor.

E Scholastico similiter ad Decani dignitatem gradum fecit anno hoc 1654. † an. 1656.

Hieronymus Schmit, Moguntinus, 1656

Canonicus huius, & Vicarius ad D. Albani.

Anno 1656 electus, inuito animo Petri in locum subiit. † an. 1677, d. 14 Iul. dum, sacris in æde Franciscanorum peractis, domum contenderet, ictu sanguinis, quem ἀπόπληξιν vocant, in platea extinctus.

Alexander Volusius, Esvveilerensis, 1677

Canonicus S. Ioannis, & ad ædem D. Martini Vicarius Regius.

Cum *Scholasticum* hucusque egisset, indultu Ordinarii Decanus electus fuit an. 1677, d. 18 Iul. † an. 1681, d. 10 Septembr.

Ioannes Waltherus Holzhausen, Moguntinus. 1681

Ex eodem, quo decessor, gradu, Scholastici scilicet, Eminentissimi Archiepiscopi prouisione ad altiorem ascendit, Alexandro successor datus. † an. 1686, d. 5 Ianuarii.

Sebastianus Loth, Weissenauiensis, 1686

I. V. D. Consiliarius Ecclesiasticus.

Pedetentim & gradatim Decani consecutus honores est. Quippe ex Organico Canonicus a decessore Holzhausen an. 1669 in Turno nominatus, Roma, vbi per biennium in Collegio nationis Germanicæ in litteras incubuit, redux, an. 1673 ad Capitulum admissus fuit, & an. 1676 in Consistorium. Anno 1681 successit Holzhauseno in officio Scholastici, & an. 1686, Eminentissimi Archiepiscopi prouisione, eidem in munere Decani; cumque vir esset tum rerum intelligens, tum solers, statim tabularii rite ordinandi curam suscepit, nec quicquam prætermisit, quod ad res ecclesiæ suæ eruendas, seruandasque facere posset. Anno 1691 officii, quod *Sigilliferatus* vulgo vocatur, Adiunctus factus est, & an. 1694 Fiscalis maior. Cumque memori recoleret animo, per musices & organi pneustici scienter tractandi peritiam se gradum fecisse altiores ad dignitates, an. 1712 & 1713 pro nouo in æde D. Stephani statuendo grauiter allaborauit, mille florenis ad id explicandum collatis. † an. 1714, d. 30 Ianuar. æterna nominis sui fama non Stephanitis solum suis, sed bonis omnibus relicta.

Ioannes Sartorius, Moguntinus. 1714

Virtutis merito, quod *Scholastici* fungens muniis sibi acquisiuerat, dignus Eminentissimo Archiepiscopo visus est, quem Sebastiano successorem daret. Viuit adhuc, & decessorem optimum refert iuxta consequiturque. Vir omni laude superior, atque insigni ad bonas litteras iuuandas προθυμία; quam cum vel ipsi satis superque experti fuerimus, non possumus, quin grato eam hic animo prædicemus.

(o)

III

SCHOLASTICORVM.

Primus, quem eruere licuit, est

EMBRICO.

10.. ixit autem circa annum 1098.

Richardus.

11.. Circa annum 1113.

Albuinus.

11.. Circa annum 1125.

Gernotus.

11.. Testibus adscriptus an. 1159 in litteris Arnoldi, quas supra ad § 10 attuli; item in aliis Christiani I an. 1171 signatis, & an. 1173 in tabulis Friderici I, Cæsaris, quas in chronico *D. Victoris* dedi, his verbis: *Gernotus Magister Scolarum in ecclesia S. Stephani.*

Wernherus.

11.. Occurrit an. 1183 in litteris Conradi I de controuersia Petrensium cum Vestalibus Diefenthalensibus, & in aliis eiusdem anno sequenti in gratiam Canonicorum ad D. Mauricii datis, & sic in pluribus aliis. Anno dein 1211 & 1212 in tabulis Sifridi II, quas in chronico *S. Victoris* reperire est.

Theobaldus.

121. *Prædicator crucis in terra sancta.* In qua cum ageret, Hierosolymis ab Abbate S. Ioannis multas reliquias, & tres lapides ex iis, quibus S. Stephanus lapidatus fuisse dicitur; Bethlehemi vero a Priore, *S. Annæ* caput dono accepit, quæ sacra λείψανα ipse Moguntiam detulit, vt in libro, qui *Inuentarii* insignitus titulo est, habetur. † sub an. 1215.

Raimundus.

121. Testis an. 1217 in litteris Henrici Præpositi Moguntini, & dein an. 1218, 1219, 1220 in tabulis Sifridi II. Anno 1224 in litteris Wilhelmi Præpositi ad D. Mauricium, & anno sequenti in aliis Philippi de Hohenfels.

Arnoldus.

12.. Anno 1232 testibus adhibitis adscriptus in litteris Arnoldi, Præpositi ad gradus, & Gozmari, Decani S. Ioannis, tanquam Delegatorum Cardinalis Portuensis, Legati Apostolici, ad cognoscendam controuersiam, quæ monasterio *D. Albani* intercedebat cum *Helferico* de *Rodenberg*, super bonis in tractu villæ *Drotholvishusen.* Anno dein 1239 in tabulis *Gerhardi, Comitis* de *Dietz*, & an. 1253 in litteris *Gerhardi I.*

Nicolaus,

D. G. Scholasticus S. Stephani.

125. Arbiter an. 1254 ab Abbate Erbacensi & Capitulo S. Victoris lectus ad finiendam litem de decimis minoribus Laubenheimensibus.

Conradus.

12.. Nominatur an. 1273 Id. Mart. in litteris Waltheri Decani de bonis Nideringelheimensibus.

Henricus

Henricus, dictus *Prume*. 1273

Occurrit anno eodem 1273 certis in litteris, feria 6 ante festum B. Martini datis, de quibus infra in Cantore *Theoderico*. Dein an. 1275 in aliis Cunonis, Decani S. Ioannis. Anno 1290 sequester lectus, pronuntiauit de iuribus in curias ac domos *zum Römer* & *Laderam*, inter Collegialem S. Mauricii & Plebanum S. Ignatii controuersis. Anno 1294 se nobis adhuc obtulit in chartis promiscuis.

Herbordus, dictus *Beyer*. 1...

Vixit circa an. 1306.

Godefridus. 13..

Anno 1314 arbitrium fecit de decimatione noualium, super qua monasterium *S. Disibodi* contendebat cum Nobili viro, *Codefrido* de *Sponheim*, Rectore ecclesiæ Sobernheimensis. Sequenti occurrit in litteris *Friderici* de *Rostorf*, Militis, queis is renuntiat aduocationi Scheidensi & Giboldehausensi, & anno 1317 in tabulis, de quibus supra in *Hildebrando* Decano.

Conradus Michelbach, 13..

S. Stephani Scholasticus.

† 4 Id. April. vt in necrologio *D. Victoris* habetur.

Henricus. 13..

Qui & Parochus Brezenheimensis. Anno 1333 arbiter honorarius (*Drittman*) in caussa *Philippi* de *Falckenstein*, cum *Eberhardo* & *Ioanne* de *Gudenberg*, fratribus. † an. 1341, Kal. Martii, indice lapide sepulcrali ante altare nouum *S. Pauli*.

VVickerus zum *Frosch*, Francofurtensis, 1341

ad D. Bartholomæi ibidem *Cantor.*

Scholastici ad *S. Stephanum* titulo iam occurrit dicto an. 1341, d. 21 Aug. Anno 1349 condidit Francofurti parthenonem *S. Catharinæ*, Ordin. Teutonicor. vna cum domo hospitali illi contigua, ad *S. Crucem* appellata. Vixit adhuc an. 1363; in litteris enim, quibus hoc ipso anno, 8 Kal. Iun. diuersa bona Eppensteiniis conceduntur, diserte se nobis offert: *Nos* Iacobus *Decanus*, Wickerus *Scholasticus* -- S. Stephani *recognoscimus* &c. † anno, quem modo memoraui, 1363; quippe peruigilio D. Thomæ *Scholasticus* iam appellatur, qui sequitur.

Baldungus Strumpel, al. *Fincke* *. 1363

Wickerum excepit. quippe, vti dictum, peruigilio Thomæ in renouatione Manufidelium iam *Scholasticus* nominatur. De cetero munificus plane fuit erga ecclesiam S. Stephani, eique testamento plura legauit, bona scilicet sua in tractu villæ Aspisheim, & ad altare OO. SS. in medio ædis tum suo sumtu recens constructum, (annis vero proxime elapsis, cum chorus aperiretur, ad partem templi inferiorem translatum) bona in tractu villarum Elsheim, Stadecken, Ober- & Nider-Ingelheim, nec non Grossen-Winternheim. Fecit autem id *corpore languens & debilis* an. 1366, Indictione 4, die 4 Iulii, paucisque post diebus spiritum Deo reddidit.

* *Sic enim ipse in testamento:* Hoc attendens ego *Baldungus Fincke*, Scholasticus ecclesiæ S. Stephani &c.

Fratres habuit tres, vnumquemque alio appellatum cognomine. Sic enim in dicto testamento: *Executores elegi --- dilectosque fratres meos*, Henricum *dictum* Schilling, *Militem*, & Georgium *dictum* Schade, *Armigerum*, ---- *Item ad exequendum* Eberhardi *dicti* Strumpel, *Præpositi*, *dum vixit*, *dictæ ecclesiæ S. Stephani testamentum* --- *bona mea*, *quæ idem*," Eberhardus frater meus," *dum vixit*, *& ego &c.*

Ioannes dictus *Welder*. 136.

Ex Canonico Scholasticus factus. Anno 1368 Moguntinis, quibus com-

missum erat petere subsidia, datus fuit fideiussor siue sponsor a Capitulo Francofurtensi ad D. Bartholomæi. Anno 137. factus est Præpositus.

137. ## *Ioannes* de *Wolfrichausen.*

Scholasticus *ad S. Stephanum* appellatur an. 1380 in litteris Adolfi I. Et anno sequenti in aliis eiusdem, ipsius a secretis Minister. Anno 1383 Præpositi adiit dignitatem.

1383 ## *Bertholdus.*

Ioannis successor. Memoratur anno 1383 & 1384 in consueta Manusidelium renouatione.

13.. ## *Gerlacus* de *Hohenburg,*

S. Stephani Scholasticus, ad D. Victorem & S. Ioannem Canonicus, Scripturarius Lohnsteinensis.

Equestri oriundus stirpe. Anno 1392 Conrado II Archiepiscopo reddidit rationes Ehrnfelsæ, præsentibus *Eberhardo* Pincerna & Domino de Erbach, *Eberhardo* de *Hartheim*, Magistro curiæ, *Wigando* de *Assenheim*, Scriba Rhingauiæ prouinciali, aliisque. Anno 1397 electus fuit Præpositus ad D. Bartholomæi Francofurtensi. Anno 1401 legauit ecclesiæ S. Victoris Breuiarium suum magnum, litteris aureis multifariam exornatum, vt fusius docent hæ, quas luce haud indignas iudico, tabulæ;

Ego GERLACVS *de* Hoenberg, *Scolasticus ecclesie* S. Stephani *Magunt. tenore presencium recognosco, ac vniuersis Christi fidelibus cupio fore notum, volumen Breuiarii mei magnum, literis aureis diuersimode fulcitum & ornatum, in se continens partes* estiualem & hyemalem, *me legasse & actu dedisse ob salutem anime mee, parentumque & benefactorum meorum ad ecclesiam* S. Victoris *extra muros Mogunt. ad cathenandum ibidem, & ad pulpitum locandum, vbi Dominis dicte ecclesie ad vsum ipsorum congruencius & melius videbitur expedire; sic tamen, quod temporibus, quibus hore diuine cantantur in dicta ecclesia, videlicet* matutine, prime, tercie, sexte, none, Misse, Vespere, *seu* Completoria, *in dicto Breuiario non per quempiam oretur, seu occupetur, ob hoc, ne tedium aliis presentibus, & diuina cantantibus per talem, vel tales, vt sic huiusmodi libro & Breuiario se immiscentem, seu immiscentes, exurgat & generetur; alioquin illis horis prescriptis claudatur in locum specialem, vt omnis infestacio & tedium huiusmodi penitus sopiantur.*

Verum est, quod idem volumen dicti Domini mei S. Victoris *habuerunt in ecclesia sua predicta, & vsi fuerunt ad nutum ipsorum iuxta legacionem & donacionem prenotatam; sed quia diuerse habentur Historie, Legende, & alia pulchra, in eodem Breuiario, que in aliis Breuiariis meis non habentur, supplicabam dictis Dominis meis* S. Victoris, *vt dignarentur michi idem volumen concedere, ad tempora vite mee duntaxat, vt possem gaudere huiusmodi Historiis & Legendis, nec in vllo vellem immutare seu impignorare aut eciam ab illis alienare; sed me ab huius mundi medio sublato, in continenti ordinare ipsos rehabere, omnibus impedimentis & contradictione postigatis; qui quidem Domini mei asseruerunt libenter & confidenter, supplicacionem meam velle adimplere, & sic eciam concesserunt librum predictum, quem habeo & teneo, ipsorum, & non alterius cuiuspiam nomine, omni dolo & fraude semotis.*

In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini MCCCCprimo. ipso die B. Augustini.

† anno 1406, 7 Id. Februar. indice lapide sepulcrali ante subsellia. Magnæ vir in agendo solertiæ, Ioanni II Electori perquam gratus, ab eoque ad multa negotia adhibitus.

140. ## *Ioannes* de *Selheim,*

Præpositus B. V. ad gradus, ad S. Ioannis quondam Scholasticus, ad S. Crucis in Campo, & Ameneburgi ad D. Ioannis Canonicus.

Gerlacum excepit. Anno 1414, d. 20 Decembr. in renouatione Manusidelium

fidelium vltimæ ſuæ voluntatis vindicem nuncupauit Ioannem II Archiepiſcopum. † an. 1434, Id. Iun.

Petrus Knapp. 1434

Ioannem ſecutus, ſubiit nobis an. 1435 in litteris Vnionis Cleri, & renouatione Teſtamentariorum. Anno 1442 factus eſt Præpoſitus.

Ioannes Schvvert, Monaſterienſis, 1442

Decretorum Doctor, S. Moguntinæ Sedis Protonotarius, & Iudex generalis *, *Francofurti ad D. Bartholomæi, & huius S. Stephani Canonicus.*

Petro ſurrogatus, anno ſtatim ſequenti *Scholaſtici* titulo occurrit in litteris Vnionis Cleri ſecundarii. Anno 1444 Canonicatu Francofurtenſi ſe abdicauit, vt eſſet, vnde conſtitui, alique poſſet Plebanus ſiue Parochus Ordinarius. Conf. quæ hac de re dixi in vita *Theoderici* Archiepiſcopi. † an. 1453, *in octaua S. Stephani.*

* *Is quidem iam fuit an. 1425, vti patet ex litteris Conradi III, d. 13 Septembr. ſignatis, quibus ei committitur, vt Othonem Epiſcopum Conſtantienſem, aliosque, qui vocandi ſint, vocet ad inſtantiam Rudolfi Marchionis Hochbergenſis.*

Antonius Molitoris de *Oppenheim*, 1453

Decretorum Licentiatus, huius & ad D. Victoris Canonicus, Vicarius metropolitanus.

Ioanni ſuffectus, in renouatione Manufidelium die 20 Decembr. anno hoc 1453 celebrata Scholaſtici tenet locum. Anno 1470 iuſſu Pauli II P. M. prouentus ædis S. Cyriaco Duderſtadii dicatæ, nec non B. Mariæ, & S. Aegidii Heiligenſtadii, menſæ Decani & Capituli Collegialis Heiligenſtadenſis ad D. Martinum incorporauit ſiue in perpetuum attribuit. Inſequenti ab Adolfo II S. Sedis Moguntinæ Protonotarius & Iudex generalis conſtitutus. † anno 1472, die 16 April.

Bernardus Gros de *Mörſen*, 1472

Decretorum Doctor, S. Petri, & B. M. V. ad gradus Canonicus, S. Sedis Moguntinæ pridem Sigillifer, dein Protonotarius & Iudex generalis.

E Canonico Scholaſticus renuntiatus, & Antonio ſucceſſor datus eſt eodem, quo ille obiit, anno. In multis iisque arduis negotiis Adolfo, Diethero, & Bertholdo inſeruiit, miſſus inter alia an. 1480, vna cum *Wigando* a *Dienheim*, & *Evvaldo Wymar*, Heidelbergam, ad diem Ioanni Comiti Wertheimenſi conſtitutum *. Anno 1500 inſtaurauit *Miſſam laudum*, ab vrbe ſubiugata vsque ad id temporis intermiſſam. † an. 1502, d. 2 April.

* Iuuabit ὡς ἐν παρόδῳ hic notare, quam vile rerum iſtis temporibus pretium fuerit. Sic enim *Evvaldus Wymar* Secretarius ſumtum in iter hoc expenſum confecit: *Am Mitvvoch zu Nacht nach* Eſto mihi *ſint Her* Bernhard Gros - - - *Richter*, Wigand *von* Dienheim, *vnd ich* Ewalt Wymar *gein Heidelberg zum Tag geſchickt gegen Graf* Iohanſen *von* Wertheim, *vnd von Meinz vſgeritten vnd gefaren, vnd haben gehabt ſeſs Reyſſigen, vnd zvvene Wagen Pferde, vnd neun Perſonen, vnd ſint vff Sontag zu Nacht dernach vvidderumb gein Meinz kommen, vnd mit den Ymſen, Pferden, vnd ſunſt mit allen Sachen, verzert vnd vberzufaren vſgeben zuſammen* dreizehen Gulden, zwölff Albus, vnd IIII pf. *XXXIIII alb. fur einen Gulden. Das hat Her* Chriſtian Gans (Sigillifer) *vſgericht.*

Petrus Schvvab, 1502

I. V. D. ad ædem hanc Canonicus.

Bernhardi ſubiit in locum, eumque tenuit ad annum vſque 1510, quo vita conceſſit, die 7 Iunii.

Theodericus Greſemundus, 1510

I. V. D. Prouicarius & Iudex generalis.

Electus an. 1510, & d. 21 Iun. ab Vriele confirmatus. † an. 1512. Vir

fuit doctus, & eloquentiæ tum ſolutæ, tum ligatæ laude celebris, vt in diſſertatione *de Doctis Moguntinis* videre eſt.

1512 ## *Gerlacus Haſe.*

Nidervveiſelenſis patria. In locum Theoderici ſurrogatus an. 1512. † an. 1540, *in octaua Aſſumptionis B. V.* a cuius obitu Scholaſteria tres annos vacauit.

1543 ## *Albertus* de *Fiſchborn*,

Canonicus Moguntinus, & ad D. Albani Cantor.

Anno 1543 prouiſione Pontificis Scholaſtici munus conſecutus eſt, quod tamen mox dimiſit.

1543 ## *Ioannes Weber*, Bingenſis,

ad D. Mauricii etiam *Canonicus.*

E Domicellari Scholaſticus. † an. 1548, d. 28 Maii.

1548 ## *Philippus Cronberg.*

Ad hanc ædem Canonicus, Webero ſucceſſit. † an. 1563, die 5 Martii, octoginta annorum ſenex.

1563 ## *Hermannus Sponſeil*,

I. V. D. Aſchaffenburgi ad SS. Petri & Alexandri, Francofurti ad B. M. V. in monte Canonicus.

Prouiſione Archiepiſcopi Danielis & Canonicatum & Scholaſteriam obtinuit; quadriennio poſt in Conſiliariorum aulicorum cooptatus numerum. † vt coniectura eſt, an. 1570.

1571 ## *Wilhelmus Ebersheim*, cognomento *Carpentarius*, Moguntinus,

S. Mauricii Præpoſitus, S. Petri Scholaſticus, S. Victoris Canonicus, & Vicarius metropolitanus.

Anno 1571 ex Domicellari Scholaſticus poſtulatus. † anno 1584, die 28 Aprilis.

1584 ## *Sebaſtianus Schade*, Moguntinus,

Canonicus huius, & altaris S. Martini in æde parochiali Rüdesheimenſi Beneficiatus.

Surrogatus Wilhelmo. Scholaſtici munus reſignauit anno 1588, Canonicatu retento.

1588 ## *Godefridus* a *Rhur.*

Sebaſtianum excepit. † an. 1593, die 10 Maii.

1593 ## *Theodericus Krum.*

Prouiſione Wolffgangi Archiepiſcopi Scholaſteriam obtinuit d. 26 Iul. Anno 1595 gradum fecit ad honores Decani.

1595 ## *Ioannes Henricus Behm*, Hauſenſis,

SS. Theol. D. S. Stephani, & ad D. Mauricii Canonicus.

Theoderico datus ſucceſſor. † an. 1604, d. 6 Februarii.

1604 ## *Georgius Antonius Sturmbühl*,

Lanzhuſenſis,

Huius, B. M. V. ad gradus, & S. Mauricii eccleſiarum Canonicus, Vicariorum metropolitanorum Senior.

Quatuor annos Scholaſtici functus fuit muniis. † an. 1608, d. 2 Iun.

Wilhelmus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Wilhelmus Ebersheim, cognomento *Carpentarius*, Moguntinus, 1608

S. Stephani Scholasticus, ad D. Petri Canonicus, nec non Vicarius Maioris.

† anno 1622, die 12 Ianuar.

Ioannes Laurentius Fauſt, Moguntinus, 1622

Canonicus etiam Aſchaffenburgenſis, ædis metropolitanæ Moguntinæ Regius Præbendarius, & ad S. Claram Altariſta.

Anno 1622 menſe Ianuario, Ordinarii permiſſu electus. Vicariam Regiam cum dimittere nollet, anno inſequenti Scholaſteria abiit.

Ioannes Iacobus Schade. 1623

Ex Cantore Scholaſticus factus prouiſione Archiepiſcopi. Anno 1633 ad Decani adſpirauit honores, vt tamen Scholaſtici munia ad mortem vſque obierit, qua quidem ſublatus eſt anno 1635.

Ioannes Adamus Ebersheim, cognomento *Carpentarius*, 1635

Huius, & D. Petri Canonicus.

Anno 1635 in defuncti locum ſubiit. factus an. 1652 Decanus.

Petrus Cæſar. 1652

Quondam ad D. Albani Vicarius. Duos tantum annos Scholaſtici geſſit officium. anno namque 1654 renuntiatus fuit Decanus.

Ioannes Valentinus Steick, 1654

Moguntinus.

Vſque huc Cantor. Scholaſticus electus eſt d. 18 Auguſt. † an. 1662.

Ioannes Simonis, 1662

S. Stephani Scholaſticus, & Altariſta ad Albas Dominas.

† anno 1668, die 19 Septembr.

Ieremias Mez, 1668

SS. Canonum D. Inſtituti Clericorum ſæcularium in commune viuentium, & Parochus ad S. Ignatium.

Vna cum præbenda Scholaſtici munus obtinuit prouiſione, quod dein anno 1670, die 15 Ianuarii dimiſit. Factus eſt Decanus ad S. Paulum Vormatiæ.

Gerhardus VVeinrich, 1670

Vicarius maioris.

Domicellaris ad S. Stephanum cum eſſet, prouiſione Ordinarii conſtitutus fuit Scholaſticus. † anno 1673, die 7 Septembris.

Alexander Voluſius, 1673

Aedis quoque metropolitanæ Vicarius Regius, & Canonicus S. Ioannis.

Gerhardo ſucceſſor datus. Anno 1677 dignitatem obtinuit Decani.

1677 ## *Ioannes VValtherus Holtzhauſen,*

Canonicus, & ad D. Albani Vicarius.

Anno 1677, die 31 Auguſt. electus, deceſſoris vſus fortuna, anno 1681 Decanus factus eſt.

1681 ## *Sebaſtianus Loth,*

I. V. D. Conſiſtorii Archiepiſcopalis Aſſeſſor.

Prouiſione Holtzhauſenum excepit, & anno 1686 Decani itidem conſecutus eſt honores.

1686 ## *Lubentius Franck,*

Ad hanc ædem Canonicus, & ad D. Albani Vicarius.

Anno 1686 Scholaſteriam capeſſiuit, & anno 1689, die 1 Iulii viuendi in terris finem fecit.

1689 ## *Ioannes Adamus Diel,*

Moguntinus,

SS. Theol. D. eccleſiarum S. Stephani, & B. M. V. ad gradus Scholaſticus, Eminentiſſimi Principis Electoris Sigillifer & Conſiliarius.

† anno 1712, die 28 Iulii.

1712 ## *Ioannes Sartorius.*

Scholaſticus ab anno 1712 vſque ad annum 1714, quo merito ſuo in deceſſoris ſubiit dignitatem.

1714 ## *Quirinus Laurentius Braun,*

Moguntinus,

SS. Theologiæ D. Huius, & poſtea etiam B. M. V. ad gradus Canonicus.

Eminentiſſimi prouiſione Reuerendo maxime Sartorio ſucceſſit. Vir zelo fidei, morumque præditus; doctus inſuper, ac tum hiſtoriarum, tum rei litterariæ prouehendæ, ſi quis alius ſtudioſus. Anno, quo *Scholaſtici* gradum adeptus eſt, & Conſiliarius eccleſiaſticus, & Academiæ Moguntinæ Rector deſignatus fuit, haud plane nullo felicitatis exemplo.

IV

CANTORVM.

Primum, cum antecedentes nos lateant, locum occupat

ADELHARDVS. II..

VIxit autem circa an. 1113. Illum excipiunt

VVolframmus. II..

Vixit circa an. 1125.

Fridericus. II..

Testis an. 1159 in litteris Archiepiscopi Arnoldi, quas supra protuli § 10.

Christianus. II..

Testes inter in litteris Christiani I an. 1171 signatis, quas supra exhibui § 11.

Waltherus. II..

Testibus adscriptus in tabulis Conradi I, an. 1184, 1185, 1191, 1194, 1196, sæpius iam citatis.

A. f. Arnoldus. I...

Occurrit an. 1206 in litteris, quarum supra in Decano *Eberhardo* mentionem feci.

Godefridus. 120.

Memoratus in tabulis Sigefridi II an. 1211 de tribus carratis vini Hunnici, Collegio Victoris a Ruthardo Canonico metropolitano collatis; & in aliis eiusdem an. 1212, 1217, 1218, 1220 signatis.

Theobaldus. 122.

Cantor & Custos. Anno 1223, 4 Id. Iun. arbitri fungens vicem decidit controuersiam, quæ Collegio principi erat cum Gerhardo Milite Vormatiensi, super 9 mansis in Godeloch. Sequenti 1224 testes inter est in litteris Wilhelmi, Præpositi ad D. Mauricium.

Helvvicus. 122.

Occurrit an. 1227 in tabulis Sifridi II de bonis Wignandi Santalbanensibus denuo confirmatis; it. an. 1232 in iis, quarum summam supra in Arnoldo Scholastico retuli.

Henricus. 123.

Nobis subiit an. 1235 in litteris *Colbo* & *Ortvvini*, de quatuor vnciis, Stephanitis pro tribus marcis & vno fertone Colon. venditis. Dein sequenti in tabulis, quibus Sifridus III domum hospitalem, quæ *Spiritus S.* nunc venit appellatione, fundauit.

Godesmannus. 123.

Henricum excepit, & *Cantoris* titulo iam occurrit in laudo, quod an. 1237, mense Februario, pronuntiauit *super proprietate curiæ S. Michaelis*, de qua tum Capitulo S. Ioannis cum Benedicto Scholastico intercedebat controuersia. Similiter an. 1254, super decimis in tractu villæ Laubenheim, de quibus monasterium Erbacense contentionem habebat cum Capitulo D. Victoris. Post factus est Decanus.

Sibol-

125. ## *Siboldus,*

Maioris etiam, ac B. M. V. Canonicus *.

Qua *S. Stephani* Cantor occurrit an. 1258 in litteris Gerhardi I, quibus Vicedomino Rhingauiæ in mandatis dat, vt ſoluat Collegiali ad gradus 20 ſolidos, & medimnum ſiliginis ad cœnam Domini.

* *vti quidem vult* Helvvichius *in Elencho p.* 252.

126. ## *M. Erenfridus,*

B. M. V. ad gradus Scholaſticus, & S. Stephani Cantor.

Vixit an. 1268 & 1269. quo vide catalogum *Scholaſticorum B. M. V. ad gradus.* Prædium in villa Zalbach legauit parthenoni, qui vulgo *Albarum* vocatur *Dominarum*, & vineam prope ſaxum glandiforme monaſterio D. Iacobi.

12.. ## *Emercho.*

Vixit circa an. 1271, habeturque in litteris Capituli ſuper ordinatione Archiepiſcopi Werneri, quam peracta promulgauit viſitatione.

127. ## *Henricus.*

Citatur an. 1273, Id. Mart. in tabulis, queis Decanus Waltherus bona ſua Nider-Ingelheimenſia Collegio transcripſit.

1273 ## *Theodericus.*

Henricum ſecutus, Cantoris gerit titulum in litteris, quibus Collegium anno eodem 1273 feria 6 ante Martini recognoſcit, ſe ad petitum Hermanni, Vicarii altaris S. Pancratii in æde D. Stephani, Volquino, filio Centgrauii olim Wickerenſis, conceſſiſſe terram quandam incultam, vulgariter dictam *Agirda*. Poſtea Decanus factus eſt.

12.. ## *M. Daniel.*

Cantor in litteris an. 1283 datis, quarum iam in *Theoderico* Decano memini, & an. 1286 in ſtatuto Capituli de curiis clauſtralibus. Vicariam, quam in hac D. Stephani æde, D. Albani memoriæ dicatam inſtituerat, vt conuenienti locupletaret cenſu, bona curiæ, dictæ *zum Niderhof*, in villa Nackheim, ab Hunone Milite de Nerſtein ſibi redempta, an. 1291 eccleſiæ donauit, hac lege, vt iſti, quam ſtatuiſſet, contribuerentur Vicariæ; illius vero conferendæ ius, proprium ſuis eſſet ſucceſſoribus. Occurrit adhuc an. 1295 in litteris Capituli de bonis Eblizdorfenſibus Sigeloni de Grünenberg elocatis. Eccleſiæ maiori legauit 20 maldra ſiliginis. † ſub an. 1296, 4 *Id. Ianuar.* teſte necrologio.

129. ## *M. Marquardus* de *Brunigesheim.*

Equeſtri oriundus proſapia. Anno 129. arbitrum egit, ac vna cum *Wigando* S. Moguntinæ Sedis Aduocato, litem compoſuit, quæ eccleſiæ cum Santalbanenſibus ſuper decimis in tractu villarum Sarmsheim & Münſter erat. Vocatur *magnæ vir ſcientiæ.*

13.. ## *Gerhardus Specht* de *Bubenheim.*

In locum Cantoris ſubiit circa an. 1300, ac 20 maldra ſiliginis in villa Nierſtein comparauit ad præſentias. Vixit adhuc an. 1317, occurritque in litteris, quibus Capitulum Godefrido Eppenſteinenſi bona Bornenſia & Huſenſia conceſſit.

132. ## *Philippus* de *Calſmund.*

Cantor an. 1333 Prælatis ceteris adſcribitur in litteris de bonis Eblizdorfenſibus Meingoto de Allena elocatis.

Herbor-

Herbordus dictus *Kaps* de *Osthoven.* 13..

Equestri, æque ac Philippus, natus genere, an. 1351 Cantoris titulo occurrit in constitutione Manufidelium. Testamento suo, quod an. 1362, d. 25 April. decumbens, lectoque affixus fecit, multa pia in vsus Collegialis huius legata constituit, & quidem *ad præsentias* annuos 20 maldrorum siliginis reditus in vicis Osthoven & Engelstatt; *ad fabricam* vero ædis, præter fructus Præbendæ pariter ac Cantoriæ anno hoc sibi debitos, alia multa, eaque inter omnia vasa sua argentea. † ipso hoc an. 1362.

Ioannes zum *Dorn.* 1362

Siue, vt alias scribitur, *Doron*, *Dorun*, & *Torun*. Anno 1362, d. 20 Decembr. se nobis obtulit in constitutione Manufidelium. † an. 1366, sepultus apud Prædicatores, quorum in necrologio p. 95 id his memoratur verbis: *Ioannes* de *Thorung*, *Cantor S. Stephani*, *sepultus ante altare S. Dominici.*

Iacobus dictus *Horn.* 1366

Siue *de Cornu*, vt an. 1364, quo Canonicus adhuc erat, scribitur. Successit Ioanni, & anno dicto 1366 in constitutione Testamentariorum *Cantoris* titulo iam appellatur. † an. 1369.

Herbordus de *Selgenstatt.* 1369

Iacobo surrogatus, *Cantor* fuit ab an. 1369 ad an. 1384 vsque. Quippe anno 1383, d. 20 Decembr. adhuc occurrit. † anno dicto 1384, mense Februario.

Conradus de *Vmbach.* 1384

Cantoris ornatus titulo ad annum vsque 1409 in sæpe memorata Testamentariorum renouatione reperitur. † an. 1410. Ceterum fuit Iudex & Conseruator iurium ac priuilegiorum ecclesiæ D. Victoris a Sede Apostolica specialiter designatus.

Gothardus Stümmel. 1410

Successit Conrado. Anno 1412 Protonotarius & Iudex generalis caussarum, sed *in ciuitate Moguntina dumtaxat*, constitutus fuit. Anno 1415 factus est Decanus.

Conradus de *Adelvesen.* 1415

Equestri ortus stirpe, Cantorem egit ab anno 1415 ad an. 1430. singulis enim hisce in renouatione Manufidelium nobis hoc titulo se obtulit.

Ioannes de *Sprendlingen.* 1431

Vicarius metropolitanus, in locum Conradi suffectus an. 1431, *Cantor* dicitur in Testamentariorum constitutione d. 20 Decembr. facta, cum pridie adhuc *Canonicus* fuisset vocatus. Anno 1439, tanquam Iudex & Conseruator iurium ac priuilegiorum Decani atque Capituli ad D. Victorem, aduersus inuasores bonorum S. Victoris in Thuringia, in reos execrationis depromsit sententiam. † an. 1443, die D. Albano festa. Legauit ecclesiæ maiori insulam in Rheno e regione villæ Scherstein.

Ioannes Weishaubt. 1445

Huius Canonicus. Cantoria ab obitu decessoris per duos fere annos vacante, ipse tandem locum obtinuit, & an. 1445 primum *Cantoris* titulo in constitutione Testamentariorum occurrit. Anno 1450 ad Decani adscendit honores.

Ioannes Kachel, 1450

B. M. V. ad gradus & S. Mauritii Canonicus.

E Canonico Cantor factus, muneri huic præfuit ad an. 1484 vsque, quo die 10 Septembr. fato suo functus est.

1484 ## *Hermannus Sternberger.*

Decretorum Doctor. Nonniſi duos annos Cantoris geſſit dignitatem. Anno namque 1486 Decanus electus eſt.

14.. ## *Ioannes Thus* de *Warberg*,

B. M. V. ad gradus & S. Mauricii Canonicus.

Anno 1492 Teſtamentariorum in conſtitutione primum nobis *Cantoris* titulo ſubiit. Vt fere coniicias, Cantoriam ab exceſſu Hermanni aliquot annis vacaſſe. † an. 1527, die Ioanni Baptiſtæ feſta.

Petrus Faber.

E Canonico Domicellari, vi precum Imperialium, defuncti locum conſecutus, & an. 1530 morbo ſuperatus dicitur. quod an ita ſe habeat, alii diſpiciant. In renouatione enim Manufidelium ab an. 1527 ad 1530 vsque Petrus Faber Canonicos inter occurrit, nullo, qui Cantoris munere fungeretur, nominato.

1532 ## *Ioannes Obernburger.*

Clericus diœceſis Moguntinæ, Caroli V a ſecretis, Canonicus S. Victoris, & Vicarius Regius metropolitanus. In renouatione Teſtamentariorum an. 1532, d. 20 Decembr. *Cantoris ad D. Stephanum* titulo appellatus primum nobis ſe obtulit, vltimum an. 1551. † anno ſequenti 1552. Nominatione Imperatoris Francofurti etiam an. 1551 ſucceſſerat *Valentino* de *Tettenleben*. Sed enim, quum anno ſequenti e vita diſceſſiſſet, ius eligendi Capitulo tabulis Cæſareis fuit reſtitutum.

1552 ## *Arnoldus* de *Bucholz.*

Ioannem ſecutus, Cantoris munia obiit ad annum vsque 1584, quo iisdem ſe abdicauit.

1584 ## *Wilhelmus* de *Bucholz.*

Arnoldo ſuffectus, Cantoris dignitatem geſſit ad annum vsque 1596, quo eam deceſſoris exemplo dimiſit.

1596 ## *Ioannes Coſvvarenus*, Huyenſis.

Wilhelmi in locum ſubiit; quo dein an. 1601, abdicatione voluntaria abiit. † an. 1616. Fuit & Canonicus S. Victoris.

1601 ## *Wilhelmus Theodericus* a *Daun*,

Decanus Vormatienſis, Moguntinæ maioris, ac D. Albani Canonicus.

Cantor factus an. 1601, an. 1609 d. 13 Iun. reſignauit.

1609 ## *Ioannes Horn.*

Wilhelmi abdicatione, eodem 13 Iunii die Cantoris nactus dignitatem eſt, quam dein an. 1611 Decanus deſignatus dimiſit.

1613 ## *Valentinus Füll.*

Anno 1613 (quum Cantoria interim vacaſſet) Ioanni ſucceſſor datus eſt. Anno 1620 ad Decani honores adſpirauit.

1620 ## *Ioannes Iacobus Schad.*

Valentinum ſecutus, an. 1623 e Cantore renuntiatus fuit Scholaſticus.

1623 ## *Philippus Henricus Barth.*

Vicarius metropolitanus. Cantoris partibus vix fungi cœpit, cum Decanus euaderet. Factum id an. 1624.

Ioannes

Ioannes Wendelinus Hess. 1624

Finthensis, huius quondam Vicarius. Nonnisi quatuor annos Cantoris præfuit officio. Spiritum enim posuit an. 1628 mense Decembri.

Antonius Vrsinus. 1629

Dum sextum hac in dignitate annum agebat, Decani exornatus fuit honore, Ioanni Iacobo Schad an. 1635 datus successor.

Ioannes Valentinus Steick. 1635

Ab anno 1635 ad 1654 vsque Cantoris obiit munus; renuntiatus tum Scholasticus.

Ambrosius Iordan, Moguntinus, 1654

Canonicus ad D. Mauricii, & Parochus ad D. Emmeranum.

Cantoris spartam, quam a Steickii obitu nactus erat, exornauit ad annum vsque 1669, quo vitæ impleuit finem.

Ioannes Georgius Barth. 1669

Per 47 annos ad ædem hanc Canonicus, Ambrosium excepit. † an. 1682, d. 20 Decembr. Iubilarii iam decem annos insignis honoribus. Heredem instituit ecclesiam.

Ioannes Richardus Küchel, 1682

B. M. V. ad gradus & huius Canonicus.

Cantoris dignitatem adiit an. 1682, deposuit an. 1706, postquam quinquaginta annis hac in ecclesia transactis Iubilarius esset declaratus. † anno 1712, d. 24 Aug. Heredes instituit ecclesiam S. Stephani, B. M. V. ad gradus, & domum hospitalem a *S. Barbara* appellatam.

Ioannes VVenceslaus Flamm, 1706

Canonicus etiam *S. Petri, & Vicarius metropolitanus.*

Anno 1706, d. 29 April. electus, fatis concessit mensis Augusti insequentis die octauo.

Ioannes Waltherus Bähr, 1707

S. Mauricii Præpositus, Archidiaconus per Rhingauiam, & ad D. Albani Vicarius.

Cantoris hoc tempore fungitur munere, electus an. 1706 mense Aug.

APPENDIX
de
venerabili capite
S. ANNAE,
ecclesiæ *S. Stephani* furtim subtracto.

I

SAcras inter reliquias, quarum quamplurimas ecclesia hæc D. Stephani memoriæ dicata a multis adseruauit temporibus, singularique in pretio habuit, fuit *sacratissimum caput D. Annæ*, matris gloriosissimæ virginis Mariæ.

II Id, Friderico II imperante, *Theobaldus*, ad *D. Stephanum* Scholasticus, vir doctus & pius, sacræque crucis in terra sancta prædicator, an. MCCXII Bethlehemi, iuxta cum aliis sacris lipsanis, a Patre cœnobii, quem *Priorem* vocant, accepit, ac Moguntiam allatum in hac Collegiata tanquam pretiosissimum thesaurum deposuit.

III Recondebatur autem in aduersa altaris summi parte, aditu firme munito, ac per tria fere sæcula quam maxima colebatur veneratione.

IV Enimuero, quum anno MD *Ioannes Fusi*, Decanus Collegii, ad maiorem loco splendorem conciliandum, retro dictum altare operis quid exstrui curaret, quidam ex operis mercenariis lapicida, vico, qui monasterio *S. Cornelii* ad *Indam* adsitus est, oriundus, cui nomen Leonhardo, cardinibus violenter effractis, repagulisque ostioli ferrei conuulsis, ipsa D. Andreæ vigilia, nefario scelere, vna cum thecis id sustulit, subduxit.

V Mox tamen nefarii facinoris ductus pœnitentia, atque a consanguineis, quibus id ingenue confessus erat, seuere admonitus, vt ecclesiæ D. Stephani restitueret ablatum lipsanon, venerabile caput Marcodurum, quod agri Iuliacensis oppidum est, misit, enixis FF. domus *S. Francisci*, Ordinis Fratrum minorum de obseruantia, precibus obtestatus, Moguntiam id transferri curarent.

VI Stephanitæ, furto vigilia festi Christo nascenti sollemnis (qua sacratissimum hoc caput ceteras inter reliquias ad summam sanctæ noctis Missam in ara collocandum erat) non sine horrore deprehenso, confestim id ad Regimen Electorale detulerunt, ac litteris, quibus sublatum requirerent, impetratis, quendam e claustro Carthusianorum, cui nomen *Ioanni*, ad dictum *S. Cornelii* ad Indam cœnobium delegarunt.

VII Is, simul ac appulit, e sacrilego apud matrem deprehenso, atque ad dicendum coram Abbate, loci domino, caussam vocato, comperit, sæpius iam dictum caput *Marcodurum* ad FF. Franciscanos summissum, quantocius vt Stephanitis restitueretur.

VIII Quibus auditis, consilio auxilioque Abbatis ad *D. Cornelium*, sine mora Marcodurum se contulit, vt, toto indicio fratribus Franciscanis exposito atque edito, lipsanon repeteret sacrum, venerandumque.

IX Qui tametsi primum haud adeo faciles sese exhibebant, votoque respondere prorsus cunctabantur, tandem tamen, visis Eminentissimi Moguntinensis litteris, depositum eidem reddidere.

X Lætus accepto thesauro nuntius *Ioannes*, cum in viam se daret, suos exhilaraturus Moguntinenses, ex inopinato superuenere Prætor, Consules, & Scabini

Scabini Durenſes, cum miniſtris ciuitatis publicis, auſuque violento, ſine vllo iure, in ſummam Eminentiſſimi Electoris *Bertholdi*, Stephanitarumque iniuriam, alieno bono manus attulere, improba dictas reliquias ratione auertendo.

XI Quo comperto, *Ioannes Fuſt*, Decanus, ipſe iuxta cum nonnullis e Collegio, Marcodurum profectus, quam enixiſſime eas repetiit; & cum reſponſi loco tuliſſet, Ducis Iuliacenſis iuſſu, auctoritateque detentas eſſe, Ducem ipſum adiit, ſpe ductus, fore, vt tam æquam apud Principem recti, æquique amantem cauſſam peruincat. Verum enim vero, & hic fruſta fuit; quippe hac eluſus reſponſione, Principem cum Conſiliariis hac de re collocuturum, & quatuordecim intra dies, quid ſentiret, expromturum.

XII Videntes igitur ad D. Stephanum Canonici, omnem ſe hactenus deperdidiſſe operam, conſilio inito ſtatuerunt, ſuo e gremio quosdam Norimbergam, vbi tum comitia agebantur, mittere, in id incubituros, vt tum *Bertholdi*, tum aliorum ope auxilioque optatis potirentur, & vel inuitis, quod male detentabant, extorquerent ſpolium.

XIII Annuit ſupplicantibus non *Bertholdus* modo, ſed *Maximilianus* etiam Imperator ipſe. Et ille quidem litteris, anno MDI, die Veneris poſt *Hypapanten*, ad Durenſes datis, eos grauiter obiurgatos monuit, redderent Stephanitis, quod deberent; iſte vero die XXIV Iulii Ducem Iuliacenſem compellauit, mandans, adigat Duranos, vt ſine longiori mora eccleſiæ D. Stephani, quas iniuſte ſupprimerent, reſtituant reliquias. Illas, cum dictis nonnihil lucis affundant, ſubiungimus.

BERTHOLD *von Gottes Gnaden, Erzbiſchoff zu Mayntz, des heiligen Röm. Reichs durch Germanien Ertzcantzler vnd Churfürſt, vnſern Gruſs zuuor, Ehrſambe liebe beſondere. Wihr ſeynth bericht, vvie kurtz verſchiener Zeit das heilige Haubt der vvurdigen heiligen Frauen S. Annen, aus der S. Stephans Kirchen in vnſerer Stadt Maintz, durch einen leichtfertigen Steinmetzen-Knecht, der an ſelber Kirchen gearbeitet haben ſoll, in Vergeſs ſeiner Seelen Heil entfrembdet, vnd am letz zu Dhüren, aus Schickung des Allmächtigen, als gütlich zu glauben, vnſerem Geſandten, Bruder Hanſen, dem Cartheuſer zu Mayntz, vff vnſer Paſsbrieff vviederumb heimzubringen geantvvortet, aber daſelbſt ihme durch euch eigenvvilliglich vnd gevvaltiglich vvieder genommen ſeye, vnd alſo daſelbſt vns, vnd den Ehrſamben vnſeren lieben Dechant vnd Capitul der obberührten S. Stephans-Kirchen, über ihr gutlich Erſuchen von euch gevvaltiglich hinterhalten vvorden, das vns von euch nit vvenig befrembdt, daſs ihr eigener Gedunkheit vnterſtehet, das vvürdig Heiligthumb, das niemandts, vnd ſonderlich der Layen Gevvalt nit iſt, noch ſein mag, alſo freventlich vff vnd fürzuhalten; hetten vns verſehen, ihr ſoltet der Ehrbarkeit gemäſs, vnd mit vns, vnd mit andern andächtigen, ſo der vnzimblichen Entfrembdung Beſchvvernuſs tragen, Mitleydens gehabt, vnd euch ſelbſt hülfflich vnd fürderlich erzeugt haben, ſolches vvieder an die vvürdige Stadt, da es nun Zvveyhundert vnd acht vnd achzig Iahr ſeeliglich geraſt hatt, zu bringen, das vvihr aber aus euer Vnfreundlichkeit anders befinden. Wan aber vns ſolche Entſetzung von euch mercklich befrembdet, vnd gantz vnleydentlich vnd vngemeint iſt, ſo begehren vnd geſinnen vvihr an euch mit gantzem Ernſt, ihr vvollet ohn alles Verziehen vnd fernerne Weigerung, das gedacht vvürdig Heiligthumb dem gemelten Dechant vnd Capitul, oder ihren Anvvaldt vff ihr Geſinnen förderlich vvieder zu Handen zuſtellen vnd folgen laſſen gantz vnzerrütt, in allermaſſen das zu euern Handen kommen iſt, vnd dazu fürter keinen Auffzug oder Verlängerung brauchen noch ſuchen, vnd auch hierin der Billigkeit vnd Ehrbarkeit nach der Maaſs erzeigen, inmaſſen vnſer Zuuerſicht ſtehet, damit vvihr nicht geuhrſacht vverden, andere Weeg gegen euch zu Eroberung des Cleinoths vnd Heiligthumbs, trachtens vnd führnehmens zu thuen, des vvihr lieber übrig bleiben vvollen. Geben zu Nürnberg, Freytag poſt purificationis anno* 1501.

Sigillatim *Raymundus*, S. R. E. Presbyter Cardinalis Gurcenſis, ac Romani Pontificis ad vniuerſam Germaniam, Daniam, Sueciam, Norvvegiam, Pruſſiam de latere Legatus, ſequentibus litteris, ipſis Kalend. Septembris ſignatis, Durenſibus iniunxit, vt intra ſex dierum ſpatium venerabile hoc *S. Annæ* ca-

put Decano & Capitulo eccleſiæ S. Stephani dent, tradant, reſtituant, minis, ſi mandatis morem haud geſſerint, ſimul denuntiatis.

RAYMVNDVS *miſeratione diuina S. R. E. Presbyter Cardinalis Gurcenſis, ad vniuerſam Germaniam, Daniam, Sueciam, Norvvegiam, Friſiam, Pruſſiam, &c. Apoſtolicæ Sedis de latere Legatus.*

Exponi nobis fecerunt graui cum querela Reuerendiſſimus in Chriſto Pater, Dominus Bertholdus, *Archiepiſcopus Moguntinus &c. ac Dilecti nobis* Decanus & Capitulum eccleſiæ S. Stephani *Moguntiæ, quod nuper de menſe Nouembri venerandum caput* Beatæ Annæ, *genetricis glorioſiſſimæ virginis Mariæ, quod in dicta eccleſia S. Stephani quamplurimis annis honorifice conſeruatum fuerat, per quendam laicum muratorem ſeu lapicidam, tunc in dicta eccleſia laborantem, ſubtractum fuerit, & deinde idem laicus, tanti maleficii pœnitentia ductus, caput ipſum venerabile ad Fratres Domus* S. Franciſci, *Ordinis Fratrum minorum de obſeruantia, oppidi* Deuren *Colonienſis diœceſ. tranſmiſiſſet, ſupplicans humiliter eisdem Fratribus, vt dictum caput ad Decanum & Capitulum, ac eccleſiam S. Stephani prædictos reportari facerent; Fratres vero prædicti precibus illius malefactoris annuentes, caput ipſum venerabile cuidam nuntio, per præfatum Reuerendiſſimum Dominum Moguntinum illuc tranſmiſſo, tradiderunt, qui nuntius, dum ſe itineri pro capite illo ad eccleſiam S. Stephani deferendo accinxiſſet, Scultetus, Proconſules, Conſules dicti oppidi* Deuren, *neſcitur quo ſpiritu, niſi maligno, ducti, caput præfatum nuntio abſtulerunt, & ad eccleſiam parochialem eiusdem oppidi tranſtulerunt. Et licet, pro parte præfatorum, Reuerendiſſimi Domini Moguntini, ac Decani & Capituli, ac poſtea per Breue Apoſtolicum, ſub excommunicationis pœna ad illud reſtituendum, ſæpe & iteratis vicibus interpellati & moniti fuerint, id tamen facere diſtulerunt, & recuſarunt, in magnam eorundem Domini Archiepiſcopi, Decani, & eccleſiæ ignominiam, iniuriam, & iacturam, ac eorundem Proconſulum, Conſulum, graue periculum animarum.*

Quare, pro parte præfatorum, Reuerendiſſimi Domini Archiepiſcopi Moguntini, ac Decani & Capituli S. Stephani requiſiti fuimus, quatenus pro recuperatione huius capitis contra Rectorem parochialis eccleſiæ Deurenſis, Colonienſis diœceſ. vel eius vicem gerentem, qui idem venerabile caput detinet, omnesque & ſingulos alios, ſua, quomodolibet, intereſſe habere putantes, mandata noſtra, & cenſuras eccleſiaſticas, aliaque iuris remedia opportuna decernere & concedere, & Magiſtros ciuium, Proconſules, & Conſules eiusdem oppidi Deurenſis, tanquam ſacrilegos, ac mandatis Apoſtolicis inobedientes, excommunicatos auctoritate Apoſtolica denuntiare, vel denuntiari facere, aliasque in præmiſſis opportune prouidere dignaremur.

Nos igitur, etſi fama ipſa publica, & documentis, ac fide dignorum relatione ſumus edocti, factum ipſum, vti ſupra narratum eſt, accidiſſe, ob quod omnes & ſingulos illos, qui huic maleſicio auxilium, fauorem, & conſilium præſtiterunt, tanquam ſacrilegos, ac mandatis Apoſtolicis inobedientes, ſententias excommunicationis ipſo facto incidiſſe nouimus: Et quamuis potuerimus petitioni prædictorum Reuerendiſſimi Moguntini, ac Decani & Capituli annuere, voluimus tamen mitius agere, ea ſpe ducti, quod ad pœnitentiam reuerti, præfatisque Reuerendiſſimo Domino Moguntino, & Capitulo S. Stephani caput præfatum reſtituere, vel reſtitui curare debeant. Igitur auctoritate Apoſtolica, cuius legationis officio fungimur - - - - vt infra ſex dierum ſpatium venerabile caput S. Annæ Decano & Capitulo eccleſiæ S. Stephani, principalibus, vel eorum Procuratori vel Procuratoribus, ac nunciis ad illud recipiendum mandatum habenti vel habentibus dent, tradant, & reſtituant realiter, & cum effectu &c. Datum Norinbergæ Bambergenſis diœceſis Kalend. Septembr. MDI.

XIV Ordo rei poſtulabat, vt Apoſtolicæ hæ litteræ Marco-Duranorum peruenirent ad notitiam. Miſſus igitur tabellio publicus (*Notarium* vulgo vocant) qui Marcoduri eas in valuis templi parochialis, teſtibus adhibitis, affigeret.

XV Quam indigne vero hominem illi exceperint, tractarintque, vix credas. Incenſi ſane ira atque dolore, ipſum pariter, ac quos ſibi adſciuerat teſtes, inuaſerunt, ac contumelioſe habitos in carcerem compegerunt, mandatis, quæ promulgarat, de valuis non ſine æſtu detractis.

XVI Gra-

XVI Grauiter hac illorum intemperie commoti *Bertholdus* Moguntinus & *Hermannus* Colonienſis, non grauibus ſolum anathematum vinculis anno ſequenti MDIII eos illigarunt, verum etiam aſpere, vt mandatorum Apoſtolicorum contemptores, apud Pontificem *Alexandrum VI* accuſarunt.

Interdictum præterea, vt in *Actis* an. MDIII habetur, *ne quis eorum oppidum* Duren *viſitaret, aut viſitare præſumeret, vel aliqua communionis opera illis impenderet, ſub excommunicationis pœna, cum inuocatione brachii ſæcularis ob non reſtitutionem ſacratiſſimi capitis* S. Annæ, *ad quam Venerabilibus viris, Decano & Capitulo eccleſiæ S. Stephani Moguntiæ, ſententionaliter condemnati fuerunt.*

Similiter, eo fatis functo, ad inſtantiſſimas Capituli preces, apud *Iulium II* illos poſtularunt initi iisdem temporibus in Imperio fœderis ſocii, Principes, Comites, Barones, Nobiles, ac Ciuitates, perfeceruntque, vt Papa *Iacobo Leyſt*, Decano Collegialis, quæ Moguntiæ ad ædem B. M. V. ſacram, vulgo *ad gradus* dictam, eſt, cauſſam diſcutiendam, finiendamque ſequentibus litteris, Romæ apud S. Petrum die II Auguſti anno MDIV datis, committeret.

IVLIVS Papa II, *Dilecto filio*, Iacobo Leyſt, *Decano B. M. ad gradus Mogunt. Dilecte fili, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Mittimus tibi ſupplicationem præſentibus introcluſam, manu Venerabilis Fratris* Ioannis *Epiſcopi Inſulani in præſentia noſtra ſignatam, volumusque, & tibi mandamus, vt vocatis vocandis ad illius executionem procedas iuxta eius ſignaturam. Datum Romæ apud S. Petrum die II Auguſti anno MDIV.*

XVII Paruit *Iacobus*, & Marcoduranis, ſub pœnis eccleſiaſticis pariter, ac pecuniariis aliis, ſigillatim vero illa, quæ *excommunicationis* ſiue anathematis dicitur, certum, quo adeſſent, conſtituit diem.

XVIII Enimuero, tantum abeſt, illum vt obierint, vt potius Pontificem interpellarint, iniuſte ſe grauatos dicentes. Nec id feciſſe contenti, Maximilianum quoque Imperatorem tamdiu omnibus obſecrarunt, obteſtatique ſunt precibus, donec deſtitutis, queis antea ſuo aderat patrocinio, Stephanitis, Pontifici Durenſem commendaret cauſſam.

Sic namque Roma ad Decanum Capitulumque an. MDV ſcriptum: *Salutem Venerabiles Viri. Superioribus diebus paucis auiſaui Dominum Scholaſticum veſtræ eccleſiæ, qualiter obtinuerint ad importuniſſimas inſtantias Regis Romanorum a ſanctiſſimo Domino noſtro Durenſes quandam ſupplicam ſeu commiſſionem ſignatam, cuius tenorem non vidimus hactenus &c.*

XIX His locum relinquens *Iulius*, Præpoſito *S. Martini* Kerpenſis, nec non *S. Caſtoris* ad Confluentes, & *B. M. V.* apud Veſalienſes Decanis, bulla edita, id dedit negotii, vt cauſſa ipſi cognita ſtatuerent. Qui Pontifici dicto audientes, ſententiam, vt vocant, dixere interlocutoriam. Ea ſic habebat:

In cauſſa Venerabilis Capitis B. Annæ, de & ſuper differentiis & retentione eiusdem, ac ſuper beneficio abſolutionis ad cautelam, ex ſpeciali commiſſione Sedis Apoſtolicæ nobis pro parte Paſtoris & Vniuerſitatis oppidi Durenſis, diſtrictus & territorii Iuliacenſis, & præſentata inter dictos, Paſtorem & Vniuerſitatem appellantes ſiue impetrantes ex vna, & Venerabiles, Decanum & Capitulum eccleſiæ S. Stephani Mogunt. appellatos, ſiue opponentes ex alia partibus, interloquendo decernimus; Viſis & auditis hinc inde partium iuribus & allegationibus, pariterque inhibitione nobis facta per nos mature attentata, cauſam huiusmodi in ſtatu, in quo coram nobis pendet indeciſa, ad S. Sedem Apoſtolicam, aut ſaltem iudicium, coram quo lis pendet, remittendam fore; quam, niſi huiusmodi partes, infra huc & feſtum Paſchatis inter ſe concordauerint, vna cum litis expenſis factis, remittimus. Lecta, lata, & viua voce promulgata fuit hæc interlocutoria ſententia per Robertum de Reyda, Præpoſitum, & Iudicem Commiſſarium, Colonia d. XXVIII menſ. Ianuar. an. MDVI.

XX In-

XX Interim Durenſes ſibi non deerant, ſed omnibus neruis ac facultatibus, vt adipiſcerentur, quod petebant, adnitebantur. Inter alia, Stephanitis ſe de reliquiis hiſce pecunia ſatisfacturos, profeſſi *. Quod dein Parochus, quem Romam miſerant, ſuam in rem conuertebat, ſatis inuidioſe dicens, ſuos, cum tam æqua obtuliſſent, minime auditos eſſe.

* *In litteris quibusdam priuatis, quæ inter Acta reperiuntur, ſigno ⊕ notata, legitur, Durenſes obtuliſſe Collegio D. Stephani* 12000 *florenos, & præter reſtitutionem omnium ſumtuum in litem impenſorum,* 100 *floren. annuos: Capitulum vero, quod bona conſideret cauſſæ, tum vero ſtatueret, id genus theſaurum omni pretioſiorem eſſe argento, renuiſſe.*

XXI His, aliisque effectum, vt *Iulius* tandem ſecundum Durenſes pronuntiaret, diplomateque edito, ediceret, ſacratiſſimum hoc *D. Annæ* caput retineant iidem, atque religioſe adſeruent; ſimul Moguntinis, vt quieſcant, & in poſterum intra ſilentium ſe teneant, iniungens.

ECCLE-

ECCLESIAE
ad
S. VICTOREM
extra mœnia Moguntina
COLLEGIATAE
CHRONICON.

SECTIO I,
De Collegiatæ huius origine, auctore, fatis, statu &c.

I

De antiquitate celebris olim in monte ad S. Victorem *ædis.*



Ecclesia, quæ olim ad *S. Victorem* in monte fuit, Moguntinenses inter nulli antiquitate cedit. Adnotauit *Helvvichius*, inueniſſe quendam Canonicorum S. Victoris ſuperiori ſæculo in bibliotheca quadam celebris cuiusdam in Franconia monaſterii codicem antiquiſſimum, in quo diſerte ſcriptum fuerit, hanc S. Victoris eccleſiam originem debere Helenæ, Conſtantini Imperatoris, qui vulgo Magni cognomento illuſtris eſt, matri. Saltim B. Bonifacii temporibus celebritatis fama iam inclaruiſſe, colligere eſt ex iis, quæ ſcriptor vitæ Bonifacianæ *Willibaldus* ſuo de S. Bonifacio opuſculo attexuit. Sic autem is in codice Fuldenſi, vt *Georgius Wicelius* in Hagiologio teſtatur: *Ego Willibaldus Epiſcopus vitam & paſſionem Bonifacii conſcripſi primum in ceratis tabulis ad probationem Lulli & Megengaudi. Poſt eorum examen in pergamenis reſcripſi. Atque hoc in loco, qui dicitur* S. Victoris *extra muros Moguntiæ, vbi Lullus & Rabanus vacabant orationibus.*

II

De loco, ſituque veteris huius ad D. Victorem *ædis.*

Extructa autem fuit extra mœnia Moguntiæ, in monte, prope vicum Weiſſenavv, loco plano & religioni apto. Hinc in tabulis, ſcriptisque aliis antiquis ſemper vocatur *Eccleſia* S. Victoris " *extra murum ciuitatis* " conſtructa; item *monaſterium* S. Victoris " *foris murum Moguntiæ ciuitatis* " ſitum; vernacula, *das Stift zu* Sant Victor " *vßvvendig der muren zu Menz* ".

III

De priſco eccleſiæ ad S. Victorem *ſtatu.*

Si MS. minorem, quem *Serarius* tractauit, audias, vſibus monachorum griſeorum tradita primum fuit ac conceſſa. Dicit namque, olim hic loci fuiſſe monachos, idque ipſum monſtrari ornamentis eccleſiæ huius vetuſtioribus, in quibus cinerei monachi phrygionico intertexti ſint opere. Vid. *Serarius* lib. V in *Willegiſo* p. 716. Quem non recte cepit *aureæ* ſcriptor *Moguntiæ*, dum, quæ MS. minor tradit, Trithemium referre ſcribit, § XIV ſect. II n. VI p. 199.

IV

De mutato ecclesiæ ad S. Victorem statu.

Fuit Willegisi temporibus re admodum tenui. Placuit igitur venerando huic Antistiti eam ampliare & ad Canonicorum euehere Collegium. Produnt id auctor vitæ *B. Burchardi*, Wormatiensis Episcopi, & *Trithemius*. Et hic quidem in chron. Hirsaugiensi recognito ad an. DCCCCLXXVIII p. 121; *Monasterium quoque* S. Victoris *extra Moguntiam, in quo Canonici regulariter in communi viuebant, suis impensis ampliauit.* Iste vero: *Loco cuidam pauperrimo præpositus est Burchardus. Hunc igitur locum, Archiepiscopo adiuuante, summo nisu statim adauxit, totisque viribus decorauit. Nam egregium monasterium simul & claustrum Canonicorum in honore* S. Victoris *ibidem construxit, positisque, ad electionem Fratrum, claustri primatibus, cursum certis temporibus ac signis decantari, seruarique præcepit.*

Enimuero non ampliauit eam solum Willegisus, sed multis etiam locupletauit censibus: competentibus redditibus & largis prædiis, vt *Carolus IV* Imperator in tabulis, quas post afferemus, testatur. Sigillatim *omni hospitalitatis*, vt vocatur, *decimatione.* Quod licet, quos adduxi, scriptores, *Trithemius* & B. panegyristes *Burchardi* prætereant, explicate tamen memorant *Sifridus* & *Henricus* Archipræsules: ille, tabulis an. MLXXII vulgatis; iste, in litteris sæculi secuti anno XLIII hac de re publice editis.


V

De primis ecclesiæ huius benefactoribus.

Primus in iis locus debetur *Othoni III* Imperatori. Is enim Sophiæ sororis, ac Willegisi permotus precibus, amplas ecclesiæ huic tribuit possessiones. Et quidem prædia, quæ habuit, *in Heiligenmarcha, Grabaha, Merchesleba, Vrenlebo, Cornere, Mellere, Amberon, Aldengubereno, sitis in pago Westeregouue, & in pago Watergouue, in Comitatu Wiggeri.* Tabulæ, quibus ea *S. Victori* transscripsit, ita habent;

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. OTTO, *diuina fauente clemencia Romanorum Imperator Augustus. Omnibus nostris fidelibus, presentibus scilicet & futuris notum esse volumus, quomodo nos ob interuentum dilecte sororis nostre* Sophie, *nec non fidelis nostri* Willigisi, *Moguntinensis Archiepiscopi, donamus ecclesie S. Victoris martyris extra murum ciuitatis constructe, in stipendiarium famulicium Fratribus DEO inibi seruientibus, tale predium, quale habuimus in villis infrascriptis in* Heiligenmarcha, *in* Grabaha, *in* Merchesleba, *in* Vrenlebo, *in* Cornere, *in* Mellere, *in* Amberon, *in* Aldengubereno, *in pago* Westeregouue *& in pago* Vatergouue *sitis, & in Comitatu* Wiggeri *Comitis, cum omnibus vtensilibus ad illud iure pertinentibus, mancipiis vtriusque sexus, areis, edificiis, terris, cultis & incultis, pratis, pascuis, quesitis & inquirendis, cum omni integritate, ea videlicet racione, vt pretitulati Confratres de predicta proprietate illis a nobis tradita liberam dehinc quodlibet faciendi, vendendi, commutandi, vel pocius sibi retinendi potestatem habeant. Et vt hec nostre tradicionis auctoritas firmior stabiliorque permaneret, hanc precepti nostri inscripcionem fieri iussimus, annulique nostri impressione signatam manu propria suptus firmauimus.*

Signum Domini Ottonis, Inuictissimi Imperatoris Augusti. Hildebaldus *Episcopus & Cancellarius, vice* Willigisi *Archicapellani recognoui. Data XVI Kal. Augusti, anno Dominice incarnacionis DCCCCXCVII, Indict. X, anno autem tercii* Ottonis *regnantis XIIII, Imperii vero primo. Actum Molinhusen felicister, Amen.*



Cum his componere iuuabit litteras *Henrici I* Archiepiscopi, quibus bona hæc, aliaque Collegio huic an. MCXLIII firmauit, tabulas itidem *Caroli IV* Imperatoris infra adducendas.

Ceterum notes, quod Collegium bona hæc, cum aliquot ea sæculis possedisset, anno MCCCCLXV Collegiali, quæ Erfordiæ B. M. V. honori dicata est, vendiderit.

Post

Post Othonem *Burchardus*, quem Willegisus Collegio dederat Præpositum, S. Victoris res, opesque diuite prædiorum fructu auxit, cumulauitque. Sic enim scriptor vitæ ipsius: *Et ita rebus ecclesiasticis secundum regulam Canonicam rite ordinatis, prædia & mancipia multa, quæ vel traditione parentum, vel donatiuo regio acquisierat, huic ecclesiæ in proprium contulerat, sicque piis viri huius laboribus laudes & gratiarum actiones officio quotidiano in loco prædicto Deo nostro persoluuntur.*

Hanc illorum erga D. Victoris Fratres ac socios munificentiam, pietatemque posteris temporibus imitati sunt plures alii. *Wezzil* sane Canonicus duos mansos in tractu Bodenhemensi sitos & a Comitibus Dietzensibus emptos: tres itidem in agro Nordolfeshemensi & Vndehensi, vnumque in Mumenhemensi & Brizenhemensi altari S. Crucis in ecclesia S. Victoris tradidit, in perpetuumque donauit: litteris hisce de hac re publice perscriptis:

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Notum sit omnibus Christianis, presentibus & futuris, quod ego Wezzil *in Congregacione S. Victoris Canonicus, in Moguncienſi Archiepiscopatu emi quedam predia, scilicet duos mansos apud villam* Badenheim *sitos, a liberis hominibus Comite* Embrechone, *& fratre suo de* * Dietz
* Dideſe, *& Domino* Wolfgango, *que predia eodem iure, quo ipsi ea possederant, ego & ipsi collatis manibus altari S. Crucis in ecclesia S. Victoris, absque omni contradictione, & absque omni iure placitandi super ea, vel patrocinandi, pro animabus nostris & antecessorum nostrorum, contradidimus, vt ipsi Canonici singulis septimanis in tercia feria, & quinta, Missas pro defunctis ad idem altare perpetuo celebrauerint. Ego eciam tres mansos & dimidium, apud* Nordolfesheim *& Vndeheym sitos, & vnum apud* Mumenheim *&* Brizcenheim, *ad idem altare eadem lege tradidi. Hanc quoque condicionem adiunximus, vt, si aliqua ab eisdem prediis querimonia mota fuerit, in synodo Archidiaconi eiusdem ecclesie inde tractetur. Si ibi nequeat diffiniri, in communem synodum Archiepiscopi differatur. Huic autem tradicioni* Sigefridus *Archiepiscopus banno suo, & omnium orthodoxorum, pacem confirmans, eius testimonio suam imaginem impressione sui sigilli testem precepit apponi anno incarnacionis Domini MLXIV, Indict. II.*

Embrechone, *summo Preposito.*
Bernhardo, *Camerario.*
Heremanno, *Vicedomino.*
Razone, *Decano.*
Gozuuino, *summo Magistro.*
Folberto, *Cantore.*
Sigebodone, *Prefecto.*
Walthero, *Comite.*
Megengoz, *Centurione.*

Testibus

Gunzelino, *Preposito eiusdem ecclesie.*
Willo, *Decano.*
Humberdo, *Scolastico.*
Wezelone, *Cantore,*
& omnibus Fratribus.

Laicis

Godefrido, *Aduocato eiusdem ecclesie.*
Disone.
Bezone.
Dudelino.
Immelino.
Eckehardo.
Wolberone.
Heremanno.
Regenboldo.
Engenzone.
Gerhardo.
Bubone.

Sifridus dein I ecclesiæ huic decimationes, eidem olim adsignatas, anno MLXXII non modo peculiari diplomate ratas habuit, sed nouis etiam accessionibus auxit. Id ita habet:

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Sciant legentes hec, me SIGEFRIDVM, *Moguntine metropolitane scilicet Sedis Dei gracia Archiepiscopum, precepti huius auctorem esse deuotum: Diuinis instituimur documentis, nos in aterna requie cum electis DEI celestibus esse remunerandos premiis, si eccleſias* Xpi *terrenis studuerimus sublimare subsidiis, & quia hoc preceptum certum & indubitatum tenemus, quantum ipse Deus nos confortauerit, deuoti sequemur.*

Quapropter nouerint Xpi *nostrique fideles vniuersi, presentes scilicet & futuri, qualiter nos, per interuentum dilectissimi consanguinei nostri,* Hartuuini *Prepositi,*

per vniuersum Aepiscopatum nostrum in omnibus curtis nostris, in quibus ex antiqua constitucione vetus decimacio hospitalitatis gracia dabatur, omnem quippe eandem veterem & nouam decimacionem nostram, tam de diu cultis nostris Salicis terris, quam de siluarum nouiter cesarum vel extirpatarum noualibus, vinearum dico & agrorum, decimacionem quoque de vsufructu siluarum & pratorum, peccorum quoque, omnigenorumque pullorum, nec non decimacionem in loco, qui dicitur Cista, *& decimacionem omnium locorum in orientali Germania dispositorum, ius nostrum respiciencium, ad monasterium* Sancti Victoris, *foris murum Mogontine ciuitatis situm, ab olim illuc traditam, sed in nostris temporibus aliquantulum turbatam, baculo nostro super altare supradicti martiris* Xpi *manu nostra posito, nichil excipientes, vniuersaliter, & absque omni controuersia tradidimus, ea scilicet racione, vt supradicti monasterii congregacio quotannis in festiuitate sancte Agathe mart. nostram, & dilecti nostri* Hartuuini *memoriam faciat orando, dum in hoc viuimus seculo, Missam ordinacionis nostre eodem die celebrando, dato illi, die illo, de sepedicta decimacione, pleno & laudabili seruicio; post obitum autem nostrum anniuersarius dies noster agatur, & idem seruicium ibi accipiat.*

Vt autem tradicionis huius auctoritas firmiter valeat stabiliri, cartam hanc manu nostra roborantes, sigillo nostro iussimus insigniri. Facta sunt hec anno ab incarnacione Domini millesimo LXXII, Indict. XV, sub Rege* Henricho, *Imperatoris* Henrici *filio, coram testibus, quorum nomina subscripsimus.*

* Indict. X. *vel* an. MLXXVII

Hartuuinus, *Prepositus.*	Rudolfus, *Comes.*
Gozzuuinus, *Prepositus.*	Vodalrichus, *Comes.*
Burchardus, *Camerarius.*	Erkenbrath, *Comes.*
Regenherus, *Capellanus.*	Wolffram,

& omnis congregatio S. Victoris.

Adelbertus I, vt in quosuis sacri ordinis homines, & Collegia per fuit munificus, ita duos *S. Victori*, Fratribusque illius mansos an. MCXXII contulit, suæque istius liberalitatis testes esse voluit tabulas, quas in lucem protrahimus, sequentes;

In nomine sancte & inuidue Trinitatis. Ego ADELBERDVS *Dei gracia Moguntiensis Archiepiscopus, & sancte Sedis Apostolice Legatus; Considerans, quot & quanta in me fecerit diuina Maiestas sue miserationis opera, omni admiratione digna, anxie sollicitus in corde meo proposui, vel aliquam gratiarum actionem ex optima voluntate Domino pro omnibus, que retribuit mihi, rependere. Itaque S. Victori & Sociis eius, pro suffragantibus ipsorum meritis, & pro fidelissimi nostri eiusdem loci Prepositi* Henrici *peticione, & deuota seruitute, duos mansos nostri iuris in proprietatem donauimus, possessos hactenus in beneficium a predecessore nostro, & nobis per quendam* Ruothardum, *Magistrum Cocorum nostrorum. Et quoniam non debuit ille idem suo beneficio priuari, & Prepositus, & Fratres nostra elemosina hoc ordine exorauerunt certificari; instituimus, vt idem* R. *a Preposito, & Fratribus eosdem mansos in beneficium accipiat, & vsque in finem vite sue, vt possidet, possideat, ni forte Domnus Prepositus, aliqua compositione sibi accepta, ab eo redimat. Sancimus autem de reditibus eorundem mansorum, cum iam prorsus Prepositi & Fratrum potestatis fuerint, vel post mortem eius, vel viuentis voluntaria concessione, quatinus singuli Fratres predicti singulis septimanis I panem album accipiant, & in die, qua accipiant, semper in memoriam nostri Missam pro defunctis celebrent, & in die ordinationis nostre annuatim me viuo, post mortem vero nostram in anniuersario nostro aliquam inde pro facultate eiusdem reditus caritatem accipiant. Et vt hec donatio & constitutio rata & inconuulsa permaneat, eosdem predictos mansos in manum suam accepit Comes* Fridericus, *Aduocatus sancti Victoris, & conscriptam super hac re cartam impresso sigillo nostro signauimus. Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini MCXXII, Indictione XV, imperante* Henrico *huius nominis quinto, coram idoneis testibus Clericis & Laicis, quorum nomina sunt hec:*

Dudo, *maioris ecclesie Prepositus.*	Harduuinus.
Henricus, *ecclesie S. Victoris Prepositus.*	Adelbero.
Durnbertus, *maioris ecclesie Magister.*	Fridericus, *Comes, & eiusdem ecclesie Aduocatus.*
Mezelinus, *S. Victoris Decanus.*	Dammo *de* Buchun.
Morhardus, *Cantor.*	

Warmundus.

Data

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Data XIII Kalend. Decembr. per manum Heinrici *Notarii, eiusdem eccleſie Canonici & Magiſtri.*

Idem XXIII nummos, qui de area curtis cuiusdam, quæ *Godeſchalchi* dicebatur, ſingulis annis Archiepiſcopo pendebantur, eidem *S. Victoris* eccleſiæ an. MCXXX in perpetuum tradidit; vt his manifeſtum tabulis fit.

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. ADELBERTVS *Dei gracia Moguntine eccleſie Archiepiſcopus. Notum ſit omnibus Chriſtianis, preſentibus & futuris, quod Prepoſitus* Heinricus, *& Fratres eccleſie S. Victoris, extra muros Moguntine ciuitatis poſite, ſuper Abbate & Monachis de* S. Dyſebodo *in noſtri preſentia querimoniam depoſuerunt, aſſerentes, quod predeceſſor noſter beate memorie,* Ruothardus, *Archiepiſcopus, decimationem quandam de terra* Salica *in* Sovernehem, *quam ipſa* S. Victoris *eccleſia longo temporis ſpatio Canonica poſſeſſione tenuerat, Fratribus ipſius loci inuitis, & vnanimiter reclamantibus, ad eccleſiam* S. Dyſebodi *contuliſſet; & quod minus erat tolerabile, nullam eis recompenſationem ſtabiliſſet; Fratres econtra de* S. Dyſebodo *ſuper hac re ad noſtram vocati audientiam conſtanter aiebant, ſe ſuper hoc negotio inquietari iniuſte, & predictam decimationem legitime, & iure Canonico poſſe retinere, quoniam manifeſtum erat, ſatis digna commutatione a predicta* S. Victoris *eccleſia per Dominum Archiepiſcopum, quem diximus, ſe adeptos fuiſſe. Sicque factum eſt, vt vtriſque partem ſuam inuicta firmitate tuentibus, & vt in re tali fieri ſolet, multimoda ratione corroborantibus cauſa iſta diu ventilata, nullo tamen iudicio terminata, nullatenus quieſceret, imo inter predictos Canonicos & Monachos, lites & altercationes foueret.*

His ita ſe habentibus, quia noſtrum erat, huius mali fomitem extinguere, & rem iſtam auxilio DEI ad bonum finem redigere, attendentes illud Apoſtoli: Non oportet ſeruum Dei litigare, *commodum & valde neceſſarium eſſe duximus, vt de integratione pacis inter eos reformanda laboraremus, & ſcintillam huius ſcandali ab hominibus religioſis remoueremus.*

Conuocatis igitur in vnum predictis tam Monachis quam Clericis, ſanum iſtud propoſitum ad effectum perduximus, & inter eos huiuscemodi compoſitionem ordinauimus; Curtim quandam, que dicitur Godeſcalci, *iuxta portam* Stocburgedur, *quam libere & quiete predicti monachi poſſidebant, ſub eadem libertate & quiete, cum quodam manſo in* Alengreheim, *pro reſtitutione predicte decimationis eccleſie* B. Victoris *tradiderunt. Nos quoque pro DEO, & anime noſtre remedio, & vt prior querimonia omnino ſopita quieſceret, XXIII nummos, qui de area eiusdem curtis ſingulis annis ad ius Epiſcopale perueniebant, eidem S. Victoris eccleſie in perpetuum habendos conceſſimus. Huius autem compoſitionis actio, vt immobilis permaneat, data in preuaricatores excommunicationis ſententia, paginam hanc ymaginis noſtre ſignaculo muniuimus. Teſtium etiam nomina, qui interfuerunt & approbauerunt, ſubſcripſimus:*

Heinricus, *maioris eccleſie, & S. Victoris Prepoſitus.*
Cuno, *Decanus & Cuſtos maioris eccleſie.*
Tornbertus, *Magiſter.*
Hartmannus, *Cantor & Camerarius.*
Heinricus, *Byngenſis Prepoſitus.*
Emecho, *Prepoſitus in Erpesfort.*

Canonici S. Victoris:

Morardus, *Decanus.*
Adelbero, *Scolaſticus.*
Cunradus, *Cantor.*
Hertvvinus, *Cuſtos.*

Liberi:

Rubertus *Comes,*
& frater eius Arnoldus *de* Lurenburch.
Gerlaus *de* Iſenburch.
Heinricus *de* Kazenelenbogen.
Sigebodo *de* Buchon.
Bertolfus *Comes de* Lindenueles.
Sigfridus *Comes de* Nuringes.
Cunradus *de* Walreſten.
Cunradus de Bichenbach.
Anſehelmus *de* Gumeldingen.

Miniſteriales:

Ruthardus, *Vicedominus.*
Dudo, *Scultetus.*
Walpodus-Erluvvinus.
Erneſt, *& frater eius* Obertus.
Heroldus, *& frater eius*
Burchardus *de* Hecheſtat.

Emercho, *Comes de* Rinegovve.
Hartvvinus, *& frater eius* Arnoldus *de* Winchela.
Wernerus *de* Rudenſeheim. Franco *de* Waldaf.

Actum Dominice incarnationis MCXXX, Indictione VIIII.

VI

De controuerſia, quæ Collegio D. Victoris *cum* Diſibodenbergenſibus *interceſſit.*

Ruthardus monaſterio *D. Diſibodi* in monte, quod inſtaurarat, benefacturus, quondam eidem de terra Salica, vico Sobernheim contigua, contulerat decimationem. Hanc B. Victoris Fratres ſibimet, cum longo temporis ſpatio canonica in poſſeſſione habuiſſent, inuitis detractam, ac ſine compenſatione debita monachis D. Diſibodi transſcriptam querebantur. Monachi vero ſe legitima commutatione per Ruthardum facta illam conſecutos regerebant. Litem hanc Adelbertus I anno tandem MCXXX amicabili compoſuit modo. Monachis nimirum decimationem iſtam adiudicauit, vt tamen & ſociis B. Victoris prouide conſuleret. Quippe quibus curtem quandam, quæ monaſterii erat, & *Godeſchalci* dicebatur, iuxta portam *Stocburgedur*, vna cum manſo quodam in *Alengreheim*, compenſationis loco addixit. Quin, vt hoc magis omnem illis conquerendi detraheret cauſſam, XXX nummos, de area curtis illius ſingulis annis Archiepiſcopi ærario inferendos, eidem ipſe Victoris eccleſiæ in perpetuum attribuit. Rem, præter allatas, his etiam conſignauit tabulis:

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. Ego ADELBERTVS *Dei gracia Moguntine eccleſie Archiepiſcopus, & Apoſtolice Sedis Legatus. Querimoniam Fratrum de ſancto* Victore *pro quadam decimacione Salice terre in* Sobernheim, *multociens accepi, quam anteceſſor meus Dominus* Ruthardus *Archiepiſcopus concambio ad ſe recepit, & ſancto* Dyſibodo *Confeſſori tradidit; hanc permutacionem hoc modo diſſolui, vt deinceps omnem vverram ad vnguem excluderem, & firmam concordiam inter Fratres* S. Dyſibodi *& Canonicos* S. Victoris *ſtabilirem; A manu Domini Abbatis eundem manſum in* Algensheim, *quem anteceſſor meus ſancto* Victori *pro hac commutacione dedit, curtemque ad* Stochburgedor, *quam paruus* Godeſchalcus *ita cognominatus Moguncie ſancto* Dyſibodo *dedit, Domino Prepoſito* Heinrico, *& Domino* Morardo, *ceterisque eiusdem loci Canonicis ad confirmacionem ſepedicte commutacionis propria manu conceſſi, & ſupranotatam decimacionem Beato Confeſſori* Dyſibodo *tradidi, & banno meo in perpetuum ſtabiliui; denique ad teſtificacionem hanc cartam ſcribere iuſſi, quam ſigillo meo impreſſam firmaui.*

Facta autem ſunt hec in monaſterio ſancti Albani *pridie Idus Decembris Moguncie anno Dominice incarnacionis MCXXX, Indictione IX regnante* Lothario *Romanorum Rege huius nominis tercio, aſſiſtentibus noſtris fidelibus quam plurimis, quorum nomina ſubſcribere feci:*

Heinricus, *Prepoſitus maioris eccleſie.*
Abbas Werinboldus *de ſancto* Iacobo,
& Folcradus, *Abbas ſancti* Dyſibodi.
Cuno, *Decanus ſancti* Martini.
Hartmannus, *Camerarius.*
Emicho, *Capellanus, & Prepoſitus* S. Seueri *in* Erfesfurt.
Arnoldus, *& frater eius* Rupertus *de* Lurenburch.
Heinricus *de* Kazenelenbogen.
Bertolfus *de* Lindenfels.
Adelbero, *& frater eius de* Hachenfels.

Seruientes:

Embricho *de* Gyſinheim.
Ernoſtus, *&* Opertus *frater eius.*
Ruthardus, *Vicedominus.*
Embricho *de* Pingvvia.
Guntramus, *&* Waltpertus, *de eodem loco.*
& alii complures tam Clerici quam Layci.

Hi autem ſunt Fratres eccleſie ſancti Victoris, *in quorum tempore, quorumque preſencia hec acta ſunt:*

Morardus, *Decanus.*
Adelbero, *Magiſter Scolarum.*
Hartvvinus, *Cuſtos.*
Cunradus, *Cantor.*
Stephanus.
Adalhalmus.

Heinricus.

VII *De*

VII

De nouis huius ecclesiæ benefactoribus.

Emecho Canonicus, Fratrum opes pia aucturus voluntate, domum quandam, iuxta ædem B. M. V. *ad gradus*, quam sua sibi redemerat pecunia, circa an. MCXXXIII B. Victori martyri transcripsit. Testimonio sunt tabulæ *Adelberti I*, quarum hic damus apographum.

In nomine Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. ADELBERTVS, *Moguntinensis Archiepiscopus, & Apostolice Sedis Legatus. Notum esse volumus vniuersis sancte ecclesie filiis, tam presentibus, quam futuris, qualiter Canonicus quidam B. Victoris*, Emmecho *nomine, in nostrum seruitium assumptus, crescentibus deinde pie seruituti sue incrementis, duabus per nos Preposituris sublimatus, domum quandam* Volquini *a* Richarda *Comitissa, eiusque filio* Rudolfo, *iuxta ecclesiam Beate Marie ad gradus propria pecunia comparauit, quam per fideiussores* Ernostum *&* Folbertum *recepit, eamque, quoad vixit, legitime & potestatiue possedit; qui postea, graui imminente languore, salubri vsus consilio, domum eandem per predictos fideiussores, B. Victori martyri absque vllius contradictione contradidit, quam cognatus ipsius* Adolfus, *Ministerialis eiusdem ecclesie, ea suscepit conditione, vt annis singulis solidos V in anniuersario ipsius persoluat, & Congregatio eiusdem ecclesie in Vigilia B. Martini sollempniter processura ibidem hospitio recipiatur. Cui traditioni interfuimus, que vt per nos rata & inconuulsa perpetualiter maneat, banno nostro sub indissolubili anathemate muniuimus, & sigilli nostri impressione signauimus, & ne aliquid iniuste opponatur, testes, qui presentes adfuerunt, inseruimus.*

Heinricus, *maioris ecclesie & S. Victoris Prepositus.*
Cuno, *Custos & Decanus.*
Tornpertus, *Prepositus & Magister.*
Hartmannus, *Cantor & Camerarius.*

Canonici Beati Victoris

Morardus, *Decanus.*
Adelbero, *Scolasticus.*
Cunradus, *Cantor.*
Hertvvinus, *Custos.*

Prefectus ciuitatis Arnolfus.
Rupertus, *&* Arnolfus *de* Lurenburch.
Hermannus Bauarus.
Anselmus *de* Gumeldinge.

Fideiussores

Ernost *&* Folbertus.
Embricho, *Vicedominus.*
Dudo, *Scultetus.*
Dudo, *& frater eius* Meingoz,
aliique quamplures.

Acta sunt anno Dominice incarnationis MCXXXIII, Indict. X, regnante* * XI
Lothario *Rege Romanorum eiusdem nominis III, anno autem Regni sui VIII feliciter, Amen.*

Adelbertus I, nouo benignæ erga eosdem voluntatis documento, ecclesiæ anno MCXXXV tractum a ponte, qui *lapideus* dicebatur, ad *Rudolfeshusen* vsque procurrentem partim ad molas exstruendas, partim alios ad vsus concessit, eumque nulli Aduocato vel Vicedomino obnoxium esse voluit. Cuius beneficii testes etiamnum hæ sunt tabulæ.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. ADELBERTVS *Moguntinus Archiepiscopus, & Apostolice Sedis Legatus. Quia in his rebus transitoriis nil stabile, nil durabile, sed potius omnia cum tempore labi, & de die in diem subita ratione mutari adtentius prospexi, deliberaui potissimum, fore saluti animarum, ecclesiis Dei prodesse, easque gubernare, & secundum ammonicionem Apostoli necessitatibus Fratrum pro oportunitate temporum, & copia rerum communicare. Venerunt itaque ad nos cum fideli nostro, maioris & sue ecclesie Preposito* Heinrico, *Canonici Beati Victoris martyris foras murum Moguntie, exponentes nobis humiliter sue necessitatis causas, scilicet, quod magnum, non semel aut bis, sed cotidie cotidiane sue prebende in deuectione & reuectione frumenti siue farine, in alienis, quia propriis ecclesie carerent molendinis, detrimentum paterentur. Rogauerunt preterea obnixe, non vane confisi in nostra Paternitate, vt eis," quia no-"stri iuris erat, per decursum Rheni fluminis non facta facere vel facta destruere, aut*

cuilibet

"cuilibet concedere, aut a quolibet iudiciali ordine tollere", loca conuenientia molendinorum, & alios aque vsus ad communem vsum ecclesie & Fratrum concederemus. Nos vero, sicut eos frequenti ammonicione fidelis nostri prenominati Prepositi libenter audiuimus, sic bono pioque affectu petitioni eorum facile annuimus. Fideli namque eis ad prefatum opus deuotione, loca conuenientia, a ponte, qui dicitur Lapideus, *vsque ad* Rudolfeshusin, *vbi ipsis oportuna viderentur, baculo nostro manu propria super altare prefati martyris posito, concessimus; hac* * conditione *tradicione, vt neque Comes aliquis, neque Aduocatus, neque Vicedominus, neque Villicus aliquam iusticiam amplius inde requirerent, vel aliquam exactionem facerent, sed Fratres tantummodo, hac libera tradicione deinceps pro remedio anime mee vterentur. Apposuit vtique & huic negocio manum* Morardus, *predicte ecclesie Decanus, duo perficiens proprio labore molendina, consulente in omnibus, & adiuuante predicti Domini* Heinrici *Prepositi industria, hac institutione, vt semper secunda feria vnicuique iam sepedicte ecclesie Canonico panis albus ob eorum piam memoriam perpetuo detur. Vt autem hec traditio vel institutio per futuras successiones rata permaneat, eam sigillo nostro signari sub anathemate subscriptis testibus iussimus.*

Testes autem, qui presentes hec viderunt & audierunt, hi sunt:

Heinricus, *maioris ecclesie & S. Victoris Prepositus.*
Hartmannus, *Prepositus & Decanus.*
Gozbertus, *Prepositus & Cantor.*

Canonici eiusdem ecclesie

Morardus, *Decanus.*
Adelbero, *Scolasticus.*
Cunradus, *Cantor.*
Hertvvinus, *Custos.*

Dux Frithericus.
Arnoldus,
& frater eius Rupertus *de* Lurenburc.
Comes Sigfridus *de* Nuringes.
Gerart *de* Hagenuhese.
Adelbertus *de* Iude.

Ministeriales

Embricho, *Vicedominus.*
Meingoz, *Camerarius.*
Dudo, *Scultetus.*
Otto, *Villicus*;

& alii quamplures.

* XIII *Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCXXXV, Indictione XI*, regnante Domino* Lothario *Rege Romanorum eiusdem nominis III, anno Regni eius VIIII, Imperii vero secundo. Datum in Moguntia feliciter, Amen.*

Postea *Adelbertus II*, patrui secutus vestigia, quicquid habebat iuris in vinetis, Gerbodoni quondam & Gislero a decessore ad excolendum concessis, & in *Dulcesneheim* sitis, B. Victori litteris his, ad posteritatis memoriam an. MCXXXIX perscriptis, libere donauit, tradiditque.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. ADELBERTVS, *sancte Moguntine Sedis Archiepiscopus huius nominis secundus. Nouerit tam fidelium successio, quam presentium discretio, quod, si quid ecclesie fidelibus temporalis subsidii addiderimus, pro spe eterne remunerationis facimus, vt fidelium deuota suppleat oratio, quod nostra non valet operatio. Scimus enim, & certi sumus, quod si quid* (de) *eo, quod nobis creditum est, supererogauerimus, in die retributionis iuste vocati, proprie mercedis digni receptores erimus. Igitur inter cetera ecclesiasticis negotiis necessaria contigit, fidelem nostrum maioris ecclesie B. Martini in Moguntia, sanctique Victoris* Heinricum *Prepositum nobis suggessisse, quemadmodum Dominus & Antecessor noster* Adelbertus *Archiepiscopus, vir bone memorie, duobus Mansionariis suis,* Gerbodoni *videlicet &* Gislero, *quedam sui iuris vineta, sed inculta & penitus deserta, in* Dulcesneheim *sita, concessisset excolenda, cultaque hereditario iure hac conditione possidenda, vt singulis annis de singulo iugere, quod dicitur* Manvverc, *dimidiam ipsius terre vini hamam persoluerent, sicque residuum sine aliqua exactione in pace possiderent. Nos vero, vt propriam cuius diligimus animam, facta intentione, tota statim intendimus deuotione, aliquid salubri initiare consilio, quod ipsius anime & nostre profuturum in vera beatitudine fieret remedium. Premoniti itaque atque rogati a fidele nostro iam dicto Preposito, quicquid in prefatis vinetis nostri erat iuris, propria manu Beato VICTORI, ibique DEO famulantibus,*

bus, libere donauimus, ita, vt Ordinationis noſtre, me viuente, IIII Kal. Iunii, & poſt obitum, anniuerſarii noſtri dies a prefate eccleſie Canonicis perpetualiter celebretur, & ſi heredes forte aliquid neglexerint, in Prepoſiti & Fratrum arbitrio corrigere ſit. Sed, ne predicta poſtmodum infringantur, infra notatis teſtibus, ſigilli noſtri impreſſione, cartam muniuimus. Teſtium autem, qui interfuerunt, iſta ſunt nomina:

GREGORIVS, *ſancte Romane eccleſie Cardinalis.*
Heinricus, *maioris eccleſie & S. Victoris Prepoſitus.*
Heinricus, *Cuſtos.*
Hartmannus, *Decanus.*
Godeſcalcus, *Prepoſitus B. Marie in Campo.*
Willehelmus, *Scolaſticus.*
Gozbertus, *Cantor.*
Godeboldus, *Prepoſitus Fritslarienſis.*
Marcolfus, *Prepoſitus de Aſchapheneburc.*
Heinricus, *Pinguenſis Prepoſitus.*
Welterus, *Prepoſitus de Horcun.*
Antonius, *Prepoſitus Regularis de Eleueſtat.*
Erenfridus, *Prepoſitus Regularis in Winchel.*

Maioris eccleſie Canonici

Gerlaus.
Ruthardus.
Heinricus.
Embricho.
Morardus, *eccleſie B. Victoris Decanus.*
Adelbero, *Scolaſticus.*
Cunradus, *Cantor.*
Hertvvinus, *Cuſtos.*

Liberi

Comes Symon *de* Sarebruche, *Aduocatus eiusdem eccleſie.*
Comes Willehelmus *de* Glizberc.
Comes de Lengenburc Egbertus.
Gerlaus *de* Iſenburch.
Arnoldus *de* Lurenburc.

Miniſteriales

Dudo.
Meingoz.
Burchardus *de* Eggeſtat.
Roho.
Erneſt.
Ruthardus.
Alpherich.
Arnoldus.
Item Arnoldus, *& alii quam plures Ingenui & Nobiles.*

Acta ſunt hec anno Dominice incarnationis MCXXXVIIII, Indictione II, Ordinationis noſtre anno primo, regnante Cunrado *Rege III, anno Regni ipſius primo. Actum in MAGVNTIA FELICITER AMEN.*

Henricus vero *I*, qui per multos annos eccleſiæ huic Præpoſiti præfuerat titulo, multisque profuerat modis, Archiepiſcopus factus, eidem non modo deceſſorum ſuorum confirmauit priuilegia, verum etiam aream in vico *Kidderich* ad extruendam domum, adſeruandis decimis neceſſariam, an. MCXLVII libere tradidit, de curte, vt in tabulis ſequentibus loquitur, Dominicali.

In nomine ſancte & Indiuidue Trinitatis. HENRICVS, *miſericordia Dei ſancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus huius nominis primus. Cum inter labentis ſeculi tranſitoria nil magis precellat, quam in ſe redeuntibus annis bonorum forte operum memoria, conſtat eſſe iocundius, his totam mentis aciem mancipare virtutibus; virtutum quippe manifeſta ſunt opera; idcirco frequenter de exterioribus diſcimus, quid de interioribus ſentire poſſimus.*

Nouerint igitur Chriſti fideles, tam futuri, quam preſentes, qualiter nobis dilecti Beati Victoris foras murum Moguntie Canonici ſibi collate temporalis ſubſidii a fidelibus diſpenſacionis negligentiam metuentes, noſtre confirmationis teſtimonium expetebant, ſibi in futurum precauentes, ne, quod aliquando Patrum informauit antiquitas, ſuccedens aboleret vetuſtas. Nos vero, etſi non per omnia, dignum tamen duximus, precedencium Patrum in aliquo ſequi veſtigia. Diuino etenim cultui ſic aliquid ſuperaddere, ſic in nullo detrahere, ſatis eſt laudabile. Quapropter ſacroſancta Chriſti eccleſia, Patrum adaucta ſubſidiis, ſuccedentium ſemper eſt munienda preſidiis. Igitur omnem decimationem hoſpitalitatis a beate memorie Patre & predeceſſore noſtro Willegyſo, *Mogontie metropolis Archiepiſcopo, & Apoſtolice Sedis Legato, prefate eccleſie B. Victoris, ibique Deo famulantibus, ob temporale ſubſidium ſcimus & fatemur antiquitus traditam. Porro, nos interpellante fideli*

noſtro eiusdem eccleſie Gerlaho *Prepoſito, & rogatu Fratrum, a tanto auctore & huius eccleſie fundatore Willegyſo, eiusque Venerabilibus ſucceſſoribus Archiepiſcopis, decimationes noſtre Salice terre, ſiue in agris ſiue in ſiluis, extirpatis ſeu extirpandis, cultis vel excolendis, antiquis & noualibus, omnigenorum quoque pullorum & pecorum, nihil excipientes, in omni Epiſcopatu noſtro, tam in orientali Germania, quam in Saxonia, ceu in* Norzun, *& in pagis Mogontie adiacentibus, videlicet* Wetreibe, Monnegovve, Rinegovve, Nachgovve, *per decurſus eciam fluminum Reni & Mogoni, velut in* Hoſten, *pratis, paſchuis, inſulis, & ad diſpenſationem eorum pertinentes decimas in* Cheterecho *&* Biſchofesperc, *quasdam etiam vinearum & agrorum in* Dulcenesheim *ad luminaria noctis per nos ordinata, immo vbicunque ſita ſunt eorum bona vel decimationes, tradita tradimus, ſtabilita ſtabilimus, confirmata Apoſtolica auctoritate & noſtra innouantes, confirmamus.*

Preterea bona, que Dominus Otto, *piiſſimus Imperator huius nominis tercius, ſuggerente prenominato Patre* Willegyſo, *in memoriam ſui, dilecteque ſororis* Sophie, *de propriis prediis & reditibus, ſitis in Thuringia & Saxonia, ſcilicet* Geisbotesleibe, Chindehuſen, Salemannesbrunnen, Eſcheneberc, Huſun, Harſtal, *& vltra flumen Vnſtrut* Merchesleibe, Budenhelingun, Grabaho, Cornere, Hohungun, *cum pertinentibus ad easdem villas familiis, mancipiis, ſiluis, pratis, paſcuis, cultis & incultis, aquarum decurſibus, eidem eccleſie liberalitate Regali contradidit, item ſtabilimus & confirmamus.*

Confirmatio autem huius rei ne alicuius poſtmodum tepeſcat infirmatione, ne etiam ullius emula annichiletur contradictione, noſtre auctoritatis teſtimonio, Venerabilium perſonarum ſubſignari & muniri iuſſimus impreſſione. Teſtes ſunt:

Hartmannus, *S. MARTINI de Domo Prepoſitus.*
Ludevvicus, *S. Petri Prepoſitus.*
Anshelmus, *Prepoſitus S. Marie ad gradus.*
Arnolt, *Prepoſitus de Aſchafenburc.*
Godebolt, *Prepoſitus de Frisler.*
Hertvvin, *Prepoſitus S. Iohannis.*
Ludevvic, *Prepoſitus de Franchenvurt.*
Willehelm, *Scolaſticus de Domo.*

Capellani

Sigeloch.
Conrat.
Berevvic.
Giſelbret.

Linunc.

Canonici S. Victoris

Adelbero, *Decanus.*
Conrat, *Scolaſticus.*
Stephan, *Cantor.*
Hertvvin, *Cuſtos.*

Liberi

Hereman, *Balatinus Comes.*
Emicho, *Comes de* Linungen.
Henrich, *Comes de* Cazenelenbogen.
Conrat, *Comes de* Kereberch, *frater eius* Emicho.
Wolfram, *Comes de* Wertheim.
Gerhart, *Comes de* Nuringes.
Gerhart, *Comes de* Berebach; *& frater eius* Henricus.
Godefrit *de* Hoſteten.

Miniſteriales

Embricho, *Comes de* Rinegovve.
Dudo.
Megingoh.
Erlevvin.
Walpret.
Dietvvin.
Ruthart.
Erneſt.

Acta ſunt hec anno Dominice incarnationis MCXLIII, Indictione VI ſub Rege Conrado *huius nominis tertio, anno vero II ordinationis Domini* Henrici *Mogontienſis Archiepiſcopi.*

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. HENRICVS *diuina fauente clemencia Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Si quis miſericordiam Dei conſequutus de ſuis facultatibus eccleſie Dei aliquid contulerit famulantibus, id profecto diuine, non humane diſpenſationis eſſe cognoſcimus, & reuera negligentes, in quo valent, dum ſibi ignoſcunt, tandem, quid amiſerint, conſequenter perdendo, cognoſcunt. Nouerit ergo Chriſti fidelium poſteritas, qualiter Fratres noſtri, Beati videlicet VI-*

CTORIS

CTORIS Canonici, omnium in Episcopatu decimationes noualium tam in cultis, quam colendis siluarum extirpationibus ex antiquo possideant. Porro, dum in villa, que dicitur Kedercho, *cum decimatione sua, nullum haberent refugium, vbi congregata reconderent, recondita obseruarent, nostrum, vt solebant, adierunt patrocinium, nichil ambigentes, etiam cum consilio affore auxilium. Ego vero, quid huic Fratrum suggestioni expediret, mecum deliberans, decreui, vti de Dominicali curte ibi sita, necessitati, imo vtilitati eorum aream exponere, quod vtique, sicut ipsi deuotissime postulabant, ita & ego deuote consulere cogitabam. Conuocatis igitur Prioribus nostris, qui tunc aderant, & Ministerialibus, vna cum Vicedomino nostro Meingoto, præfatam aream Beato VICTORI martyri, sibique famulantibus propria manu, libere, sub anathemate tradidi, ita vt nemo in presentiarum, vel deinceps aliquam decimam, vel censum in eadem area requirat, vel accipiat, aut vllam exactionem faciat. Eisdem etiam Fratribus decursum aque, quem non solum ad molendinorum, sed ad alios vsus nostra eis sollertia, dum eorum eram Prepositus, acquisierat, quidam autem ciuis vrbis bene notus,* Ruthardus, *qualicumque modo, tempore nostri Episcopatus sibi vsurpauerat: Hanc litem, Fratribus michi conquerentibus, coram Prioribus nostris & Ministerialibus, sic, vt Fratres prefate aque vsum quieta possessione optinerent, terminauimus. Preterea, vt hec traditio inconuulsa permaneat, sigilli nostri, subscriptis testibus, muniuit & muniat auctoritas.*

Testes, qui interfuerunt, hi sunt:

Dominus Cardinalis sancte Romane ecclesie Thidevvinus, *& sancte Rufine Episcopus.*
Hartmannus, *maioris ecclesie Prepositus.*
Gerlaus, *S. Victoris Prepositus, & maioris ecclesie Decanus.*
Arnoldus, *Prepositus, & Camerarius ciuitatis.*
Willehelmus, *Magister Scolarum.*
Hertvvinus, *Cantor.*
Burchardus, *Prepositus Iechburgensis.*
Siglous, *Prepositus Northunensis.*
Godeschalcus, *Prepositus de* * *Muzstadt.* * Moxstadt

Cappellani

Cunradus.
Heinricus.
Rudingus.
Liunungus, *S. Victoris Canonicus.*

Fratres eiusdem ecclesie, scilicet S. Victoris,

Adelbero, *Decanus.*
Cunradus, *Magister.*
Stephanus, *Cantor.*
Hertvvinus, *Custos.*

Liberi

Comes Godefridus *de* Ameneburc,
Arnoldus *de* Bucho.
Gerlaus, *nepos ipsius.*
Thiderus *de* Werteheim.
Heinricus *de* Seine, *& frater eius* Eberhardus.

Ministeriales

Meingotus, *Vicedominus de Maguntia.*
Dudo, *frater eius.*
Embricho *de* Giseneheim.
Dudo, *& fratres eius* Wichnandus & Wernerus.
Thiderus.
Egiluuardus, *& frater eius* Dudo.
Arnoldus.
Ruthardus, *& filius eius* Arnoldus.
Ernost, *& filii eius* Helphricus, & Hermannus.
Arnoldus *de* * Souuelneheim. * Saulheim
Cunradus *de* Triburia.
Folpertus, *Officialis, & filius eius* Godeboldus.
Wernerus, *Dapifer.*
Cunradus, *Pincerna.*
Cunradus.
Dragbodo, & Hedenricus, *Marischalci Curiæ, & alii quamplures.*

Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCXLVII, Indictione VIIII,* * X *regnante* Cunrado *Rege Romanorum huius nominis III. Data & confirmata in Maguntia coram idoneis testibus VIII Idus Aprilis, feliciter in Dei nomine, Amen.*

Sed & *Adelbero* Decanus, *pro remedio animæ suæ, suorumque parentum,*

decem & nouem iugera vinearum, & nouem iugera campestria tum Fratribus, Deo & S. Victori seruientibus, tum infirmis & pauperibus Christi an. MCLVIII liberali tradidit manu. Quam donationem *Arnoldus* Archiepiscopus sciuit, tabulisque his ratam habuit.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. ARNOLDVS, *Diuina fauente clementia sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus. Notum esse volumus tam futuris, quam presentibus Christi fidelibus, quod Decanus ecclesie sancti Victoris* Adelbero *nomine, pro remedio anime sue, ac parentum suorum, decem & nouem iugera vinearum, & nouem iugera campestria Fratribus, DEO & S. Victori seruientibus, & infirmis & pauperibus Christi per illos, qui ea sibi vendiderant, sine omni contradictione contradidit, posthec, consensu Fratrum, iam dicta bona duobus nepotibus suis,* Wicnando *&* Diderico, *post obitum suum tali racione commisit, vt viuentes diligenter ea colant, & possideant, & singulis annis in anniversario suo duos cereos, & Fratribus centum nummos, & infirmis & pauperibus Christi ducentos obolos, & in anniuersario patris sui* Megezonis *Fratribus vnam vnciam, & matris sue* Germuthis *vnam, remota omni occasione, persoluant, & nullo modo dare vel vendere alicui presumant; post obitum vero nepotum suorum, Fratres, supradicta bona cum omni integritate recipientes, sic ordinatum est: singulis annis pauperibus ducentos obolos tribuant, & cetera ipsi habentes, ad Dominum pro supradicti Decani commissis suppliciter intercedant. Cuius facti memoriam ego* ARNOLDVS, *Maguntinus Archiepiscopus, nostro, & piorum, & fidelium nostrorum testimonio confirmaui, & vt confirmatum permaneat, banno & signo nostro munire & stabilire curaui.*

Testium autem, qui interfuerunt, ista sunt nomina:

Hartmannus, *ecclesie maioris & B. Stephani Prepositus.*
Hartvvinus, *ecclesie B. Petri Prepositus.*
Gerlaus, *ecclesie B. Victoris Prepositus.*
Sigelo, *Prepositus Beate Marie in Campo, & Camerarius ciuitatis.*
Wilhelmus, *Prepositus in* * *Lintburc, & maioris ecclesie Scolasticus.* * Limburg
Hugo, *Cantor.*
Embricho, *Binguensis Prepositus.*
Burchartus, *Prepositus in Gicheburc.*
Hezechinus, *S. Mauricii Prepositus.*

Cappellani

Cunradus. Heinricus.

Rudingus.

Heinricus, *ecclesie S. Victoris Scolasticus.* Linungus, *Cantor.*

Liberi

Comes Willehelmus *de* Glizberc. Gerhardus *Comes de* Nuringes.

Ministeriales

Helfericus, *Vicedominus,* *& frater eius* Hermannus, *Scultetus.* Embricho.
Dudo.
Arnoldus, *& fratres eius* Ernustus *&* Embricho.

Facta sunt hec anno Dominice incarnationis MCLVIII, regnante Romanorum Imperatore Friderico, *& presidente Romane ecclesie Pontifice* Adriano, *& Moguntine ecclesie,* Arnoldo, *Venerabili Archiepiscopo.*

Sigillum repræsentat figuram Archiepiscopi, sedentis, dextra pedum, sinistra librum apertum tenentis. Mitraque in capite ornati; cum contra præcedentes Archiepiscopi, Bardo, Sifridus, Ruthardus, Adelbertus, aperto sedeant capite.

VIII

De iure, bona intra immunitatem, cuicunque velint, donandi, Canonicis vindicato.

Id ab antiquis temporibus ipsis fuisse, infra quam clarissime patebit. Cum igitur sæc. XII a ciuibus Moguntinis in eodem interpellarentur, *Fridericus I* Imperator, caussa disceptata, probeque discussa, id ipsis inconuulsum esse voluit. Plenius id liquet ex tabulis hisce tum editis.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. FRIDERICVS, *diuina fauente clemencia*

clemencia Imperator Romanorum semper Augustus. Imperatoria Maiestas, que Regis Regum, & Domini Dominancium vicem gerit in terris, in gubernacione vniuersitatis hominum, sue iurisdictionis attinencium, illis, qui sunt de sorte Domini, & de sanctuario Dei, motu pietatis, & salutis sue intuitu, specialem defensionis & protectionis graciam debet impendere, & iura sua inuiolata eis conseruare, vt ab omni perturbacione liberi & securi seruicio DEI possint vacare, ita, vt in monte contemplacionis Deo mente excedant, & pro hys, qui in hac valle ploracionis naufragosa tempestate fluctuant, oracionibus suis intercedant.

Nouerit ergo fidelium Christi & Imperii nostri presens etas, & futura posteritas, qualiter Venerabilis Clerus, videlicet Prelati & subditi Maguntine ciuitatis, ad nostram venientes presenciam, querimoniam coram nobis deposuerunt, quod quidam Burgenses de ciuitate sua grauem eis irrogassent iniuriam, & iura eorum tam scripta, quam consuetudinaria temeraria presumpcione violassent. Asserebant enim, quendam Canonicum S. Victoris, infirmitatis molestia grauatum, iuxta consuetudinem, longo & communi vsu totius Cleri approbatam, de mobilibus suis, que habebat infra emunitatem, donacionem in vltima voluntate fecisse, & quosdam Fratres suos fideicommissarios constituisse, qui eo decedente, vt ipse ordinauerat, res illas distribuerent.

Cum autem Canonicus ille diem clausisset extremum, Fratres sui ea, que fidei eorum commiserat, execucioni mandare volebant, sed cognati Fratris defuncti effectum rei impediebant, asserentes, se exheredatos esse per inofficiosum, quod factum esset, testamentum; ideo donacionem in irritum esse reuocandam. Honorabilis vero Clerus Maguntinus cum Instrumentis suis astabat, probacionem suam nobis offerens, quod donacione Antecessorum nostrorum Augustorum, & Episcoporum suorum auctorabili concessione, per quadraginta annos & amplius, sine interrupcione talem in emunitatibus suis libertatem optinuissent: quod omnia mobilia sua, quolibet tempore, cui vellent, possent donare. Laici autem pro parte sua multa in contrarium allegabant, & ita hinc inde lis diu est agitata.

Vt ergo hanc litem possemus dirimere, & eam debito modo diffinire, placuit nobis, a Wormacienſe Episcopo Conrado, & aliis Episcopis presentibus, Cancellario quoque nostro Godefrido, nec non Abbatibus, & aliis personis ecclesiasticis, in iure ecclesiastico peritis, veritatem cognoscere.

Illi vero cum omnibus ecclesiasticis personis, que aderant, in presencia nostra testati sunt, illam emunitatis libertatem, quam Maguntinus Clerus sibi vendicabat, in multis Imperii nostri seruari ecclesiis, & item ius scriptum super presenti negocio nobis distinxerunt, asserentes, quod Clericus, qui tempore ordinacionis sue nihil habens, aliqua de rebus ecclesie conquisiuisset, nullum testamentum posset facere, sed post decessum suum omnia ecclesie deberet relinquere. Asseuerabant eciam, quod Clericus mobilia sua, que vel de proprio, vel ex mera alicuius liberalitate, vel successione cognacionis, vel aliquo lucratiuo titulo ad eum deuenissent, cui vellet, posset donare, siue inter viuos, siue vltima voluntate; si vero intestatus moreretur, omnia ad vsum ecclesie redirent, cui ipse viuens ministrabat; patrimonium autem, quod hereditario iure ad Clericos deuenisset, illis, qui in linea agnacionis seu cognacionis eis essent proximi, post mortem suam relinquere deberent.

Taliter itaque instructi, ab Episcopis & ecclesiasticis viris peritis, Antecessorum nostrorum Diuorum Augustorum facta, & orthodoxorum Patrum statuta dignum duximus venerari: & ideo vniuersim Maguntine ciuitatis Clericos & Canonicos, in tribus municipiis degentes, videlicet Aſchaffinburg, Franckenfurt, & Pingvvia, *in libertate emunitatis, quam longa consuetudine optinuerunt, & in iure scripto, quam auctoritate Romane ecclesie, & SS. Patrum tradicione acceperunt, ob amorem* Dilectissimi *nostri* Christiani *Archiepiscopi eorum, qui in seruicio nostri Imperii, diutino & multo labore, magnam beneficii graciam meruisse dinoscitur, auctoritate nostra confirmantes, Imperiali lege sancimus, vt* mobilia, que infra emunitatem habuerint, ecclesiis seu personis, pro arbitrio suo, inter viuos, seu in vltima voluntate, donandi, liberam habeant facultatem.

Pro maiori autem huius nostre confirmacionis & sanctionis auctoritate, hanc paginam conscribi, & AVREA BVLLA nostra iussimus insigniri, pena centum libra-

rum auri, & banni noſtri huius ſacre legis violatores condempnantes; adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina ſunt hec:

Cunradus, *Wormacienſis Electus.*
Rudolffus, *Archintinenſis Epiſcopus.*
Ludevvicus, *Baſileenſis Epiſcopus.*
Sigehardus, *Abbas Laurishamenſis.*
Arnoldus, *maior Prepoſitus Magunt.*
Wernherus, *Prepoſitus S. Marie in Campis.*
Heinricus, *maioris eccleſie Decanus.*
Hermannus, *Cantor.*
Vdalricus, *Magiſter Scolarum in eccleſia S. Petri.*
Gernotus, *Magiſter Scolarum in eccleſia S. Stephani.*
Arnoldus, *Spirenſis eccleſie Decanus.*
Andreas, *Magiſter Scolarum.*
Iohannes, *Prepoſitus S. Germani.*
Conradus, *Palatinus Comes Rheni.*
Hugo, *Comes de* Dagesburg.
Embricho, *Comes de* Lyningen.
Rupertus, *Comes de* Naſſovva.
Otto, *Comes de* * Huneburg. * Henneberg
Gotefridus, *Comes de* Spanheym.
Vlricus *de* Horn...
Waltherus *de* Huſen.
Wernherus *de* Bolanden.
Waltherus, *Dapifer.*
Cunradus, *Pincerna.*
Wolfram.
Henricus, *Marſcalcus.*
Ludevvicus Colbo.
Hunfridus,
& Heinricus, *frater eius de* Valckenſtein.
Sifridus *de* Lapide.
Burchardus, *Vicedominus Wormatienſis.*
Wernherus, & Giſelbertus, *frater eius, & plures alii.*

Signum Domini Friderici *Romanorum Imperatoris Inuictiſſimi. Ego* Godefridus, *Cancellarius, vice Domini* Chriſtiani *Maguntini Archiepiſcopi & Archicancellarii recognoui.*



Acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCLXXIIII, Indict. VI. regnante Domino Friderico, *Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, anno Regni XXI, Imperii XVIII.*

IX

De Conradi *Præpoſiti erga* D. Victoris *Fratres beneuolentia.*

Is anno MCLXXXV & decimam quandam in tractu villæ *Hechedesheim*, & vineas quasdam in tractu villæ *Laubenheim*, quæ bona Theoderico Vicedomino ſub lege beneficiaria conceſſa olim fuerant, tum vero, filio eiusdem vnico fatis functo, vacabant, Decano & Fratribus benigne attribuit. Manifeſtum id fit tabulis ſequentibus.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. CVNRADVS *Sabinenſis Epiſcopus, Moguntine Sedis Archiepiſcopus & Apoſtolice Sedis Legatus. Cum ex debito officii, & ratione ſollicitudinis iniuncte nobis diuinitus, iuxta petentium quelibet vota, paterni conſideratione affectus pio proſequi fauore, ac benigno promouere teneamur aſſenſu, maxime tamen circa perſonas eccleſiaſticas, & diuinis iugiter deuotos miniſteriis, ampliori affectionis deſiderio, & ſolite pietatis intendentes viſceribus, efficatiori promotionis ſtudio ſuperintendere debemus, & ea, que per volubilem temporis decurſum in obliuionem tranſire ſolent hominum, debitis & expedientibus roborata inſtrumentis, tenaci ſuperuenture poſteritatis tranſmittere memorie. Nouerit igitur vniuerſitas fidelium preſentis atque future etatis, quod ego* CVNRADVS *Sabinenſis Epiſcopus, Moguntine Sedis Archiepiſcopus, & Apoſtolice Sedis Legatus, poſt deſceſſum* Theoderici *Vicedomini, & filii ipſius, quem vnicum habuerat, vacante quadam decima in* Hechedesheim, *& vineis quibusdam in* Lubenheim, *que iure feodali a Prepoſito S. Victoris tenuerant, ſpe diuine retributionis optinende, ſuffragantibus orationibus Fratrum eiusdem eccleſie, ſi quid emolumenti temporalis ad augmentum ſtipendii ſui noſtro ſtudio perceperint,* Cunradum *eiusdem loci Prepoſitum conueniens, debitis*

debitis exhortationibus induxi, quatinus prememoratam decimam & vineas, a iure & poteſtate Prepoſiti exempta, in ſolos vſus Fratrum inpoſterum redderet, qui voluntati & ſuggeſtioni noſtre rationabili prompta voluntate occurrens, per conniuentiam & manum noſtram in ius & poteſtatem Decani, & Fratrum prefate eccleſie donatiuo titulo ea transferri conceſſit. Vt ergo hec donatio atque traditio debita perpetuitate rata & inconuulſa permaneat, auctoritate ſcripti noſtri confirmari, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri eam precepimus. Huius traditionis violatores auctoritate Dei omnipotentis, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & *Domini* VRBANI *Pape III, & noſtra debito anathematis vinculo ſtatuentes ſubiiciendos. Ad maiorem autem ſcripti huius auctoritatem teſtes etiam ſubnotari fecimus, quorum nomina hec ſunt:*

Arnoldus, *Prepoſitus maioris eccleſie.*
Heinricus, *Decanus.*
& eiusdem eccleſie Canonici
Eberhardus, *Cellerarius.*
Walterus.
Gotefridus.
Ruggerus.
Cunradus.
Heinricus, *Abbas S. Albani.*
Folbertus, *Abbas S. Iacobi.*
Bertoldus, *Decanus S. Petri.*
Theodoricus, *Cantor.*
Richardus, *Decanus S. Stephani.*
Walterus, *Cantor.*
Cyprianus.
Gotebertus.
Cunradus.
Emicho.
Dagemarus.
Orto.
Goteboldus, *Decanus S. Marie in campis.*
Ludevvicus, *Cuſtos.*
Sigeboldus.
Liupoldus, *Decanus S. Marie ad gradus.*
Gyſelbertus, *Cantor.*
Rudolfus.
Erenfridus.
Dudo, *Camerarius.*
Arnoldus Rufus.
Cunradus Winzo;
& filii eius Embricho & Arnoldus.
Arnoldus Eufemie.
Arnoldus.
Herbordus, *Officiati.*
Gerungus.
Bertolfus, *Monetarius.*
Herboldus,
& filius eius Herboldus.
Cunradus Scado.
Walterus *de* Selhoven.

Acta ſunt hec anno Dominice incarnationis MCLXXXV, Indictione III, regnante Friderico *Imperatore Romanorum & ſemper Auguſto.*

Sigillum, filis rubris, albis, & viridibus transfixum, repræſentat figuram Epiſcopi infulati & palliati, dextra pedum formæ admodum ſimplicis, ſiniſtra vero librum clauſum tenentis; circumcirca ſcriptum:

CHONRADꝰ D̄I G̅RA SABINENSIS E̅PS MAGVNTINE SE̅D. ARCHIEPS.

X

De decimis Sodenleenſibus *eccleſiæ vindicatis.*

Gotdebertus in Geilnhauſen Fratribus *S. Victoris* decimas in *Sodenle* longo tempore ſubtraxerat. Quod cum iniuſte prorſus faceret, idem *Conradus* Archipræſul tandem an. MCXCI perfecit, illis vt reſtitueret eas iniquus detentor. Rem plenius enarratam leges in his, quæ ſequuntur, tabulis:

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. CVNRADVS *Dei gratia Sabinenſis Epiſcopus ſancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Notum eſſe volumus vniuerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris, quod nos intuitu iuſtitie ac debito paterne ſollicitudinis, ad querimoniam Dilectorum in Chriſto filiorum, Fratrum S. Victoris in Maguntia,* Gotdebertum *in* Geilnhuſen *durius quandoque, ſimiliterque blande commonitum induximus, tandem & iuris diſtricto effecimus, in manum noſtram reſignare decimas predictorum Fratrum in* Sodenle, *prebendalibus vſibus eorum ſpectantes, quas longo eis tempore contra iuris & rationis debitum ſubtraxerat. Reſignatas ergo in manus noſtras easdem decimas, ſupradictis Fratribus reſtituentes, teſtimonio & auctoritate litterarum noſtrarum in perpetuum confirmauimus, ſub noſtre protectionis quiete & pace, tam in hys, quam in aliis ſuis poſſeſſionibus ipſos gaudere volentes. Ad robur ergo eiusdem facti noſtri, & antiqui-*

antiquitatis obseruandam memoriam, quoniam scripti fulta adminiculo fortior est ac tenacior, presentem paginam scribi iussimus, & auctoritatis nostre sigillo muniri.

Testes sunt:

Heinricus, *Abbas S. Albani.* Heinricus, *Decanus.*
Hezechinus, *Abbas S. Iacobi.* Gotdefridus, *Cantor.*
Burchardus, *Prepositus S. Petri.* Symon, *Cellerarius maioris ecclesie.*
Heinricus Rufus.

Amilius, *Decanus.* Heinricus, *Scolasticus.*
Vnlricus, *Cantor S. Victoris.*

Laici

Dudo, *Scultetus.* *Item* Arnoldus Rufus.
Arnoldus Rufus *de* Selehoven. Ludevvicus *de* Altadomo.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCLXXXXI, Indictione XI^a. * IX

XI

De Ruthardi, *Canonici & Cellerarii metropolitani, donatione ecclesiæ huic facta.*

Is anno MCCXI tres carratas vini, a Fratribus suis, *Emichone* & *Henrico* de *Greiffenclavv* (quas iis ecclesia D. Victoris, loco decimæ de bonis, quæ in tractu vici Winckel clientelari recognoscebant iure, attribuit) ære suo redemit, & D. Victori hac in ecclesia famulantibus ad præsentias, vt loquuntur, donauit. Quo legere iuuabit, quas hic in lucem proferimus, tabulas.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. SIFRIDVS *D. G. sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus. Ne rerum series, que in nostra audientia rationabiliter fuerint ordinate, per annorum defluxum tenebris ignorantie aliquatenus inuoluatur, ad omnium Christi fidelium, tam presentis etatis, quam future posteritatis noticiam cupimus peruenire, quod* Christianus, S. Victoris *Prepositus, suique Concanonici, perpendentes, quantam iacturam, quantumque impedimentum ecclesia eorum in decima in* Winkele *sustineret ex eo, quod* Emmircho Grifenclavve, *& frater suus* Heinricus, *omnium bonorum suorum decimationem, sicut & pater eorum, in feodo habuerunt, & quod maius dampnum posset in posterum exoriri, si ad ipsorum filios deriuaret, quorum quilibet, siue iuste siue iniuste, sibi, quantum posset, forsitan attrahere niteretur, predictam decimationem, vt eam ecclesie relinquerent, eis aliquomodo recompensare prouide cogitabant, & ad talem recompensationem per eos sunt tandem inducti, quod annuatim tres carratas campestris vini* Hunici *acceptarunt, que ante diuisionem de totali decima persoluentur.*

His itaque ordinatis, Ruthardus *maioris ecclesie Canonicus & Cellerarius*, frater Militum predictorum, *saluti anime patris sui, nec non proprie, pia mente intendens, predictas tres carratas a suis fratribus sua pecunia sibi redemit, easque pro remedio anime patris sui & proprie, ad elemosinam Fratrum sancti Victoris contulit consequenter, eo modo, vt quoadusque ipse viueret, in suos vsus predicte cederent tres carrate, ipse tamen in festo Afre sepedictis Canonicis, qui sollempnitati festi ibidem interessent, ad consolationem quinque daret solidos annuatim, post mortem vero suam ecclesia libere possideret, & vna carrata festo predicto, & relique due, anniuersario eiusdem essent addicte, & tantum eas perciperent presentes, ibidem residentiam facientes.*

Huic facto C. *predictus Prepositus*, Hermannus *in* Winkele *Parochianus assensum beneuolum prebuerunt, hominio etiam, quo predicti Milites Prepositi astricti fuerant, relaxato. Ne autem hoc pium factum quisquam in posterum ausu temerario irritare presumat, auctoritate Apostolorum Petri & Pauli, Innocentii* PP. *III, & nostra, sub anathemate inhibemus.*

Huius rei testes sunt:

Cunradus, *maioris ecclesie,* Gotefridus, *Custos.*
Gerboto, *S. Petri Prepositi.* Ruthardus, *Cellerarius.*
Heinricus, *Canonicus de* Stahelecke, *maioris ecclesie.*

Tricricus.

Titericus, *Decanus.* Rifridus, *Scolasticus.*
Baldemarus, *Cantor S. Petri.*
Iohannes, *Decanus.* Wernherus, *Scolasticus.*
Gotefridus, *Cantor S. Stephani.*
Willehelmus, *Decanus.* Bernhardus, *Scolasticus.*
Hermannus, *Cantor, & totum Capitulum S. Victoris.*
Arnoldus, *Decanus.* Willehelmus, *Scolasticus*
Sancte Marie ad gradus.

Laici

Cunradus *de* Scherstein. Arnoldus *de* Quercu. *Maguntini.*
Et alii quamplures.

Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCCXI, Indictione XIIII. Dat. Maguntie XIIII Kalend. Decembris, Pontificatus Domini Innocentii PP. III *anno quartodecimo, Pontificatus vero nostri anno vndecimo.*

XII

De officio portæ *contubernio certa conditione concesso.*

Id olim Fratrum vnus obire consueuerat. *Sifridus* vero *II* conquestibus ceterorum, lata anno MCCXII hisce tabulis ad votum illorum sententia, modum imposuit, finemque.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. SIFRIDVS, *Dei gratia sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus, Apostolice Sedis Legatus. A Deo nobis commissa sollicitudo admonet pastoralis, vt ea, que in ecclesiis nobis subiectis minus bene procurata videmus, ad statum reducamus, si possumus, meliorem. Notum igitur esse volumus omnibus Christi fidelibus, tam presentibus, quam futuris, quod nos, ecclesie* S. Victoris, *de consensu eiusdem ecclesie Prepositi, officium porte, quod vnus Fratrum hactenus habere consueuit, ad petitionem Fratrum ibidem, qui defectum debite administrationis se pertulisse sepius in eodem officio, sunt conquesti, in perpetuum concedimus possidendum, ita tamen, quod de predicti officii prouentibus ministerium debitum integre procuretur; Fratres vero presentes ibidem residentiam facientes, cum humeris eorum assidui laboris honus incumbat, in vsus suos conuertant, si aliquid contigerit superesse. Ne autem huic nostre concessionis pagine ausu temerario quis audeat contraire, ipsam sigilli nostri karactere communiuimus, sub interminatione anathematis distinctius inhibentes, ne quis huic nostre concessioni temere contraire presumat. Quod si quis attemptare presumpserit, excommunicationis sententiam se nouerit incursurum.*

Testes autem sunt hy:

Gotefridus, *Custos.* Godefridus, *Archipresbiter.*
Ruthardus, *Cellerarius.* *Magister* Heroldus,
maioris ecclesie Canonici.
Theodericus, *Decanus.* Rifridus, *Scolasticus.*
Baldemarus, *Cantor S. Petri.*
Iohannes, *Decanus.* Wernherus, *Scolasticus.*
Gotefridus, *Cantor S. Stephani.*
Arnoldus, *Decanus.* Willehelmus, *Scolasticus.*
Emircho, *Custos S. Marie ad gradus.*
Cunradus, *Decanus S. Mauricii.*
Diemarus, *Decanus.* Sigevvinus, *Cantor.*
Helvvicus, *Custos S. Iohannis Magunt.*
& alii quamplures.

Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis MCCXII, Indictione XV. Dat. Maguntie IIII Nonas Iulii, Pontificatus nostri anno vndecimo.

XIII

De cura ædi D. Victoris *a Collegio impensa.*

Vt ædes *D. Victoris*, incendio lacera non instauraretur modo, sed

ſarta etiam tectaque conſeruaretur, curæ ſibi habuit Collegium. Adiit ergo Sifridum II ſiue ſeniorem. qui prompte eidem indulſit, vt prouentus omnium præbendarum, quas in Collegio per mortem decedentium Canonicorum vacare contingeret, duobus poſt defuncti obitum annis in neceſſitates ædis verterentur. Litteras ipſas, quibus id an. MCCXIV perſcripſit, adducere non abre erit.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. SIFRIDVS *D. G. Maguntinus Archiepiſcopus, Apoſtolice Sedis Legatus. Licet ex officii debito nobis iniuncti, eccleſiarum, que nobis ſubiecte ſunt, tam in interioribus, quam etiam exterioribus ſollicitudinem gerere debeamus, vt in eis & habita conſeruentur, & reſtaurentur dilapſa, tanto tamen reſtaurationi eccleſie* S. Victoris *ſinceriori fauore intendimus, quanto eadem per incendium grauius ac miſerabilius deuaſtata, prout ipſa rei euidentia manifeſtat, ad id maior compaſſio nos inducit.*

Ad notitiam igitur tam preſentium, quam futurorum Catholice vnitatis volumus peruenire, quod, cum prefata S. Victoris *eccleſia nullum vel modicum habeat aliunde ſubſidium, nos ad petitionem ipſius, intuitu pietatis, promiſſionem habentis vite, que nunc eſt, pariter & future, auctoritate, tam legationis, qua fungimur, quam ordinaria, duximus indulgendum, vt prouentus omnium prebendarum, quas in eadem eccleſia per mortem Canonicorum decedentium de cetero vacare contingat, biennio poſt annum defuncti, in neceſſitates eccleſie ipſius conuertantur.*

Vt autem hec noſtra conceſſio firma perpetuo & inconuulſa permaneat, preſentem paginam ſuper ea conſcribi, noſtrique impreſſione ſigilli fecimus conſignari. Sub diſtricta igitur animaduerſione acrius inhibemus, ne quis eandem conceſſionem noſtram infringere, vel auſu temerario ei contraire preſumat, quod ſi quis attemptauerit, indignationem omnipotentis Dei & B. Martini ſe nouerit incurſurum.

Teſtes huius rei ſunt:

Gotefridus, *Decanus.*
Gotefridus, *Cuſtos.*
Heinricus, *Cantor.*
Ruthardus, *Cellerarius.*
Heinricus *de* Cazenelenbogen.
Magiſter Heroldus.
Gotefridus, *Subcuſtos.*
Magiſter Opertus.
Baldemarus, *Cantor S. Petri.* *Canonici maioris eccleſie.*
Fridericus, *Canonicus S. Marie ad gradus Magunt. & alii quam plures.*

*MCCXIV *Acta ſunt hec anno incarnationis Dominice MCCXIII*, Indictione II. Dat. Maguntie V Nonas Martii. Pontificatus Domini Innocentii PP. III anno XVII, Pontificatus vero noſtri anno tertio decimo.*

XIV

De controuerſia ſuper iure patronatus eccleſiæ Vinicellenſis.

Præpoſito & Capitulo cum parochialibus eccleſiæ in Rhingauia Vinicellenſis, vulgo *Winckel*, ſuper iure & modo conſtituendi Parochum loci, intercedebat. Eam *Sifridus II* an. MCCXIX, certis legibus conſtitutis, quas quidem tabulis comprehendit ſequentibus, amicabiliter diremit.

SIFRIDVS *Dei gratia S. Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Vniuerſis Criſti fidelibus hoc ſcriptum viſuris in ſalutis auctore ſalutem. Cum in negotiis ſcrupulum habentibus, aut forſitan habituris plurimum expediat, ad certitudinis calculum peruenire, oportet etiam, vt, cum peruentum fuerit ad eundem, ſcriptis & teſtibus tractata ſeries roboretur. Equidem, vacante nuper eccleſia de* Winkelo, *ſuper iure & modo collationis eiusdem, inter dilectos filios* Criſtianum *S. Victoris Prepoſitum, ſuumque Capitulum, & parochiales loci controuerſia vertebatur, que de conſenſu partium noſtro fuit commiſſa iudicio, & taliter diffinita: Factum Prepoſiti C. quod fecit circa* Ludevvicum *Sacerdotem, ſtabit ad preſens; deinceps autem, quandocunque Parochiam vacare contigerit prelibatam, idem Prepoſitus, vel ſi quis ſuus fuerit ſucceſſor, eam alicui, qui ſit de gremio eccleſie S. Victoris, pro ſua conferet voluntate. Si vero ille, cui oblata fuerit, ipſam recipere recuſauerit, Prepoſitus vnum de ipſa eccleſia, ſcilicet S. Victoris, & alium honeſtum Clericum extra, & Capitulum vnum ex ipſis, & alium extra aſſument, & in ſalutem animarum ipſorum committetur eisdem,*

eisdem, vt vnum de Capitulo, excluſo omni malo ingenio, ad Parochiam denominent prelibatam, quem & eccleſie S. Victoris & Parochie crediderint expedire. Hy quatuor, vel ſaltem tres, ſi in aliquem concordarint, Prepoſitus eum ſine omni contradictione ad illam Parochiam inueſtiendum Archidiacono preſentabit; ſi autem plures ab ipſis fuerint nominati, Prepoſitus eam conferet illi, de cuius idoneitate potior ſpes habetur. Item, ſi hic vel ille ipſam recipere omnimodis contradicet, Prepoſitus eam honeſte perſone, cuicunque voluerit, que ibidem faciat reſidentiam, liberam conferendi habeat poteſtatem, ita tamen, quod quotienscunque ipſam poſtmodum vacare contingat, modus conferendi, vt predictum eſt, per omnia conſeruetur.

Sub interminatione igitur anathematis inhibemus, ne vlla eccleſiaſtica ſecularisue perſona ordinationem hanc preſumat infringere, vel ei auſu temerario contraire. quod ſi quis attemptauerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, B. Martini, & excommunicationis noſtre ſententiam ſe nouerit incurſurum. Teſtes ſunt:

Bobbo, *Decanus.* Godefridus, *Cuſtos.*
Heinricus, *Archipresbiter maioris eccleſie.*
Walterus, *Decanus.* Arnoldus, *Scolaſticus,*
Fridericus, *S. Petri.*
Iohannes, *Decanus.* Rimundus, *Scolaſticus.*
Reinherus, *S. Stephani.*
Arnoldus, *Decanus.* Alexander, *Cuſtos.*
Vlricus, *Scolaſticus.* Ortvvinus, *Plebanus S. Victoris.*
Gerhardus, *Decanus.* Reinoldus, *Cantor.*
Wernherus, *S. Marie in Campis.*
Arnoldus, *Decanus.* Bervvelfus, *Cantor.*
Wigandus, *S. Marie ad gradus.*
Dimarus, *Decanus.* Benedictus, *Cuſtos.*
Ludevvicus, *S. Iohannis, & quam plures alii Canonici Maguntini.*

Acta ſunt hec anno incarnationis Domini MCCXIX. Dat. Maguntie V Idus Auguſti, Pontificatus noſtri anno octauo decimo.

Appenſum ſigillum formæ maioris, rotundum, & filis ex ſerico rubris & candidis transfixum, repræſentat Epiſcopum, dextra pedum, ſiniſtra librum apertum tenentis. Circumcirca vero ſcriptum:

SIFRIDVS DIGNE SCE MAGVNTINE SEDIS ARCHIEPS.

XV

De Chriſtiani *Præpoſiti beneficio in Canonicos huius eccleſiæ collato.*

Erat feudum quoddam ſiue beneficium in tractu vici Winckel. Dimiſſum cum recepiſſet *Wernerus* de *Bolandia*, id ad manus *Chriſtiani* Præpoſiti, tanquam feudi illius Domini, libere reſtituit: *Chriſtianus* vero, Sifrido Archiepiſcopo annuente, eodemque Wernhero de Bolandia, aulæ Imperialis Dapifero, atteſtante, an. MCCXX eccleſiæ *S. Victoris*, ad præbendas, quæ dicuntur, Fratrum, perpetuo poſſidendum contulit. Id quod curatius ex tabulis cognoſces ſubiectis.

CHRISTIANVS *D. G. ſancti Victoris Prepoſitus. Ne rerum ſeries per annorum decurſum ignorantie tenebris inuoluatur, earum proceſſum viuacis ſcripti teſtimonio expedit commendari, teſtium etiam munimine accedente. Vniuerſis igitur Chriſti fidelibus, tam preſentis etatis, quam future poſteritatis, quos preſens ſcriptum contigerit intueri, cupimus eſſe notum, quod* Dudo *de* * Walthecken, & *Symon,* *Waldeck *filius* Symonis *de* Rudensheim, *quoddam feodum in* Winkela *in manus cognati noſtri* Wernheri *de* Bolandia, *quoniam eodem ab ipſo infeodati fuerant, reſignarunt, predictus quoque cognatus noſter* Wernherus, *cum feodum prenominatum haberet a nobis, idem nobis coram Domino noſtro* Siffrido, *Archiepiſcopo Moguntino, in orto ipſius publice reſignauit; quo facto nos de conniuentia Archiepiſcopi, reſignatum feodum eccleſie S. Victoris ad prebendas Fratrum contulimus in perpetuum poſſidendum. Eccleſia quoque predicta duas carratas vini Hunici in reſtaurum feodi reſignati ante torcular* Winkela *predicto* Dudoni, *& cognato ſuo* Symoni *annuatim dare promiſit, quas ſepedictus cognatus noſter* Wernherus *a nobis feodali iure recepit,*

& ipsi receperunt consequenter ab ipso. Insuper etiam bona, que XII marcis poterant comparari, quas sepedicta ecclesia dedit eisdem. Ne autem series talis posset aliquatenus immutari, scriptum presens sigillo nostro tradidimus communitum.

Testes autem huius rei sunt hy:

Bobbo, *maior Prepositus.*
Ruthardus, *Decanus maior.*
Gerbodo, *ecclesie S. Petri Prepositus.*
Arnoldus, *Decanus.*
Vlricus, *Scolasticus.*
Cuno, *Cantor.*
Alexander, *Custos.*
Godeboldus.
Arnoldus, *Treuirensis Archidiaconus, ecclesie maioris in Magunt. Canonicus.*
Heroldus, *&* Fridericus *de* Virneburch, *maioris ecclesie Canonici.*
Magister Fridericus.
Albero.
Henricus.
Ditericus.
Brunradus.

Eberoldus. *Canonici S. Victoris.*

Laici

Cunradus, *Camerarius ciuitatis Moguntine.*
Eberhardus, *filius* Arnoldi Rufi.
Vlbertus *de* Sunnenberch.
Henricus *de* Oggenheim.
Embercho *de* Sovvelnheim.
Hugo *de* Lorcha.
Hertvvicus Wederscelle.
Meingotus,
& Henricus *de* Rudensheim.
Wilhelmus *de* Turri.
Arnoldus,
& frater suus Vlrich *de* Spanheim.
& alii quamplures.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis Mill.° CC° XX°, Indict. VIII, IIII Nonas Iulii.

Sigillum oblongum, ceræ rubræ impressum, figuram Leuitæ repræsentat, cum inscriptione; S. CANTORIS MAGVNTINE ECCLESIE MAIORIS.

WERNHERVS *de* BONLANDEN, *Imperialis aule Dapifer. Ne gestarum rerum series ignorantie tenebris inuoluatur, earum processum viuacis scripti testimonio expedit commendari, testium etiam munimine accedente.*

Vniuersis igitur Christi fidelibus, tam presentis etatis, quam future posteritatis, quos presens scriptum contigerit intueri, cupimus esse notum, quod Dudo *Waldeck *de* Waltekke, *&* Symon, *filius Symonis* de Rudensheim, *quoddam feudum in Winckele in manus nostras, quoniam illo a nobis infeudati fuerant, resignarunt. Nos quoque coram Domino nostro* Sigefrido, *Archiepiscopo Maguntino, in orto ipsius, cognato nostro* Christiano, *ecclesie* S. Victoris *Prepositi, a quo nos habuimus, resignauimus idem feudum; Ipse vero Prepositus de conniuentia Archiepiscopi ecclesie* S. Victoris *feudum contulit resignatum, in perpetuum possidendum. Ecclesia quoque predicta duas carratas vini* Hunici, *ante torcular Winkele predicto* Dudoni, *& cognato suo* Symoni, *in restaurum feudi resignati, annuatim dare promisit. Quas cognatus noster, sepedictus Prepositus, nobis feudali iure concessit, & nos easdem sepedicto* Dudoni, *& suo cognato concessimus consequenter. Ne autem series talis possit aliquatenus immutari, scriptum presens sigillo nostro tradidimus communitum.*

Testes huius rei sunt hy:

Bobbo, *maior Prepositus.*
Ruthardus, *Decanus maior.*
Gerbodo, *ecclesie S. Petri Prepositus.*
Arnoldus, *Treuirensis Archidiaconus, & ecclesie maioris in Maguntia Canonicus.*

Heroldus, *&* Fridericus *de* Virneburc, *maioris ecclesie Canonici.*

Arnoldus, *Decanus.*
Vlricus, *Scolasticus.*
Cuno, *Cantor.*
Alexander, *Custos.*
Godeboldus
Magister Fridericus.
Albero.
Henricus.
Ditericus.
Brunradus.

Eberoldus. *Canonici ecclesie S. Victoris.*

Laici

Laici

Cunradus, *Camerarius ciuitatis Magunt.*
Eberhardus, *filius* Arnoldi Rufi.
Vlbertus *de* Sunnenberc.
Henricus *de* Oggenheim.
Embercho *de* Sovvelnheim.
Hugo *de* Lorcha.
Hertvvicus *de* Wederſcelle.
Mengotus & Hertvvicus *de* Rudensheim.
Wilhelmus *de* Turri.
Arnoldus, & *frater ſuus*
Vrolich *de* Spanheim.

Et alii quamplures.

Acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCCXX, Indictione VIII, IIII Nonas Iulii.

XVI

De alio Philippi *de* Bolandia.

Is quidem rogatu Cunonis, ad ædem hanc Cantoris, Cantori ad *S. Victorem* decimam de vinea, muro D. Albani contigua, quæ *Sezelinc* vocabatur, permiſit, omnique in eam iuri renuntiauit. Quam conceſſionem *B.* vxor, filiique *Philippus* & *Wernherus* poſtea an. MCCXX tabulis peculiaribus ratam habuere; hac tamen conditione Cantori lata, vt quolibet anniuerſario Philippi recurrente Fratribus D. Victoris ſollemni feria id inſtaurantibus X ſolidos Moguntinenſes ſine vlla contradictione perſoluat. Sed enim ipſas, quibus res hæc perſcripta, tabulas, vna cum diplomate *Sifridi* Archiepiſcopi, quo pondus iisdem addidit ac firmitatem, afferre iuuat.

B. Comitiſſa, & filii eius Philippus & Wernherus *de* Bonlanden. *Dei eccleſiis ſibique famulantibus, ſi de noſtro, vnde ſubleuentur, aliquid impenderimus, noſtrarum ſaluti animarum profuturum liquido credimus, & ne aliquorum iniqua machinatione debilitetur, quod pia intentione fecimus, ſcriptum ſigillo & teſtium appoſitione corroborauimus.*

Sciat igitur tam preſentium diſcretio, quam futurorum, quos hoc ſcriptum intueri contigerit, ſucceſſio, quod Dilectus noſter CVNO, *eccleſie S. Victoris Cantor, per religioſas & honeſtas perſonas, de Eberbach & de* * Vtderburc *Abbates, nec non per alios diſcretos Viros, maritum & patrem noſtrum pie memorie digniſſimum,* Philippum *de* Bonlandia, *ſepe & ſepius, inſtanter & inſtantius conuenit, & vt de quadam vinea, que* Sezelinc *vocatur, & muro S. Albani eſt contigua, decimam ſibi dari iuberet, humiliter poſtulauit. Probare idem Cantor intendens, quod eadem vinea, dum ager frugifer fuiſſet, frumentalem decimam eccleſie S. Victoris, & Cantorie videlicet officio de iure dediſſet; ſed poſſeſſores vinee, forte de cordis eorum duricia, vel ex eorum, qui decimam requirere debuerant, negligentia, nullam vini decimationem dare voluiſſent. Prefatus autem Dominus* Philippus, *prouidencia Dei commonitus, & honeſtorum virorum conſilio inductus, verbis predicti Cantoris fidem adhibuit, & dum adhuc viueret, predicte vinee decimam ſepedicte eccleſie recognouit, & ſi quid iuris vel iniurie, aut violentie in eadem decima habuerat, penitus abrenuntiauit, & vt idem faceremus, nobis inſtanter iniunxit. Nos vero felici eius iuſſioni promptiſſima voluntate obtemperantes, quod ipſe fecit, & nos fecimus, & nominate eccleſie nominate vinee decimam cum omni iure remiſimus; hac tamen voluntaria exceptione interpoſita, & firmiter innexa, vt predictus* Cuno *Cantor, ſuique officii ſucceſſores eandem decimam ſemper percipiant, & in anniuerſario Domini noſtri* Philippi *Fratribus anniuerſarium excolentibus, decem ſolidos Moguntinos ſine contradictione perſoluant. Acta ſunt hec Dominice incarnacionis anno M° CC° XX°, Indictione VIII, VI Kalend. Decembris, regnante glorioſiſſimo Romanorum Rege & ſemper Auguſto* FRIDERICO, *Moguntinam ſedem gubernante Sereniſſimo Archiepiſcopo* SIGEFRIDO.

Teſtes:

Godefridus *de* Ebbenſtein.
Godeboldus *de* Wirbach.
Eberhardus *de* Lapide.
Wernherus *iunior de* Bonlanden.
Wolframus Ringrauius.
* *Eſchborn* Hartmudus *de* * Eskeburnen.
Vlbertus *de* Sunnenberc.
Egeno *de* Scarpenſtein.
Steven *de* Walteggen.
Embricho Volpis.
Meingotus *de* Rudensheim.
Hugo & Wignandus *de* Lorcha.

* Otterburg

VVernherus, *Dapifer, &* VVignandus, *frater ſuus.* Volcmarus & Rudolfus *de* Alceia. VVernherus Rapa.

& Bernhelmus, *noſtrarum rerum Procurator, & alii quamplures viri honeſti & nobiles.*

Sigillum, quo tabulæ hæ munitæ, Mogüntino plane ſimile eſt, his verbis circumſcriptis: SIGILLVM PHILIPPI DE BOENLANT.

SIFRIDVS, *ſancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Oris confeſſionem ſaluti animarum profuturam conſtanter approbamus, & relationis ſeriem profectum & vtilitatem eccleſiis Dei procurantem, ex debito ſollicitudinis noſtre officio firmiter corroborare intendimus. Sciant igitur vniuerſi Chriſti fideles, hoc ſcriptum inſpicientes, quod Nobilis ac Dilecta* B. Silueſtris Comitiſſa, *precordialis conſanguinei noſtri bone memorie,* Philippi *de* Bonlanden *vidua, aſpectui noſtro ſe aliquando preſentauit, & manifeſte profitebatur, quod predictus maritus eius ex denoti filii* Cunonis, *eccleſie S. Victoris Cantoris, diligentia, & Venerabilium perſonarum de Eberbach & Odterburc Abbatum, quos idem Cantor ad intercedendum pro eo ſepe induxerat, inſtantia, cuiusdam vinee decimam, que* Sezelinc *vocatur, & muro S. Albani eſt contigua, officio Cantorie, cui de iure attinebat, dum adhuc vixerat, remiſiſſet, & ſi quid iuris vel iniurie, aut violentie in ipſa decima habuerat, penitus abrenunciaſſet. Prefata etiam Matrona in preſentia noſtri confeſſa, quod ipſa, & filii ſui,* Philippus & VVernherus, *factum mariti & patris eorum pleniſſima voluntate approbaſſent, & prefatam decimam prefate eccleſie liberaliter & abſolute dimiſiſſent, hac tamen voluntaria acceptione interpoſita, vt ſepedictus Cantor, ſuique officii ſucceſſores eandem decimam percipiant, & X ſolidos Mogunt. in anniuerſario dicti cognati noſtri Fratribus anniuerſarium excolentibus perſoluant. Ne igitur hoc legatum, quod pia intentione diffinitum eſſe perpenditur, aliqua iniquorum machinatione debilitetur, auctoritate Dei omnipotentis & noſtra confirmamus, & ſcripti noſtri appoſitione indiſſolubiliter corroboramus. Datum Moguntie anno Dominice incarnationis MCCXXI, Pontificatus noſtri anno XX.*

XVII

De feudo quodam Præpoſiti ad manus dimiſſo.

Feudum ſiue beneficium quoddam in vico VVinckel Præpoſito ad D. Victoris *Chriſtiano* acceptum tulerat *Wernherus* de *Boland.* Id vero an. MCCXX eius in dominium reiiciebat. Cum id reſtitueret, ab eo, *in reſtaurum feudi* huius *reſignati, duas carratas vini,* a *Godeboldo* eccleſiæ collatas, iure recipiebat clientelari. Tabulis ſequentibus res fiet clarior.

CHRISTIANVS *D. G. eccleſie* S. Victoris *Prepoſitus. Ne rerum geſtarum ſeries per annorum decurſum ignorantie tenebris inuoluatur, earum proceſſum vinacis ſcripti teſtimonio expedit commendari, teſtium etiam munimine accedente.*

Vniuerſis igitur Chriſti fidelibus, tam preſentis etatis, quam future poſteritatis, quos ſcriptum preſens contigerit intueri, cupimus eſſe notum, quod Cunradus *de* Rudensheim *feudum quoddam in Winkele, quo* Cunradus *de* Vrenkesvvin *ab ipſo fuerat infeudatus, in manus cognati noſtri,* Wernheri *de* Bolanden, *a quo ipſe* Cunradus *de* Rudensheim *illud habuit, reſignauit; predictus quoque noſter cognatus* Wernherus, *cum feudum predictum haberet a nobis, idem in clauſtro maioris eccleſie, cum iam veſpere cantarentur, quodam ſabbato reſignauit. Nos vero cognato noſtro ſepedicto, in reſtaurum feudi reſignati, duas carratas vini, quas* Godeboldus, *eccleſie* S. Victoris *Canonicus, de decima noſtra Rudensheim ſua pecunia compararat, & eccleſie contulerat iam dicte, ad preces eccleſie conceſſimus iure feudali, in quarum reſtaurum rependimus eccleſie feudum, pridem nobis Winkele reſignatum. Ne autem ſeries talis poſſet aliquatenus immutari, ſcriptum preſens ſigillo noſtro tradidimus communitum.*

Teſtes huius rei ſunt hy:

Ruthardus, *Decanus maioris eccleſie.* Fridericus *de* Virneburc.
Henricus *de* Selſa. *Canonici eiusdem eccleſie.*

Arnol-

Arnoldus, *Decanus.*
Vlricus, *Scolasticus.*
Cuno, *Cantor.*
Alexander, *Custos.*
Wortvvinus, *Plebanus.*
Dietericus.
Godeboldus.
Magister, Fridericus.
Albero.
Sigefridus.
Henricus.
Ditericus.
Brunradus.
Eberoldus.
Herbordus. *Canonici S. Victoris.*

Laici

Wernherus, *& filius suus* Gernodus.
Petrus *de* Geisbudesheim.
Henricus *de* Clingen.
Godeboldus *de* Wizenovven.
Gerlacus *de* Steden.
Arnoldus *de* Wisebaden.
& alii quamplures.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCCXX, Indictione octaua.

WERNHERVS *de* BONLANDEN *Imperialis aule Dapifer. Ne gestarum rerum series ignorantie tenebris inuoluatur, earum processum viuacis scripti testimonio expedit commendari, testium etiam munimine accedente.*

Vniuersis igitur Christi fidelibus, tam presentis etatis, quam future posteritatis, quos presens scriptum contigerit intueri, volumus esse notum, quod Cunradus *de* Rudensheim *feudum quoddam in Winkele, quo* Cunradus *de* Vrenkesvvin *ab ipso fuerat infeudatus, in manus nostras, quoniam illud a nobis habuit, resignauit. Nos quoque in claustro maioris ecclesie Maguntine quodam sabbato, cum iam vespere cantarentur, cognato nostro* Christiano, *ecclesie* S. Victoris *Preposito, a quo nos habuimus, resignauimus idem feudum, ipse vero in restaurum feudi a nobis resignati duas carratas vini, quas* Godeboldus, *ecclesie* S. Victoris *Canonicus, de decima in Rudensheim Preposito attinente, sua pecunia compararat, & ecclesie contulerat iam prefate, ad preces ecclesie nobis feudali iure concessit. In quarum restaurum rependit ecclesie feudum, a nobis Winkele resignatum.*

Ne autem series talis posset aliquatenus inmutari, scriptum presens sigillo nostro tradidimus communitum.

Testes huius rei sunt hy:

Ruthardus, *Decanus maioris ecclesie.*
Henricus *de* Selse.
Fridericus *de* Virneburc.
Canonici eiusdem ecclesie.

Arnoldus, *Decanus.*
Vlricus, *Scolasticus.*
Cuno, *Cantor.*
Alexander, *Custos.*
Wortvvinus, *Plebanus.*
Ditericus.
Godeboldus.
Magister Fridericus.
Albero.
Sigefridus.
Henricus.
Ditericus.
Brunradus.
Eberoldus.
Herbordus. *Canonici S. Victoris.*

Laici

Wernherus, *& filius suus* Gernodus.
Petrus *de* Geisbudesheim.
Henricus *de* Clingen.
Godeboldus *de* Wizenovven.
Gerlacus *de* Steden.
Arnoldus *de* Wisebaden.
& alii quam plures.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCCXX, Indictione octaua.

XIX

De parochiali in Östrich *Collegio collata.*

Eam *Ludouicus*, maioris Decanus & ad hanc D. Victoris Præpositus, videns, quanta Fratres in temporum istorum difficultate damna fecerint, iis de bonis ac possessionibus Præposito adsignatis, vna cum omnibus prouentibus ac emolumentis, an. MCCLIV contulit in augmentum præbendorum, tum maxime quidem imminutorum. Rem ratam habuit his Archiepiscopus *Gerhardus* tabulis.

GER-

GERHARDVS *D. G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in Chriſto Decano & Capitulo eccleſie* S. Victoris *Magunt. ſalutem in Domino.*

Licet omnium eccleſiarum nobis ſubiectarum commodis & profectibus congaudere nos deceat, hys tamen eccleſiis, que per noſtros predeceſſores fundate noſcuntur, vt in ſuo vigore permaneant, ad promociones & commoda prompciores debemus & volumus inueniri.

Cum igitur Dilectus in Chriſto Ludevvicus, *eccleſie veſtre Prepoſitus, circa vos intencione pia ductus, eccleſiam in* Oſtrich, *noſtre dyoc. cum vniuerſis ſuis pertinenciis & redditibus, quos Paſtor ipſius eccleſie hactenus conſueuit percipere, ob diuinam, &* B. Victoris *reuerenciam, in augmentum prebendarum veſtrarum duxerit liberaliter conferendam, ita, quod, cum primum eam vacare contigerit, prouentus ipſius omnes, qui ſuper competentem & honeſtam prebendam Sacerdotis, perpetui Vicarii ibidem reſidentis, per veſtrum Prepoſitum, qui pro tempore fuerit, ad eam preſentandi, poterunt ſupereſſe, libere veſtris vſibus communibus perpetuis temporibus applicetis. Nos collacionem huiuſmodi gratam & ratam habentes, ac ei, noſtro, ſucceſſorum noſtrorum, ac Archidiaconi per omnia iure ſaluo, conſenſum voluntarium adhibentes & expreſſum, eam in nomine Domini confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus,*

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri conſenſus & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem Dei omnipotentis & noſtram ſe nouerit incurſu-
* Scharffenſtein *rum. Datum * Scarpinſtein. Anno Domini MCCLIIII, Nonis Decembr. Pontificatus noſtri anno tercio.*

Sigillum filis ex ſerico rubris appenſum repræſentat figuram Archiepiſcopi, circumſcriptis hiſce verbis; ✠ GERHARDVS DI GRA S. MAGVNTINE SEDIS ARCHIEPS.

Dorſo impreſſum eſt Secretum, dimidii magnitudine floreni, repræſentans S. MARTINVM, equo inſidentem, pauperique diuidentem chlamydem, his circumſcriptis verbis: SECRETVM GERHARDI ARCHIEPI MAGVNT.

Idem fecit Collegium ad ædem maiorem; Præpoſitus item ac Collegium ad D. Mauricii.

XX

De expetita Collegialis huius in vrbem translatione.

Quam læte vero Collegiata hæc eccleſia Willigiſi, Burchardi, aliorumque ſtudio ac ope efflоruerat, tam fœdam ſubſequentibus temporibus paſſa ſtragem eſt. Speciatim circa medium ſæculi XIII temporum, hominumque iniuria in tam miſeram, periculique plenam prolapſa fuit conditionem, vt Prælati, Canonicique, videntes ſe extra mœnia non quiete' ſuo poſſe fungi officio, de transferenda in vrbem cogitarint ſede, ac ſupplicibus a Gerhardo Archiepiſcopo expetierint precibus, vt ſibi locum quendam intra mœnia, nouo domicilio conſtituendo commodum, aſſignaret. Aſſenſit Gerhardus; ædis metropolitanæ Cuſtos vero perbeneuole iis ſe commodauit. Quippe parochialis ad *D. Ignatium* eccleſia eccleſiæ *S. Victoris* incorporari debebat ſiue iungi. Quod ipſum vt hoc facilius procederet, principis, qui tum erat, Cuſtos ædis iure, vt vocant, patronatus eccleſiæ ad D. Ignatium, ſibi ſucceſſoribusque proprio, cedebat; Canonicis ad D. Victoris, in grati ſignum animi, ius præbendam primo vacantem conferendi, Cuſtodi donantibus. Plenius id cognoſcere eſt ex his *Gerhardi* ad ædis ſummæ Decanum, & Ordinis FF. Prædicatorum Priorem; *Decani* itidem & *Capituli* ad Simonem, metropolitanæ Cuſtodem, litteris;

GERHARDVS *D. G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in Chriſto* Decano *maioris eccleſie, &* Priori *Ordinis Fratrum Predicatorum Mogunt. ſalutem in Domino. Cum Decanus & Capitulum eccleſie S. Victoris propter manifeſta perſonarum & rerum ſuarum pericula in monte S. Victoris non poſſint nec audeant reſidere ſecure, & ſine magna deformitate non poſſit in ipſa eccleſia diuinum officium iuxta Sanctorum merita in ordine & honore debito celebrari, propter cauſas legitimas expoſitas co-*

ram

ram nobis ; Discrecioni vestre districte precipiendo mandamus , ac in remissionem vobis iniungimus peccatorum , quatinus , si ipsi Decanus & Capitulum post se Collegium in ecclesia sua reliquerint , & condiciones obseruare voluerint , quas de Scolastici Maguntini eorum Prepositi , cuius consensus in hys est merito requirendus , & aliorum proborum virorum consilio , pro loco ampliando , ad quem transferri desiderant , & officinis construendis , ac pro residencia facienda ibidem , auctoritate nostra ad honorem Dei sibi duxeritis iniungendas , vos ipsos , accedente super hoc consensu Capituli Maguntini , cum omnibus possessionibus , terris , pratis , vineis , aquis , siluis , viis & inuiis , cultis & incultis , ac vniuersis priuilegiis , & iuribus ac libertatibus eidem ecclesie S. Victoris a quibuscunque concessis , infra muros Maguntinos , auctoritate nostra ad aliquem locum congruum cum debita sollempnitate & reuerencia transferatis , obseruantes nichilominus diligenter & sollicite omnia ea , que in translacione huiusmodi necessario requiruntur , contradictores & rebelles per censuram ecclesiasticam compescendo. Datum Maguncie anno Domini MCCLVIIII, XVIIII Kalend. Februarii.

Reuerendo Domino SIMONI, *Custodi maioris ecclesie Maguntine*, Godefridus *Decanus totumque Capitulum* S. Victoris *Maguncie , cum debita reuerencia obsequium & honorem.*

Cum vos , propter causas legitimas , ex pio compassionis affectu , translacioni nostre consensum adhibentes expressum , Parochiam S. Ignacii *Maguncie , in qua vos ius patronatus habetis , nobis ad ipsam transferri petentibus , pie & liberaliter contuleritis propter Deum , & ipsam in nos transtuleritis pleno iure ; nos honestatem vestram retribucione condigna honoris & obsequii preuenire volentes , de concordi consensu , & ex deliberacione prouida & matura , damus vobis in restaurum plenariam potestatem conferendi Prebendam in nostra ecclesia proxime vacaturam , & consentimus expresse , vt quandocunque & quocienscunque prebendam eandem vacare continget , vos & vniuersi successores vestri Custodes ecclesie Maguntine illam perpetuo conferre possitis persone idonee , que deseruiat in eadem. Datum Maguncie anno Domini MCCLIX, in Vigilia* B. Bonifacii.

Et quum rebus his non longe post Gerhardi Archiepiscopi mors interces-sisset, *Wernherus* successor, sub auspicium regiminis sui, decessoris sui voluntatem in effectum deduci mandauit , his ad Decanum & Cantorem ædis maioris , nec non Priorem FF. Prædicatorum datis litteris ;

WERNHERVS *Dei gracia sancte Moguntine Sedis Electus. Prudentibus viris , Dilectis sibi in Christo* , Decano & Cantori *maioris ecclesie* , & Priori *Ordinis Fratrum Predicatorum Mogunt. salutem & sincere dilectionis affectum. Cum Decanus & Capitulum ecclesie S. Victoris Mogunt. propter malum statum terre , & induratam hominum maliciam contra malignorum insultus continuos , in monte S. Victoris nulla penitus defensione muniti , sub debito pacis & quietis solacio , sine graui personarum & rerum suarum discrimine , non possint ibidem secure Domino deseruire , & diuinum officium in eadem ecclesia sine deformitate maxima non valeat ad condignam diuine Maiestatis gloriam , & iuxta Sanctorum merita in ordine & honore debito celebrari , propter diuersas causas seriatim expositas coram nobis , & ob hoc nostre intencionis existat , vt dicta ecclesia infra muros Moguntinos laudabiliter transferatur , Discrecioni vestre iniungimus & mandamus , quatinus , cum in translacione huiusmodi Moguntini Capituli ac S. Victoris Prepositi habeatur consensus voluntarius & expressus , prout in literis super hoc confectis plenius continetur , nos dictos Decanum & Capitulum ecclesie S. Victoris , cum omnibus possessionibus , terris , pratis , vineis , decimacionibus , aquis , siluis , viis & inuiis , cultis & incultis , ac vniuersis priuilegiis & iuribus ac libertatibus , eidem ecclesie a quibuscunque concessis , infra muros Moguntinos auctoritate nostra cum debita sollempnitate & reuerencia transferatis ; contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo ; quod si omnes , hys exequendis non potueritis interesse , duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum apud Erinvels anno Domini MCCLX, X Kalend. Maii.*

Sigillum , quo litteræ hæ munitæ , exhibet figuram Clerici , capite aperto , cum libro , circa pectus. His circumcirca scriptis verbis : WERNHERVS DEI GRA MAGVNT. SEDIS ELECTVS.

Enimuero , nescio quibus de caussis omnis ille tum labor incassum cecidit.

XXI

De nouo Ludouici Præpoſiti *erga* D. Victoris *Fratres beneficio.*

Præter parochialem vici Oeſtrich, curiam quoque ſuam in *Wisbaden*, vna cum bonis contributis eisdem tradidit, in ſtipendium ſacerdotis, quotidie ad altare S. Stephani celebrantis; vt habetur in libro lit. K notato, in rubrica ſiue titulo deſcriptionis bonorum eorum.

Eadem pietate eis anno MCCLXVII bona ſua in tractu villæ *Winternheim*, & de prouentibus Præpoſituræ VII carratas vini, ſuis a deceſſoribus neſcio quibus feudi titulo collatas, tum vero redemtas, nec non duas curtes in oppidis *Rudisheim* & *Eltvil*, ære ſuo ſibi comparatas, vt hæ docent tabulæ, in perpetuum donauit.

In nomine Domini Amen. Nouerint vniuerſi preſencium inſpectores, quod ego LVDOWICVS, *Prepoſitus eccleſie S. Victoris Moguncie, bona mea ſita in Winternheim eccleſie* S. Victoris *predicte pro ſalute anime mee, in augmentum prebendarum Canonicorum eiusdem eccleſie contuli ſub hac forma; quod medietatem fructuum ipſorum dabunt meis cognatis duobus*, Ludevvico *&* Ludevvico, *annuatim tantum ad tempora vite ſue, ſic, quod porcio illius, qui primo deceſſerit, ad eccleſiam reuertatur. De carratis autem vini feodalis per me redempti, & aliis feodis redemptis, item de curtibus meis duabus in Rudensheim & Eltevile, & vtenſilibus earundem, fiat, iuxta quod in confectis ſuper hys litteris continetur, ſaluis eisdem Dominis S. Victoris bonis in Wiſebaden, que iam dudum donaui eisdem, que & ego nunquam recepi, ſed cum eadem emiſſem, preſcripta eccleſia ea in plebiſcito, iuxta terre conſuetudinem recepit, & ſic in ſuum dominium tranſyerunt.*

Acta ſunt hec anno Domini MCCLXVII, in ſecunda feria poſt feſtum B. Remigii, in domo Fratrum Minorum Mogunt. preſentibus

Eberhardo, *Cantore.* Eberhardo *de Lapide.*
.... *dicto de* Hennenberg. *Canonicis maioris eccleſie.*
Guardiano & Fratribus *domus* Fratrum Minorum.
Arnoldo, *Walpodone.* Cunrado *zum* Raizen.
Dulemanno, *Iudice.* Theoderico *ad* Dentem.
Iohanne *de* Licenſtein. *Ciuibus Moguntinis.*
Et pluribus aliis ad hoc ſpecialiter conuocatis.

In cuius rei euidenciam ſigillum meum, & ſigillum ciuitatis Moguntine preſentibus ſunt appenſa.

Quin eodem hoc anno, feria II poſt feſtum D. Remigio diem, parochialem *Biſchofsheimenſem* eisdem, cum omnibus reditibus, in præbendorum contulit augmentum.

Quam, ceterasque donationes, cum *Ludouicus* Ordinem FF. Minorum ingreſſus eſſet, *Wernherus* Archiepiſcopus anno ſequenti MCCLXVIII hoc confirmauit diplomate:

WERNHERVS *D. G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Vniuerſis preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Tenore preſencium publice proteſtamur, quod nos donaciones bonorum in* Winternheim *&* Wiſebaden, *ac aliorum bonorum quorumcunque, per Fratrem* Ludevvicum, *Ordinis Fratrum Minorum, quondam Decanum Magunt. Decano & Capitulo eccleſie S. Victoris Magunt. pie factas, ratas & gratas habemus, & iuri, ſi quid nobis competebat, vel competere videbatur in bonis ipſis, renunciamus & cedimus ſimpliciter propter Deum. Actum in eccleſia S. Victoris Magunt. anno Domini MCCLXVIII, in die Beatorum Fabiani & Sebaſtiani. Datum Maguncie. Anno & termino ſupradict.*

XXII

De Ludouici *Cantoris erga Collegium munificentia.*

Is nimirum anno MCCLXXV duas carratas vini Hunici, Wilhelmo dicto

Stange

Stange de *Scharpfenſtein*, Militi, feudi iure a Præpoſito S. Victoris collatas, eidemque de decimis in curia, quæ Collegio in vico Oeſtrich eſt, prouenientes, ſuo redemtas ære, vna cum decem maldris ſiliginis ad portiones præſentibus in choro dandas donauit.

XXIII

De admiſſis ab Ordine Ciſtercienſi S. Victoris Fratribus ad orationum, operumque totius Ordinis bonorum communionem.

Ordinis Ciſtercienſis magna primis temporibus fuit fama. Sacris enim multa vacabant diligentia, & ſingulari ſtudio vitam ad caſtimoniæ, ſanctitatisque laudem, ſecundum formam præſcriptam, componebant. Quo fiebat, vt paſſim eſſent, qui participes reddi optabant operum, quæ ii facerent, meritoriorum. In his quoque *D. Victoris* Fratres noſtri Moguntinenſes. Quorum preces cum Abbas Werneriuillanus ad eos detuliſſet, aſſenſere Ciſtercienſes, admittentes ipſos ad plenariam participationem operum totius Ordinis bonorum, ad præſens & in poſterum: prout e tabulis, quas hic damus, clarius liquet.

Frater IOHANNES *dictus, Abbas Ciſtercii, totusque conuentus Abbatum Capituli generalis, viris venerabilibus & in Chriſto dilectis . . Decano & Capitulo* S. Victoris *extra muros Maguncie ſalutem & oracionum ſuarum ſuffragium ſalutare.*

Exigente pie deuocionis affectu, quem ad noſtrum Ordinem accepimus vos habere, peticioni veſtre, nobis per Venerabilem . . Coabbatem noſtrum de Werneuillerio *oblate, benigno concurrentes aſſenſu, concedimus vobis plenariam participacionem omnium bonorum, que fiunt, & de cetero in noſtro Ordine fient, Domino concedente, in vita veſtra pariter & in morte. ita, quod, cum obitus veſter noſtro fuerit generali Capitulo nunciatus, ibidem ſicut vnus noſtrum abſoluemini, omniumque Miſſarum & oracionum, quas in ipſo Capitulo pro noſtris Fratribus ſingulis annis iniungimus faciendas, efficiemini participes & conſortes. Datum anno Domini MCCLXXXI, tempore Capituli generalis.*

XXIV

De conſtitutione Collegii, augendo ſacrorum ornatui, facta.

Quum aliis intra & extra mœnia Collegiatis maior, ſplendidiorque in ſacrorum celebratione ornatus eſſet eccleſiaſticus, quam huic, Decanus, totumque Capitulum, æmulandi ſtudio accenſi, habita deliberatione, augendo illi an. MCCLXXXIII conſtituerunt, vti tam Præpoſitus, quam Prælati ceteri, Decanus, Scholaſticus, Cantor, in poſterum primo ſtatim menſe, quo electi eſſent ac confirmati, cappam ſericam, proprio quisque ſumtu, ſibi comparet, quam in ſollemnitatibus conſuetis gerat; Præpoſitus quidem minimum ſex, ceteri vero quatuor marcarum ſtantem pretio. Ordinatio ipſa ſic habet.

Decanus totumque Capitulum eccleſie S. Victoris *Magunt. Vt pulchra & decora filia Iheruſalem, fidelibus & infidelibus terribilis appareat vt caſtrorum acies ordinata, eccleſia militans multis inſignitur titulis dignitatum, per quos, velut ornata monilibus & circumamicta varietate, venuſtatem virtutum prefert celeſtis eccleſie triumphantis, vt, quod tandem habebit in re, nunc in ſpe gerere ſe oſtendens, veritatem indicet per figuram. Quare SS. Canones eccleſias per honorum inſignia volunt & precipiunt exornari, vt ornate, immaculatas tanto diligentius ſe ſtudeant conſeruare, quanto propenſius tenentur diligere decus proprium & decorem.*

Vnde cum eccleſia noſtra predicta ſit ornatus pulchritudine enormiter deſtituta, nos deliberacione ſana, & maturo conſilio concorditer prehabitis, affectantes toto mentis conamine, noſtram eccleſiam ornatu, prout poſſumus, decorare, ne inter alias quam ſordida & horrida habeatur, ſtatuimus, incommutabiliter a nobis & noſtris ſucceſſoribus obſeruandum, vt tam Prepoſitus, quam alii Prelati eccleſie noſtre, videlicet Decanus, Scolaſticus, & Cantor, ex nunc inantea eligendi, poſtquam electi fuerint & confirmati, infra menſem ſequentem quilibet de ſua pecunia, de ſerico comparet cappam vnam, quam portet in eccleſia, in ſollempnitatibus ad hoc debitis & conſuetis, ita, quod cappa Prepoſiti non minus quam ſex marcarum, & aliorum prelatorum non minori quam quatuor marcarum precio parentur.

Item ſtatuimus, vt Prepoſitus noſter, poſtquam electus fuerit, & eciam confirmatus, preſtet ydoneam cauctionem, quam nos duxerimus acceptandam, quod iu-

risdictionem spiritualem committat vni vel pluribus ex Canonicis nostris, si ipsam per se non voluerit exercere. Item synodos suas in nostra ecclesia & non alibi celebrabit, temporibus ad hoc debitis & statutis.

Vt autem hec rata & inconuulsa plena gaudeant firmitate, sigillum ecclesie nostre presentibus duximus apponendum, ne ab aliquo de cetero infringantur. Actum anno Domini MCCLXXXIII, fer. II post festum B. Nicolai.

XXV

De beneuola Werneri Bolandii *erga hoc Collegium voluntate.*

Is, cum Præpositum ageret ad hanc ædem, anno MCCCXXII de reditibus Præposituræ ad portiones, vt vocant, præbendales contribuit paroeciam in *Weissenavv*, vna cum sacello in *Laubenheim*; vt ex sequentibus *Matthiæ* Archiep. litteris patet.

MATHIAS *Dei & Apostolice Sedis gracia sancte Moguntine Sedis Electus.* Eberhardo, *Cantori ecclesie Moguntine, Dilecto suo deuoto salutem, ac sinceram in Domino caritatem. Deuocioni tue committimus per presentes, quatenus super donacione, incorporacione, seu vnione parochialis ecclesie in* Wissenavve, *& Capelle eiusdem in* Lubenheim, *cum fructibus & redditibus suis, per* Wernherum *de* Bolandia, *Prepositum ecclesie S. Victoris extra muros Mogunt. quarum ius patronatus & collacio ad eundem Prepositum dicitur pertinere, prefate ecclesie S. Victoris, vt dicitur, rite factis, diligenter inquiras, & si ipsas rite & Canonice factas inueneris, ipsas auctoritate nostra incorpores, approbes, ratifices, & confirmes, tuam in premissis conscienciam onerantes. Datum Moguncie III Kal. Aprilis anno Domini MCCCXXII.*

XXVI

De iure, Præpositum libere eligendi, Canonicis firmato.

Id non solum ipsis iam an. MCCXLVI *Innocentius IV*, P. M. confirmauit, verum etiam *Matthias* Archiepiscopus, cum sibi persuasisset, ius istud ad se pertinere; Canonici vero contrarium docuissent; eisdem illud an. MCCCXXV peculiari, quod hic damus, stabiliuit diplomate.

MATHIAS *D. G. sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Credentes ius conferendi Preposituram ecclesie S. Victoris extra muros Moguntinos, ex morte quondam Honorabilis Viri* Wernheri *de* Bolandia, *Prepositi eiusdem vacantem, ad nos pertinere, Honorabilibus Viris, Decano & Capitulo ecclesie S. Victoris predicte, dicentibus, ius eligendi Prepositum ad se duntaxat spectare, pro bono concordie, de consensu predictorum, Decani & Capituli, taliter duximus ordinandum, vt nos iure, quod nobis competere credimus simul cum predictis Decano & Capitulo,* Iohanni *de* Munsingen, *Clerico, filio sororis nostre nobis dilecto, Preposituram conferamus predictam. Ipsi quoque Decanus & Capitulum eundem* Iohannem *iure ipsorum eligant ad eandem, ita, quod idem* Iohannes, *post collacionem & electionem huiusmodi, non confirmetur, nec amministret, nec in possessionem eiusdem Prepositure mittatur, nisi prius per subscriptas personas, de iure & de plano, secundum instituciones parcium discuciatur, an nostra collacio ipsorum electioni, vel ipsorum electio nostre collacioni sit merito preferenda, & cuius virtute prefato* Iohanni *ius ad predictam Preposituram sit quesitum; ad cuius discussionis negocium, nos Honorabilem Virum, Magistrum* Vlricum *de* Constancia, *Prepositum ecclesie S. Scueri Erfordens. Clericum nostrum, deputauimus; predicti vero, Decanus & Capitulum, ipsum Decanum, vel eorum Scolasticum deputarunt, Venerabili Viro Abbate monasterii Erbacensis, Ordin. Cistercien. ad premissa hinc inde communiter deputato. Volentes, vt iidem Deputati predicti, & mandantes eisdem, fide data, nomine iuramenti, promittant, vt predictum negocium vsque ad dominicam* Inuocauit, *dolo & fraude prorsus exclusis, predicto negocio, ipsum discuciendo de plano & de iure, finem imponant; & si predicti deputati ius eligendi Prepositum ad prefatos, Decanum & Capitulum, pertinere decreuerint, nos literas patentes eisdem Decano & Capitulo dabimus, quod nos vel successores nostri ipsos in iure eligendi Prepositum in antea non debemus auctoritate ordinaria impedire. Datum Aschaffenburg XIIII Kalend. Februar. anno Domini MCCCXXV.*

MATHIAS

MATHIAS *D. G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Honorabilibus Viris, Decano, Scolaſtico, Cantori & Capitulo eccleſie S. Victoris extra muros Maguntinos, deuotis ſuis Dilectis ſalutem in Domino. Dudum Prepoſitura eccleſie noſtre S. Victoris predicte, ex morte quondam Honorabilis Viri* Wernheri *de* Bolandia, *Prepoſiti veſtri, vacante, nos Prepoſituram eandem, credentes, ipſius collationem ad nos ſpectare, Honorabili Viro* Iohanni *de* Munſingen, *Canonico Maguntino, duximus conferendam; vos autem dicentes, ius eligendi Prepoſitum ad vos pertinere dumtaxat, eundem Iohannem in veſtrum & eccleſie veſtre Prepoſitum concorditer elegiſtis. Suborta demum queſtionis materia, an noſtra collatio electioni veſtre, vel noſtre collationi electio veſtra deberet preferri, nos ſuper hoc communium amicorum ad hoc aſſumtorum inſtructionibus diligentius informati, recognouimus & recognoſcimus per preſentes, noſtre collationi veſtram electionem debere preferri, quodque nos, noſtrique ſucceſſores, ſuper iure eligendi Prepoſitum, vos non debemus impoſterum auctoritate ordinaria impedire; iure tamen ordinario, in caſibus negligentie, vel, ſi vos, eligendo, in forma vel in materia peccare contigerit, nobis, noſtrisque ſucceſſoribus ſemper ſaluo. Dantes vobis & eccleſie veſtre in teſtimonium euidens ſuper eo has litteras noſtri ſigilli appenſione munitas. Datum Oppenheim V Non. Marcii anno Domini MCCCXXV.*

Sigillum appenſum repræſentat figuram Epiſcopi, dextram eleuantis, digitis duobus, ad modum iurantium, exporrectis; ſiniſtra vero pedum tenentis; his circumcirca verbis adſcriptis:

S. MATHYE DEI GRA SCE MOGVNT. SED. ARCHIEPI SAC. IMPII ♆ GERMAN. ARCHICANCELL

XXVII

De pia Henrici *Cuſtodis erga Fratres* D. Victoris *voluntate.*

Is ſane multa bona in villa *Cromſtatt*, ditionis Darmſtadinæ, prope Gernsheim, *Buchtumb* & *Hallart* dicta, bona itidem ſua in *Biſchofsheim* & *Hargsheim* noſtris dedit ad præſentias.

Præterea Vicarias *S. Martini* & *S. Nicolai* in eadem inſtituit, quin & altare *B. M. V.* in *Öſtrich* erexit, & dote inſtruxit; ius vero tum illud, tum Vicarias conferendi Decano Capituloque ad *D. Victoris* adſcripſit, prout ex ipſius teſtamento, an. MCCCXXVI, VI Kal. Iul. facto, patet.

XXVIII

De deuaſtatione ædis ad D. Victorem.

Quum Balduino, Treuirorum Archiepiſcopo, Moguntinum pontificatum adminiſtrante, magna Clerum inter ac ciues exorta contentione, res ad vim ſpectaret, Moguntini an. MCCCXXIX, die Laurentio in faſtis ſacra, vrbem egreſſi, hanc ædem, vna cum caſtro Weiſſenauienſi, corruperunt, deuaſtaruntque. *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. MCCCXXVIII p. 169; *Poſtea Collegiatam* S. Victoris *eccleſiam, vna cum domibus Canonicorum fortiſſimis funditus euerterunt: caſtellum quoque in Weiſſenauv a fundamentis ſubuerterunt, in odium Cleri, & cuſtodiam ſui, timentes, quod Baldevvinus, qui pro Clero ſtabat eccleſiæ, præſidia ſua in eisdem monaſteriis locaret.* *Ludouicus* Imperator, in tabulis, quas ſtatim proferemus; *Darumb daſs ſie virebelich vnd vngefordert mit Gericht geiſtlich oder vverntlichin, ſie vnd iren Stift Zu* Sent Victor *verdrieben, verſtoret, geheimſucht, vnd geſchadiget hetten, vnd ire Monſtere, ire Thurne an demſelben Monſter, ire Cloiſter, Crutzgang, Altar, Rebender, Ringmure, Porten an den Ringmuren, ire Huſe, ire Hove, Keltern, Kelterhuſs, vnd andere ire Huſsgerede zubrochen hetten* &c.

XXIX

De lata in Moguntinos ob deuaſtationem hanc a Cæſare ſententia.

Equidem non impune ſtabat hic Moguntinis ciuibus furor. In ius enim vocatos *Ludouicus*, quem diximus, *IV* Imperator an. MCCCXXXII Francofurti die Lunæ ante feſtum Purificationis Mariæ pro tribunali ſedens ad ſex millia marcarum argenti Collegio ſoluenda condemnauit. Sententiam tabulis publice editis conſignatam quin huc apponamus, non poſſumus.

Wir LVDEWIG *von Godes Genaden Romiſcher Keyſer, Zu allen Ziden ein Merer des Riches, dun kunt allen den, die diſen Brief horent leſen, daz die Erberen Beſcheidenen Lude,* Dude *der Dechen, vnd der gemeyne Cappittel des Stiftes Zu Sente Victore vzvvendig der Muren zu Mentz, ane alleyne* Nycolais *iren Senger, vnd* Iacob *ſin Bruder, ire Concanonig, an dem neyſten Mayndage fur vnſir Frovven Dage Kerzevvie, bi Frankinvort, da vvir Zu Gerichte ſaizzen, den Dag vnd die Stat, vvir von vnſir Keiſirlicher Gevvalt, dem Ervverdegen* Baldevvinen *Ertzebiſchof zu Trire, vnd Beſchirmer des Stiftes zu Mentze, vnſerem lieben getruvven Furſten, dem Cappittel zu Mentze, den Cloiſtern, vnd den Stiften zu Mentze vnd bi Mentze, vf ein Site, vnd den Burgeren gemeynliche der Stat zu Mentze, vf die ander Site, vmb alle Vfleufe, Miſſehellunge, vnd Bruche, die zuſchin in geſchehen vveren, vnd Anſprache, die ſie davon zu einander hetten, odir haben vvulden, zu eyme richtlichin vnd vnvirzogenlichme Dage, zu gevvinnene vnd zu virliſene, gebodin vnd geſetzit hatten, des auch vvir vns irkanten vnd irkennen an diſme Briefe, vur vns mit Furſprechin quamen, vnd ſtunden, vnd irklaten vf* Salman *den Kamerer,* Emmerchin, *den Schultheizzen,* Nyclais. Scherpelin. Fulkomar, *vnd* Willekin, *vverntliche Richtere. den * Walpoden.* Emmerchin Bombilman, *vnd* Diderich *Zum* Raede, *die Zu dem male Burgermeiſter vvaren. vf den Rait, vnd vf die Burgere vnd die Gemeynde zu Mentze, miteinandir vnd biſundir, mit dem Rechten; Seihs duſint Marck Silbers Mentzer Gevvichtis vnd mer, als die Briefe ſagent, die ſie ubir dieſelben Vrteyl vnd Gerichte auch von vns hant, darum, daz ſie virebeliche vnd vngevordirt mit Gerichte, geiſtlichme odir vvermtlichme, ſie vnd iren Stift zu Sente Victore, virdriben, virſtoret, geheimſucht, vnd geſchadeget hette, vnd ire Munſtere, ire Turne an demſelben Munſtere, ire Cloiſtere, Crucegang, Alter, Rebender, Ringmure, Porten an den Ringmuren, ire Huſ, ire Hove, Kelteren, Keltirhuſ vnd andirs ire Huſgerede zubrochin hetten mit Gevvalt, ane Recht, vnd begerten zu Antleiteren vm dieſelben ſeyhs duſint Mark Silbers,* Godefrides *Herren von* Eppinſtein. *des Ambitmans Zu Oppinheim der zu den Ziden iſt. Der Burgmanne vnd der Stat zu Oppinheim, biſundir vnd mit einander, vf alle ir Gut, varinde vnde ligende, beſucht odir vnbeſucht, in Steden vnd vfme Lande. die vvir auch von Gerichts vvegen zu Antleiteren in gaben, vnd in gebuden vnd gebiden an diſen Briefen, als die Furſten, Greben, Frien, Herren vnd Rittere, vur vns mit eyme geſameten Vrteyle irdeyleten, daſs ſie demſelben Dechene vnd Cappittel daruf ſullen antleiden alſe recht iſt, vva ſie der von Mentze gudes iſt bevviſit vvorden, ligendis vnd varindis, beſucht odir vnbeſucht, ane allen Vurzoich vnd Widir-rede.*

* Gevvaltsbott

Darnach begerten derſelbe Dechen vnd Cappittel zu Sente Victore, zu Schirmeren vnd zu Helferen, die Edelen Man, Vlrichin *von* Wirtenberg. Georien *von* Feldentze. Symon *vnd* Iohannen, *Gebruedere von* Spaynheim. Henrichin, Emmechin, *vnd* Gerlachin *van* Naſſovve. Yofriden *vnd* Friderichin *von* Lyningen, *Greben.* Georien *vnd* Henrichin, *Rugreben.* Iohannen *von* Dun, *vnd* Friderichin *von* Kirburg, *Wildegreben.* Vlrichin *von* Hanauvve. Craften, Gotzen *vnd* Lutzen *von* Hoynloch. *Des vurgenanten Godefridis von Eppinſteyn, vnd Walramis, des vurgenantin Greben Symons, Son.* Iohannen *vnd* Wilhelmen, *Greben von* Katzinelenbogen. Cunen *vnd* Philippes *van* Falkinſteyn, *Hern zu Mintzinberg, vnd der Schultheizzen, der Burgermeyſtere, der Rete, vnd der Gemeynde der Stede* Straizburg, Spire, Wurmetze. *Der Burgmanne vnd der Stat zu* Oppinheym, Colne, Aich, Cobelentze, Weſele *vnd* Boparten, Frankinvort, Friedeberg, Geylinhuſen, *vnd* Wezflar, *vnd darzu alre der, die dieſelben Dechen vnd Capittel zu Sente Victore irmanent odir vorderent myt diſem Briefe, die in von Gerichte gegeben vvurden ubir diſe vurgeſchribene Vrteyl, Edel vnd Vnedel, ſie ſin geſezzen in Steden, Veſten, odir vf dem Lande, vvi ſie geheizzen vveren, die in auch mit Vrteyle irdeylit vvurden, daz vvir in die geben ſulden, vnd gaben vnd geben, daz ſie in behulfin ſullint ſin, vnd ſie beſchirmen als recht iſt, vnd in vur Gerichte irdeylit iſt, vf der vurgeſchriben Burgere von Mentze Gut, gemeynlichin vnd beſunder.*

Da von ſo gebiden vvir veſteklichin vnd ernſtlichin von Gerichtis vvegen, vnde von vnſir Keyſirlichir Gevvalt, den vurgenanten Anleiteren, Schirmeren vnd Helferen, alſe die vurgenanten Dechen vnd Cappittel zu Sente Victore iz gevordert hant,

hant, vnd auch irdeylit iſt, daz ſie in behulfin ſin vf der vurgenanten Burgere von Menze Gut, gemeynliche vnd ſundirliche, ane Wider-rede, vnd vnuirzogenliche, vnd ſie daruf ſchirmen nutzeliche vnd getruvveliche, bi dem Eyde vnd der Truvve, die ſie vns vnd dem Riche ſchuldig ſin. In deden ſie des nicht, odir vvelchir vndir in dis Geboit vnd Vrteyl niht fullenfurte, als iz irdeylit iſt, vnd auch in von Gerichtis vvegen geboden iſt, da ſulden vvir vnd das Ryche hin richten alſe recht iſt.

Dirre Brief iſt gegeben zu Frankinvurte, zu Vrkunde diſer vurgenanten Vrteil vnd Gebodes. Do man zalte von Criſtis Geburte druzehen hundirt Iar, *vnd darnach in me* zvvey vnd drizegiſtin Iare. *Virſigilt mit vnſeme Houegerichtis Ingeſigele. In dem achtzindin vnſers Richs, vnd in deme funften iare vnſirs Keyſirtumes. an dem neyſtin Dinſtage vur deme vurgenanten vnſir Frouven Dage.*

Ex αὐτογράφῳ, ad litteram.

XXX

De ſecuta Ciuium cum Canonicis transactione.

Suo tum Moguntini cognoſcebant malo, quam noxium ſit, furori frena impotenter laxare. Interim nonnullam in benignitate læſorum ſpem ponentes, ad preces confugiebant, rogantes, ad tolerabiliores Canonici conditiones vt deſcenderent. Qua quidem ratione factum, vt hoc ipſo adhuc anno transactio quædam, Balduino Adminiſtratore præſente, fieret. Summa erat, vt ciues tum ſpolia omnia reſtituerent, tum deuaſtata omnia ſuo ſumtu certis terminis reædificarent: vt adeo ſpes eſſet, eccleſiam B. Victoris rurſus e difficultatibus ſuis emerſuram; maxime cum hæc conuentio poſtea an. MCCCXLI, inita feſto D. Magdalenæ Henricum Virnenburgium inter ac ciues compoſitione, his confirmaretur verbis: *Es iſt auch geredt, daſs vvihr vnd die Statt den Dhumherrn, vnd dem Cloſter zu* S. Alban, *zu* S. Iacob, *vnd dem* Stift *zu* S. Victor, *vnd den andern Herren, den ihr Höff oder Stift zerbrochen ſinth, ihr Höff vnd Cloſter ſollen vvider bavven vnd machen, nach der letzten Satzung, die darüber zvviſchen ihnen vnd vnſs vvard gemacht.*

Enimuero, ſuborto non longe poſt nouo Henricum Archiepiſcopum inter ac Gerlacum Naſſouium, de cathedra Moguntinenſi decertantes, bello, omnis illa transactio ſine effectu fuit. Res vero in eum tandem deducta ſtatum, vt prorſus nil abfuerit, quin eccleſia S. Victoris, quod Gerlaci ſequeretur partes, eſſet miſerrima. Fatetur id ipſum *Gerlacus* in litteris an. MCCCLX perſcriptis. Ait enim; *Sane cum pridem tempore diſcordiæ inter nos & noſtros ex vna, & quondam Dominum Henricum de Virneburg, olim Archiepiſcopum, & ſuos complices, parte ex altera, propter prouiſionem Apoſtolicam de ipſa eccleſia Moguntina nobis factam, ſuborta, eccleſia* S. Victoris *extra muros Mogunt. cuius Decanus & Capitulum ipſi Sedi & nobis obedientes extiterunt, & adhuc exiſtunt, & ipſius eccleſiæ curiæ & ædificia per incendia & malorum hominum incurſus & oppreſſiones violentas deuaſtata & ad exterminium deducta fuerint, & exiſtant, eatenus, quod penſata tenuitate reddituum ipſius eccleſiæ, ac multitudine perſonarum Deo inibi ſeruientium & habitationibus carentium, vix absque penuria grandique incommodo, niſi ipſis de opportuno ſubueniatur remedio, ſtare poterunt* &c.

XXXI

De legato Io. Scherpelin *eccleſiæ huic facto.*

Is ſtatu Collegialis huius pie perpenſo, eidem anno MCCCXLIX vltimæ voluntatis ſuæ tabulis transcripſit quinque iugera terræ arabilis, ante ciuitatem, *an der Steyge*, prope monaſterium Dalem. *Deinde*, ita verba habent, *dedit & legauit pro ſue & omnium progenitorum & benefactorum ſuorum animarum remedio & ſalute, ad preſencias chori eccleſie S. Victoris predicte, quinque iugera terre arabilis ante ciuitatem Moguntinam*, an der Steyge, *prope monaſterium* Dalem *ſita, pro anniuerſario, ſeptimo, & triceſimo ſuis annis ſingulis perpetuo in eadem eccleſia more ſolito peragendis.*

XXXII

De redintegrato aliquantum eccleſiæ huius ſtatu.

Quum plures annos in ruinis iacuiſſet ea, tandem *Carolo IV* adnitente, opemque

que ferente, aliquantum emersit, miseriis, quibuscum diu satis conflictata fuerat, leuata. Quod cum ex tabulis, quas hoc fine Imperator tum edidit, omnium optime cognoscere liceat, illas haud immerito huc apponimus. Sic autem habent:

CAROLVS *D. G. Romanorum Rex semper Augustus, & Boemie Rex, ad perpetuam rei memoriam. Dudum Venerabilis Willegisus, olim Moguntinensis ecclesie Archiepiscopus, in loco solido & famoso in monte* S. Victoris *prope Mogunciam, sollempne erexit Collegium, instituit & fundauit, ipsumque in honore glorioſissimi martiris sancti Victoris competentibus dotauit redditibus, & largis prediis ampliauit. Deinde recolende memorie* Otto *tercius, quondam Romanorum Rex, predecessor noster, predictum montem tam in area ecclesie, quam in aliis areis & locis ipsius montis, prout ante eius destructionem nouiter factam circumcinctus & septus fuerat, cum omnibus suis bonis, iuribus, & pertinenciis libertauit, eidem ecclesie, nec non Prelatis, Canonicis, & ministris, ac vniuersis & singulis hominibus, & bonis ad dictam ecclesiam pertinentibus, plenam & perfectam in omnibus tribuit libertatem, eximens eandem ecclesiam, tamquam locum Deo dicatum, nec non Prelatos, Canonicos, & ministros, ac bona ipsorum ab omni iurisdictione temporali, & transferens ipsam in iurisdictionem spiritualem & ecclesiasticam potestatem, plures redditus & prouentus pro dotacione vberiori dicti Collegii liberaliter largiendo. In cuius quidem libertatis possessione pacifica & quieta vel quasi, Prelati, Canonici, & Clerici ipsius ecclesie palam & notorie a quadringentis annis & amplius absque impedimento seu contradictione cuiuslibet extiterunt.*

Nos, libertates & gracias, piis locis per predecessores nostros factas, nolentes imminuere, sed augere, ymo cupientes predecessorum nostrorum vestigiis, & specialiter in laudabilibus & virtuosis actibus inherere, eidem ecclesie, nec non Prelatis, Canonicis, & ministris ipsius vniuersa & singula priuilegia & literas, nec non approbatas & laudabiles consuetudines, exempciones, immunitates, libertates & donaciones quascunque, eidem ecclesie & Collegio data seu datas, facta vel factas a Diuis Romanorum Imperatoribus & Regibus, predecessoribus nostris, vel Archiepiscopis Moguntinensibus, seu aliis Principibus, Magnatibus, Comitibus, Baronibus, vel Dominis temporalibus, & personis aliis quibuscunque, ac si dicta priuilegia & littere, nec non libertates, & laudabiles consuetudines cum suis tenoribus presentibus de verbo ad verbum essent inserta vel inserte, motu proprio innouamus, approbamus, ratificamus, & eciam de nouo concedimus, ac de certa nostra scientia presentis scripti patrocinio confirmamus. Statuentes, decernentes auctoritate presencium, & volentes, quod dicta ecclesia seu Collegium S. Victoris, *nec non Prelati, Canonici, & ministri eiusdem, vniuersi quoque homines, bona, possessiones & predia, cum pertinenciis ipsorum, ad dictum Collegium spectancia, quibuscunque censeantur nominibus, plenissima perpetuis temporibus gaudeant libertate.*

Verum, vt dolenter recepimus, quorundam temeritate & malicia, suadente dyabolo, per quandam detestabilem tyrannidem, habitaciones & edificia Prelatorum, Canonicorum, & aliorum Clericorum in monte predicto S. Victoris, *sunt deruta funditus & destructa, dicti Prelati & Clerici, habitaciones suas huiusmodi reedificare, & diuino ibidem insistere cultui renituntur; pertimiscentes verisimiliter, quod, reedificatis & reformatis eisdem habitacionibus non sine grauibus ipsorum laboribus & expensis, contingat ipsas forsitan processu temporis per similem tyrannidem dirui & destrui, & penitus annullari. Nos itaque cordialiter affectantes, nostre sollicitudinis suffragio, cultum diuini nominis audaugeri, & vt sincere dilectionis affectus, quem ad dictam ecclesiam, & eius ministros gerimus, per operis euidenciam clarius eluceſcat, ecclesiam ipsam, nec non Prelatos, Canonicos, & ministros, cum vniuersis & singulis hominibus & bonis ipsorum, in nostram & sacri Imperii protectionem recepimus & recipimus specialem, volentes, vt Prelati, Canonici, & Clerici supradicti, de nostra & ipsius Imperii protectione plenissime confidentes, in predicto monte* S. Victoris, *domos & habitaciones eorum reedificent & reforment, ibidemque in ecclesia predicta diuinis insistant obsequiis, vt tenentur, proinde eterne retribucionis, quorum nos participes fieri feruenti desiderio cupimus, premia recepturi. Nolentes eciam ipsum locum predictum, vt*

prefertur,

prefertur, a quocunque, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, potencie, ſeu condicionis exiſtat, ſub obtentu noſtre gracie de cetero inuadi, impeti, ſeu qualibet occaſione temporaliter in aliquo pregrauari. Dantes eis plenam licenciam, eundem locum muro firmo circumducendi, & forcius muniendi.

Vt autem predicti Clerici ad reedificandum & reparandum locum predictum ſint forcius inclinati, volumus, quod omnes fructus eorum, ſiue in vino ſiue in blado, ſeu rebus aliis exiſtant, poſſint libere deducere, quo voluerint per noſtra thelonea Reni, absque ſolucione thelonii cuiuſcunque. Statuentes inſuper, quod vbicunque bona eorum fuerint conſtituta ſub noſtro diſtrictu regio, quod ipſi Clerici, pretextu eorundem bonorum, ſteuras ſeu exactiones quaſcunque, quibuſcunque perſonis minime teneantur, non obſtantibus aliorum quorumcunque ſtatutis & indultis in contrarium editis quibuſcunque.

Nulli ergo penitus hominum liceat hanc noſtram innouacionis, approbacionis, ratificacionis, confirmacionis, libertacionis, & protectionis paginam infringere, ſeu ei auſu quouis temerario contraire, ſub pena centum marcarum argenti puri ab eo, qui contrafecerit, quociens hoc factum fuerit, irremiſibiliter exigendis, quarum medietatem regali noſtro erario ſeu fiſco, reſiduam vero partem iniuriam paſſorum decernimus applicari, preſencium ſub noſtre Maieſtatis ſigillo teſtimonio litterarum. Datum Metis, anno Domini MCCCLIIII, Indictione VII, decimo Kal. April. Regnorum noſtrorum anno octauo.

Per D. Moguntinum.

P. de Luna.

Reædificata igitur ſucceſſu temporis hæc fuit eccleſia, quamuis ad priſtinum decorem, vt *Trithemius* obſeruat, haud aſpirarit.

XXXIII

De Nicolai Grünenbergii *erga eccleſiam hanc liberalitate.*

Aedis ille huius magna dignitate agebat Præpoſitum. Vt per maiorum veſtigia, quod ſibi pulcrum putabat, incederet, an. MCCCLX de Præpoſituræ prouentibus Fratrum ad præſentias dedit decimam in tractu Altæuillæ.

XXXIV

De nouo, in quo ea fuit, diſcrimine.

Tempore Gerlaci circa an. MCCCLXVI duo quidam Nobiles variis Clericos exagitabant iniuriis. quo rerum ſtatu & ipſa non extra omne erat periculum. Quod intelligentes Canonici, ne in dubium ſe, ſuasque fortunas deuocarent, cum multos magnus paſſim ſubiret metus, in vrbem ſe recepere. *Miſcella* noſtra *ἀνέκδοτα* f. 102 a) *Interea quidam, videlicet dicti* de Zolner *&* de Rennenberg, *peſtilenter circa Rhenum circumuagantes, captiuauerunt Clericos, quos poterant inuenire, pretendentes, ſe iuſtam cauſſam aduerſus Dominum Archiepiſcopum Moguntin. habere. Vnde incuſſus eſt timor Clericis vniuerſis, ita quod vnusquisque in loco tuto ſe retineret, & ita Collegia extra ciuitatem Maguntin. ſcilicet ad* S. Crucem *&* S. Victoris *intrarunt in ciuitatem, in ſuis locis permanere non audentes.*

XXXV

De nouo, quod eccleſiæ huic imminuit, periculo.

Quum anno MCCCCLX *Fridericus* Victorioſus, Elector Palatinus, aduerſus Dietherum Archipræſulem duceret, ac Ingelhemio redux in agro vrbi circumiecto caſtra haberet, haud parum mali ædi D. Victoris, ad eamque Canonicis impendebat. Quibusdam enim Canonicorum ad S. Crucis ædibus ignem iam iniecerat, vicinorum Canonicorum domos ſimiliter in buſtum coniecturus, ni incendium pecunia redimerent. Cui periculo cum Fratres D. Victoris proximi eſſent, vt id amolirentur, 1500 aureos ei numerabant. *MS.* qui nobis eſt, Germanicus: *Vnd brandſchatzte die Stiffter vor der Stadt, als* Sant Alban, Sant Victor, *vnd* zum H. Creutz, *vmb* 3500 *fl. vnd vvard das* Stifft zum H. Creutz *dazu angezündet vnd verbrandt. Das geſchahe in der Creutzvvoche.* Quin, explicatius illo *Computus*, vt vocant, *Fabricæ S. Victoris: Hoc anno a Comite Palatino Domini ſpoliati fuerunt, & ne eccleſia cum domiciliis comburerctur,*

reretur, dicto Comiti soluti fuerunt 1500 *floreni.* E quibus rite interpretandi tum *Helvvichius* de dissidio Moguntino sect. I § IX p. 140 edit. nouæ, tum *Helvvichii* secutus vestigia, *Hachenbergius* in historia de Friderico Victorioso lib. III ad h. a. Conf. *Trithemius* in chron. Hirsaug. ad h. a. p. 438.

XXXVI

De ædis D. Victori *sacræ reconciliatione.*

Profanatam fuisse, satis patet ex sequentibus. A quibus vero profana fuerit habita, vtrum a Palatinis, an aliis, haud annotatum. Quare Decanus & Canonici curæ sibi duxere, vt cæremoniis solitis expiaretur. Factum id anno MCCCCLXIX, feria secunda Pentecostes, vt *computus Fabricæ* habet p. 183. b)

XXXVII

De difficultate, in qua ecclesia fuit, tempore belli Bauarico-Palatini.

Cum *Wilhelmus* Hassiæ Landgrauius, Homburgo an. MDIV expugnato, Rhenum cum exercitu denuo transmittere secum constituisset, in haud exiguam rursus ecclesia hæc incurrit difficultatem. Palatini namque, hosti præuertendum rati, montem D. Victoris & villam subiectam occuparunt, atque tamdiu insederunt, donec Moguntini sponderent, Landgrauio se deinceps transitum nullo concessuros modo. *Quinta die mensis Augusti Palatinenses venerunt in magna multitudine ad montem S. Victoris, & manserunt in eo sex diebus, non sine damno & incommodo Clericorum, qui prius ad ciuitatem confugerant, aduentu eorum perterriti. Nec prius inde volebant recedere, quam Canonici Moguntinenses vna cum ciuibus & Archiepiscopi locum tenentibus promitterent, ac litteris, cautionibusque necessariis firmarent, quod Landgrauio transitum deinceps vltra Rhenum nullatenus essent concessuri. His promissionibus cum sufficiente cautela susceptis, Palatinenses XII die mensis Augusti ad sua redierunt.* Ita *Trithemius* l. d. p. 614.

XXXVIII

De vltima eiusdem deuastatione.

Quum anno MDLII, in ista temporum caligine *Albertus*, Marchio Brandenburgicus omne in Moguntiam iræ virus effunderet, nobilissimam quoque hanc D. Victoris ædem, vna cum circumiacentibus ædificiis, domiciliisque, igne iniecto penitus deuastauit.

Factum id pridie D. Bartholomæi, d. XXIII Augusti, vel die XXII, noctu. Illud *Serarius* dicit lib. V rer. Moguntiac. p. 910; Hoc, *Dieffenbachius* in catal. manuscr. memorans, ecclesiam *S. Victoris* & *Carthusiam* d. XXII, noctu horam inter VIII & IX, flammis voracibus traditam; sequenti die vero mane hora VI ecclesiam *S. Crucis*, & *D. Albani* ædem incensam fuisse.

XXXIX

De translato in vrbem S. Victoris *Collegio.*

Quum ædem *S. Victoris* pristino statui restituendi pertenuis tum spes ostenderetur, pientissimus Archiepiscopus *Sebastianus*, eodem adhuc anno, Canonicorum Collegium in vrbem transtulit, & partes suas in antiquissima ecclesia Collegiali, cui a *S. Ioanne* appellatio est, peragere iussit; litteris Steinhemio die XXI Octobr. ad Decanum & Capitulum *S. Ioannis* datis mandans, vt Canonicis *D. Victoris* locum apud se faciant *.

* Mandati verba ita habent: *Begehren derhalben gnädiglich an euch, hiemit befehlend, ihr vvollet gedachten Stifts-Personen zu S.* Victor *in vnserm Stift zu S.* Iohann *bey euch Oeffnung geben, vnd zulassen, des Orts ihre Horas Canonicas vnd ander Christliche Gottesdienst neben euch zu verrichten; doch, dass ihr dadurch eure Diuina vnd Gottesdienst nit einstellet, sondern vor, oder neben, oder nach ihnen, vvie sich gebühret, vnd ihr euch zu vergleichen, vollenbringet* &c.

Quibus iussis cum hi obtemperarent, *S. Victoris* Fratres in hac *D. Ioannis* æde sacra munia & obire cœperunt, & in hunc vsque diem decenter obeunt. Quamuis enim sæpius de templo, cuiusque in monte instaurandis deliberarint, temporum tamen, quæ partim patriam iam occupabat, partim ei impendebat,

debat, iniquitate semper de conatu fuere depulsi. Tandem cum Sueci parietinas deiectas ad statuendum munimentum, cui Gustauiburgo nomen, auexissent, spes eos omnis, S. Victoris basilicam cum Canonicorum domiciliis aliquando reædificandi, deseruit.

XL

De pia Henrici Thœnen *erga Collegium voluntate.*

Is rei præfectus fuit Scholasticæ, & *Scherplino* (de quo supra) haud concessurus, anno MDCXXXVII multas Fratribus donationes fecit; ecclesiam vero pluribus aliis beneficiorum ornamentis ac commodis (*pias fundationes* vocant) illustrauit.

XLI

De diuino cultu, D. Victoris *in memoriam*, *in sacello* S. Michaelis *rursum instituto.*

Ne tamen *S. Victoris* in monte obliteraretur memoria, Reuerend. Collegium prouido cauendum censuit consilio. Locus vero, in quo sacra celebrarentur instituta, illi omnium commodissimus visus sacellum *S. Michaelis*, ædi *D. Victoris* olim contiguum. Ordinauit itaque, vt singulis diebus Mercurii sacrum in eo perageretur officium.

Id ipsum vero pro suo in augendis sacris zelo ac feruore anno MDCCXI recolendum sibi sumsit Admodum Reuerendus ac Illustris Collegii huius Canonicus ac Custos, *Ioannes Ferdinandus Henriquez* a *Strevesdorf*, & multo tandem labore, sumtuque instaurauit.

XLII

De præsenti Collegii huius statu.

Capitularium hoc tempore sunt XIX. *Domicellaribus* proprie sic dictis hic non est locus. Quippe designatis, simulac requisitos ætatis annos compleuerunt, aditus patet ad Capitulum siue Collegium. *Vicariorum* numerantur XVII; in quibus ei, qui Vicariam *S. Crucis* titulo insignitam, sacris obit officiis, commissa contributaque est administratio parœciæ in adiacente vico *Weissenauv*, & ea quidem iam a temporibus *Werneri* de *Bolandia* Præpositi.

Præter *Præpositum*, Capitularium e numero tres *Prælatorum* effulgent dignitate, tituloque. Sunt ii *Decanus*, *Scholasticus*, & *Cantor*.

Vt adeo Collegium hoc, sicuti olim, ita & hodie haud parum habeat splendoris; quin singulari cura, sollicitudine, labore singulorum ac omnium, cum maxime vero Reuerendissimi ac Perillustris Decani, *Caroli Emerici* L. B. de *Breitbach* in *Burresheim*, de exstinguendis, quæ post dictam deuastationem Brandenburgicam contracta fuere, debitis, pristinum, quem rebus inclinatis, propeque iacentibus amiserat, colorem speciemque fere recuperarit.

XLIII

De pristinæ ad D. Victorem *Collegialis amplitudine & magnificentia.*

Ambitu erat satis amplo. Basilicæ enim adiacebant Canonicorum & Vicariorum domicilia; præter ea vero habitationibus claustralibus quamplurimis erat locus. Mons portis, per quas ingressus erat ac egressus, erat instructus: muro adhæc cinctus, fossisque. Oppidulum dixisses.

A tempore inuentæ chalcographices typographeum quoque habuit, in quo ad deuastationem vsque, de qua dictum, varii, iique præstantissimi excusi fuere libri, codicesque.

XLIV

De iuribus ecclesiæ S. Victoris.

Sicuti B. Burchardus Willegisi auctoritate *ad electionem Fratrum claustri primates posuit*, ita Decanus & Capitulum ab antiquissimo tempore ius habent eligendi Præpositum: quod eisdem etiam Papa *Innocentius IV* non minus quarto pontificatus sui anno, XIII Kalend. Nouembr. Bulla edita confirmauit, quam

Archiepiſcopus *Matthias* peculiari diplomate, vt ſupra dictum, ſtabiliuit; licet illud a multis retro annis exercere nequiuerint, aliis in curia Romana Præpoſiti officio ſe abdicantibus, aliis ibidem in libitinæ cenſum redactis.

Decanus & Capitulum tum in monte Victoris iurisdictionem habent cum imperio coniunctam; tum etiam in ea vici Weiſſenavv parte, quæ *Mundat* ſiue *Immunitas* dicitur. Quam quidem heic Præpoſitus, qua Capituli Aduocatus, exercet; non autem iſtic, in monte ſcilicet.

Adhæc Decanus & Capitulum id habent peculiare, vt ditioni S. Victoris in vico Weiſſenavv ſubditi eisdem ſacramentum dicant, *als Erb-vnd Grund-Herren*; Præpoſito vero, qua Aduocato. Qui, cum poteſtatem iurisdictionis exercendæ, vt dictum, habeat, Canonicum Officialem ſiue *Ambtmannum* denominat, qui ius ibidem dicat, ſimulque ſollicite caueat, ne Prætor & Scabini contra iura Capituli quid admittant.

Decanus itidem ac Capitulum in monte *ius* habent *fori*. Vnde, dum olim Canonici ibidem habitabant, ſingulis diebus Iouis, qui e Palatinatu & circumiacentibus villis vrbem ad mercatum die Veneris agendum adibant, res, quas adferebant, mercales ibidem producere, venumque exponere ſolebant.

Præter ea Decanus & Capitulum gaudent iure patronatus altaris *S. Catharinæ* in parochiali ad *D. Ignatium*, ab *Herbordo* dicto *Falckener*, ciue Moguntino, erecti, certisque reditibus inſtructi, vt ex teſtamento, quod an. MCCCXIV quarta ante Pentecoſten fecit, patet; altaris itidem S. Nicolai *Pauperis* prope Mittelheim. Vbi tamen obſeruandum, quum id altari S. Nicolai *Diuitis* in Oeſtrich (cuius ius patronatus Communitati competit) iunctum ſit, Capitulum & Communitatem alternis id vicibus conferre.

XLV

De Præpoſiti *iuribus.*

Præpoſitus quidem, qua Præpoſitus, haud eſt in Canonicis; Canonicatum tamen, vna cum Præpoſitura, poſſidere poteſt. Quem ſi tenet, tum, qua Canonicus, omnibus Canonicorum iuribus ac priuilegiis fruitur; conuentibus etiam Collegii intereſt, ſiue ſeſſionem in Capitulo habet.

De cetero iuribus aliis haud contemnendis gaudet. Quippe in ea vici Weiſſenavv parte, quæ Immunitas ſiue Mundat appellatur, iurisdictionem, qua Aduocatus exercet, vt iam dictum. Adhæc Canonicum Officialem, qui ius ibidem dicat, deſignandi habet poteſtatem.

Olim etiam Archidiaconatum habuit Oppenhemium vsque ſe protendentem, atque adeo ampliſſimum: ſiquidem, qua Archidiaconus, ius habuit Oppenhemii in eccleſia *D. Catharinæ* Collegiata perſonam idoneam ſibi a Romanorum Rege ad Præpoſituram eiusdem eccleſiæ, quotiescunque vacaret, præſentatam inueſtiendi, ſiue in poſſeſſionem dignitatis, munerisque illius introducendi*: Cuſtodiæ, vt vocant, officium, quotiescunque vacaret, cuidam conferendi: Decanum, Scholaſticum, & Canonicos a Capitulo electos confirmandi: Plebanum a Collegio præſentatum in poſſeſſionem officii ſollemniter immittendi: cauſſas ſeu lites, quæ ſuper Canonicatibus ſiue præbendis erant, decidendi &c. ſicuti latius videre eſt in hiſce Decani totiusque ad dictam D. Catharinæ ædem Capituli litteris, an. MCCCXX, VIII Id. Iul. datis.

Decanus, Scolaſticus, Cantor, Cuſtos, totumque Capitulum eccleſie S. Katharine Noue plantacionis *in Oppinheim recognoſcimus per preſentes, & ad vniuerſorum noticiam peruenire cupimus luculentam, quod Honorabilis vir* D. Wernherus *de* Bolandia, *Prepoſitus eccleſie* S. Victoris, *in cuius Prepoſiture terminis dicta noſtra eccleſia conſiſtit, ſue Prepoſiture nolens iura negligere, ſed ea deſiderans ampliare, habito conſilio ſui Capituli, ac precedente deliberacione matura, tempore ſui conſenſus, quod fieret in parochiali eccleſia* S. Katharine *predicta Collegium, noſtroque vnanimi accedente conſenſu, in genere omnia iura, que ſibi competunt in eccleſia* S. Victoris *predicta, & in ſpecie poteſtatem & facultatem ſibi & ſuis ſucceſſoribus pro tempore exiſtentibus reſeruauit infraſcripta; quod videlicet, ad Prepoſituram noſtre eccleſie va-*

can-

cantem, perſonam ydoneam, ſibi per Romanorum Regem, qui pro tempore fuerit, preſentandam, habebit inueſtire; Cuſtodiam, ſeu Cuſtodie officium, quociens vacauerit, conferre; Decanum, Scolaſticum, Cantorem, & ſingulos Canonicos rite per nos electos confirmare; Plebanum de noſtro Capitulo, & non aliunde, ſibi per nos preſentandum, inueſtire, qui decenter & honeſte ſe regere, ac ſanctam tenebitur ſynodum viſitare; cauſas ſeu lites, ſi quas ſuper Canonicatibus & prebendis emergere contigerit, decidere, per ſe vel Officialem ſuum, ſeu alium, quem ad hoc duxerit deputandum; Iuriſdictionem ſuam ſicut ante in omnibus cauſis ſuper nos exercere, viſitare, corrigere exceſſus & negligencias de eccleſia quorumcumque. Tenebimur eciam nos, ſubſidium Prepoſito predicto cum Fratribus Capitularibus in Nerſthein *ſicut antea contribuere, cum fuerit oportunum, ac alia incumbencia onera ſupportare. Renunciantes expreſſe omni priuilegio & iuris vtriusque auxilio, quod nobis, ad veniendum contra premiſſa vel eorum aliquid, poſſet quomodolibet ſuffragari.*

In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtri Capituli preſentibus duximus appendendum. Datum anno Domini MCCCXX, VIII Idus Iulii.

* Quod ad ius iſtud, Præpoſitum ſcilicet ad D. Catharinæ in poſſeſſionem muneris immittendi, attinet, notandum, id annis ſequentibus, Præpoſitura Collegio iſti adunata, eſſe exſtinctum. Indicio ſunt, quas ſubiungo, litteræ. *Nos Herbordus Decanus, totumque Capitulum eccleſie S. Catharine in Oppenheim, publice profitemur, quod quia RR. DD. Decanus & Capitulum eccleſie Mog. incorporacioni & vnioni de Prepoſitura eccleſie noſtre predicte in Oppenheim nobis facte per Reu. in Chriſto Patrem ac Dominum, D. Gerlacum Archiepiſcopum Mogunt. benenole conſenſerunt, nos in ſignum huiusmodi conſenſus adhibiti, duas libras cere ad fabricam dicte Moguntine eccleſie de Prepoſitura eccleſie noſtre predicte ſingulis annis in die B. Martini Epiſcopi hyemali dare promittimus. Dantes hanc lit. --- MCCCLVII, IV die menſis Marcii.*

NB.

Cum tabulæ, litteræque allatæ ex ipſis αὐτογράφοις erutæ ſint, retinui, quo ſingulæ exaratæ ſunt, ſcripturæ modum; quod, ne quis hic vel illic erroris typographici quid ſubeſſe ſuſpicetur, breuiter indicandum duxi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

SECTIO II,
PRAELATORVM
COLLEGIATAE HVIVS
CATALOGVM
COMPLECTENS.

I
PRAEPOSITORVM.

BVRCHARDVS.

10..

FRater Franconis, Episcopi Vormatiensis, vt ex dicendis patebit. Primus, qui *Præpositi* titulo Fratribus S. Victoris præfuit. Diserte scriptor vitæ illius, verbis supra allatis: *Istis quippe hisque similibus pollens virtutibus per singulas graduum scansiones ad Diaconatus ordinem ab Archiepiscopo sublatus est, & loco cuidam pauperrimo* (fuit is *B. Victoris* monasterium) *Præpositus est. Hunc igitur locum, Archiepiscopo adiuuante, summo nisu statim adauxit, totisque viribus decorauit. Nam egregium monasterium simul & claustrum in honore* S. Victoris *ibidem construxit, positisque ad electionem Fratrum claustri primatibus, cursum certis temporibus decantari, seruarique præcepit.*

Collegii res & singulari administrauit industria, & traditis pluribus latifundiis, aliisque bonis adauxit. Qua re cum magnam nominis consecutus famam esset, ad altiores adscendit dignitates, & Razoni, Episcopo Vormacienſi ab Othone III Imperatore surrogatus fuit. Signanter *Monachus Kirschgartensis*; *Burckardus, olim* Præpositus S. Victoris *extra muros Mogunt. germanus Franckonis prædicti Episcopi* &c.

Ad superos euocatus est an. 1024, d. 19 Augusti. Idem, quem modo dixi, *Monachus*; *Obiit anno Domini* 1024, 14 *Kalend. Septembr. prout habetur in antiquo libro in libraria Wormat. Sepultus sub altare S. Laurentii, tandem exhumatus: cuius ossa in quadam cista antiqua depicta posita sunt, quæ habetur supra altare maius in posteriori parte, & singulis annis in eius anniuersario reliquiæ eius monstrantur.* Addit *Helvvichius* in prodromo annalium Wormatiensium; *Vti ea anno Christi* 1614, *die* 27 *Octobris vidi, chartamque appositam legi, his verbis inscriptam:* "Heu, heu, charissimi, magnum festum de-"cens esset obtinere de Burchardo, tertia die ante festum natiuitatis Mariæ vir-"ginis; propter passionem Præsul Burckardus heu non est canonisatus, huius "fundator, templique reædificator".

10.. ### *Gunzelinus.*

Nominatur in tabulis, quibus Wezzil Canonicus an. 1064 quinque istos mansos (de quibus supra § 5) altari S. Crucis in ecclesia S. Victoris tradidit.

10.. ### *Hartvvinus.*

Consanguineus fuit Sifridi I Archiepiscopi; cuius etiam in litteris an. 1072 datis (de quibus supra § 5) occurrit.

10.. ### *Abo.*

Vixit sub Ruthardo Archiepiscopo: cui decimationem in Sobernheim, commutatione facta, tradidit. Quo vide litteras *Ruthardi* anno 1108 datas, & conf. quæ supra initio § 6 attulimus.

Ortho

Ortho al. *Otho.* 1...

Floruit itidem temporibus Ruthardi: quippe cuius in litteris anno 1104, 1108, & 1112 scriptis testium in numero inuenitur.

Dudo. 11..

Testibus adscriptus in tabulis, quibus Adelbertus I anno 1118 possessiones quasdam ab bonis monasterii D. Disibodi alienatas se recuperasse, eidemque firmasse perscripsit.

Henricus. 112.

Memoratur in litteris, quibus idem Adelbertus anno 1122 ecclesiæ S. Victoris duos donauit mansos. Tum vero in aliis eiusdem anno 1124, 1130, 1132, & 1133 signatis. Anno 1135 precibus impetrauit suis, vt idem Adelbertus Collegio S. Victoris aquæ ductum pro molendinis concederet; item anno 1139, vt Adelbertus II, quicquid habebat iuris in vinetis istis (de quibus supra § 7) B. Victori libere donaret.

Fuit hic Henricus simul maioris ecclesiæ Præpositus, & tandem Marcolfi in locum factus est Sedis Moguntinæ Archiepiscopus, an. 1142.

Gerlaus siue *Gerlacus*, 114.

Decanus domus Maioris.

Anno 1143 permouit Henricum I Archiepiscopum, vt donationem decimationum ecclesiæ S. Victoris factam diplomate edito firmaret. Sequentibus annis pluries occurrit, & anno adhuc 1160 adducitur, vt testis, in tabulis, quibus Arnoldus Archiepiscopus ecclesiæ B. M. V. ad gradus villam *Vrefo* liberali manu tradidit.

Conradus. 11..

Anno 1184 testium in numero est in litteris, quibus Conradus I sacellum in *Ilsheim* ecclesiæ S. Mauricii vniit siue incorporauit. Sequenti vero ipse decimam quandam in Hechedesheim (hodie *Hexheim*) & vineas quasdam in Lubenheim (*Laubenheim* hodie) Conradi Archiepiscopi exhortatione vsibus Fratrum transscripsit.

Wortvvinus. 118.

Testes inter est in tabulis Conradi I Archiepiscopi modo dicti, anno 1189 ecclesiæ S. Stephani concessis.

Christianus, 12..

Ecclesiæ maioris Canonicus, post *Cantor*, *Decanus*, & *Præpositus.*

Occurrit in litteris Sifridi II an. 1210, item in aliis anno sequenti 1211 perscriptis. Ceterum is ipse feudum quoddam siue beneficium in vico Winckel, Sifrido Archiepiscopo annuente, anno 1220 ecclesiæ S. Victoris ad præbendas Fratrum perpetuo possidendum contulit. Vide supra § 15. Anno 1234 sententiam tulit in caussa monasterii Erbacensis *contra villanos de Griezheim.* Anno 1249 factus est Archiepiscopus.

Ludouicus, 1249

Ecclesiæ maioris Canonicus, post *Scholasticus* & *Decanus.*

Anno 1250 testis memoratur loco in litteris Capituli super 6 solidis, quotannis a monasterio Walstorf soluendis. Erga Fratres maxime fuit beneficus. Conf. modo, quæ supra dixi § 19 & 21. Ceterum Collegii quoque metropolitani Scholasticum egit, ac dein Decanum: tandem vero, missis hisce dignitatibus, monachum induit, ac anno 1267, feria 2 post Remigii, Ordinem FF. Minorum Moguntiæ ingressus est.

Arnoldus, 1267

Collegii metropolitani Scholasticus & Præpositus Heiligenstadensis.

Successit in locum Ludouici, ceu patet ex tabulis, siue instrumento, continente

nente reſponſa teſtium productorum *de iure eligendi Præpoſitum*, an. 1325 confecto. Sic enim ibi; *Henricus, Cuſtos eccleſie S. Victoris extra muros Maguntin. ſacerdos, teſtis primus, iuratus, & plus quam ſexagenarius. Requiſitus dicit, quod recordatur, quod quidam, nomine* Ludovvicus, *quondam Prepoſitus eccleſie S. Victoris, & Decanus eccleſie maioris Maguntine, Prepoſituram eiusdem eccleſie S. Victoris tenuit, ſed, ex cuius collacione, neſcit, licet audiuerit, quod ex electione Capituli haberet eandem. Dicit eciam, quod illo intrante Ordinem FF. Minorum, & dicte Prepoſiture renunciante, Capitulum eccleſie S. Victoris quendam* Arnoldum, *tunc Scolaſticum maioris eccleſie Maguntine, in Prepoſitum ſuum concorditer elegerunt, & quod idem* Arnoldus *per bone mem. D. Wernherum tunc Archiepiſcopum Maguntinum fuerit confirmatus, & eandem Prepoſituram vsque ad obitum ſuum tenuit pacifice & quiete.*

Requiſitus de cauſa ſciencie, dicit, quod tempore ſue electionis habitabat in monte S. Victoris, & erat ſcolaris Henrici de Blanckenburg, tunc Cuſtodis eiusdem eccleſie, & quod idem Cuſtos poſt publicacionem electionis dixit teſti, qui dicit, quod reciperet equum prefati Arnoldi, *& reduceret ipſum in ciuitatem ad curiam prefati Scolaſtici, cuius erat equus ipſe, quia eſſet in Prepoſitum concorditer electus: & ipſo teſte dicente, ſi aliquod iocale de talibus nouis ab eo deberet requirere, dictum fuit ſibi, quod non: eo, quod quidam alius ad hoc per Capitulum deputatus huiusmodi iocale habere deberet.*

Et cum equum reduxiſſet, interrogatus fuit a predicto Scolaſtico, ſi Capitulum S. Victoris Prepoſitum elegiſſet, & quem? reſpondit teſtis, quod elegiſſent Prepoſitum: ſed quia iocale de nouis dandum alii ſocio eſſet deputatum, ipſi nolle dicere, quis eſſet electus. Tum Scolaſticus reſpondit; dicas audacter; tu nichilominus habebis tuum iocale: tunc teſtis dixit, quod ipſe Scolaſticus in Prepoſitum eſſet electus. Quo audito Scolaſticus Deo gracias reddidit, & vt audiuit, per prefatum Archiepiſcopum confirmatus fuit, & dicit, quod Prepoſituram ipſam vsque ad obitum ſuum tenuit pacifice & quiete.

Diem autem obiit an. 1268, d. 17 Ian. vide catalogum *Scolaſticorum* metropolitanorum p. 317.

1268 ## *Simon* de *Schöneck*,

Collegii metropolitani Decanus.

Simulac Arnoldi in locum electus fuit, d. 29 Ian. ratam habuit incorporationem, vt vocant, decimæ in Biſchofsheim, a Ludouico Præpoſito Capitulo in augmentum præbendarum conceſſæ. An. 1274 nominatur in litteris, quibus eccleſia S. Victoris officium, quod in Thuringia tenebat, Bertholdo & Henrico, fratribus, cognomento *Rex*, ciuibus Erfurtenſibus, locauit. An. 1277 firmauit S. Victori carratam vini, quam Ludouicus, Præpoſitus de 7 carratis Præpoſituræ quotannis Altæuillæ prouenientibus ad præſentias, vt loquuntur, donarat. Biennio poſt redemit duas carratas vini in Rüdisheim, quas Philippus de Birgſtatt a Præpoſito S. Victoris beneficii nomine tenebat. An. 1283 Præpoſiti depoſuit munus, electus Antiſtes Vormatienſis.

1283 ## *Gebehardus*,

Collegii ad ædem principem Decanus.

Anno 1286 cum Decano S. Victoris denominauit nouum Cantorem, ſimulque alia, Succentorem ſpectantia, ſtatuit. Sequenti ipſe cum Capitulo, quæ Cellario agenda ſint, Plebano itidem S. Crucis in eccleſia, ordinauit. Anno 1289 ratam habuit emptionem duarum carratarum vini in Eltvil (quas Philippus de Birgſtatt a Præpoſito clientelari tenuerat iure) a Capitulo S. Victoris factam; duarum itidem carratarum vini, quas Henricus & Wilhelmus, Milites de Eſelvveck, ibidem a Præpoſito ſub lege beneficiaria conſecuti erant. † an. 1293, 7 Kal. Iul.

1295 ## *Wernerus* de *Bolandia*,

Canonicus Metropolitanus.

Præpoſiti ad D. Victorem titulo occurrit in litteris an. 1294, 5 Id. April. 1295, 12. Kal.

12 Kal. Nouembr. & 1296, Non. Mart. datis. An. 1309 commutauit curiam Præpoſituræ in Rüdisheim cum curia Pauli Armigeri, additis in ſumtus reparationi impendendos 20 marcis Colonienſ. cum dimidia. An. 1313 curiam in pede montis ſuper litus Rheni ſitam, & ab ſe olim coemtam, vendidit Decano & Capitulo pro 9 libris Halenſib. cum onere tamen ſoluendi cenſus. † an. 1324, 4 Kal. Decembr.

Ioannes Senne de *Munſingen.* 1325

Nepos Matthiæ Archiepiſcopi e ſorore, Canonicus Moguntinus & Baſileenſis, Wernero ſucceſſor datus eodem an. 1325, d. 11 Februar. quo legi merentur binæ dicti *Matthiæ* Archiepiſcopi litteræ, eodem anno ſcriptæ, ſupra § 26, nec non ſequentes.

In nomine Domini Amen. Per hoc preſens publicum inſtrumentum pateat vniuerſis, quod anno a natiuitate eiusdem MCCCXXV, Indictione VIII, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini, D. Iohannis, diuina prouidencia Pape viceſimi ſecundi, anno nono, vndecima die menſis Februarii, que fuit feria ſecunda proxima poſt dominicam, qua cantatur Exurge, *hora diei poſt ſummam Miſſam celebratam, in eccleſia S. Victoris extra muros Magunt. in loco Capitulari eiusdem eccleſie, congregatis in vnum Honorabilibus Viris, Dominis* Dudone, *Decano.* Iacobo *Scolaſtico, Presbyteris.* Nycolao *Cantore, Subdyacono.* Petro *dicto* Piſtor, *Presbytero.* Henrico, *dicto de* Demone. Wernhero *de* Algensheim. Iohanne *dicto* Stoes, *Dyaconis.* Emmerchone *de* Ingilnheim. Henrico *Cuſtode, Presbyteris.* Petro *dicto* Stoes. Criſtiano. Marquardo. Iacobo *dicto zum* Silberberg, *Subdyaconis.* & Gotfrido *de* Hoſenbach, *Presbytero. Canonicis dicte eccleſie S. Victoris, tunc totum Capitulum -- repreſentantibus, in mei Notarii publici & teſtium ſubſcriptorum preſencia, recognoſcebant mutuo, ſibi dictos terminum & horam, prefixos ad electionem faciendam ad Prepoſituram, vacantem ex obitu b. m. Domini* Wernheri *de* Bolandia *olim & vltimi ibidem Prepoſiti, eius corpore, vt dicebant, tradito eccleſiaſtice ſepulture.*

Proteſtabatur igitur Decanus predictus pro ſe, omnibus quoque ſibi adherentibus, & adherere volentibus, ante omnia, quod cum ſuſpenſis, excommunicatis, interdictis, vel alias a iure ad eligendum prohibitis, non intenderet eligere, immo, ſi tales ſciret, & pre ſcandalo poſſet, ipſos a Capitulo vellet expellere, nec vellet, quod ſi in futurum tales inuenirentur, in electione voces preſtitiſſe, .. vlli afferrent ſuffragium vel eciam nocumentum, ſed prorſus pro non receptis & habitis haberi deberent. In quam quidem proteſtacionem quilibet premiſſorum Fratrum Capitularium, mox ea facta, conſenſit expreſſe. Tractantibus autem ipſis, per quam formam vellent proceáere, placuit ipſis omnibus, per formam ſcrutinii procedere in hoc caſu.

Electis igitur a dicto Capitulo vnanimiter Dominis, Decano, & Scolaſtico, & Cantore predictis, pro ſcrutatoribus votorum, ac inſuper ipſis, & eorum cuilibet in ſolidum ad publicandum ſcrutinium, collacionem & communem electionem faciendas, poteſtate tradita ab eodem Capitulo, ipſisque ſcrutatoribus ſe a communi ad angulum trahentibus, dicti Domini, Scolaſticus & Cantor Decanum primo, idem vero Decanus & Cantor, ipſum Scolaſticum ſecundo; tercio vero loco, dicti Decanus & Scolaſticus ipſum Cantorem adiurantes per Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, ad nominandum, quem crederent ydoneum, & vtilem, eligendum in Prepoſitum eccleſie predicte, quilibet eorum, ſuo tamen ordine, ſuum votum direxit in Dominum IOHANNEM *de* MVNSINGEN, *Canonicum eccleſie Maguntine, in huiusmodi Prepoſitum eligendum. Quibus vt ſic peractis, ſecrete & ſigillatim vocarunt ad ipſos, alios eorum Fratres Capitulares predictos, & ſimili adiuracione premiſſa ipſos requiſiuerunt de voto ſuo. Qui ſimiliter ſuo ordine requiſiti, ſua vota in Dominum* Iohannem *prelibatum direxerunt.*

Redactis igitur per me Notarium publicum ſubſcriptum in ſcriptis, votis omnium vt ſic expreſſis, dicti ſcrutatores ad Capitulum regredientes; prefatus D. Decanus vota cunctorum in dictum D. Iohannem *fuiſſe directa, in communi coram omnibus publicauit. faciens mox deinde collacionem* Numeri, Zeli, & Meriti. *Primo ad* Numerum, *quomodo videliset ipſis Fratribus Capitularibus ad huiusmodi electio-*

nem congregatis, & requisiti de votis ipsorum, vt premittitur, in memoratum Dominum Iohannem *communiter consensissent. Secundo quoad* Zelum, *quomodo videlicet idem* Iohannes *nulli ipsorum consanguinitate, affinitate, vel quouis alio speciali vinculo foret astrictus, quo suadente ipsum deberent eligere, sed tantum, quia per eum, dictam ipsorum ecclesiam & Preposituram, nec non ipsarum iura sperarent vtique defensari, nominassent eundem. Quoad* Meritum *vero, quia idem* D. Iohannes *esset homo nobilis, vite laudabilis, & bone conuersacionis, nec non alia sibi suffragarentur, quibus existentibus eligi deberet vtique ad Preposituram eandem, concludens ex premissis, ipsum fore eligendum in Prepositum sue ecclesie supradicte. Qua collacione vt sic facta, idem Decanus, potestate sibi ad hoc a Capitulo tradita, electionem communem in scriptis legit & fecit, continencie in hec verba:*

> *Cum vacante Prepositura ecclesie S. Victoris extra muros Magunt. vocatis, qui fuerant vocandi, & presentibus, hodierna die ad electionem prefixa, omnibus, qui debuerunt, voluerunt, & potuerunt commode interesse, placuit omnibus per viam scrutinii vacanti ecclesie prouidere, factoque scrutinio iuxta formam concilii generalis, ac eo publicato, & collacione habita diligenti receptum sit, totum Capitulum in Dominum* Iohannem *de* Munsingen, *Canonicum ecclesie Maguntine conuenisse, virum vtique prouidum, & virtuosis moribus insignitum. Idcirco ego Dudo, Decanus eiusdem ecclesie, potestate michi super hoc tradita & in me recepta, vice mea & tocius Capituli, ac omnium, ius in ipsa electione habencium, dictum Dominum de Munsingen, inuocata Spiritus sancti gracia, eligo in Prepositum ecclesie memorate.*

Qua electione vt sic facta, omnes Fratres Capitulares predicti ipsam approbabant, & in eam consenciebant, Te Deum laudamus *in Domino proferentes, ac eciam vt sic eam factam prenotatus Decanus ex eorum mandato egrediens locum Capitularem ad ecclesiam ipsam hys, quos inuenerat, publicabat. Facta sunt autem omnia premissa, postquam conuenerant, eodem instanti & contextu, nullis actibus intermediis. Indictione, Pontificatu, mense, die, locis & horis predictis. Presentibus Honorabilibus & Discretis viris, Dominis & Magistris,* Vlrico, *Preposito ecclesie S. Seueri Erfordens. &* Henrico *de* Oppenheim, *Aduocato S. Sedis Maguntine, ad premissa vocatis pro testibus & rogatis.*

Et ego Iohannes, *dictus* de Ruschenberg, *Clericus Maguntin. publicus Imperiali auctoritate Notarius, congregacioni, protestacioni, scrutinio, publicationi, collacioni, electioni, ac omnibus & singulis aliis premissis vna cum prenotatis testibus interfui, ea, prout superius scripta sunt, vidi & audiui, hoc instrumentum publicum inde confeci, manu mea scripsi, signoque meo signaui consueto, rogatus & requisitus.*

Anno 133. mitram consecutus Basileensem, Præposituræ dignitatem ad manus Capituli dimisit.

1336

Ioannes dictus *Vnterschopf.*

Constantiensis patria; vnde non raro *Ioannem* de *Constantia* appellari videas. Collegii summi Decanus. Anno 1336 a Decano & Capitulo in locum *Ioannis Senne* electus. quo legi merentur sequentes Balduini Administratoris litteræ, quibus Decano Bingensi & Cantori ecclesiæ D. Bartholomæi Francofurti committit, vt electionem illius a Decano & Capitulo factam examinent, & si Canonicam repererint, confirment.

Iudices S. Moguntine Sedis recognoscimus, per presentes, nos litteras subscriptas, sigillis Honorabilium Virorum, Dominorum Decani Pingvvensis, & Cantoris S. Bartholomei Frankinfordensis ecclesiarum, executorum negocii subscripti, pendentibus sigillatas, non cancellatas, non abolitas, non rasas, nec in aliqua sui parte viciatas, prout nobis prima facie apparebant, vidisse, legisse, & transcribi fecisse, tenoris & continencie in hec verba:

„ Decanus Pingvvensis, & Cantor S. Bartholomei Frankinfordensis Eccle-
„ siarum, executores ad infrascripta a Reuerendo in Christo Patre ac Do-
„ mino, Domino *Baldevvino* S. Treuerensis ecclesie Archiepiscopo, sancte

„ Moguntine

„Moguntine Sedis in ſpiritualibus & temporalibus Prouiſore, ſpecialiter „deputati, diſcretis Viris, S. Victoris & S. Nycolai in Stega, extra muros „Maguntinos eccleſiarum Plebanis, ſalutem in Domino. Noueritis, nos „litteras Domini *Baldevvini* predicti ſub magno ſuo ſigillo pendenti re„cepiſſe, tenoris & continencie, in hec verba.

„BALDEWINVS, *Dei gracia S. Treuerenſis eccleſie Archiepiſcopus, ſancte „Moguntine Sedis in ſpiritualibus & temporalibus Prouiſor, Dilectis in Chri„ſto, Decano eccleſie Pingvvenſis, & Cantori eccleſie ſancti Bartholomei „Frankinfordenſis, ſalutem in Domino: Honorabiles Viri, Decanus & Ca„pitulum eccleſie S. Victoris extra muros Mogunt. nobis humiliter ſupplica„runt, quatinus electionem ipſorum nuper celebratam canonice de perſona „Honorabilis Viri* Iohannis *dicti* Vnderſchopf *de Conſtancia, ** Canonici „Moguntini, ad Prepoſituram predicte eccleſie B. Victoris, vacantem ad „preſens, ex eo quod Dominus* Iohannes *dictus** Senne, *ipſorum olim Pre„poſitus, Epiſcopatum eccleſie Baſilienſis eſt adeptus, confirmare dignare„mur. Nos igitur ad preſens pluribus arduis noſtris, & eccleſie Mogun„tine negociis prepediti, vacare huiuſmodi negocio commode non valentes, „Diſcrecioni veſtre committimus, & mandamus, quatinus per publice pro„clamacionis edictum, in loco debito, vocatis coram vobis, qui fuerint euo„candi, inquiratis de electione ipſa, & Electi meritis diligencius veritatem, & „ſi inueneritis eam canonice celebratam, vos ipſum, vice & auctoritate „noſtra, confirmetis, inducentes prefatum Electum poſt confirmacionem ve„ſtram huiuſmodi, vel eius Procuratorem ſuo nomine, per vos vel alium „ſeu alios, in corporalem poſſeſſionem dicte Prepoſiture vel quaſi, & iurium „& pertinenciarum ipſius, ſibique faciatis de eiuſdem Prepoſiture iuribus „& pertinenciis integre reſponderi, & a ſubditis ſuis, Clericis & Laicis, „obedienciam & reuerenciam, tanquam vero ipſorum Prepoſito debitas, ex„hiberi, contradictores & rebelles, per cenſuram eccleſiaſticam, racione pre„uia compeſcendo. Datum anno Domini MCCCXXXVI, III Idus Maii.*

* l. Decani

* Senne de Munſingen

„Veniens igitur ad nos Honorabilis Vir, Dominus *Iohannes Vnderſchopf „de Conſtancia, *Canonicus Moguntinus, canonice electus per Hono„rabiles Viros, Dominos Decanum & Capitulum eccleſie S. Victoris „extra muros Mogunt. ad Prepoſituram eiusdem eccleſie S. Victoris, va„cantem ad preſens ex eo, quod Dominus *Iohannes* dictus *Senne*, olim „Prepoſitus eiusdem eccleſie S. Victoris, Epiſcopatum eccleſie Baſileenſis „eſt adeptus, nobis humiliter ſupplicauit, quatinus electionem huiuſmo„di, ſic de ipſo canonice factam, confirmare dignaremur. Nos vero, „iuxta doctrinam Apoſtoli, nemini volentes imponere cito manum, ſed „ius ſuum vnicuique illeſum conſeruare volentes, vobis, & cuilibet ve„ſtrum, qui requiſiti fueritis, ſub pena ſuſpenſionis & excommunicacio„nis diſtricte precipiendo mandamus, quatinus ſtatim, viſis preſentibus, di„ctam eccleſiam S. Victoris perſonaliter accedentes, in eadem eccleſia & in „loco debito, proponatis publice proclamacionis edictum, citando perem„torie omnes & ſingulos, qui de huiuſmodi electionis negocio ſua cre„diderint intereſſe, quos & nos citamus peremtorie per preſentes, vt ſab„bato proximo poſt dominicam, qua cantatur *Exaudi*, hora *Prime*, in „ambitu eccleſie Pingvvenſis compareant coram nobis, ius ſuum, ſi quod „habuerint in Prepoſitura & electionis negocio huiuſmodi, legitime oſten„ſuri, cum intimacione, quod nos alias, ipſorum abſencia non obſtante, „circa electionem ipſam & eam contingencia, de dicta Prepoſitura, per „eosdem Dominos, Decanum & Capitulum eccleſie S. Victoris predicte, „de prefato Domino Iohanne factam, ſecundum traditam nobis formam, „prout iuſtum fuerit, procedemus. Reddentes literas veſtris ſigillis ſigil„latas in ſignum executionis premiſſorum. Datum Pingvvie anno Domi„ni MCCCXXXVI, II Idus Maii.

* Decanus

In cuius viſionis, lecture, & transſumpcionis teſtimonium, noſtrum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Actum & datum anno Domini MCCCXXXVI, III Idus Decembris.

† Kalend. Maii anno 1345.

134. ## *Nicolaus* de *Grünenberg.*

Ita quidem vocatur in litteris, queis decimas in tractu Eltvil Collegio S. Victoris indulsit atque incorporauit. *Sturzkopp* vero cognominatur in tabulis, quibus succesſoris perſcripta electio. Gerlaci Archiepiſcopi ab ſanctioribus fuit conſiliis, & omnium arcanorum arbiter, paſſim appellatus, *vnſer heimelicher Rade*, Niclas, *Propſt zu S. Victor.* Item, *vnſer lieber Hemelicher.* In chronico Vormatienſi mſcr. *Tunc obiit* Nicolaus, "ſummus Conſiliarius" *Domini Gerlaci, Archiepiſcopi Moguntini.* A Carolo IV in transactione an. 1354 facta hoc inſignitur titulo; *vnſer Caplan.* Anno 1347 a Gerlaco, alios inter Comites ac Milites, vas ſiue fideiuſſor datus fuit Walramo, Comiti Sponheimenſi. Anno 1360 decimas in tractu Eltvil Capitulo S. Victoris in emolumentum attribuit, vt iam dictum, atque adunauit. Anno 1364 qua delegatus Archiepiſcopi varias compoſuit controuerſias, quæ monaſterio D. Catharinæ *Dutſchen Ordens in der nuvven Stadt zu Franckfurt*, erant cum Iacobo Klobelauch, Ioanne Froſch, *vnd den andern Truvvehendern des Erbarn Mans etvva* Wicker *zum* Froſch, *Schulmeiſter zu S. Stephan zu Menz, Stifter des Cloſters vnd Spitals daſelbs* *. Teſtes tabulis adſcripti ſunt *Fridericus Schvvap*, Præpoſitus S. Stephani, *Heilmannus* Parochus ad S. Bartholomæum, *Vlricus* de *Cronberg*, Vice-Dominus in Rhingauia, *Conradus* de *Levvenſtein.* Anno 1365 vt arbiter honorarius (*Obermann*) vna cum Stephano Parochiano in Alsfeld de lite Gerlaci Archiepiſcopi cum Henrico Haſſiæ Landgrauio, eiusque filio Othone, ex æquo bonoque diſceptata, die Mercurii ante Pentecoſten pronuntiauit. Tandem eodem hoc anno, pridie Kalend. Septembr. naturæ exſoluit debitum, teſte lapide ſepulcrali, anno 1710 in monte S. Victoris eruto, cuius hæc ἐπιγραφή: *Anno Domini MCCCLXV, vltimo die Auguſt.* † D. Nicolaus *de* Grunenberg, *Prepoſitus huius eccleſie, Secretarius Domini Gerlaci de Naſſoue, Archiepiſc. Mogunt.*

* Adducere hic iuuabit verba Gerlaci Archiepiſcopi e litteris anno 1365 datis, cum ſupra in catalogo Prælatorum ad D. Stephani nobis memoria exciderint; *Cum quondam* Wickerus Froſch, *Scholaſticus S. Stephani, — in nouo opido Francf. duas baſilicas ſibi contiguas, & vnam pro monaſterio XXX monialium Hoſpitalis* S. Marie *Teutonicorum Iheroſolimit. in honore* S. Katharine V. *& aliam baſilicam pro Hoſpitali pauperum & infirmorum in honore* S. Crucis *dedicatas & conſecratas, cum tribus altaribus, & Vicariis perpetuis ibidem inſtitutis, edificauerit, fundauerit, & dotauerit* &c.

Ceterum notes, Competitorem *Nicolai* fuiſſe *Ioannem* de *Virnenburg*, Henrici Archiepiſcopi fratrem. Tandem vero ceſſiſſe, penſione annua ſibi conſtituta. Sic enim in transactione anno 1354 facta; *Bey andern Stücken derſelben ſune, darum daß der Crieg, der vmb die Probeſtie zu* S. Victor *gevveſt iſt bisher, hinegelegit vvurde in guten Truvven, ---- daß vvir dem Erſamen Man* Iohann *von* Virnenburg, *Schulmeiſter zu dem Dume zu Colne, alle Iar vff S. Mertins Tag geben ſollen* 20 ℔ *Heller Geldis, oder ie vor das Phunt eynen cleinen Gulden* &c.

1365 ## *Vlricus* de *Cronberg,*

Canonicus Moguntinus.

Electus eſt d. 19 Septembr. a Decano & Capitulo *per compromiſſum*, vt loqui ſolent, ſiue per nonnullos e Collegio, quibus eligendi commiſſa erat poteſtas, vt ex ſequentibus patet litteris.

Cum vacante ad preſens Prepoſitura eccleſie S. Victoris *extra muros Mogunt. placuerit omnibus & ſingulis, ipſi eccleſie per viam compromiſſi de Prepoſito prouidere, michique &* D. Iohanni *Cantori, College meo, plenam & liberam dederint poteſtatem, in Prepoſitum eligendi & ipſi eccleſie prouidendi; nos poſt tractatus multiplices perſonarum, finaliter in Venerabilem Virum, Dominum* Vlricum *de* Cronenberg, *natum Nobilis Viri,* D. Vlrici *de* Cronenberg, *Militis, & Vicedomini in Ringauvvia, Canonicum veſtre eccleſie Maguntine, Subdyaconum, direxerimus concorditer vota noſtra; Virum vtique prouidum & diſcretum, literarum ſciencia, vita & moribus merito commendatum, ſtudio iuris laudabiliter inſiſtentem, in ſacris Ordinibus & etate legitima conſtitutum, ac de legitimo matri-*

monio

monio procreatum, in ſpiritualibus & temporalibus circumſpectum, & nobilibus ac ſtrenuis ortum parentibus & amicis, quorum preſidio, & induſtria ſua propria comitante, ſperamus, bona & iura Prepoſiture & eccleſie predictarum manuteneri, defendi, & fideliter conſeruari. Vnde ego Conradus *Decanus vice mea & Collegę mei, ac de ipſius mandato, viceque tocius Capituli, ſupradictum Dominum* Vlricum *eligo in Prepoſitum, & eidem prouideo de Prepoſitura eccleſie noſtre* S. Victoris *predicte. Electione autem huiusmodi celebrata, eam omnes & ſinguli approbauimus, decantantes,* Te Deum laudamus, *& eam Clero & populo ſollempniter publicantes. Conſequenter quoque ad modicum temporis interuallum electionem ipſam Honeſto viro,* D. Conrado *de* Liderbach, *Canonico eccleſie S. Iohannis Mog. Procuratori prefati* D. Vlrici *electi, habenti ad hoc ab eo mandatum ſpeciale & ſufficiens, preſentauimus, ſupplicantes eidem, vt electionem huiusmodi de Domino ſuo factam, ipſius nomine procuratorio, & pro ipſo ſuum dignaretur preſtare conſenſum. Qui ſiquidem D. Conradus Procurator reſpondit, ſe velle deliberare. Acta ſunt hec in loco Capitulari dicte noſtre eccleſie, ſub anno natiuitatis Dominice MCCCLXV, Indictione III, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac D. N. D.* Vrbani *diuina prouidencia Pape V, anno III, die XIX menſis Septembris, hora* Prime, *preſentibus Honorabilibus viris,* D. Heinrico Steinbuch, *Scolaſtico S. Petri-* & Ervvino *de* Rorbach, *Canonico Moguntino,* Hermanno, *Cellerario monaſterii S. Albani-Magiſtro* Hartmanno Zabel, *Aduocato cauſarum in ſede Moguntina, teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Item eadem die, poſt vnius hore ſpacium, memoratus* D. Conradus *Procurator reuerſus ad Capitulum, deliberacione prehabita, diuine nolens ordinacioni reſiſtere, dicte electioni conſenſit nomine ſupradicto.*

Anno 1403 ſuperſtes adhuc fuit, ac *Adamo* de *Aldendorf* beneficium, auo illius olim collatum, fiduciario iure rituque conceſſit; non longe poſt vero diem obiit ſupremum.

Ioannes de *Engelhauſen.* 140.

Præpoſitum ad *D. Victoris* fuiſſe, teſtimonio nobis ſunt litteræ *Ioannis II* Archiepiſcopi, quas, quantum huc faciunt, apponere iuuabit: *IOHANNES D. G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus — Honorabili Cuſtodi eccleſie noſtre Magunt. — In negocio permutacionis, quam Honorabilis* Henricus *de* Ernfels, *Decanus eccleſ. S. Martini Moxſtadenſ. Secretarius & Conſiliarius noſter fidelis & deuotus, de Decanatu;* & Iohannes *de* Engelnhuſen, *Prepoſitus eccleſie S. Victoris extra muros Magunt. de Prepoſitura huiusmodi adinuicem facere deſiderant, dummodo ex cauſis racionabilibus procedat, nichilque ſimoniace prauitatis interueniat, aliudque canonicum non obſtet, ſuper quo tuam conſcienciam oneramus, tenore preſencium committimus plenarie vices noſtras, mandantes, quatenus in negocio permutacionis huiusmodi vſque ad totalem ipſius conſummacionem preuia racione procedas &c.*

Henricus de *Ehrnfels,* 140.

S. Sedis Moguntinæ Protonotarius.

Qua via Præpoſiti adierit dignitatem, modo dictum. Ceterum occurrit iam an. 1407 in renouatione Teſtamentariorum S. Stephani. Anno 1412 præſto fuit Ioanni Archiepiſcopo Erfordiæ. Inter teſtes enim occurrit in litteris, quibus ille monaſterio ſanctimonialium in Iechtershauſen iura tum, priuilegiaque confirmauit. Controuerſiam idem habuit cum *Nobilibus* de *Aldendorf*, ſuper feudo quodam ſiue beneficio caduco, quæ an. 1416 diſcuſſa eſt. Cum dein Conradus III Höchſtl ad Mœnum inſtituere vellet eccleſiam Collegiatam, ad inſtar earum, quæ in ciuitate Moguntina ſunt, Pontificemque, vt id ratum haberet, ac Archiepiſcopis Moguntinenſibus ius patronatus ac dignitatum in ea conferendarum ſtabiliret, enixis compellaſſet precibus, a Martino, litteris 13 Kal. Iun. anno Pontificatus 6 datis, mandatum accepit, vt ſe res habeat, diligenti ſtudio inueſtigandi, & ſi reperiret, digne ibidem Collegialem inſtitui poſſe, voti Conradum damnandi. Anno 1442, d. 11 Auguſt. ex hac vita diſceſſit, ſecundum librum lit. K notatum p. 222. Ceterum fuit & Scholaſticus *ad gradus*, & Præpoſitus ad *D. Petri*, quorum catalogum in *chronico Petrenſi* iuuabit conſulere p. 491.

1442

Dietherus, Comes *de* Isenburg,

Metropolitanarum Moguntinæ, Treuirensis, & Coloniensis Canonicus, Reuerendissimi Archiepiscopi Theoderici Consiliarius.

Anno 1442 in dignitatis huius immissus possessionem est, teste *computo Fabricæ* p. 10. Anno 1459 Fabricæ, vt loquuntur, incorporauit decimam in Rüdesheim, quam rem Pius II Pontifex eodem anno litteris 14 Kalend. Iun. scriptis confirmauit. Ceterum eodem anno Archiepiscopus factus, Præpositi de munere decessit.

1460

Rudolfus de *Rüdesheim*,

Decretorum Doctor, Decanus maior Wormatiensis, & ad S. Paulum ibidem Præpositus, P. M. Referendarius.

Dietheri lectus in locum, an. 1460 dignitatis huius possessionem adiit, teste *computo Fabricæ* p. 129. Eodem anno, ipso S. Lamberti die, feudi loco, tituloque contulit *Hartmanno Hilchin* de *Lorch carratam vini in curia decimali ecclesiæ S. Victoris in Rüdesheim*, præstandam a *Friderico* von der *Spare* Milite, pretio 110 florenorum emptam. Anno 1465 qua Compromissarius siue arbiter consensu litigantium adsumtus, fecit concordiam inter Capitulum & Vicarios S. Victoris; in quo quidem laudo his memoratur verbis: *Coram Reuerendo in Christo Patre & Domino* Rudolfo, *Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopo Lauantino*, "& Præposito ecclesiæ S. Victoris.

Cum aliquandiu Episcopum egisset Lauantinum, factus est Antistes Vratislauiensis. Tandem Præpositura se abdicauit, vt tamen annus, quo ea abscessit, definiri nequeat. Anno 1470 saltem hoc adhuc titulo in computo Fabricæ p. 189 b) his occurrit verbis; *Ex parte Reuerendi Patris Domini* Rudolfi, *Episcopi Wratislauiensis, &* "Prepositi ecclesie nostre" &c.

147·

Ioannes Nußbaum de *Rüdesheim*,

Decretorum Doctor, Canonicus B. M. V. ad gradus.

Rudolfo successit. In *computo Fabricæ* p. 222 b) defunctus dicitur an. 1473.

1473

Conradus Hinderbach,

Decretorum Doctor.

Anno 1473, die 28 Decembr. Præpositurae in possessionem venit, teste *protocollo*, & *computo Fabricæ*, vbi sic p. 222 b) *Item die Lune, videlicet in festo* Innocentum *an.* 1473 *fuit admissus ad Preposituram ecclesie nostre Magister* Iohannes Vogler, *Procurator & procuratorio nomine Venerab. Domini* Conradi Hinderbach, *vacantis per obitum quondam* D. Iohannis Nussbaum, *ratione cuius admissionis obligatur* &c.

Anno 1477 Friderico Hilchen de Lorch, Militi, iure beneficiario tradidit carratam vini de decima in Rüdesheim, quam olim Henricus von der Spor clientelari fide receperat; ipse Fridericus vero postea, Præpositi consensu, Decano & Capitulo vendidit ad vsus Fabricæ. † anno 1489, die 22 Octobr. *Necrolog.* lit. D. signatum.

1489

Ioannes de *Guttenberg*,

Canonicus Moguntinus, & Decanus Herbipolensis.

Eadem, qua Conradus obiit, die in Præpositurae introductus possessionem est, teste *computo Fabricæ*. Anno 1528 decimam Asmanshusensem Capitulo in augmentum præbendorum indulsit; quam concessionem Clemens Papa anno sequenti 1529, pridie Id. April. confirmauit. Enimuero, hoc ipso anno Præposituram ad manus Papæ dimisit. Fuit alioquin & Præpositus D. Albani. †an. 1538 die, qua ecclesia annuntiationem Deiparæ factam pie celebrat.

Dietherus

Dietherus Wenck, 1529

Præpositus ad B. V. M. Decanus huius, Canonicus ad D. Stephanum.

Ioannem excepit, in possessionem introductus anno 1529, die 9 Iul. † anno 1531 die 30 April.

Ioannes Albertus, 153·

Marchio Brandenburgensis,

Capituli metropolitani Custos, & huius ecclesiæ Canonicus.

Præpositi dignitatem gessisse patet ex litteris Collegii maioris, de elocatis anno 1533 decimis Præposituræ metropolitanæ in tractu oppidi Bischofsheim ad Tubarim; quippe quarum hoc est initium: ---- *Als der Hochvvirdig, Hochgeporn Furst vnd Her, Her* Iohanns Albrecht, *Coadiutor der Stift Magdeburg vnd Halberstat, Marggrave zu Brandenburg* &c. *vnd* "Probst zu Sanct Victor" *auswendig Meinz gelegen, vnser gnediger lieber Her* &c. Eam postea (quo quidem anno, nondum compertum est) libera dimisit voluntate.

Marquardus von *Stein,* 15··

I. V. D. Moguntinæ, Bambergensis, & Augustanæ ecclesiarum Præpositus, Custos Eluacensis, Salisburgensis, Frisingensis, & huius ecclesiæ Canonicus, S. C. M. Consiliarius &c.

Quo Præpositi dignitatem auspicatus sit anno, nondum liquet. Anno tamen 1543 qua Præpositus occurrit in Protocollo p. 9. b) nec non in fenestra quadam chori maioris. Anno 1548 Cratonem de Aldendorf infeudauit siue in clientelam adsciuit. † an. 1559, 14 Ian. Augustæ Vindelicorum.

Richardus, 1559

Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, Administrator cœnobii Waldsachsen, Collegii principis tum Moguntiæ tum Argentorati Præpositus, Colonienſis vero & huius ad D. Victorem ecclesiæ Canonicus.

Anno 1559, vltima Februarii, a Capitulo Marquardi in locum suffectus est, vt sequentes docent litteræ.

REICHARDT von Gottes Genaden Pfaltzgraff bey Rheyn, Hertzog in Bayeren, Thumprobst zu Mentz vnd Strasburg, vnd Probst zu Sanct Victor.

Vnsern gönstigen Gruß zuvor, Wyrdige, Edle, vnd Ersame, liebe besondere. Wir haben euer Schreiben den 6 Martii verschyenen zu Heydelberg empfangen, vnd darin verstanden, daß ir ein Probst vff euerem Stifft ohne mennigklichs Intrag vnd Verhynderung zu ervvelen, auch daruff vns mit gemehrter Stym einhelligklich zu euerm Probst elegirt vnd ervvelet habet. Dessen thun Wir vns gegen euch gantz gnedig vnd gönstiglich bedancken. Wollen auch euch vnd euerm Stifft, so viel vns iederzeit mit der Genaden Gottes müglich, in genedigen Beuelch haben vnd halten. So viel dan vveyther die Election, vnd ob sich iemants einicher Gerechtigkeit derselben anmassen oder vnderfahen vvurdet, vvollen vvir vnserem vorigen beschehen Erpietten nach (geliebts Gott) den Stifft in alle vvege schadlos vnd frey halten. - - -

Das haben vvir euch vff euer yberschickht Schreiben zur Wyderantvvort nit pergen vvollen. Vnd seindt euch sonsten mit genedig vnd gönstigen Willen vvol gevvogen. Datum Strasburg den 12 *Martii anno LIX.*

Hertzog Reichardt Pfaltzgraue.

Inscriptio

Den Wyrdigen, Edlen, vnd Ersamen, vnsern lieben besondern, Scholastern vnd Capyttel zu Sanct Victor auswendig Meyntz.

Loco

Loco hoc eodem adhuc anno, die 27 Octobr. cessit, Præpositura Capituli in manus reddita.

1559 ## *Alexander Fugger*,

Baro *de* Kirchberg,

Ecclesiæ cathedralis Frisingensis, nec non ab anno 1562 ad 1264 vsque *metropolitanæ Moguntinæ Præpositus, ac S. Victoris Canonicus.*

Electus anno 1559, die 30 Octobr. Anno 1561 Canonicatum dimisit, & anno 1595 Præposituram ipsam.

1595 ## *Iodocus* a *Ried*,

Collegii metropolitani Scholasticus, cathedralis Herbipolensis, nec non Equestrium Comburgensis, ad D. Albanum extra muros Moguntinos, S. item Ferrutii, tum vero Collegialis B. M. V. ad gradus Canonicus.

Apostolice, vt loquuntur, prouisus, anno 1595, die 7 Martii pedem posuit in Præposituræ possessionem. Ad partem curarum sustinendam a Papa sibi dari petiit Philippum a Ried, Canonicum Moguntinum: cuius etiam in fauorem anno 1622, pridie S. Victoris Bulla Capitulo præsentata fuit. † an. 1629, die 1 Ianuarii. Ex quo lis orta fuit inter Capitulum & Philippum modo dictum, super Præpositura ineunda. Nolebat enim ille tum temporis iusiurandum, secundum normam Bullarum, de seruandis statutis & consuetudinibus ecclesiæ, articulisque quibusdam, a Collegio maioris securitatis caussa propositis, præstare. Quo factum, vt res in grauem ac diuturnam contentionem excederet, cum Romæ modo secundum Philippum, modo secundum Capitulum iudicaretur. Interea, dum lis ita agebatur, *Christophorus Peutingerus*, sacræ Rotæ Auditor, Præposituram, tanquam ex obitu *Iodoci* a *Ried* vacantem, a Pontifice obtinuit, ac anno 1642, d. 3 Februar. in possessionem introductus est, Philippo variis modis, licet necquicquam, obnitente.

1642 ## *Christophorus Peutingerus*,

Vrbani Papæ VIII Familiaris & Commensalis, S. Rotæ Auditor, Cathedralis Constantiensis Canonicus, Collegiatarum Clingenmünster & Seltz Præpositus, S. Cæsareæ Mai. Romæ Residens.

Magnæ in aula Pontificia dignationis vir *, Iodocum tandem, vt modo dictum, secutus est. † Romæ an. 1656, mense Decembri.

* *P. Benedictus Leodius*, Capucinus, in litteris ad A. I. P. *Illustrissimus Dominus* Christophorus Peutinger, *Auditor Rotæ, apud Cardinales & alios Prælatos, sicut apud* D. Olympiam, *magnæ considerationis & æstimationis est —— addens*, " sum, *inquit*, obligatissimus Electori Moguntino, & in specie Antecessori, cuius solius gratia (misit enim ideo pro me expressum ad Cæsarem) Auditor Rotæ factus sum.

1657 ## *Fridericus*,

Princeps Hassiæ, S. R. E. Cardinalis, Episcopus Vratislauiensis, S. C. M. Legatus ad Pontificem, Ordinis D. Ioannis Hierosolymitani per Germaniam supremus Magister, S. R. I. nationis Teutonicæ, nec non Regnorum Arragoniæ & Sardiniæ Protector, supremus totius Silesiæ Præfectus.

Anno 1657, Apostolice prouisus, d. 13 Mart. possessionem obtinuit, de qua dein anno 1659 in curia Romana decessit.

Bernhardus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Bernhardus Berck, 1659

Collegii, quod Vormatiæ ad D. Andream est, Præpositus.

Prouisione, Pontificis Friderici in locum successit, an. 1659, d. 29 Iun. ritu consueto admissus. † an. 1682, d. 10 Octobr.

Ioannes Lucas L. B. *de* Ingelheim, 1682

Ecclesiæ Moguntinæ Custos, Herbipolensis Canonicus.

Bernardo successor datus an. 1682, d. 3 Decemb. dignitatem iniit. Anno 1713 auctoritate Apostolica in administratione muneris socium siue Adiutorem sibi adiunxit, cui dein an. 1716 eam cessit.

Anselmus Franciscus L. B. *de* Ingelheim, 1714

dictus *Echter* de *Mespelbrunn,*

Moguntinæ & Herbipolensis ecclesiarum, nec non ad S. Albanum Canonicus.

Anno 1714, d. 30 Ian. vi Bullæ Pontificiæ an. 1710, Kal. Septembr. editæ, & ab Officiali Moguntino an. 1713, d. 20 Decembr. ad effectum perductæ, rite admissus, Adiutoris auspicatus dignitatem est. Anno 1716, d. 29 Iul. Præposito prouincia abeunte, Præposituram ipsam adiit, & sequenti die immunitatis, vt vocant, Weissenauiensis incolas in fidem accepit.

II

DECANORVM.

Primi desiderantur.

WILLO. 10..

TEstis an. 1064 in litteris Wezzilonis Canonici, de quibus supra § 5.

Mezzelinus. 11..

Occurrit an. 1122 in tabulis Adelberti I, de quibus itidem § memorato.

Morardus. 112.

Ex Cantore Decanus factus. Testis vicem subiit an. 1130 in litteris eiusdem Adelberti I, de controuersia Fratrum D. Victoris cum Disibodenbergensibus composita. Vide supra § 6. In aliis itidem Adelberti II an. 1139 datis.

Adelbero. 114.

Antea Scholasticus. Subiit nobis an. 1143 & 1147 in tabulis Henrici I Archiepiscopi. Anno 1158 insigni donatione ecclesiam affecit, vt supra § 7 videre est.

Henricus. 11..

Testium numero adscriptus in litteris Christiani I an. 1171 Marianis de parochiali Beckelnheimensi datis.

Amilius. 11..

Bis nobis se obtulit; primum an. 1184 in tabulis Conradi I iisdem Marianis de parochiali Flersheimensi concessis, & in aliis an. 1196 Canonicis D. Petri traditis.

Adolfus. 1...

Adducitur an. 1210 in litteris Sifridi II, de decimis Eblizdorfensibus & iure

patronatus, de quibus ecclesiæ D. Stephani cum Hartrado de Merenberg controuersia interceſſerat.

1211 ## *Wilhelmus.*

Adolfum excepit. Occurrit enim anno ſtatim ſequenti teſtes inter in litteris Ruthardi de Greiffenclavv, Canonici Moguntini & Cellerarii, quarum ſupra § 11 dedi apographum. item an. 1212 in aliis Sifridi II ſuper iure patronatus parochialis villæ Amena D. Stephani Fratribus collato.

121. ## *Wideroldus.*

Teſtis an. 1215 in tabulis dicti Sifridi II de monaſterio Hayne, & an. 1217 in aliis eiusdem, de conceſſis eccleſiæ B. M. V. ad gradus quindecim ſolidis Colonienſibus, & *duabus carratis vini Hunici*, quotannis Vinicellæ prouenientibus.

1217 ## *Arnoldus.*

Vsque huc *Scholaſticus*. Wideroldum ſecutus eſt. Occurrit enim dicto anno 1217 in litteris de dimidia ama ſiue amphora vini, de qua infra in *Vlrico* Scholaſtico; dein anno 1226 in aliis Waltheri Decani & Arnoldi Scholaſtici ad D. Petrum; anno 1234 in tabulis Sifridi III, & anno 1253 in aliis Gerhardi I ſuper permutatione decimarum in tractu villæ Hexheim cum Capella oppiduli Odernheim, a D. Victoris Canonicis cum Cœnobitis in monte D. Diſibodi facta; anno tandem 1256 in litteris die Fabiani & Sebaſtiani ſignatis de elocata parte decimarum in tractu villæ Mombach.

1256 ## *Godefridus.*

Arnoldo ſurrogatus, an. 1257 nomen ſuum præfixit litteris Capituli de adſignato Vicario eccleſiæ vici Oeſtrich ſtipendio. Anno item 1259 in aliis Capituli, de quibus ſupra § 20. Anno ſequenti 1260 iuxta cum ceteris Decanis interfuit ordinationi a Clero Moguntino factæ de precariis Archiepiſcopo Wernero dandis.

126. ## *Conradus.*

Subiit nobis anno 1263 in transactione, quæ tum temporis facta fuit inter eccleſiæ huius Capitulum, & Collegiatam B. M. V. ad gradus, de tignis muro inter vtriusque curtes in vico Oeſtrich immittendis.

12.. ## *Hermannus.*

Anno 1270, 2 Idus Nouembr. in litteris de bonis in Thuringia elocatis ſuum ipſe nomen edidit.

127. ## *Ioannes.*

Nobis occurrit an. 1274 in tabulis Simonis Præpoſiti de iisdem in Thuringia bonis, & an. 1280 in aliis de elocato agro in tractu villæ Laubenheim.

1281 ## *Antonius.*

Ioannis ſucceſſor, anno ſequenti 1281, 12 Kal. Iul. edidit conſtitutionem de expenſis in elocatione decimarum hactenus factis ad ornatum eccleſiæ impendendis. Anno 1283 legitur in litteris Capituli datis Ebervvino de Cronenberg, Scholaſtico Moguntino ſuper 60 maldris ſiue medimnis ſiliginis datis ad præſentias.

128. ## *Ioannes*, dictus *Biſchof.*

Subiit nobis an. 1286 in litteris ſuper cenſu dimidiæ marcæ denariorum venditio, & an. 1293 in aliis ſuper cenſu dimidiæ marcæ ſoluendo de curia Helvvici.

229. ## *Gernodus.*

Occurrit an. 1295 in tabulis de vendita Capitulo ad gradus curia in vico Oeſtrich, & an. 1298 in litteris de bonis in Thuringia elocatis. † an. 1299, d. 14 Maii. *Lib. animarum* D.

Eber-

Eberhardus. 1...

Obtulit se nobis an. 1306 in litteris de elocata curia Laubenheimensi. Sequenti ab Henrico Custode constitutus fuit Manufidelis siue executor testamenti.

Dudo. 13..

Memoratur an. 1313 in tabulis de agris, vulgo *Buchtun* & *Hallart*, ecclesiæ ab Henrico Custode donatis. Anno 1326 testis est in testamento altero Henrici modo memorati. Anno 1340 occurrit in litteris de bonis in tractu vici Esenheim elocatis. † anno eodem mense Nouembri. Legauit ad præsentias, vt vocant, 4 maldra siliginis, de bonis, quæ Laubenhemii possedit.

Petrus Pisten. 134.

Decanus S. Victoris dicitur an. 1346 in litteris de bonis in Thuringia elocatis. & an. 1356 in ordinatione super collatione beneficiorum. † anno sequenti 1357, d. 16 Maii, teste necrologio.

Conradus de *Oppenheim.* 1357

Testis est an. 1360 in tabulis de incorporatione decimæ Eltvillanæ, & an. 1367 in aliis de quinque iugeribus agrorum in tractu villæ Zalbach elocatis. Vixit adhuc an. 1371, testibus litteris, quibus recognouit, se in ære esse ecclesiæ.

Hugo de *S. Paulo.* 1371

Memoratur an. 1372 in litteris Vnionis Cleri Moguntini, d. 29 Nouembr. datis contra exactionem decimarum a Gregorio P. M. decretam.

Henricus Carpentarii. 13..

Memoratus in libro *Animarum* lit. D. signato, sed sine temporis, quo vixerit, munereque hoc sit functus, annotatione; his quidem verbis: *IX Kal. Aug.* † Heinricus Carpentarii *Decanus*, *& dantur II lib. Hall. & V Sol. de pecuniis Argentinens.* Cum autem an. 1381 in instrumento de rationibus Adolfo a Nicolao Scripturario Lohnsteinensi redditis inter testes nobis occurrat *Henricus Carpentarii* de *Frizlar*, *Canonicus Aschaffenburgensis*, coniectura ducimur, forte eundem esse *Henricum* hunc, cuius in libro *Animarum* mentio fit, rati, quod sane fieri potuit, eum postea Decani honores in ecclesia hac consecutum esse, & Hugoni successisse.

Henricus Rost. 13..

Testis an. 1391 in instrumento electionis Philippi, Cardinalis Alenconii, in Præpositum maiorem.

Nicolaus de *Cuba,* 139.

Canonicus ad D. Bartholomæum Francofurti.

Henricum excepit. Anno namque sequenti 1392 testis locum subiit in instrumento rationum Conrado II Archiepiscopo ipso B. Hippolyti die redditarum ab Henrico de Gunsrod, Burggrauio Miltenbergensi; anno item 1393 sequenti in alio Ludolfi, Decani ecclesiæ S. Alexandri Eimbeccæ, qua Commissarii in spiritualibus. Anno 1399 in constitutione de curiis a Capitulo facta dicitur agere *in partibus remotis.* Ceterum conf. catalogum *Cancellariorum.*

Ioannes Pyner. 140.

Nobis subiit anno 1405, in litteris de bonis Seilfurtensibus a Domo hospitali, quod Vesaliæ ad Spir. S. dicitur, emptis. Dum Decani obiit munia, constitutio facta de curiis præbendalibus secundum senium eligendis, nec non taxa ad fabricam soluenda.

Amplonius. 141.

Testis an. 1417 in instrumento Commissariorum super controuersia quadam

dam inter Capitulum & Plebanum vici Oeſtrich orta. Anno 1420 memoratur in litteris emptionis duarum librarum Halenſ. quotannis Weiſſenauiæ a nautis ſoluendarum. Vixit adhuc an. 1421 menſe Auguſto.

142. ## *Wilhelmus Straz* de *Bensheim*,

S. Victoris Decanus & Scripturarius Lohnſteinenſis.

Datus anno 1424 a Conrado III fideiuſſor ſiue ſponſor Baldevvino de Dyck, Præpoſito ad D. Bartholomæi Francofurtenſi. † an. 1439, teſte lapide ſepulcrali in monte S. Victoris eruto.

1439 ## *Hartmannus Meyden*,

Primum *S. Stephani Vicarius*, & poſtea *S. Victoris Canonicus.*

Wilhelmum ſecutus, eodem anno in poſſeſſionem immiſſus eſt. † anno 1451, die 24 Auguſti.

1451 ## *Goſvvinus Mule.*

Electus anno, vt in margine dictum, 1451. Decani ad B. Victorem titulo occurrit an. 1456 in litteris de decimis in Hallart elocatis. Item in aliis anno ſequenti ſcriptis. Sub annum 1459 voluntaria Decanatus abdicatione Canonicorum ad ordinem receſſit; quippe in Capitulo h. a. die 19 April. habito, poſt Decanum & Scholaſticum ipſe Canonicis ceteris tum præſentibus adſcriptus eſt. † an. 1568. Sic enim in libro Animarum; *Anno Domini MCCCCLXVIII, X Kalend. Ianuarii † Venerabilis D.* Goſvvinus Mule, *quondam Decanus huius eccleſie.*

1459 ## *Cyriacus Leckſtein.*

Antea Cantor. Anno 1460 edidit litteras de *cenſu* quodam *vitali* vendito. † anno 1468, die 8 Iun.

1468 ## *Henricus* de *Lebenſtein*,

Præpoſitus eccleſiæ B. M. V. Geiſmariæ, Canonicus S. Stephani.

Cyriaco ſurrogatus, † anno 1493, die 5 Septembris.

1493 ## *Henricus Silberberg*,

Præpoſitus Monaſterii in Eiflia (Munſtermeinfeld)

Eodem anno 1493 electione Decanus factus, & in poſſeſſione collocatus fuit. Vir rebus gerendis valde idoneus; vnde & a Treuirenſi & Palatino Electoribus ad ardua adhibitus negotia eſt. Fidem faciunt ſequentes litteræ.

Iohannes Dei gracia Archiepiſcopus Treuerenſis &c. Princeps Elector.

Erſamen lieben beſundern. Wir vvulten gerne den Wirdigen vnſern lieben Andechtigen, Meiſter Henrichen Silberberg, *Probſt zu Monſtermeynfelt, vvveren Dechan virzehen Tage vngeuerlich, zu dieſem Koniglichen Tage bruychen. Alſo begeren Wir an vch mit Flys, ir vvullent demſelben vvvern Dechan die itzgen. zyt vß vnabbruchlich ſyner Reſidencie vnd teglicher Preſencien erluben. Doent ir vnns Gefallen, in Gnaden gegen vch zu erkennen. Datum Worms, Frytags nach Oculi, anno XCV°.*

Honorabilibus ſincere nobis dilectis, Capitulo eccleſie S. Victoris extra muros Moguntinenſes.

Reſpondit, vt id addam, Capitulum, ſe quidem eo ægre carere poſſe, velle tamen Principi gratificari. Faceret modo, vt Henricus feriis paſchalibus domi ſit.

Von Gottes Gnaden, PHILIPS, Pfaltzgrave by Rin, ErtzTruchſes vnd Kurfurſt.

Vnſern Grus zuvor. Erſamen vnd lieben beſundern. Nach dem Wir mit vvvern Gunſt, vvvern Dechan D. Heinrich *von* Silberberg *in vnſeren Sachen vſſer Land geſchickt haben, vnd vnſer Zuverſicht gevveſt, er ſolt nun hervvider kommen, ſo verſtehen Wir, daß ſich ſolich Sachen vnd Handlungen etvvas*

lenger

lenger verzichen vvollen , doch on ſin Schult. Darumb vnſer Beger vnd Bitt iſt mit Ernſt , ir vvollet ime noch ein Monat lang vngeverlich erlauben , vns zu gut vch darinn bevviſen , ſo gutvvillig Wir vns zu vch verſehen. Daran tuet ir vns ſunder Wolgefallen , Wir in Gnaden gein vch Bedencken. Wollen vvver Antvvort , vvie vvol vvir vns des keines Abſchlags vervvartten. Datum Worms vff S. Peters Tag ad vincula , anno XCV.

Den Erſamen , vnſern lieben beſundern , Seniorn vnd Cappittel des Stiffts zu S. Victor vſwendig Mentz gelegen.

Sedenim lite ſibi a ſucceſſore de Decanatu mota , cauſſa cecidit , coactus , vt eum vna cum præbenda an. 1498 dimitteret.

Ioannes de *Blederich*, 1498

Decretorum Doctor.

Apoſtolice contra Henricum prouiſus , an. 1498 , d. 12 Iun. admiſſus eſt tum ad Decanatum , tum præbendam Henrici de Lebenſtein , vi litterarum executorialium. † Romæ anno 1500.

Petrus Cleer , de *Eltvelt*. 1500

Ioannem excepit , Decanique honores geſſit ad annum vſque 1502 , quo extremum vitæ diem morte confecit.

Henningus de *Goden*, 1502

I. V. D.

Decanus ab anno 1502 , ad annum 1505.

Ioannes de *Teueren*, 1505

Decretorum Doctor , Præpoſitus Ruræmundenſis , nec non SS. Coſmæ & Damiani Aſſindienſis Canonicus.

Henningi in locum eodem anno ſuffectus eſt. Vir in rebus *Hermanni*, Archiepiſcopi Colonienſis , probe admodum verſatus. Teſtimonio ſequentes ſint litteræ.

HERMANNVS *D. G. Archiepiſcopus Colonienſis &c.*

Nac deme der Würdige vnſer Rath vnd lieber Andechtiger , Iohannes Theueren , *Doctor , Probſt zu Ruremunden , vvver Dechan , als Wir von ime hôren , bie vch vnd vvver Kirchen perſonlich zu vvonen von vvegen des berürten ſines Dechanats ſchuldig - - - Wir aber in etlichen vnſeren trefflichen Sachen , die er von vvegen - - - vnſers Stiffts lange Zyt zu Rhome gefurt hat , ſiner zu dieſer zyt nit vvol entraten kônnen ; So begeren Wir an vch - - - ir vvollet ime noch lenger Zyt - - - vnd nemblich bis vff die Oſtern ſchierſt kommend zu Anfahung ſolicher Reſidentien - - - vns zu eren - - - vergunnen - - - Datum Bruel am Donnerſtag Vincentii* 1506.

† anno 1516 , die 11 Maii.

Dietherus Wenck, 1516

S. Victoris Canonicus , Cardinalis & Archiepiſcopi *Alberti* in *Regimine* pariter & *Cameræ* rationibus Conſiliarius.

Ioanni ſucceſſit. Anno 1528 dimiſſo Decanatu in Canonicorum ſe redegit ordinem. Sequenti vero , Guttenbergio illius in gratiam Præpoſiti dignitate ſe abdicante , euaſit Præpoſitus.

Melchior Pfinzing, 1528

Eccleſiarum S. Albani Moguntiæ & D. Sebaldi Norimbergæ Præpoſitus , Tridentinæ Cathedralis , & Collegiatarum B. M. V. ad gradus Moguntiæ , & S. Stephani Bambergæ Canonicus.

Diethero ſurrogatus † an. 1535 , die 24 Nouembris.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

1536 **Ioannes von Hof,**

Antea *Scholasticus*, *Canonicus S. Crucis*, *& Alberti Cardinalis Consiliarius.*

Anno 1540 donauit ad præsentias censum annuum 7 librarum, & 7 sol. Hallen. Quando obierit, latet.

154. **Tilemannus Kreich,**

I. V. D. Præpositus ad B. V. Wetzlariæ.

Ioanni successit. Fuit alioqui prouisione Alberti Cardinalis Rector ecclesiæ parochialis villæ Münster an. 1528 constitutus, & an. 1534 Decanus & Canonicus *B. V.* in campis, Sigillifer Moguntinus, & in æde metropolitana quondam Vicarius Regius. † anno 1551, die 28 Decembr.

1552 **Antonius Widmeyer,**

Sigillifer Moguntinus, S. Petri, S. Stephani, & S. Victoris Canonicus.

Tilemanno successit. † anno 1553, die 5 April.

[Antonio fatis functo, d. 10 April. electus quidem fuit *Ludouicus Carpentarius*, Canonicus. Sedenim post longam deliberationem habitam dignitatem hanc recusauit. Inde anno sequenti 1554, d. 20 Martii a Capitulo Decanus electione facta designatus est *Ioannes Kuhorn.* Sed & is eam detrectauit.]

1554 **Wilhelmus Holzmann,**

Huius Vicarius.

Anno eodem 1554, die 4 April. Vicedecanus constitutus est; qui annuit quidem, anno tamen post 1558 resignauit.

1558 **Ioannes Bauer a Wendelstein,**

Canonicus huius, & Francofurti Vicarius ad altare S. Andreæ in Collegiata D. Leonhardi.

Designatus itidem Vicedecanus an. 1558; anno 1561 vero in possessionem Decanatus immissus est. † an. 1569, die 4 Nouembr. Ex eo Decani locus tribus ferme annis vacauit.

1572 **Stephanus VVeberus,**

Episcopus Mysiensis, Suffraganeus Moguntinus, & Canonicus B. V. ad gradus.

Decanus factus an. 1572. † an. 1622, d. 7 Aug. Insignis ecclesiæ benefactor; quippe cui præter alia 1200 flor. in annuam siti vita defuncti memoriam legauit.

1622 **Ambrosius Saibæus,**

Episcopus Mysiensis, Suffraganeus Moguntinus, & Canonicus ad gradus.

Stephanum secutus, † anno 1644, die 20 Nouembr.

1645 **Fridericus a Driel, Neumagensis,**

SS. Theol. D. B. M. V. ad gradus Scholasticus, ad D. Bartholomæum Francofurti, & S. Mauritium Moguntiæ Canonicus, Beneficiatus altaris S. Augustini in arce Gernsheim.

Ex Scholastico factus Decanus anno 1645 & die 31 Ianuarii in possessionem introductus. † anno sequenti die 27 Nouembr.

Ioannes

Ioannes Remaclus Huart, Luxenburgenſis, 1647

Canonicus S. Petri, & Conſiliarius eccleſiaſticus.

Ex Cantore Decanus factus. † anno 1662, die 24 April.

Ioannes Fabricius, al. *Ortenberg*, 1662

Præpoſitus S. Stephani, & B. M. V. ad gradus Canonicus.

Patria Neomagienſis. Ex Scholaſtico Decanus renuntiatus. † an. 1667, die 7 Iun. Fratrem habuit *Henricum*, Decanum Bonnenſem, & huius etiam eccleſiæ Canonicum.

Ioannes Chriſtophorus Weber, 1667

SS. Theol. D. Sedis Apoſtolicæ Protonotarius, Fiſcalis maior, B. V. ad gradus Scholaſticus, Eminentiſſimi Principis Electoris, & Sereniſſimi Archiducis Ferdinandi Caroli Conſiliarius.

Hactenus Scholaſticus. † an. 1672, d. 16 Mart. ſepultus in templo PP. S. I.

Ioannes Lindla, Colonienſis, 1672

Canonicus ad D. Ioannis.

Webero ſuffectus, † anno 1678, die 29 Martii.

Anſelmus Franciſcus L. B. de *Waldenburg*, 1678
dictus *Schenckern*,

Metropolitanæ & Equeſtris ad D. Albanum Canonicus,
primum.

Die 5 Maii an. 1678 in poſſeſſionem immiſſus, ſed an. 1686 ſententia Eminentiſſimi, die 24 Martii lata, priuatus eſt.

Ioannes Petrus Erneſtus de *Halley*, Limburgenſis, 1686

Huius ad D. Victorem, & ædis SS. Apoſtolorum Neovillariæ in Alſatia Canonicus.
primum.

Eminentiſſimi prouiſione Decanatum conſecutus, & d. 24 Septembr. in poſſeſſionem introductus fuit. Sed deceſſore in curia Romana cauſſam peruincente, anno 1690 cedere coactus eſt.

Anſelmus Franciſcus L. B. de *Waldenburg*, 1690
ſecundum.

Obtento in curia Romana anno 1689, d. 26 Decembr. mandato de manutenendo, ſecutisque, menſe Iunio, an. 1690 declaratoriis, Decanatum recepit. † anno 1692, die 3 Auguſti.

Ioannes Petrus Erneſtus de *Halley*, 1693
ſecundum.

Electus a Capitulo anno 1693, die 25 April. Decanatum anno 1712 ad manus Pontificis dimiſit, eodemque anno d. 28 Iunii finem vitæ impleuit, ſepultus in choro PP. Dominicanorum.

Carolus Emericus L. B. de *Breitbach*, in *Bürresheim*, 1712

Metropolitanæ, & ad D. Petri Canonicus.

Ioannis Petri in locum anno 1712, die 18 Iun. ſubiit. Quem cum vſque huc ſumma cum nominis ſui laude & eccleſiæ vtilitate ornarit, vt multos adhuc annos ſoſpes illum felixque teneat, cum inclito Collegio merito pieque optamus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

III

SCHOLASTICORVM.

Primi desiderantur.

10.. ## HVMBERTVS.

Citatur an. 1064 in litteris Wezzilonis Canonici, iam sæpius dictis.

11.. ## *Adelbero.*

Testis in litteris Adelberti I an. 1130 (v. supra § 5 n. 5) & 1135 (v. § 6 n. 3) nec non Adelberti II an. 1139. Factus postea est *Decanus*.

114. ## *Conradus.*

Ex Cantore Scholasticus, occurrit an. 1143 & 1147 in litteris Henrici I.

11.. ## *Henricus.*

Testium numero adscriptus inuenitur in litteris Arnoldi Archiepiscopi anno 1158, quas habes supra § 7.

11.. ## *Wernerus.*

Testis vicem subiit in tabulis Conradi I, anno 1183 in gratiam Stephanitarum editis, & an. 1189.

11.. ## *Henricus.*

Citatur an. 1191 in litteris dicti modo Conradi I de decimis Sodenleensibus, quas supra inuenies § 10.

119. ## *Michael.*

Bis nobis subiit. Primum, an. 1194 in tabulis Conradi I ecclesiæ S. Ioannis traditis; dein anno sequenti 1195, in tabulis eiusdem de Cathedratico.

1... ## *Gerhardus.*

Occurrit anno 1211 in litteris de tribus carratis vini a *Ruthardo* de *Greiffenclavv*, maioris Canonico & Cellerario, Capitulo *D. Victoris* traditis, & in aliis Sifridi, quas habes in *chronico Mariano*.

1212 ## *Arnoldus.*

Testium in numero inuenitur in tabulis Sifridi II an. 1212 Stephanitis, & an. 1213 Santalbanensibus traditis.

121. ## *Vlricus.*

Adducitur an. 1217 in litteris super dimidia ama siue amphora vini, Præposito in Gottesthal porrigenda. Anno item 1224 in tabulis dicti modo Sifridi II siue senioris.

1224 ## *Arnoldus,*

S. Petri etiam Canonicus.

Vlricum excepit. Quippe anno eodem 1224, 6 Kal. Iul. testis locum occupat in litteris Degenonis, Plebani in Monre (*Mondra* in Thuringia) de donatione vineæ cuiusdam ad fabricam ecclesiæ S. Petri Moguntinæ. Tum vero an. 1227 & 1229 in tabulis sæpius iam dicti Sifridi II.

12.. ## *Conradus.*

Vixit an. 1244, & testis vicem expleuit in litteris, quas in chronico *S. Stephani* § 26 dedi; in quibus tamen, pro anno MCCXLIII, legas velim, MCCXLIIII.

Wolframus

VVolframus. 12..

Occurrit anno 1255 in litteris Ludouici Præpositi, quibus is, tanquam Archidiaconus, consentit traditioni ecclesiæ Nackheimensis, factæ Capitulo S. Gereonis Colonienſi, ab Archiepiscopo Gerhardo.

Henricus. 12..

Citatur anno 1267 a Ludouico Præposito, in dispositione sua de bonis suis in villa Winternheim. Vide supra § 21.

Conradus. 12..

Memoratus anno 1274 in litteris super quatuor maldris siliginis de tertia parte decimarum S. Disibodi soluendis.

Volcmarus, 12..

Archipresbyter Moguntinus.

Vixit anno 1291. Supersunt enim litteræ, id temporis ad ipsum scriptæ, quibus perhibetur, parochialem Bischofsheimensem attributam & adunatam esse Collegiatæ D. Bartholomæi Francofurtensi. Occurrit item in aliis anno 1293 scriptis.

Iacobus. 1...

Eligitur anno 1307 a Plebano vici Oestrich Manusidelis. Anno 1325 interfuit electioni *Ioannis Senne* de *Munsingen* in Præpositum.

Ioannes Scherpelin. 13..

Anno 1349 legauit testamento suo *ad præsentias* quinque iugera terræ arabilis ante vrbem *an der Steige*, vti supra § 31 dictum.

Iacobus zum Silberberg. 135.

Occurrit anno 1356 in ordinatione Capituli super collatione beneficiorum. † an. 1363, 13 Kalend. Iul. Legauit 10 maldra siliginis quotannis in Finthen prouenientia *ad præsentias.*

Henricus de Sunsheim, 13..

B. M. V. ad gradus Canonicus.

Vid. liber *Animarum* ad gradus p. 33. Subiit nobis, qua *Scholasticus S. Victoris*, in annis 1378 & 1379. Conf. idem liber *Animarum* p. 132.

Wilhelmus ad aridam arborem. 1383

Cum Ditherico Kirchof de Gudensperg, Canonico D. Stephani de Scholasteria ad hanc ædem contendit, vicitque, Adolfo Archiepiscopo anno 1383 feria quinta post Dominicam *Cantate* dictam, Dietherico caussam abiudicante. † anno 1389. Hoc sane anno pro memoria ipsius celebranda empta vicesima decimarum campi ciuium.

Theodericus. 1390

Conrado successit. Quippe anno statim sequenti 1391 se nobis obtulit in litteris de elocata *curia monachorum* in Weissenau.

Sanderus. 139.

Memoratur anno 1395 in litteris de elocatis duobus iugeribus agri in tractu villæ Laubenheim. Anno 1399 *absente in remotis Decano* præsedit, cum constitutio *de curiis* conficeretur. Videtur, ac si in Canonicorum se postea redegerit ordinem, quandoquidem sunt, quæ suadent, eundem esse *Sanderum* illum *de Geisinaria*, qui in *Cantorum* habetur catalogo.

Petrus de Ingelheim. 140.

Adducitur anno 1406 in alia Capituli super eligendis curiis ordinatione, &

anno 1417 in ſententia Commiſſariorum ſuper controuerſiis, quæ Capitulo tum temporis interceſſerant cum Plebano vici Oeſtrich.

142. ## *Ioannes* de *Monte Martis.*

Quod Scholaſticum ad *D. Victoris* egerit, patet ex inſtrumento quodam Notarii ſiue Tabellionis publici, ex quo nonnulla huc afferre e re erit: *In mea Notarii publici preſencia perſonaliter conſtitutus Honorabilis D.* Iacobus Gensfleiſch, *Scholaſticus eccleſ. S. Victoris, --- ex vna, &* Conradus *de* Woneckèn, *Canonicus S. Mauricii & Rector ſchol. S. Victoris partibus ex altera - - - - - - deliberatis de omnibus controuerſiis, litibus, queſtionibus & cauſis inter ipſos & quemlibet eorum tam ratione Rectoratus officii in dicta eccleſia S. Victoris, expenſarum factarum, ſalarii deſeruiti, quam etiam pro parte Venerabilis Viri, Magiſtri* Iohannis de Monte Martis, *olim* Scholaſtici ipſius eccleſie S. Victoris *debitis ſubortis &c.* 1439, 19 *Iul.* Ceterum cathedralis ipſe Wormatienſis etiam fuit Scholaſticus, & vixit adhuc anno 1445, vt in vita Theoderici Archiepiſcopi videre eſt.

14.. ## *Iacobus Gensfleiſch.*

Scholaſtici titulo iam occurrit an. 1433 in recenſu decimarum Eltvillenſium. Anno 1445 interfuit transactioni cuidam Weiſſènauiæ factæ.

14.. ## *Auguſtinus Bensheim*, Moguntinus.

Subiit nobis, qua S. Victoris Scholaſticus, anno 1469 in litteris quibusdam promiſcuis, & rurſum an. 1471. † an. 1489, die 16 Auguſti.

1489 ## *Wolfgangus Kelbel*, de *Neumburg.*

Poſtquam tres annos Scholaſtici geſſiſſet dignitatem, ea ſe abdicauit.

1492 ## *Ioannes Opilionis,*

Decretorum Licentiatus, eccleſiæ S. Georgii in Limpurg Præpoſitus, huius Canonicus.

Wolfgangum excepit. † an. 1509 in octaua Epiphanias dominicæ.

1509 ## *Ioannes* von *Hof.*

Opilionem ſecutus, ſub an. 1536 ex Scholaſtico Decanus factus eſt.

1536 ## *Achatius* de *Brandenburg.*

Ioanni ſurrogatus. Scholaſtici ſtatione exemplo non adeo laudabili anno 1550 deceſſit; Scholaſteria ex eo per duos annos vacante.

1552 ## *Ioannes Kuhorn,*

I.V.D. & Profeſſor Ordinarius, ad hanc ædem Canonicus.

Anno hoc 1552 menſe Nouembri electus, † an. 1575, d. 18 Iun.

1575 ## *Ioannes Berneburg,*

I.V.D. & P.P. Ordinarius, S. Moguntinæ Sedis Protonotarius & Iudex generalis.

Kuhornio ſucceſſor datus † an. 1590, die 1 menſis Iulii.

1590 ## *Iacobus Campius*, Elendorfenſis,

I.V.D. & Profeſſor Ordinarius, eccleſiæ Bonnenſis Decanus, D. Petri & Victoris Canonicus, S. Moguntinæ Sedis Protonotarius & Iudex generalis.

Berneburgio ſuffectus, Scholaſtici dignitatem geſſit vſque ad annum 1609, quo die 3 Octobr. vita defunctus eſt. Sepulturæ traditus in templo PP. Prædicatorum.

Godefridus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Godefridus a *Driel*, Neumagenſis, 1609

SS. Theol. & I. V. D. ac PP. Huius & ad D. Bartholomæum Francofurti Canonicus.

Iacobum excepit. † anno ſequenti 1610, die 31 Martii.

Ioannes Erneſtus Neuſeſſer, Ratisbonenſis, 1610

I. V. D. Ratisbonæ, Friſingæ, & Hildeſiæ Canonicus, Electoris Colonienſis Conſiliarius.

Moguntiam vocatus ad ſuſcipiendum Protonotarii officium, Ioannis Suicardi prouiſione dicto an. 1610 S. Victoris Scholaſticus factus eſt. Reducto poſtea ad religionis Catholicæ cultum Ducatu Neoburgico, a Ioanne Chriſtophoro Eichſtadenſi, Henrico Auguſtano, & Alberto Ratisbonenſi, Epiſcopis, nec non Wolfgango Wilhelmo, Duce Neoburgico, ad munus Præſidis in recens erecto, diſcutiendis rebus matrimonialibus, dicti Ducatus tribunali obeundum expetitus, anno 1616, menſe Octobri præcipite, Moguntiæ valedixit, tum Scholaſteria cum Canonicatu, tum Protonotariatu dimiſſis. Succeſſore dein Gernhardo anno 1621 fatis functo ſua officia Ioanni Suicardo rurſum obtulit, a quo Protonotarii munus iterum conſecutus eſt, & ab Academia Canonicatum, quem olim tenuerat. Sequenti 1622 prouiſione Archiepiſcopali Decanus S. Petri factus eſt; cuius eccleſiæ in *Decanis* plura de eo habebis.

Ioannes Vdalricus Gernhard, 1617

I. V. D. Spiræ *ad S. Guidonem Canonicus, Conſiliarius eccleſiaſticus Treuirenſis & Spirenſis.*

Antequam ordini eccleſiaſtico ſe addixiſſet, Marchionis Burgauienſis fuit Cancellarius, a Leopoldo Archiduce Auſtriæ eandem ad dignitatem deſtinatus. Spira Moguntiam vocatus Neuſeſſeri in locum ſubiit, an. 1617, die 1 Februarii factus Protonotarius & Iudex generalis, die vero 2 Mart. Ioannis Suicardi prouiſione ad ædem hanc Scholaſticus. † an. 1621, die 23 Auguſti.

Henricus Thœnen, Warbergenſis, 1621

Huius & S. Petri Canonicus.

Hactenus *Cantor*, Gernhardo ſurrogatus, † anno 1637, die 31 Martii. Sepultus in æde D. Ioannis. Conf. huc, quæ dixi ad *Serarii* lib. 1 cap. 31 p. 83.

Fridericus a *Driel*, 1637

SS. Theol. D. Scholaſticus B. M. V. ad gradus, Francofurti ad D. Bartholomæi, & Moguntiæ ad S. Mauricii Canonicus, Beneficiatus altaris S. Auguſtini in arce Gernsheim.

Vſque huc *Cantor*, Henrico ſucceſſit. Anno 1645, ad Decani adſpirauit honores.

Ioannes Fabricius, al. *Ortenberg*, 1645

Canonicus B. M. V. ad gradus.

E Cantore Scholaſticus factus, an. 1645, die 16 Februarii in poſſeſſionem venit. Anno 1662 ſimiliter, vt deceſſor, ad Decani honores gradum fecit.

Ioannes Chriſtophorus VVeberus, 1662

SS. Theol. D.

Fabricii in locum ſuffectus, eadem, qua ille, vſus fortuna, anno 1667 Decanus deſignatus eſt.

1667 *Nicolaus Burgers*, e Ducatu Limburgenſi,

SS. Theol. D. olim Parochus eccleſiæ Lorichenſis, dein Wormatiæ Decanus S. Pauli, & in eccleſiaſticis ibidem Prouicarius.

Webero ſucceſſor datus, † anno 1677, die 9 Ianuarii.

1677 *Ioannes Erneſtus* de *Meuſern*,

Hadamarienſis,

Ad D. Stephani Præpoſitus.

Scholaſtici dignitatem, quam anno hoc 1677 adiit, ſequenti, die 29 Martii, vna cum vita depoſuit.

1678 *Caſpar Guilielmus Beuſſer*, Moguntinus,

SS. Theologiæ D.

primum.

Deceſſoris ab obitu Scholaſteriam capeſſiuit. Qua an. 1686, die 24 Mart. pariter vt Decanus *de Waldenburg* Decanatu, priuatus eſt.

1686 *Ioannes Iacobus Walther*, Erfurtenſis.

Olim Romæ Principi *Vrſino*, poſtea *Ioanni Georgio II* & *Ioanni Georgio III*, Principibus Electoribus & Ducibus Saxoniæ, tandem vero duobus Archiepiſcopis & Electoribus Moguntinis a ſecretis Italicis. Eminentiſſimi prouiſione Scholaſticus factus, d. 24 Septembr. anni dicti 1689 in poſſeſſionem immiſſus eſt. Interpoſita vero a deceſſore Beuſſero apud Auditorem Rotæ appellatione, anno 1690 menſe Martio ceſſit, quamuis inuitus. † an. 1717, d. 2 Nouembr.

1690 *Leonhardus Nimis*, Waltdüranus,

SS. Theol. & I. V. D. Francofurti ad D. Bartholomæi, & huius ad D. Victoris Canonicus, Academiæ Moguntinæ Cancellarius.

Ordinarii prouiſione Scholaſteriam adiit die 27 Maii. Quod autem aduerſus mandatum de manutenendo, a Doctore Beuſſer an. 1689, d. 26 Septembr. in curia Romana, contra Waltherum, ab Auditore Rotæ obtento, eam capeſſiuiſſet, liti implicatus, eodem anno eandem reſignauit, vt in apologia d. 8 Sept. ad *Franciſcum Barberinum* ſcripta, editaque ipſe refert; Canonicatum vero anno 1694. † anno 1717, die 3 Ianuarii. Conf. Catalogum Rectorum Vniuerſitatis.

1690 *Caſpar Guilielmus Beuſſer*,

ſecundum.

Scholaſtici munia, Leonhardo decedente, reſumſit, atque ad an. 1709 vſque obiit, quo iis ſe abdicauit. Sequenti 1710, d. 18 Martii mortuus.

1710 *Paulus Ioannes Nicolaus Bolen*,

Monaſterienſis.

Succeſſit, & d. 30 April. anni dicti in poſſeſſionem inductus eſt.

* * *

Cum ſequentes etiam Scholaſteriæ ad D. Victorem præfuerint, & tamen non conſtet, quibus vnusquisque annis, eos huc loci apponere placuit.

Herfridus.

Occurrit nobis in Repertorio monaſterii Erbacenſis his verbis: *Litera* Herfridi "*Scholaſtici S. Victoris Mogunt.*" *ſuper quibusdam bonis noſtris, que Herbrandus & vxor ſua de Heddersheim nobis ibidem legarunt.*

Fridericus.

Subiit nobis in necrologio ad D. Victorem a. d. 6 Kal. Febr. his verbis; † Fridericus, *huius eccleſie Scolaſticus. Et dantur preſentibus 5 ſolidi Denar. Mogunt. de curia ſua, quam inhabitat H. ſocius.*

M. Ger-

M. Gerlacus.

Et is l. d. ad 11 Kal. Aug. † *Magiſter* Gerlacus, *huius eccleſie Scolaſticus, & dantur preſentibus 4 maldra ſiliginis de bonis Domine de Barba in Born.*

M. Henricus.

Et hic ſimiliter l. d. ad Non. Iulias; *Item dantur 12 ſolidi Hall. de curia Magiſtri* Heinrici *Phiſici, Scolaſtici huius eccleſie, iuxta domum torcularem verſus Rhenum.*

Iacobus Lytvveiler.

Occurrit itidem l. d. ad 2 Non. Octobr. *Hic peragitur anniuerſarium* Iacobi Lytvveiler, *quondam huius eccleſie Scolaſtici, & parentum ſuorum.*

IV

CANTORVM.

WEZELO. 10..

TEſtis an. 1064 in litteris, quibus Wezil Canonicus Collegio bona quædam pia attribuit voluntate, vt ſupra iam dictum.

Morardus. 11.

Occurrit an. 1122 in litteris Adelberti I, quas ſupra §5 protuli. Factus poſtea Decanus.

Conradus. 112.

Teſtis in tabulis eiusdem Adelberti I an. 1130 (v. ſupra §5) & in aliis Adelberti II an. 1139 datis (v. §7)

Stephanus. 114.

Teſtis partes obiit in litteris Henrici I an. 1143 & 1147 ſignatis, ſupra ad §7 adductis.

Linungus. 11..

Teſtes inter eſt in tabulis Archiepiſcopi Arnoldi an. 1158 datis, vt eodem §7 videre eſt.

Theodericus. 11..

Anno 1184 teſtibus adſcriptus in litteris Conradi I Archiepiſcopi.

Conradus. 118.

Teſtium in numero occurrit anno 1189 in tabulis dicti modo Conradi I Archiepiſcopi, de commutatione quadam cum Petrenſibus facta.

Vlricus. 119.

Adductus an. 1191 inter teſtes adhibitos in litteris eiusdem Conradi I, de decimis Sodenleenſibus eccleſiæ vindicatis (v. ſupra §10) & in aliis Sifridi ad D. Petrum Præpoſiti an. 1196 datis, de parochiali Altævillana, de qua tum temporis cum Capitulo diſceptauerat.

Henricus. 120.

Teſtibus an. 1210 appoſitus in tabulis Sifridi II ſiue ſenioris. v. chronicon *S. Stephani* § 16 p. 527.

1211 ## *Hermannus.*

Henrici succeſſor. Occurrit an. 1211, 1212, & 1213 in litteris dicti modi Sifridi II Archiepiſcopi, quarum *illas* adduxi ſupra ad § 11; *iſtas* in chronico S. Stephani; *has* in chronico *D. Albani.*

121. ## *Billungus.*

Adducitur an. 1217 in litteris ſuper dimidia ama ſiue amphora vini, quotannis in Gottesthal porrigenda.

121. ## *Cuno.*

Teſtis in tabulis Chriſtiani Præpoſiti an. 1220 confectis (v. § 15) & in litteris Sifridi II Archiepiſcopi an. 1224 ſignatis.

12.. ## *Thomas.*

Obtulit ſe nobis an. 1250 in litteris ſuper ſex ſolidis Waldorffii prouenientibus.

125. ## *Ludouicus.*

Teſtis an. 1258 in tabulis Simonis, Præpoſiti ad S. Mauricium. Anno 1275 donauit eccleſiæ duas carratas vini, a Wilhelmo Milite, dicto *Stang* de *Scharfenſtein* redemptas. † anno 1286.

1286 ## *Hugo* dictus *Slump.*

Anno 1286, Kalend. Septembr. per viam compromiſſi electus, vt ex ſequentibus patet litteris;

Vacante officio Cantoris in eccleſia S. Victoris *Magunt. ex morte* Ludouici, *quondam Cantoris ibidem, placuit omnibus & ſingulis dicte eccleſie, apud quos ius & poteſtas eligendi Cantorem illa vice reſedit, in nos* Gebehardum, *D. G. Decanum eccleſie Maguntine, & Prepoſitum eccleſie S. Victoris predicte, ac* Iohannem *Decanum ibidem, compromittere, & plenam nobis tradere poteſtatem prouidendi dicte eccleſie de Cantore. Nos igitur, compromiſſo huiusmodi in nos ſuſcepto, idoneitate perſonarum diligencius penſata, & conſiderata officii & negocii qualitate, attendentes, quod dicta eccleſia aliis ſecundariis eccleſiis, cum quibus habet confraternitatem, non debet eſſe in honore vel obſeruacione diſſimilis vel deformis, ſtatuimus, volumus, & ordinamus, vt officium Cantorie in eccleſia S. Victoris predicta, iuxta conſuetudinem, obſeruanciam, & modum approbatos & hactenus pacifice obſeruatos tam in Cantore quam Succentore expleatur & in perpetuum obſeruetur -- Ordinacione itaque prehabita, nos inuocato Dei nomine* Hugonem *dictum* Slump, *dicte eccleſie Canonicum, ipſi preficimus in* Cantorem, *& de perſona ſua dicte eccleſie prouidemus --- MCCLXXXVI, II Kal. Sept.*

Fuit etiam *Canonicus maioris.* Vid. *Syllabus plenior* ſect. VI. p. 395. † 1305, die 4 Maii.

1305 ## *Helvvicus.*

Anno 1307 conſtituitur Manufidelis. † an. 1322, d. 24 Nouembris.

132. ## *Nicolaus* zum *Silberberg,*

Anno 1325 interfuit electioni noui ad hanc ædem Præpoſiti. Vixit adhuc an. 1349, d. 20 Febr. Occurrit enim in inſtrumento Notarii ſuper bonis in tractu Vndenheimenſi & Nordolfsheimenſi. † Non. Iul. an. 13...

135. ## *Ioannes Stos.*

Anno 1352, feria ſecunda poſt Epiphan. legauit huic ad D. Victorem Collegio, nec non Petrenſi, & clauſtro Carthuſienſium varia bona in tractu villæ Flersheim; huic præcipue, quod in eodem fratrum alter & ſoror eccleſiaſticæ traditi eſſent ſepulturæ; alter vero monaſticen profiteretur. † an. 1362, indice lapide ſepulcrali, in monte S. Victoris nuper eruto.

Ioannes

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ioannes de *Ruremunda.* 1362

Anno 1365 interfuit electioni noui Præpoſiti. † an. 1372. Eo certe teſtamenti, quod fecerat, vindices nuncupati quinquaginta florenos, quos eccleſiæ B. M. V. ad gradus legauit, eidem d. 26 Iunii exſoluerunt.

Lambertus de *Moguntia.* 13..

Anno 1390, d. 14 Martii tanquam Mandatarius Capituli recepit decimam *Campiciuium*, vulgo *im Burgerfeld*, a monaſterio veteris cellæ S. Victoris Collegio venditam. † 19 Kal. Aug. vt necrologium habet; ſub an. 1394, quod exinde colligas, quia ſequenti 1395, dominica *Quaſimodogeniti* dicta, bona, morte ipſius poſſeſſore deſtituta, elocata fuere.

Succeſſor adhuc latet.

Sanderus de *Geiſmaria,* 141.

S. Stephani & huius eccleſiæ Canonicus.

Quo titulo adhuc an. 1417 occurrit. Anno 1420, qua *Cantor*, adducitur in litteris de emptis 2 libris Hallenſibus ab nautis villæ Weiſſenavv. Anno 1425 præſedit Capitulo, cum de Syndico conſtituendo ageretur.

Ioannes de *Lindau,* 14..

Canonicus etiam maioris.

Qua *Cantor ad S. Victorem* ſe nobis obtulit an. 1434 in ſententia *ſuper decima cuiusdam peciæ prope monaſterium S. Iacobi.* Poſtea Cantoris munere ſe abdicauit.

Ioannes de *Lyſura,* 1439

Decretorum D. Præpoſitus B. M. V. ad gradus, S. Victoris Canonicus, Theoderici Archiepiſcopi Vicarius in ſpiritualibus generalis.

Anno 1439 immiſſus in Cantoriæ poſſeſſionem. Occurrit adhuc an. 1445. Deceſſoris imitatus exemplum, eam dimiſit.

Ludouicus Quilder, al. *Quiller*, it. *Queller,* 14..

Canonicus huius & ad gradus.

Adducitur an. 1451 in litteris ſuper controuerſia inter Confraternitatem ad *D. Victoris*, & *Ioannem* Militem dictum *Ring*, de ſex ſolidis in Weiſſenavv. Et ipſe Cantoris de ſtatione deceſſit. Annis enim ſequentibus tantum qua *Canonicus* occurrit.

Cyriacus Leckſtein. 1456

In poſſeſſionem introductus eſt an. 1456, teſte computo Fabricæ p. 108. Factus poſtea eſt Decanus.

Wigandus Könicken de *Paderborn,* 1459

Canonicus ad D. Bartholomæi Francofurti, Moguntiæ vero *Collegialis huius, & B. M. V. ad gradus.*

Cantoris dignitatem an. 1459 adiit. Factus dein eſt Adolfi II Archiepiſcopi Secretarius, vti ſane nomine hoc ſæpius nobis ſubiit. Anno 1467 iuſſus fuit Biſchofsheimenſes Henrici Comitis Wirtembergenſis, qua Adiutoris conſtituti, imperio tradere, & an. 1469 cognoſcere litem ex capite iniuriarum vertentem inter Nicolaum Stubenrauch & Vlricum Steden, Canonicos eccleſiæ S. Philippi in Zell. Eodem anno permutauit Cantoriam cum Cuſtodia. Demum Francofurti ad D. Bartholomæi Decanus conſtitutus eſt, quo titulo rurſum ſæpe occurrit. † an. 1480, die S. Agnetis memoria celebri.

Henri-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

1469 **Henricus Heideck,**

Scholaſticus ad D. Mauricium, Vicarius ad hanc ædem.

Wigandi in locum ſucceſſit. Mox tamen & quidem eodem adhuc anno 1469 reſignauit.

1470 **Simon Heideck,**

Canonicus D. Gangolfi, & Scholaſticus S. Crucis, huius ſimiliter Vicarius.

Henricum excepit, anno 1470, feria 5 poſt Paſcha in poſſeſſionem immiſſus. Cantoris autem dignitate, quam non ita diu geſſit, ſe abdicauit, factus Commiſſarius & Sigillifer. Fuit antea Procurator Fiſci generalis, primum anno 1455 a Theoderico, & dein an. 1459 a Diethero conſtitutus.

147· **Ioannes Wertheim,** Moguntinus.

Quando in poſſeſſionem fuerit introductus, non liquet. Notatum tamen in Protocollo, ipſum anno 1472 Cantoriam reſignaſſe. Fuit etiam *Canonicus S. Stephani* & *Cantor* ad *D. Ioannis.* † anno 1478, die 17 Auguſti.

1472 **Chriſtianus Gans,** Hainenſis,

Eccleſiarum Moxſtadienſis & Flanheimenſis Præpoſitus, S. Victoris, S. Stephani, & D. Mauricii Canonicus, Dietheri, Alberti, & Bertholdi *Commiſſarius & Sigillifer.*

Cantoriam conſecutus eſt anno 1472. Iuſſu Dietheri anno 1477 bona alienata ad Hoſpitalis Spiritus Sancti poſſeſſiones reuocare allaborauit. † anno 1488, die 26 Februarii.

1488 **Petrus Paternoſter,** Moguntinus.

Chriſtianum in gerenda Cantoris dignitate ſecutus eſt. † anno 1492, die 8 Iulii.

1492 **Georgius Schvvarzenberg,** Francofurtenſis,

ibidem *ad D. Bartholomæum Cantor.*

Vi precum Imperialium anno 1492, die 19 Iul. in poſſeſſionem Cantoriæ & Canonicatus introductus quidem fuit; ſed quum lite mota poſt tres ſententias definitiuas ſuccubuiſſet, & hunc & illam dimiſit.

1495 **Engelbertus Erckel,**

S. Petri, & B. M. V. ad gradus Canonicus.

In Curia Romana verſans, an. 1495 Cantoriam obtinuit, quam dein anno 1504 reſignauit, factus *Præpoſitus Numburgenſis & Erfurtenſis.* Superſtes fuit ad annum vſque 1530. Alexandro Papæ gratus fuit acceptusque, vocatus ab eo in litteris anno 1492 ad Capitulum Petrenſe datis *Credentiarius & familiaris noſter.*

1504 **Henricus Piſtoris** de **Wonecken,**

Legum Doctor,

primum.

Engelberti in locum ſucceſſit. Cuius exemplo dein anno 150. Cantoris ſtatione abdicatione voluntaria deceſſit.

150· **Ioannes** de **Windeck,**

Decretorum Doctor.

Qua *Cantor D. Victoris* ſæpius in Protocollo Cleri ſecundarii, & quidem anno 1510, 1511, 1512, 1513 diſertis verbis occurrit.

Henricus

Henricus Pistoris de *Wonecken*, secundum.

Pro testimonio loquatur Necrologium; *Ordinatio b. m.* Henrici Pistoris, *Legum Doctoris, Cantoris & Canonici, de Missis infra primas dominicis diebus dicendis per annum &c. qui obiit anno Domini MVCXXXI, die XVI Iunii.* Subiit ceteroqui nobis anno 1515, 1516.

Hieronymus Lamparther de *Greiffenstein*, 1531

I.V.D. Cathedralis Constantiensis & huius ad D. Victorem Canonicus.

Nobili & antiquo natus stemmate, Henrico suffectus est. Sed dignitatem, quam die 27 Iunii adiit, die 26 Aug. ad manus Capituli dimisit. † 1551.

Ioannes Gotvvalts, 1531

Vicarius.

Hieronymo successor datus. † anno 1543, die 24 Iulii.

Iustinianus Münzenthaler. 1543

Ex Vicario factus Cantor. † anno 1558.

Mercurius Wilthelm. 1558

Cantoris muniis cum annos 49 probe functus esset, † anno 1607, die 24 mensis Nouembris.

Godefridus a *Driel*, 1607

SS. Theologiæ & I.V.D.

Mercurio surrogatus, Scholastici dignitate anno 1609 obtenta, Cantoriam resignauit.

Henricus Thœnen. 1610

Godefridi in locum substitutus, anno 1621 similiter ad Scholastici honores gradum fecit.

Fridericus a *Driel.* 1622

Henricum excepit. Anno 1637 pariter, vt decessores proximi, Scholastici obtinuit munia.

Ioannes Fabricius al. *Ortenberg.* 1637

Fridericum secutus, Cantoriam anno 1645 dimisit, ad Scholastici euectus dignitatem.

Ioannes Remaclus Huart, Luxenburgensis, 1645

Eminentissimi Consiliarius ecclesiasticus, & Sacellanus honorarius.

Cantor factus anno 1645, biennio post ad Decani transiit honores.

Ioannes Christophorus VVeberus. 1647

Decessoris in locum sublectus dicto anno 1647, Cantoris statione anno 1662 decessit, factus Scholasticus.

Henricus Martinus a *Mülheim*, 1662

S. Crucis Præpositus, B. M. V. ad gradus, & S. Mauricii Magunciæ, nec non *ad S. Cæciliam* Coloniæ *Canonicus.*

Anno 1662 Webero successit, & anno 1691 tam Canonicatu, quam Cantoria se abdicauit. † Coloniæ anno sequenti 1692, d. 16 Ianuarii.

1691 *Ferdinandus Adamus* a *Köllen* in *Gleuel.*

Ex eo tempore Cantor, dicto anno 1691 in poſſeſſione collocatus.

* * *

Qui ſequuntur, memorantur in necrologio *D. Victoris*, vt tamen haud pateat, quo tempore vixerint.

Godeboldus.

Ad 4 Kalend. Februar. † *Godeboldus, huius eccleſie Canonicus & Cantor, & dantur preſentibus due carrate vini de Oeſterich.*

Theodericus.

Ad Kalend. Decembr. † *Theodericus Cantor huius eccleſie, vnde dantur preſentibus XII maldra ſiliginis de granario.*

Hermannus.

Ad 5 Kalend. Auguſt. † *Dominus* Hermannus *de* Weingarten, *Cantor & Canonicus huius eccleſie, & datur viceſima de bonis in Godla emptis.*

ECCLE-

ECCLESIAE B. MARIAE VIRGINIS *ad gradus* COLLEGIATAE CHRONICON.

SECTIO I

De Collegiatæ huius origine, fatis, ſtatu &c.

I

De Collegialis huius appellatione, ſitu, origine, primoque ſtatu.

AEdes hæc, *B. M. V.* honori dicata, *ad gradus* vulgo vocatur, quia per gradus cum e foro, tum maxime e platea, quæ a porta piſcium huc procurrit, ad eam adſcenditur.

Contigua eſt templo principi; per aream tantum quandam interiacentem ac ædificiis cinctam ab ea diſtincta. Notauit id *Brouverus*, his lib. XVI annal. Treuir. § VII p. 138 verbis: *Religioſum id & ſolenne maioribus fuit, vt ſicut apud Romanos Honori & Virtuti fiebat contiguis in ædibus; ſic ad excellentius Mariæ Virginis Dei genitricis profitendum ſtudium, filio matrique, iuxta continuato ſpatio, templa locarent. Id quod cum alibi multis in locis, tum in huius tractus eccleſiarum nobiliſſimis, Coloniæ, Treuiris, &* Moguntiaci *ſpectare licet, vbi per primarias etiam baſilicas patet ad ædem* B. Virginis *aditus.*

Initia ſua refert ad annum DCCCCLXXXVIII, vel circiter; quo tempore Willigiſus Sedi præerat Moguntinæ. Saltem is ei duas illas valuas æreas, quæ ad forum ferunt, donauit. Condita vero fuit a Senatu, populoque Moguntino. Conf. *Serarius* lib. V in *Willigiſo* § 10 p. 719, & ex eo anonymus libelli, qui *Aurea Moguntia* inſcribitur, auctor § XIV ſect. II n. VII p. 199.

De reliquo parochialis fuit: quin, vt tradere quosdam meminimus, tum temporis parochialis vnica. Illud iam monuit, quem modo laudauimus, *Serarius.*

II

De ſtatu eius ſæc. XI mutato.

Ex parochiali circa annum MLXIX in eminentiorem euecta ſtatum eſt. In oculis erat *Sifrido I.* Is proin, vt pietatis ſuæ nouum ſtatueret documentum, eam amplificauit, amplificatam liberaliter ditauit, ac Collegio Canonicorum inſtruxit. Id tum *Marianus*, temporum illorum æqualis, ad h. a. innuit, tum *Trithemius* in chron. Hirſaugienſi recognito ad an. MLXXIII p. 236; quorum verba cum *Serario* in *Sifrido I* § 6 p. 750 iam attulerit, hic repetere non vacat.

Id tamen notandum, *Sifridum* partim turbis temporum illorum impeditum, partim fatis præuentum, operi extremam manum haud admouiſſe. *Adelbertus* enim *I* in tabulis, quas § ſequenti dabimus, diſerte: *Prædeceſſor noſter felicis memoriæ*

moriæ Dominus Sifridus *Archiepiſcopus, præfatæ eccleſiæ canonicæ inſtitutor & auctor diligentiſſimus, opus, quod Deo inſpirante bene inchoauit, tum eccleſiaſticæ pacis infeſtatione præpeditus, nec non extremo vitæ præuentus articulo minus plene conſummauit, ſed exemplum bonæ imitationis & extremæ manum perfectionis ſucceſſoribus reliquit.*

III

De bonis iſtius ac poſſeſſionibus ſubinde auctis.

Canonicis, quos in ea diuino cultui vacare voluit auctor *Sifridus*, benigne prouidit, certis, vnde victitarent, facultatibus adiectis: quas poſtea & alii tum auxerunt, tum aliis beneficiorum ornamentis haud parum illuſtrarunt.

Adelbertus quidem *I* Fratribus cenſum manſi in tractu villæ Eberbach, nominatim prædiorum, quæ Sigebodo & Adelbertus Fratres eccleſiæ huic B. M. V. *ad gradus* contulerant, remiſit, datoque diplomate hoc ita ratum eſſe teſtatus eſt. Id ita habet:

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis, Patris, Filii, & Spiritus ſancti. Ego ADELBERTVS, *diuina preordinante miſericordia ſancte Maguntine eccleſie Archiepiſcoporum humillimus, notum eſſe cupio cunctis Chriſti & eccleſie fidelibus, tam futuris ſucceſſoribus quam preſentibus, qualiter ego Canonicis eccleſie* S. Marie, *que vocatur* ad gradus, *remiſi, quod ipſorum, & fidelis noſtri, Domini* Richardi, *eiusdem eccleſie tunc Prepoſiti, ſuggerebat peticio: Predeceſſor noſter, felicis memorie Dominus* Sifridus *Archiepiſcopus, prefate eccleſie Canonice inſtitutor & auctor diligentiſſimus, opus, quod Deo inſpirante bene inchoauit, eccleſiaſtice pacis infeſtacione prepeditus, nec non extremo vite preuentus articulo minus plene conſummauit, ſed exemplum bone imitacionis, & extreme manum perfectionis, ſucceſſoribus ſuis dereliquit; cuius Pontificatus cathedram cum DEO conferente ſuſcepiſſem, tum pro remiſſione peccatorum meorum, tum pro ſpe eternorum premiorum, decreui, in aliquo ſanctitatis eius imitari veſtigia, & orbate tanti patris obitu filie pro tempore augere ſtipendia, ad quod nimirum cogebat me, & ſeruande in omnibus deuocio caritatis & amor iunctiſſime nobis cum prefato viro conſanguinitatis.*

Remiſi ergo prenominate eccleſie, ibique DEO famulantibus, cenſum vnius manſi in villa, que vocatur Eberbach, *nominatim prediorum, que Dominus* Sigebodo *& frater eius* Adelbertus *eidem eccleſie contulerunt; ea inquam condicionis lege remiſi, vt, quoad mortali hoc in corpore viuerem, annua ordinacionis mee memoria ibidem celebretur, poſtque diſſolucionem tabernaculi mei, anniuerſarius obitus mei dies frequentetur.*

Vt autem hec eadem tradicio a meis eciam ſucceſſoribus ſtabilis & inconuulſa permaneat, coram multis boni teſtimonii viris eam fieri ordinauimus, & chartam hanc fieri, noſtrique ſigilli impreſſione fecimus inſigniri.

Affuerunt autem hy teſtes:

Aſmarus, *Prepoſitus & Camerarius.*	Gerlacus, *Comes.*
Ceyzolfus, *Decanus.*	Embrecho, *Vicedominus.*
Turinbertus, *Magiſter.*	Ernolt, *Scultetus.*
Richardus, *Cantor*;	Arnolt.
& eiusdem *monaſterii *Pater* Ruogerus.	Dudo.
Hartvvinus.	Hartvvin, *& filius eius* Saleman.
Arnoldus, *Comes.*	Regenhart.
Ruothart.	

* intellige *maioris*

Acta anno Dominice incarnacionis MCXVIIII, Indict. XII. Data Moguncie anno Ordinacionis mee IIII, Domini vero Calixti *vniuerſalis Pape, primo. Imperante Domino* Henrico *huius nominis quinto.*

Poſt, cum fratrum horum minor, Adelbertus, prædia iſta Sigebodonis ab obitu, neſcio qua re offenſus, cuidam cognatorum ſuorum, Theoderico, pignori oppoſuiſſet, idem *Adelbertus* Archiepiſcopus Adelberto, vt prima quaque occaſione ea redimeret, iniunxit: Theoderico vero, ne Canonicos amplius impeteret, compoſitione inter eos facta, interdixit. Perhibent id tabulæ ſequentes.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis, Patris, Filii & Spiritus Sancti. Ego ADELBERTVS *diuina preordinante miſericordia ſancte Moguntine eccleſie Ar-*

Archiepiſcoporum humillimus, notum eſſe cupio cunctis Chriſti & eccleſie fidelibus, tam futuris ſucceſſoribus, quam eciam preſentibus, qualiter ego, Canonicis eccleſie S. Marie, *que vocatur* ad gradus, *remiſi, quod ipſorum, & fidelis noſtri, Domini* Richardi, *eiusdem eccleſie tunc Prepoſiti, ſuggerebat peticio: Predeceſſor noſter felicis memorie Dominus* Sifridus *Archiepiſcopus, prefate eccleſie canonice inſtitutor & auctor diligentiſſimus, opus, quod DEO inſpirante bene inchoauit, eccleſiaſtice pacis infeſtacione prepeditus, nec non extremo vite preuentus articulo, minus plene conſummauit, ſed exemplum bone imitacionis, & extreme manum perfectionis, ſucceſſoribus ſuis dereliquit; cuius Pontificatus cathedram cum Deo conferente ſuſcepiſſem, tum pro remiſſione peccatorum meorum, tum pro ſpe eternorum premiorum decreui, in aliquo ſanctitatis eius imitari veſtigia, & orbate tanti patris obitu filie pro tempore augere ſtipendia, ad quod ninirum cogebat me, & ſeruande in omnibus deuocio caritatis, & amor iunctiſſime nobis cum prefato viro conſanguinitatis.*

Remiſi ergo prenominate eccleſie, ibique DEO famulantibus, cenſum vnius manſi in villa, que vocatur Eberbach, *nominatim prediorum, que Dominus* Sigebodo *per manum Aduocati Comitis* Arnolfi *eidem contulit eccleſie; ea inquam condicionis lege remiſi, vt quoad mortali hoc in corpore viuerem, annua Ordinacionis mee memoria ibidem celebretur, poſtque diſſolucionem tabernaculi mei, anniuerſarius obitus mei dies frequentetur.*

Poſt obitum vero ipſius, Adelbertus *frater eius, eadem bona a Fratribus in beneficium ſuſcipiens, cum pro quadam leui offenſa, quam aduerſus Fratres poſtea habuerat, cuidam cognato ſuo,* Theoderico *videlicet, ea pro aliquanta pecunia in vadimonium, Fratribus ignorantibus, poneret, obediencia ſimul & racione canonica predicto* Adelberto *iniunxi, vt bona eccleſie, remota omni occaſione, redimeret; quod cum feciſſet, & non longo deinde interpoſito tempore & ipſe in Domino obdormiuiſſet, idem prenominatus* Theodericus *ſecundo cepit Fratres illos quaſi pro vadimonio ſuo in eis bonis, & tribus iugeribus, ad curtem noſtram in* Altauilla *pertinentibus, tam diu inquietare, donec ego in preſencia Maiorum Moguntine eccleſie, tam Clericorum quam Laicorum, ab hac impeticione hoc modo eos abſolui, vt eidem de rebus eccleſie V talenta perſoluerentur, ne deinceps inde obmurmuraciones vlle ſuborirentur.*

Vt autem hec tradicio a meis eciam ſucceſſoribus ſtabilis & inconuulſa permaneat, coram multis boni teſtimonii viris inuaſores iſtius tradicionis excommunicauimus, & hanc cartam fieri ordinauimus, noſtrique ſigilli impreſſione fecimus inſigniri.

Affuerunt autem hy teſtes:

Heinricus, *ſummus Prepoſitus.*
Hartmannus, *Cantor & Camerarius.*
Emicho, *Erpiſvordienſis Prepoſitus.*
Turenbertus, *Magiſter.*
Hartuuinus, *eiuſdem eccleſie Decanus.*
Egeloffus, *Cantor.*
Arnolfus, *Comes.*
Gerlacus, *Comes.*
Ruthardus, *Vicedominus.*
Regenhardus.
Erneſt.
Volbertus.
Obertus.
Orto.
Salemannus.
Ebo, *& frater eius* Ruthardus.

Acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCXXX, Indictione VIII. Data Moguncie, anno ordinacionis mee quintodecimo, regnante Lothario, *huius nominis tertio.*

Arnoldus Archiepiſcopus ipſo, quo funeſtam mortem obiit, anno, MCLX ſcilicet, villulam *Vrefo*, in tractu, qui vulgo *Einriche* dicitur, vna cum omnibus bonis, reditibus, decimis; decimas itidem de noualibus in ſilua *Hagonovve* Fratrum vſibus attribuit, ac tabulis his publice editis transcripſit.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. ARNOLDVS *Dei gracia Maguntine Sedis humilis Miniſter. Omnibus Deum diligentibus, tam futuris quam preſentibus eccleſiaſtici Ordinis, & regularis diſcipline & clauſtralis obſeruancie. Status antiquus a patribus noſtris ſtudioſa deuocione inſtitutus, & decora moderacione amminiſtratus & conſeruatus, idcirco in plenitudine ſui decoris diu permanſit,*

sit , & fere vsque ad tempora nostra perdurauit , quia debita stipendia, quibus homo exterior reficiendus & sustentandus erat , sufficienter eis tunc temporis habundabant , nec erat necessitas extrinseca , que eos a diuini officii conseruacione & contemplacione deuocaret ; verum , peccatis nostris exigentibus , omnes communiter in tantam iam deuenimus miseriam , in tantam perturbacionis & confusionis voraginem impegimus & inuoluti sumus , vt & nobis , qui licet indigni , Episcopali tamen fungimur honore , quid faciendum quidue sperandum sit , in dubium venerit. Iusto enim Dei iudicio venit super nos tribulacio , & non exaudimur in tribulacionibus nostris , quia omnes incessanter Deum offendimus ; proinde hoc solum & vnicum nobis est remedium , vt ad thronum gracie Dei confugere festinemus , si forte misereri , si parcere , si extentam super nos sue districtionis iram conuertere dignetur in misericordiam. Huius rei consideracione nos salubriter compuncti & commoniti , ne penitus inutiles , & sine fructu coram Domino inueniamur , quantum ipsius concesserit clemencia , curam adhibere & operam dare parati sumus , & semper erimus.

Quocirca notum esse volumus vniuersis Christi fidelibus , quod Abbacia quedam S. Marie *in* Sluthere *villam quandam* , Vrefo *vocatam , in prouincia , que vulgo* Einriche *dicitur , sitam , legitime quidem possedit , sed nullam * verbi consequi poterat vtilitatem , tum propter loci ipsius distanciam remociorem , tum & maxime propter quorundam hominum peruersorum violenciam & inquietacionem. Communicato itaque consilio , predicte ecclesie Abbas* Manegoldus , *& vniuersi Confratres sui , consenciente & approbante Venerabili Confratre nostro* Gebehardo *Wirzeburgensi Episcopo , per manum Aduocati ipsorum* Marcvvardi *de* Grumbach , *prefatam villam* Vrefo *nobis vendiderunt , debita empcionis & vendicionis sanctione & astipulacione vtrinque adhibita , & solempniter peracta ; nos vero eandem villam per manum* Gerhardi *Comitis de* Nuringen *suscepimus , & in vsus legitime possessionis nostre mancipauimus , & sic , vt condictum fuerat , Domino Abbati & Monachis suis XXXV marcas probati argenti persoluimus.*

Sed quia sacrosancte genitricis Dei , Marie , *ecclesiam* ad gradus , *multis & diuersis afflictam & attenuatam calumpniis & miseriis , compaciendo prospeximus , vnigenitus ipsius filius cordi nostro inspirauit , vt Canonicis ibidem Deo famulantibus , & statutis stipendiis carentibus , aliquod solacium per eiusdem predii nostri collacionem impenderemus.*

Adhibitis itaque eccleſie nostre sapiencioribus , tam Clericis quam Laicis , per manum predicti Gerhardi *Comitis , prenominatam villulam* Vrefo *cum omnibus pertinenciis suis , tam in familia quam in eccleſia ibidem sita , de decimis , aquis , pratis , pascuis , siluis , cultis & incultis , aquis aquarumque decursibus , & ceteris emolumentis , que ibidem in presenciarum sunt vel imposterum inde prouenire poterunt , super altare* S. Marie *delegauimus , & in perpetuam possessionem ad vsus Fratrum destinauimus. Ne quis eciam preter nostram & successorum nostrorum personam ius Aduocacie ibidem sibi vsurpare presumat , sub anathemate contradicimus & prohibemus.*

Proinde , quia bonis iniciis finem meliorem succedere , & apud DEVM salubre , & apud homines est laudabile , testante Scriptura , non cesset manus tua operari , quod bonum est , *hec nos verba non perfunctorie , sed oculata attendentes animaduersione , predictis Fratribus nostris habundanciori compassione subuenire & prouidere curauimus , & cottidiana adhuc eis ampliare stipendia hoc modo decreuimus.*

In silua Hagonovve *quamplurima iam facta sunt noualia , quorum decimas , que nostri iuris fuerunt , & ad Episcopalem nostram iusticiam libere & sine omni contradictione spectabant , sano vsi consilio , Fratribus concessimus , & ad roborandam possessionis ipsorum firmitatem , propria manu nostra super altare* S. Marie *predictas decimas delegando tradidimus ; fundum autem prefate silue* Hagenove *ad proprietatem & legitimam possessionem* S. Marie *& Fratrum pertinere , omnes , qui in illa vicinia circumquaque commorantur , simul in vnum , diuites & pauperes , manifeste nouerunt , & vnanimi sentencia & voce consona consitentur. Quocirca , tam humano iudicio quam iure ecclesiastico , vniuersis Christi fidelibus perspicue pateat & irrefragabiliter constet , prefatam siluam , cum omnibus suis*

noualibus

noualibus & decimis, & vniuersis, que ibidem fieri poterunt, emolumentis, ipsorum vsibus Fratrum integraliter subseruire debere, nec vllos homines in his noualibus aliquid iuris vel potestatis habere, sine Fratrum communi voluntate & concessione.

Vt autem quicte & sine omni infestacione alicuius persone hec nostra Fratribus collata beneficia, rata & inconuulsa omni euo permaneant, hanc nostre donacionis cartam inde conscribi, & sigilli nostri impressione roborari fecimus, & ex auctoritate Dei omnipotentis, & SS. Apostolorum Petri & Pauli, *& nostra precipimus, & cum anathemate contradicimus, ne quis ausu temerario inuadere, siue infestare, seu grauare aliquomodo hanc Fratrum legitimam possessionem presumat. Statuimus etiam, vt Canonici, quibus hoc nostri in prandii solacium diuina opitulante gracia contulimus, diem ordinacionis nostre annuatim celebrent, & post depositionem tabernaculi nostri anniuersarium nostrum debitis semper exequiis obseruent, & intercedentes ad Dominum, pro nobis offerant cottidie preces & oraciones.*

Huius rei testes sunt, de Clero

Hartmannus, *Prepositus* S. Martini & S. Stephani.
Burchardus, *Prepositus* S. Petri.
Arnoldus, *Custos.*
Sigelo, *Decanus & Camerarius.*
Magister Wilehelmus.
Hugo, *Cantor.*
Christianus, *Prepos.* S. Marie *ad* gradus.
Gerlacus *S.* Victoris *Prepositus.*
Hezekinus, *Prepositus* S. Mauricii.
Embrico, *Pinguensis Prepositus.*
Cunradus, *S.* Gingolfi *Prepositus.*

Cappellani

Lodevvicus.
Rudingus, *Decanus.*
Magister Gernotus.

Laici

Gerhardus, *Comes de* Nuringe.
Helpricus, *Vicedominus.*
Godeboldus, *Marscalcus, & alii quamplures tam* Clerici *quam* Laici.

Acta sunt autem hec anno Dominice incarnacionis MCLX, Indictione VIII, regnante Friderico *glorioſissimo Romanorum Imperatore huius nominis primo, anno vero Imperii eius VIIII.*

Bertholdus Præpositus ius patronatus ecclesiæ Beckelheimensis anno MCLXXI eorundem concessit vtilitatibus. Consensit *Christianus I*, ac id his ratum habuit tabulis;

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. CHRISTIANVS *Dei gracia Moguntine Sedis Archiepiscopus. Attendentes illud euangelicum :* Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur, *vtile & necessarium duximus, opera misericordie, que ex actu subditorum nostrorum certis experimentis ad nostram peruenerunt noticiam, auctoritate nostra roborata debitis monimentis memorie commendare, vt posteritas inueniat & intelligat, quod digne approbare & imitari debeat, & sic etas ad etatem formam pie ac iuste viuendi, nec non operandi vsque ad vltimum electum transmittat.*

Nouerit itaque presens etas & secutura Christi fidelium posteritas, qualiter Fidelis noster & Dilectus Bertoldus, *Prepositus ecclesie B.* Marie *ad* gradus, *in Maguncia, postquam ecclesie illius sollicitudinem a nobis suscepit, quanta potuit diligencia operam impendit, vt eandem ecclesiam ex antiquo lapsam & plurimum deiectam erigeret, & erectam sustentaret, & intolerabilem Fratrum defectum in cottidiane necessitatis sue stipendiis per mobilia & immobilia, vbicunque se offerret oportunitas, suppleret. Accidit itaque, quod ecclesiam in* Beckelnheim *vacantem habuit, cuius institucio ex iurisdictione prememorate Prepositure ad ipsum pertinebat; vt ergo nacta oportunitate bonam voluntatem suam per operis exhibicionem comprobaret, ius institucionis ecclesie in* Beckelnheim, *cum vniuersis ad ipsam pertinentibus, ecclesie B.* Marie *& Fratribus inibi DEO famulantibus, ad supplendum stipendiorum suorum defectum, nostra auctoritate, & assensu Cleri nostri contradidit.*

Tali

Tali autem pactione facta est hec tradicio, vt Decanus ecclesie B. Marie, *assensu Fratrum & consilio, ex iure fundi, in ecclesia illa sacerdotem instituerет, & hic ab Archidiacono donum altaris reciperet, & de dote ecclesie, & de oblacionibus, nec non de aliis preter decimam, ecclesie illi per diuersa tempora a diuersis collatis seu adhuc conferendis, sustentacionem haberet, & de peticionibus ac de aliis, que consuetudo introduxit, Prelatis ecclesie illius responderet, Conuentus autem ecclesie B. Marie decimam ad supplendum stipendiarium in communem vsum suum redigeret, & cathedraticum, auctoritate & racione constitutum, congruo tempore persolueret.*

Vt autem hec & pietatis & necessitatis donacio rata & inconulsa omni evo permaneat, hanc cartam fecimus conscribi, & impressione sigilli nostri insigniri, excommunicacionis vinculo eos innodantes, qui aliquo modo huic pietatis facto obuiare presumpserint.

Huius rei testes sunt hy:

Arnoldus, *maior Prepositus.*
Burchardus, *Prepositus S. Petri.*
Heinricus, *Cantor.*
Wernherus, *Prepositus S. Marie in Campo.*
Sifridus, *Prepositus S. Iohannis.*

De ecclesia B. Petri

Herbordus, *Decanus.* & Vdalricus, *Magister Scolarum.*

De ecclesia S. Stephani

Fridericus, *Decanus.* Gernotus, *Scolasticus.*

De ecclesia B. Marie *ad* gradus

Heinricus, *Decanus.*
Cunradus, *Magister Scolarum.*
Marcvvardus, *Cantor,* & *Magister* Hugo.

De Laicis

Waltherus *de* Husun.
Gerhardus *de* * Kelberovva.
Hugoldus, *frater noster.*
Bertoldus *de* Schonenberg.

De Ministerialibus

Dudo, *Camerarius.*
Arnoldus Rufus.
Reinbodo *de* Pinguia.
Embricho Ringrauius.
Dieterus, *Sculletus.*
Cunradus *de* Rudensheim.
Cunradus, *Sculletus in* Pinguia.
Hermannus, *Sculletus.*
Philippus.
Lodevvicus, *nepos Arnoldi Rufi.*

Officiati

Gerungus.
Cunradus, *agnomine* Wormeze.
Godescalcus.
Gerlacus, *& alii quamplures.*

* Kelberau

Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCLXXI, Indictione IIII, regnante inuictissimo Imperatore Friderico *huius nominis primo.*

Ipse vero *Christianus* eisdem eodem hoc anno, *vt hoc deuotiores* se exhiberent *ad sacrum chrisma conficiendum*, quotannis XX solidos ad emendos *in cœna Domini*, i. e. quinta hebdomadis magnæ feria, pisces; e cella itidem Archiepiscopali quadrantal vini boni (*amphoram* siue *ohmam* vulgo dicunt) & ad panes siligineos medimnum tritici, litteris hisce ad posteritatis memoriam editis, præberi iussit.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. CHRISTIANVS *Dei gracia Moguntine Sedis humilis Minister. Imperator regni eterni, & ianitores celestis curie tante pietatis sunt & clemencie, quod pro terrenis eterna restituunt, corde contritis & humiliatis sempiterna gaudia conferunt, & pro elemosinis, que peccata redimunt, Paradisi beatitudinem impendunt. Nos igitur preclara predecessorum nostrorum vestigia sequi volentes, aliquid in gazophilacium Dei imponere volumus, vt a vero & iusto Samaritano, cum redierit, in eterna vita maiora premia recipere mereamur.*

Quocirca vniuersorum Christi fidelium, Clericorum & Laycorum, presens nouerit etas & successura posteritas, quod nos, intuitu retribucionis eterne, dilectis filiis nostris, Fratribus scilicet sancte Marie *in* gradibus, *presentibus & futuris, ad celebrandam annuatim cenam Domini, concedimus & largimur XX solidos bonorum nummorum de villa nostra, que dicitur* Eberbach, *pro habendis piscibus singulis annis,*

nis, & de Cellerario noſtro in Maguncia vnam amam vini boni, & tot panes albos, quot fieri poſſunt de vno maldro tritici, vt ſe nobis deuociores exhibeant ad conficiendum ſacrum criſma.

Precipimus itaque in virtute DEI, & ſub obtentu gracie noſtre miniſtris noſtrꝛ, vt hec noſtra ſtatuta predictis Fratribus S. Marie, *ſicut a nobis ſtatutum eſt, ſingulis annis perſoluant, ſtatuentes atque rogantes, vt idem beneficium a ſucceſſoribus noſtris plene conſeruent.*

Vt autem hoc verius credatur, & ab omnibus inuiolabiliter obſeruetur, preſentem inde paginam ſcribi, & noſtro ſigillo fecimus inſigniri. Datum Maguncie anno Dominice incarnacionis MCLXXI, V Nonas Auguſti, in preſencia & teſtimonio

Burchardi, *Prepoſiti* S. Petri.
Warnerii, *Prepoſiti* S. Marie *in* Campo.
Heinrici, *Prepoſiti* Pinguenſis.
Gottofredi, *Prepoſiti de* Frankenevort.
Henrici, *Cantoris maioris eccleſie.*
Arnuldi, *Prepoſiti de* Difendal.
Hermanni, *Prepoſiti in* Geiſmari.
Frederici, *Decani,*
& Chriſtiani, *Cantoris* S. Stephani.
Henrici, *Decani* S. Victoris.

& copioſe multitudinis Clericorum & Laicorum, *qui preſentes erant.*

* Veldenz

Gerlacus *videlicet, Comes de* *Veldenga.
Waltherus *de* Huſen,
& Fredericus *filius eius.*
Dudo, *Camerarius.*
Conradus, *Vicedominus.*
Embrico, *Ringrauius.*
Arnuldus Rufus *de* Pinguia.
Merbodo *de* Soulenheim.
Ditherus, *Scultetus.*
Petrus *de* veteri monaſterio.

Godeſcalcus, *Officiatus, & alii quam plures.*

E Canonicis *Henricus* anno MCLXXV domum lapideam iuxta nouum forum eccleſiæ legauit, & certis ſub conditionibus transſcripſit. Quo legere iuuabit tabulas haſce tum editas.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. Ego BERTOLDVS, *per Dei graciam eccleſie* S. Marie *ad* gradus *in Maguncia Prepoſitus*, Heinricus, *Decanus*, Hugo, *Magiſter*, Marcvvardus, *Cantor, & vniuerſus noſter Conuentus, omnibus Chriſti fidelibus, preſentibus & futuris, huiusmodi ſcripti continenciam ſignificamus, & notam fieri cupimus: Legitur in libris orthodoxorum Patrum, plures fuiſſe ſanctitate & doctrina excellentiſſimos viros, qui amplas poſſeſſiones & ingencia predia amore perfectionis vendiderunt, & nudi nudum Chriſtum ſequi deſiderantes, omnia pauperibus erogauerunt. Cum vero ad eccleſiaſticas dignitates poſtea promoti, & merito ſue perfectionis Epiſcopales infulas adepti fuiſſent, facultates eccleſiarum omni niſu & vigilanti ſollicitudine dilatare & ampliare ſtuduerunt; illam quoque euangelicam pauperculam, que in gazophilacio templi duo minuta poſuit, Dominus noſter IHESVS Chriſtus commendauit, eamque plus omnibus miſiſſe aſſeruit. Vnde certiſſimum habemus documentum, non eſſe vltimum opus miſericordie, res eccleſiaſticas eciam in domo augmentare.*

Quod frater noſter Henricus *diligenter apud ſe reuoluens, ſtatuit, in gazophilacio Domini ſuum minutum ponere, & eccleſie noſtre aliquid, etſi modicum, non modica tamen deuocione conferre. Contulit itaque eccleſie noſtre domum lapideam iuxta* nouum forum *ſitam, ſanus & incolumis per manum Mundiburdi ſui tam Clericis quam Laycis preſentibus, ea videlicet condicione, vt, quoad ipſe vixerit, eiusdem domus ſit poſſeſſor, & annuatim in anniuerſario matris ſue idem nobis duos ſolidos perſoluat; cum vero Dominus de corpore huius mortis eum liberauerit, tres pueri ſui,* Wernherus, Rudolphus, & Cunradus, *ius eandem domum poſſidendi optineant, eo videlicet tenore, vt eam vendendi vel mutandi vel aliquo modo alienandi nullam habeant facultatem, & ſingulis annis IIII ſolidos, duos in predicto, & duos in ipſius anniuerſario Fratribus noſtris perſoluant. Huius autem inſtitucionis formam, vno decedente, duo conſeruent, duobus vero defunctis, tercius ratam habeat; hoc vero finem vite accipiente, predicta inſtitucio finem accipiat, ita videlicet, vt eorum poſteritas nullum ius in prefata domo ſibi vendicare preſumat, ſed eccleſia noſtra, perpetua ſtabilitate, libere & abſolute, ſine contradictionis impedimento totaliter eam poſſideat.*

Ne autem temporis longitudo vel aliquis caſus a memoria hominum huius pactionis formam aboleat, hanc inde cartam conſcribi fecimus, & ſigillo eccleſie noſtre.

post bannum in domo Episcopali ter acceptum, & pueris ibidem inuestitis, signare curauimus.

Sunt autem testes huius institutionis,
de Clero

Arnoldus, *maior*,
Burchardus, *S. Petri*,
Wernherus, S. Marie *in* Campo,
Heremannus, *S. Mauricii, Prepositis.*
Heinricus, *maior Decanus, cum Fratribus suis.*

De Laicis

Dudo, *Camerarius.*
Ditherus, *Scultetus*;
& alii quam plurimi.

Facta sunt hec, anno Dominice incarnacionis MCLXXV, Indictione VIII, imperante Domino Friderico, *Domino* Christiano *Moguntine Sedi presidente.*

Bertholdum imitatus *Otho* Præpositus, eisdem anno MCLXXXIV ius patronatus ecclesiæ Flersheimensis adsignauit. Quod ipsum his probatum damus *Conradi I* litteris;

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. CVNRADVS *diuina miserante clemencia Sabinensis Episcopus & sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus. Attendentes & diligenter considerantes opera misericordie, que nostri subditi zelo caritatis ducti, benigne satagunt operari, vtile & salutiferum duximus, ea, nostra auctoritate corroborare, & corroborata, debitis monimentis memorie mandare, quatenus posteritas intelligat, quid approbare & imitari debeat, & pie viuendi & bene operandi exemplum sumere valeat.*

Nouerit itaque presens etas, & futura fidelium posteritas, qualiter dilectus noster & cognatus, Otto, *Prepositus scilicet ecclesie* S. Marie *ad* gradus *in Maguncia, postquam eiusdem Prepositure sollicitudinem a nobis suscepit, cum omni diligencia secum cepit voluere, quatenus eandem ecclesiam iam diu dilapsam erigeret, & graues defectus, quos Fratres a longo tempore in sue cotidiane necessitatis stipendiis pacibantur, omni nisu suppleret.*

Accidit autem, quod ecclesiam in villa, que dicitur Flersheim *sitam, cuius institutio & donacio ex iurisdictione ipsius prenominate Prepositure ad eum pertinuit, vacantem habuit; Vt ergo nacta opportunitate suam bonam voluntatem pro operis exhibicione ostenderet, prefatam ecclesiam* S. Marie, *& Fratribus ibidem DEO militantibus, toto affectu ex nostro assensu & auctoritate contradidit, quatenus defectum panis, quo Fratres diu laborabant, ex aliqua parte releuaret, & vt ipsi Fratres prenominati Prepositi transitus memoriam annuatim celebrarent.*

Tali autem condicione hec tradicio facta est, vt Decanus S. Marie *communi consilio & consensu omnium Fratrum, vel saltem sanioris partis, Sacerdotem in ecclesia instituat, & ille ab Archydiacono donum altaris & curam populi recipiat, dotem ecclesie & oblaciones, nec non decimam animalium ad ecclesiam pertinentem, & decimam vini, id est dimidiam carratam, vel si minus ibi creuerit, preterea octo maldra siliginis & duo tritici in sustentacionem sui recipiat, de peticionibus, quas consuetudo introducit, & de kathedratico, quod auctoritate & racione statutum est, Prelatis illius ecclesie omnino respondeat, Fratres vero decimam ecclesie, & si forte vince augmentate decimam vini vltra dimidiam carratam augmentauerint, ad stipendiorum suorum supplementum accipiant.*

Vt autem hec pietatis tradicio inconuulsa omnino permaneat, hanc cartam fecimus conscribi, & sigilli nostri impressione insigniri, omnes illos vinculo anathematis innodantes, qui huic pie tradicioni obuiare presumpserint.

Huius rei testes sunt:

Arnoldus, *Prepositus.*
Burchardus, *Prepositus.*
Bertholdus, *Decanus.*
Wernherus, *Prepositus.*
Heinricus, *Decanus maioris ecclesie.*
Sigehardus, *Scolasticus.*
Ruggerus, *Cantor* S. Petri.
Richardus, *Decanus.*
Waltherus, *Cantor* S. Stephani.

Cunra-

Cunradus, *Prepositus* S. Victoris. Wernherus, *Scolasticus.*
Amilius, *Decanus.* Theodericus, *Cantor ipsius ecclesie.*
Heinricus, *Prepositus* S. Marie *in* Campis.
Luipoldus, *Decanus.* Hugo, *Scolasticus.*
Giselbertus, *Cantor* S. Marie ad gradus.
Hermannus, *Prepositus.* Heinricus, *Decanus* S. Mauricii.
Rudolfus, *Prepositus.* Vlricus, *Decanus* S. Iohannis.
Heinricus, *Abbas* S. Albani. Folbertus, *Abbas* S. Iacobi.
Iofredus, *Abbas* S. Ferrucii.

Cappellani *Domini Archiepiscopi*,

Wernherus, *Scolasticus* S. Stephani. Ortholfus.
Rudegerus. Heinricus.
Lotharius.

Laici

Dudo, *Camerarius.* Ditherus, *Scultetus.*
Regenbodo *de* Pinguia. Arnoldus.
Cunradus Winzo.

Officiati

Herbordus. Embricho.
Gerlacus; *& alii quamplures.*

Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCLXXXIIII, Indictione II, regnante Domino Friderico *glorioſissimo Romanorum Imperatore Auguſto, & filio eius* Heinrico, *inuictiſſimo Romanorum Rege, Auguſto huius nominis IIII*.* *VI.

IV

De reſtitutis eidem manſis quibusdam in Oſſenheim.

Dudo Camerarius quatuor manſos in tractu villæ *Oſſenheim*, Decani poſſeſſionibus contributos, inuaſerat, & Militi cuidam fiduciario conceſſerat iure. Enimuero pœnitentia tandem tactus, eosdem *Arneuali* Decano anno MCXCVII reſtituit, profeſſus, ſe nil in eos iuris vel habere, vel vnquam habuiſſe; Conrado I rem litteris his confirmante.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. CVNRADVS *Dei gracia Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sabinenſis Epiſcopus, in perpetuum. Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris Chriſti fidelibus, ad quos preſens ſcriptum peruenerit, quod* Dudo, *Camerarius, qui eccleſiam* B. Marie *ad* gradus *in Maguncia multis retroactis temporibus inique moleſtauerat in quatuor manſis in* Oſſencheim, *Decanie eiusdem eccleſie attinentibus, quos eciam cuidam Militi inbeneficiauerat, ſigno ſancte crucis inſignitus, eosdem manſos* Arnevvali *Decano vltro reſignauit, recognoſcens & manifeſte profitens, quod nichil iuris in illis haberet vel vnquam habuiſſet; Timens eciam, quod votum peregrinacionis ſue pure & ſincere perficere non poſſet, ſi, quod ab eccleſia ſancte Dei genetricis virginis* Marie *abſtulerat, non reſtitueret, iuxta illud:* Non relaxatur peccatum, niſi reſtituatur ablatum: *promiſit quoque, quod eosdem manſos nunquam de cetero in vſus ſuos reſumeret, nec alicui daret auctoritatem, illos vſurpandi nomine ſuo.*

Vnde cum ex officii noſtri teneamur debito, ea, que ad ampliandum diuine religionis cultum eccleſiis Dei conferuntur, vel dudum collata ſunt, ſuis prouiſoribus illibata conſeruare, ſtatuimus auctoritate beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, *& noſtra, ſub anathematis interdicto diſtricte precipientes, ne quis auſu temerario predictos manſos ſine licencia Decani eiusdem eccleſie, ad cuius officium pertinent, ſibi vendicet vel occupet. Si quis vero tam racionabile ſtatutum noſtrum quoquomodo infringere attemptauerit, vinculum anathematis ſe nouerit incurriſſe; ſtatuimus preterea, vt, ſi quis Decanus predictos manſos cuiquam inbeneficiauerit vel aliquomodo alienauerit, vsque ad condignam ſatisfactionem, ab officio & beneficio ſit ſuſpenſus.*

Huius autem resignacionis testes sunt,

Comes Guntherus *de* Keuerenberc, — Theodericus, *Camerarius.*
& filius eius Henricus. — Theodericus, *Pincerna.*
Comes Wernherus *de* *Witichinstein. — Hermannus Werra.
Comes Lampertus, — Theodericus.
& eius frater Ernestus. — Herbordus.
Berengerus, *Dapifer de* Meldingen. — Sifridus, *Milites eiusdem* Dudonis.

Capellani Curie

Cunemannus, *Sacerdos.* — Wernherus.
Heroldus. — Giselbertus, *Notarii, & alii quamplures.*

Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCXCVII, Indictione XV.

* Witgenstein

V

De ædibus quibusdam ei legatis.

Emecho, ciuis Moguntinus, cum crucem in sacræ peregrinationis sponsionem suscepisset, anno MCCVI domum suam, iuxta *Izzelnesburgetor*; *Minna* vero, itidem ciuis, eodem hoc anno domum suam, super vallo in suburbio sitam, eidem transscripsere. Vtrumque hæ narrant litteræ;

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Arnoldus *Camerarius*, Herboldus, Ernestus, Fridericus Scado, & Bertholdus, *Maguntini Officiati, vniuersis in perpetuum. Quoniam facta mortalium tum ex longo processu temporum, tum ex naturali mutacione generacionum facile solent obliuioni succumbere, necessarium valde est, ea que legitima dispensacione fiunt, scripto subnotari sigillato.*

Nouerint igitur tam futuri quam presentes, quod Emecho, *conciuis noster, cruce Domini signatus, ad Iherosolymam iturus, dum iam esset in procinctu vie, accedente consensu vxoris sue,* Engelvvibis, *& filii eorum* Emechonis, *Canonici* B. Marie *ad* gradus, *domum suam, iuxta* Izzelnesburgetor *sitam, prefate ecclesie pro remedio animarum, sue videlicet, & vxoris sue* Engelvvibis, *& filii eorum contradidit. Facta est autem hec tradicio tali condicione, vt si eum debitum nature soluere contingeret, vxor sua* Engelvvibis, *& filius eorum, si superstites essent, domum, vnde mencio habita est, tempore vite sue possiderent, ita quod alter, alteri defuncto, in possessionem domus succederet. Verum vt in ecclesia memorata eiusdem conciuis nostri & vxoris prefate, siue filii eorum celebrior in perpetuum haberetur memoria, duo maldra tritici annuatim ecclesie de eadem domo danda constituit, eo modo, vt vnum maldrum in anniuersario die obitus vxoris sue, reliquum vero maldrum in sui ipsius, siue filii sui, Fratribus, presentibus tantum, conferretur; sublatis autem eis tribus de medio, domus ad vsum ecclesie cederet absque omni contradictione.*

In communem eciam fidelium noticiam venire desideramus, quod Minna *conciuis noster, domum suam, super vallum in suburbio sitam, cum manu filiorum suorum,* Heinrici *Sacerdotis, & Hartungi, Laici, sepedicte contulit ecclesie, ad quatuor vncias, annuatim in festo S. Marie Magdalene Fratribus persoluendas, ea pacti forma, quod eadem domus sibi, & filio suo* Heinrico *tantum, pro eodem censu, dum viuerent, habitanda, post mortem autem vtriusque, ecclesie* S. Marie * *cedent absolute possidenda.*

* cederet

Hys itaque iure debito peractis, Fratres eiusdem ecclesie, viri videlicet dilecti, magna vsi prouidencia, ne aliquid deesset, quod imposterum eis obiici posset, tribus bannis iuxta consuetudinem ciuitatis, vtramque donacionem firmius ecclesie sue stabiliuerunt.

Vt ergo in tam racionabili vtriusque domus donacione ecclesia S. Marie *ad* gradus *quieta pace perpetuo fungeretur, ad maiorem ecclesie cautelam presens scriptum, in quo rei tocius tenor euidenter continetur, sigillo ciuitatis nostre communiuimus. Nomina quoque testium sunt hec:*

Ditherus, *Scultetus.* — Amilius.
Eberhardus, *filius Camerarii.* — Helevvicus.

Bertholdus.

Bertholdus. Godefridus Bonus.
Ditho. Gerungus.
Bertholdus, *& alii plures ciuitatis noſtre conciues.*

Acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCCVI.

Similiter *Henricus*, S. Gereonis * Sacerdos, eiusque mater circa an. MCCXI domum eidem legarunt. Ipſe vero cenſum quinque ſolidorum, quem Collegium quotannis, dum viueret, de his ædibus ſoluere debebat, ipſo hoc anno ei remiſit. Dabimus, quibus id perſcribi iuſſit, tabulas ipſas.

* *qua ades nunc* S. Spiritus *venit nomine.*

FRIDERICVS *D. G. Decanus*, Godefridus, *Cantor maioris eccleſie Moguntine. Nouerint vniuerſi tam futuri quam preſentes, quod* Heinricus, *Sacerdos* S. Gereonis *in Moguncia, Fratribus eccleſie* S. Marie *ad* gradus *quinque ſolidos Colonienſ. quos ipſi ſibi annuatim in feſto B. Martini, quam diu viueret, de domo, quam mater ſua & ipſe eccleſie predicte legauerant, dare debuerunt, libero & proprio arbitrio pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum, coram nobis remiſit. Ne igitur idem* Heinricus *contra factum impoſterum poſſet venire, preſentem paginam ad cautelam Fratrum predictorum conſcripſimus, & ſigillo eccleſie noſtre inſigniuimus.*

Huius rei teſtes ſunt,

Theobaldus, *Abbas* Ebberbacenſis.

Canonici maioris eccleſie

Simon *de* Selehoven. Adelungus.
Heinricus *de* Stahelecken. Godefridus *Archipresbiter*;
& Folcnandus.

Gerhardus, *Decanus*; & Gerhardus, *Cantor* S. Marie *in* Campis.

Rudegerus, *Decanus* S. Gingolfi.

Embricho *de* Albicho, *& alii quamplures.*

Acta ſunt hec anno incarnacionis Dominice MCCXI.

VI

De cura ædi huic B. M. V. reparandæ impenſa.

Fecit, quam amplificauerat *Sifridus I*, ædes vetuſtate temporis, vt omnia fere ſolent, vitium non leue: quod quidem ſub initium ſæculi XIII tam aperte incurrebat in oculos, vt vel ipſius Archiepiſcopi *Sifridi II* opus eſſet ope. Patet id ex litteris anno MCCXI datis. Iis enim conſtituit, vt ſtipendia, quæ tum vacarent, vel poſt vacatura eſſent, duobus a defuncti obitu annis fabricæ eccleſiæ deſeruirent. Nil impedit, quin ipſas hic legamus.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. SIFRIDVS, *diuina fauente clemencia Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Cum eccleſiarum Dei, ſollicitudine vigilanti, maxime autem earum, que nobis ſubiecte ſunt, neceſſitatibus & incommodis ſincere caritatis affectu compati, & quantum poſſumus, conſulere debeamus, omnium Chriſti fidelium, quos ſcriptum preſens reſpicere contigerit, noticie cupimus ſubiacere, quod nos eccleſie* S. Virginis *ad* gradus, *que variis tribulacionibus nimis eſt attenuata, tum ad peticionem Fratrum ibidem, tum quia pre oculis eſt neceſſitas manifeſta, & aliunde aliud non habet ſubſidium, indulgemus, compaſſionis gracia diſpenſantes, quod ſtipendia, que in predicta eccleſia in preſenti vacant, vel poſtmodum vacare contingat, duobus annis poſt annum defuncti, fabrice eiusdem eccleſie deſeruiant.*

Igitur, ne hanc noſtram tam piam quam perutilem inſtitucionem quiſpiam impoſterum auſu temerario preſumat in irritum reuocare, nos ſcriptum preſens, a nobis ſuper huius rei traditum confirmacione, ſigilli noſtri munimine roboramus.

Huius rei teſtes ſunt,

Cunradus, *maior Prepoſitus.* Gotefridus, *Cantor.*
Gerbodo, *Prepoſitus* S. Petri. Ruthardus, *Cellerarius.*
Fridericus, *Decanus.* Heinricus *de* Stahelecke,

Maioris eccleſie Canonici.

Theodericus, *Decanus.* Rifridus, *Scolaſticus.*
Baldemarus, *Cantor* S. Petri.
Iohannes, *Decanus.* Wernherus, *Scolaſticus.*
Gotefridus, *Cantor* S. Stephani.
Willehelmus, *Decanus.* Gerhardus, *Scolaſticus.*
Hermannus, *Cantor* S. Victoris.
Gerhardus, *Decanus.* Gerhardus, *Cantor* S. Marie *in* Campis.
Diemarus, *Decanus.* Sigevvinus, *Cantor* S. Iohannis.
Rudigerus, *Decanus* S. Gingulfi.

Acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCCXI, II Idus Ianuarii, Indictione quarta decima.

VII

De lite ſuper area ante valuas æneas.

Vertit ea circa annum MCCXV inter ædis maioris & huius B.M.V. Canonicos. Vtrique immunitatis præſidio cauſſam ſuam defendebant. Sed anno MCCXV amica transactione compoſita fuit.

VIII

De auctis eccleſiæ huius a Sifrido II *bonis.*

Sifridus II Archiepiſcopus veteres Canonicorum facultates nouis aucturus beneficiis, iis anno MCCXI immunitatem ab exactionibus de prædiis eccleſiæ in Rhingauia ſitis peculiari dedit diplomate: anno dein MCCXVII, XV ſolidos Colonienſes Lorichii quotannis præſtandos, & *duas carratas vini Hunici*, Vinicellæ (vulgo *Winckel*) præbendas, liberaliter addixit. Vtrumque hic damus.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. SIFRIDVS *D.G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Ne proceſſu temporis vel humana verſucia geſtorum racionabilium ſeries immutetur, ſcriptorum debent viuaci teſtimonio commendari. Notum igitur eſſe volumus vniuerſis Chriſti fidelibus, tam preſentibus quam futuris, quod, cum anteceſſores noſtri vsque ad tempus noſtre promocionis, in predia eccleſie* S. Marie *ad* gradus, *in* Ringovve *ſita, pro ſue voluntatis arbitrio, putantes ſe ius habere, feciſſent exactiones, per quas eccleſia ſecundum iura Canonica & ciuilia in eisdem bonis magnum ſuſtinuit detrimentum, nosque huiusmodi exactioni, qualitercunque ad nos* perduranti. *perdurare videremus debere inniti, Canonicis tamen eccleſie prefate iuſte renitentibus, & affirmantibus, quod predicta predia deberent ab omni exactione libera permanere, ob remedium anime noſtre, & conſeruacionem libertatis eccleſiaſtice prenotate, exactiones ipſas omnimodis duximus auferendas, ſtatuentes, ne a ſucceſſoribus noſtris impoſterum attemptentur.*

Vt autem hoc pium & liberale factum noſtrum perpetuis temporibus inconuulſum permaneat, & debitam obtineat firmitatem, preſentem conſcribi paginam, eamque ſigilli noſtri munimine fecimus roborari.

Huius rei teſtes ſunt,

Gerbodo, *Prepoſitus* S. Petri. Adelungus.
Fridericus, *maior Decanus.* Godefridus.
Godefridus, *Cantor.* Heinricus, *Prepoſitus de* Pingvvia.
Heinricus, *Prepoſitus* S. Mauricii. Heroldus.
Ruthardus, *Cellerarius.* Dietmarus.
Obertus. *Canonici* maioris eccleſie.
Theodericus, *Decanus.* Rifridus, *Scolaſticus.*
Baldemarus, *Cantor* S. Petri.
Iohannes, *Decanus.* Godefridus, *Cantor* S. Stephani.
Laici
Godefridus, *frater noſter, de* Eppenſtein. Henricus *de* Okkenheim,
Wernherus & Philippus *de* Bolanden. *& alii quam plures.*

Acta ſunt hec anno ab incarnacione Domini MCCXI, Indictione XIIII. Data Moguncie VIII Idus Februarii, Imperante Domino Ottone *Romanorum Imperatore Anguſto, Imperii eius anno ſecundo.*

In

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. SIFRIDVS *D. G. ſancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Sicut ex officio noſtro vniuerſis eccleſiis nobis ſubiectis tenemur preeſſe, ſic ex donis & facultatibus a DEO nobis conceſſis, volumus eisdem, prout poſſumus, prodeſſe. Nouerint igitur vniuerſi, tam futuri quam preſentis temporis Chriſti fideles, quod nos ſpiritu pietatis inſpirati, in remiſſionem peccaminum noſtrorum & ſucceſſorum noſtrorum, quindecim ſolidos Colonienſ. annuatim in* Loricha, *& duas carratas vini* Hunici *in* Winkela, *de bonis ad Abbaciam quondam in* Ameneburc *ſpectantibus liberaliter, eccleſie* S. Marie *ad* gradus *contulimus, vt anniuerſarius dies noſter eciam a Canonicis ibidem DEO famulantibus perpetuo celebretur, & ſub ea forma, quod ſi vel per nos vel ſucceſſores noſtros eandem Abbaciam poſtmodum Domino adiuuante redintegrari contingat, nos vel ſucceſſores noſtri predicta bona, ſiue* S. Marie, *ſeu eccleſie in* Amenenburc, *equa prouentuum eſtimacione recompenſare debeamus.*

Ne igitur eadem noſtre pietatis donacio ab aliquo ſucceſſorum noſtrorum pro ſue voluntatis arbitrio immutari, vel malicioſa attemptacione aliquomodo impoſterum poſſit infringi, conſcripcione preſentis pagine, & noſtri ſigilli munimine fecimus roborari.

Teſtes huius rei ſunt:

Ruthardus, *Cellerarius.* Obertus, *Archipresbiter, maioris eccleſie Canonici.*

Iohannes, *Decanus.* Rimundus, *Scolaſticus.*

Godefridus, *Cantor* S. Stephani.

Wideroldus, *Decanus* S. Victoris.

Iohannes, *Canonicus Friſchelarienſis, & Notarius noſter.*

Cunradus, *Decanus* S. Mauricii.

Diemarus, *Decanus* S. Iohannis, *& alii quamplures.*

Acta ſunt anno Dominice incarnacionis MCCXVII, VII Idus Aprilis.

IX

De nouo eorundem per Theodericum *Præpoſitum incremento.*

Is Collegio ius patronatus eccleſiæ ſiue paroeciæ in villa *Nithe* anno MCCXVIII beneuola donauit voluntate. Quod vt hoc magis pateat, inſpiciantur tabulæ *Sifridi II*, quas hic damus.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. SIFRIDVS *D. G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Omnibus Chriſti fidelibus hec ſcripta viſuris, in ſalutis auctore ſalutem.*

Iuſtis petencium deſideriis & votis honeſtis, celerem nos decet aſſenſum & fauorem beneuolum impertiri; Ea propter dilectorum filiorum Capituli S. Marie *Magunt.* ad gradus *peticionibus inclinati, eccleſiam in* Nithe, *quam per collacionem* Theoderici *ſui Prepoſiti iuſte ac racionabiliter eſt adepta, cum omni iure inſtituendi Sacerdotis ibidem per manum Decani, conſenciente Conuentu, & recipiende ab Archidyacono cure animarum, dictis Canonicis auctoritate metropolitica confirmamus. Sic autem ab ipſo Capitulo eſt prouiſum, vt Presbiter celebraturus in eccleſia memorata, de dote ipſius & oblacionibus, de minutis in* Grizheim *&* Sozzenheim *decimis, de tercia parte decime in* Breidenloch, *& particularibus obuencionibus ſe ſuſtentet, reſponſurus alias Archiepiſcopo ſuo & Archidyacono ſuo, & Sedis Romane Nunciis, modis debitis & conſuetis. Decima vero ſolius ville* Nithe *totalis & ſine omni diminucione proueniet Canonicis antedictis, exinde cathedraticum ſoluturis.*

Sub interminacione igitur inhibemus anathematis, ne quis huic confirmacioni noſtre temere contraire preſumat; quod ſi quis attemptauerit, indignacionem omnipotentis DEI & beatorum Petri *&* Pauli *Apoſtolorum eius, &* B. Martini, *& noſtre excommunicacionis ſententiam ſe nouerit incurſurum.*

Teſtes ſunt,

Heinricus, *maior Prepoſitus.* Godefridus, *Cuſtos.*

Bobelinus, *Decanus.* Cunradus, *Scolaſticus.*

Chriſtianus,

Christianus, *Cantor.* Heinricus, *Prepositus Pinguensis.*
Ruthardus, *Cellerarius.* Adelbertus *de* Colenberc.
* *Magister* Heroldus, *Canonici* maioris ecclesie.
Theodericus, *Decanus.* Arnoldus, *Scolasticus.*
Cunemannus, *Cantor* S. Petri.
Iohannes, *Decanus.* Rimundus, *Scolasticus.*
Godefridus, *Cantor* S. Stephani.
Godefridus *de* Ebenstein, *& alii quamplures.*

Data Maguncie VIIII Kalendis Marcii. anno Pontificatus Domini Honorii *Pape III secundo; Pontificatus autem nostri, septimo decimo.*

X

De lite, quæ Collegio huic cum Nobilibus de Bergen *fuit.*

Sub annum MCCXXIII Nobiles *de Bergen* Collegio litem intenderant super duobus in villa *Nithe* talentis. Quippe feudi iure ea sibi deberi perhibebant. Ne res in maiorem excederet contentionem, pensi habuere tum Canonici, tum Scabini Francofurtenses. Fecere igiter eos inter compositionem, quam his quidem tabulis complexi sunt.

In nomine Domini Amen. G. *Decanus &* Capitulum, Heinricus *Scultetus &* Ciues *in* Franckenvort. *Ad vniuersorum noticiam presencia scripta transmittant, quod discordia, que vertebatur inter Prepositum & ecclesiam* S. Marie *Maguntie ad* gradus, *ex parte vna*, Cunradum *seniorem & filios eius*, Cunradum, Gerhardum & Ortvvinum, *item filios* Marquardi *fratris sui*, Wernherum, Marquardum, VValtherum, Gerhardum, Godefridum, Hermannum, & Helfricum *de* Bergen, *ex parte altera, super duobus talentis in* Nithe, *que sibi contendebant titulo feodi pertinere, coram nobis amicabilis composicio interuenit, ita, quod dicti Laici renunciauerint omni iuri, quod habebant vel habere videbantur in predictis talentis, & propter renunciacionem huiusmodi, Prepositus & ecclesia dederunt eis IX marcas.*

Testes sunt,

Godefridus, *Parochianus.* Reinoldus.
Burkardus. Cunradus.
Heinricus, Canonici *de* Frankenvort.
Iohannes, *filius Aduocati.* Cunradus Meisenbug.
Rupertus *de* Sassenhusen. Marquardus *de* Buchen.
Heinricus *de* Bonemesen. Rukerus *de* Birkelar.
VVortvvinus *de* VVirzeburc, Milites.
Iohannes Goltstein. Baldemarus.
Hermannus Niger. Cunradus Rusere.
VVigandus *de* Escheburne. Tegenhardus.
Vlricus. Nidungus.
Heinricus *de* Langestat. *Scabini, & quam plures alii nostri conciues.*

Ne autem super hoc negocio lis aliqua in posterum oriatur, sigillis nostris fecimus hanc paginam communiri. Acta sunt hec Frankenvort anno incarnacionis Dominice MCCXXIII. IIII Kal. Maii.

XI

Item, quæ eidem fuit cum Arnoldo *Præposito, de decimis Beckelheimensibus.*

Iisdem quoque temporibus *Arnoldus* Præpositus contendebat, decimas de frumento Beckelheimenses sibi competere, suisque in Præpositi officio successoribus; Fratres vero vno regerebant ore, istas a longo iam tempore, eleemosynæ instar, a Præpositis Collegii se tum consecutos esse, tum in possessione habuisse. Quæ res cum aliquandiu in controuersia iacuisset, tandem composita est, Arnoldo de iure, quod sibi arrogarat, decedente. Transactioni robur adiecit *Sifridus II*, hoc edito diplomate;

SIFRIDVS

SIFRIDVS, *D. G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus in perpetuum. Atteſtacione preſencium notum eſſe cupimus vniuerſis, tam futuris quam preſentibus, quod Dilectus noſter* Arnoldus, *Prepoſitus* S. Marie *ad* gradus, *quadam opinione inductus, coram nobis Prelatis, & Canonicis aliarum eccleſiarum preſentibus, queſtionem mouit Canonicis ſuis ſuper decima frumenti in* Beckelenheim, *contendens, illam ad ſuam amminiſtracionem pocius, quam ad Fratrum elemoſinam pertinere: Canonici vero reſiſtebant, preſcripcionem inter cetera, ſi neceſſarium eſſet, opponentes, & affirmantes conſtanter, quod & ipſi & eorum predeceſſores, ſub quinque Prepoſitis, & eidem Prepoſiti cum eis, eandem decimam loco elemoſine accepiſſent.*

Sed hec contencio inter predictum Prepoſitum & Canonicos breui tempore perdurauit. Nam, meliore habito conſilio, & plenius de rei veritate, tum per raciones tum per alia documenta ab ipſis Canonicis inſtructus, idem Prepoſitus, poſtmodum coram nobis comparens, in preſcripcione, & alia Canonicorum aſſercione, cum Canonicis concordauit, & quod nullum ius in predicta frumenti decima haberet, confeſſus eſt; multis preſentibus manifeſte liti quoque ceſſit, & recognouit, eandem frumenti decimam ad Fratrum elemoſinam totaliter pertinere, ſuper quibus Canonici noſtri ſcripti teſtimonium poſtularunt.

Nos igitur, deuote peticioni Canonicorum annuentes, ad auferendum impoſterum tocius dubitacionis ſcrupulum, & euacuandam omnimodam Prepoſitorum contra ſepe dictam frumenti decimam attemptacionem, preſens ſcriptum in euidenciam confeſſionis Prepoſiti, ceſſionis, & recognicionis coram nobis facte conceptum, noſtri ſigilli impreſſione iuſſimus inſigniri, inhibentes auctoritate metropolitica, ne quis de cetero ſuper prememorata decima in preiudicium & grauamen Canonicorum preſumat reſumere queſtionem.

Huius rei teſtes ſunt:

Gerbodo, *Prepoſitus.* Chriſtianus, *Decanus,*
& Capitulum maioris eccleſie Maguntine, & alii quam plures.

Acta ſunt hec anno Domini MCCXXIIII, V Kalend. Februar. Pontificatus noſtri anno XXIII.

XII

De facta bonorum quorundam cum Diſibodenbergenſibus commutatione.

Decimæ Hechedesheimenſes monaſterio *D. Diſibodi* competebant: curtis vero Capellæ in vico *Odernheim* Collegio noſtrati ad B. M. V. Vtriusque commodis conſulturus *Gerhardus I* Archiepiſcopus, anno MCCLIII curtim iſtam cœnobio *D. Diſibodi* in monte; decimas vero Hechedesheimenſes Marianis transſcripſit, & eas quidem hac lege, vt dimidia illarum pars perpetuo cedat Canonicis in augmentum præbendorum. Teſtimonio ſint ipſæ tabulæ.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis Amen. GERHARDVS *D. G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Iniuncta nobis paſtoralis officii cura requirit, vt ſubditorum noſtrorum commodis inſudantes, eccleſiarum pariter vtilitatibus intendamus. Cum igitur eccleſia* S. Marie *ad* gradus *Moguncie, in curte Capelle ſue in* Odernheim *propter loci diſtanciam, dampna grauia ſedulo ſenciat & iacturam: Monaſterio quoque montis* S. Thisboti, *noſtre dyoceſis, in decima ſua in* Hechedesheim *id ipſum ſimiliter eueniat & contingat; nos, tam eccleſie quam monaſterii predictorum commodis & vtilitatibus, prout Deus donauerit, intendere cupientes, predictam totalem decimam in* Hechedesheim *ad prefatum monaſterium pertinentem, habito ſuper his conſilio pleniori, de voluntate & grato conſenſu* Ottonis *Abbatis*, Waltheri *Prioris, ac tocius Conuentus ipſius monaſterii, ex officio noſtro transferimus in dictam eccleſiam* S. Marie *ad* gradus, *vt ipſa eccleſia dictam decimam cum omni iure perpetuo teneat & poſſideat, vel quaſi poſſideat, quo ipſam prefatum monaſterium tenuit hactenus & poſſedit, vel quaſi poſſedit. Capellam vero predictam cum ſuis pertinenciis omnibus, ſcilicet hys, que dicta eccleſia* S. Marie *ad* gradus *in prefata villa* Odernheim *hactenus tenuit & poſſedit, vel quaſi poſſedit, de conſenſu* Wernheri, *maioris, &* S. Marie *ad* gradus *eccleſiarum Prepoſiti, Prelatorum, & Capituli ipſius eccleſie* S. Marie *ad* gradus, *transferimus in prefatum mo-*

nasterium montis S. Thisboti, *vt ea ipsum monasterium perpetuo teneat & possideat, vel quasi possideat eo iure, quo prefata ecclesia ea tenuit hactenus & possedit, vel quasi possedit.*

Vt autem hec inconuulsa perpetuo perseuerent, ea conscribi iussimus, & nostri, ac Capituli Moguntini, nec non eorum, ad quos ea res pertinet, sigillorum munimine fecimus roborari. Acta sunt hec Moguncie, presentibus

Wernhero, *Preposito.*
Gerhardo, *Archipresbitero.*
Iohanne, *Decano.*
Giselberto, *Preposito* * *Lintpurgensi*; * Limpurg.

Canonicis maioris ecclesie.

Stephano, *Decano.*
Magistro Richardo, *Cantore.*
Hermanno, *Scolastico.*
Magistro Wilhelmo.

Magistro Bertholdo, *Canonicis* S. Petri.

Magistro Arnoldo, *Scolastico.*
Magistro Godesmanno, *Cantore*

S. Stephani.

Arnoldo, *Decano.*
Godefrido, *Custode* S. Victoris.

Cunrado, *Decano* S. Mauricii.
Arnoldo, *Camerario.*
Heinrico, *Cantore* S. Iohannis *Moguncie.*
Hermanno, *fratre eius.*
Cunrado *de* Zagelbach, *Militibus.*
Walthero, *Custode Pinguense.*
Fridrico, *dicto* Raind.

Ciuibus Moguntinis & aliis quampluribus, tam Clericis quam Laicis, anno Domini MCCLIII, Nono Kalendas Aprilis; Pontificatus nostri anno primo.

In nomine Domini, Amen. GERHARDVS *D. G. sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Iuri consonum, & proximum credimus racioni, ea, que rite a nobis pro ecclesiarum commodo disponuntur, tam prouide, tamque sollicite ordinari, quod ex hys dissidii vel discordie nulli valeat oriri materia in futurum. Cum igitur decimam in* Hechedesheim *transtulerimus de Monasterio montis* S. Thisboti, *nostre dyocesis, in ecclesiam* S. Marie *ad* gradus *Moguncie, de consensu Abbatis & Conuentus monasterii memorati, statuimus, & Capituli ipsius ecclesie* S. Marie *voluntate pariter & consensu obseruandum perpetuo & inuiolabiliter ordinamus, vt medietas dicte decime, in annona & in vino, ac rebus aliis, amministracioni cedat perpetuo prebendarum; reliqua vero medietas, cuius fructus nunc percipiunt* Godeboldus, *Iudex ciuitatis Moguntine, &* Elyzabeth, *vxor eius, ipsis* Godeboldo *&* Elyzabeth *eius vxore defunctis, vsibus Fratrum cedat ecclesie memorate, ad eam videlicet porcionem, que elemosine nuncupantur.*

Vt autem hec nostra ordinacio inconuulsa perpetuo perseueret, scriptum presens nostri, ac dictorum Prepositi ac Capituli sigillorum munimine fecimus roborari. Actum Moguncie anno Domini MCCLIII, Nono Kalendas Aprilis.

Hanc porro commutacionem Otto Abbas, Waltherus Prior, & totus Conventus S. Disibodi, tactis SS. Euangeliis, confirmarunt secundum literas datas anno & die eodem.

XIII

De bonis quibusdam coemptis.

Guntramo de *Olfa*, Militi, nonnulla erant in tractu villæ *Rockenbach.* Horum dimidiam partem Capitulum anno MCCLV septem & triginta marcarum pretio sibi comparauit. Consensit venditoris vxor *Guda* de *Cronberg.* Guntramus vero ad præstandam *per annum & diem secundum consuetudinem terræ vvarandiam* constituit *Othonem*, *Waltherum*, *Hartmudum*, & *Petrum* de *Cronberg*, Milites.

XIV

De noua ecclesiæ huic facta donatione.

Guda, filia *Gertrudis*, dicta *Vngeleuben*, quum anno MCCLVI exitiali correpta morbo exiguam longioris vitæ spem sibi superesse videret, animo suæ saluti procurandæ intento, bona, quæ in tractu villæ *Gensen* possidebat, collegiali huic attribuit, & sabbato proximo ante S. Mauricii sollemne in manus Godefridi Scholasti-

Scholastici resignauit, præsentibus præter alios *Godeboldo* & *Henrico*, dictis *ad Kacubam*, Militibus, *Iusticiariis ciuitatis Moguntinæ*, vt tabularum hac de re tum consignatarum verba habent.

XV

De controuersia, quæ ecclesiæ cum Nobilibus *de* Ehrenberg *intercessit.*

Admodum acris ea fuit. *Eberhardus* enim, eiusque filius *Conradus*, Aduocatorum more iure suo abutentes, incolas vici *Osthouen*, ecclesiæ dominio subiectos, grauiter premebant. Præterquam enim, quod Scabinos, aliosque in vincula coniecerant, varias iis & inconsuetas imperabant collationes. *Mariani* contra asserebant, suos ad id genus onera haud posse adigi; in diœcesi enim Vormatiensi obseruari constitutiones concilii generalis Moguntini, quæ ea prohibeant. Cum nil proficerent, rem eo deducebant, vt *Eberhardus* & *Conradus* a sacris repellerentur. Qui hoc ipso ferociores & impotentiores reddi-ti, ecclesiæ bona inuadebant, impediebantque, ne agri, prædiaque coli possent. Litium tandem pertæsi, vtraque pars, Mariani & Nobiles, controuersiæ finiendæ legerunt sequestres, *Walramum*, Præpositum maioris Vormatiensis, eius itidem Decanum, *Burcardum*, & Cantorem, *Iacobum*, nec non *Alexandrum*, Præpositum de Haslach, dictæque cathedralis Canonicum; a quibus caussa cognita decretum, vt *Eberhardus* & *Conradus* ecclesiæ satisfaciant, captiuos dimittant liberos, pecuniam vi extortam restituant. Litterarum datum est; *Vormatiæ anno MCCLXVIII, in die B. Thomæ Apostoli.*

XVI

De Wernhero *Archiepiscopo in tertiam partem bonorum Drechtingshusi emptorum admisso.*

Emerant ædis maioris & huius ad B. M. V. Canonici bona monasterii *S. Cornelii Indensis* in villa Drechtingshausen, ad sinistram Rheni infra Bingam. In quorum tertiam partem cum admitti desideraret *Wernherus* Archiepiscopus, cum eis his conditionibus transegit.

WERNHERVS *D. G. sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Nouerint vniuersi, quod cum Decani & Capitula* nostre, *&* S. Marie *ad* gradus *ecclesiarum Moguntinens. apud Abbatem & Conuentum* S. Cornelii Indensis, *Ord. S. Benedicti, Col. dyoc. vniuersa bona sua in* Drechtingeshusen *sita, cum suis pertinenciis pro mille & quingentis marcis denariorum Colon. comparassent, ad peticionem nostram, in empcionem dictorum bonorum, vt pro rata tercie partis predicte summe, videlicet quingentas marcas soluere deberemus, nos cum eis pariter admiserunt.*

Verum cum presentem non habeamus pecuniam, a Iudeis nostris in ciuitate nostra Maguntina prescriptam summam per vices recipere curauerunt, quam ex nunc eis deputamus, & suis terminis inferius subnotatis, in omnem euentum facimus assignari; videlicet singulis annis in festo S. Bartholomei *centum marcas denariorum Colonienssium legalium. In festo* Purificacionis B. Marie *totidem, & deinde in singulis eisdem festiuitatibus occurrentibus annuatim, singulas centum marcas denar. Col. accipient, donec totalis summa quingentarum marcarum a nobis fuerit persoluta. Adiicientes, si ante solucionem secundam in festo purificacionis proxime computatam decedere nos contingat, centum marce iam percepte a dictis Iudeis remanebunt Capitulis supradictis, vt vtraque ecclesia ex L marcis perceptis, ad agendum nostrum anniuersarium, teneatur, & nichilominus bona prefata in* Drechtingeshusen *sepe dicta Capitula, proprietatis titulo, in perpetuum possidebunt, nec quicquam iuris vel actionis, quicunque nobis substitutus, in eisdem bonis vendicare debebit. Quod si ante solucionem vltimam totalis summe de medio subtrahi nos contingat, ex tunc in illo casu pecuniam receptam a Capitulis, aut redditum annuum, recepte pecunie equiualentem, legare seu donare, cuicunque nobis licebit, pro nostre arbitrio voluntatis.*

Ceterum si aliquo predictorum terminorum pecunia ipsis Capitulis non fuerit persoluta, ex tunc in illo casu prouentibus dictorum bonorum prorsus expertes erimus,

mus, tam diu, donec defectum solucionis penitus suppleamus, interim vero ante supplecionem, sola Capitula recipient, nobis in nullo participantibus, quicquid de eisdem bonis peruenerit annuatim.

Recognoscimus eciam, in his scriptis publice profitentes, quod nos ipsa bona in Drechtingeshusen, *non Archiepiscopatui vel nostro Capitulo comparauimus, cum super his, vt est predictum, nobis ordinandi reseruauerimus potestatem. Insuper profitemur & volumus, vt vina de sepe dictis bonis percepta, remaneant indiuisa & omnino communia, donec Pinguiam ad ripam Reni perueniant, vbi demum equaliter annis singulis partienda.*

Vt igitur premissa rata sint & inconuulsa, ea de consensu Capituli nostri conscribi, & presens scriptum, nostro & ipsius Capituli nostri sigillis fecimus communiri. Actum Maguncie anno Domini MCCLXXIIII, XIII Kal. Septembr.

XVII

De villa Griesheim *empta.*

Sita ea est ad dextram Mœni ripam, Höchstam inter ac Francofurtum: paruitque tum temporis *Philippo* & *Wernhero* fratribus, Dynastis Falckensteinio-Münzenbergiis. Ab his eam anno MCCLXXV, V Idus Ianuar. omni cum iure, CCXXII marcis denariorum Colonienſium Decanus & Collegium sibi coemere.

XVIII

De cura Collegii in sacris debite & quiete obeundis.

Vt hodie, ita iam olim, occasione fori, erant, qui quam proxime ædem Marianam tum vinum expediebant, tum alias in tabernis extrudebant merces. Quod quum Canonicis in officio diuino religiose & sine strepitu peragendo non posset non esse molestum, apud Wernherum Archiepiscopum, vt id genus negociationibus modum poneret, institerunt. Is viso, petere eos, quod iure summo, optimoque petere poterant, Decano ecclesiæ D. Ioannis negotium dedit, curaret, vt qui nimis vicinas ædi sacræ exercerent tabernas, loco decederent: ceteri vina sua venderent domi. Ex quo illi, loco a turbis mage vacuo, hoc quietius sacris vacauere. En tabulas ipsas!

WERNHERVS *D. G. sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Decano ecclesie* S. Iohannis *Maguncie salutem in Domino. Dilecti in Christo Decanus & Capitulum ecclesie* S. Marie *ad* gradus *Maguncie conquesti sunt nobis, quod quidam Laici, apud dictam eorum ecclesiam residentes, tabernas suas faciunt & exerunt, vicinas nimis eidem ecclesie & propinquas; Quidam eciam mercimonia & alias res suas vendunt ibidem, ita, quod propter tam vendencium, quam emencium strepitum & clamorem, nec non ludos tabernariorum, diuinum officium in predicta ecclesia impeditur, nec Canonici & Clerici illud possunt peragere cum solempnitate debita & consueta.*

Cum igitur cultus diuinus in ecclesiis dedicatis minui non debeat, sed augeri, Discrecioni tue mandamus, precipiendo districte, quatinus predictos, vt vina sua sine strepitu & clamore in domibus suis vendant, alios vero, qui res & mercimonia apud dictam ecclesiam hactenus vendere consueuerunt, vt de locis eidem ecclesie nimis vicinis cedant, omnino moneas & inducas, alioquin eos ad id auctoritate nostra per sentenciam excommunicacionis compellas, quandocunque a predictis Decano & Capitulo super eo fueris requisitus. Datum Pinguie anno Domini MCCLXXV, II Kalend. August.

XIX

De immunitate bonis ecclesiæ Esenheimensibus concessa.

Vt Marianis ea hoc maiori essent emolumento, oneribus ac seruitute, quibus domui suæ hactenus obstricta erant, exemit *Lutgardis*, *Philippi*, Domini *de* Bolandia, vidua, liberaque dixit tabulis anno MCCLXXIX, feria post diem assumtæ Virgini sacratum editis.

XX

De æde hac B. M. V. incendio deformata.

Contigit id anno MCCLXXXV. Tum enim igne concepto tota pæne conflagrauit,

flagrauit, turri, tecto, fornicibus, organis pneumaticis, ornatuque pæne omni flamma consumtis.

XXI

De sollemni Gerhardi II *donatione ecclesiæ facta.*

Is paroeciam Drechtingeshusensem, cuius ius patronatus ad id vsque temporis Decano & Capitulo maioris & huius ad gradus ecclesie competebat, eisdem cum Capellis, bonisque aliis contributis, anno MCCXCV stipendiorum in augmentum libere tradidit, tabulisque, quarum hic damus apographum, adsignauit.

GERHARDVS *D. G. sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in Christo,* maioris *&* S. Marie *in* gradibus *ecclesiarum Magunt. Decanis & Capitulis salutem in Domino. Digne agere credimus, cum beneficencie nostre manum porrigimus in illis negociis, in quibus pium videmus propositum, & diuini cultus deuocio procuratur. Deuotis igitur vestris precibus inclinati, ecclesiam parochialem in* Drechtingeshusen *nostre dyoc. cuius ad vos ius pertinet patronatus, cum Capellis dependentibus ab eadem & suis pertinenciis, in augmentum prebendarum vestrarum vobis conferimus, tradimus & donamus, ipsamque vnimus vestris ecclesiis, perpetuo pleno iure habendam, ita quod eam officiari faciatis per ydoneum & perpetuum Sacerdotem, cui de ipsius ecclesie prouentibus assignetis congruam porcionem, residuum ad vsus vestros licite & libere conuertendo, nostro, successorum nostrorum, & loci Archidyaconi per omnia iure saluo. Datum in Castris apud Crucebuorg, anno Domini MCCLXXXXV, XI Kalendas Octobris.*

XXII

De facta bonorum quorundam cum aliis commutatione.

Marianis bona quædam erant in diœcesi Colonienſi, in tractu scilicet villæ *Gele*; ius item patronatus parochialis villæ *Rumerskirchen:* Canonicis Colonienſibus *ad D. Andream* vero bona quædam haud ita procul a Moguntia remota, in tractu scilicet villarum *Ockenheim, Engelstatt*, & *Stadeck*; locis sane vtrisque haud parum alienis. Quare placuit Decano & Capitulo sua cum his Colonienſium commutare. quod & anno MCCCXXIV factum, vt litteræ hac de re feria prima post diem S. Cruci exaltatæ festum datæ docent.

XXIII

De consensu feudali Falckensteiniis *præbito.*

Philippus iunior, Dynasta Falckensteinensis & Dominus Münzenbergæ, desponderat sibi *Annam* e Comitibus Catimelibocensibus. In quam quum titulo donationis propter nuptias CCXL libras Halenses, probi ponderis ac valoris, se collaturum spopondisset, petiit a Capitulo facultatem, symbolum hoc ex bonis, quæ ab ecclesia Mariana in tractu villæ *Nied* fiduciario teneret iure, eidem constituendi. Assensit Collegium, editisque his an. MCCCXLVI litteris, hanc illi potestatem fecit.

Decanus *&* Scolasticus *totumque Capitulum ecclesie* S. Marie *ad* gradus *Magunt. publice recognoscimus in hys scriptis, quod ad dotacionem seu donacionem propter nupcias, per Domicellum* Philippum *de* Falckenstein, *Dominum in* Münzenberg, *iuniorem, in Nobilem* Annam *de* Kazenelenbogen *vxorem suam legitimam, cum ducentis & quadraginta libris Hallensium legalis monete, super bonis in villa* Nidde *sitis, a nobis & nostra ecclesia in pheodo descendentibus, consensum nostrum beneuolum adhibuimus & presentibus adhibemus, ita sane, quod dicta* Anna *eadem bona a nobis & nostra ecclesia in re dotis seu dotalicii in antea omnimodo iure & forma possideat, prout dictus* Philippus *& sui successores ea hucusque a nobis & nostra ecclesia in pheodo possidebant. In cuius rei testimonium sigillum nostri Capituli presentibus est appensum. Datum anno Domini MCCCXLVI feria quarta post Dominicam, qua cantatur* Letare.

XXIV

De æde hac an. MCCCLXVII fulmine incensa.

Iuuabit rem enarrare verbis *Miscellorum* nostrorum ἀνεκδότων f. 104 a) *Item quinta die mensis Septembris circa mediam noctem orta est magna tempestas in aere, su-*

per ciuitatem Maguntinam. Venit enim ventus orientalis cum maximo impetu, & tanta frequentia & horribilia tonitrua continuo facta sunt, qualia nulla aetas pro tunc hominum facta meminerit. Tunc ex igne fulguris incensa est turris S. Marie *ad* gradus *in cacumine, qui ignis in tantum excreuit, vt totam turrim, quicquid in ligneastructura erat, & aliam turrim propinquam magnam ligneam, campanas sustinentem, cum toto tegmine ipsius ecclesiæ consumsit, & in cineres redegit.*

XXV

De Vogteia Osthouensi *Archiepiscopo* Theoderico *tradita.*

Eam vsque huc Comitibus Leiningensibus ecclesia iure concesserat clientelari. Verum anno MCCCCXXXV eam Theoderico tradidere Decanus ac Canonici Collegialis huius, litterisque anno sequenti ipsis Kal. Ianuar. datis *Hessoni*, Comiti Leiningensi, significarunt, se istam Archiepiscopo transscripsisse.

XXVI

De alia ædis huius deflagratione.

Anno MDLXI die VII Aug. incendio noctu circa horam X exorto quam grauissime rursus deformata est. Fuit enim id tam repentinum, tam vehemens, vt tota iam fumaret, arderetque, quam vigilum oculis subiret periculum: tum vero flammis, cum superiora intra tertium horæ quadrantem depastæ essent, ad inferiora, vicinaque omnia penetrantibus, in cineres fere redigeretur ac fauillas. Sunt, qui fulmine de cælo percussam volunt. Quocunque vero ignem concepit modo, tam fœde eo tum deusta fuit, vt Canonicis cultus diuinus plures per annos in æde *D. Mauricii* obeundus fuerit.

XXVII

De eiusdem instauratione.

Vti vero hoc maturius reficeretur, curæ fuit tum Danieli Archiepiscopo, tum Collegio Canonicorum ipsi. Cum igitur quatuordecim diebus ante, qui tum ei præfuerat, Decanus fatis functus esset, visum fuit, in substituendo alio aliquod temporis interponere spatium, vt e fructibus Decano quotannis præberi solitis ad sumtus in reædificationem faciendos interim colligeretur pecunia. Quo quidem euenit, vt locus Decani ad annum vsque MDLXXVIII vacarit.

Nec sua Canonici ad D. Victorem operi defuerunt ope. Aeris enim Campani, quod e cineribus Collegiatæ olim suæ inter alias fortunæ reliquias collegerant, partem non contemnendam, septem scilicet & decem pondera centenaria, rogati sensuque mali, quo nostri premebantur, tacti, eisdem ad æramenta noua fundenda concessere.

Et sic emersit ex incendio ædes hæc collegialis, quin nitidior longe resurrexit; turri quippe exornata fuit eleganti admodum, varioque conspicua ornatu. Conf. anonymus, quem iam dixi, *aureæ Moguntiæ* scriptor l. d. sect. I n. VII p. 190. Quæ quidem illa ipsa est, in qua postea campanulæ ferreo stilo pulsatiles ad harmoniam coniunctæ; quod opus Eminentissimi Electoris *Ioannis Philippi* est.

XXVIII

De nuperrima eiusdem immutatione & renouatione.

Atenim, vt augustior indies, splendidiorque fieret ædes hæc, adlaboratum annis proxime præterlapsis. Intus enim anno MDCC chorus, opere lapideo, quo veteri more obseptus, & a reliqua templi parte distinctus erat, submoto, ita adapertus, vt nil prorsus illius nunc obstruat aspectui: tum vero aræ nouæ ad latera ipsius eleganter structæ: baptisterium itidem e medio templi in sacellum, quod D. Aegidii memoriæ sacrum est, translatum. Extus vero anno MDCCXV, gradibus lapideis, quibus a porta piscium adscendebatur, semotis, noui tum commodiores, tum magnificentiores structi.

XXIX

De peculiaribus in ea pietatis exercitiis.

Notauit iam *Serarius* lib. I cap. XXXI sect. I p. 114 sacra psalmodia, quæ

Salue

Salue Regina dicitur, D. Virginem ſingulis ibidem veſperis religioſe coli. Qua quidem antiphona in hunc vſque diem ibidem perhonorifice ſalutatur.

Auctor inſtituti (quod præterire nefas eſſet) fuit *Adolfus* de *Breithart*, eccleſiæ huius Scholaſticus olim ac Decanus, mortuus anno MCCCCXC. Sic enim ipſe in tabulis vltimæ voluntatis ſuæ, anno MCCCCLXXXIII editis: *Promoui etiam & impetraui fundacionem decantacionis Antiphone*, Salue Regina, *ſingulis diebus de ſero circa pulſum* Ave Maria *apud ymaginem B. Marie in predicta eccleſia per quondam Reuerendiſſimum* D. Adolfum *Archiepiſcopum cum certis indulgenciis iuxta tenorem literarum fundacionis & dotacionis a prefato Domino Archiepiſcopo deſuper emanatarum.* E *necrologio* huius eccleſiæ p. 5.

Præter quotidianam hanc pietatis exercitationem, omnibus diebus dominicis, feſtisque aliis, ſacræ in ea, hora poſt meridiem tertia, ad populum habentur conciones (id quod ex omnibus Collegiatis huic ſoli peculiare eſt) & dominicis quidem diebus, illisque, quæ honori B. Virginis ſacratæ ſunt, a Capucinis: ceteris vero diebus feſtis ab PP. Societatis Ieſu. Eæque confertiſſimo ſemper auditorio.

XXX

De proceſſionibus huc inſtitui ſolitis.

E principe templo eſt huc ipſa magni ſabbati die proceſſio cum crucibus, cereis, thuribulo, & chriſmate, quod, vt rituales præſcribunt libri, ferre debent duo Canonici non capitulares, eo, qui baptiſmatis fontem benedicturus eſt, ſacerdote ſubſequente: duoque Canonici cappati eundo cantant ℟. *ſicut ceruus deſiderat* &c. choro alternatim reſpondente: redeundo autem duo ex ſociis, qui *Regis & Epiſcopi Capellani* dicuntur, ſimiliter cappati, litanias omnium Sanctorum*. Idemque fit in vigilia Pentecoſtes. Die vero Paſchæ poſt veſperas, feria item II, III, IV, V, & VI poſt veſperas chorus metropolitanus ſollemniter cum vexillis, cereis, incenſo, cantuque vſitato ad fontem in hac æde procedit baptiſmalem: quo cum peruenit, cantat: *Vidi aquam &c.* Similiter in aliis quibusdam per annum feſtis ſollemnioribus, cum maxime vero diebus honori B. M. V. dicatis, heic ad chorum ſtatio eſt; quippe quo ſollemni celebritate ſe conferre ſolent, queis Numinis timor ac Superum cultus religioſe cordi eſt.

* *Vid.* Serarius *l. d.*

Huic non abſimilis eſt conſuetudo illa, qua Scabini ciuitatis quater in anno; humaniorum vero litterarum ſtudioſi aliquoties religionis hic vacant operibus.

Tandem notes, illos, qui quotannis poſt feſtum Corporis Chriſti venerabundi Waltdüram ſupplicatum eunt, ex hac æde hora quinta matutina iter ingredi, & agmine compoſito per pontem Coſthemium procedere, vbi naues conſcendunt; obſecratione dein Waltdüræ facta, Coſthemium flumine ſecundo appulſos, nauibusque egreſſos, rurſus proceſſu ſacro per pontem ad eam deduci.

XXXI

De hodierno ampliſſimi Collegii ſtatu.

Canonicorum, vt vocantur, *Capitularium* hodie ſunt XVI, in quibus quatuor *Prælatorum* conſpicui ſunt dignitate; *Præpoſitus* nimirum, *Decanus*, *Scholaſticus*, & *Cantor*. *Exſpectantium*, vt dicuntur, V; *Vicariorum* vero XVI.

SECTIO II,

SECTIO II,
PRAELATORVM
COLLEGIATAE HVIVS
CATALOGVM
COMPLECTENS.

I
PRAEPOSITORVM.

Quorum quidem primus, quem nobis reperire licuit, est

1... ## RICHARDVS.

TEstis loco occurrit an. 1107 in diplomate quodam Santalbanensibus, & anno 1112 in alio, Disibodenbergensibus concesso. Vixit adhuc anno 1124.

112. ## *Anshelmus.*

Primum nobis subiit in tabulis Adelberti I, an. 1128 confectis; vltimum anno 1151 in litteris Henrici I Archiepiscopi, Erbacensium commodo perscriptis.

115. ## *Christianus*, Comes *de* Buche,

Præpositus maioris.

Anno 1160 donauit Fratribus parochialem villæ Nied. Anno 1165 in locum Conradi I Archiepiscopi substitutus est a Friderico I Imperatore. † anno 1183, mense Augusto. Conf. *Syllabi plenioris* sectio 1 p. 272, vbi tamen pro *Decano* legas *Præpositus*, vt iam notatum sectione 6 sequenti p. 345.

116. ## *Conradus.*

Successisse videtur Christiano. Contendit cum Aduocato vici *Osthoven* de iure quodam Præpositi, eligendi ex familia curti ecclesiæ huius Collegiatæ ibidem contributæ Ministeriales, vt sequentes docent litteræ;

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. CONRADVS *diuina fauente clemencia Sancte Marie ad gradus in Moguncia Prepositus. Notum esse volumus vniuersis, tam presentis quam futuri temporis fidelibus, quod nos, ecclesie nostre honori & vtilitati prouidere cupientes, & in hoc Deo seruire arbitrantes, familiam, quam predicta nostra ecclesia in curte, que dicitur* Osthoven, *possidet, ad nostram vocauimus presenciam, eique sub obtentu gracie nostre precepimus, quatenus ea, que infra predicte curtis continenciam ad nostram spectarent iusticiam, inter se diligenter discuterent, & discussa nobis fideliter indicarent.*

Inter cetera itaque, que nobis super iustitia nostra retulerunt, hoc communi & concordi sanxerunt iudicio, quod videlicet nostri iuris esset, quemlibet ex ipsis in seruicium nostrum, ad officium videlicet Dapiferi, Pincerne, Camerarii *&* Marescalci *licite posse assumere; eumque post spacium vnius anni & vnius diei in* Ministerialem, *si nobis placeret, posse promouere, & ab omni seruicio in eadem curti Aduocati omnino emancipare.*

Assumpsimus itaque quendam honestum virum nomine Gernodum *in seruicium nostrum, eumque, postquam predicti temporis spacium in nostro fideliter consum-*

consummauit seruicio, omnibusque Fratribus ecclesie nostre assensum prebentibus, cum filiis suis in Ministerialem promouimus, & ab omni Aduocati, quo prius tenebatur, seruicio absoluimus.

Vt autem Aduocatus hoc intellexit, putans se super hoc grauamen incurrisse, apud Cesarem, Fridericum *videlicet, de nobis querimoniam deposuit, asserens, nos sibi iniuriam intulisse, & predictum* Gernodum *iniuste a suo alienasse seruicio; Imperator vero tribus discretis & prudentibus viris, videlicet* Walthero *de* Husen, *&* Wolframmo *de* Steine, *&* Wernhero *de* Bolanden *iniunxit, quatenus predictum adirent curtim, & attencius de familia ibi cohabitante inquirerent, vtrum nostri esset, a subiectione & seruicio Aduocati aliquem posse euocare; qui, iussis Imperatoris obtemperantes, curtim sepius dictam adierunt, & familiam ecclesie nostre conuocantes, & que nostra esset ibi iusticia, diligenter inquirentes, nos, in hoc negocio iusticie tramitem non euasisse, pro certo repererunt.*

Reuertentes itaque ad Imperatorem, & que de iusticia nostra audierant, veraciter referentes, ipse Imperator, quod nos super predicto negocio fecimus, commendauit, & firmum & perpetuo ratum esse statuit.

Huius rei testes sunt,

Rudingus, *eiusdem ecclesie Decanus.*
Cunradus, *Magister Scolarum.*
Humbertus *Cantor, totusque eiusdem ecclesie Conuentus.*

Laici ad eandem curtim pertinentes, videlicet:

Adelbero.
Gisilhart.
Cuonrat.
Wolfganc.
Wernhere.
Reginfrit.
Wernhere.
Hellenger.
Wernhere.
Bernhelm & Hartmut.

Bertholdus. 116.

Contulit Fratribus anno 1171 ius patronatus ecclesiæ Beckelnheimensis. Anno 1175 Henrici Canonici donationem vna cum ceteris Collegiatæ huius Prælatis scripto complexus, vti supra § 3 dictum.

Otho, 11..

Ecclesiæ maioris Cantor.

Cognatione Conradum I Archiepiscopum attigit; quo vide litteras ad dictum § 3 allatas. Obtulit ceteroqui se nobis primum an. 1183 in laudati Conradi tabulis Petrensium in gratiam confectis. Sequenti Fratribus ius patronatus parochialis Flersheimensis donauit, vt itidem § 3 annotatum. Vltimum nobis subiit an. 1189 in litteris Conradi, quem iam diximus, I. Quo etiam fatis functus est.

Conradus. 11..

Testis anno 1193 in diplomate semel atque iterum iam dicti Archiepiscopi Conradi I de confirmatione cœnobii *Conradisdorf.*

Theodericus, 1...

Maioris ecclesiæ Canonicus.

Occurrit an. 1213 in litteris Iudicum a Pontifice delegatorum * ad cognoscendam & diiudicandam litem, quæ ipsi & Canonicis Collegiatæ huius cum *Wernhero*, Præposito ecclesiæ *Conradisdorfensis*, de ecclesia matrice in *Glauburg*, & eius iurisdictione, iustitiis item synodalibus tum intercedebat. Fratribus concessit ius patronatus parochialis villæ *Nith*, vt supra § 9 videre est. Vixit adhuc anno 1222, vt ex aliis Sifridi II tabulis h. a. signatis, & in chronico *D. Stephani* allatis, patet.

* Christiani *Præpositi &* Hermanni *Cantoris ad* D. Victorem.

Arnoldus, 1222

Præpositus S. Gangolfi.

Hactenus Decanus, Theoderici in locum subiit. Quippe eodem, quo ille mor-

mortuus est, anno cum Capitulo de præbendis transegit, vt ex tabulis hisce tum editis patescit.

ARNOLDVS *ecclesie B. Marie ad gradus in Maguncia Prepositus --- Petente a nobis cum multa instantia Capitulo nostro, vt prebendas ipsorum, in quibus per aliquot tempus defectum sustinuerunt, illis cum integritate debita ministraremus, tandem Walthero Decano, Arnoldo Scolastico S. Petri, Raimundo Scolastico, & Reinhero Canonico S. Stephani mediantibus, inter nos & dictum Capitulum fuit compromissum in hunc modum, vt a festo S. Iacobi proxime affuturo, ad annum prouentus ecclesie totaliter reciperent, his contenti. Nos quoque tempore intermedio excolentes curtes & vineas atque agros de nostris sumptibus ex tunc eis stipendia sua plenarie ministremus.*

Ne autem super his, que Fratribus ministranda sunt, ab aliquo successorum nostrorum possit -- questio suboriri, eadem per partes -- fecimus annotari. A medio Maio vsque ad festum B. Remigii qualibet ebdomada estiuale seruicium continens XXIII Solidos Magunt. maldrum pise, L oua & V; ab eodem festo vsque ad medium Maium hiemale seruicium, continens XXVII Solidos Magunt. maldrum pise, & L oua & V; qualibet die per totum anni curriculum panem triticeum vnum & siligineum vnum, secundum pondus statutum & hactenus consuetum. Item a principio Aduentus Domini vsque ad diem Innocentum vinum, quod cornua *nuncupatur. Idem etiam ministrandum est a principio Septuagesime vsque ad quintam feriam septimane paschalis, similiter in festiuitatibus Apostolorum, & quociens bis compulsatur. Item qualibet die anni tocius staupum vini --- Acta sunt hec an. MCCXXII.*

Vt anno sequenti controuersiæ, quam cum Præposito Elnestadensi de iurisdictione ecclesiastica & iusticia synodali in villa *Sodela* habuit, modus sit impositus, discere est ex subiunctis Iudicum S. Moguntinæ Sedis litteris.

Iudices S. Maguntine Sedis recognoscimus --- Cum super iurisdictione ecclesiastica & iusticia synodali in Sodela *inter Arnoldum Prepositum S. Marie ad gradus -- & Prepositum in Eleuestat nomine Conuentus ibidem -- coram nobis questio verteretur, tandem idem Prepositus de Eleuest. -- prefato Preposito S. Marie -- ius suum publice recognouit, videlicet, quod ipse sacerdotem ad ecclesiam in Sodela -- presentare, & Prepositus S Marie presentatum debeat inuestire, & cum Archipresbyter ad ecclesiam in Sodela cum quinque equitaturis synodum celebraturus accesserit, ex parte ecclesie in Eleuestat procurabitur, sed ipse duas partes synodalium ipsi ecclesie assignabit --- Promisit eciam Prepositus S. Marie ex habundanti, vt si Prepositus in Eleuestat sacerdotem, eciam sui Ordinis, ad dictam ecclesiam presentare vellet, ipse inuestiret eundem, quod & statim in quodam sacerdote Premonstratensis Ordinis, sibi tunc ibidem presentato, impleuit --- MCCXXIII, III Non. Iul.*

Anno 1224 decimas frumenti in tractu villæ Beckelnheim Fratribus Canonicis reliquit, vt supra § 11 expositum. Anno 1234 mense Ianuario confirmauit donationem Vlrici Abbatis Limpurgensis ecclesiæ maiori an. 1231 factam. Parochialis enim Heldenbergensis Archidiaconatui Mariano adscripta erat.

1234 ## *Burchardus* Comes *de* Ziegenhain,

Collegiatæ huius vsque huc Decanus.

Decani sane titulo adhuc testes inter est in litteris Sifridi III an. 1234 Stephanitarum in gratiam editis. Electus autem fuit in locum Arnoldi a Capitulo anno hoc 1234, confirmatus ipsis Kalend. Nouembris a Sifrido, quem modo dixi, III. † anno 1246. Conf. *Syllabi plenioris* sectio 6 *p.* 412.

1247 ## *Wernherus* Dominus *de* Eppenstein,

Præpositus S. Petri, Cantor & dein *Præpositus maioris.*

Burchardo successit. Anno 1248 adiudicauit Capitulo Francofurtensi ad D. Bartholomæi parochialem villæ Bischofsheim, hoc vsus titulo; *Wernherus, Cantor maioris & Præpositus S. Mariæ ad gradus.* Anno 1254, 3 Kal. Maii confirmauit donationem a monasterio S. Albani ecclesiæ maiori factam.

Eberhar-

Eberhardus de *Turri*, 1262

Cantor maioris & Præpositus S. Mariæ in Campis.

Electus a Capitulo an. 1262, & a Wernhero, vt sequentes litteræ fidem faciunt, confirmatus.

WERNHERVS *D. G. sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Magistro* Arnoldo, *Scolastico Maguntino, familiari suo, salutem, & sinceram in Domino caritatem. Examinata electione, a Dilectis in Christo Decano & Capitulo* S. Marie *ad gradus Maguncie de* Eberhardo, *Cantore Maguntino, in eorum Prepositum celebrata, quia inuenimus electionem eandem de persona ydonea canonice celebratam, ipsam electionem confirmamus pariter & electum, tue Discretioni mandantes, quatenus installes dictum Prepositum vice nostra, & facias ei exhiberi reuerenciam, obedienciam debitam, & honorem, contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo. Datum Aschaffenburgi, anno Domini MCCLXII Kal. Maii.*

Dum Præpositi ad hanc ædem fungebatur munere, administratio portionum Fratribus præbendarum collata fuit Decano atque Capitulo. Factum id an. 1270.

E vita discessit an. 1300. Conf. *Syllabi plenioris* sectio 5 p. 327.

Henricus de *Rüdesheim*, 1301

Decretorum Doctor, Archipresbyter & Canonicus maioris.

Prouisione Gerhardi II an. 1301 Præpositus factus est, missis, qui in possessionem ipsum immitterent. Cum vero Capitulum refragaretur, eumque ne quidem sub interminatione anathematis reciperet, ac re ad Pontificem per appellationem delata doceret, se in possessione iuris Præpositum eligendi ab antiquo iam esse, Henricus id ita esse videns, & liti & Præposituræ an. 1307 renuntiauit.

Rudolfus de *Rodenstein*, 1307

Canonicus Herbipolensis.

Electus an. 1307, in crastino B. Cyriaci martyris, per viam compromissi, data a Capitulo *Iacobo* Scholastico, *Wigando* dicto *Riese*, & Magistro *Wigando* de *Friedberg*, Canonicis, potestate, Præpositum designandi, vt in litteris Decani & Capitularium, quibus eum confirmari petunt, habetur.

Matthias de *Nouo Lapide*. 13..

Edoctus, turbis bellicis, prædiorum incendiis, agrorumque per annos aliquot sterilitate, prouentus Cameræ contributos ita imminutos esse, vt ad iura Papalia, Archidiaconalia, aliaque exsoluenda haud sufficerent, ius patronatus parochialis Weinheimensis *ad Cameram* & *pro Camera*, vt verba tabularum habent, Gerlaci Archiepiscopi consensu donauit. Actum id Traiecti ad Mosam an. 1363, die 24 Octobr. præsentibus *Sygero* de *Nouo Lapide*, Decano, & *Ioanne* de *Haren*, Canonico ecclesiæ S. Seruatii Traiectensis, & *M. Conrado* de *Geylnhausen*, Canonico & Officiali Præposituræ huius B. V. ad gradus *.

* *Conradus* hic de *Geilnhausen* SS. Theol. & Decretorum fuit Doctor, factus postea Præpositus ecclesiæ Wormatiensis. Videtur vice *Matthiæ* Præposituram Collegialis huius administrasse. Sic enim in *lib. Animarum* p. 87 ad Id. April. *Anniuersarium Venerabilis Patris ac Domini, Domini* Conradi *de* Geilnhusen, *Prepositi ecclesie Wormat. sacre pagine Professoris & Decretorum Doctoris --- nec non omnium fidelium animarum, tam Clericorum quam Laicorum, in Prepositura ecclesie nostre defunctorum, tempore, quo ipse D. Prepositus, olim Concanonicus noster & Officialis existens, eandem Preposituram nostram gubernabat.*

Ioannes de *Selheim*, Ameneburgensis, 13..

Scholasticus ad D. Stephani, Canonicus ad S. Crucis, & Ameneburgi ad S. Ioannis &c.

Ioannis II & Conradi III Archiepiscoporum a consiliis sanctioribus. Præpositi

Mariani titulo primum nobis occurrit anno 1400. Suorum reſpectu meritorum, officiorumque publicorum a Capitulis, quorum erat membrum, obtinuit, vt, tametſi haud præſens eſſet, fructus tamen & prouentus ſibi ceteroqui competentes perciperet. Ab Ioanne vero, quem dixi, II anno 1406 accepit caſtrum *Fanzberg*, iuxta Rhenum, cum omnibus bonis & iuribus ad dies vitæ poſſidendum. Anno 1419 contulit eccleſiæ donatione, vt loquuntur, inter viuos, 500 florenos aureos. Anno 1431 excitauit Ameneburgi in honorem D. Martini (*in Ere des guten Hern S. Martin*) nec non ſui, ſuorumque memoriam, vrbisque munimentum turrim, quæ cataractæ impoſita (*auf dem Waſſerfall*) ſimulque cenſu inſtruxit haud illiberali, vt eſſet, de quo vigili, quem vsque ſemper ali volebat, numeraretur ſtipendium, opus ipſum vero ſartum conſeruaretur, tectumque. † an. 1334, 2 Id. Iun. Cum *Ioanne Kemp*, SS. Canonum Doctore, Præpoſito ad D. Bartholomæi Francofurti & D. Mauricii Moguntiæ, huius eccleſiæ Canonico, nec non Protonotario & Iudice generali, magnam, ſinceramque amicitiam coluit, animoque ſaluti eius prouidendi anno 1432 die Simonis & Iudæ legata ſibi ab eo facta eccleſiæ liberaliter donauit, ſigillatim *libros eiusdem M. Ioannis Kempe, adiecto, quod in librariam reponi debeant & kathenari.*

1434

Hermannus Roſt de *Kirſuerden*,

Canonicus ad S. Stephani & D. Victoris.

Factus eſt ex Decano Præpoſitus. † anno 1439, d. 1 Octobris, ſepultus Coloniæ in Carthuſia, teſte epitaphio in periſtylio eccleſiæ huius.

1439

Ioannes de *Lyſura*,

Decretorum Doctor, Cantor ad D. Victoris, huius Canonicus, Theoderici Archiepiſcopi Vicarius in ſpiritualibus generalis, quondam S. Apoſtolici Palatii cauſſarum Auditor.

A Capitulo in locum Hermanni, contra *Henricum Meiſenheim*, litterarum Apoſtolicarum Abbreuiatorem, Apoſtolice prouiſum, electus, nobis Præpoſiti ad gradus titulo occurrit in litteris Theoderici anno hoc 1439, die 10 Decembr. ſignatis. † an. 1459, die 27 Auguſt. ſepultus in ſacello Carthuſiæ, quod B. V. honori dedicatum eſt. Fuit vir doctus, probeque ad res gerendas affectus. Anno 1434 a Theoderico Florentiam miſſus fuit, ad petendum a Pontifice honoris Archiepiſcopalis inſigne, pallium. Dein ab eodem Oratoris titulo ad Concilium Baſileenſe; tum rurſus ad Pontificem Eugenium, vt in vita *Theoderici* videre eſt. Laudabili ad lectionem Scripturæ ſacræ ſtudio concitatus, vſum codicis, ab Henrico Ernfels eccleſiæ D. Victoris donati, decem florenis Rhenenſibus Collegio numeratis, ad dies vitæ ſibi peperit. Pro teſtimonio ſequens loquatur ſcheda.

Ego Iohannes *de* Lyſura, *Prepoſitus eccleſie* B. Marie *ad* gradus *Magunt. & Cantor eccleſie* S. Victoris, *recognoſco preſenti cedula, me habere Bibliam vnam, quam dicte eccleſie S. Victoris legauit bone memorie* Magiſter Henricus Ernfels, *pro cuius vſu ad vitam meam, dedi ad fabricam* decem florenos *Renenſes, ſic, quod, quamdiu vixero, eam retinere debeo, & poſt mortem eam dicte eccleſie dimittere. In cuius rei teſtimonium preſentem cedulam manu mea propria ſcripſi anno Domini MCCCCXLVI Mercurii poſt Quaſimodogeniti.* Iohannes Lyſura *manu propria.*

1460

Thomas Pürckheimer,

I. V. D. Protonotarius Apoſtolicus.

Anno 1460 in Curia Romana Præpoſituram impetrauit; & cum Capitulo, iuri ſuo inſiſtente, in eadem contendit. Tandem eam an. 1471 dimiſit.

1471

Georgius Pfinzing,

Decretorum Doctor, Canonicus S. Victoris, Adolfi II Conſiliarius intimus.

Deceſſore in curia Romana Præpoſiti dignitate ſe abdicante, ad eam adſpirauit, non prius tamen, etſi Bullas reſignationis Capitulo inſinuaſſet, ad poſ-

ſeſſionem

sessionem admissus, quam Adolfi Archiepiscopi, & Ludouici C. P. ad Rhenum, Ducis Bauariæ, precibus adiutus caussam suam Capitulo commendauerat. Anno 1477 id habuit honoris, vt ipse nouellæ Vniuersitatis Moguntinæ Cancellarius constitueretur, addito, Præpositos ad gradus perpetuum munere hoc functuros. Quod tamen postea mutatum fuit, vt in dissertatione *de Academia Moguntina* videre est. † anno 1478.

Rupertus, 14..

Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ,
Metropolitanæ Moguntinæ, cathedralis Argentoratensis, & huius Canonicus.

Georgio suffectus est. Post Evvaldo Faulhaber in dignitate Cantoris metropolitani successit, & tandem cathedram Ratisbonensem inscendit. †an. 1507, die 19 April. Vid. *Syllabi plenioris* sectio 5 p. 334.

Fridericus, 1...

Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ,
Moguntinæ maioris Cantor, Scholasticus ad D. Albani, Treuirensis, Colonien-sis, Magdeburgensis metropolitanarum, cathedralis Argentoraten-sis, Collegiatarum vero S. Stephani, S. Victoris extra mœnia Moguntina, & B. V. ad gradus Canonicus.

Fratrem Rupertum excepit, & extremum vitæ spiritum edidit anno 1518, die 17 Octobris.

Marquardus vom *Stein*, 1519

I. V. D. Bambergensis & Augustanæ cathedralium Præpositus, maioris Moguntinæ, Salisburgensis, Frisingensis, & Eluacensis Canonicus.

Friderico surrogatus. Anno 1530, cum Præpositus maior factus esset, resignauit.

Dietherus VVenck, 1530

Præpositus S. Victoris, Canonicus S. Stephani.

Marquardo successor datus, † an. 1531, die 30 April. vt memorat necrologium ad D. Victoris.

Iodocus Hottfelder, 153.

I. V. D. Cathedralis Lubecensis Præpositus, & D. Victoris extra mœnia Moguntina Canonicus, quondam etiam Vicarius in æde maiori ad S. Afræ.

Dietherum secutus & postea Episcopus Lubecensis factus est. †Romæ anno 1551, sepultus in æde S. Mariæ *de l' Anima*, hoc nactus epitaphium:

IODOCO HOYTFELTERO

Osnabrugensi, Lubecensi Episcopo, Paulo III & Iulio III Pontif. Max. in vtraque signatura Relatori, & apud multos etiam Principes gratioso, ex humili loco ad summos honores virtute, industria, & laboribus euecto, amici mœrentes posuerunt. Vixit annis LI, mens. III, d. XIIII. † anno salutis MDLI, IIII Kalend. Maii.

Quid labor assiduus possit dare? quid fera Parca
Demere? quo speres & metuas, moneo.
Ille humili summos fuerat largitus honores,
Hæc simul & vitam mi subito eripuit.

Schraderus monum. Italiæ p. 146 b).

Guilielmus Insulanus. 1551

Iodoco suffectus, † anno 155..

155. ***Henricus* de *Reck*,**

Canonicus maior & ad D. Victoris.

Præpoſituram vix vltra annum adminiſtrarat, cum eam ſub annum 1557 dimitteret.

155. ***Lubertus Scheifert*,**

Canonicus S. Stephani, Vicarius Regius in æde metropolitana.

Henricum ſecutus, † anno 1564, die 30 April.

1564 ***Georgius* de *Schönenburg*,**

Canonicus Moguntinus.

Anno 1564, die 12 Maii a Capitulo electus. Factus poſtea Decanus & Præpoſitus maior, nec non Epiſcopus Wormatienſis. † Spiræ anno 1595, die 11 Auguſti. Conf. *Syllabi plenioris* ſectio I p. 293.

1595 ***Ioannes Suicardus* de *Cronberg*,**

Maioris Decanus, ad S. Albani Præpoſitus, Vicarius hactenus in ſpiritualibus generalis.

Schönenburgio defuncto, electus fuit die 30 Septembr. & quum anno 1604 Ioanni Adamo in Archiepiſcopatu ſuccederet, Præpoſitura abiit.

1604 ***Ioannes Theodericus* ab *Ehrenberg*,**

Canonicus Moguntinus & Herbipolenſis, S. Albani Cuſtos.

Ioanni Suicardo ſubſtitutus, † anno 1612, die 2 Auguſt. Herbipoli. Cui ſucceſſit

1612 ***Carolus, Comes* ab *Arenberg*.**

Qui tamen vix vltra annum ſuperfuit.

16.. ***Hartgerus Hennotus*,**

Canonicus Presbyter Colonienſis.

Carolum excepit.

16.. ***Philippus Ludouicus L. B.* de *Reiffenberg*,**

Canonicus maioris &c. &c.

Priuatus ordine clericali, omnibusque exutus beneficiis eccleſiaſticis anno 1668, die 18 Maii. Vid. *Syllabi plenioris* ſectio VI p. 389.

1668 ***Marſilius Godefridus* ab *Ingelheim*,**

Metropolitanæ Moguntinenſis, & cathedralis Herbipolenſis Canonicus.

Reiffenbergii in locum ſubiit, electus non multo poſt Decanus maior. † 1679, die 8 Septembris.

1679 ***Maximilianus Philippus Roiſt* de *Wers*,**

Cathedralis Halberſtadenſis, & Equeſtris ad D. Albanum Canonicus.

Ingelhemio ſurrogatus, naturæ debitum exſoluit anno 1716, die 19 Martii, ſepultus ante chorum, n. 8.

1716 ***Ioannes Hugo* de *Gäertz*, Confluentinus,**

Epiſcopus Dorilenſis, * *Vicarius Apoſtolicus per partes Septentrionales, Archiepiſcopi Colonienſis per ciuitatem ac diœceſin Oſnabrugenſem in pontificalibus & ſpiritualibus Vicarius generalis, eccleſiæ Collegiatæ ad S. Florinum Confluentiæ Canonicus.*

Apoſtolicæ prouiſus an. 1716. Antequam in poſſeſſionem veniret, eodem hoc anno, ipſis natalitiis Seruatoris noſtri, ætatis an. 33 obiit.

* *Conſecratus Bonnæ ab Archiepiſcopo an. 1715, die 31 Martii.*

Carolus

Carolus Philippus Henricus L.B. de *Greiffenclavv*, 1717
Maioris Moguntinæ, Herbipolensis item ac Spirensis,
nec non Equestris Comburgensis Canonicus.
Præpositi dignitatem, quam etiamnum gerit, adiit anno margini appositio.

II

DECANORVM.

Priores similiter erui haud potuere.

HARTWINVS. 11..

TEstis an. 1130 in litteris Adelberti I, quas supra ad § 3 attuli.

Rudingus. 11..

Vixit circa an. 1165; quo vide litteras Conradi Præpositi, quas in *Præpositis* modo dedi.

Henricus. 11..

Testibus adscriptus in tabulis Christiani I an. 1171 (v. § 3) & an. 1175 confectis.

Lupoldus. 11..

Testis an. 1184 in litteris Conradi I Archiepiscopi sub finem § 3 adductis, & sequenti 1185 in aliis eiusdem in chronico *D. Victoris* § 9 legendis.

Arnual, 118.

qui & *Arlevan* & *Harnevvanus.*

Occurrit nobis an. 1189 in tabulis dicti modo Conradi I Archiepiscopi, in *chronico Petrensi* § 11 datis, & dein aliquoties; vltimum an. 1204 vel 1206 in litteris Iudicum Sedis Moguntinæ, in chronico *S. Stephani* in lucem editis.

Arnoldus. 120.

Anno 1211 testis adhibitus in litteris Sifridi II (v. chron. *D. Victoris* § 12 p. 593) & dein semel atque iterum. Anno 1222 factus est Præpositus.

Wernherus. 1222

Subiit nobis an. 1223 in litteris Iudicum Sedis Moguntinæ, 6 Id. Maii datis, quibus obstringuntur Altvillenses ad 30 Solidos Capitulo Petrensi soluendos.

Burchardus, Comes *de* Ziegenhain. 122.

Testis vicem subiit an. 1227 in tabulis Sifridi II, quibus Santalbanensibus bona Wignandi confirmantur. Anno 1234 Præpositi consecutus dignitatem est,

Burchardus. 123.

Occurrit an. 1237 in litteris Sifridi III, quibus monasterio Brunbach immunitatem dedit a soluendo in Mœno vectigali; & an. 1245 in tabulis Ioannis Scholastici Moguntini, arbitri finiendæ litis de curia dicta *Leheimer*. Vixit adhuc an. 1247.

Henricus. 12..

Anno 1253 consensit, vt Capella Odernheimensis Disibodenbergensibus conferretur. Sequenti occurrit in constitutione contra violentos Clericorum inuasores.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

uasores. Anno 1266 instituit Vicariam in sacello S. Aegidii, eamque dote de bonis suis Schiersteinensibus instruxit. Eodem anno 4 Id. Decembr. adhuc in litteris de locatione quadam nomen suum edidit. Principio vero sequentis videtur decessisse. Ceterum putarim fere, eum antea fuisse Scholasticum Collegiatæ huius.

1267

Conradus.

Successit Henrico; quippe an. 1267, 4 Non. Iun. iam *Decani* ad *gradus* titulo nobis subiit. Anno 1270 vna cum Simone de Schœneck Decano maiori, *Conrado* Comite Hirsuto, & *Philippo* de *Bolandia* arbiter fuit super controuersia quadam suborta de castro Münzenberg, ab *Engelharto* & *Engelharto* de *Weinsperg*, *Philippo* de *Falckenstein*, filiisque eius *Wernhero* & *Philippo* vendito. Laudum Neuhusæ prope Wormatiam in litteras redactum sabbato ante Dominicam *Lætare* dictam. Rursum an. 1275 vna cum *Ervvino* de *Brunigsheim*, *Ervvino Lôvv* de *Steinvort*, *Conrado* de *Sulzbach*, *Ioanne* de *Offenheim*, & *Henrico* Burggrauio de Wachenheim, super controuersia, quæ inter *Wernherum* & *Philippum* de *Falckenstein* erat de diuisione patrimonii paterni. Occurrit adhuc an. 1307 in Instrumento electionis Rudolfi de Rodenstein in Præpositum.

13..

Fridericus.

Subiit nobis an. 1313 in litteris Idib. Maii datis de locatione quadam, & sequentibus annis aliquoties. Vixit adhuc an. 1337, vt patet ex tabulis *de incorporatione officii Campanatoris* altari S. Catharinæ in inferiori Hilbersheim.

13..

Henricus.

Occurrit an. 1341 in conuentione Henrici Archiepiscopi cum ciuitate, d. 21 Aug. signata. Anno 1350 hoc inuenitur titulo: *Henricus Decanus ecclesiæ B. M. V. ad gradus, Iudex & Conseruator iurium & bonorum Honorabilium Virorum, Dominorum Decani & Capituli ecclesiæ S. Mauricii a sede Apostolica specialiter deputatus.*

1357

Hermannus de *Wisbaden.*

Electus an. 1357. † an. 1387, 4 Id. Februar. sepultus in sacello S. Aegidii, cum epitaphio, quod inter cetera in *συλλογῇ* illorum inuenies.

1387

Ioannes zur *Laden.*

Hermanno surrogatus, hoc ipso anno 1387 se nobis obtulit in statutis feria sexta post exaltatæ S. Crucis sollemnitatem editis. Sequenti in litteris de bonis Capituli in tractu villæ Osthoven Hugoni Abbati & Conuentui Hornbacensi elocatis.

139.

Osbertus **Goitz*, de *Franckenberg.*

* Gôtz

Ioanni suffectus. † an. 1400. Vid. *liber Animarum*, qui ad hanc Collegialem est, ad 7 Kal. Mart. quo die anniuersarium ipsius sacrum funebri ritu instauratur.

1400

Conradus Vnrue.

Osberto successit, quippe anno sequenti in constitutione de celebratione Capituli generalis *Decani* ad *gradus* titulo diserte appellatur. Anno 1407 feria sexta post Dominicam *Exaudi* constitutus fuit Vicarius in spiritualibus generalis; & postea etiam Præpositus ad D. Petri. Vixit adhuc an. 1419.

142.

Henricus Stalberg,

Cantor B. V. in Campis.

Conrado surrogatus est. † Id. Nouembr. an. 142.. In *libro Animarum* ad d. d. sic memoratus: *Anniu.* Henrici Stalberg, *quondam huius eccles. Decani.*

142.

Hermannus Roist de *Kirsvverden.*

Obtulit se nobis an. 1429 in tabulis de lampade perpetuum ardente, ad quam Canonicus *Pellificis* sumtum attribuit, & annis sequentibus adhuc semel atque iterum. Anno 1434 Præpositi adiit dignitatem.

Wigan-

Wigandus Stalberg, 1434

Huius Canonicus, Rector olim ecclesiæ parochialis villæ Bibelos.

Anno 1334, die 7 Nouembr. a Gothardo Stümmel, Decano ad S. Stephanum, constitutus fuit Testamentarius. Resignauit postea circa annum 1440; post quem reperies eum in catalogo Scholasticorum & Decanorum ad *D. Petri.*

Hermannus de *Bensheim.* 14..

Wigando successit. Occurrit an. 1440, die 20 Decembr. in litteris quibusdam promiscuis, & an. 1442 in constitutione de Domicellaribus die 20 August. facta, & sequenti, sabbato post Dominicam *Esto mihi* dictam, in litteris de Vnione Cleri secundarii. Ceterum construxit aulam istam amplam cum conclaui, per quam e curia Decanali per sacellum S. Bartholomæi descenditur in templum.

Iacobus Welder. 1445

Hermannum secutus, an. 1445 in ordinatione quadam de Præbendis legitur. Sequenti præsentauit ad ministerium sacrum in villa Bibelos obeundum Ioannem de Sobernheim. † anno 1465.

Adolfus de *Breithart*, 1465

Scholasticus S. Petri.

A Capitulo electus ipso hoc anno 1465, die 8 April. scrutatoribus *Dammone* de *Prumheim*, *Ioanne Kachel*, & *Ioanne Lorich*, Decretorum Doctore, Canonicis. Decanatum cum quatuor ferme annis rexisset, vti in *libro Animarum* ipse loquitur, resignauit, factus postea Scholasticus.

Conradus Probst, de *Bensheim*, 1469

Decretorum Licentiatus, Canonicus huius & ad S. Stephanum.

Adolfo datus successor. Aedes suas, *zum Baldemar* olim, post *zum Bensheimer* dictas, & in pede montis S. Stephani, *vf dem Kelchstock*, sitas ecclesiæ donauit. Anno 1483, quo ceteroquin in litteris de Vnione Cleri adhuc occurrit, Decani muniis se abdicauit.

Ioannes Iacobus Leist, Moguntinus, 1483

Decretorum Doctor, D. Petri, Francofurti ad D. Bartholomæi, & Moguntiæ ad D. Stephani Canonicus, Protonotarius & Iudex generalis.

Conradi in locum suffectus, & a Principe Ruperto Præposito installatus siue in muneris huius possessionem introductus fuit. Postea ad D. Petrum Scholasticus, Francofurti vero ad S. Bartholomæum Præpositus factus est. † anno 1529, die 2 Februar. sepultus in choro Collegiatæ huius.

Wolfgangus, Comes *de* Stollberg, 1529

Præpositus Halberstadensis.

Vi precum Imperialium in possessionem venit mense Februario, quam tamen, successoris in gratiam, eo vix elapso, dimisit.

Rudolfus Rulini. 1529

Anno 1529 Decani honores capessiuit, gessitque ad an. vsque 1542, quo die 7 Septembr. fatis functus est.

Antonius VViedmeyer, 1542

SS. Petri, Stephani, Victoris, B. V. ad gradus, & S. Ioannis Canonicus, Sigillifer Moguntinus.

Electus anno dicto 1542, die 27 Septembr. Anno 1545 Romam missus fuit a Sebastiano, vt peteret pallium. Anno 1548 & 1549 eiusdem iussu interuisit parochiales villarum S. Stephani in Gunsenheim, S. Martini in Finthen, XI millium Virginum in Zalbach, S. Georgii in Brezenheim, S. Georgii in Born,

S. Walpurgis in Dreyſs, S. Bartholomæi in Winternheim, S. Martini in Ober- & S. Georgii in Nider-Olmen. Cum Capitulum exigeret, vt Decani inhabitaret ædes, reſignauit anno 1550, die 30 Septembr. & poſtea factus eſt Decanus ad D. Victoris.

1550 **Matthias Pfrum, al. Brun,**

Canonicus huius, Vicarius metropolitanus.

Eodem, quo Wiedmeyerus deceſſor, de ſtatione hac deceſſit, anno Decanus deſignatus, ex eadem, qua ille, cauſſa anno 1553 menſe Decembri Decanatu abiit. † anno 1563, die 12 Martii.

1553 **Caſpar Coci,**

Quondam Vicarius metropolitanus.

Matthiæ d. 19 Decembris ſubſtitutus, † an. 1555, die 28 Octobris.

[Illo defuncto, electione facta, *Balthaſar Bengel*, Canonicus Collegiatæ huius, oblatum honorem recuſauit.]

1555 **Petrus Adel, Moguntinus,**

SS. Theol. D. eiusdemque P. P.

Ex Cantore Decanus die 2 Decembris electus fuit. † anno 1561, die 24 Iul. Ex eo Decanatus ad annum vſque 1578 vacauit, prouentibus ei contributis ad ædem inſtaurandam inſumtis.

1578 **Ioannes Berneburg,**

Iurium Doctor, Scholaſticus ad D. Victoris, primum *Conſiliarius*, dein *S. Sedis Moguntinæ Protonotarius & Iudex generalis.*

Prouiſione Danielis Collegiatæ huius Canonicus anno 1576 factus, anno 1578, die 14 Ianuar. legitimis ſuffragiis Decanus deſignatus eſt. Anno 1580 iuſſu Wolfgangi Archiepiſcopi, vna cum Ioanne Bernhardo de Gablenz, Canonico maioris, Collegiatam D. Ioannis interuiſit. † anno 1590, die 1 Iulii. Magni nominis fuit Iuriſconſultus.

1590 **Ethereus Hofmann, Aſchaffenburgenſis,**

SS. Theol. D. Cantor ad D. Petrum, poſtea etiam *Præpoſitus ad D. Stephanum.*

Ex Canonico Domicellari poſtulatus fuit in Decanum anno 1590, d. 5 Decembr. † anno 1597, die 3 Februar.

1597 **Vitus Miletus, Gamundianus,**

SS. Theologiæ D. Cathedralis Vratislauienſis Canonicus, Moguntiæ Præpoſitus ad D. Mauricii, S. Petri & D. Victoris Canonicus, Conſiliarius eccleſiaſticus.

Decani honores anno 1597, die 14 Aprilis legitimis ſuffragiis conſecutus eſt, & anno 1615, die 11 Septembr. cum vita depoſuit. Plura de eo habes in diſſertatione *de doctis Moguntinis.*

1615 **Stephanus Weberus,**

SS. Theol. D. Protonotarius Apoſtolicus, eccleſiarum SS. Petri & Alexandri Aſchaffenburgi, & D. Victoris Moguntiæ Canonicus.

Stephani Weberi Suffraganei e fratre nepos: Hactenus Scholaſticus. Decanus renuntiatus d. 18 Octobris. † anno 1626, die 31 Maii, multis in Collegialem hanc beneficiis celebris.

Adamus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Adamus Freisbach, Moguntinus, 1626

I. V. D. Canonicus S. Petri, & huius ad gradus, Consiliarius Moguntinus, & Capituli maioris Syndicus.

Stephano successor datus, & die 5 Augusti in possessionem muneris introductus est. † anno 1651, die 15 Iun. Vir magnæ fuit auctoritatis, & cum Vicarium in spiritualibus generalem ageret, iurium Ordinariatus tuendorum ac conseruandorum vindex acerrimus, ab Anselmo Casimiro, & Ioanne Philippo ad multa magni momenti negotia adhibitus. Insignem vestium sacrarum, vasorum inauratorum, numismatumque, quæ vulgo *Gnaden-Pfenning* dicuntur, numerum Collegiali huic testamento legauit.

Ioannes Vagtz, Linzensis, 1651

SS. Theol. D. Scholasticus ad D. Petri, Canonicus S. Ioannis, Protonotarius & Iudex generalis.

Anno superiori 1650 Archiepiscopi prouisione Canonicatum adeptus est; hoc vero Decanatum electione Capituli. † anno 1663, die 19 Ianuar. Eruditione, rerumque gerendarum dexteritate magnum sibi comparauit nomen. Conf. Catalogum *Scholasticorum ad D. Petri*, p. 506.

Adolfus Godefridus Volusius, Hanouiensis, 1663

SS. Theol. D. Protonotarius Apostolicus, Comes Palatinus Cæsareus, Consiliarius & Sigillifer Moguntinus, Ecclesiastes & Parochus maioris, Decanus S. Mauricii, & tandem Episcopus Diocletianopolitanus.

Archiepiscopi Ioannis Philippi prouisione ex Scholastico Decanus factus, die 3 Februar. in possessionem immissus est. † anno 1679, die 17 Mart. Collegialem hanc instituit heredem. Plura de eo inuenies in *Suffraganeis Moguntinis* pag. 452.

Ioannes Reinhardus Mörtzer, Moguntinus, 1679

SS. Theol. D. Eminentissimi Archiepiscopi & Principis Electoris Consiliarius ecclesiasticus, & Sigillifer, ad D. Ioannis Canonicus.

Huius vsque huc Scholasticus. Anno dicto d. 7 April. Decanus constitutus est, Marsilio Godefrido ab Ingelheim, Præposito, & Christophoro Rudolfo de Stadion, Canonico, tanquam Arbitris. † anno 1693, die 21 Ianuar. Sepultus ante aram beatissimæ Virginis, n. 4.

Edmundus Gedult de *Iungenfeld*, 1693

Moguntinus,

SS. Theol. D. Episcopus Mallensis, Decanus S. Crucis, Scholasticus ad D. Petri, Eminentissimi Principis Electoris Consiliarius.

Anselmi Francisci prouisione Mörtzero successit, ac magna sui nominis laude Decani ad hanc ædem muniis etiamnum fungitur.

III

SCHOLASTICORVM.

Priores in tenebris adhuc latent.

11.. ## CONRADVS.

OCcurrit circa an. 1165 inter teſtes litteris Conradi Præpoſiti appoſitos, & an. 1171 in tabulis Chriſtiani I Archiepiſcopi. Vid. ſupra § 3.

11.. ## *Hugo.*

Teſtis in litteris Conradi I an. 1184 datis, vt § modo dicto videre eſt, & in aliis eiusdem tabulis an. 1189 confectis.

119. ## *Giſelbertus.*

Subiit nobis in dicti modo Conradi I diplomate an. 1196 dato. Vid. chron. *S. Petri* § 13 p. 470, vbi id inuenies.

12.. ## *Wilhelmus.*

Teſtibus adſcriptus in tabulis Sifridi II anno 1212 ſignatis, quas in chronico *D. Stephani* § 17 p. 528 habes.

121. ## *Embrico.*

Obtulit ſe nobis an. 1215 in litteris de decimis Sodenleenſibus monaſterio Eleueſtadenſi elocatis, & an. 1218 in litteris Henrici Abbatis Diſibodenbergenſis de decimis Brezenheimenſibus.

121. ## *Ioannes.*

Teſtis vicem ſubiit an. 1220 in tabulis Sifridi II, quibus D. Petri Canonicis ædes S. Emerami adſignatur. v. *chron. Petrenſe* § 17 p. 473. Anno 1226 Henricum Scultetum Lohnſteinenſem, iuſſu Iudicum Sedis Moguntinæ noxis deteſtationibusque innexum, piorum reddidit commercio.

12.. ## *Arnoldus.*

Teſtibus appoſitus an. 1233 in tabulis dictorum Sedis Moguntinæ Iudicum ſuper controuerſia, quæ Ludouico Canonico S. Petri de vinea quadam in tractu *Aſpisheim* cum Plebano villæ huius intercedebat.

12.. ## *H. f. Henricus.*

Legitur an. 1247, menſe Ianuario, in litteris de cenſu vnius amæ vini in villa Oeſtrich prouenientе. Vix dubium, quin idem ille ſit, qui poſt inter Decanos occurrit.

12.. ## *Godefridus.*

Primum nobis ſubiit an. 1255, dein anno ſequenti 1256 in litteris Iudicum de donatione *Sororis Gudæ* eccleſiæ huic facta; tum vero an. 1261.

126. ## *Ehrenfridus,*

Collegiatæ S. Stephani Cantor.

Occurrit an. 1268; Rurſum an. ſequenti 1269 in litteris Capituli de redintegrata ab eo veteri conſuetudine, qua Scholaſticus Canonicos eccleſiæ ſuæ nondum emancipatos in domicilium ſuum recipiebat & conuictum. *Tum proceſſu temporis* (ita illarum verba habent) *recepimus & elegimus Magiſtrum* Erenfridum, *Cantorem S. Stephani in noſtrum Scolaſticum, qui --- pro eccleſie noſtre conſuetudine refer-*

reformanda & in posterum declaranda, duos nostros Concanonicos, videlicet Hartmannum & Eberhardum *de* Husenstam, *nondum emancipatos, Subdiaconos, condicionis & opinionis satis bonos, & etatis prouecte, licet in contrarium peticiones facte fuerint eidem a pluribus nobilibus, quas tamen non exaudiuit, vt status nostre ecclesie reformaretur in modum debitum & naturam, recepit, & honeste tenuit in domo sua ad annum vnum, & postmodum ad petitionem nostram ipsos absoluit a iugo suo, & emancipauit* &c.

Iacobus. 127.

Nomen suum edidit an. 1271 in tabulis de censu quodam Fratribus S. Antonii in Rosdorf vendito. Anno 1297 Iudicem egit in cognoscenda controuersia, quæ inter Capitulum S. Petri & Præpositum Denckendorfensem de decimis quibusdam vertebatur. † an. 1323. Sic enim necrologium *D. Victoris* a. d. 9 Kal. Aug. *Item peragitur anniuersarium* Iacobi Scolastici B. M. V. ad gradus, *qui obiit MCCCXXIII in festo S. Anne.*

Ioannes. 13..

Vixit circa an. 1337, eodemque occurrit in constitutione quadam Capituli de conferendis beneficiis, 7 Kal. Maii facta.

Henricus. 13..

Collegit an. 1368 subsidia a Petro de Callesio, Præposito ecclesiæ Nemausensis, Nuntio Apostolico, postulata, per terminos Præposiurarum ciuitatis Moguntinæ.

Godefridus. 13..

Bis nobis occurrit. Primum anno 1372, in apocha quadam, qua Capitulum recognoscit, numeratos sibi esse 50 florenos auri a Testamentariis Ioannis de Ruremunda, Cantoris ad S. Victorem; dein anno sequenti in quadam ordinatione Capituli.

Henricus Knorren de *Frizlaria.* 137.

Quum circa an. 1381 veteri, de quo supra in *Ehrenfrido*, instituto seruando insisteret, sequentibus isto solutus fuit litteris;

ADOLFVS *D. G. sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus* &c. *Honorabili* Henrico, *Scolastico ecclesie B. Marie ad gradus Magunt. - - - Effectum statutorum per b. m. Dominum* Gerlacum *A. M. predecessorem nostrum contra Scolasticos ecclesiarum nostrarum ciuitatis & diocesis Maguntine pro iuuenibus, qui communiter* Domicelli *nuncupantur, factorum, ex certis causis nos ad hoc mouentibus, circa tuam personam tollimus, nolentes, te ipsis statutis, ac penis & sententiis in eisdem contentis aliquatenus astringi ac ligari, presentibus vsque ad nostram reuocacionem duraturis. Datum Eltuil, in crastino S. Georgii MCCCLXXXI.*

Supremum diem obiit an. 1399, 6 Non. Iulii.

Henricus de *Ehrnfels.* 1399

Decessoris in locum successit, & non solum an. 1401 in constitutione de celebratione Capituli generalis, sed sequentibus etiam pluries occurrit. † an. 1442, d. 11 Aug. Plura de eo habes in catalogo *Prapositorum* ad *D. Petri* p. 491 & seq. & ad *D. Victoris* p. 621. Ecclesiæ huic legauit *Decretum* cum lectura *Henrici Bock*, & *Digestum vetus.*

Hermannus Rosenberg, 1442

Decretorum Doctor, & ad D. Stephani Canonicus.

Familia patritia Moguntinensi ortus fuit, & primum nobis *Scholastici* ad *gradus* titulo subiit anno 1443. An. 1450 factus est Vicarius in spiritualibus generalis, & postea etiam ad D. Petrum Scholasticus. Anno 1451 d. 3 Decembr. perorauit in Concilio Moguntiæ a Nuntio Apostolico *Nicolao Cusano* in æde maiori

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iori celebrato. Sequenti iussu Theoderici monasterium *S. Ioannis* in Rhingauia interuisit, & anno 1453 monasterium *Flanheim* commutauit in ecclesiam Collegialem. † anno 1460, die 23 Iun. sepultus ad gradus prope odeum n. 26.

1460 ## *Nicolaus Kolb*,

Præpositus S. Stephani.

Hermanno surrogatus, dicto hoc anno, postridie diei B. Virgini in vtero conceptæ sacri *Scholastici ad gradus* titulo insignitus inuenitur. † anno 1469, & in æde hac B. V. funeratus est.

1469 ## *Adolfus* de *Breithart*,

Scholasticus S. Petri.

Decanum antea fuisse, supra dictum. Scholasticum egit ab Kolbii obitu ad annum vsque 1491, quo d. 24 Iulii inter manus PP. Prædicatorum pie exspirauit.

Multa instituit ac ordinauit ad Collegiatæ huius tum emolumentum, tum splendorem. Prodit id ipse in testamento suo, quod ita incipit; *Nouerint vniuersi Christi fideles, quod ego* Adolfus *de* Breithart, *qui primo fui* Decanus, *deinde* Scolasticus *huius inclite ecclesie B. Marie Virginis ad gradus Magunt. non ad vanam gloriam, de quo coram omnipotenti DEO, inspectore omnium conscienciarum, protestor, sed duntaxat ad laudem ipsius, & gloriose Virginis Marie, nec non ob singularem deuocionem, quam habui ad eandem ecclesiam, dedi, legaui, deputaui & assignaui subscripta successiue ad communes presencias, fabricam & structuram eiusdem ecclesie pro salute anime mee - - - - -*

Promoui eciam & impetraui fundacionem decantacionis Antiphone Salue Regina *singulis diebus de sero circa pulsum* Aue Maria *apud imaginem B. Virginis in predicta ecclesia per quondam Reuerendissimum D. Adolfum - - - cum certis indulgenciis - - - institutam & dotatam.*

1481 *Item pro sculptura & pictura imaginis* Angelice Salutat. B. V. *apud introitum chori - - - exposui circa centum florenos. Quam imaginem - - - prò mea, nec non supradicti - - - D. Adolfi Archiepiscopi - - - animarum salute meis propriis facultatibus procuraui atque erexi* *. *Institui eciam perpetuam lampadem ante predictam imaginem diu noctuque ardentem - - - -*

Præter hæc comparauit etiam quatuor & triginta florenos annui census pro anniuersario suo funebri ritu instaurando. Totidem pro sollemniori apparatu ad celebrandum festum *Præsentationis B. M. V.* & *S. Bonifacii.* Viginti quatuor insuper pauperibus in parochiis Moguntinis, videlicet *S. Stephani*, *Ignatii*, *Quintini*, *Christophori*, *Heimerami*, *Pauli*, & *Odenmünster* anno 1485 perpetuam legauit eleemosynam, vnicuique quidem illorum singulis diebus dominicis sex Hallenses. Multa alia prætereo.

Sepulturæ locum nactus est prope sacellum OO. SS. quod est ab ingressu per valuas æneas, sub lapide n. 13 signato.

* *Cur* Adolfo *tam studiose deditus fuerit, disces ex catalogo* Scholasticorum *ad* D. Petri.

1491 ## *Petrus Queich*, Wormatiensis,

Decretorum Licentiatus, Præpositus Moxstadensis, & Canonicus ad D. Victoris.

primum.

Adolfum excepit, & qua Scholasticus adhuc anno 1499 occurrit in litteris Bertholdi die 29 April. datis; quo ipso tamen resignauit. Inter hæc autem anno 1496 cum Cæsare Maximiliano, apud quem in magna erat gratia, concessit in Italiam. Sequentes id loquuntur litteræ.

Maximilian

Maximilian von Gotes Gnaden

Romiſcher Kunig &c.

ERſamen Lieben Andechtigen. Wir ſein dem erſamen vnſerm lieben andechtigen Petern Queichen, *Chorherren auf ſant Victors perg bey euch vor der Stat Mennz, vmb ſeins vordirnemis vvillen mit ſonndern gnaden vnd furderungen geneigt. Vnd nachdem vvir ſein iezo zu vnſerm furgenomen Romzug notdurfftig vverden, begern vvir an euch mit ernnſtlichem fleiß, ir vvollet ime, vnangeſehen eures Stiffts freyheiten vnd ſuſpenſion, ſolichen vnſern geſchefften auszuvvarten, gennen vnd erlauben, vnnd vns das nit verziehen, ſonnder euch hierinne gutvvillig erzaigen, als vvir vnns zu euch verſehen. Daran tut ir vnns gut gefallen, gnedigelich gegen euch vnnd dem Stifft zu erkennen. Geben zu Piſa am Ertag vor ſannt Simon vnd Iudas tag Apoſtolor. Anno Domini LXXXXVI, vnſers Reichs im eilfften.*

Ad Mandatum Domini
Regis proprium.

Den Erſamen, vnſern lieben Andechtigen,
N. Probſt, Dechannt, vnd Capitel auf
ſannt Victors Berg, vor der Stadt Mentz.

Hoc etiam & ſequenti anno Romæ *Philippi* Electoris Palatini negotia egit. Extant enim litteræ anno 1496 die Bartholomæo, & anno 1497 die Sebaſtiano feſta datæ, ex quibus id quam clariſſime patet. Affero poſteriorum verba; *Nachdem vvir euch iüngſthin geſchrieben*, ita *Philippus* ad Capitulum S. Victoris, *für den Erſamen Herrn* Peter Queichen, *Probſt zu Moxſtatt, ihme ſeine* fructus, *dievveil er in vnſerm dienſt vnd geſchafft zu Rom vß iſt, nicht deſto minder folgen zu laſſen* &c.

Conradus Thus de *Warberg*, 1499

Præpoſitus ad D. Mauricii, & S. Stephani Canonicus.

Petro decedenti ſuffectus. † anno 1501, die 11 Iunii, ſepultus in æde D. Stephani. In litteris quibusdam anno 1486, in curia *zum Stecken*, in qua iura reddi ſolebant, datis hunc ſibi circumpoſuit titulum: *Conradus Thus, Præpoſitus S. Mauricii, Iudex & Conſeruator iurium, priuilegiorum, libertatum, rerum, atque bonorum Venerabilium, Nobilium, & Generoſorum ac Honorabilium Dominorum, Decani & Capituli, ſingularumque perſonarum eccleſiæ Maguntinæ a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus.*

Petrus Queich. 1501

ſecundum.

Quod, Conrado fatis functo, denuo Scholaſtici geſſerit dignitatem, patet ex conſtitutionibus Capituli anno 1504, die 9 Octobris editis; quippe in quibus diſerte *Scholaſtici* titulo appellatur. † anno ſequenti 1505, die 13 Martii, ſepulturæ traditus in ſacello D. Aegidii.

Ioannes Reüs de *Warberg*,

S. Stephani Præpoſitus, D. Victoris, & huius Canonicus. 1505

Prouiſione Iacobi anno 1505, die 9 Octobr. Scholaſticus factus eſt. † anno 1541, die 18 Iunii; ſepultus ante aram B. M. V. Multis in eccleſiam hanc beneficiis magnum promeritus nomen eſt.

Theodericus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

1541 **Theodericus de Rheden,**

ex diœceſi Oſnabrugenſi,

I.V.D. Erfurti ad D. Seueri Præpoſitus, cathedralium Lubecenſis & Warmienſis, nec non Collegiatæ ad D. Victorem Canonicus.

Deceſſoris in locum ſubiit an. 1541. Anno 1549 Epiſcopi Halberſtadenſis Oratorem egit in Concilio Moguntiæ habito; eodemque a Sebaſtiano delectus fuit, qui cum aliis totam interuiſeret diœceſin. Anno 1551 vnanimibus ſuffragiis electus fuit Antiſtes Lubecenſis; cathedram tamen inſcendere noluit, dignitatem iſtam deprecatus. † Moguntiæ an. 1556, a. d. 3 Kal. Iul. & in æde hac *ad gradus* terræ mandatus eſt. Conf. libellum *Epitaphiorum.*

1556 **Nicolaus a Driel,**

Præpoſitus S. Stephani, Canonicus ad D. Victoris.

Theoderico ſucceſſor datus, Scholaſtici munus obiit ad annum vsque 1594, quo d. 30 Nouembr. ſpiritum poſuit, nonaginta annorum ſenex.

1594 **Vitus Miletus, Gamundianus.**

Primum an. 1592, d. 14 April. deceſſoris Coadiutor fuit conſtitutus; ab illius vero obitu d. 3 Decembr. in poſſeſſionem immiſſus eſt; triennio poſt ad Decani dignitatem gradum fecit.

1597 **Theodericus Mohr, Moguntinus,**

S. Stephani Canonicus, Beneficiatus altaris S. Vlrici in caſtro Laneck.

Vitum excepit, ac Scholaſtici functus eſt muniis ad annum vsque 1604, quo die 6 Septembr. modum naturæ expleuit.

[Eo defuncto, paribus anno ſequenti d. 3 Febr. ſuffragiis electi *Chriſtianus Agricola*, Decanus S. Petri, & *Godefridus Driel*, SS. Theol. & I.V.D. ambo Canonici. Cum neuter cedere vellet, Ioannis Suicardi prouiſione ſucceſſit, qui ſequitur]

1605 **Stephanus Weberus.**

Anno margini adſcripto, d. 18 Maii a Ioanne Suicardo, vt dictum, deſignatus, Scholaſtici dignitatem adiit, & an. 1615 Decanus factus, dimiſit.

1615 **Ambroſius Saibæus, Cizenſis,**

SS. Theol. D. Eccleſiaſtes & Parochus metropolitanus.

Hactenus Cantor. Scholaſticus a Capitulo electus eſt an. 1615, d. 20 Nouembr. Anno 1622 reſignauit, cum Decanus ad D. Victorem renuntiatus eſſet.

1623 **Petrus Renatus,**

I.V.L. ad D. Petri Cantor, quondam etiam *Decanus, Scholaſticus ad D. Mauricii, Canonicus ad D. Victorem, Vicarius metropolitanus, & Sigillifer Archiepiſcopalis.*

Gente Iudæus, Chriſto nomen dedit, & poſtquam laudandarum artium diſciplinis animum exercuiſſet, & eccleſiaſtico vitæ generi ſe mancipaſſet, ad varios

varios honorum gradus adscendit. Huius quidem Collegiatæ Scholasticus electus fuit an. 1623, d. 13 Febr. † an. 1639, d. 9 Septembris, sepultus ante altare OO. SS. quod exstruxerat prope valuas æneas. Præter sacrum sollemne musicum, *Rorate* vulgo dictum, & per tempus, cui ab *aduentu Domini* appellatio, hora sexta matutina decantari solitum, plures alias, religionis bono, instituit ordinationes, ad easque obseruandas 7800 florenor. huic legauit ecclesiæ; Hospitali vero *S. Barbaræ* 20000 florenorum addixit, vt ad *Serarium* iam dictum.

Fridericus a *Driel*, 1639

SS. Theol. D. ad D. Victoris Scholasticus & post Decanus, Francofurti ad D. Bartholomæi, & Moguntiæ ad S. Mauricii Canonicus, Beneficiatus altaris S. Augustini in arce Gernsheim.

Obiit anno 1646, d. 27 Nouembr.

Adolfus Godefridus Volusius, 1646

SS. Theolog. D. Parochus chori ferrei, & Ecclesiastes metropolitanus.

Anselmi Casimiri prouisione an. 1646, d. 29 Nouembr. factus est Scholasticus; quem egit ad annum vsque 1663, quo Decanus designatus est.

Ioannes Christophorus VVeberus, 1663

SS. Theol. D. Apostolicæ Sedis Protonotarius, Consiliarius & Fiscalis maior Moguntinus, S. Victoris tum Scholasticus, & dein Decanus.

Finem vitæ impleuit an. 1672, d. 16 Martii, sepultus in æde PP. S. I. Magnus ecclesiæ Benefactor.

Ioannes Reinhardus Mörtzer, 1672

SS. Theologiæ D.

Webero successit, & an. 1679 Decanus constitutus est.

Franciscus de *Meusern*, 1679

Hadamarienſis.

In locum Mörtzeri lectus anno dicto 1679. † an. 1701, d. 26 Martii; sepultus iuxta altare S. Crucis.

Franciscus Edmundus Rokoch, 1701

Moguntinus.

Ex Cantore Scholasticus factus an. 1701. † an. 1707, d. 2 Octobr. sepultus ante aram B. M. V. Aedem detersо squalore dealbari curauit, & organo pneustico multi pretii instruxit.

Ioannes Adamus Diel, 1707

Moguntinus.

S. Theol. D. Scholasticus S. Stephani, Sigillifer, & Consiliarius ecclesiasticus.

Mortem oppetiit an. 1712, d. 28 Iulii, funeratus in æde D. Stephano sacra.

1712 *Ioannes Ioachimus Hahn,*
SS. Theol. Doctor,

Episcopus Metellopolitanus, Eminentissimi Archiepiscopi & Electoris per Hassiam, & Thuringiam in pontificalibus Vicarius, per archidiœcesin vero in spiritualibus Prouicarius generalis ac Officialis, Decanatus ad D. Ioannis Coadiutor.

Scholasticus hodiernus. Vir, vt litteris sacris & artium humaniorum studiis apprime imbutus, ita prudentia, consilio, auctoritateque hac ætate spectatissimus, & cum paucis excellens.

CANTORVM

Catalogo similiter conficiendo manum admouere haud placuit.

ECCLE-

ECCLESIAE
ad
S. CRVCEM
extra mœnia Moguntina
COLLEGIATAE
BREVE CHRONICON.

I
De eius auctore.

CEteras inter, quæ Moguntiæ sunt, Collegiatas non incelebris plane est, quæ *S. CRVCIS* vulgari appellatione nunc dici solet. De qua cum potiora consignare in animum induxerim, cum maxime primumque omnium *de eius auctore* nobis dicendum est.

Is autem fuit ERCKENBOLDVS, Archiepiscoporum Moguntinensium octauus & decimus, Præsul vt generis nobilitate & imaginum splendore conspicuus in paucis, ita virtutum ornamentis plus quam vulgaribus, christianæ præsertim pietatis laude, auctoritateque in publicis negotiis spectatus.

Memorat id nobis *Dieffenbachius* in catalogo Antistitum Moguntinensium manuscr. his verbis: *Construxit clausirum* B. Mariæ in campis, *nunc ad* S. Crucem *dictum.* Idem facit *Serarius* lib. V in *Erckenboldo*, p. 727; " S. Mariæ in campis *extra muros Moguntinos monasterium construxit*, *quod nunc* S. Crucis *templum vocatur.* Vt tamen, quo auctore id dicat, tradatque, ne verbo quidem meminerit.

Dictis igitur vt fidem conciliemus, duo veterum afferemus loca. Vnus est *Alberici*, trium fontium monachi, qui in chron. ad annum MLXXXV p. 130 sic; -- *Erckenbaldus*, *qui clausirum* S. Mariæ ex campis *construxit.* Alter desumtus est e codice quodam *manuscr.* qui Collegio metropolitano est, & iisdem fere verbis constat: --- *Erckenboldus*, *qui clausirum* B. Mariæ in campis *extruxit.*

II
De tempore, quo cœperit.

Quo vero Erckenboldi anno cœperit ædes hæc, cum veteres hic plane sileant, & tabulæ fundationis, vt vocant, haud supersint, definiri nequit.

III
De eius situ.

Suscitata autem fuit, vt vel ex nomine, quo olim appellabatur, colligere est, extra mœnia Moguntina, tribus quidem horæ quadrantibus ab vrbe, in campo libero, patenteque.

IV
De eius appellatione.

Cum exædificata esset, sollemnique inauguraretur ritu, dicata fuit dedicata-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

que honori beatiſſimæ Virginis Deiparæ MARIAE, vt vel ex iis, quæ modo § 1 allata, conficias.

V

Vt ab æde B. M. V. in vrbe diſtincta fuerit.

Vti vero hoc curatius ab æde cognomine, quæ intra mœnia eſt, & vulgo *B. M. V. ad gradus* vocatur, diſtingueretur, primum appellata fuit eccleſia *B. Mariæ in campo* *, *in campis* itidem **, nonnunquam etiam *ex campis* †. Quod quidem cognomen traxit a loco, in quo ædificata eſt, libero ſcilicet, patenteque, vt § III dictum, extra vrbis Moguntinæ mœnia, campo.

* *In litteris* Ruthardi *an. MCVIII*, Adelberti *item* I *an. MCXXIX*, Arnoldi *an. MCLVIII*, Conradi I *an. MCLXV*, Chriſtiani I *an. MCLXXI*, *aliisque pluribus.*

** *Et quidem plerunque. Videantur modo* Adelberti I, Henrici I, Conradi I, Sigefridi II, *aliorumque, quas in* codice Diplomatico *protulimus litteras, tabulæque.*

† *Vt in litteris* Sifridi II, *vulgo* Senioris, *anno MCCXX datis, & apud* Albericum *l. d.*

Et ita quidem appellabatur ad annum vſque MCCCLXXXI vel MCCCLXXXII, vt non ſolum ex litteris antiquis patet; verum etiam ex iis, quæ *Greſemundus* in vna tabularum (de quibus poſt) conſignauit, ex eaque *Serarius* lib. V in *Adolfo I* p. 863 & ſeq. repetiit, colligere eſt.

Quum vero tum temporis *Sanctæ Crucis* imaginem, quam perditiſſimus ille nebulo, cui *Schelkropf* nomen erat, impie diſſecuerat, cruore madidam & inſignem e veteri ædicula, inter *D. Albani* ædem & hanc *B. Virginis*, ſumma veneratione Moguntinorum huc tranſtuliſſet pietas, plerumque *Sanctæ Crucis* dici cœpit *.

* Vernacula *zum Heiligen Creutz*, vti in litteris *Adolfi I*, quibus an. MCCCLXXXII Clero tum primario tum ſecundario promittit, ſe eos, ſi coacti Moguntinenſium iniuriis vrbe excederent, in aliis Archiepiſcopatus oppidis locisque, quamdiu quidem velint, toleraturum; item in aliis *Bertholdi* Archiepiſcopi, quibus anno MCCCCXCV priuilegia cœnobio *D. Helenæ* iuxta oppidum Welſchbillich, ab *Ludolfo* de *Enſchringen*, I. V. D. Treuiris ad D. Simonis, & Moguntiæ ad S. Crucis Præpoſito, temporibus iſtis condito, conceſſa ſuo firmauit conſenſu. Item *des Heiligen Crüz buyſſen Mentz*, vti in litteris *Friderici*, Electoris Saxoniæ, anno eodem ſignatis apud *Müllerum* ſectione I des Reichs-tagstheatri ſub Imperat. Friderico III, cap. XXIII § XXXVIII n. 5 p. 320.

Dixi, *plerunque*. Nonnunquam enim non ita, ſed *B. M. V. in campis*, vt antea, vocatur. Teſtimonio nobis ſunt litteræ *Ioannis II* an. MCCCCXIII datæ, & *Adolfi II* an. MCCCCLXVIII.

Interdum vtroque nomine coniuncto, eccleſia *S. Crucis*, *alias B. Virginis in campis* appellatur; vti ſane nouiſſime ita dicitur in Bulla *Clementis XI*, P. M. de academia Moguntinenſi, vt in ſchediaſmate de ea videre eſt.

VI

De eius honore.

Apud eccleſiam matricem magni ſemper fuit nominis, Clerique nobilitate polluit ac præſtantia: vt *Sifridus II* Archiepiſcopus & *Alatrinus* eiusdem Præpoſitus in litteris mox adducendis diſerte teſtantur.

VII

De numero Canonicorum ad eam.

Canonicorum inſtructam fuiſſe collegio, notum. Fuere autem illorum, anno ſaltem MCLXIII, numero decem. Quibus *Arnoldus*, ædi tum temporis Præpoſitus, cum eccleſiæ & Imperii diſtentus negotiis loco ſæpe abeſſet, ne conſtitutis carerent ſtipendiis, certam de bonis eccleſiæ aſſignauit partem, ſimulque ſtatuit, deinceps non plures, quam nunc ſint, decem ſcilicet, in collegium cooptandos.

Quod ipſum vt robur haberet hoc firmius, ſciuit, ratumque habuit his *Conradus I* Archiepiſcopus litteris;

In

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. CONRADVS *Dei gracia Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris quam preſentibus, quod Prepoſitus* S. Marie *in campis* Arnoldus, *occupatus tam eccleſie quam Imperii negociis, cum frequenter cum Fratribus ſuis eiusdem eccleſie Canonicis morari non poſſet, & ex abſencia eius ſtipendia Fratrum quandoque negligerentur, que tamen negligencia non voluntati ipſius, ſed occupacioni & abſencie imputanda fuerat, habito communi conſilio cum Fratribus eiusdem eccleſie, aſſumptis & quibusdam Prelatis maioris eccleſie in Maguncia, cum Fratribus ſuis ex conſilio in hoc conuenit, quod, quia, vt dictum eſt, cum eis continuo eſſe non poterat, & doleret, eos per abſenciam ſuam aliqua parte ſtipendiorum carere, aſſignatis illis ab eo quibusdam redditibus Prepoſiture, loco Prepoſiti Fratres de ſtipendiis ſibi ipſis prouiderent, Prepoſito penitus ab eis abſoluto; niſi, quantum conſilio, auxilio, & iuſticia requirenda & facienda poſſet eis aſſiſtere, & quicquid vlterius faceret, gracie eſſet, non debiti.*

Sunt autem hec, que Fratribus pro canonice ſtipendiis aſſignauit; Curiam *in campo cum agris & omnibus ſibi attinentibus, & quicquid eccleſia habet in* Winderheim, *& quicquid habet in* Wickere, *& decima in* Hiluersheim, *& omnis vtilitas in* Houernheim, *& omnis decima vini in* Souelnheim, *cum iure illo, quod ad vinum colligendum pertinet, & dimidius manſus ibidem; Prepoſitus vero habeat libere totum vinum in* Pinguia, *habeat eciam totam decimacionem annone in* Souelnheim, *de qua annuatim XX maldra Fratribus ſoluet; habebit eciam Prepoſitus locaciones eccleſiarum, beneficiorum, & omnem iuſticiam ad Archidyaconatum ſuum pertinentem; Fratres autem in decennario numero permanebunt, & ſi aliqua prebenda vacauerit, vel alicui Fratrum ſuſpenſio facta fuerit, Fratres tantum preſentes, & ibi Deo famulantes fructus ſtipendii percipiant, & in vſus ſuos, prout decreuerint, rediganț, donec ſuſpenſio a Decano communicato conſilio Capituli relaxetur, vel vacans ſtipendium locetur.*

Vt autem hec inconuulſa permaneant, preſentem cartam ſigilli noſtri impreſſione fecimus confirmari;

Huius rei teſtes ſunt:

Burchardus, *Prepoſitus* S. Petri *in* Maguncia.
Arnoldus, *Cuſtos maioris eccleſie, & Prepoſitus in* Erfordia.
Wernherus, *Prepoſitus* S. Ioannis.
Cunradus, *Prepoſitus* S. Gingolfi.
Rupertus, *Prepoſitus in* Muckeſtat, *& Notarius Curie.*
Folbertus, *Prepoſitus in* Selbolt; *& alii quam plures Prelati & Canonici.*

Acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCLXIII, Indictione XI, regnante Sereniſſimo Romanorum Imperatore Friderico. *in nomine Domini Amen. Data per manum* Ruperti *Muckeſtadenſis Prepoſiti & Notarii Curie II Kalendis Marcii.*

VIII

De paræciis ei attributis & adunatis.

Cum poſtea temporum malignitate defeciſſet plurimum, ne deeſſet Canonicis, vnde vitam conuenienter tolerarent, *Sifridus*, quem dixi, *II*, & *Alatrinus*, Præpoſitus Collegii, anno MCCXIX eisdem paræciam Niderſaulheimenſem vna cum omni vectigali contulere: quin, vt Scholaſtico etiam in hac Collegiali rurſum eſſet locus, paræciam illi attribuere Oberhilbersheimenſem. Loquuntur id, quas hac de re tum ediderunt, tabulæ.

SIFRIDVS *D. G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, &* ALATRINVS *Domini Pape Subdyaconus & Capellanus & Prepoſitus* B. Marie in Campis, *omnibus hanc paginam inſpecturis. Vt viuamus Spiritui ſancto & ambulemus, Apoſtolo inferente, non que ſunt Ceſaris requirentes, ſed que potius Ieſu Chriſti, & mortificatis ſpiritu factis carnis, vbi viuificatio quidem nulla eſt, facta dictis merito compenſentur, quia cepit Ieſus facere, & docere, quam caro ſpiritus potius acceptetur, vt graciam pro gracia Domino rependamus, exſoluentes eidem, quod iugiter expectatur ab ipſo, & quod de naturali iure inter homines precipitur obſeruari, vt quecunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos illis eadem faciatis, cum per matrem ſuam ipſe Dominus nobiſcum fecerit in temptacione prouentum, conuerſando nobiſcum in terris, in quibus dolores noſtros ipſe tulit, vt nos per ipſam cum ipſo conuerſemur in*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

celis ad reformacionem vocabuli venerabilis S. Matris eius, vbi laudum preconia iugiter & magnifice exsoluantur eidem, ita disposuimus exurgendum; nam cum ipsa S. Mater ecclesia, videlicet S. Marie in Campis *apud matricem ecclesiam Maguntinam ab antiquis temporibus vsque nunc magni fuerit nominis & famosa, & pollere consueuit Cleri nobilis honestate, qui cotidie ibidem Domino famulabatur in ymnis & canticis & psalmodia; & nunc propter tenuitatem rerum ita constat exhausta & euacuata Clero & laude, quod, qui annunciet, vix remansit in ipsa, cuius nupcie conuerse sunt cum ipsius organis in lamentum; & sic, ne tardior hora prepediat, & ipsa ecclesia quantocius reformetur in additamento stipendiorum Canonicorum ipsius, vbi temporalia seminantur eisdem, spiritualia recolligantur in ipsis, ecclesiam de* inferiori Souuelnheym *Canonicis ipsius ecclesie, tam presentibus quam futuris ibidem Domino famulantibus, duximus conferendam; ita, vt, cum vacare contigerit, libere accipiant, habeant, & possideant ad vsus suos.*

Verum quia nichil creditur esse actum, dum aliquid supersit agendum; dum eciam sit intencionis nostre, non in genere tantum, sed eciam in specie intendere reformacioni ipsius, volumus, vt sic in suis reformetur eciam Prelaturis; cum enim dicatur, dictam ecclesiam dignitatem habuisse hactenus Scolasterie, & nec nunc ipsa appareat, nec vestigia reditusque eiusdem; nos, vt in ipsa ecclesia sit semper & nunc dignitas Scolasterie, ad ipsius vsum ecclesiam in superiori Hilbersheim *cum redditibus suis duximus concedendam, ita, quod cum ipsa vacare contigerit, de suis redditibus annuatim X maldra tantum siliginis assignentur Decano pro sui officii dignitate, & in diuinis ecclesie de* Sovvelnheim *a Canonicis, & in* Hilbersheim *a Scolastico, sicut conuenit, seruiatur.*

Et vt nostra donacio seu eciam voluntas ad perpetuam memoriam nominis nostri sit eis perpetuo valitura, & eorum simus semper oracionibus commendati, donacionem ipsam & voluntatem scribi fecimus, & nostrorum sigillorum munimine roborari.

Acta sunt autem hec anno Dominice incarnacionis MCCXIX, Indictione VIII, III Idus Decembris. Pontificatus Domini Honorii *Pape III anno IIII, in presentia Testium, quorum nomina subscribi fecimus:*

Boppelinus *Decanus*, & Gotfridus *Custos maioris ecclesie.*
Gerbodo & Gerhardus, SS. Petri & Stephani *Prepositi.*
Iohannes, Arnoldus & Diemarus, S. Stephani, S. Marie ad gradus, & Iohannis *Decani.*
Volpertus, *Prepositus de* Brunesvvic.
Embrico *Cantor*, & Benedictus *Scolasticus* S. Ioannis.

Layci

Embrico, *Vicedominus* & Ringrauius.
Cunradus, *Camerarius.*
Otto, *Sculteus.*
Arnoldus, *Walpodo.*
Gotschalcus, *Aduocatus.*
Arnoldus *de* Quercu.
Bertoldus, *Monetarius.*
Rudolfus, *Officiatus.*
Godeboldus, *Monetarius.*
Conradus.
Bertoldus & *filius suus* Hartradus, *Milites de* Souuelnheym;

& alii quam plures.

Quam illorum donationem Collegium metropolitanum dein anno MCCXXXVIII his firmauit litteris.

CONRADVS * *D. G. Decanus*, Fridericus † *Thesaurarius*, Iohannes *Scolasticus*, Albertus * *Cantor, totumque Capitulum maioris ecclesie Maguntine vniuersis Christi fidelibus in perpetuum.*

* de Turckheim. * de Kugelberg. † Com. de Eberstein.

Licet omnibus ecclesiis, que subsunt ecclesie Maguntine, debeamus merito benignum affectum & fauorem impendere, speciale tamen studium promocionis nos decet habere circa ecclesias, que quasi domestice nostre intra muros Moguntinos sunt, aut in suburbio constitute.

Cum igitur venerabilis Pater & Dominus noster Sifridus *b. m. Archiepiscopus quondam Maguntinus, & Dominus* Alatrinus, *Domini Pape Subdiaconus & Capellanus & Prepositus* S. Marie in campis, *pio zelo & benigno affectu eccle-*

siam

*Niederfaulheim. *fiam de* * inferiori Sovvelnheim , *cum redditibus ſuis , eccleſie* S. Marie in campis , *pro reuerencia B. Virginis ad emendacionem Prebendarum , & eccleſiam in* ſuperiori Hilbersheim *cum ſuis redditibus , ad vſum & emendacionem Scholaſterie ibidem contulerint , ita vt de redditibus eccleſie in* Hilbersheim *X maldra ſiliginis tantum aſſignentur annuatim Decano eiusdem eccleſie* S. Marie in campis *pro ſui officii dignitate , & in diuinis eccleſie de* Sovvelnheim *a Canonicis , & in* Hilbersheim *a Scolaſtico , ſicut conuenerint , prouideatur , & eandem donacionem ſuo priuilegio communiuerint ; Nos propter dilectionem , quam habemus ad eandem eccleſiam , ad humilem & deuotam ſupplicacionem Fratrum ſepedicte eccleſie , & multorum honeſtorum ſtudioſas preces inclinati , in pium & commendabile factum predictorum , videlicet Venerabilis Domini* Sifridi *Archiepiſcopi quondam Maguntini , & Domini* Alatrini *Subdyaconi D. Pape ac Capellani , & dicte eccleſie Prepoſiti , de duabus eccleſiis ſupradictis , ſincero animo & liberaliter conſentimus.*

In cuius rei euidenciam & perpetuam memoriam , preſentem paginam conſcribi , & noſtri impreſſione ſigilli fecimus communiri.

Teſtes ſunt:

Chriſtianus, *maior Præpoſitus.*
Adelungus , *Archipresbyter.*
Heinricus *de* Selſa.
Waltherus *de* Eſchebrunnen.
Ebirhardus *de* Lapide.
Heinricus *de* Stahelecken.
Fridericus *de* Grifenclauue.
Sifridus *de* Aldenburg.
Ebirhardus *de* Moro.
Theodericus *de* Stahelecken.
Gerhardus *Comes* Silueſtris.
Embrico *de* Boppardia,
Canonici Moguntini.
Waltherus, *Decanus* S. Petri.
Godeſmannus , *Cantor* S. Stephani
in Maguncia , & alii quamplures.

Data Maguncie anno Domini MCCXXXVIII, XI Kal. Nouembris.

IX

De translata in eam S. Crucis imagine.

Tempore Adolfi I, de quo ſupra *, digna habita fuit ædes hæc, in quam *S. Crucis* imaginem transferret Moguntinenſium pietas. Ex eo autem tum opibus creuit, tum magna frequentari cœpit copia: potiſſimum an. MCCCCLXXVI, populo vndique religionis ergo affluente.

* Communis quidem opinio eſt , anno MCCCLXXXIII ſanctæ Crucis imaginem, quam nebulo dictus impie violarat, in hanc ædem translatam eſſe. Sed enim non eo demum anno , ſed ante iam id factum fuiſſe , colligas ex litteris *Adolfi I* ſupra iam memoratis, & an. MCCCLXXXII feria poſt D. Eliſabethæ memoriam ſexta ſcriptis , quippe in quibus iam S. *Crucis* venit appellatione. *Daß vvir* , ita verba habent, *angeſehen han ſolchen groſſen bezvvang , leidung , vnd ſchaden , damit —— Dechant vnd Capitul zum Dum —— die Stiffte zu S. Peter , zu S. Stephan , zu S. Victor* , zum heiligen Crutze , *zu vnſer lieben Fravven zu den Greden* &c. *izunt vbirladen vnd vbirfallen ſint* &c.

X

De fatis eiusdem.

Quod vero ceteris extra mœnia Moguntina templis fatum ſemel atque iterum impendit , itidem & hanc *S. Crucis* manſit ædem. Siquidem an. MCCCCLX, Friderico Victorioſo , Electore Palatino , Dietherum Archiepiſcopum armis perſequente , magnum incurrit diſcrimen , hoſte aliquot Canonicorum ædes igne iam exurente : quod ipſum tamen , ære illi quantocius numerato, auerſum. *Trithemius* chron. Hirſaug. ad h. a. pag. 438 , & *manuſcr.* de diſſidio Moguntino vernacula exaratus ; quorum verba cum alibi iam dederim , hic repetere haud vacat.

Vltimam vero tempeſtatem ſubiit anno MDLII, die XXIII Auguſti, Alberto Marchione Brandenburgico , flammis in templa , quæ extra mœnia Moguntina erant , ſæuiente. Quandoquidem & ipſa tum igne iniecto , vna cum circumiacentibus ædificiis ac Canonicorum domiciliis , conflagrauit. *Serarius* lib. I cap. VII p. 28 & lib. V in *Sebaſtiano* p. 910.

XI

De translato in vrbem ſacrorum cultu.

Ex eo Canonici in vrbem migrarunt, ac ad *Spiritum S.* ſacra, ad quæ adſtricti, munia obire cœperunt : quæ vero hodie ad *D. Chriſtophori* certis peragunt diebus.

XII

De inſtauratione eiusdem.

Ipſa ædes vero, ſuccedente tempore, ſe ipſam paullatim erigere incepit, pia illorum, qui religionis ergo locum inuiſebant, ſtipe aliquo inſtaurata modo. Loquitur id inſcriptio, in feneſtrarum vna, retro maius altare legenda:

Poſt diram & miſerabilem Marchicam exuſtionem reparatio per poſteros facta anno MDLXXIII.

Neque tamen hic ſubſtitere, qui per maiorum incedere veſtigia laudi ſibimet duxerunt ac gloriæ. Præcipue vero, vt meliorem in ſtatum eam reformaret, penſi habuit *Sigiſmundus Schmelzinger*, ad hanc ædem olim Decanus *; cuius etiam opera, labore, ſtudio, anno ſuperioris ſæculi XXX, curatius reparata fuit, reſtitutaque. Teſtis loco eſt ἐπιγραφὴ, quæ e regione prioris legitur, & ita habet;

Ad laudem & honorem Dei omnipotentis, diuæque virginis Mariæ, & ſanctæ Crucis, ex liberali contributione hominum proborum, hoc aduſtum templum nouiter per Sigiſmundum Schmelzinger, *huius eccleſiæ Decanum, exſtructum anno* 1630.

* Is, quod addere non ab re erit, aliquot poſt annis, MDCXXXVII nimirum, die XXV Septembr. ad ſuperos, ſuæ pietatis percepturus fructum, exceſſit.

XIII

De amplitudine eiusdem, hodiernaque conditione.

Quamuis autem laudabili, prædicandaque maxime viri huius, aliorumque piorum cura atque liberalitate ſuis e ruinis reſurrexerit, priſtinum tamen decorem, tam longa quidem ætate, nondum recuperauit. Ampla alioquin eſt, ac tantæ hominum, qui religionis cauſſa quotannis huc veniunt, multitudini recipiendæ ſpatioſa ſatis; ceterum aſpectu non plane iniucundo.

XIV

De celebritate eiusdem, & S. Crucis imagine.

Maximam interim celebritatem accipit a *ſacræ*, quam memoraui, *crucis* imagine : quæ quando, quaue occaſione huc translata ſit, § V dictum.

Stat ea ſuper ararum lateralium vnam, ſummaque colitur religione, feſtis maxime *Cruci* tum *inuentæ*, tum *exaltatæ* diebus : quippe quibus ingens huc ſupplicatum ire ſolet piorum numerus.

Ne vero tantum Moguntinis palladium bellicos inter turbines pereat, vti alterum illud (de quo *Serarius* lib. I cap. XXXI p. 112) Brandenburgico incendio; crucis nimirum illius imago, quam naui cuidam diuino miraculo impendiſſe, atque vna cum ea Moguntinam Rheni ripam ſubiiſſe; bobus denique iniugibus ac ſolutis impoſitam, agente ducenteque nullo, huc loci delatam retulere veteres : Crux hæc belli tempore intra vrbis mœnia in æde parochiali, cui a *D. Chriſtophoro* nomen eſt, reponi ſolet (Conf. auctor anonymus *Moguntiæ aureæ* § XIV ſect. II n. X p. 201) rebus vero tranquillatis ordinariam ad ſedem rurſus tranſportari : pompa quidem, vt decet ſollemni. Dum anno MDCXXXVIII, vrbe Suecorum iugo liberata, feſto annuntiationis B. M. V. hinc ad *S. Crucis* deferebatur, ſacrum pignus manibus eleuatis portabat Reuerend. Suffraganeus, Reuerend. Abbate *D. Iacobi* & Reuerend. Abbate *Eberbacenſi* ſublatis brachiis id ſuſtinentibus : Celſiſſimus Princeps Elector & Archiepiſcopus *Anſelmus Caſimirus*, Colonia tum redux, cum vniuerſo aulæ miniſterio ſequebatur. Nec minori celebritate res peracta anno MDCXCIX, d. X Maii; ſiquidem qui hodie pontificatus Moguntini gubernacula quam prudentiſſime moderatur, Eminentiſſimus *Lotharius Franciſcus*,

Franciſcus, deceſſoris veſtigia ingreſſus, ipſe, cæli licet ſtatu ventoſo ac tumultuoſo, pedes, illuſtri plane exemplo, ſupplicantium proſecutus agmen eſt.

Quanta omnium in veneratione ſit, teſtantur tum ciuium, tum peregre aduenientium anathemata, votaque ad altare, vbi ſtatuta eſt, magno numero ſuſpenſa: e quibus id, quod *Wilhelmi V* Bauariæ Ducis filii Sereniſſimi, *Philippus* & *Ferdinandus*, ille, tum Epiſcopus Ratisbonenſis, poſt an. MDXCVII ad ſenatus Vaticani purpuram euectus, ſequenti vero d. XVIII Maii præmatura interceptus morte; iſte, anno MDCXII ad Archipræſulis Colonienſis vocatus honores, quum anno MDXCII Moguntiæ, more inter Canonicos recepto, degerent, ſiue, vt vulgo loquuntur, reſiderent, tanquam ſuæ erga Deum, ſanctamque crucem pietatis mnemoſynon reliquerunt, merito memorare conuenit. Legi poteſt apud *Serarium* l. d. p. 113, & *Adlzreitterum*, quippe cui dignum maxime viſum, quod parti II annal. Boicor. lib. II § LXV p. m. 318 inſereret*.

* *Superat etiamnum, cum alterum illud apud* Serarium *l. d. neſcio quo caſu inter hæc euanuerit. Ceterum id* Sereniſſimorum Fratrum Boicorum *impoſitum eſt tabellæ, limbis e ligno nigris veſtitæ, tectumque vitro.*

XV

De feſto dedicationis.

Dedicationis memoriam Canonici olim Dominica *D. Iacobi* memoriam ſubſequenti celebrabant: hodie vero Dominica, quæ poſt *exaltatæ crucis* ſollemnitatem proxime occurrit, eam agunt. Cauſſa eſt, quod hac ipſa Dominica, quum belli tricennalis tempore a Suecis profanata fuiſſet ædes hæc, luſtrata rite, purgataque, nouo cæremoniarum apparatu dedicata fuerit, ac denuo feſtiue conſecrata.

XVI

De ordine eiusdem inter Collegiatas.

Collegiatam B. M. V. *ad gradus* proxime nunc ſequitur; olim vero anteceſſit, vt in tabulis *Conradi I* an. MCLXXXIV *, *Sifridi II* an. MCCXIX **, & MCCXX †, *Ludouici* Canonici maioris eccleſiæ &c. an. MCCXLIII †† datis, aliisque videre eſt. Conf. litteras *Adolfi I* ſupra § IX memoratas.

* in chronico *Mariano* p. 651.
** in chronico *D. Victoris* p. 595.
† in chronico *Petrenſi* p. 475.
†† in chronico *S. Stephani* p. 537.

XVII

De ſtatu Collegii hodierno.

Supereſt, vt ad Clerum, qui ſacris ædem curat officiis, deueniamus. Sciendum autem, hodie præter *Præpoſitum* & *Decanum*, qui *Prælatorum* eminent honore, *Canonicorum* eſſe VI; *Domicellarium*, vt vocantur, II; *Vicariorum* vero *V*.

Et *Prælatorum* quidem hoc tempore munia non ſine multa nominis ſui laude ſuſtinent nobiliſſimi duo fratres. Et *Præpoſiti* quidem Plurimum Reu. *D. Ioannes Adamus* de *Iungenfeld*, Moguntinus, qui ſimul ad D. Victoris & D. Mauricii Canonicus eſt; *Decani* vero, Reuerendiſſimus Præſul, *Edmundus*, Eminentiſſimi Archiepiſcopi Suffraganeus, ſupra nobis iam laudatus.

Quem vtrumque Deus ſeruet, ac vt hanc *S. Crucis* ædem in priſtinum reſtituant ſplendorem (quod quidem Moguntini ſacræ crucis veneratione adducti precantur) det, faciatque.

Huic & ſequentibus Collegiatis PRAELATORVM catalogos ob temporis breuitatem ſubiungere haud licuit.

(o)

ECCLESIAE ad D. IOANNIS COLLEGIATAE BREVE CHRONICON.

I

De ædis ad D. Ioannem *vetuſtate.*

AEdem, quæ *D. Ioanni* ſacra eſt, Moguntinenſium omnium antiquiſſimam eſſe, vetus, eademque conſtans eſt traditio, vel ipſi memorata Pontifici, *Gregorio IX*; quippe qui in litteris ad Præpoſitum, Decanum, & Capitulum *S. Ioannis*, quas § IX damus, diſerte: *Cum venerabilis Frater noſter, Maguntinus Archiepiſcopus, Diœceſanus veſter, attendens, quod eccleſia veſtra, quæ in ciuitate Moguntinenſi primo* (f. prima) *dicitur fuiſſe conſtructa* &c.

II

De eius auctore.

Quis vero eam ſtatuerit, non vna omnium conſenſio eſt. Sunt enim, qui *Theodelindam*, *Agilulfi* Langobardorum Regis coniugem, illam circa an. DXCVI extruxiſſe volunt; ſunt contra, qui *Dagobertum*, Francorum Regem, operis auctorem dicunt. Quid *P. Ioanni Gamans*, S. I. Theologo, viro rerum Moguntinenſium vt ſtudioſiſſimo, ita peritiſſimo, viſum olim fuerit, ipſis illius verbis, e ſcheda quadam, qua ſententiam ſuam ad reuerendum quendam ad hanc ædem Canonicum perſcripſit, dabimus: *Cum* Dagobertus *Francorum Rex deſolatas ciuitates & Epiſcopatus ad Rhenum reſtituerit, & in his nominatim Moguntiam anno Chriſti DXXV a priori loco ad ducentos paſſus propius Rhenum condiderit, etiam eodem vel proximo alio tempore Epiſcopatui inſtaurando & confirmando, condi curauit indubie eccleſiam, Epiſcoporum id temporis ſedem, quæ alia non fuit, quam eccleſia* S. Ioannis.

III

De eius præeminentia.

Quod Epiſcoporum, & priorum dein Archiepiſcoporum Moguntinenſium ſedes illa fuerit, dubio fere caret. Conferantur modo, quæ tum *Serarius* lib. V in *Bardone* p. 734 e manuſcripto attulit, tum quæ *Helvvichius* in præfatione ad Elenchum nobilitatis eccleſiæ Moguntinæ ediſſeruit pluribus. Nec ambigo, quin idipſum cauſſa fuerit, cur D. Bonifacii extis religioſe recondendis ſit delecta.

IV

De mutato eius ſtatu.

A *Bardone*, vt *Serarius* l. d. e MS. iam notauit, ad alium deducta ſtatum eſt, veteribus eius rebus cum dote & congregatione in nouam S. Martini translatis; inſtitutaque prædiis ſua induſtria acquiſitis noua ibidem, vt vocant, congre-

congregatione siue Collegio. Cuius mutationis ne intercideret memoria, maioris Canonici huic D. Ioannis Collegio quotannis olim præbuere V solidos *pro pictancia*, vt in veteri quodam manuscr. additur, h. e. portione esculentorum de piscibus & huiusmodi lautiore.

V

De Conradi *Canonici donatione Collegio facta.*

Quo minus vero Fratribus hac in æde Deo seruientibus vitæ deficerent necessaria, præter alios solliciti fuere Canonicorum, cum maxime vero Præpositorum Collegii quidam, vt æterna memoria digni, ita hic omnino memorandi.

Anno quidem MCLXXXII *Conradus*, ecclesiæ huius Canonicus, Collegio VIII marcis argenti, ad redimendam a *Wignando*, ecclesiæ maioris Canonico, quandam in *Selhoven* curiam subuenit, constituitque, vt curtis illa, se mortuo, ad vtilitatem ecclesiæ cum omni iure transiret: prout tabulis hisce, hac de re tum confectis, ipsi ecclesiæ *B. Ioannis* Fratres testatum fecere.

In nomine Domini, Amen. Quia multis rerum difficultatibus, quibus mortalitas nostra afficitur, rerum gestarum memoria hebetatur, & temporum interlabente curriculo, haud facilis erit posteris nostris preteritorum cognicio, ideo, que a nobis gesta sunt, literis mandare curamus, vt quantumlibet antique actionis renouetur animis subsequencium literali nocione.

Nouerit igitur tam presens etas, quam fidelium Christi posteritas, qualiter nos Fratres ecclesie B. Iohannis *in Maguncia, communi conniuencia, curiam quandam in* Selhoven *sitam, cum causa necessitatis, tum spe melioracionis, tempore, quo allodium ecclesie nostre comparauimus in* Olmena, *Domino* Wignando, *maioris ecclesie in Maguncia Concanonico, per contractum vendicionis tradidimus; succedente vero tempore accidit, quod pretaxatus* Wignandus *iam dictam curtim versa vice nobis pro XIII marcis vendiderit, eamque coram Domino* Conrado Winzone, *Officiato, & aliis quamplurimis viris honeste ac bone opinionis per manus Mundiburdi sui ecclesie nostre resignauit, & nullo reclamante delegauit, prefati nimirum argenti, ecclesia V marcas soluit.* Conradus *vero Confrater noster de ipsius propria voluntate, & facultate reliquas VIII marcas tradidit, hac tamen intercedente pactione, vt ipse eandem curiam, quoad viueret, inhabitando, seu alii exponendo, vsui suo absque omni census specie vendicaret. Statuimus eciam, vt, ipso decedente, nullus heredum suorum aliquid sibi iuris in predicta curti vsurparet, sed pro remedio anime sue, parentumque suorum ad vtilitatem ecclesie, & Fratrum inibi Domino famulancium libere transiret.*

Vt autem hec nostra ordinacio omni euo rata & inuiolabilis permaneat, presentem cartam conscribi, & sigillo ecclesie nostre fecimus insigniri, & testes supponi, quorum nomina sunt hec:

Odelricus. Amelricus, *Scolasticus.*
Henricus Longus, *& reliqui Fratres.*

Ex Laicis:

Arnoldus, *Officiatus.*
Conradus & Dietherus, *fratres predicti* Wignandi.
Embrico & Arnoldus, *filii* Conradi Winzonis, *& alii quamplures.*

Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCLXXXII, Indictione XV, Friderico *Imperatore regnante, &* Christiano *Archiepiscopatum gubernante.*

VI

De Præpositi *officio* Custodi *maioris in perpetuum collato.*

Septem annis post *Custodis* ecclesiæ maioris honori, meritisque datum, vt in posterum, qui Custos maioris sit, item sit Præpositus huius ad *D. Ioannem* Collegialis. Contigit id inde, quod Custos metropolitanæ *Rutgerus* consenserit, vt Conradus I Archiepiscopus parochialem Brezzenheimensem, quæ ad Custodiam maioris pertinebat, Decano & Capitulo ad *S. Stephanum* pro Alzeiensi, commutationis titulo concederet. Patet id ex sequenti diplomate, cuius partem priorem iam in chronico *D. Stephani* ad § 13 attuli.

Attendentes in parte iſta fidelitatem ac deuocionem Ruggeri *noſtri Cuſtodis, ipſum, ſucceſſoresque ſuos non dampnificare, ſed exaltare cupientes, vt eum, ſucceſſoresque ſuos reddamus indempnes, in reſtaurum eccleſie in* Brizzenheim, *quam ab eo, ſicut diximus, accepimus, dedimus ei Prepoſituram* S. Ioannis, *nobis vacantem, officio* Cuſtodie *ita ipſam perpetuo adiungentes, vt, quicunque fuerit maioris eccleſie* Cuſtos, *ibi ſit* Prepoſitus. *Et vt teſtimonium Cuſtodis huic priuilegio accederet, Domini de* S. Stephano *ad preces noſtras, communi conſenſu,* Ruggero *Cuſtodi maioris eccleſie, ſucceſſoribusque ſuis vnam perpetuo dederunt integram Prebendam, vt, quicunque fuerit maioris eccleſie Cuſtos, ipſam ita, quod nec per ſe, nec per Vicarium deſeruiat, libere percipiat, & in Canonicam percipiat, ea tamen condicione, vt in Capitulo ipſorum Fratrum ipſe nullam vocem habeat, nec ad ipſum accedat, niſi vocatus, & ſi vocatus acceſſerit, ita proſit, quod ordinacionem Fratrum in nullo impediat.*

Et, ne hoc preſentem etatem, vel futuram lateat poſteritatem, & inconuulſum ſtabilitumque permaneat, auctoritate Dei omnipotentis, Romane eccleſie & noſtra, ſub interminacione anathematis contra huius pagine transgreſſores ipſum ſancimus, ſtabilimus, & preſentis pagine munimine noſtro ſigillo inſignite, firmamus & corroboramus.

Teſtes ad hoc vocati ſunt:

Heinricus, *Abbas S. Albani.*
Folbertus, *Abbas S. Iacobi.*
Arnoldus, *maior Prepoſitus.*
Heinricus, *Decanus.*
Petrus, *Scolaſticus.*
Ortho, *Cantor, & Prepoſitus* S. Marie *ad* gradus.
Heinricus, *Pinguenſis Prepoſitus.*
Eberhardus, *Cellerarius.*
Fridericus.

Godefridus, *& alii maioris eccleſie Canonici.*

Burchardus, *Prepoſitus* S. Petri.
Bertholdus, *Decanus.*
Theodericus, *Cantor.*
Cunradus, *& alii eiusdem eccleſie Canonici.*

Wortvvinus, *S. Victoris Prepoſitus.*
Amilius, *Decanus.*
Wernherus, *Scolaſticus.*
Cunradus, *Cantor.*

Godeboldus, *& alii eiusdem occleſie Canonici.*

Heinricus, *Prepoſitus* S. Marie *in* Campis, *& ſui Fratres.*

De S. Maria *ad* gradus

Arnual, *Decanus.*
Hugo, *Scolaſticus.*

Giſelbertus, *Cantor, & alii Fratres.*

Rudolfus, *Prepoſitus* S. Mauricii *& ſui Fratres.*

Sifridus, *Prepoſitus S.* Gingolfi *& ſui Fratres.*

Laici

Cunradus, *Comes Palatinus Reni.*
Ottho, *Comes Palatinus de* Wittelingesbach.
Gerhardus, *Silueſter Comes.*
Emecho, *Irſutus Comes.*
Symon, *Comes de* Spanheim.

Liberi

Hartmannus *de* Butdingen.
Heinricus *de* Staden.
Godefridus *de* Eppenſtein.

Miniſteriales

Wernherus *de* Bolant.
Dudo, *Camerarius.*
Cunradus Winzo.
Arnoldus Rufus; *& alii quam plures.*

Acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCLXXXVIIII, Indict. VII, Idus Marcii, anno reuerſionis noſtre in Sedem Moguntinam VI, regnantibus Friderico *Romanorum Imperatore Inuictiſſimo, &* Heinrico *filio eius Romanorum Rege Sereniſſimo.*

VII

De Rutgeri *&* Alberti *Præpoſitorum beneuola erga Collegium voluntate.*

Idem vero Rutgerus Præpoſitus Fratribus ad D. Ioannem in augmentum ſtipendiorum anno MCXCIV eccleſiam *S. Nazarii* in *Mummenheim*, cum omnibus

bus ſuis prouentibus, libere dedit, contradiditque. Loquuntur id tabulæ tum *Conradi I* Archiepiſcopi, tum Capituli metropolitani, quas huc afferre haud piget.

In nomine S. & indiuidue Trinitatis. CONRADVS *D. G. Sabinenſis Epiſcopus, ſancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus, & Apoſtolice Sedis Legatus. Quoniam omnium facta mortalium temporalem motum ſequuntur, & intereuntibus hominibus ipſorum facta intereunt, neceſſarium eſt, que curſu nature tendunt ad interitum, literarum adminiculo fulciri, quatinus ſic valeant ab abolicionis interitu defendi.*

Ea propter, tam preſentis etatis quam future poſteritatis Chriſti fidelibus notum eſſe volumus, quod Dilectus noſter Rutgerus, *maioris eccleſie noſtre in Maguncia Cuſtos, & idem eccleſie* S. Iohannis *Prepoſitus, dum rebus & expenſis ſuis predium quoddam comparaſſet in* Mummenheim, *cui attinet eccleſia ſancti* Nazarii *in monte ſita, miſertus tenuitati ſtipendiorum Fratrum ſuorum, eccleſie* S. Iohannis *Canonicorum, in eorum augmentum dictam* S. Nazarii *eccleſiam cum ſuis prouentibus libere dedit & contradidit, ea videlicet ſub forma, vt Conuentus Fratrum Sacerdotem, qui populo ibidem preſit, eligat, & Decanus inueſtiat, eidem Sacerdoti vite neceſſaria competenter de ipſis prouentibus adminiſtrantes, quicquid vero reſiduum fuerit, ad ſubleuandam inopiam Fratrum accedat.*

Hoc autem opus pietatis approbantes, ratum habemus, & ne quis impoſterum huic callidis attemptacionibus valeat contraire, ſub anathematis vinculo confirmamus, teſtibusque, quorum nomina ſubnotata videntur, adhibitis, ſigilli noſtri impreſſione corroboramus.

Huius rei teſtes ſunt:

Heinricus, *Abbas S. Albani.*
Hezechinus, *Abbas S. Iacobi.*
Heinricus, *Decanus eccleſie maioris.*
Petrus, *Scolaſticus.*
Godefridus, *Cantor,*
cum Fratribus eccleſie eiusdem, Friderico *de* Dicke,
Walthero *de* Scharppinſtein,
Ruthardo,
Conrado *de* Iſenburg, *Prepoſito,*
& vniuerſo maiori Capitulo.

Preterea teſtes ſunt:

Bertholdus, *Decanus* S. Petri.
Henricus, *Decanus eccleſie* S. Stephani.
Amelius, *eccleſie* S. Victoris *Decanus,*
& Theodericus, *Cantor.*
Wernherus, *Scolaſticus.*
& Michahel, *Scolaſticus.*
Giſelbertus, S. Marie *ad* gradus *Cantor,*
& Canonici, Svvigerus, Erneſtus, *&* Rudolfus.

Laici

Hartmannus, *Comes de* Werthinberg.
Emircho, *Vicedominus.*
Dudo, *Camerarius.*
Reinbodo *de* Pingvvia.
Arnoldus Rufus.
Dietherus, *Scultetus,*
& frater eius Godefridus.
Diedo, *& frater eius* Emircho.
Conradus *de* Selhouen.
Emircho, *& frater eius.*
Conradus Schado, *& fratres eius.*
Arnoldus, *& frater eius* Herbordus.
Theodericus *de* Hettendal;
cum ceteris Ciuitatis Officiatis.

Acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCXCIIII. Indict. XII. Preſidente beatiſſimo vniuerſali Patre Celeſtino *Sedi Apoſtolice. Regnante glorioſo Romanorum Imperatore* Heinrico. *Pontificatus noſtri anno XXXIIII, poſt exilii noſtri reditum, quod pro Romana paſſi ſumus eccleſia, anno XI.*

Confirmatio Capituli.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. PRELATI *& vniuerſum Capitulum maioris eccleſie Maguntine. Sicut Predeceſſorum noſtrorum opera, caritatis decore fulgencia, ob ipſorum piam recordacionem, viuaci memoria nos decet commendare, ſic modernorum pie facta defendentes obliuionis ab interitu, poſteris quidem exemplum, ipſis vero benefactorum auctoribus in perpetuam benedictionem conſeruare debemus.*

Vniuerſorum itaque fidelium ad cognicionem tranſire deſideramus, quod cum

Frater noſter, eccleſie noſtre maior Cuſtos, & S. Iohannis *Prepoſitus, Dominus* Rutgerus, *quoddam predium in* Mummenheim, *cui attinebat eccleſia* S. Nazarii *ibidem in monte ſita, iuſto poſſedit empcionis titulo, & liberam de ipſo faciendi quicquid volebat, habuit poteſtatem; recolens vero diuinam illam ammonicionem, qua dicitur,* qui habet ſubſtanciam huius mundi & fratrem ſuum neceſſitatem viderit pacientem *&c. fratres ſuos eccleſie* S. Iohannis *Canonicos oculis reſpexit miſericordie, conſiderans, eos labore multo, ſed paucis ſtipendiis militare. Ad conſilium namque & fauorabilem aſſenſum Domini noſtri Venerabilis Archiepiſcopi* Conradi, *nobis quoque ſuadentibus, & auctorem omnium bonorum DEVM pro tali facto laudantibus, dicte* S. Iohannis *eccleſie, cuius erat Prepoſitus, dictam* S. Nazarii *eccleſiam cum ſuis prouentibus, pro ipſius, parentumque ſuorum redempcione peccatorum, libere dedit & contradidit, quatenus ipſorum perpetua ibidem a Domino ſeruientibus habeatur memoria. Huic quoque tradicioni talem annexuit formam, vt* Emirchone *Sacerdote, nunc eiusdem eccleſie Paſtore, vel mortis interuentu, vel alio caſu aliquo ipſam eccleſiam relinquente, Conuentus* S. Iohannis *communi conſilio eligat Sacerdotem illi ſubſtituendum, quem Decanus eiusdem Conuentus inueſtiat, & Archidiacono ad eccleſiam modo dictam conducendum preſentet, vite neceſſaria, prout competere videatur, de ipſius eccleſie prouentibus ei amminiſtrantes, de reſiduis, prout quemque Fratrum eque lancis diuiſione contingat, inopie ipſorum pondus alleuiantes.*

Hoc opus autem pietatis, vt noſtra prouiſione robur valeat habere perpetuo, iubente ſupranominato Domino noſtro Archiepiſcopo, ipſo vero Cuſtode cum Capitulo S. Iohannis deuocius petente, vtque malignancium cauillaciones, ſi quis, quod abſit, in contrarium venire attemptauerit, penitus retundamus, conſcribi fecimus, & impreſſione ſigilli eccleſie noſtre roborari, adnotantes teſtes, quorum nomina ſubſcripta videntur:

Henricus, *Abbas S. Albani.* Hezechinus, *Abbas S. Iacobi.*
Bertholdus, *Decanus S. Petri.* Theodericus, *Cantor.*
Baldemarus, *& ceteri eiusdem eccleſie Canonici.*
Henricus, *eccleſie* S. Stephani *Decanus.* Wernherus, *Scolaſticus.*
Waltherus, *Cantor.*
Amelius, *eccleſie* S. Victoris *Decanus.* Michahel, *Scolaſticus.*
Vlricus, *Cantor.*
Giſelbertus, *Cantor eccleſie* S. Marie *ad* gradus, *cum Canonicis* Svvigero, Erneſto, & Rudolfo.

Laici

Hartmannus, *Comes* de *Werthinberg.* Conradus *de* Selhoven, *& frater eius* Ditherus.
Emircho, *Vicedominus.*
Dudo, *Camerarius.* *Filii* Conradi Winzonis: Emircho, Arnoldus, & Conradus.
Reinboto *de* Pingvvia.
Arnoldus Rufus. Conradus Schado, *& fratres eius.*
Ditherus, *Scultetus, & frater ipſius* Godefridus. Arnoldus, *& frater eius* Herbordus.
Diedo, *& frater eius* Emircho *de* Selhoven. Theodericus *de* Hettendal, *cum ceteris ciuitatis Officiatis.*

Acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCXCIIII, Indictione XII, Preſidente Sedi Apoſtolice beatiſſimo vniuerſali Patre Celeſtino. *Regnante glorioſo Romanorum Imperatore* Heinrico. *Sancte Maguntine Sedi preſidente Venerabili Archiepiſcopo Domino* Conrado. *Pontificatus ſui anno XXXIIII, poſt reditum ſuum ab exilio anno XI.*

Aliquot annis poſt & *Albertus* Præpoſitus, empta in vſus Fratrum anno MCCIX quadam decimarum in *Mummenheim* parte, eccleſiæ huius bona auxit, ac, beneuolentiæ ſuæ teſtes, has tum edidit litteras;

In nomine Domini Amen. ALBERTVS *D. G. eccleſie* S. Iohannis *in Maguncia Prepoſitus. Racio & pietas exigere videntur, vt eccleſiam noſtre prouiſioni annuente DEO commiſſam, cuius vberibus paſcimur, pro modulo noſtro lucrifacere ſtudentes, quemadmodum nobis & Confratribus noſtris in ea predeceſſorum noſtrorum*

noſtrorum ſollicitudine prouiſum videtur, ita ſucceſſoribus noſtris vna cum Fratribus noſtris prouideamus, quatenus in ea ſucceſſiue laudum renouacione verus eccleſiaſtes in euum benedicatur.

Singulis itaque & vniuerſis tam future, quam preſentis etatis Chriſti fidelibus manifeſtum eſſe volumus, quod, cum predium S. Iohannis *in* Funtinde *ſitum, per tumultum bellorum deuaſtatum, & ob deſuetudinem debite culture ſterile redactum,* Folcnando *Canonico* S. Stephani *pro penſione annua XII maldrorum tantum termino XX annorum eſſet conceſſum, contigit,* Didericum, *filium* Philippi *de* Selhoven, *partem ſuam decime in villa* Mummenheim *nobis offerre venalem, eo quod eam a nobis racione Cuſtodie maioris in beneficio haberet, & nemini absque noſtro conſenſu vendere potuiſſet; cumque dicta* S. Iohannis *eccleſia pluribus iam ante annis ibidem in* Mummenheim *equalem illi partem decime, id eſt, terciam de tota villa cum eccleſia* S. Nazarii *in monte ſita poſſediſſet, de concilio prudentum ſane deliberauimus, commutacione predii in* Funtinden *redditus Fratrum noſtrorum adaugeri. Poſtulata denique licencia a delegatis, plenam a Domino noſtro Archiepiſcopo poteſtatem habentibus, ſupradicto* Folcnando *ſepe memoratum predium in* Funtinde *cum Fratribus noſtris vendidimus, & precium ab eo acceptum pro comparata decima* Diderico *dedimus. Itaque* Didericus *prius in manus noſtras ius beneficii cum ipſa decima, videntibus Iudicibus, tam ſecularibus quam eccleſiaſticis, reſignauit, & nos eam, preſente* Diderico, *& eisdem Iudicibus, multisque honeſtis viris adſtantibus ſuper altare* S. Iohannis *aſſignauimus & contradidimus, eandem aſſignacionem noſtram Iudicibus de rite banno confirmantibus, nemine contradicente, ſed cunctis aſtantibus fauorem accommodantibus.*

Nos vero in eodem loco predictis preſentibus cum vniuerſis Confratribus noſtris, Diemaro *ſcilicet Decano,* S. *Cantore,* Hermanno, Heleuuico, Vlrico, Emichone, Sanlino, Sifrido, Benedicto, Lodevvico & Godefrido, *tactis ſacris Euangeliis, iurauimus, prouentus eiusdem decime de anno integraliter ſeruare, & in nullos noſtros vſus redigere, quouſque XX marcis inde collectis, aut eadem bona in* Funtinden *redimamus, aut equippollencia illis, eccleſie* S. Iohannis *in reſtaurum comparemus.*

Vt autem hec inconuulſa permaneant, cartam conſcribi & proprii noſtri ſigilli munitione fecimus inſigniri. Teſtes adnotantes, quorum nomina ſunt hec:

Godefridus, *maior Cantor.*
Gerbodo, *Prepoſitus S. Petri.*
Henricus, *Prepoſitus Pinguenſis.*
Ruthardus, *Cellerarius.*
Simon.
Henricus *de* Staleke.
Folcnandus, *& alii maioris eccleſie Canonici.*

Laici:

Arnoldus, *Camerarius, filiusque ſuus* Eberhardus.
Diedo *de* Selhoven, *Officiatus.*
Arnoldus *de* Quercu.
Gerungus *de* Colonia.
Arnoldus *de* Alta-domo.
Erneſtus *Monetarius.*
Henricus *de* Dusburg.
Gerungus *de* Bieberg.
Retherus *Baliſtarius, aliique quampures.*

Acta ſunt ab incarnacione Dominica anno MCCIX.

VIII

De reſtituta Collegio curia Vellenſi.

Inter hæc vero *Ludouicus*, Comes *de* Ziegenhain, anno MCCIV eccleſiæ, quæ abſtulerat bona, ſigillatim partem curiæ in villa *Velle*, facti pœnitens, reſtituit, omnique in ea iuri pro ſe, omnibusque heredibus ac coheredibus ſuis, forma tum temporis vſitata, quam *exfeſtucacionem* vocant, renuntiauit; ſimul ſtipulatus, omnia eccleſiæ ſuo in Comitatu bona ſe eadem pietate, ac cura, qua ſua, defenſurum. Superant, quibus id perſcriptum, tabulæ, ac ita habent;

In nomine Domini, Amen. LVDOWICVS Comes *de* Ziginhan *ad notitiam vniuerſorum fidelium volumus peruenire, quod deceptoria fraude diaboli aliquando inducti quedam eccleſie* S. Iohannis Baptiſte in Moguncia *bona violenter nobis vſurpauimus, partem videlicet donacionis eccleſie, & partem curie in* Velle, *que donacioni Prepoſiti & ſtipendiis Canonicorum S. Iohannis attinere cognoſcuntur:*

tur: nunc vero ducente nos ad viam veritatis & iusticie ipso, qui solus est via & veritas, resipiscimus, & ab ipso Deo, sanctoque Iohanne ignorancie delictorum nostrorum veniam humiliter deprecantes, eadem bona Deo & ecclesie S. Iohannis iure recognoscimus, eisdemque bonis pro nobis, omnibusque heredibus & coheredibus nostris exfestucantes renunciamus. Preterea Deo, sanctoque Iohanni in remissionem preteritorum excessuum inuiolabiliter promittimus, ab hinc deinceps eadem, & si que alia habet vel habitura est bona ecclesia S. Iohannis in territorio nostro, ea pietate atque protectione, qua nostra, nos defensuros.

Huius nostri facti ad confirmacionem, presentem cartulam conscribi fecimus, & sigilli nostri impressione roborari, adnotantes testes, quorum nomina sunt hec:

Heinricus, *Capellanus noster.*
Heinricus *de* Capella, *Archipresbyter.*
Conradus, *Plebanus de* Nedehe.
Hartmannus, *Plebanus de* Durinheim.
Gundelahus, *Sacerdos de* Olse.
Rudolfus, *Sacerdos de* Sodele.

Laici

Wernherus *de* Linden.
Bertramus.
Wygandus Slafhart.
Gerlacus Crudehane.
Kuno *de* Romershusen.
Wezel.
Heinrich *de* Aminburg.
Gerlach Snabil.
Conradus Predo.
Dietvvin, *filius* Ottonis.
Baldemarus, *frater suus.*
Herman, Ludevvig, Suzemunt, *Castellani nostri in Nedehe*, & Dietmarus *Sculletus, aliique quam plures.*

Data in Zegenhagin *anno incarnacionis Domini MCCVI, Indictione X.*

IX

De huius ad D. Ioannem *ædis instauratione.*

Quum successu temporis præ nimia vetustate tum ruinosa esset, tum adspectu deformi ædes hæc, curæ sibi habuit Collegium, vt reficeretur iuxta, detersoque squalore appareret nitidior. Fecit quippe statutum, vt quælibet Præbenda abhinc vacans, per duorum spatium annorum, ad instaurationem deseruiret ecclesiæ. quod ipsum & *Sigefridus III* litteris an. MCCXXXI editis ratum habuit, & ipse *Gregorius IX* Pontifex aliquot annis post firmauit.

Illæ sic habent;

SIFRIDVS *D. G. sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus. Dilectis in Christo filiis*, Preposito, Decano, & Capitulo S. Ioannis *Maguncie, salutem & paterne dilectionis sincerum affectum. Tanto ad exaudiendum peticiones vestras animum gerimus prompciorem, quanto vos & ecclesiam vestram, ob integritatem deuocionis vestre, sinceriori amplectimur beniuolencia & fauore. Cum igitur edificia & sarta tecta ecclesie vestre pre nimia vetustate ruinosa appareant, vt non solum detrimentum, sed & deformitatem visus inducant, ad peticionem vestram vobis concedimus, quod quelibet Prebendarum, quas vobis deinceps quocunque casu vacare contigerit, ad restauracionem ipsius ecclesie, & leuamen, per duorum annorum spacia, saluo* anno gracie, *cum omni integritate deseruiat. Et ne super tali concessione alicuius vobis impedimenti scrupulus generetur, presentis eam scripti patrocinio communiuimus. Actum anno Dominice incarnat. MCCXXXI, Pontificatus nostri anno primo, VIII Idus Februarii.*

Istæ vero ita;

GREGORIVS *Episcopus servus seruorum DEI, Dilectis filiis Preposito, Decano & Capitulo S. Iohannis Maguncie salutem & Apostolicam benedictionem.*

Ex parte vestra fuit humiliter nobis supplicatum, vt cum Venerabilis Frater noster Maguntinus Archiepiscopus, Diocesanus vester attendens, quod ecclesia vestra, que in ciuitate Moguntinensi primo dicitur fuisse constructa, *ruinam ex nimia vetustate minetur, de assensu & voluntate vestra, deliberatione prouida pie duxerit statuendum, vt fructus Prebendarum, quarum quelibet quatuor marcarum valenciam, vt asseritur, non excedit, vsque ad biennium vacancium in ecclesia supradicta, reparacioni deputentur ipsius, statutum huiusmodi, Apostolico dignaremur munimine roborare: Nos igitur vestris deuotis precibus inclinati, quod ab Archiepiscopo memo-*

rato

rato super hoc pie ac prouide noscitur esse factum, auctoritate Apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis DEI, & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Perusii *VIII Kal. Nouembr. Pontificatus nostri anno IX.*

X

De Friderici *Præpositi*, & Christiani II *Archiepiscopi erga Collegium benignitate.*

Aede sic instaurata *Fridericus* Comes *de* Eberstein, Præpositus, præbendis Fratrum incrementum allaturus, anno MCCXXXVI ecclesiæ huic parochialem *Aspisheimensem* contulit, perfecitque, vt tum *Sigefridus III* hanc beneficæ erga Collegium voluntatis suæ testificationem firmaret, tum Capitulum metropolitanum; vt ex tabulis, quas subiicimus, patet.

FRIDERICVS *D. G. maioris ecclesie Custos &* S. Iohannis *Prepositus in Maguncia, omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in Christo perpetuam.*

Cum quilibet Prelati suarum ecclesiarum honori intendere, & ipsarum necessitatibus compati tam de iure quam de racione pro sue tenuitatis modulo teneantur; Nos id ipsum memoriter tenentes, omnibus tam futuris quam presentibus, scriptum presens inspecturis, innotescere desideramus, quod nos tenuitati prebendarum Canonicorum S. Iohannis, *sicut tenemur, compacientes, parochiam in* Aspisheim *predictis Canonicis in augmentum prebendarum suarum pure propter DEVM in remissionem tam nostrorum quam successorum peccaminum libere & absolute contulimus. In cuius rei euidenciam presens scriptum conscribi, & sigilli nostri munimine fecimus roborari. Acta sunt hec anno Domini MCCXXXVI, VIII Idus Aprilis.*

Confirmatio Archiepiscopi.

SIFRIDVS *D. G. sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus, Dilectis filiis, totique Capitulo* S. Iohannis *in Maguncia salutem & sinceram in Domino caritatem.*

Cum nos deceat, non solum pietatis exempla prebere, sed & exhibitam ab aliis pietatem benigno fauore prosequi, & complere, donaciones ecclesiis nostris pie factas auctoritatis nostre nos conuenit munimine roborare, & ampliorem eidem vigorem liberalitatis cumulo impertiri. Cum igitur Dilectus in Christo Fridericus *de* Ebernstein, *Custos maioris ecclesie, vester Prepositus, ad emendacionem prebendarum vestrarum, pio & laudabili ductus affectu, ecclesiam in* Aspisheim, *sue donacioni spectantem, vobis contulerit, nos diuine remuneracionis intuitu, & meritorum* S. Iohannis Baptiste, *Patroni vestri, donacionem eandem gratam habentes & ratam, auctoritate vobis presencium indulgemus, vt ad vacantem ecclesiam eandem Sacerdotem idoneum loci Archidyacono presentetis, curam animarum recepturum ab ipso, constituta ei per vos prebenda, de qua congrue possit sustentari, qui tam nobis quam successoribus nostris, quam eciam Archidyacono de nostris iusticiis respondebit, & quod residuum fuerit, in augmentum vestrarum proficiat prebendarum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ausu temerario ei contraire; quod qui fecerit, indignacionem Dei omnipotentis & Beatorum* Petri & Pauli *Apostolorum, ac* B. Martini, *& nostram se nouerit incursurum. Datum Maguncie anno Domini MCCXXXVI, V Kalendas Augusti, Pontificatus vero nostri anno VI.*

Confirmatio Capituli.

In nomine Domini Amen. CHRISTIANVS *Prepositus,* Conradus *Decanus,* Iohannes *Scolasticus,* Albertus *Cantor, totumque Capitulum maioris ecclesie Moguntine, tenore presencium ad noticiam volumus peruenire cunctorum, quod, cum Honorabilis Vir* Fridericus *de* Ebirstein, *ecclesie nostre Custos, &* S. Iohannis *Prepositus in Moguncia, eidem Capitulo prouida liberalitate contulerit ecclesiam in* Aspisheim *ad*

ſuarum prebendarum augmentum, & Reuerendus in Chriſto Pater ac Dominus noſter Sifridus, *Archiepiſcopus Moguntinus, collacionem eandem ratam habens, eisdem indulſerit, vt, eadem vacante, Capitulum Sacerdotem idoneum Archidyacono preſentet ad illam, curam animarum recepturum ab ipſo, & conſtituta ei prebenda competenti, de qua poſſit congrue ſuſtentari, & tam Epiſcopo quam Archidiacono de ſuis iuſticiis reſpondere, quicque reſiduum fuerit, ad melioracionem ſuarum proficiat prebendarum; Nos vtrique pietati fauentes, ad commodum & profectum ipſius Capituli, gratum & vnanimem prebemus aſſenſum, ſi quo modo racionabili & honeſto ipſorum poterint ſtipendia emendari. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Actum anno Domini MCCXXXVI, III Kalend. Auguſti.*

Ex Archiepiſcopis vero *Chriſtianus II*, qua erga Clerum erat benignitate, Decano & Capitulo eccleſiæ huius anno MCCXLIX ab exactione precaria (vulgo *Beth*) de bonis in ſuperiori Olmena ſoluenda immunitatem dedit; teſtibus his, quas in lucem protrahimus, tabulis;

CHRISTIANVS *D. G. electus & conſecratus in Archiepiſcopum Moguntinum, vniuerſis preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Tenore preſencium proteſtamur, quod nos Decanum & Capitulum eccleſie* S. Iohannis *Mogunt. a peticione ſeu exactione, quam de bonis eorum, ſitis in villa noſtra* ſuperiori Olmene, *nobis tenentur exſoluere, eſſe volumus abſolutos & liberos, iuxta modum & formam, in litteris bone memorie Predeceſſoris noſtri ſuper hoc traditis comprehenſam. Datum Maguncie anno Domini MCCXLIX, V Nonas Octobris.*

XI

De tranſitu per arcum apud ſcholam.

Quum difficilis ceteroqui per arcum apud ſcholam ædis huiuſce tranſitus eſſet, Canonicis præcipue metropolitanis, viſum fuit *Gerhardo* Archiepiſcopo, vt D. Ioannis Fratres eundem ampliorem redderent, commodioremque. Et cum id ſine damno illorum fieri haud poterat, ſimul Cantoribus ad D. Stephani & S. Mariæ ad gradus negotium datum, pretium illius taxandi. Quod & ii, teſtibus his litteris, fecere:

S. STEPHANI & S. Marie *ad* gradus *eccleſiarum Moguntinarum Cantores, vniuerſis preſencium inſpectoribus ſalutem in Domino ſempiternam.*

Cum Reuerendus Pater Dominus noſter Gerhardus, *Archiepiſcopus Mogunt. in perſona propria viderit, & ex relacione plurium didicerit, grauem & difficilem eſſe tranſitum per arcum illum apud ſcolas eccleſie* S. Iohannis *Moguncie hominibus tranſeuntibus ibidem, & maxime Canonicis eccleſie Moguntine, quos die & nocte per eundem arcum frequentando chorum facere iter ſuum oportuit, & adhuc oportet; ad inſtanciam predictorum Canonicorum Moguntinor. mandauit Dominis eccleſie* S. Iohannis, *vt eundem tranſitum emendarent, commodum & aptum facerent ibidem iter facientibus, & maxime Dominis Moguntinis, qui pro maiori parte ex alia parte eiusdem tranſitus domicilia habere noſcuntur. Nobis idem Dominus Moguntinus viue vocis oraculo iniunxit (nolens tamen predictos Dominos eccleſie S. Iohannis propter tenuitatem eorum prouentuum omnino eſſe in damno) vt de ſepedictorum Dominorum* S. Iohannis *damnis ordinaremus & ſtatueremus, quod nobis iuſtum, ac racioni conſonum videtur.*

Nos ex huiusmodi commiſſione taliter nobis facta per prenominatum Dominum Archiepiſcopum Moguntinum, quam transgredi vllatenus non audemus, viſa & conſiderata, ac eciam plenius ponderata perdicione commodi ſui, videlicet domus illius, que vulgariter dormitorium *appellatur, qua nulla eccleſiarum Moguntinarum commode poteſt carere, ac domus* ligatorie, *quicquid pro media parte DD.* S. Iohannis *occaſione emendacionis eiusdem tranſitus perdiderunt, cum pro perdicione dictarum domorum, tum pro expenſis factis circa easdem, & emendacionem tranſitus prenotati, taxamus & ordinamus, XXIV marcas eſſe dandas Dominis eccleſie* S. Iohannis *a Dominis Moguntinis. Nobisque teſte conſciencia noſtra videtur, quod per hoc ipſis pro media parte ſatisfactum exiſtat de domibus illis, quas occaſione emendacionis huiusmodi perdiderunt, ac eciam de expenſis,*

quas

quas feciſſe noſcuntur. Actum anno Domini MCCLXXXXIV, IV Kalend. Auguſti.

Notes, quod tranſitus, de quo hic ſermo, ille ipſe ſit, per quem e Curia Decanali maiori itur ad templum D. Ioannis, & per id in ædem metropolitanam.

XII

De quibusdam eccleſiæ benefactoribus.

Anno MCCCIV, VI Kalend. Mart. *Godefridus* de *Eppenſtein*, maioris Cuſtos & huius Præpoſitus, ius patronatus parochialis in *Vellen*, quod vſque huc Præpoſito competierat, eccleſiæ Collegio, in portionum præbendarum augmentum, contulit, ac ſequentibus tabulis addixit.

GODEFRIDVS *de* EPPENSTEIN *D. G. Cuſtos maioris & Prepoſitus* S. Iohannis - - - *Decano - - - & Capitulo eccleſie S. Iohannis - - - Cupientes honorem & decorem eccleſie predicte - - - vberiorem efficere, - - - eccleſiam in* Vellen, *Mogunt. dioc. cuius collacio nomine dicte Prepoſiture ad nos pertinere dinoſcitur, vobis donamus & conferimus, Prebendarum dicte veſtre eccleſie canonicalium in augmentum; volentes, vt, quocieſcunque eandem eccleſiam* Vellen *vacare contigerit, vos poſſitis & debeatis ei de Officiatore idoneo prouidere - - - Moguncie MCCCIV, VI Kalend. Mart.*

Hanc ipſam vero parochialem Archiepiſcopus Gerhardus II, conſenſu Collegii principis, ſequentibus diebus Collegiali huic cum omni cenſu incorporauit, ſiue in perpetuum attribuit. Docent id, quæ ſequuntur, litteræ.

IOANNES *Decanus, totumque Capitulum eccleſie* S. Ioannis *Maguntine omnibus, ad quos preſens ſcriptum peruenerit, cupimus facere notum, quod nos ad recognitionem beneficii nobis facti per RR. DD. noſtros Decanum & Capitulum maioris eccleſie Magunt. de eorum conſenſu habito ſuper eccleſia in* Vellen *nobis incorporata per R. P. & Dominum Archiepiſcopum Maguntinum, obliganus ad dandas ſingulis annis duas libras cere in feſto B. Martini hyemali --- MCCCIIII ſabbatho proximo poſt aſcenſionem Domini.*

Eodem anno idem *Gerhardus II*, Chriſtianum II deceſſorem imitatus, Decano & Capitulo Collegialis huius (vt tabulis ſubiectis manifeſtum fit) licentiam dedit, decimam de vinea, eccleſiæ D. Ioannis in tractu Hattenheimenſi propria, genti Scharpfenſteiniorum olim in beneficium a Sede Moguntina collatam, a Wilhelmo Scharpfenſteinio Milite ſibi redimendi.

GERHARDVS *D. G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in Chriſto Decano & Capitulo eccleſie* S. Iohannis *Magunt. ſalutem in Domino. Cum perceptio decimarum ad perſonas eccleſiaſticas debeat pertinere de iure tam noui, quam veteris teſtamenti, & ad ſuam naturam res de facili reuertantur, vobis, vt a* Wilhelmo *de* Scharpenſtein, *Milite, decimam vinee veſtre ſite apud* Hattenheim, *quam idem Miles & ſui progenitores habere & habuiſſe noſcuntur in feodum ab antiquo a nobis, Predeceſſoribus noſtris, & eccleſia Moguntina, ad ius & proprietatem eccleſie veſtre redimere valeatis, & ipſe in vos eam transferre poſſit, preſentibus indulgemus, ita, quod idem Miles duo iugera vinearum ſita* vff Waleburnen, *que olim fuerunt* Nicolai *de* Hattenheim, *nunc autem ſunt* Wilhelmi *Militis ſupradicti, cum conſenſu* Cunigundis *vxoris eius, nobis aſſignet, tenenda ab ipſis & eorum heredibus in feodum a nobis, noſtris ſucceſſoribus & eccleſia Moguntina loco feodi ſupradicti. Datum Aſchaffenburg anno Domini MCCCIIII, Idus Aprilis.*

Aliquot annis poſt e Vicariis *Conradus Emelrici* de Pinguia, editis anno MCCCXXV his vltimæ voluntatis ſuæ tabulis, eandem omnium bonorum ſuorum heredem ſcripſit;

In nomine Domini, Amen. Per hoc preſens publicum Inſtrumentum pateat vniuerſis, quod anno a natiuitate Domini MCCCXXV, Indictione VIII, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini, D. Iohannis *diuina prouidencia Pape XXII, anno nono, ſecunda die menſis Aprilis intrantis, hora circa terciam, Moguncie in Camera ſuper celamine domus Curie ad* Tres Reges, *quam ibidem*

ibidem inhabitat Conradus Emilrici *de* Pinguia , *Presbiter* , *Vicarius eccleſie* S. Iohannis *Moguncie* , *in preſencia Honorabilis viri Domini* Emilrici *de* Rudensheim , *Canonici eccleſie Moguntine* , *Iudicis Ordinarii S. Maguntine Sedis* , *meique Notarii publici infraſcripti* , *& teſtium ſubſcriptorum ad hoc vocatorum ſpecialiter ac rogatorum* , *idem* Conradus Emilrici *Presbiter* , *Vicarius eccleſie* S. Iohannis *Maguncie* , *in dicta Camera habitacionis ſue iacens in lecto egritudinis* , *licet eger corpore* , *ſanus tamen & compos ſenſibus atque mente* , *horamque mortis incertiſſimam cupiens ſalubriter omnibus & ſingulis operibus preuenire* , *teſtamentum ſuum ſeu vltimam voluntatem ſuam de bonis ſuis omnibus & ſingulis* , *mobilibus & immobilibus* , *proprietariis ſeu hereditariis* , *ſitis & exiſtentibus in ciuitate Moguntina ſeu infra eius diſtrictum* , *nec non in villis & terminis villarum* Oeſtrich *&* Hocheim , *fecit & ordinauit* , *nec non teſtando* , *bona eadem omnia donauit* , *contulit* , *& legauit eccleſie* S. Iohannis *Moguntine predicte ad communes Chori eiusdem preſencias* , *inter preſentes tantum diuinis officiis diuidenda* , *& preſenciarum nomine pro tempore diſtribuenda pro ipſius* Conradi *memoria peragenda* , *animeque ſue remedio & ſalute* , *eius tamen debitis de eiusdem bonis ante omnia perſolutis* , *hoc duntaxat excepto* , *quod ipſe* Conradus *teſtator in vita exiſtens* , *vſque ad mortem ſuam* , *de bonis eisdem absque omni contradictione vti poſſit* , *teſtamento* , *donacione* , *& legacione ſuis huiusmodi* , *non obſtante. Nec non ſuper hys manuſideles ſeu executores ſui teſtamenti huiusmodi* , *videlicet Diſcretos viros* , Emerchonem , *dictum* Schmuzil , *&* Hermannum *de* Heimbach , *dicte eccleſie* S. Iohannis *Mogunt. Vicarios* , *preſentes* , *& onus huiuſmodi in ſe ſponte recipientes* , *nec non* Iacobum , *dictum* Lerch , *Presbiterum* , *Vicarium eccleſie S. Stephani Moguncie* , *ac eciam prudentem Virum* , Anzonem *dictum zum* Blasofen , *ciuem Mogunt. abſentes tanquam preſentes ordinauit* , *fecit* , *conſtituit* , *& elegit* , *ac ipſorum quemlibet* , *ſeu quoslibet* , *in ſolidum* , *ita quod non ſit melior condicio occupantis.*

Acta ſunt hec anno Domini , *Indictione* , *menſe* , *die* , *hora* , *Pontificatu* , *& loco* , *prenotatis* , *preſentibus Diſcretis Viris* , *Dominis* Eckehardo , *Decano* , Iacobo , *Scolaſtico* , Godfrido *de* Wallau , *Canonicis* , Petro *de* S. Michaele , Iacobo *dicto* Karſt , Werngero *&* Gerlaco , *altaris S. Barbare Vicariis ipſius eccleſie S. Iohannis* , *&* Hedvvige , *famula eiusdem teſtatoris ad hoc vocatis pro teſtibus & rogatis* ; *ad maiorem autem euidenciam & teſtimonium omnium premiſſorum* , *ſigillum Honorabilium Virorum* , *Dominorum Iudicum S. Moguntine Sedis huic inſtrumento publico eſt appenſum.*

Et nos Iudices ſancte Moguntine Sedis recognoſcimus per preſentes , *premiſſa* , *vt prout ſupraſcripta ſunt* , *coram nobis acta* , *noſque in euidenciam & teſtimonium eorundem* , *ſigillum noſtrum appendiſſe huic publico Inſtrumento.*

Et ego Wernherus , *dictus de* Gensheim , *Clericus Mogunt. dioceſ. publicus Imperiali auctoritate Notarius* , *quia omnibus & ſingulis ſupraſcriptis* , *vt ſupra ſunt ſcripta* , *dum coram dicto Domino* Emilrico *Iudice agerentur & fierent* , *vna cum preſcriptis teſtibus preſens fui* , *vidi* , *& audiui fieri* ; *ideo hoc preſens inſtrumentum publicum ſigillo dictorum Dominorum Iudicum S. Moguntine Sedis ſigillatum exinde confeci & conſcripſi* , *& in hanc publicam formam redegi* , *meoque ſigno conſueto ſignaui* , *rogatus.*

Hermannus vero , dictus *Hirte* , Miles de *Saulnheim* , *Philippus* , eius frater , *Petrus* dictus *Freund* de Nerſtein , *Hermannus* dictus *Iring* , Armigeri , & *Petrus* dictus *zum Weidenhof* , ciuis Moguntinus , ius patronatus parochialis in villa *Dexheim* , quod clientelari fide a *Gerlaco* , Comite Naſſouio , loci Domino , receperant , eiusdem conſenſu eccleſiæ anno MCCCXLI contulere : quod *Henricus III* ſciuit , ac huic D. Ioannis , Decani Capitulique in vſum , ſequenti diplomate incorporauit ſiue in perpetuum attribuit.

HEINRICVS *D.G. ſancte Sedis Maguntine Archiepiſcopus* , *ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Vniuerſis Chriſti fidelibus, ad quos preſentes litere peruenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Cum Decanus & Capitulum eccleſie* S. Iohannis *Magunt. de ſuis & eiusdem ſue eccleſie fructibus, redditibus & prouentibus propter ipſorum tenuitatem congruentem ſuſtentacionem habere, nec non hoſpitalitatem tenere, aliaque onera ſibi incumbencia ſufferre nequeant; vnde nos ad inſtantem eo-*

rundem

rundem Decani & Capituli ſupplicacionem ob id eciam nobis factam, ſibi & eccleſie ſue predicte, eccleſiam parochialem in *Dexheim *noſtre dyoc. per* Hermannum, *dictum* Hirt, *Militem*, Philippum *eius fratrem*, Petrum *dictum* Freund, Hermannum *dictum* Iring, Petrum *eius fratrem*, *Armigeros*, *&* Petrum *dictum zum* Weidenhof *ciuem Mag. eiusdem eccleſie Patronos, cum iure patronatus huiusmodi, in dictos Decanum & Capitulum, ad eorum eccleſiam* S. Iohannis *memoratam, pure & ſimpliciter propter Deum translatam, vt dicitur, & ſibi donatam, noſtra auctoritate ordinaria incorporamus, annectimus, & vnimus per preſentes, decernentes nichilominus, quod, poſtquam dictam parochialem eccleſiam, per mortem ſeu liberam reſignacionem Rectoris eam nunc obtinentis, vacare contigerit, idem Decanus & Capitulum de omnibus & ſingulis fructibus, redditibus, prouentibus, obuencionibus, aliisque iuribus quibuſcunque, pro omni ipſorum voluntate & vtilitate, libere faciant, expediant & ordinent & diſponant, debita tamen & competenti porcione reſeruata Vicario ſeu Plebano, pro tempore per dictos Decanum & Capitulum ad eandem parochialem eccleſiam, quoties ipſam vacare contigerit, preſentando & inſtituendo, aſſignanda, de qua in ipſa parochiali eccleſia ſuſtentari congruenter, nec non iura Papalia, Epiſcopalia, Sinodalia, nec non procuraciones quaslibet de ipſa eccleſia debitas perſoluere, hoſpitalitatem tenere, & quelibet alia onera ſibi incumbencia valeat commode ſupportare. Cuius quidem porcionis eidem Vicario aſſignande taxacionem, nobis, noſtrisque ſucceſſoribus his literis reſeruamus. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Elteuil IX Kalend. Septembr. anno Domini MCCCXLI.*

* Dexheim prope Oppenheim.

XIII

De ædis hodiernæ exſtructione.

Qua nunc ſtat forma, a fundamentis extrui cœpit circa annum MCCCLXII. Qua quidem in re Capitulum denuo nulli pepercit operæ. Præter enim quod quisque Canonicorum ſua de portione ad operis ſumtum certi quid conferebat, peculiari porro lege id ipſum conſtituit, vt quilibet, qui Canonicorum eccleſiæ huius Collegio in poſterum adſcribi & in poſſeſſionem Præbendarum immitti vellet, tres marcas puri argenti, antequam admitteretur, perſoluat. Quod ſtatutum *Gerlacus* tabulis peculiaribus, anno, quem dixi, MCCCLXII ſtabiliuit.

Sunt autem hæ;

GERLACVS *D. G. ſancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Honorabilibus*, Decano *&* Capitulo *eccleſie* S. Iohannis *Maguncie, noſtris Dilectis, ſalutem in Domino ſempiternam. Peticio veſtra nobis exhibita continebat, quod, cum eccleſia veſtra predicta propter eius vetuſtatem, obſcuritatem, & alios defectus multiplices, in magna parte per vos diruta exiſteret, ac a fundamentis opus nouum & laudabile cum magnis ſumptibus & laboribus duxeritis inchoandum, eiusque conſeruacioni & perfectioni feruenter & fideliter inſiſtatis, non ſolum de Chriſti fidelium elemoſinis, ſed eciam de veſtris Prebendis quam plurimum ad fabricam huiusmodi largiendo, quodque omnium conſenſu & voluntate vnanimi quoddam ſtatutum feceritis, matura deliberacione prehabita, vt ſinguli, qui de cetero in ipſa veſtra eccleſia Canonicatus & Prebendas conſequi deſiderant & habere, quilibet eorum ad fabricam predictam tres marcas puri argenti, vel earum valorem in vſuali pagamento, antequam admittatur & recipiatur in Canonicum & ad Prebendam actu vacantem, expedite perſoluat, aut ſaltem datis pignoribus ſe illas conſtituat effectualiter ſoluturum, petentes a nobis, vt ſtatutum huiusmodi veſtrum auctoritate ordinaria confirmemus: Nos, qui decorem domus Dei diligimus, & intencionem veſtram circa premiſſa in Domino commendamus, peticioni veſtre predicte fauorabiliter annuentes, predictum ſtatutum veſtrum tanquam racionabile, tenore preſencium literarum, auctoritate ordinaria, ex certa ſciencia confirmamus, volentes & mandantes, illud in predicta veſtra eccleſia absque contradictione qualibet in antea inuiolabiliter obſeruari; dantes has literas ſigillo noſtro munitas in teſtimonium ſuper eo. Datum Eltuelt XXVII die menſis Iulii anno Domini MCCCLXII.*

XIV

De eiusdem renouatione.

Per annorum plurium longinquitatem pulueribus denuo sordibusque quum indecore obsita esset, egregie anno superioris sæculi tertio renouari illam curauit Reuerendissimus *Stephanus Weberus*, vt auctor *Serarius* lib. I cap. XXXI sect. I n. IX p. 114 & lib. III p. 556 bene notauit.

XV

Notatio de sepulcro viscerum D. Bonifacii.

Sepulcro viscerum *D. Bonifacii* celebritatis haud parum nactam, iam dictum. De quo alioqui notandum, quod *Gerlacus* istis an. MCCCLVII lapideum statuerit monumentum (*Serarius* lib. III notatione XLVII p. 555, & lib. V in *Gerlaco* p. 673) quod superiori sæculo clathris ferreis, picturis, nouisque versibus interpolatum exornauit idem Reuerendissimus Suffraganeus, *Stephanus Weberus*. vid. *Serarius* lib. I cap. XXXI p. 114 & lib. III p. 556.

XVI

De præsenti Collegii statu.

De eo notandum. quod Prælatorum dignitate in eo duo emineant, *Præpositus* scilicet, & *Decanus*. *Capitularium* vero hodie sint IX; *Exspectantium*, vt vocant, II; *Vicariorum V.*

ECCLE-

ECCLESIAE ad D. MAVRICIVM COLLEGIATAE BREVE CHRONICON.

I

De eius auctore.

ORiginem ſuam debet *Luitberto*, ſiue, vt alii vocant, *Lindeberto*, qui poſt Carolum, Pipini Regis Aquitaniæ filium, an. DCCCLXIII faſtigio Sedis Moguntinæ impoſitus eſt, & anno DCCCLXXXIX, non ſine multa ſanctimoniæ, rerumque præclare adminiſtratarum laude, diem obiit ſupremum. Is enim inter alia pietatis opera ædem hanc ſacram vna cum Canonicorum ſtatuit Collegio.

Habent id *Dieffenbachius* in catalogo Antiſtitum Moguntin. manuſcr. & *Serarius* lib. I cap. XXXI ſect. I n. VIII p. 114 & lib. IV in *Luitberto* p. 663. Quibus vt hoc magis fides habeatur, adducam verba *necrologii* antiqui, quod apud ipſam hanc ad *D. Mauricii* ædem eſt, & ità a. d. *VII Id. Septembris* habet: *Ob. Lupertus Archiepiſcopus, fundator eccleſie noſtre. Inde fertonem * de domo relicte Huberti zum Marſchalg, dicta Lanſtein.*

* *Ferto, ferdonum, ferthing* quarta pars marcæ: ab aliis quinque ſolidis, in aliis regnis aliter æſtimatur. *Schmidius* lexic. eccleſiaſt. part II p. 8.

Et quidem, vt *Bruſchius* & *Cratepolius* in catalogis notarunt, *Luitpertus* ex bonis eam paternis condidit ac exſtruxit.

II

De eius ſitu.

Sita autem eſt in retruſiori & arctiori ciuitatis parte; area tamen explicatiori cincta; vt anonymus *aureæ Moguntiæ* ſcriptor § XIV ſect. II n. IX p. 209 iam notauit.

III

Cui dedicata ſit.

Sacra eſt ſancto Thebeæ legionis Duci *Mauricio*, pioque commilitonum martyrum agmini; vt tum nomen, quo appellatur, tum duo iſti verſus hyperthyri ſiue ſuperportalis lapidi olim inciſi fidem faciunt: quos tametſi *Serarius* l. d. p. 114 iam attulit, nihilo ſecius tamen & huc referre, haud prorſus erit ſuperuacuum.

Sexcenti deni, bis ter ſex milia, ſeni,
Libati Chriſto, templo venerantur in iſto.

Erat enim *D. Mauricii*, ſociorumque iſtis ac ſubſequentibus temporibus tanta veneratio, vt ei non vno in loco templa, monaſteriaque dicarentur *.

* *Otho* ſane *I* ſiue Magnus Abbatiam, quam Magdeburgi ſtatuerat, honori illius ſacram eſſe voluit. *Ditmarus* lib. II p. 333, *Chronographus Saxo* ad annum DCCCCXXXVIII p. 156. Templum *D. Luitrudis* virgo in Sigmari monte eidem exſtruxit. *Brouverus* annal. Treuir. lib. X § XXV p. 479. *Bruno*, Epiſcopus Mindenſis, nouum, quod ad ripam orientalem Viſurgis fluuii e regione

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gione Mindæ condiderat, monasterium eidem dicauit. *Lerbeke* chron. Episcop. Mindens. p. 15. *Godehardus*, Hildesiensium Antistes, anno MXXVI eidem quoque cœnobium sacrauit Hildesiæ. Auctor *chronici Stederburg.* p. 852, *Reutelius* chron. Hilleshem. p. 81; vt plura alia taceamus.

IV

De curtis Longensteinensis elocatione.

Censu ecclesia hæc fuit frugali magis, quam amplo. Factum tamen, Præpositorum maxime, solertia, ne quid bonis, quæ tenebat, temere distringeretur.

Testimonii loco nobis sint hæ Præpositi *Hermanni* litteræ:

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. *Ego* HERMANNVS *Prepositus eccleſie* S. Mauricii *in Maguncia notum facio Christi fidelibus tam futuris, quam presentibus, quod curtis in* Longenstein, *que iurisdictioni mee ex beneficio Prepositure attinebat, ante tempora mee gubernacionis ad tantam destructionem venerit, quod nec a me, nec ab aliis inhabitari poterat: illam curtem, communicato consilio Confratrum meorum in ecclesia* B. Mauricii, *Godefrido, iam dicte ville conciui, & vxori sue sub tali condicione concessi, vt eam tam ad vsus suos, quam nostros resarcirent & reedificarent, & eam, quoad viuerent, sine impedimento & libere possiderent, & si alterum eorum decedere contingeret, superstes pretaxatam curtim inhabitandam optineret.*

Statutum eciam, si prememoratus Godefridus, *& legitima sua sobolem procrearent, quod post decessum amborum, puer, qui antiquior & maior esset natu, prefatam curtim eodem pacto, quo decessores sui eam habebant, inhabitaret, ita tamen, vt edificia collapsa restauraret & integraliter repararet, & post obitum illius ad vsus ecclesie sine reclamacione reliquorum heredum rediret. Testes sunt vniuersi Fratres ecclesie* B. Mauricii, *& conciues in* Longenstein.

Richerus.
Rendervicus.
Arnoldus.
Theo.
Godescalcus.
Wicbodo.
Ludevvicus.

Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCLXXXI, Christiano *Maguntine Sedis Archiepiscopatum regente.*

Similiter huc faciunt, quæ § VI sequuntur *Conradi* Decani.

V

De donatione eidem ab Hermanno *Præposito facta.*

Eidem *Hermanno* curæ quoque fuit, vt portiones Canonicis præbendæ, tenues omnino, aliquo augerentur incremento. Luculenter id testatum faciunt tabulæ Conradi I Archiepiscopi, anno MCLXXXIV datæ. Docent enim, *Hermannum* eisdem sacellum in villa *Egelesheim*, hodie *Elsheim*, cuius ius patronatus Præposito competebat, cum omni prouentu donasse. Quæ pia, propensaque viri erga Mauricianos suos voluntas ac beneuolentia vt hoc magis posteris, si qui futuri sunt, innotescat, placuit dictas Conradi tabulas ad verbum adferre.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. CONRADVS *diuina fauente gracia Sabinensis Episcopus & S. Maguntine Sedis Archiepiscopus. Pastoralis officii a DEO concessa nobis auctoritas nos inuitat & commonet, quatenus ecclesiarum cure nostre creditarum saluti & vtilitati animo peruigili studentes, eas & beneficiis nostris subleuemus, &, si que ipsis canonice & legaliter collata intellexerimus, auctoritate nostra confirmemus; scientes, quia posteris nostris, quos pie deuocionis opere preimus, salutifere debite misericordie exemplum relinquimus, & indubitatum hoc stadio decurso eterne vite brauium percepturi sumus.*

Nouerit igitur tam presens Christi fidelium etas, quam subsecutura posteritas, qualiter Hermannus, *eccleſie* B. Mauricii *Maguncie Prepositus, ex quo illius Prepositure sollicitudo sue dispensacioni credita dinoscitur, cura diligenti animaduerterit, quo prefate eccleſie erumpnis & egestati consuleret, & diuinorum celebracionem, que, vrgente nimia stipendiorum Fratrum tenuitate, in negligencia corruerat, redintegratis Prebendarum defectibus, aliquatenus reformaret.*

Contigit

Contigit itaque, Capellam, in villa, que dicitur * Egelesheym, *fundatam, in* * Elsheim
qua iuris patronatus inuestitura prenominato Hermanno *Preposito ex antiqua institucione & iurisdictione Prepositure sue pertinuit, vacare, legitimo eiusdem ecclesie Pastore humane sorti debitum soluente; congrua nimirum & commoda opportunitate pio affectui memorati Prepositi se offerente, idem Prepositus id, quod exequendum mente conceperat, effectui mandaret, diuina inspiracione tentus, ecclesie Maguntine, & vniuersi Cleri presenciam adiit, & pretaxatam Capellam in* Egelesheym *sitam ecclesie* B. Mauricii *& Fratribus in ea constitutis, in augmentum elemosinarum, conniuencia & auctoritate nostra mediante, contradidit & delegauit; ita tamen, vt nichilominus debita prebendarum stipendia Fratribus ex amministracione Prepositi soluantur. Decanus quoque ecclesie* B. Mauricii, *vel quicunque maior sit in eadem ecclesia, Decano decedente, donum altaris vice ecclesie iuxta canonicam institucionem accipiat. & Sacerdotem, qui curam plebis agat in sepedicta Capellula, communi consensu & consilio habito Fratrum ordinabit, & ei necessaria vite, prout facultas expetit, Fratribus ecclesie mediantibus, prouidebit & amministrabit; reliquum autem vsibus Fratrum ecclesie* B. Mauricii *accedat; qui Fratres nobis, nostrisque successoribus, & Corepiscopo iusticiam, quam ipsos de parte sue decimacionis dare contigerit, statutis temporibus persoluant.*

Si quis ergo huic donacioni contrauenire, & eam temeritatis ausu inuertere presumpserit, auctoritate Dei omnipotentis, & Apostolorum Petri & Pauli, & Apostolice Sedis, & nostra, anathematis subiiciatur, & indissolubili perpetue dampnacionis vinculo innodetur.

Porro vt hec iusta & canonica tradicio rata & inconuulsa in perpetuum permaneat, huius priuilegii paginam conscribi, & sigilli nostri impressione iussimus insigniri, testes quoque subnotari decreuimus, quorum nomina hec sunt:

Arnoldus, *maior Prepositus.*
Burghardus, *Prepositus* S. Petri.
Heinricus, *maior Decanus.*
Wernherus, *Prepositus* S. Stephani.
Conradus, *Prepositus* S. Victoris.
Heinricus, *Prepositus* S. Marie *in* Campis.
Otto, *Prepositus* S. Marie *ad* gradus.
Rudolfus, *Prepositus* S. Iohannis.
Heinricus, *Abbas* S. Albani.
Folbertus, *Abbas* S. Iacobi.
Iofredus, *Abbas* S. Ferrucii.
Sigehardus, *Scolasticus.*
Bertholdus, *Decanus.*
Ruggerus, *Cantor* S. Petri.
Richardus, *Decanus.*
Wernherus, *Scolasticus.*
Waltherus, *Cantor* S. Stephani;
& reliqui ecclesiarum Primores.

Cappellani Domini Archiepiscopi

Rudegerus.
Ortolffus.
Heinricus.
Lotharius.

Laici

Dudo, *Camerarius.*
Regenbotho *de* Pinguia, *Officiati.*
Herbordus.
Embricho.
Gerlacus; *& alii quam plures.*

Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCLXXXIIII, Indictione secunda, regnante Domino Friderico *glorioſissimo Romanorum Imperatore Augusto, & Filio eius Domino* Heinrico *Inuictissimo Romanorum Rege Augusto huius nominis...*

VI

De communi Canonicorum dormitorio.

Canonicos vero tum vna habitasse, sequentes produnt litteræ.

CONRADVS *D. G. humilis Decanus ecclesie* S. Mauricii *Magunt. cum Capitulo suo notum esse cupimus vniuersis tam futuris quam presentibus hanc paginam inspecturis, quod nos de communi consilio, & vnanimi consensu, horreum quoddam nostrum iuxta dormitorium ecclesie situm, fere dilapsum, & in edificiis ruinam comminans,* Rudegero *conciui Maguntino, & vxori sue* Gude, *& eorum heredibus hereditario iure concessimus pro IV solidis Magunt. in festo S. Nicolai annuatim persoluendis, ita, quod ipse, & sui heredes omnia in eodem horreo reparent reparanda.*

Comprehensum est eciam in hac concessione ab eodem Rudegero, *& a vobis promissum, quod anniuersarium diem suum & vxoris sue post decessum eorum debito modo celebremus.*

Vt igitur hoc factum ratum permaneat, presens scriptum eidem Rudegero *& vxori sue, sigillo ecclesie nostre roboratum, dedimus in testimonium huius rei. Testes sunt:*

Wernherus, *Officiatus.*
Nanthoch.
Coppo.
Heinricus.
Petrus.
Dietericus, *Cerarius.*

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCC XIIII.

VII

De controuersia super præbendorum distributione.

Circa annum MCCXXIV quædam Præpositum inter ac Canonicos de præbendorum distributione erat dissensio, quam vt tolleret Præpositus *Wilhelmus*, de iure suo tandem cessit. Litteræ, quibus id perscriptum, ita habent.

WILHELMVS *Prepositus ecclesie* S. Mauricii *in Maguncia. Quoniam obliuionis incommodum humana patitur infirmitas, ideo ea, que digna sunt memoria, literarum apicibus commendari sacra Patrum sanxit auctoritas.*

Sciant igitur vniuersi huius pagine inspectores, quod ego, inter me & Dominos & Concanonicos meos de S. Mauricio, *omnem amputare volens questionem, ex bona deliberacione, plenam in perpetuum cessi predictis Fratribus aministracionem, ita vt ipsi libere & vtiliter de rebus ecclesie disponant & ordinent, & sibi ipsis in suorum dispendiorum aministracione, secundum quod honestum & expediens videbitur, prouideant.*

Archidiaconatum autem & prebendam meam, & vineas in Pinguia, preter vineas elemosine michi retinere decreui, & in ipsa cessione excepi, eisdem tamen, quas retinui, hoc onus impositum est, vt de ipsis annuatim V Solidi Maguntine monete in die dedicacionis ecclesie S. Mauricii, *nomine refectionis, ipsis Fratribus a me persoluantur.*

Tali ordinacioni & cessioni Decanus & vniuersitas Fratrum predicti loci consensit, & gratanter eam acceptauit.

Ne igitur presenti facto ex curriculo temporis dubitacionis scrupulus imposterum officiat, presentem paginam conscribi, & eam impressione sigillorum, mei videlicet & Capituli, nec non Arnoldi *Prepositi* S. Marie *ad* gradus, *&* Waltheri *Decani* S. Petri, *qui huic tractatui interfuerunt, eam placuit communiri.*

Testes huius rei sunt:

Raimundus, *Scolasticus.*
Theobaldus, *Cantor.*
Helvvicus, *Cellerarius, Canonici* S. Stephani;
& Gerlacus *Canonicus* S. Victoris.

Acta sunt hec anno Domini MCCXXIIII, tercio Kal. April.

VIII

De iudicio in Henricum *Lonsteinensem dato.*

Per id fere temporis *Henricus* Scultetus Lonsteinensis in præstando vacillabat censu. Ne damni quid hac re faceret ecclesia, Iudices ad cognoscendam caussam delecti videbant. Patet id ex litteris, quas tum ediderunt, sequentibus.

WALTHERVS *Decanus &* ARNOLDVS *Scolasticus* S. Petri, *&* IOHANNES *Scolasticus* S. Marie *ad* gradus *Magunt. Iudices delegati, notum facimus vniuersis, quod cum* Henricum *Scultetum de Lanstein excommunicassemus pro querimonia Fratrum* S. Mauricii *Magunt. a nobis tandem est taliter absolutus, quod promisit fide interposita coram nobis, predictis Fratribus soluere in festo* S. Mauricii *IX vncias annuatim, que debentur eis pro oblacionibus, in cena Domini ministrandis; hoc adiecto, quod, si in predicto termino non persoluerit summam illam, nostro iudicio, quamdiu vixerit, se subiecit, vt ipsum puniamus, prout tunc nouerimus expedire.*

Testes

Teſtes ſunt:

Albertus, *Cantor*, & Heroldus, *Archipresbyter maioris eccleſie.*
Arnoldus, *Prepoſitus* S. Marie *ad* gradus.
Arnoldus, *Decanus* S. Victoris.
Godeboldus.
Fridericus.
Albero.
Sifridus.
Eberoldus.
Gerlacus, *Canonici eiusdem eccleſie.*
Arnoldus.
Hertvvicus.
Gerhardus *Cantor*, & Iacobus, *Canonici* S. Marie *in* campis, *& alii quamplures.*

Acta ſunt hec anno Domini MCCXXVI, XIIII Kal. Octobr.

IX

De fortunis eccleſiæ auctis.

Subſequutis temporibus non plane nullæ Canonicis opum ac fortunæ acceſſiones factæ ſunt. *Arnoldus* enim Camerarius, & *Hermannus* fratres, dicti *de Turri*, viri eximiæ domi nobilitatis, ſcientiæque in bello, ius patronatus parochialis Mommenheimenſis, permiſſu tum Archiepiſcopi, tum Archidiaconi ſiue Præpoſiti Collegialis huius ad D. Mauricii, Canonicis, vna cum vniuerſo vſu fructu, liberaliter, plenoque iure anno MCCLV donarunt ac transcripſerunt. Quam beneficam illorum erga Mauricianos voluntatem non Gerhardus Archiepiſcopus modo tabulis ſuis anno MCCLVII, VII Id. Februar. ſciuit, ratamque habuit, ſed ipſe etiam Innocentius Pontifex V, Lugduni VIII Kalend. Iun. anno Pontificatus ſui IV.

Ipſorum vero Fratrum *de Turri* literæ, donationis factæ teſtes, hæ ſunt:

Nos ARNOLDVS *Camerarius*, & Hermannus, *fratres*, *Milites Moguntini*, *dicti de* Turri, *tenore preſencium publice proteſtamur*, & *conſtare volumus vniuerſis has literas inſpecturis*, *quod nos tenuitatem nimiam prebendarum eccleſie* S. Mauricii *Magunt.* & *maxime paupertatis anguſtias*, *quas perſone Domino ſeruientes ibidem ſuſtinent*, *piis conſideracionibus attendentes*, *ius patronatus eccleſie in* Mommenheim *Moguntine dioceſ. quod ad nos pertinet*, *prefate eccleſie* S. Mauricii & *eius Canonicis*, *tam preſentibus quam futuris in perpetuum diuine remuneracionis intuitu*, *ob noſtrarum ſalutem animarum*, & *vt in ipſa eccleſia pro noſtris negligenciis* & *peccatis iugitur ſupplicetur Domino*, *contulimus*, & *conferimus liberaliter*, *pleno iure.*

Volumus inſuper, *vt*, *quicquid de redditibus dicte eccleſie in* Mommenheim, *de permiſſione* & *gracia Venerabilis Domini Archiepiſcopi Maguntini* & *Archidiaconi antedicte eccleſie* S. Mauricii, *annuatim poterit ſuper prebendam idonei Sacerdotis reſidentis ibidem ſupereſſe*, *in vſus Fratrum ipſius eccleſie*, *preſencium*, *quod noſtri faciant memoriam apud Deum in hac vita* & *poſt ipſam*, *totaliter* & *libere conuertatur.*

Et vt hec noſtra collacio rata & *inconuulſa maneat in perpetuum*, *nos preſentes literas eccleſie* S. Mauricii & *eius Canonicis*, *munitas noſtro ſigillo*, *quo ſolo ſumus ambo contenti*, *tradimus in teſtimonium* & *firmitatem debitam ſuper eo. Actum anno Domini MCCLV.*

Triennio poſt *Simon Wildgravius*, Cuſtos maioris, & huius eccleſiæ Præpoſitus, Fratribus dimidiam marcam cenſus de domo *zum Lateram* * prouenientis eisdem contulit, hac lege, vt in poſterum feſto annuntiationis B. M. V. ſuperpelliceati incederent, ſuique, cum viuis exceſſerit, memoriam anniuerſariam peruigilio eiusdem feſti ſollemni celebrarent ritu.

* *Sic eam* Gerhardus *Archiepiſcopus vocat in tabulis*, *quibus donationem hanc confirmat*: *ipſe vero* Simon *in litteris* nouam domum, quæ eſt ædificata ſuper arcum Domini b. m. quondam Romani. *En illas!*

Vniuerſis Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis SIMON *D. G. Prepoſitus* S. Mauricii *Magunt. ſalutem in fidelium omnium Saluatore. Cum Doctorum noſtrorum* & *externorum frequenti ammonicione*, & *pia perſuaſione ſalubriter edocemur*, *vt de facultatibus*, *quas nobis diuina diſpenſacio tribuit ſuper terra*, *non omnino nobis commoda vite temporanee procuremus*, *ſed eciam ex eis theſauros in celo*, *ſi quos poterimus*, *tota intencione cumulemus*; *ſane propter tales ammoniciones nos conſiderantes paupertatem eccleſie noſtre*, *videlicet* S. Mauricii, *dimi-*

dium marce censuum de noua domo, que est edificata super arcum Domini b. m. quondam * Romani, *que spectabat ad nostrum Archidiaconatum, pro remedio anime nostre, & successorum nostrorum, prefate ecclesie contulimus libenter propter Deum, hac autem ordinacione expressa, & a dicta ecclesia inuiolabiliter obseruanda, videlicet, vt Canonici in annunciacione B. M. V. qua cappati hucusque fuerant, perpetuo superpelliceati incedant.*

Cum autem tempus vite nostre resolucionis aduenerit, sepefati Fratres in vigilia eiusdem Annunciationis nostrum anniuersarium celebrabunt, & census antedictus tantum Fratribus presentibus ministretur. Testes huius donacionis sunt:

Gerhardus *de* Bolanden, *Canonicus Maguntinus.*
Ludevvicus, *Cantor S. Victoris.*
Arnoldus *de* Monrecha.
Hermannus, *Decanus S. Mauricii,*
Embricho *ad* Speculum, *eiusdem ecclesie Canonicus, & alii quamplures.*

Ne autem imposterum hanc nostram collacionem seu ordinacionem nostri valeant infringere successores, hanc literam nostri sigilli munimine fecimus roborari. Acta sunt hec anno Domini MCCLVIII, in die Marci.

* *Obiit Reinoldus Romanus, vnde habentur ab Eberhardo Cantore* (maioris) *de Turri XII maldra silig. que dat de curia Romani* --- Necrolog. vet. a. d. 3 Id. Iul.

Anno MCCCXXVIII *Hermannus* Miles, dictus *Kepchin* de *Saulnheim*, religionis caussa iter ingressurus, sacellum in villa *Husen*, prope parochialem *Egelsheimensem*, vna cum bonis, sesqui scilicet iugere vineæ, in finibus villæ *Stadecken* sitæ, in loco, qui vocatur *hinter dem Horne*, nec non septendecim cum dimidio modiis siliginis, prouenientibus de bonis, quæ a *Berzone*, Armigero *de Partenheim*, obtinuerat, Decano & Capitulo liberaliter attribuit, traditoque diplomate in perpetuum adsignauit.

X

De ara D. Petro *dedicata.*

Eodem tempore *Elisabetha zum Marschalck* altare *D. Petri* Apostoli, haud intacto a religione animo, in sui, suorumque parentum, nec non mariti *Humberti* piam memoriam, certis instruxit reditibus. Id quod litteræ *Iudicum Moguntinensis ecclesiæ* an. MCCCXXVIII, IV Kal. Aug. datæ loquuntur.

XI

De Conseruatore Collegiali huic data.

Vti vero bona, iuraue ecclesiæ huius sarta, tectaque conseruarentur, curæ fuit vel ipsi Pontifici Maximo; constitutis, qui fortunas illius ac commoda ab omni detrimento integra præstarent, iudicibus. Extant sane litteræ an. MCCCL scriptæ, quibus *Henricus*, Decanus ecclesiæ *B. M. V. ad gradus*, appellatur *Iudex & Conseruator iurium & bonorum Honorabilium virorum, Dominorum Decani & Capituli ecclesiæ* S. Mauricii *a sede Apostolica specialiter deputatus.*

XII

De Archidiaconatu Præpositi.

Ceterum ex Præpositis hodie solus, qui ad hanc ædem est, Archidiaconi iura in terminis illi olim per Rhingauiam contributis adhuc exercet; id quod merito notandum putaui.

XIII

De hodierno Collegii statu.

Canonicorum hodie sunt X; *Exspectantium*, vt vocantur, II; *Vicariorum* vero V.

Decem illos inter tres *Prælatorum* titulo gaudent, dignitateque: *Præpositus* nimirum, *Decanus*, *Scholarumque*, vt vocant, *Magister.*

XIV

De Collegiatæ huius inter ceteras ordine.

Antecedit Collegialem ad *D. Ioannis*, etsi hic eidem postponatur. Factum enim id respectu tituli chronicis hisce præmissi, in quo hoc eam ordine locauimus, cum nobis tum temporis de eo non ita curate constaret.

XV

Plura dare nostrum non est, cum præter tabulas adductas nec nobis amplius quid fuerit ad manus, nec ipsimet, quod sciamus, Reuerendo etiam sit Collegio.

De

De

COLLEGIATA S. GANGOLFI BREVIS NARRATIO.

I

De tempore, quo cœpit.

REfert Collegialis hæc initia ſua ad ſæculum a nato Chriſto X. Temporibus *Ruperti*, qui pedum Moguntinenſe ab anno DCCCCLXIX vel DCCCCLXX ad an. DCCCCLXXV geſtauit, inſtitutam eſſe, notauit *Serarius* lib. I cap. XXXI ſect I n. X p. 75, & lib. IV p. 448. Cœpiſſet adeo, *Theoderico*, qui eam ſtatuit, ad culmen Treuirenſe iam euecto: quod tamen in medio relinquimus.

II

De eius auctore.

Originem vero debet, quem modo diximus, *Theoderico*, ſpectata Præſuli induſtria, animique pietate. Is quippe ſuo ſumtu ædem hanc ſtatuit, ac proferendæ, quo flagrabat, religionis ſtudio erexit; tum vero moriens tumuli ſibimet elegit locum. Diſerte *Golſcherus* in geſtis Treuiror. cap. XLIV p. 62; *Sepultus eſt in eccleſia S. Gangolfi martyris, quam ipſe de proprio ſuo conſtruxit.*

Egit autem *Theodericus* hic ædis primum maioris, quæ Moguntiæ eſt, magna dignatione Præpoſitum: *Vir nobilis*, ait *Golſcherus* l. d. *& magnæ autoritatis Præpoſitus Mogonciæ maioris eccleſiæ.* Poſt vero virtute ſua meruit, vt altiores ad honores adſcenderet, ſurrogatus anno DCCCCLXV Treuirorum Archipræſuli Henrico; & tandem viuendi finem fecit Moguntiæ an. DCCCCLXXVII. *Brouverus* annal. Treuirenſ. lib. X § XXIV p. 478.

III

De eius dote ac ſtatu.

Opere perfecto Collegialis aucta fuit honore, ac prædiis, vnde XII Clerici honeſte victitarent, liberaliter ditata. Sic enim, quem modo laudauimus, *Golſcherus* pergit: *Ac XII Fratres, ibi Deo famulaturos, datis neceſſariis inſtituit.*

IV

De eius ſitu.

Sita eſt in inferiore vrbis parte, contigua caſtro *D. Martini*; quod cum Electorum ac Archiepiſcoporum Moguntinenſium ſedes ſit ac regia, factum, vt ſuccedentibus temporibus ipſa aulæ deſtinata fuerit ſacris (*Serarius* lib. IV p. 448.) Hinc *arcis templum* vulgo appellata.

V

De ædis hodiernæ exſtructione.

Enimuero, quum temporis longinquitate vitium feciſſet, quam Theodericus condiderat, ædes; veteri illa deiecta, nouam ſtatuit Archiepiſcopus *Daniel*, eamque tam ſumtuoſe exornauit, vt ſiue materiam, ſiue formam ſpectes, pulcerrima omnino ſit. v. *Serarius* lib. V in *Daniele* cap. XVIII.

VI

De eiusdem dedicatione.

Exædificata ſollemni cæremoniarum apparatu anno MDLXXXI, die VII Aug. dedicata eſt. Rem faciebat *Stephanus Weberus*, Suffraganeus Moguntinus, præſentibus e Collegio metropolitano *Henrico* de *Naſſau*, *Friderico* de *Fürſtenberg*, *Ioanne Bernardo* de *Gablenz*: e Clero ſecundario vero Prælatorum quamplurimis. Annotauit id *Ioan. Segen*, alias *Cuſanus*, in ephemeridibus manuſcr. ad h. a.

Dicata vero fuit honori *SS. Martini* & *Gangolfi*. Diſcas id ex litteris *Danielis* & *Wolfgangi*, quippe in quibus paſſim; *In Collegiata eccleſia noſtra* SS. Martini & Gangolfi *in ciuitate noſtra Moguntina* &c.

VII

De eiusdem notabilibus.

Præter ornatum vero ac ſplendorem, quem ei affudit Daniel Archiepiſcopus, tria ſunt, quæ hic nobis veniunt notanda. Primum quidem, hoc in templo ſub ara maiori eſſe cryptam, in qua defunctorum Electorum viſcera condi ſolent, tumularique.

Dein, in parietibus quasdam haberi inſcriptiones, lectu non indignas. Quas tamen, cum in epitaphiis daturi ſimus, hic præterire malumus.

Tum vero, hoc in templo quotannis die Paraſceues in ambone exponi ſolere ſindonis ſacræ, quæ Auguſtæ Taurinorum adſeruari dicitur, ἔκτυπον; quod quidem hanc habet ἐπιγραφήν: *Non hoc verum, ſed ſimulacrum illius, in quo Chriſtus vulnerum ſuorum reliquit memoriam: miſſum ad Albertum Cardinalem Moguntinum a Carolo Sabaudiæ Duce.*

VIII

De eiusdem expiatione.

Bello tricennali, cum Sueci vrbem ſuæ feciſſent poteſtatis, ſacris ædes hæc illorum patuit vſibus, vti quidem *Iacobus Sutorius*, Collegii ad eam Decanus, ad D. Emerani vero Parochus (qui difficili iſto rerum ſtatu ſolus ex gremio Canonicorum hic remanſit) his notauit verbis: *Feſtum præſens* S. Gangolfi, *patroni noſtri incliti, proh dolor! cum ſollemnibus conſuetis hoc anno* (MDCXXXII) *celebrari non potuit, propter occupatam Moguntiam, & aditum templi occluſum, quod tunc regium erat ac ordinarium pro exercitu Lutherano. Sacrum tamen cantatum in templo S. Chriſtophori.*

Vrbe poſtea anno MDCXXXVI Suecorum iugo liberata, recluſa fuit illa, atque expiata: quo facto idem *Sutorius* ipſo feſto Paſchatos primum in ea ſacrum legit, cultumque religionis Romano-Catholicæ rurſus inchoauit.

IX

De hodierno Collegii ſtatu.

Quod ſupereſt, Collegium ad *D. Gangolfi* hodie *Canonicos* complectitur VI; in quibus vnus tantum *Prælatorum* venit in numerum, *Decanus* nimirum; *Vicarios* vero IV.



CHRONICON

MONASTERII,

iam vero

COLLEGIATAE EQVESTRIS

ad

S. ALBANVM

extra mœnia Moguntina,

ex variis tum libris, tum manuſcriptis
congeſtum

per

GEORGIVM HELWICH, Moguntinum,
eiusdem eccleſiæ tum Vicarium.

GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS

e MS. eruit, in meliorem ordinem redegit,
ac annotationibus quibusdam inſperſis illuſtrauit, emendauitque; tum vero ad præſens vſque tempus
perduxit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

CHRONICON
MONASTERII,
jam vero
COLLEGIATAE
EGVESTRIS
ad
S. ALBANVM

LECTORI BENEVOLO

GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS

S. P. D.

QVod Albanensibus suis in Anglia sæculo XIII *Matthæus* præstitit *Parisiensis*, XXIII Abbatibus, qui cœnobio ad *D. Albanum*, prope vetus Verulamium, ab origine illius ad sua vsque tempora præfuere, laudabili opera descriptis: id suis Moguntiæ, si non maiori, pari tamen cura præstitit *Georgius Helvvichius*.

Quippe pro singulari suo, quo in historiam patriam tum e tenebris eruendam, tum maiorem in lucem proferendam ferebatur, amore studioque, rebus etiam celeberrimi olim ad *D. Albanum* extra mœnia Moguntina cœnobii, post *Equestris Collegiatæ*, describendis admouit manum; & quidem non ita multo post, quam Vicarii munia in eadem obire cœpit.

Semel autem iterumque eam repetiit operam. Tria namque chronici, quod concinnare cœpit, nobis occurrere exempla; quorum alterum priori, tertium vero secundo curatius erat, pleniusque: neque tamen vllum (quod sine auctoris iniuria dicere liceat) iusto dispositum ordine: tertium præterea magnam partem nondum absolutum, vt operi immortuus esse videatur.

Neque vero necessariis destitutus adminiculis tertium id aggressus operæ est, sed euolutis omnibus ad *D. Albani* tabulis atque chartis. Sic enim ipse, dum narrat, se anno MDCXIII fornicem in æde *D. Ignatii* ad Albanenses pertinentem perscrutatum: *Præterea in dicto fornice cistam magnam reperi, antiquioribus litteris, reuersalibus scilicet, missiuis, computationibus, registris, copiis, & variis id generis scriptis refertam, in quibus plurimorum Abbatum quondam S. Albani fundationes, donationes, constitutiones, aliæque piæ ordinationes, nec non variæ annotationes monasticæ, belli denuntiatoriæ litteræ variæ antiquiorum Nobilium Abbatibus ac monasterio olim missæ, itemque totam transactionem in curia Romana, ratione transmutationis ipsius cœnobii in statum sæcularem, inter partes habitam; quibus omnibus maximo studio, summa molestia ac labore multo (multæ enim litteræ propter antiquitatem difficiles lectu, aliæ semilaceratæ, aliæ pulueribus ac variis sordibus obductæ erant) sed tamen ob ecclesiæ amorem ac antiquitatis studium longe suauissimum, integro ferme æstatis tempore explicatis, euolutis, & perlectis, multa antiquitatis monumenta, maxime ad S. Albani ecclesiam spectantia, didici: quin & integrum ferme amplissimi illius olim cœnobii Gubernatorum siue Abbatum (quorum nunquam adhuc vel ab antiquis vel recentioribus scriptoribus mentio facta est) catalogum ex iisdem collegi: qua occasione etiam commotus hanc chronologiam in honorem in primis Dei T. O. M. ac S. Albani, glorioſissimi martyris ac patroni; deinde in ipsius ecclesiæ laudem ac memoriam, nec non personarum in eadem residentium vtilitatem, directionem, ac notitiam incepi. quam tandem anno Christi MDCXXIV, auspiciis, nutu, ac permissu Reu. ac Nobil. Domini*, An-

ſelmi Caſimiri Wambolt *ab* Vmbſtatt, *Canonici Mogunt. maioris, ac huius Scholaſtici digniſſimi, toto pæne chartaceo eccleſiæ ipſius gazophylacio ſeu archiuo inſpecto, ac ſummis laboribus, maximisque ſtudiis, omnibus in eodem litteris, diplomatibus, fundationibus, donationibus, priuilegiis, aliisque ſcriptis euolutis ac perlectis, gratia diuina opitulante abſolui, ac duobus libris diuiſam in hunc ordinem redegi.*

Hæc chronici exempla cum nobis obtigiſſent, & tertium quidem, idque αὐτόγραφον, ex ipſo ἀρχείῳ *Sant-Albanenſi*, animum induximus, viri optimi laborem tineis, blattisque, quibuscum ſatis diu certauit, aliquando ſubducere, atque in lucem protrahere publicam.

Quæ dum nobis ſtetit ſententia, id primum dedimus operam, vt, quæ *Helvvichius* iuſto haud diſcreuerat ordine, ſecerneremus. quare materiem in duos diuiſimus libros; priori *res* eccleſiæ huius *ſub ſtatu monaſtico* complexi; poſteriori vero *res* iſtius, *ſtatu monaſtico in ſæcularem*, vt loquuntur, *conuerſo*. Dein, quod tertio deerat, ex ſecundo expleuimus exemplari, ac propria additis induſtria, quæ ab illius contigere temporibus, res *Equeſtris* huius ad præſens vsque perduximus tempus. Tum vero hic illic inſeruimus, quæ auctor *Helvvichius* prætertit: quin & notulas paſſim breues inſperſimus; queis quidem id nobis curæ fuit, vt dicta, ſicubi opus erat, illuſtraremus; παραράματα, quæ viro bono ſubinde obrepſerant, diſpungeremus; ac denique fontes indicaremus, e quibus ille ſua hauſit.

Quæ quidem, vt hoc facilius, curatiusque ab illius labore diſcerni poſſint, litteris currentibus, quas *Italicas* vulgo vocari notum, exſcribi curauimus; capitibus adhæc, quæ intexuimus, ſtellulam præfigi; vt inſpicienti ad oculum patebit.

Reue-

Reuerendo ac Nobili Domino,

DOMINO

ANSELMO CASIMIRO

WAMBOLD ab VMBSTATT,

Ecclesiæ Metropolitanæ, nec non D. Albani Collegiatæ extra muros Moguntinos

CANONICO CAPITVLARI,

Reuerendissimi ac Illustrissimi Principis ac Domini,

DOMINI

IOANNIS SVICARDI,

Archiepiscopi ac Principis Electoris Moguntini,

Consiliario &c.

Domino ac Mæcenati suo plurimum colendo,

Salutem perpetuam ac annum prosperum precatur a Domino,

Georgius Helvvich, Moguntinus,

Aedis dictæ D. Albani Vicarius.

QVemadmodum, quod priscus Sapiens quondam dixit, *Reuerende*, *Nobilis*, ac *Gratiose Domine*, turpe est homini nobili, eius ciuitatis, in qua est ac versatur, ius ignorare; sic quoque non laudandum, immo vituperandum potius, ac nefas & vitium iudicandum, gentis, in qua natus, ciuitatis, in qua educatus, loci, in quo denique versatus, ortum & originem, res præclare olim a maioribus gestas, maiorum suorum vitas, ac virtutes non cognouisse. Quod quidem ego, vt fugere possemus, mecum sæpius ipse cogitabam, quomodo præter alia vetustatis monumenta, de vetustissima ac præstantissima olim, prout tunc, immo regali *D. Albani* ecclesia, quam nos quotidianis horarum concentibus visitamus, in qua sacrosancta Missarum solennia indies peragimus, ac de qua demum annuis fructibus ad sustentandum recreamur, antiquitate, origine, ac progressu aliquid litteris commendarem; ne nos, qui vitam in ea degimus, tanquam ignoti ac peregrini in eadem versemur. Quod quidem dum sæpius considerarem, ex variis historicis, aliisque scriptis litteris multa occurrerunt, quæ institutum meum non parum iuuarent ac vrgerent; quorum notitia iucunda admodum me commouit, vt animum ad opus ipsum ac manus adiicerem.

Itaque Dei T. O. M. ac D. Albani martyris, patroni nostri, auspiciis, quod mente volueram, tandem aggressus sum, studioque ac cura quædam hinc inde in vnum congessi, ac apum instar, ex variis floribus, ea, quæ mihi conueniebant, simul collegi, in iis magis spectans notitiam rerum ac veritatem, quam verborum elegantiam ac venustatem.

Ego igitur hoc ipſum, licet exiguum & pertenue, in primis in laudem patroni noſtri, D. martyris *Albani*, tum etiam in vtilitatem noſtram ac perpetuam eccleſiæ noſtræ memoriam, foras produco, non quidem, quod nominis mei gloriam ac memoriam (vt *Trithemii* verbis vtar) vanitati obnoxiam, pro laboris mercede expoſtulem: ſed vt ceteri hac opera mea adiuti, non in hac ſua eccleſia, tanquam patria, immo in propriis quaſi ædibus inſcii ac ignari amplius viuant, qui tanquam peregrini alias nihil iſtarum rerum cognitionis habuerunt.

Atqui cuius auſpiciis, ſub cuius nomine id facturus ero? Hæreo. Sed fieri ſolet, vt alios iisdem ſtudiis deditos, quibus ipſi delectamur, amore proſequamur potiore: quare ego hac ratione inductus, Tibi, *Reuerende*, *Nobilis*, *ac Gratioſe Domine*, *ANSELME CASIMIRE*, Patrone optime, qui hoc ipſo ſtudiorum genere, hiſtoricis ſcilicet & antiquitatis ſcientia plurimum delectaris, hæc ipſa Collectanea mea offerenda non indignum iudicaui, tuoque nomini hoc opuſculum inſcribendum conuenientius putaui, id tibi minime ingratum fore iudicans ac confidens, maxime, quia hoc ipſo in loco, de quo agimus, Canonicatus dignitate gaudes Capitulari. Tu, ſi quid in his omiſſum vel corrigendum eſſe repereris, non mihi potius quam temporum iniuriæ ſuccenſendum putato. Neque enim mihi cetera omnia perquirendi occaſio fuit, ſed potius *Polybium*, grauiſſimum auctorem, dicentem audito, qui ita inquit; *Nequaquam ſuccenſendum eſt antiquis rerum geſtarum ſcriptoribus, ſi quid vel omiſerint, vel deliquerint: quin potius, quod talibus temporibus inueſtigare aliquid potuerint, laudandi atque admirandi.*

Quare grato ac beneuolo animo, voluntatem præ opere ipſo attendens, accipito, meque, vti hactenus, in patrocinium ac tutelam, tanquam vnum ex minimis commendatum habeto. Vale.

LIBER

LIBER I

Res eccleſiæ huius ſub ſtatu monaſtico *complectens.*

* Vt hoc ordinatius procedamus, duas libri huius faciemus ſectiones: quarum quidem priori *de origine cœnobii huius, de Patronis illius, ſanctis item eccleſiæ D. Albani reliquiis, aliisque id genus* agemus; poſteriori vero *de eiusdem Abbatibus.*

SECTIONIS I

CAPVT I

Quando, vbi, & a quo ædes hæc D. Albano *ſacra condita fuerit, exſtructaque.*

POſtquam *S. Albanus* hic Moguntiaci ab Arianis ſæculo poſt natum Chriſtum V trucidatus fuit, pia fidelium mens eidem aliquo poſt tempore ſacellum quoddam, memoriæ ac venerationis ergo, illic loci, vbi glorioſiſſimum beati martyris corpus poſt martyrium reconditum fuit, ædificauit. Diſerte *Goſvvinus* in vita Albani: *Cum eccleſiis reddita eſſet pax, Sanctorum precibus diuinæ animaduerſionis iram propitiantibus,* S. Albani *tumba cœpit miraculis celebrari, & multo populorum frequentari conuentu - - - - - Inde Chriſtiani, religione ducti, prout tunc temporis erat copia, ſuper ſacrum cinerem paruæ molis eccleſiam fabricant, altare dedicant, eius ſe patrocinio commendantes, ſancti corporis loculum præ omnibus venerantes.*

Locus autem is erat extra muros Moguntinenſes, meridiem verſus, in monte, qui olim *mons Martis* appellabatur, eo, quod Martis idolum ibi honoraretur: poſtmodum vero a Chriſtianis, propter effuſum in eo multorum martyrum pro Chriſti nomine ſanguinem, *mons Martyrum* dictus eſt. Diſcas id ex verbis *Sigehardi* de *S. Aureo* & *Iuſtina* cap. VI; *Feruente vniuerſo orbe perſecutionis procella - - - - infinita ſanctorum agmina martyrum pro Chriſti nomine paſſa in monte, vbi nunc eſt eccleſia* S. Albani *extra muros vrbis, qui apud gentiles* mons Martis *vocabatur, conſtat eſſe ſepulta - - - - - quem, eliminata iam penitus idololatria, Chriſtiani, mutato meliori nomine,* Martyrum montem, *ex re ipſa & facti euidentia congrue appellarunt.*

Hoc ſacellum poſtea *Riculfus*, pietate Caroli M. glorioſiſſimi Imperatoris excitatus, eiusdemque munificentia adiutus, renouauit; immo, ſacelli huius loco nobiliſſimam & ampliſſimam eccleſiam, qualis poſtmodum ſtetit, hic erexit. *Goſvvinus* l. d. *Aliquanti proceſſu temporis, cum iam ciuitas ad integrum eſſet renouata, & Chriſtiana religio tam catholice quam canonice ad plenum redintegrata, venerabilis* Richolfus *a Præſulatu magni Bonifacii Archiepiſcopus tertius, ſicut videbat locum egregii martyris miraculis coruſcare, ita hunc fabricis & aliis diuinis cultibus aggreſſus eſt honorare, fundans primo baſilicam tanto martyri condebitam.*

Factum id circa annum a nato Chriſto, ſecundum æram vulgarem, DCCC, vt ex iis, quæ ſtatim afferentur, euidenter colligere eſt.

Enimuero, quam ſtatuere cœperat *Richolfus*, ſumtuoſo exornauit opere. *Goſvvinus* & *Sigehardus* l. d. *Super ſacrum vero cinerem mauſoleum erexit* (Richolfus, quem *Sigehardus* male *Rudolfum* vocat) *quod auro & gemmis, argento quoque, vti competebat, veſtiens, diligenter vndique contexit. Addidit preterea in cultum ſanctuarii & in miniſterium altaris vaſa aurea & argentea, ſacris miniſteriis idonea, ſacras quoque veſtes diuinis officiis, prout tempus dictat, competentes.* Idem dicunt verſus hi antiqui:

Martyris Albani *renouauit culmina* Richolf,
Antiſtes humilis, Chriſti deuotus honore,
Exornans aram pretioſis, atque metallis.

Quin & alii chori maioris lateri exteriori olim inciſi:

Antiſtes humilis Riculff *hanc condidit aulam,*
Martyris Albani *nomine namque ſacram.*
Hanc quoque fulgenti iuſſit veſtire metallo,
Cum titulis aram, cumque decore ſacro.
Perpetuo huius mercedem, Chriſte, laboris
Albani *precibus, cui, rogo, redde pie.*

Aedificatam, ſumtuoſeque abſolutam in honorem Dei T. O. M. ac *S. Albani* martyris venerationem conſecrauit. Cuius rei teſtis eſt ſaxum, priori vicinum, inſcriptione ſequenti notatum:

„*Eccleſia hæc eſt conſecrata in honorem Saluatoris noſtri IESV CHRI-*
„*STI, Kalend. Decembris anno incarnationis ipſius DCCCV, indictio-*
„*ne XIII*.*

* *Conf. ad hanc inſcriptionem* Papebrochius *commentar. hiſtoric. de* S. Albano *§ XIX p. 90 & ſeq.*

CAPVT II

De clauſtro eccleſiæ huic adſtructo.

Richolfus, qua erat pietate, & in proferendo religionis cultu animi alacritate, non contentus, hic loci ſuſcitaſſe baſilicam, ei etiam cœnobium multo adſtruxit ſumtu *.

* Præter verſus iam adductos, luculentus nobis teſtis eſt *Goſvvinus* l. d. & ex eo *Sigehardus* l. d. *Conſtruxit etiam omnes regularis vitæ officinas, quas voluit ſeruorum DEI inibi degentium ad perpetes excubias eſſe receptacula: vt eius ſuffragantibus meritis ipſi eum recipiant in æterna tabernacula.*

Exſtructum monachis, qui inſtitutum a *D. Benedicto* orbi inuectum ſequuntur, inhabitandum dedit, rebusque ad victum, cultumque neceſſariis egregie inſtruxit †.

† *Goſvvinus* & *Sigehardus* l. d. *Obtulit praterea S. Martyri ad ſumtus Deo famulantium prædia, villasque, & eccleſiarum decimas, quas ſacro altari rata ſtipulatione firmauit.*

CAPVT III

De glorioſiſſimis eccleſiæ S. Albani *patronis.*

QVi baſilicæ huius patroni ſint, ac celebrentur, maxime omnium explicare conuenit.

Agmen ducit *S. Albanus*, glorioſiſſimus Chriſti martyr, cui ea dicata fuit: quem ſequuntur *B. Vincentius*, Diaconus ac martyr Hiſpanus: *S. Aureus*, Epiſcopus & martyr Moguntinus, eiusque ſoror *B. Iuſtina:* Sanctus præterea *Theodorus*, cum *B. Sergio* & *Primicerio* martyribus; nec non *S. Iuſtinus*, Domini Confeſſor. Ex choro virginum vero *B. Innocentia*, materque eius *S. Vincentia* venerabilis matrona. De quibus auctor hiſtoriæ de paſſione SS. Martyrum *Aurei* & *Iuſtinæ* lectione LVI ſic loquitur: *Felix ſocietas! beatum collegium! ſancta congregatio tot Chriſti teſtium in eccleſia S. Albani, tanquam in domo magni patris familias, adunatorum! Illic Dominus domus* &c.

CAPVT IV

De Sanctorum in baſilica hac reliquiis.

I Cum hic loci, vt ſupra iam dictum, chriſtianæ fidei confeſſores ingenti numero, tanquam fæx hominum & in Deos iniqui, occiſi fuerint, non mirum, magna a primis ſtatim incunabulis baſilicam hanc ſacrarum reliquiarum diuitem fuiſſe copia. Quippe illorum, qui pro Chriſti nomine hic paſſi fuere, mortemque obiere cruentam, hic tumulata fuiſſe corpora, pia refert antiquitas.

II Ego vero cum mihi propoſuerim, hoc capite nonnulla de iis dicere, præcipuas ſolummodo, quarum notitia ab antiquo ad nos peruenit, breuiter hic recenſere neceſſarium duxi.

III In tabula quadam, quæ olim in eccleſiola loci huius renouata pependit, hoc enumerantur ordine.

Corpus

Corpus glorioſiſſimi martyris *Albani*, eccleſiæ patroni, qui a perfidis Arrianis, in loco, vbi *S. Theoneſti* eccleſiola olim fuit cis Rhenum, decollatus eſt: vnde manibus propriis, diuina cooperante gratia, caput ſuum ad hunc locum detuliſſe dicitur*; vbi poſtmodum a fidelibus honorifice ſepultus.

* *Lege hic, quæ habet* Papebrochius *commentar. hiſtor. de* S. Albano *§ V p.* 87, *Abbas item* Langlet du Freſnoye *in Iſagoge ad addiſcendam hiſtoriam cap. XVII § V p.* 318 *verſionis Germanicæ.*

Item corpus *S. Aurei*, XV Epiſcopi Moguntini; item corpus *S. Iuſtinæ* virginis, & dicti Epiſcopi ſororis; qui ambo cum multis aliis pro Chriſti fide certantibus in antiqua *S. Hilarii* eccleſia prope Dalheimenſe virginum monaſterium, ipſo *Aureo* Miſſarum ſollemnia peragente, Hunnorum gladio ante altare perempti ſunt *.

* *Enimuero conſulere hic iuuabit, quæ* Papebrochius *habet commentar. prævio de* S. Aureo & Iuſtina *§. XXII & XXIII p.* 48.

Item corpora *S. Vincentii* martyris Hiſpani & Diaconi*; *SS. Seueri*, Archiepiſcopi Rauennatenſis, & *Vincentiæ*, vxoris legitimæ. Corpus *S. Innocentiæ* virginis, dicti *S. Seueri* & *Vincentiæ* filiæ. Corpus *S. Iuſtini* Presbyteri, qui S. Laurentium ſepeliuit.

* *Immo, caput tantum* S. Vincentii, *ſi* Serarium *audias, rerum Moguntiac. lib. I cap. XVI. § IV p.* 70.

Item maior pars corporis *S. Ferrutii*, militis ac martyris in Bleidenſtadtenſi eccleſia ſepulti; brachium *S. Stephani* protomartyris: digitus *S. Viti* martyris: caput *S. Anaſtaſiæ*, matronæ nobiliſſimæ Romanæ.

Item corpora *SS. Theodori* & *Sergii* martyrum: item corpora *decem SS. Epiſcoporum Moguntinenſium*, quorum nomina poſtea notabuntur.

Item *hoſtia ſacra*, quæ miraculoſe tempore S. Gregorii Papæ verſa fuit in carnem & ſanguinem.

Vid. Serarius *l. d. § XIV p.* 71.

Item pars *de menſa*, in qua Chriſtus ſacram cœnam celebrauit; item pars magna de ligno *S. Crucis*.

IV Quendam etiam Ducem, *Megingor*, virum Catholicum, cum magno vtriusque ſexus exercitu in hoc monte pro Chriſti nomine occiſum, & ſepultum, tradunt annales †.

† Sigehardus *l. d. cap. VI*; Antiquorum etiam & valde veterum ſolers & fida ſenioribus noſtris tradita relatio ad nos vsque deuenit, Ducem quendam (vt vere præſumitur) Catholicum, cum magno promiſcui ſexus exercitu, in ipſo monte occiſum fuiſſe, & ſepultum; qui, cuius profeſſionis extiterit, quoniam nec ipſius hiſtoria, nec veterum docet relatio, poſt multa temporum curricula claruit euidenter, licet non vno & eodem, immo diuerſis temporibus indicia fidei eorum patuerint. *Ceterum conf.* Brovverus *antiquitatum & annalium Treuir. lib. IX § XXXV p.* 439, *& quæ infra dixi lib. II ſectione I.*

V In alia, quæ illic etiam pependit, tabella, aliarum quoque reliquiarum, hic loci reconditarum, fit mentio. Sunt illæ,

De *præſepio* Saluatoris; de *S. Pancratio*; de oſſibus *S. Verenæ* virginis; de legione *Thebæorum*; de *S. Ambroſio* Epiſcopo; de *S. Nicolao* Epiſcopo; de *S. Silueſtro* Papa & martyre; de *S. Walpurga* virgine; de *SS. Coſma* & *Damiano*; de *S. Iacobo* Apoſtolo; de *vndecim millibus virginum*; de *S. Cæcilia* virgine & martyre; de *Innocentibus*; de *S. Mauricio*; de *S. Laurentio* martyre; de *S. Modeſta* virgine; de *S. Ottilia* virgine; de *S. Chriſtophoro* M; de *S. Eraſmo*; de *S. Dario* martyre; de *S. Brigitta*; de *S. Margareta*; de *S. Emerentiana*; de *S. Vitale*, patre SS. Geruaſii & Protaſii; de *S. Scholaſtica* virgine; de *S. Benedicto* Abbate; de *S. Wolfgango*; de *S. Dionyſio* Areopagita; de *S. Petro* Apoſtolo; de *S. Matthæo* Apoſtolo & Euangeliſta; in cruce parua de capillis *S. Bartholomæi* Apoſtoli; de *S. Genouefa*; de lapide montis *Oliueti*; magna pars *S. Stephani* protomartyris; magna pars de *S. Electa* virgine & martyre; magna pars de *S. Gereone* & eius ſociis.

VI Harum omnium reliquiarum, quæ olim in hac eccleſia aſſeruatæ fuere, in prænotatis tabulis nomina deſignantur. *Felix profecto aurea Moguntia, quæ talium patronorum protegitur patrocinio! felicior eccleſia Moguntina, quæ tantorum*

rum martyrum ſtabilitur martyrio! feliciſſima hæc S. Albani baſilica, quæ corporali reliquiarum horundam Sanctorum gaudet præſentia & decoratur ſuffragio.*

* *Vid.* Sigehardus, *quem auctor hic ſequitur, & ex eo* Papebrochius *in analect. § XIV.*

VII Beati igitur illi, & omnes, qui venerandum hunc locum deuote viſitauerint, & de bonis a Deo ſibi collatis tum pro conſtructione & reſtauratione, tum pro ornamento eiusdem manus porrexerint adiutrices! quoniam multæ & diuerſæ ſunt ipſis indulgentiæ vberrime conceſſæ. Quibus nos Saluator noſter Ieſus Chriſtus meritis omnium Sanctorum, quorum reliquiæ ſancto in hoc loco adſeruantur, & præcipue glorioſiſſimi *S. Albani* martyris, patroni & aduocati noſtri, dignos & participes efficere dignetur, Amen!

CAPVT V

De translationibus quarundam reliquiarum, ad hanc D. Albani *baſilicam.*

I Corpus * *Vincentii*, martyris Hiſpani, ad hanc eccleſiam tranſtulit Inuictiſſimus Imperator Carolus M.

* *Vide, qua dixi capite prcedenti § II. Ceterum* Papebrochius *commentar. prauio in vitam* S. Aurei *§ XVI p. 77 & ſeq.* de ſancto, *inquit*, Vincentio egimus XXII Ianuar. deque corpore vel reliquiis in varias regiones translatis; non tamen iſtic nominatur Moguntinenſis *S. Albani* eccleſia: proinde in ſupplemento iſtius menſis etiam Mogunt. cauſſa tractanda veniet.

II Corpora *S. Aurei* & *Iuſtinæ*, eiusdem ſororis e S. Hilarii eccleſia ad hanc tranſtulit Richolfus.

Sigehardus *cap. XIV apud* Papebrochium *in analectis, commentario prauio ſubiunctis, § VI p. 74, & ex eo* Breuiarium Moguntinum, *quod adduxit* Serarius *lib. II cap. XVII p. 252 & cap. XXVI p. 267. In alia ſententia eſt, quem modo laudauimus*, Papebrochius, *in commentar. prauio § XXII p. 48, dignus omnino, quem huc conferas.*

III Corpora *SS. Seueri* Epiſcopi Rauennatenſis, *Vincentiæ* vxoris, *Innocentiæ* filiæ eiusdem, ex Italiæ partibus ad hunc locum ſacrum traduxit Otgarius, Archiepiſcopus Moguntinus, circa annum Domini DCCCXXX *.

* *Pluribus id peculiari libro enarrat* Liudolfus *Presbyter Moguntinus; quem exſcripſit* Mabillonius *tomo VI actor. Ordin. Benedictin. p. 60 & ſeq.*

IV Corpora *X Epiſcoporum Moguntinenſium* ex *S. Hilarii* quondam eccleſia prope Dalheim ſollemni Cleri & populi proceſſione huc importauit Hildebertus, Archiepiſcopus Moguntinus XII, anno Chriſti DCCCCXXXV, XIV die Martii, & in choro ſumma cum reuerentia collocauit.

Vid. Sigehardus *apud* Papebrochium *in analectis § VI p. 75. Extat alioquin hac de translatione carmen antiquum, verſibus Leoninis ſcriptum, quod* Trithemius *in vita S. Maximi cap. XVIII attulit, & ex eo* Serarius *lib. II cap. XXVI p. 267.*

V Corpus *S. Iuſtini* Presbyteri, quod, cum in oppido Höchſt, ad dextram Mœni ripam, in ſui nominis baſilica adſeruatum, aliquot ſæculis absque debito honore ac reuerentia iacuiſſet, Fratres S. Albani, quibus Ruthardus Archiepiſcopus eccleſiam illam, vna cum omni iure & reditibus donauerat, religione moti, Archipræſulis Moguntini ſcitu atque conſenſu inde ſublatum, pro maiori eius veneratione ac reuerentia ad hanc D. Albani ædem honorifice, cum magna populi deuotione, tranſtulere.

CAPVT VI

De quibusdam harum reliquiarum, poſteris temporibus, fato ſingulari reuelatis.

I Quonam loco *Aureus* & *X reliqui Epiſcopi* reconditi iacerent, in hominum obliuionem venit, donec anno Chriſti MCXXXVII, tempore Adelberti I, *S. Aurei* & *Iuſtinæ* corpora †, copioſo etiamnum ſanguine perfuſa, ac tanta oris venuſtate & membrorum omnium integritate, vt tanto tempore plane nihil iuris communis natura in illos habuiſſe videatur *, reperta ſunt.

† *Immo, non* Aurei *ſolum &* Iuſtinæ, *ſed aliorum etiam. Sigillatim namque ac adnotatis potioribus circumſtantiis* Sigehardus *l. d.* Locus ipſe, vbi beatorum Martyrum corpora

ſacra

sacra fuerant recondita (vt iam dictum est) postea non satis certus est factus : & interueniente obliuionis vitio ac diuturnitate temporis, ab ipsis etiam ecclesiæ Fratribus quodammodo ignorabatur. Latuerunt ergo post hanc a memorando Hildeberto sanctam inhumationem, siue si quis translationem velit dicere, beatissimorum martyrum *Aurei & Iustinæ* pignora, terræ matris gremio occultata, vsque ad tempus Lotharii Imperatoris. Qui Lotharius Dux Princepsque Saxonum, Henrico quinto huius nominis, in Romano successit Imperio, post annos circiter ducentos & duos ; Imperii siquidem huius anno vndecimo, qui fuit incarnationis Dominicæ millesimus centesimus tricesimus septimus, sanctorum patronorum nostrorum sæpius nominatorum corpora, reuelante Domino Deo, manifestata sunt hoc modo. Cum apud Fratres ipsius ecclesiæ, scilicet S. Albani, non esset ambiguum, reliquias sanctorum *Aurei & Iustinæ*, cum suis in ecclesia eadem quiescere ; certo tamen in loco, vbi latérent reconditæ, prorsus ignorabatur ; quidam ergo fidelium, religiosa mente, bonoque ducti spiritu, speciali erga ecclesiam S. Albani deuotione incitati, pauimenta eius, nimia vetustate consumpta & contrita, ad honorem Dei & Sanctorum, obque suorum peccaminum remissionem, propriis decreuerunt sumptibus renouare ; vbi, dum veteris pauimenti sublata esset superficies, inuenti sunt repente sarcophagi, siue loculi, tam qualitate, quam quantitate ab inuicem differentes, multorum ac diuersi temporis Sanctorum corpora seu cineres continentes : quorum quædam pars in terram, vnde erat, videbatur reuersa, quædam admodum incorrupta candorem superabat lilii, futuræ resurrectionis gloriam præmonstrans ; quædam etiam pars eorum, rubicundior ebore antiquo, recenti adhuc madens sanguine, tanquam in ipso fuisset effusus temporis puncto, passionis eorum & fidei indicia apertissima & euidentissima præferebat. Inter hos siquidem loculos Sanctorum *Aurei* Episcopi, & *Iustinæ* Virginis sororis eius corpora, ad sepulturam decem Episcoporum, quos memorabilem Hildebertum Archiepiscopum paulo superius memini ad ecclesiam S. Albani transtulisse, cum gaudio sunt reperta. Quo autem apud Deum præfulgeant sanctitatis merito, testatur (vt dictum est) ad eorum reliquias venerabiles miraculorum gratia exhibita, imo quæ quotidie exhiberi Sanctorum meritis non desinit multitudo gratiarum. Inuentionis autem sanctorum *Aurei & Iustinæ* historiam, nec non & miracula, quæ & ante & post inuentionem eorum Dominus operari non cessat, ad plenum qui scire desiderat, libellum *Gosvvini* monachi ad Adalbertum sanctæ Moguntinæ Sedis Archiepiscopum, a B. Bonifacio vicesimum sextum, super hoc legat editum : ibique reperiet, quo tempore, quo ordine, & cum quibus miraculorum gratiis, beatorum martyrum reliquias, super aurum & topazion pretiosas, reuelauerit ille, qui Sanctos suos digne glorificat.

* *Ita* Breuiarium Moguntinum *ad d. XVI Iunii. Vid.* Serarius *lib. II cap. XVII p.* 252, *& quæ ad verba ista notauit* Papebrochius *in commentar. histor. de* S. Aureo & Iustina § *XIV p.* 46. *Ceterum, extraneis quibusdam dubitantibus, vtrum vere Beatorum* Aurei & Iustinæ *corpora in ecclesia S. Albani quiescerent, ad dubitationem animis istorum eximendam, duo facta esse miracula refert* Sigehardus *cap. XVII, quæ cum apud eum, & ex eo apud* Papebrochium, *in analectis supra iam citatis* § *IX & X p.* 76, *legi possint, nos ea hic præterimus.*

II Anno deinde MCLXXV noua reliquiarum harum * reuelatio facta est.

* *Non omnium, sed illarum modo, quæ in australi repositæ erant latere. Sic namque* Sigehardus *l. d.* Anno denique Dominicæ incarnationis MCLXXV, post inuentionem vero S. Aurei & Iustinæ XXXVIII, imperante Romanorum Imperatore Friderico huius nominis primo, Moguntinæ autem sanctæ sedis cathedram Conrado, Archiepiscopo post Bonifacium XXX, gubernante (*sic itaque* Christianus, *qui tum Sedi præerat*, Sigehardo *haud visus legitimus Præsul*) ille, qui in Sanctis suis est gloriosus & mirabilis Deus, quique arcana mysteriorum reuelat electorum suorum, quæ in australi latere monasterii S. Albani latebant, corpora vna vice dignatus est mirabiliter reuelare.

III Iterumque postea anno MCCLXVII, Wernhero Archiepiscopo pedum Moguntinense tenente. *Sigehardus* l. d. *Itemque secunda vice anno MCCLXVII, vacante tunc Romano Imperio, Moguntinæ autem cathedræ glorioso Wernhero, Archiepiscopo a Præsulatu almi Bonifacii XXXVI præsidente, multiplicatis beneficiis, de eorum, qui remanserant, pignoribus reuelationem dignatus est Dominus iterare.*

IV *Anno post vltimam* (leg. primam) *quam prælibauimus, Sanctorum reuelationem centesimo sexagesimo, qui fuit annus Dominicæ incarnationis millesimus ducentesimus nonagesimus septimus, Bonifacio Papa huius nominis VIII Sedem Apostolicam gubernante, Romani Imperii fascibus Adolfo Rege sublimato, sanctæ vero Moguntinæ ecclesiæ Gerhardo, huius nominis II, Archipræsule a Bonifacio XXXVIII, præsidente, destructa iam fine spe potioris restaurationis propter nimiam sui vetustatem ecclesia S. Albani in ea parte, in qua pretiosæ Sanctorum reliquiæ seruabantur, in loco, qui iam superius assignatus est, cogitauerunt Fratres sanctorum patronorum suorum pignora typo deuotionis de terra leuare, &*

magis decentibus, ſanctitatique eorum magis congruis loculis conſeruanda mandare. Quapropter habito religioſo ſuper tam pio opere conſilio, maioris eccleſiæ Moguntinæ Canonicis ad eorum poſtulationem venientibus cum proceſſione ſollemni, ſepulturæ Sanctorum locum cum ſumma reuerentia & deuotione aperuerunt, & pretioſiſſimos reliquiarum theſauros eorum, prout a venerabili Domino Hildeberto Archiepiſcopo ibi reconditæ fuerant, in modum ſuperius expreſſum per omnia inuenerunt. Quas cum magno timore & gaudio, laudes Deo perſonantes & cantica, veneranter tollentes, honeſtis repoſitis ſcriniis ad principale altare monaſterii S. Albani cum hymnis & laudum carminibus tranſtulerunt. Ita *Sigehardus* l. d. cap. XVIII.

CAPVT VII

De translatione quarundam reliquiarum ab hac S. Albani æde.

I Relictis hic *S. Vincentiæ* & *S. Innocentiæ* corporibus, corpus *S. Seueri* Erfordiam transportauit Otgarius Archiepiſcopus *.

* *Vid. qui pluribus rem enarrat,* Liudolfus, apud Mabillonium *tom. VI actor. Ord. Bened. p. 62*, Sagittarius *antiquit. Ducatus Thuringici lib. III cap. II § V & VI p. 133 & ſeq.*

(*II) *Particulam capitis* D. Albani, *Canonicis ad* D. Albanum *Namurcenſibus, rogatus ab eisdem* Wilhelmus *Abbas S. Albani conceſſit circa annum MLV. Quo fine iuuabit adducere ipſius litteras, quas* Raiſſius *in gazophylacio Belgico protulit, & ex eo* Papebrochius *commentar. hiſtoric. de* S. Albano § *XXVI p. 92.*

(*) *WILHELMVS*, Dei gracia Abbas *S. Albani* in Moguncia, totusque eiusdem loci Conuentus, dilectis in Chriſto Fratribus Canonicis *S. Albani* de Namurco ſalutem, cum ſincere & fraterne dilectionis perpetuitate. Cum peruenisſent ad nos Viri Venerabiles, Decanus & alii veſtri Canonici, & per eos intellexiſſemus, eccleſiam veſtram in honorem glorioſi martyris *Albani*, patroni noſtri, ſpecialiter eſſe fundatam; ipſis, de reliquiis dicti martyris cum humilitate petentibus, peticioni eorum iuſtiſſime animo libenti duximus annuere; & inter ceteras reliquias, vt eccleſia veſtra eo ſolenniori habeatur in veneracione, eterne fraternitatis ducti dulcedine, de precioſiſſimi martyris capite partem ad vos per viros predictos transmiſimus, & fraternam ſinceritatem, corpore & animo, perpetua conſeruandam ſtabilitate, ordinauimus. Vnde fraternitatem veſtram, pro ſalute animarum veſtrarum, modis omnibus monemus, & rogamus, quatenus reliquias, quas ad vos transmittimus, cum timore Dei & reuerencia hominum, & fraternitatem inter nos in Domino ordinatam ſine intermiſſione ſeruetis.

(*III) *Anno MCCXCVII Fratres* S. Albani *petitionibus Canonicorum præfatorum* (Metropolitanorum ſcilicet) *quas ipſa eorum deuotio parturire videbatur, humiliter annuentes, partem ſollennem ſanctarum reliquiarum, brachium videlicet ſacratiſſimæ virginis & martyris* Iuſtinæ, *eis pro ſpeciali præmio, donatiuum nobile & munus excellens, in ſignum vnionis fraternæ ac pignus amicitiæ mutuæ cum hilari animo donarunt. Quod quidem in cathedrali eccleſia Moguntina ad S. Martinum de Domo delatum in multo honore & veneratione ſeruatur.* Ita *Sigehardus* l. d.

(*IV) *Partem corporis* S. Albani, *& partem brachii* S. Aurei, *nec non capitis* S. Iuſtinæ, *conſenſu Archiepiſcopi* Gerlaci, *Abbas* Hermannus *circa annum MCCCLIV dedit Carolo IV Imperatori, aliaque plura* *; *qui lipſana hæc ſacra Pragam tranſtulit, ibidemque in æde D. Vito ſacra religioſiſſimis recondidit cæremoniis: vti e martyrologio eccleſiæ Pragenſis & Phoſphoro eccleſiæ metropolitanæ ad S. Vitum* Thomæ Iohannis Peſſina *obſeruauit* Papebrochius *in analectis commentar. de* S. Aureo & Iuſtina *ſubiunctis* § *XVII p. 78, quem velim conſulas.*

* *Ita ſane* Carolus *ipſe in Enumeratione SS. reliquiarum, quas regno Bohemiæ intulit, & eccleſiæ Pragenſi donauit*; Poſtremo in ciuitate Moguntinenſi per venerabilem loci Archiepiſcopum & Abbatem monaſterii S. Albani, in ipſo monaſterio obtinuimus reliquias infra ſcriptas; primo, de menſa cœnæ Domini; de faſcia, qua Chriſtus inuolutus legitur (*in*) Euangelica veritate; de ſudario Chriſti, & magnam partem capitis *S. Vincentii* Martyris & Leuitæ; quas reliquias Magnus Imperator *Carolus*, ob amorem Imperatricis *Vaſtradæ*, ſecundæ ſuæ conſortis, in eodem monaſterio ſepultæ, noſcitur eidem monaſterio

nasterio erogasse. Item magnam partem corporis *B. Albani*, magnam partem capitis *B. Iustinæ*, V. & M. & partem brachii *B. Aurei* Martyris, primi Præsulis seu Pontificis Moguntini. *Vid* Balbinus *Miscellan. decad. I lib. VI parte I n.* 42 *p.* 61.

CAPVT VIII

De catena *illa* magna, *quæ olim ante ædem hanc pependit.*

I Supra iam dictum est, hunc *S. Albani* locum quondam supplicii locum fuisse, vbi Christiani magno numero, tanquam iniqui & scelerati, pro nomine Christi martyrio affecti sunt.

II Huius vero rei indicium a doctissimis & senioribus habetur *catena* illa *ferrea*, quæ ante destructionem in templi huius foribus pependit. Ea quippe pii illi homines, dum ad supplicium rapiebantur, vincti dicuntur, colligatique.

Conf. Latomus *apud* Serarium *lib. II cap. VIII p.* 239.

III Habet autem articulos LXIII, summam manus longitudinem exæquantes: a principio vero annulum rotundum maiorem.

Vid. qui paullo fusius eam describit, auctor libelli de Sanctis Moguntinis *germanici, qui reuerendus ecclesiæ Mumbacensis Parochus est*, Ioannes Benedictus Schultheis, *Reuerendissimi Abbatis hodierni Seligenstadensis*, PETRI, *frater, parte II p.* 52.

CAPVT IX

De celebri apud S. Albanum *schola; virisque quibusdam* in eadem *celebrioribus; nec non* eiusdem *bibliotheca.*

§ I

De Schola.

QVemadmodum quondam in monasteriis consuetudo celeberrima fuit, vt scholæ monachorum in singulis pæne cœnobiis haberentur; quibus non sæculares homines, sed monachi moribus & eruditione præficiebantur nominatissimi: sic hæc ipsa consuetudo quoque in hoc loco fuit recepta; vbi viri sancti ac docti monachorum institutores facti, plurimos post se doctissimos discipulos reliquerunt, litteris sacris simul ac sæcularibus abunde instructos, in mathematica, astronomia, arithmetica, geometria, musica, rhetorica, poesi, historia, & in ceteris omnibus scientiis maxime eruditos, qui religionem Christianam apud rudes illustrarunt, ac aduersus gentilium ac hæreticorum proteruiam defenderunt *. Quorum quosdam, qui hominum memoriæ scriptis suis commendati sunt, hoc loco recensendos duximus.

* *De hac ad* S. Albanum *schola Moguntinensi peculiari etiam capite egit* Ioannes Launoius, *Constantiensis, Theologus Parisiensis*, de scholis celebrioribus *&c. quod in ordine XX est, p.* 74 *& seq. editionis Fabriciana.*

§ II

De monachis loci huius *celebrioribus.*

1 PROBVS Presbyter, huius cœnobii monachus, vir sanctus & doctissimus fuit; cuius conuersatio ac studium Moguntinam ecclesiam mirifice illustrauit; de quo,

Quam prudens, humilis, patiens, castusque fuisset,
Littera vel lingua nulla referre potest.

Obiit, miraculis clarus, anno Christi DCCCLX, Indictione VIII *.

* Annales Pithœani, *quos auctor hic secutus est, ad an. DCCCLIX p. m.* 34. *Ceterum confer* Trithemium *chron. Hirsaug. ad annum DCCCLX p.* 27, Mabillonium *l. d. & quos præterea citauimus in dissertatione* de Doctis Moguntinis.

(*2) *ALTWINVS; quem familiariter cum Probo vixisse, atque adeo cœnobii huius monachum fuisse, colligas ex litteris* Lupi, *Abbatis Ferrarienſis, XX scilicet & XXXIV, p. opp.* 42 *&* 72. *Quin scholis loci huius præfuisse, non inepte ex iisdem* Lupi *litteris, quibus ei ad dubia quædam grammaticalia respondet, coniicias. Coniecit certe* Mabillonius *actor. Ord. Benedict. tom. VI* de Probo, § *III p.* 60. *Fuldensem alioqui putat* Baluzius *annotat. ad dictam epistol. XXXIV p.* 383.

3) RVPERTVS, huius loci monachus, nec non ſcholæ monachorum in hoc loco publice præſidens; vir ætatis ſuæ Theologorum nobiliſſimus, græco ac latino eloquio inſtructus, rhetor inſignis, poeta grauis & ingenioſus, muſicus abſolutiſſimus.

D. Albani vitam heroico verſu doctiſſimis voluminibus complexus eſt. *Homilias* quoque & *Sermones* elegantiſſimos ad populum habitos conſcripſit.

Obiit anno Saluatoris DCCCCXI, in ſuo monaſterio ſepultus *.

* *Vid.* Trithemius *chron. Hirſaug. ad an. DCCCXCIV p.* 46, *& ex eo tum* Serarius *lib. I cap. XL p.* 171, *tum* Launoius *l. d. p.* 74: *quibus adde diſſertationem noſtram* de Doctis Moguntinis.

4) ADELBERO, monachus cœnobii S. Aurelii Hirſaugienſis, Scholaſticus factus eſt cœnobii huius ad S. Albanum anno DCCCCX, vbi tunc viguit magna multitudo monachorum, quos cum glorioſe in omni ſcientia tam diuinarum, quam ſæcularium inſtrueret, magnam eruditionis famam apud omnes homines acquiſiuit; qui tandem poſt paucos annos per Archiepiſcopum Moguntinum *Herigerum* Abbas S. Ferrutii in Bleidenſtatt factus eſt. Erat enim vir dignus honore, non ſolum propter incomparabilis ſcientiæ doctrinam, qua præ ceteris multis viguit, ſed etiam ob prudentiam & omnimodam vitæ ſanctitatem †.

† *Conf.* Trithemius *chron. Hirſaug. ad an. DCCCCX p.* 56 *& ſeq.*

(*5) *IOANNES, ſedulus Adalberonis auditor, eo ad monaſterii Bleidenſadenſis regimen traducto, ſcholæ ad D. Albanum magiſter factus eſt.*

Scripſit plura. De quibus e Trithemio *in Hirſaugienſi ad an. DCCCCXXV p.*66, *egimus in diſſertatione* de Doctis Moguntinis.

6) LIBATIVS, huius quoque monaſterii profeſſus, fuit vir moribus & conuerſatione ſanctiſſimus. Claruit anno Chriſti DCCCCLXXXIII. Hunc Benedictus Papa VI propter incomparabilem ſcientiam ſcripturarum & zelum fidei Chriſtianæ in Epiſcopum ordinauit, & ad prædicandum euangelium gentibus in Ruſſiam miſit, vbi verbo & exemplo innumerabilem Chriſto populum acquiſiuit *.

* *Enimuero* Libatius *ſiue, vt* Rhegino *vocat,* Libutius *an. DCCCCLX Ruſſis Epiſcopus datus, prius quam ad eos iret, anno ſequenti vita defunctus eſt. Diſerte, quem diximus,* Rhegino *p. m.* 80; Anno DCCCCLX Rex natale Domini Francofurti celebrauit, vbi *Libutius* ex cœnobitis S. Albani a venerabili Adaldago genti Rugorum Epiſcopus ordinatur. Sed is quibusdam dilationibus ab itinere ſuſpenſus, XV Kal. Mart. an. DCCCCLXI obiit. Cui *Adelbertus* ex cœnobitis S. Maximini, conſilio Wilhelmi Archiepiſcopi, peregre mittendus, ordinatione ſucceſſit. *Sequitur autem auctor Helvvichius* Trithemium *in chronico Hirſaugienſi ad annum DCCCCLIX & DCCCCLXXXIII, qui his locis grauiter errat.*

7) THEODERICVS, monachus huius loci, inſigni ſpectataque virtute præditus, vir in ſcripturis diuinis & ſæcularibus multum eruditus, Philoſophus inſignis, Hiſtoricus grauis, Theologus celeberrimus, multarumque litterarum ac rerum peritiſſimus.

Moguntinorum Pontificum ſucceſſiones accurate & copioſe deſcriptas, & ſingulorum rebus geſtis atque temporum annotatione diligenti inſignitas collegit.

Rurſus *Cantica Canticorum*, *Euangelium* quoque *Ioannis* doctiſſimis Commentariis illuſtrauit.

Claruit anno poſt Chriſtum natum DCCCCLXXXV †.

† *Vid.* Trithemius *in catalogo virorum illuſtrium in German. p.*135, *& chron. Hirſaug. ad an. DCCCCLXXXV p.* 127. *Scholaſtici etiam in hoc aſceterio obiit partes.* Trithemius *in catalogo l. d. Præter ea, quorum auctor hic mentionem facit, ſcripſit & alia; de quibus e dicto* Trithemii *catalogo recenſum dedimus in diſſertatione* de Doctis Moguntinis.

8) BERNHELMVS, huius pariter monaſterii monachus, laudatur, vir ſcientia litterarum ac vitæ merito præclarus; factus primus Abbas monaſterii Spanheimenſis anno MCXXIV; conſecratus Moguntiæ VIII Kal. Iul. ab Adelberto I, Moguntino Archiepiſcopo.

Vid. Trithemius *chron. Sponheim. ad an. MCXXIV, & ex eo* Launoius *l. d.*

9) GOSWINVS. Vir in diuinis ſcripturis longo ſtudio exercitatus, & ſatis eruditus, nec non in diuerſis ſæcularibus ſcientiis egregie doctus.

Hic

Hic *vitam & passionem* gloriosissimi martyris ac patroni sui *S. Albani* pulcre conscripsit, eamque Sigifrido Moguntinensi Archiepiscopo, nec non Bardoni Abbati suo dedicauit. Claruit an. Christi MLXX *.

* *Enimuero*, Gosvvinum *hunc non* S. Albani *monachum, sed Fratrem fuisse* in monasterio Episcopali, *verisimilius est. Vide, quæ dixi in dissertatione* de Doctis Moguntinis.

(*10) *GOSWINVS alter. Vixit temporibus Adelberti I, scripsitque, iussu Wernheri Abbatis ad S. Albanum*, de miraculis S. Aurei *librum. Vide, quæ attuli in dicta modo dissertatione.*

(*11) *Post, cum deessent monachi, qui vel nollent, vel non possent scholam S. Albani regere, fuit, qui ante religionis ingressum, Professoris in hoc monasterio personam sustineret. Hoc enim traditur in Hirsaugiensi chronico ad an. MCLXXIV*; Cui (*Craftoni*) Adelgerus monachus & custos monasterii mei (*Sponheimensis*) succedens præfuit annis sex, mense vno, ac diebus tantum tribus, qui ante religionis ingressum multo tempore scholæ publicæ apud Moguntiacum præfuit, & multos insignes discipulos post se reliquit. *Ita* Launoius *l. d. p. 76.*

(*12) *SIGHARDVS. Aetatem suam ipse satis clare indicat: quippe in epistola se profitetur procedere* ex libris chronicis Godefridi Viterbiensis, *ac* Martini, nouelli temporum scriptoris, secundum rationem & suppositionem eorum verissimam. *Dein inuentionem sanctorum Episcoporum quartam anno MCCXCVI factam narrat*, vt suo factam tempore. *vt adeo sæculo XIII vertente floruerit.*

Scripsit S. Aurei & S. Iustinæ *historiam. Vide, quæ attuli in dissertatione* de Doctis Moguntinis.

(*13) *ARNOLDVS. Claruit temporibus Ludouici IV Imperatoris. Vir sua ætate magnæ opinionis atque doctrinæ*, qui scriptis & moribus quasi rosa inter spinas deformatam conuersationem monachorum redarguit. *Ita* Trithemius *chron. Hirsaug. ad an. MCCCXVII p.* 143, *& nos ex eo in dicta dissertatione, vbi simul eius recensuimus scripta.*

Fuerunt & multi alii viri doctissimi ex hoc monachorum cœtu, qui vita ac scriptis hanc nostram patriam præclare illustrarunt: quorum memoria iniuria temporum intercidit: nomina vero eorum in cælis, vt pie credimus, & precamur, scripta.

§ III

De eiusdem *Bibliotheca.*

Habuit hoc cœnobium, præter cetera decora & ornamenta, insignem & incomparabilem bibliothecam, olim a viris doctis, tum iis, quos supra memorauimus, tum aliis sui similibus, & græce & latine operose conscriptam & collectam: quæ per bella, variosque casus penitus intercidit.

Adde his, quæ Wicelius *in suis exercitamentis de hac ad* S. Albanum *bibliotheca memoria prodidit, ex eoque* Serarius *lib. I rer. Moguntiacar. cap. XXXV § II p.* 149 *suo*, de Bibliothecis Moguntinis, *recensui inseruit.*

CAPVT X

De Conciliis & Synodis olim in hoc S. Albani *cœnobio habitis.*

§ I Anno Domini DCCCXIII temporibus Richolfi Archiepiscopi & Caroli M. Imperatoris hoc in loco V Id. Iun. anno ipsius consecratæ basilicæ octauo, synodus in eo habita fuit post triduanum cum litaniis ieiunium: vbi de litaniis, de quatuor temporibus, de clericorum castitate, aliisque rebus perutilibus tractatum fuit.

Vid. pluribus Lyserus *histor. concilior. Mogunt. § III p. 5, &* Schmidius *dissertat. de Concil. Moguntin. n. I.*

§ II Anno DCCCXLVII tempore Archiepiscopi Rabani & Ludouici, Germaniæ Regis, in hoc ipso loco concilium fuit celebratum, in quo, præter alias res ecclesiasticas studiose constitutas, mulier quædam nomine *Theoda*, de partibus Alemanniæ, pseudoprophetissa, quæ vaticiniis suis multos seduxerat,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ab Episcopis examinata, fraudisque conuicta, synodali iudicio publicis cæsa flagellis fuit. *Serarius* lib. I cap. XXXIII p. 128 & seq. *.

* *Ex* annalibus Pithoeanis *ad h. a. p. m. 27. prater quem etiam conferre iuuabit* Lyserum *l. d.* § *VII p. 7 sq. &* Schmidium *l. d. n. III.*

§ III Anno MLXXXV synodus magna Episcoporum & Abbatum in hoc monasterio iussu Henrici Regis contra Papam Gregorium VII celebrata fuit: cui ipse Rex cum Legatis Antipapæ Clementis personaliter interfuit, & omnes contra Gregorium in obedientiam ipsius Clementis iurare potentialiter compulit.

Huic synodo præsedit Wezilo Moguntinus Archiepiscopus, qui Gregorium Papam depositum pronuntiauit *.

* Dodechinus *ad h. a.* Trithemius *similiter in chron. Hirsaug. p. 263; quibus adde* Lyserum *l. d.* § *XXIV p. 28 & seq.* Schmidium *l. d. n. XX.*

Fuerunt procul dubio plures alii Episcoporum & Abbatum conuentus in eo celebrati; qui quoniam apud scriptores non notantur, etiam hoc loco describi aut enumerari minime potuerunt.

CAPVT XI

De aliis in hoc loco *gestis.*

(*I) *Herialdus e Nordmanniæ partibus cum vxore veniens, Danorumque non parua manu, Moguntiaci apud* S. Albanum *cum suis omnibus sacri baptismatis vnda est perfusus, plurimisque muneribus ab Imperatore donatus. Ita auctor vitæ* Ludouici *apud* Serarium, *lib. IV in* Otgario, *p.* 621.

§ II Anno DCCCLXXIV Ludouicus Rex Germaniæ filium Caroli fratris sui, Carolomannum, olim Diaconum, nunc depositum, & excæcatum, quia per apostasiam ab ecclesiastica religione recesserat, & tanquam alter Iulianus gratiam sibi per manuum impositionem datam contemserat, Luitberto Archiepiscopo Magunt. pascendum in hoc monasterio commendauit, eique Abternacum S. Willibrordi ad præsentis vitæ subsidium concessit †.

Epternach

† Rhegino *ad annum DCCCLXX p. m. 52, cuius verbis auctor hic vsus.*

(*§ III) *Anno MCXVI Thietmarus Verdensis Episcopus ab Archiepiscopo Colonienſi Friderico ordinatus est in monasterio* S. Albani. Mabillo *annal. Benedict. lib. LXXII* § *CXVII p.* 616 *tom. V.*

§ IV Anno MCXXI *, Indictione XIV, VII Kal. April. *Volmarus*, monasterii Hirsaugiensis Abbas, Ord. Benedictin. Moguntiæ in hoc cœnobio ab Adelberto I, Archiepiscopo Moguntino, munus consecrationis in multorum Abbatum & Clericorum conspectu solenniter accepit.

* Trithemius *in chron. Hirsaug. recognito refert id ad annum MCXX, & p.* 371 anno, *inquit*, Dominicæ natiuitatis præscripto MCXX, Indictione Rom. XIII, die vero mensis Martii XXIV —— *Volmarus* in Abbatem huius monasterii electus est —— Ordinatus postea fuit Moguntiæ in monasterio S. Martyris Albani, pridie Nonar. Aprilis, per ministerium Adelberti Archiepiscopi Moguntini.

§ V Anno MCXXIV Bernhelmus, primus Sponheimensis Abbas, ab eodem Reuerendissimo Archiepiscopo Adalberto consecratus est VIII Kalend. Iul. quæ fuit natiuitas Ioannis Baptistæ, in præsentia quatuor Abbatum, videlicet S. Albani huius, S. Iacobi Mogunt. S. Disibodi, & S. Ferrutii Bleidenstadiensis, ac multorum præclarorum & nobilium virorum.

(*§ VI) Adelgerus, *patria Moguntinus, monachus Spanheimensis, a Fratribus in locum Craftonis sublectus an. MCLXXV Moguntiæ in æde D. Albani ordinatus fuit.* Trithemius *chron. Hirsaug. ad h. a. p.* 465.

(*§ VII) *Anno MCLXXXII, cum Fridericus I Imperator esset Moguntiæ, festo Pentecostes, coronam gestans capite, vna cum agmine ad religionem composito, venerabundus supplicatum iuit ad ædem hanc D. Albani: id quod* miscella *nostra ἀνέκδοτα his narrant verbis:* Anno Domini MCLXXXII Fridericus I regnat. In die Pentecostes coronatus apud Maguntiam processionem fecit in monasterium S. Albani.

§ VIII Ab antiquo quoque obseruatum fuit, vt quilibet Archiepiscopus Moguntinus pallium a Sede Apostolica sibi missum hoc in monasterio, magnatibus

tibus secum exeuntibus, indueret; quæ consuetudo per Ordinis transmutationem desiit.

§ IX Laudabili etiam more singulis olim annis Prælati & totus Clerus Moguntinus diebus *Cinerum*, *Palmarum*, *Parasceues*, *Paschæ*, *Rogationum*, & *S. Albani* in processionibus cantando, aliaque diuina peragendo, cineresque & palmas benedicendo, monasterium hoc visitarunt: qui mos vsque ad status mutationem obseruabatur *.

* Serarius *tamen lib. I cap. XXXI p.* 111; Solebat ante idem incendium (*Brandenburgicum*) quotannis e metropolitana ecclesia esse processio cum alias, tum vero ipso Parasceues die; ibidemque sacra crucis adoratio fieri, vt habent rituales MS. libri.

CAPVT XII

De iis, qui olim in celebri hoc loco sepulti fuere.

Sect. I

(*§I) *Venerabilis hic locus in tanta celebritate cœpit haberi, vt non tantum eiusdem regiæ vrbis Pontifices, verum etiam regni primores, cum defungerentur, non alibi se poscerent sepeliri. Siquidem in argumentum fidei, intra & circa ecclesiam quoquo versum extant mausolea, singulorum nomen & obitum titulis designantia.* Ita *Sigehardus*, scriptor vitæ Albani.

§ II In primis, præter X huc translatos Episcopos, incliti huius monasterii exstructor Archiepiscopus RICVLFVS anno DCCCXIV * vita defunctus, hic sepulturæ inuenit locum. Elogium ei scriptum habet *Serarius* lib. IV p. 616, apud quem legas.

* *Immo, anno DCCCXIII.*

§ III HAISTVLFVS Archiepiscopus, mortuus anno Domini DCCCXXVI *; cuius epitaphium cum idem iam adduxerit *Serarius* l. d. p. 619, non opus est, vt huc referamus.

* *Quin anno iam DCCCXXV.*

§ IV Item OTGARIVS, qui obiit anno DCCCXLVII, XI Kal. Maii, in sacello huius ecclesiæ, quod D. Bonifacio sacrum est, tumulatus. Ἐπιγραφὴν sepulcro additam habet *Serarius* l. d. p. 623.

§ V Item B. RABANVS, qui excessit anno DCCCLVI, IV Februar. Halam Saxonicam post translatus. Cuius epitaphium idem iam dedit *Serarius* l. d. p. 650.

§ VI Item CAROLVS Archiepiscopus, mortuus an. DCCCLXIII, non sine elogio sepulcrali, quod vitæ illius intexuit, quem sæpius iam diximus, *Serarius* l. d. p. 654.

§ VII Item LINDEBERTVS Archiepiscopus, vita defunctus anno DCCCLXXXIX.

§ VIII Item SVNDEROLDVS Archiepiscopus, anno DCCCXCI a Normannis in proelio occisus. Cuius λόγον ἐπιτάφιον vide apud *Serarium*, qui eum habet l. d. p. 668.

§ IX HILDEBERTVS Archiepiscopus anno DCCCCXXXVIII morte sublatus *.

* *Immo, anno iam DCCCCXXXVII.* *De cetero* Serarius *l. d. p.* 680; De sepultura in Albano, quod asserit *Bruschius*, vero tantum esse simile ait MS.

§ X Item FRIDERICVS Archiepiscopus, anno DCCCCLIV rebus humanis ereptus, adscriptoque celebratus elogio, quod tibi dabit *Serarius* l. d. p. 568.

§ XI Item GVILHELMVS Archiepiscopus, qui anno DCCCCLXVIII debitum naturæ reddidit, & posteris non secus ac decessores peculiari commendatus est epitaphio, quod legere est apud *Serarium* l. d. p. 689.

§ XII Item HATTO II Archiepiscopus, quem a muribus deuoratum fabulantur *.

* Hattonem *II in ade hac* D. Albano *sacra sepultum dicunt* MS. Minor, *qui* Serario *ad manus fuit* (*quem vide in eo lib. IV cap. II p.* 695) & MS. *qui* FF. Eremitis *Conuentus Mogunt. est, f.* 29 *b.*) *Quorum vterque addit, positum ei fuisse elogium, quod tamen, litteris vetustate detritis, totum haud amplius legi possit. Quæ legi adhuc poterant,* Serarius *l. d. p.* 695 *suis inseruit.*

Sect. II

Sect. II.

§ I Præter hos, quos memorauimus, & alii genere, dignitatibusque quam maxime illuſtres hic loci tumulati fuere.

§ II In his FASTRADANA, Caroli M. vxor tertia, filia Comitis Rotenburgenſis, vltimi ſuæ ſtirpis, ſeu, ſecundum quosdam, Rudolfi, Franciæ Orientalis Comitis, filia: quæ Francofurti tempore ſynodi ibidem habitæ obiit anno DCCLXXIV, IV Id. Aug. & Moguntiam deuecta, hic terræ illata eſt *.

* Annales Fuldenſes *ad an. DCCLXXIV p. m.* 15, Poeta anonymus *de geſtis Caroli M. lib. III ad h. a. v.* 217, *vt* Albericum *in chron. p.* 124, Albertum Stadenſem *p. m.* 194, *aliosque taceam.* Sigehardus *in vita S. Albani*: Sed & potentiſſimus ille Carolus M. & orthodoxus Imperator, cum *Faſtrada* coniux eius apud Franckinvvort diem obiiſſet, tam nobile funus ad monaſterium S. Albani præcepit deferri, & in aquilonari veſtibulo ante altare Apoſtolorum terræ fecit mandari. Argumento eſt titulus monumenti eius, in eiusdem veſtibuli pariete intra fornicem deſcriptus: pro cuius animæ remedio quædam S. Martyri contulit prædia, vnde hodieque Fratribus miniſtratur diæta.

Sepulta autem fuit, vti Sigehardus *iam dixit, in aquilonari veſtibulo, vna cum titulo ſepulcrali, candido marmori inſculpto, quem e monumentis veteribus ad* S. Albanum *protulit* Brovverus *annalium Treuirenſ. lib. VII* § *CCXXXIII p.* 386, *vti a nobis iam annotatum ad* Serarium, *lib. I cap. XXXI p.* 73. *Quod enim idem* Serarius *l. d. aliique vulgo afferunt epitaphium ei ſcriptum, atati, qua Faſtradana terra hic illata fuit, ſponte ſe ſubtrahere, & priori olim ex clade quapiam vel conflagratione adis ſubiectum fuiſſe* Brovverus *monuit l. d. Id alioqui poſt deuaſtationem Brandenburgicam ex hac D. Albani ade a* Philippo *de* Trohe, *Cantore maioris, & illius Canonico ſeniore, in metropolitanam translatum eſt, vbi etiamnum ad introitum periſtylii a ſiniſtris muro inſertum legitur.*

Ceterum Faſtradam Rudolfi Comitis *filiam conſtanter dicunt veteres*; Anonymus, *quem modo dixi*, Poeta *libro II ad annum DCCLXXIII v.* 124, *p. m.* 12, Albertus Stadenſis *ad an. eundem p. m.* 191, Chronographus Saxo *ad eundem an. p.* 124, *aliique plures.*

§ III In hoc itidem templo ſepultus fuit LVIDOLFVS, filius Othonis I Imperatoris, Wilhelmi, Archiepiſcopi Moguntini, frater: qui obiit in Italia an. DCCCCLVII *.

* Rhegino *ad h. a.* Ludolfus, Wilhelmi noſtri frater, in Italia obiit. Cuius corpus inde translatum a venerabili Archiepiſcopo Wilhelmo Maguntiæ apud S. Albanum ſepultum eſt. *Similiter* Lambertus Schafnaburgenſis *ad h. a.* Luitolfus in Italia eſt mortuus, & inde ad Magontiam portatus eſt, & ad S. Albanum ſepultus.

Ceterum poſterorum memoriæ Luidolfum *his commendatum dicunt verſibus*;

Siſte viator iter, per me tu γνῶθι σεαυτὸν,
Nam quod es, hoc fueram, quod ſumque ego, ſic eris ipſe;
Non mihi Ludolfo totus ſuffecerat orbis,
Nunc ſpecus hoc cineri ſufficit. Hocque ſat eſt.

MS. *qui* FF. Eremitis *Conuentus Moguntini eſt f.* 34 *a*)

§ IV Item LIVTGARDA, præfati Imperatoris *Othonis I* filia, vxor *Conradi* Sapientis, quæ obiit circa annum M *.

* Ditmarus Merſeburgenſis *lib. II p. m.* 339; Cum vitam hanc finiret (*Lutgardis*) in eccleſia Chriſti martyris Albani in Maguntia flebiliter eſt ſepulta: cuius fuſum argenteum in eius memoriam ibidem eſt ſuſpenſum.

Obiit autem non circa an. M, vt auctor Helvvichius *vult, ſed anno iam DCCCCLIII, ſecundum* Continuatorem Rheginonis, *quem* Mabillonius *ſequitur actor. Ord. Benedict. p.* 60; *vel DCCCC LIV, vti apud auctorem* chronici Quedlinburgenſis *legere eſt p.* 279.

Ceterum de Liutgarda *hac conſuli poſſunt* Roſvvitha *p. m.* 719 Witichindus Corbeienſis *lib. II p. m.* 649 *&* 650, Lambertus Schafnaburgenſis *ad annum DCCCCXLIX*, auctor, *quem modo diximus*, chronici Quedlinburgenſis *ad eundem an. Anonymus* de geſtis Imperator. ab Henrico Aucupe ad Henricum V *p.* 708, Bodo *ſyntagmat. de eccleſ. Gandersheimenſi p.* 711.

§ V Item LVDOVICVS, Thuringiæ Landgrauius, dictus *Barbatus*, primum aulæ Cæſareæ apud Giſelam, Conradi Salici vxorem, propinquam ſuam, Magiſter & Conſiliarius: deinde nomine Moguntini Archiepiſcopi Vicedominus Thuringiæ: tandem an. MXXXIX beneficio Cæſaris Comes Thuringiæ creatus. Obiit Moguntiæ in Comitiis quorundam Principum an. MLIV, hic ad S. Albanum ſepultus.

Ludouicum *hunc, vulgo* Barbatum *dictum, Moguntiæ ſupremum obiiſſe diem, & in ade* D. Albani *terræ mandatum, memorat de* Landgrauiis ſcriptor, *quem* Piſtorius *edidit cap.*

cap. XII; Et anno Domini MLV, cum habitasset in Thuringia XXX annis, veniens Moguntiam ad vnam conuocationem Principum & Comitum, mortuus est, & sepultus apud S. Albanum extra muros. Idem prodit auctor annalium Germanicorum, *cuius verba* Tenzelius *in supplemento II ad histor. Gothanam § CXCIX p. 423 & seq. excerpsit:* Vnd do die Herren von danne rethin, vnd Graffe *Lodevvig* in die Stad zu Mentz quam, do vvart her krang, vnd die ertzte mochten on von siner Krangheit nicht geledigen, sundern riethen ome, daz her siner sele seligkeit vzrichte, so her best mochte. Also bichte her, vnd gevvan grosse ruvve vmme sine sunde, vnd emphing die heiligen Sacrament mit gar grosser ynnigkeit, vnd satzte sin selgereth, vnd kos sine bekrafft zu sante Alban, vff den Berg von Mentz, vnd starb, vnd vvard aldo begraben mit grossin erin, in kegnvvertigkeit des Bischoffs zu Mentz, vnd selir Bischoffe, Forstin vnd Graffin, vnd Herrin, die in gastvvise nuch do vvarin.

Obiit autem, non anno MLIV, vt auctor vult, sed anno sequenti MLV, teste scriptore de Landgrauiis, *quem sequitur* Paullini *annal. Isenacens. § XV p. 12; vel potius an. MLVI, ceu praeunte dictorum* annalium Germanicorum *scriptore l. d. ostendit* Tenzelius *p* 424.

Auctor anonymus *libri, cui titulus:* Nachricht von der Stadt Erfurt, *cap. X § II p. 79 affert epitaphium hoc, quod ei in hac D. Albani ade positum aliquando fuerit:*

Conrad der andre Kayser vnd Bischof *Bardo*
Macht mich zum *Voigt in Thuringen*, do
Ich *Schoneburg* gebauet, darnach *Videmont*,
Darauf ich auch zum letzten gevvohnt.
Ins Reichs dienst vnd geschäfft ich starb,
Darum ich hier das grab ervvarb.

Ceterum Ludouicum *huncce genere Franco-Gallum fuisse*, Ludouici Vltramarini *nepotem*, & Caroli Aurelianensis *filium*, *docte eruit auctor personatus obseruationis V, quae fasciculo XXII ephemeridum litterariarum*, Bibliothecae nouae *titulo Halis prodeuntium*, Petrus de Geruasio, *siue, qui sub hac nominis larua latere videtur*, N. H. Gundlingius, *p. 146 & seq.*

Moguntini vero Archiepiscopi nomine primum Vicedominum Thuringiae, *& tandem a Caesare* Thuringiae Comitem *creatum fuisse, idem explosit* Tenzelius *l. d. § CXCV p. 412, & Bibliotheca curiosa tomo I p. 1070. Adde* Sagittarium *de antiquo statu Thuringiae, p. 54,* Paullini *annal. Isenacens. § VIII & seq. p. 5 & seq. quibuscum tamen, quem modo laudaui*, Tenzelius *non per omnia sentit*; Reinhardum *item in antiquitatibus Marchionat. Thuring. § XVI p. 31 & seq.*

(*§ VI) *EKKEHARDVS, S. Galli Praepositus, Moguntiae mortuus & apud S. Albanum sepultus. Id nos docet eius epitaphium, cuius hic titulus in codice S. Galli:* Epitaphium Ekkehardi Monachi, Presbyteri, Praepositi, Moguntiaci ad S. Albanum sepulti. *In illo rudi epitaphio nihil notatu dignum, praeter diem eius obitus, hoc distichо expressum:*

In Maii decimis Galli Symmysta Kalendis
Ekkear in requiem tendit, obitque diem.

Mabillo *lib. XIII annal. Benedictin. § CV p. 46 tomi V.*

CAPVT XIII

De quibusdam ecclesiae huius ac monasterii deuastationibus, eiusque instauratione.

§ I Anno Domini DCCCLVIII in Kalend. Ianuar. terrae motus magnus factus est per ciuitates & regiones diuersas: maximus tamen apud Moguntiam, vbi maceriae antiquae scissae sunt; & ecclesia S. Albani martyris ita concussa est, vt murus de fastigio cadens, oratorium S. Michaelis ad occidentem basilicae bicameratum cum tecto & laquearibus ruina sua confringens terrae coaequaret*. Quam postea Carolus Archiepiscopus redintegrauit †.

* *Ita* Annales Pithoeani *siue* Fuldenses, *ad h. a. p. m. 31; quippe quorum verbis auctor hic vsus est.*

† *Vid.* Serarius *lib. IV rerum Moguntiac. in* Carolo *Archiepiscopo, p. 654.*

§ II Anno MCCCXXX *, cum magna inter Clerum & ciues Moguntinos dissensio esset, propter libertatem ecclesiasticam; illis, iura & libertates suas defendentibus; istis, ex aduerso infringere & violare omnia volentibus; quadam die, quae S. Laurentio sacra erat, ciues, Cleri odio prouocati, Moguntiam egressi in manu valida & multitudine magna, monasterium *S. Albani*, & ecclesiam *S. Victoris* Canonicorum saecularium, vna cum castro *Weissenavv* pro magna parte destruxerunt; monasterium autem *S. Iacobi*, quia ciuitati proximum erat, cum insigni ecclesia funditus euerterunt †.

* *Factum id, non anno MCCCXXX, sed anno, qui praecessit, MCCCXXIX. Patet id ex litteris Archiepiscopi* Henrici III *ad Iudices Sedis Moguntinae an. MCCCXXX, XI Kalend.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

XI Kalend. Iun. datis: e quibus nonnulla, lucis maioris gratia, huc transscribere placet: Quia propter incendium & effractionem *S. Albani*, & incastellationem *S. Iacobi* monasteriorum, ac ruinam turrium & aliquorum murorum ecclesiæ *S. Victoris* extra muros Moguntinos, ac spolium apud prædictum *S. Albani* monasterium, & contra quasdam personas ecclesiasticas, vt dicitur, perpetratum, nec non detentionem quarundam personarum ecclesiasticarum non sine iniectione manuum violenta, secundum assertionem quorundam, contra auctores prædictorum pœnæ comprehensæ in statutis prouincialis Concilii Maguntini vendicant sibi locum, quæ tamen contra temerarios auctores talium excessuum a nostris prædecessoribus fore edita dinoscuntur, nos, quia hi, quibus & quorum monasteriis & ecclesiis per perpetratores, si forent culpabiles, esset satisfactio impendenda &c.

† *Quantum ex litteris* Henrici, *Archiepiscopi Colonienſis, quas ſtatim dabo, colligere licet, ciues primum haud intenderant, monaſterium hoc* D. Albani *igne deuaſtare, ſed id, ſecuritatis ſuæ cauſſa, tantum denudare turribus. Enimuero, dum vni earum ignem ſuppoſuerant, factum, cum decideret, vt, vento vehementius ſufflante, cœnobium ipſum corriperet; quod dein, cum monachi ipſos ſagittis impeterent, ira furoreque correpti, & ſpoliarunt & exuſſerunt.*

Monaſterium vero D. Iacobi *tum non penitus deſtruxerunt, ſed circumductis tantum operibus quaſi in caſtelli modum, muniuerunt; id quod non modo ex dictis* Henrici III *litteris, ſed* Henrici *etiam* Colonienſis, *ſtatim adferendis, patet.*

Pro qua temeritate postea ad Cameram Imperatoris citati sunt, maximamque ad pecuniarum summam monasteriis soluendam condemnati. De quo vide *annales nostros Moguntinenses*, quos aliquando, dante DEO, conscribere intendimus.

Sane tam noxis illi, deteſtationibusque eccleſiaſticis fuere inuoluti, quam Cæſaris ſententia publice proſcripti. Illud diſcas ex ſequentibus Henrici *Archiepiſcopi Colonienſis litteris:*

(*) HEINRICVS D. G. sancte Colonienſis ecclesie Archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius; Executor ad infrascripta vna cum Reuerendo in Christo Patre, Domino Argentinensis ecclesie Episcopo, cum clausula, quatenus nos aut alteruter nostrum —— a Sanctissimo in Christo Patre & Domino, Domino *Iohanne*, digna Dei prouidencia Papa XXII, specialiter deputatus, vniuersis Christi fidelibus, ad quos presentes litere peruenerint, salutem in Domino, & infrascriptorum cognoscere veritatem.

Noueritis, quod prudentes Viri, Camerarius, Scultetus, Iudices, Consules, ceterique ciues & incole ciuitatis Maguntine, periculis ciuitatis & ciuium predictorum, nec non ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum ac monasteriorum, & bonorum existencium in eadem, his diebus preteritis precauere volentes, & attendentes, quod nonnulle persone ecclesiastice, fauentes Domino *Baldevvino* Archiepiscopo Treuerensi, ad occupacionem Archiepiscopatus Maguntini temere intendenti, ac inobedientes Venerabili in Christo Patri, Domino *Heinrico*, Archiepiscopo Maguntino, fouebant & fouere poterant super occupacione predicta* eundem D. Archiepiscopum Treuerensem, & adherebant eidem; & quidam ex dictis adherentibus, videlicet *S. Albani* & *S. Iacobi* monasteriorum Abbates & Conuentus, Ordin. *S. Benedicti*, nec non Decanus & Capitulum ecclesie *S. Victoris*, extra, & prope muros Moguntinos situatorum; in quibus, monasterio *S. Albani*, & ecclesia *S. Victoris*, erant quatuor turres alte & fortes, ex quibus, si peruenissent ad manus hostiles, poterat dicta ciuitas grauiter impugnari; &, si monasterium *S. Iacobi* predictum, quod est super fossatum dicte ciuitatis in vno monte situatum, ad manus dictorum hostium peruenisset, dicta ciuitas omnino remansisset obsessa; deliberauerunt super premissis, pocius ante tempus occurrere, quam post causam vulneratam inutilia remedia postulare; tres ex predictis turribus propter predicta vitanda pericula diruerunt, seu dirui fecerunt; & dum vna ex turribus dicti monasterii *S. Albani* funditus cederetur circa radicem eius, lignis suppositis, vt est moris, positoque igne in lignis predictis, casualiter, subito flante vento, sic creuit incendium, quod preter turrim, que vna cum quadam capella sibi incumbente corruit, dictum monasterium sit per idem incendium conflagratum, & nichilominus, quia quidam monachi dicti monasterii *S. Albani*, seu complices eorundem, incensores dicte turris, seu alios ciues, qui venerunt ad videndum dicte turris ruinam, sagittas de balistis emittere, temere presumpserunt, & aliquos vulnerarunt, quorum vnus ex tali sagittacione extitit interremptus; populus dicte ciuitatis exinde commoti, domos & cameras eiusdem monasterii incenderunt, non absque iniectione manuum in personas dicti monasterii temere violenta, absque tamen mutilacione vel vulneracione ipsorum, libris, paramentis, & bonis omnibus mobilibus dicti monasterii exinde in illo furore populi asportatis.

Prefati eciam ciues diruerunt non solum murorum ambitum, qui circuibat omnes domos & ecclesiam *S. Victoris* prefatam, totamque aream ipsius, sed & muros alios singulares, vallantes curias Canonicorum ecclesie memorate. Mandauerunt eciam Abbati & monachis dicti monasterii *S. Iacobi*, tunc ibidem morantibus, vt dimitterent monasterium memoratum, custodiendum per ciues eosdem; quibus, Abbate & monachis, recedentibus, ad mandatum huiusmodi eorum, de monasterio prelibato, dicti ciues in dicto monasterio inexpugnabile castrum seu fortellicium construxerunt; hoc in eorum intencione

* *f. per*

cione gerentes, propter ingruencia aduersariorum predictorum pericula euitanda dictum castrum seu fortellicium durante huiusmodi malicia temporis semper tenere bonis custodibus communitum; nec permittere, morari ibidem dictos monachos durante malicia supradicta, ac eciam morantibus dictis monachis in eodem habere dictum fortellicium pro eiusdem ciuitatis tutela, bonis & fidelibus armigeris communitum; predicta omnia & singula facientes ad illum duntaxat finem, ne per Abbates predictos, inductis hostibus & receptis in monasteriis & ecclesia prelibatis, impugnaretur ciuitas memorata.

Quare prefati Camerarius, Scultetus, Iudices Consules, ciues & incole, prefato Domino nostro Pape humiliter supplicauerunt, vt tam eos, qui premissa non ex leui voluntate, sed vrgente necessitate fecissent, quam eciam adiutores & sequaces eorum, ab omni excommunicacionis sentencia, nec non eosdem, eorundemque heredes & successores, a quibusuis aliis penis, in tales a sanctis canonibus, vel constitucionibus prouincialibus, vel sinodalibus, eciamsi confirmate forent per Sedem Apostolicam, generaliter vel specialiter promulgatis, absoluere dignaretur.

Verum quia D. N. Papa nobis in suis predictis commisit literis Apostolicis & mandauit, quatenus, si per informacionem simplicem & de plano, reperiremus ita esse, eosdem Camerarium, Scultetum, Iudices, Consules, ciues, & incolas, ac adiutores & sequaces eorum, ab excommunicacionis sentencia, & tam ipsos omnes & singulos, quam heredes & successores eorum a penis predictis, eciam si aliqui, ex dictis ciuibus, seu eorum adiutoribus vel sequacibus, medio tempore nature debitum persoluissent, dummodo constaret, eos ante obitum manifesta penitencie indicia protulisse, nos auctoritate D. N. Pape, iuxta formam ecclesie absolueremus eosdem; iniungentes eis, & dictorum defunctorum heredibus, vel aliis, ad quos bona peruenerunt ipsorum, super his, que de iure fuerint iniungenda, ita quod propter premissa vel aliquod premissorum, dicti Camerarius, Scultetus, Iudices, Consules atque ciues, ac adiutores & fautores eorum, ipsorumque heredes & successores, nullo vnquam tempore in iudicio vel extra inquietari valeant, vel quomodolibet molestari; prout hec & alia in literis Apostolicis nobis super eo directis vidimus plenius contineri.

Nos itaque, forma dictarum literarum Apostolicarum diligencius obseruata, probacionem & fidem super veritate predictorum recepimus; & quia ipsa inuenimus vera esse; nos prefatos, Camerarium, Scultetum, Iudices, Consules, ciues & incolas, ac adiutores & sequaces eorum, ac eciam illos, qui medio tempore nature debitum persoluerunt, quos constat ante eorum obitum manifesta penitencie indicia protulisse, Apostolica auctoritate nobis commissa, ab excommunicacionis sentencia, & a quibuslibet penis aliis & sentenciis, in tales a sacris canonibus, vel constitucionibus prouincialibus, vel sinodalibus, eciamsi sint per Sedem Apostolicam confirmate, generaliter vel specialiter promulgatis, absoluimus in nomine Domini in his scriptis; ita quod propter premissa vel aliquod premissorum, dicti Camerarius, Scultetus, Iudices & Consules, ciues & incole, ac adiutores & fautores eorum, ipsorumque heredes & successores, nullo vnquam tempore in iudicio vel extra iudicium inquietari valeant vel quomodolibet molestari.

Volumus tamen, sicut in predictis Apostolicis literis est decretum, quod illi, qui predicta bona de dicto monasterio rapuerunt, vel ab aliis rapta receperunt, vel ad eos quomodolibet peruenerunt, ad restitutionem eorum dicto monasterio faciendam, si extant, alioquin ad prestandum estimacionem eorum, dicto monasterio infra trium mensium spacium post predictarum literarum Apostolicarum publicacionem, quam cum publicacione presencium fieri volumus, teneantur.

Et quia *Giselbertus* de *Eczil*, monachus dicti monasterii *S. Albani*, pro Abbate eiusdem monasterii se gerens, ceterique officiati & monachi ipsius monasterii *S. Albani*, per predictum D. N. Papam, ac eius auctoritate per nos, & eciam per D. Heinricum Archiepiscopum Moguntinum predictum, propter eorum manifestam inobedienciam & rebellionem, ac incorrigibilitatem, maioris excommunicacionis vinculo & aliis penis sunt publice innodati, propter quod ipsis sic ligatis non competit restitucio predictorum, precipimus & mandamus, quatenus presente Venerabili viro *Reinhardo* de *Westerburg*, Canonico Moguntino, Commissario D. Archiepiscopi Maguntini, ipsoque ad hoc assumpto, vel alio vices eiusdem D. Archiepiscopi tunc gerente, ablata predicta, apud Honorabiles viros, Decanum & Capitulum ecclesie *S. Marie ad gradus* Magunt. sub competenti testimonio deponantur; & per eos apud dictam *S. Marie* ecclesiam sub bona custodia reseruentur, quousque de illis, quod fieri iustum fuerit, decernamus; alioquin ad eos, qui restitucionem predictam non fecerint, vt prefertur, predicte absolucionis beneficium volumus non extendi; potestate iniungendi ipsis & eorum heredibus super premissis, que de iure iniungenda fuerint, nobis imposterum reseruata.

Damus quoque auctoritate predicta, qua fungimur, vobis, Honorabilibus viris, *S. Marie in campis* extra muros, *S. Iohannis*, & *S. Gingolffi* Decanis, ac *S. Petri* & *S. Marie ad gradus* Scolasticis, nec non dictarum *S. Petri*, *S. Marie in campis*, & *S. Iohannis* Cantoribus ecclesiarum Moguntinarum, & vestrum cuilibet, presentibus in mandatis, quatenus presentes nostras, & Apostolicas literas supradictas in ecclesia Maguntina, ac alibi, vbi opportunum fuerit, quando & quociens requisiti fueritis, publicetis. Datum *Gudensberg* anno Domini MCCCXXXI, septimo die Septembris.

Bonna an. MCCCXXXI, die Veneris post vincu-lorum D. Petri memoriam datis; qua ita habent:

Wir

Banno, vt vocant, Imperii innodatos fuisse, cognoscas ex litteris Ludouici IV *Imperat. Ra-*

(*) Wir LVDEWIG von Gottes gnade Romiſcher Keyſer —— veriehen offentlichen —— daſs vvir die Erbern —— *Salman* den Camerer, *Emecken* den Schultheiſen, *Niclaſen*, *Scherpelin*, *Volckmar* vnd *Willeckinen*, Richtere zu Menze, den Rait, vnd gemeinlichen alle Burger zu Menze, die vvir vmbe den vbergriffe, den ſie begangen hatten an dem Cloſter zu *S. Alban* —— gelaiſſen haben vſs vnſer vnd des Richs achte, da vvir ſie in getan hatten vmbe den vorbenanten vbergriffe —— Regenſpurg vff Fritag nach Vincula Petri MCCCXXXI.

Et in aliis anno ſequenti Straubinga, die D. Osvvaldo ſacra datis : quas quidem proferre iuuabit.

(*) Wir LVDEWIG von Gottes gnade Romiſcher Kayſer, zu allen zyten Merer des Richs, veriehen vnd dun kunt allen den, die dieſſen brieffe anſehent oder horent leſen, daz vvir vns mit den Erbergen Wiſen luten, dem Raid vnd den Burgern gemeinliche zu Menze, vnſern lieben getruvven, vmbe den krieg vnd ſtois, den ſie mit vns, vnd dem Ervvurdigen Furſten *Baldevvyn* Erze-Biſchoiff zu Triere vnd Vervveſer des Stiffts zu Menze, daſelbiſt vnd allen iren helffern gehabt haben, darumbe daz ſie yen ire Cloſtere vnd Houe zerbrochen vnd zerſtort habent, darumbe vvir auch dieſelben Burger zu achte getan vnd gekundet hatten, gar vnd genzliche verichtet haben: Vnd darumbe haben vvir ſie gelaiſſen, alle gemeinliche vnd iglichin beſonderlich, ir lute vnd ir gut, vvidder vſs derſelben achte vnd vrteil, da vvir ſie mit dem recht in getan hatten, von vnſerme Kaiſerlichen gevvalt, vnd ſezen ſie aller ire eren vnd fryheit vvidder in ganzes vveſen, alſo daz yen die achte vnd vrteil, die vvir gein yen getan hatten, an irme libe vnd an irme gude kheine ſchade ſin ſoll; vnd vver es, daz ſich yemant irs guts von achte vvegin vndervvunden hette, daz ſol yen khein ſchade ſin, vnd ſol yen ledecliche vvidder vverden; vnd ſezen ſie in alle gut, daruſs ſie geſtoſſen ſint, mit dieſſem brieffe.

Darumb vvollen vvir, vnd gebietten allen vnſern vnd des Richs getruvven Furſten, Graffen, Fryen, Rittern, Knechten, Edeln vnd Vnedlen, vvie die genant ſint, daz ſie mit den vorbenanten Burgern zu Meinze fur bas von der echte vvegin nichts zu ſchaffen haben, vnd yen kheinen ſchaden, vvedder an ire libe oder an ir gut, tun, als liep yen vnſer vnd des Richs hulde ſin.

Auch vvollen vvir, daz man ir keinen furbas vſs ire ſtaid nit laden ſol vm deheinerley clage vvegin, dievvil ſie gehorſam ſint recht zu tun in ir ſtaid vnd nach ire ſterde gevvonheit, nach der brieffe ſage, die ſie vor daruber haben.

Vnd daruber zu vrkunden geben vvir yen dieſſen brieffe verſiegelt mit vnſerme Kaiſerlichin ingeſiegel. Der geben iſt *vor Strubingen in dem beſeſſe*, an ſant *Osvvaldes* tag, do man zalte von Chriſtus geburte *Druizehen hundert iar*, darnach in dem *zvvey vnd druſſigſten iare*; in dem achtzehenden iare vnſers Richs, vnd in dem funfften des Keiſerthums.

Monaſteria vero temporis progreſſu reædificata quidem ſunt; veruntamen ad priſtinum decorem non venerunt *.

* *Vid.* Trithemius *chron. Hirſaugienſ. ad an. MCCCXXVIII p.* 169.

SECTIO II

De monaſterii huius ad D. Albanum *Abbatibus.*

ADmirari ſatis non poſſum, *Ioannem Trithemium*, Benedictini Ordinis Profeſſum, ac Sponheimenſis monaſterii Abbatem vigilantiſſimum, virum in ſcripturis diuinis ſtudioſiſſimum ac eruditiſſimum, in ſæcularibus præterea ſcientiis, iisque variis, exercitatiſſimum, in primis vero antiquitatis perſcrutatorem ſagaciſſimum: *Bruſchium* item illum *Caſparem*, monaſteriorum Germaniæ deſcriptorem diligentiſſimum, hiſtoriam ac gubernatores celeberrimi olim huius *ad D. Albanum* monaſterii omnino neglexiſſe; quin nec alium quendam Moguntinum hiſtoriographum res eiusdem vel recenſuiſſe, vel ſaltim attigiſſe: cum tamen locus hic non tantum a quampluribus vetuſta nobilique proſapia viris, verum etiam ab ipſis Romanis Imperatoribus, Regibus ac Principibus, itemque Archipræſulibus Moguntinis a primis ſui incunabulis in magno habitus fuerit honore, multisque tum donationibus, tum priuilegiis exornatus.

Forſan autem id ipſum illis, quod mihi ſæpius, multisque aliis in hoc ſtudiorum genere occupatis accidit, vt videlicet occaſio, materia, ac litterarum copia ſubtracta iis fuerit ac denegata, e quibus notitia illius hauriri potuiſſet: qua ſi potiti fuiſſent, procul dubio id ipſum, quod ego nunc aggreſſus ſum, multo accuratius præſtitiſſent, doctiusque.

Ea certe apud plurimos eſt inuidia, vt potius id genus litteras ac antiqua monaſteriorum & eccleſiarum documenta, quæ ad talia congerenda hiſtoriarum ſtudioſis inſeruire poſſent, in abſconditis locis putrefieri, pulueribus ac ſordibus abſu-

abſumi, ac a muribus & tineis corrodi patiantur, non ſine ingenti hiſtoriæ tum eccleſiaſticæ tum litterariæ damno atque detrimento, quam vt talium amantibus perluſtranda, perlegenda, ac in vſus conuertenda concedant.

Interim, cum ſors mihi tabulas monaſterii antiquiores obieciſſet, præſentem Abbatum indicem ac catalogum ſine mora, quamuis non ſine multo labore, ſtudioque concinnare animum induxi, ratus, ſatius eſſe, quæ poſſem, conferre in medium, quam priorum inſiſtere veſtigiis, ac rem omnem habere derelictui.

Plures illorum deficere vel ipſe iam innui. Dedi tamen operam, vt, quos licebat, eruerem, ordineque iuſto conſignarem. Vbi tamen non poſſum, quin ſtatim moneam, duos mihi occurriſſe, quorum ætatem mihi indagare haud licuit. Sunt ii,

Abbas FOLCKERVS,

de quo ſequens inueni epitaphium:

Hic, lector, ſtando proprium cognoſcito caſum,
Dictus eram FOLCKER, corpore dum vigui.
Abbas cœnobii indignus prouiſor & huius,
Nunc puluis terræ & ſum cinis exiguæ.
Compatiens ergo mortali dic, rogo, carni,
Huic veniam dona perpetuam, Domine!

Abbas ECKBERTVS,

de quo in litteris quibusdam an. MCXXX mentio fit, tanquam iam pridem defuncti. Sed nunc ad rem.

WILHARDVS.

Floruit anno Domini DCCCXCVI, ſynodoque Triburiæ, non longe a Moguntia habitæ, interfuit, vt videre eſt apud *Trithemium* in chronico Hirſaugienſi *.

* *ad h. a. p.* 49 *edit. Sangallenſ.*

Poſt *Wilhardum* rurſus deſiderantur aliqui. Sub Othone I autem ſubit

WILHELMVS,

Imperatoris dicti ex *Editha*, Angliæ Regina *, filius, Ludolfi & Othonis II, poſtmodum Imperatoris, frater; Friderico Archiepiſcopo anno DCCCCLIV in pontificatu Moguntino ſurrogatus.

Hunc enim cum Archiepiſcopatu & hoc D. Albani rexiſſe cœnobium, patet ex ſequentibus Othonis I tabulis:

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. OTTO *Dei gracia Rex. Nouerint omnes fideles noſtri, preſentes ſcilicet & futuri, qualiter nos pro remedio anime dilecti filii noſtri* Luidulffi, *per peticionem dilecte & venerabilis matrone,* Ide, *vidue filii noſtri prenominati, quasdam res noſtre proprietatis, tale videlicet predium, quale nos in villa, que dicitur* Naſina, *in pago* Loginahe, *in Comitatu* Eburhardi *ſitum, cum omnibus, que habuimus ad ſupradictum locum iure pertinencia, eccleſia, edificiis, mancipiis, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſiluis, vineis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, queſitis & inquirendis, viis & inuiis, exitibus & reditibus, ad eccleſiam ſancti* Albani, *que eſt foris murum Moguncie conſtructa, cui Vir Venerabilis* Wilhelmus *preeſſe Archiepiſcopus eiusdem ciuitatis dicitur, in perpetuum proprium donauimus. Et vt hec noſtre auctoritatis tradicio per ſuccedencium curricula temporum firma ſtabilisque permaneat, iuſſimus hoc preſens conſcribi preceptum, annulique noſtri impreſſione corroborari, manuque propria ſubtus firmauimus.*

Signum Domini Ottonis *ſereniſſimi Regis,* Luidulffus *Cancellarius.*

Data anno Dominice incarnacionis DCCCCLVIII, Indictione I. Anno XXIII, regni piiſſimi Regis Ottonis. *Actum in Moguncia ciuitate II Nonas Aprilis. In Dei nomine felicter, amen.*

Quo autem anno Wilhelmus monaſterii huius regimen adierit, & vtrum ad mortem vsque illud retinuerit, haud liquet.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

* Wilhelmus *Othonis I quidem filius fuit, verum non ex* Editha Angla, *sed femina quadam* Slauica, *nobili tamen, vt pluribus ostensum ad* Serarium, *in vita* Wilhelmi § *I.*

Si præfuit monasterio huic, ei non ad vitæ finem vsque præfuit. Memoratur enim (vt statim patebit) iam circa annum DCCCCLXV Adelhardus.

(*) ADELHARDVS.

Monasterii huius gubernacula tenuit circa annum DCCCCLXV. Sic namque Trithemius *in chronico Hirsaugiensi ad h. a. p. m.* 109; His etiam temporibus, mortuo *Adelhardo*, Abbate monasterii *S. Albani* prope Moguntiam, *Wernherus*, huius cœnobii Hirsaugiensis monachus, mandante *Wilhelmo*, Archiepiscopo Moguntino, in Abbatia successit.

WERNHERVS.

Monachus primum S. Aurelii Hirsaugiensis, vir doctissimus, cuius præceptor fuerat Meginradus, monachus, ac eiusdem cœnobii Scholasticus. Vixit & cœnobio huic iura dedit circiter an. DCCCCLXXIV *.

* *Immo, iam ante*; *vt e* Trithemii *verbis modo allatis patescit. Ceterum*, eiusdem Trithemii *testimonio, fuit* vir magnarum virtutum, & prudentiæ singularis, qui pro doctrina & vitæ merito in magno apud Moguntinos pretio fuit.

GERBERTVS.

Occurrit in tabulis anno MXVI confectis. Interfuit concilio Seligenstadensi, quod anno MXXIII Aribo, Archiepiscopus Moguntinus, celebrauit *. Tum etiam conuentui, quem Conradus Saliquus, Imperator, anno sequenti, ob exortam inter Aribonem Moguntinum, & Gothardum Hildesiensem, de iure super Gandersheimense monasterium, controuersiam, Francofurti congregauit †.

* Trithemius *in chronico Hirsaugiensi ad ad h. a. p. m.* 164.

† Wolfherrus *in vita* Godehardi *cap. IV p. m.* 493.

(*) WILHELMVS.

Qui Canonicis D. Albani *Namurcensibus particulam capitis* D. Albani *concessit. Monasterio circa annum MLV præfuit, si coniecturæ locus. Ansam vero ita coniectandi præbet* Arnoldus Raissius, *dum loco supra dicto operæ* Alberti, *Comitis Namurcensis, &* Friderici, *Archidiaconi Leodiensis (qui postea Pontifex factus*, Stephanus IX *appellatus est) imputat, quod istas* Wilhelmus *reliquias* D. Albani *Canonicis transmiserit. Et* Albertus *quidem anno MLV templum* D. Albani *Namurci perfecit.*

BARDO.

Bardonis, Archiepiscopi Moguntini fratruelis *; cui sanctitate non dissimilis fuit. Claruit circa annum MLXXII.

* *Id est*, fratris filius, *vt diserte in vita* Bardonis, *quam tomo priori* Serarianis *subiunximus, legere est. Cum patruus anno MLI viuis excederet, monachus fuit Fuldensis cœnobii, vt satis clare l. d. innuitur.* Iisdem (*ita ibi est*) verbis ad æquiuocum suum *Bardonem* iuniorem, *filium fratris sui*, monachum prænominati loci misit. *Locus autem, qui ante nominatur, Fuldense D. Bonifacii cœnobium est. E Fuldensi asceterio postea Moguntiam ad* D. Albani *translatum, necesse est. Abbatem enim illius circa an. MLXXII egit, vt ex* Gosvvino, *vita D. Albani scriptore, patet. Sic enim is in prologo ad* Sifridum *Archiepiscopum*: iussu venerabilis *Bardonis*, Abbatis eiusdem loci, (*Bardonis* nostri magni — tam propinquus genere — erat) *& in prologo ad eundem* Bardonem; Theoretico euangelicæ crucis baiulo, Domino *Bardoni* Abbati, idem Frater Gosvvinus *&c.*

ARNOLDVS.

Vixit anno MLXXXIII; quo anno quidam, *Ruzelinus* nomine, cum coniuge sua *Willa*, prædium suum quinque hubarum, quod in Bergkhausen possidebat, cum quinque mancipiis, totaque eorum substantia ecclesiæ S. Albani tradidit, vt sequentes testantur litteræ:

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Notum esse cupio cunctis Catholice ecclesie filiis, tam futuris, quam presentibus, qualiter ego Ruocelin *& coniunx mea* Willa, *predium nostrum, scilicet ad quinque huobas, quod in* Bercgozeshusun

huſun *communiter poſſidemus, ad eccleſiam ſancti* Albani *martyris extra ambitum vrbis Mogoncie ſitam, cum quinque mancipiis,* Hicecha, Egilmanno *eiusque coniuge* Focca, *cum duobus liberis, totaque noſtra ſubſtancia iam acquiſita & poſt acquirenda, inſtinctu Senioris mei* Arnoldi, *eiusdem eccleſie Prouiſoris, pari conſenſu ſine alicuius contradictionis ambiguitate delegauimus. & pro huius donacionis recompenſacione quinque huobas, quas prius pro villicacionis adminiſtracione habebam, cum predicto prediolo, aſtantibus Fratribus, multisque aliis ab eodem Abbate in beneficium recepimus, eo pacto, vt vſque ad obitum vtrorumque noſtrum absque retractacione prefatis rebus libere vteremur, non tamen quaſi prodige conſumendo, ſed pocius, ſi fieri poſſit, eas augendo.*

Ego autem in conſorcium fraternitatis ibidem Domino ſeruiencium, licet indignus, hoc modo ſuſceptus ſum, vt quociens illuc veniam, diarium ſicut vnus ex illis accipiam, & ſi, Domino inſtigante, vnquam animo meo inſederit, quatenus ea, que de foris ſunt, derelinquam, quietemque monaſterii eligam, victum & veſtitum, locumque ſepulture ibi me habiturum ſciam, poſt obitum vero meum & coniugis mee, predicta eccleſia res ſuas recipiat, quas nos poſſidemus non noſtras, ſed ad vite neceſſaria nobis conceſſas.

Sed vt hec inconulſa atque rata permaneant, & ab heredum noſtrorum violencia & inuaſione perſiſtere valeant, predicti martyris ſigillo rogauimus hanc cartulam inſigniri, & nomina teſtium ſubſcribi, tam Liberorum, quam Miniſterialium, qui ſunt:

Gebene, *Vrbis Præfectus.* Luodevvicus, *prefate eccleſie Aduocatus.*

Miniſteriales Abbatis

Gerune, Godefrit, *fratres,* & Appo *de* Geisbodesheim;
& alii multi teſtes idonei.

Acta ſunt hec anno incarnacionis Domini MLXXXIII, Indictione VI, Imperante Nobiliſſimo Heinrico III, *Imperatore, huius autem nominis IIII, ac preſidente* Sigefrido, *Moguntine eccleſie Archiepiſcopo & Apoſtolice Sedis Legato.*

✝ SCS. ALBANVS MARTIR XPI.

* *Ex his vero patet, errare* chronicon Wirzburgenſe, *dum p. m.* 1009 *illum anno MLXXII obiiſſe his memorat verbis:* Arnoldus S. Albani Abbas obiit, pro quo Godeſcalcus conſtituitur.

GODESCHALCVS.

Arnoldo in abbatia ſucceſſit anno .... *Anno MLXXXV*, inquit *Dodechinus* p. m. 457; Godeſchalcus *Abbas* S. Albani *deponitur* *. Cur magiſtratu ſubmotus fuerit, indagare non potui.

* *Idem dicit* chronicon Wirzburgenſe *ad h. a. Errat tamen, dum anno iam MLXXIV* Arnoldo *ſurrogatum tradit.*

ADELMANNVS.

* Citatur teſtis in litteris fundationis monaſterii Chomburgenſis, quas anno MXC *Ruthardus* dedit, Archiepiſcopus Moguntinus; quarum datum hic non occurrit †. Mentionem illius facit *Cruſius* annal. Sueuicor. parte II lib. VIII cap. II, vbi ſingulos teſtes ordine commemorat.

* *Fit Abbas an. MLXXXV. Sic enim &* Dodechinus *l. d. &* chronicon Wirzburgenſe *l. d.* Godeſcalcus *Abbas deponitur, cui* Adelmannus *ſucceſſit.*

† *Vide* Codicem Diplomaticum, *in quo eas dedi.*

Dum monaſterio præfuit, bona illius haud parum aucta ſunt. Anno namque MXC *Ruthardus* Archiepiſcopus eccleſiam *S. Iuſtini* in oppido Hoechſt, cum adiunctis prædiis, decimis, ac omni iure ei donauit. Teſtes ſunt hæ litteræ:

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. Notum eſſe cupientes omnibus in Chriſto fidelibus, quomodo Baſilica ſancti Iuſtini, *que eſt in* * Hoſteden, *in ius & poteſtatem ſancti* Albani *tranſierit, paucis id notari fecimus, ne malicia aut cuiusquam ignorancia, non commodato legalium ſcripturarum vinculo poſtmodum diſſoluat, quod racionis ac legis induſtria factum & ſanccitum eſſe conſtat.*

* Höchſt

Ego

Ego igitur RVTHARDVS, *ſancte Moguntine Sedis Dei gracia Archiepiſcopus, videns, eandem Baſilicam Dei ſeruicio aptam, ſed vetuſtate & negligencia, ſartis ac perſtillantibus tectis iam pene collapſam eſſe, atque venerabile corpus* S. Iuſtini *Confeſſoris Chriſti, quod in ea requieſcit, condignum ſue veneracioni obſequium non habere, petente* Adalmanno *Abbate* S. Albani, *cum conſilio & conſenſu Abbatum noſtrorum, Prepoſitorum, Militum, qui tunc ex euentu plurimi adfuerunt, tradidi Deo & ſancto* Albano *eandem eccleſiam, cum appendentibus ſibi prediolis & decimacionibus, & cum omni iure, aquis, paſcuis, exitibus & reditibus per manum Aduocati* Wolfframmi *de* * Strumburc, *eo videlicet pacto, vt ſupradictus Abbas deſtructa eius edificia per ſe repararet, atque conuerſacionem monachorum ſecundum copiam bonorum innibi inſtitueret. Sed cum pre anguſtia loci officine huius generis religioni non poſſent ibi conuenienter fieri, curtim meam & edificia mea, que eidem monaſteriolo appendebant, in eadem donacione addidi; inſuper tres manſos in* Ciloluesheim *de mea ſalica terra pro ſalute anime mee ſuper altare* S. Iuſtini *in vſus Fratrum deuotus obtuli, atque aliquot hortos iuxta* Hoſteden *in campo contra fluuium, qui* Nita *vocatur, ad nutrienda olera, eisdem Fratribus indulſi.*

* Stromberg

Conceſſimus eciam familie ad predictum locum pertinenti in perpetuum, poſtquam inſtituta eſt monachorum religio, vt nullum Aduocatum habeat, niſi me & ſucceſſores meos, vt ad nullius Aduocati placitum conueniat, nulla aduocacionis iura perſoluat; cum obierit vir ſiue mulier, optimum pecus vel veſtimentum, quod reliquerit, ad altare S. Iuſtini *in vſum Abbatis & Fratrum ibi Deo ſeruiencium deferatur, & vt nullus Chorepiſcopus aliquam poteſtatem habeat vel exerceat, niſi ab Abbate fuerit vocatus, tunc quinque ſolidi in eius ſumptus dentur; Archipreſbiter vero ſemel in anno ſinodum ibi propter corrigendas animas celebrans, ſolidum vnum ad expenſas prandii ſui accipiat. Sed & hoc notum eſſe cupimus, quod predictus Abbas Prepoſitum* Widelonem *mercede conduxerat, cuius eccleſia tunc temporis erat, ſcilicet decem talentis ſingulis annis, quousque viueret; ideo ſtatuimus hoc, vt ſi forte aliquando ſubſtancie inopia, vel alicuius ſucceſſoris mei nequicia euenerit, quod abſit, vt ſeruicium Dei ibi defecerit, eccleſia & omne, quod Fratrum labore aut pecunia eſt acquiſitum, aut donacione alicuius ad altare traditum, totum in vſu Abbatis & Fratrum* S. Albani *permaneat.*

Porro vt iſta tradicio rata fore debeat, & contra eam nullus venire iuſte audeat, auctoritatis mee ſigillum huic cartule impono, & omnem inimicam perſonam banni mei interminacione ferio, & ab inſectacione huius donacionis procul repello.

Facta eſt autem hec legitima tradicio ſine omni contradictione anno Dominice incarnacionis MXC, Indictione XIII, Romanum Imperium Heinrico IIII *Imperatore regente. Regnante ſuper omnia Domino noſtro Ieſu Chriſto, in cuius manu nos ſumus, & a quo habemus, ſi quid boni facimus vel facere volumus.*

Hi ſunt teſtes:

Godeboldus, *Prepoſitus in maiore Monaſterio.*
Anshelmus, *Prepoſitus ſancti* Stephani.
Widelo, *Prepoſitus ſancte* Marie *in* Campo.
Stromberg Bertholfus, *Comes de* Strumburc, *& filius eius* Bertholfus.
Werinherus, *Comes de* Nekerovva. Neckerau
Heinricus, *& frater eius* Meginfridus *de* Velisberc. Felzberg
Ezzo *de* Steinheim.
Wuluerich, *& frater eius* Steuan.
Embricho, *& filii eius*, Hartvvin & Embricho; *& alii quamplures.*

Anno MXCII quidam, nomine *Noth*, aliquot manſos diuerſis in locis eidem tradidit ac in perpetuum addixit; vt tabulæ ſequentes docent:

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. Notum ſit omnibus in Chriſto fidelibus, qualiter ego Noth, *ſeruiens ſancti* Albani, *accepi vxorem de familia ſancte* Marie *Auguſte Ciuitatis, nomine* Crimhilt, *natique ſunt michi ex ea tres filie & vnus filius. Dolens igitur, ne exhereditarentur predio meo, tradidi Deo & ſancto* Albano, *& Fratribus inibi Deo ſeruientibus, ſcilicet manſum vnum in* Germeze, *manſum vnum in* Dieteſſe, *manſum vnum in* Nezebach, *manſos duos in* Larheim *& in* inferiori Neſene, *& duo molendina, ea condicione, vt liberi mei in hereditatem ab Abbate ſuſcipiantur, & ad anniuerſarium diem meum perpetualiter ipſi & poſteri illorum XXX denarios, & XXX denarios ad anniuerſarium diem vxoris mee ſoluant; Interpoſui eciam,*

vt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt pro hoc bono nullum placitum adeant, nihil ad ſtipendium Aduocati inferant, & poſteri illorum, qui ſibi hereditatis iure in hoc predio ſuccedunt, ſimili lege ſint liberi, & ab omni ſeruicio Aduocati. Si autem ſupradictum cenſum ſuperſederint, tunc incidant in iudicium familie Abbatis, ſcilicet que eſt in curte Neſene, *ſecundum leges illorum, & pro negligencia ſua ſatisfacere cogantur.*

Hoc autem totum factum eſt anno Dominice incarnacionis MXCII, Indictione XV; Heinrico IIII *Imperatore Romanorum Imperium regente,* Ruthardo *Archiepiſcopo Moguntine Sedi preſidente.*

Huius rei teſtes ſunt:

Hertvvic *nepos meus, & filius eius* Albhart, *& omnis familia* Neſene.

Anno ſequenti *Mathildus*, Comitiſſa *de* Arnsburg, filia *Eberhardi*, Comitis *de* Bilſtein, prædium ſuum in villa *Vdenhauſen*, ſita in Wetterauia iuxta Nordecken, vna cum bonis ad id pertinentibus, pro anima patruelis ſui Chriſtiani; item bona quædam in vico *Norderualla*; item alios octo manſos monaſterio in perpetuum donauit. Res perſcripta his litteris:

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Licet parua & exigua ſint, que pro immenſis peccatis noſtris offerimus, tamen pius Dominus noſter Iheſus Chriſtus non quantitatem muneris, ſed donacionem animi reſpicit offerentis. Ideo ego Mathilt *de* Arnesburc, *filia Comitis* Eberhardi *de* Bileſtein, *tradidi Deo & ſancto* Albano *libera manu & ſine omni contradictione predium meum in pago, qui dicitur* Wedereiba, *iuxta* Nordecga, *quod iacet in* Vdenhuſen, *& molendinum, vel quicquid ibidem proprium viſa ſum habere, in ſiluis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus, exitibus & reditibus, & mancipiis ad idem predium pertinentibus, pro anima patruelis mei* Chriſtiani, *ex cuius hereditario iure michi eadem bona prouenerant, eo pacto, vt memoria eius & mea perpetualiter in predicti martyris cenobio habeatur; mancipiis vero ad idem predium pertinentibus, cunctisque heredibus eorum, per hoc conſtitui, vt maſculus vel femina per ſingulos annos VI denarios in feſto* S. Martini *ad predictum cenobium iure perſoluant.*

Eodem modo dedi ad predictum cenobium in iam dicto pago, in vico, qui vocatur Norderualla, *quicquid ibidem viſa ſum habere.*

Item ſimili modo tradidi Deo & predicto martyri, Fratribusque in eius cenobio Deo famulantibus, in loco, qui vocatur Burenheim, *VIII manſos, & quicquid ibidem viſa ſum proprium habere ad eosdem manſos pertinens, ſine omni contradictione, pro me, & anima filie mee* Gerdrudis, *& pro anima mariti mei* Cunonis, *ea racione, vt cum ego, aliique poſteri mei Ade debitum perſoluerimus, in predicto cenobio ſuſcipiamur, ſepeliamur, nomina noſtra ſcribantur, anniuerſarii dies noſtri in perpetua memoria ibidem habeantur.*

Ideo autem hec in hac carta feci conſcribi, vt, ſi aliquis de heredibus meis, aut alia impudens perſona hanc meam tradicionem infringere voluerit, huius ſcripture prolato teſtimonio confutetur, & ſic ab inſectacione ſua ceſſare compellatur.

Facta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MXCIII, Indictione I ſub Ruthardo *Archiepiſcopo*; Heinrico IIII *Imperium gubernante*, Adelmanno *Abbate cenobium ſancti* Albani *regente.*

Huic tradicioni mee preſentes aderant gener meus Eberhardus, *& filius eius* Cunradus.

Hy quoque teſtes aderant:

Dragebodo, *& frater eius* Cunradus.
Erkenger.
Ruthard.
Elbevvin, *filius eius* Elbevvin.
Embrico, *frater eius.*
Dudo.
Saleman.
Hertvvin.
Luitfrit.
Wolfman, *frater eius.*
Heinrich.
Dietvvin.
Ogo.
Huzo.
Gnanno.
Dietmar.
Bernhart.
Heinrich.
Friderich.
Wolffo, *frater eius* Volrath;

& alii quam plures.

Anno MXCV * *Adelmannus* viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt, teſtante *Dodechino* ad h. a. ſucceſſorem poſt ſe relinquens *Theodericum*.

* Chronicon Wirzburgenſe *p.* 1010; *MXCVI* Adalmannus *Abbas S. Albani obit.*

THEODERICVS.

Adelmanno ad aliam vitam translato, ad abbatiæ ac totius monaſterii gubernacula vnanimi conſenſu Fratrum vocatus fuit anno MXCVI, teſte *Dodechino* ad h. a. p. 463.

Vir præclare doctus ac prudentia ſingulari præditus, qui in ſuo munere annos XX cum laude, ſingularique monaſterii commodo compleuit.

Siquidem anno MXCVII *Ruthardus* Archiepiſcopus bona quædam in Eltvil & Steinheim pro perpetua ſui memoria celebranda D. Albano attribuit; vt litteris his manifeſtum fit.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. *Ego* RVTHARDVS *Dei gracia Moguntine Sedis Archiepiſcopus notum eſſe cupio omnibus fidelibus Chriſti, tam preſentibus, quam futuris, qualiter Deo & ſancto* Albano, *& Fratribus ibi Deo famulantibus, poteſtatiua manu, absque contradictione cuiusquam, tradiderim in villa* Altauilla *&* Steinheim *bona hereditaria* Wingnandi *ciuis Moguntini omnem vtilitatem & proprietatem ad noſtrum ius & ſeruicium pertinentem, que talentum annualiter perſoluunt, ea videlicet condicione, vt, quoad viuam, ipſi Fratres diem ordinacionis mee celebrent, poſt obitum vero meum iidem Fratres diem depoſicionis mee perpetualiter & deuote obſeruent.*

Facta eſt autem hec legitima tradicio anno Dominice incarnacionis MXCVII, Indictione V, Heinrico IV *Romanorum ſceptra gubernante, me, licet indigno, Moguntine ſedi preſidente.*

Huius rei teſtes extiterunt:

Ipſius loci Abbas Theodericus.
Godebolt, Hildegrin, *&* Oudelrich, *Prepoſiti.*
Adelbrect *& frater eius* Volmar.
Dudo. Embricho. Ruthard. Humbrecht.
Zeizolf. Richhelm. Oddo de Elfesheim.
Hartman. *Item* Hartman. Wulferich.
Oddo *Clericus.* Lintzo. Walther.
Godebolt. Arnolt. Hertvvin.
Arnolt. Walprecht. Razo. Hunger.

Eodem *Dietmarus* quidam cum vxore ſua *Eyla* aliquot manſos in *Wimare* iuxta cum aliis quibusdam bonis monaſterio donauit. Rem plenius cognoſces ex litteris ipſis:

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. Notum eſſe volumus omnibus in Chriſto fidelibus, qualiter ego Dietmarus, *& vxor mea* Eila, *prompta voluntate & pari voto libera manu tradidimus Deo & ſancto* Albano *quedam bona noſtra in loco, qui vocatur* Wimare, *cum omnibus appendiciis ſuis, vt iuxta facultatem bonorum, reditus prediorum & cenſus mancipiorum, inibi conſtitueretur religio monachorum, vt, quia in multis deliquimus, continuos ac perpetuos interceſſores pro peccatis noſtris habere mereamur.*

Eſt autem hic manſorum numerus, & hec ſunt locorum nomina, in quibus eadem iacent bona. In ſupradicto itaque loco, videlicet Wimare, *dedimus vnam capellam cum omnibus ſibi iure competentibus, cum familia, ſiue in ſeruientibus ſiue in cenſualibus, ſingulis leges ſuas ſeruantibus, & decem manſos & molendinum vnum in eodem loco, & in vicina ei villa, que* Erſtin *nomen habet, vnum manſum & dimidium.*

Addidimus eciam villulam vnam, que vocatur Rimuothuſun, *cum omni iure ac nemore ſibi adiacente; & e regione in* Duodenhuſun *manſum vnum, & in* Druhtolueshuſun *ſex manſos & dimidium cum duobus molendinis & duobus nemoribus, quorum alterum commune eſt, alterum proprium, excepto, quod in communi hoc priuatim habuimus, quod nouare noualia, quadam ſpeciali iuſticia, ſoli, ſine contradictione, potuimus.*

Preterea in Saſſenhuſun *octo manſos & dimidium, & vnum molendinum, & de vicina ſilua, quantum noſtro iuri ſubiacebat; & in* Werneſvvic *duos manſos legaliter tradidimus.*

Fecimus

Fecimus autem hanc legitimam sine omni contradictione tradicionem, presente Theoderico *Abbate, cum omni eiusdem loci congregacione, astantibus quoque nonnullis venerabilibus personis, primum ad altare sancti* Albani, *sicut debuimus, ac postmodum, ob confirmacionem eiusdem rei, in maiori monasterio sancti* Martini, *astante* Godeboldo, *eiusdem monasterii Preposito, cum multis Clericis & laicis, eandem tradicionem super reliquias predicti martyris Christi iterauimus, vt tanta euidencia testimoniorum facilius omne os obstruatur, si forte dolo aut vi aliqua impudens persona hoc, quod deuote compleuimus, euacuare, quod absit, nitatur.*

Factum est autem hoc totum anno Dominice incarnacionis MXCVII, Indictione V, regente Romanum Imperium Heinrico IIII; *aurigante ecclesiam Mogontinensem* Ruthardo *Archiepiscopo, regente super omnia regna Domino nostro Ihesu Christo; videntibus & audientibus his, quorum nomina reperiuntur inferius scripta.*

Comes Rudolfus. Meginfrit.
Adalbertus *& frater eius* Megingoh.
Hartbraht. Cuno. Dietmar.
Embrico *& filius eius, & frater eius* Dudo.
Godebolt. Hunbrath.
Hemmo *& filius eius* Reginhart.
Arnolt. Embrico *frater Episcopi,*
Nepotes eius Woluerich, Wernhere, Stephan, Wigant, Heinrich.
Embrico, *Vrbanus Camerarius.*
Anshelmus, *Prepositus.*
Godescaldus, *Cantor.*
Iohannes, *Magister Scolarum.*
Steinhart. Ebo. Ouadalrich. Reginhart.

in sigillo magno

Ruodhardus Dei gracia Mogontinensis Archiepiscopus.

Anno MC *Sigebodo* quidam de villa *Rode*, & soror ipsius *Bertha*, in remedium animæ suæ Fratribus S. Albani de Moguntia in Hochsteden Deo & S. Iustino seruientibus dederunt dimidium mansum in tractu villæ *Schweinheim*, vna cum mancipiis suis. Litteræ hac de re scriptæ sic habent:

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Notum esse cupio omnibus Christi fidelibus ego Sigebodo, *de villa, nomine* Rode, *qualiter ego ipse, & soror mea, nomine* Bertha, *pari consensu & prompta voluntate, de nostris propriis bonis dimidium mansum, in villa nomine* Schweinheim *situm, dedimus pro remedio animarum nostrarum sancto* Albano *martyri, ad supplementum inopie Fratrum in loco, qui dicitur* * Hochstedin, *Deo & sancto* Iustino *seruiencium, eciam simul nostri proprii iuris mancipia, scilicet feminam, nomine* Regilam, *cum filiis eius*, Rugero & Elbrico, *filiabusque eius*, Linburga, Hazecha, *ea condicione, vt per singulos annos singuli duos denarios ad predictum locum persoluant, ipsique liberam potestatem conuersandi, vbi voluerint, habeant.* * Höchst

Predicta autem bona simul cum mancipiis, in vsum Fratrum de sancto Albano *in predicto loco Deo famulancium ita dedimus, vt, si locus, scilicet* Hochstedin, *sancto* Albano *incorporetur, donacio nostra Fratres, ad ius predicti martyris, censusque sine vlla contradictione sequatur. Quod si quis hec vnquam infringere nisus fuerit, eterne maledictioni obnoxius sit.*

Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MC, Indictione IX, regnante Heinrico IIII *Romanorum Imperatore Augusto*, Ruthardo *Moguntine Sedi presidente, cenobium sancti Albani* Theoderico *Abbate regente, coram his testibus:* Heinrico *de* Klingenburg, Brunichone, Luitfrido, *& aliis multis.*

Anno MCVII *Theodericus* ædem sacram villæ *Medenbach* per *Harbertum* Episcopum fecit dedicari, vnoque eam manso pro dote instruxit. En ipsas, quibus id perscriptum, tabulas:

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam futuris, quam presentibus, qualiter ego Theodericus, *licet indignus, minister tamen gracia Dei ecclesie martyris Christi sancti* Albani, *per Dominum* Harbertum *Episcopum, ecclesiam in villa, que dicitur* Medenbach, *feci consecrari, pulsatus omnium illic commorancium deuotissimis supplicacionibus, nostreque congregacionis Fratribus ipsis compassionem exhibentibus; hos enim, ad ecclesiam ve-*

nire, quociens debebant & expediebat, longi itineris difficultas, & rei familiaris angustia prohibebat.

Quapropter egô, & Dominus Abbas ecclesie S. Iacobi Burchardus, *mansum vnum consecrate illic Christo ecclesie in dotem dedimus, & predicte ville habitatores singulis annis quinque solidos; simul eciam, qui proximam villam, que dicitur* Wedelesaslen, *incolunt, triginta denarios, nobiscum gaudentibus, & benigne consencientibus Domino Corepiscopo* Asmaro, *&* Gundolfo, *tunc ipsius matris ecclesie Presbitero, tali videlicet condicione, vt predicti homines in prefata ecclesia haberent baptismum & sepulturam sine contradictione, & quicunque Presbiter hanc curam susciperet, in exequiis mortuorum omnes solus haberet oblaciones, atque diuinum officium ibi ageret Dominicis diebus, secunda quoque feria, quarta, & sexta, vigiliis eciam Apostolorum, omnibusque celebribus nataliciis Sanctorum, exceptis duntaxat tribus diebus,* Natalis *videlicet Domini, &* Resurrectionis *eius, atque* Pentecostes, *in quibus, ob reuerenciam tante solempnitatis, ad matrem ecclesiam omnes conuenirent, ceteris vero diebus in ecclesia, quam Dei & nostro auxilio consecratam supra diximus, diuinum officium semper haberent.*

Huius rei testimonium adhibuimus tam Clericorum quam laicorum fidelium, quorum hec sunt nomina:

Anshelmus, * *Prepositus.*	Adelbraht.
Richardus, * *Prepositus.*	Dammo.
Wigo, *Prepositus.*	VVolfo.
Regilo, *Prepositus.*	Volrath.
Gerhart.	Heinrich.
Erleuuin.	Humbraht.
Adelbero.	Godehelm.
Gundolt.	Heriman.
Volmar.	Gisilbraht.

* Maioris
* B. M. V. ad grad.

Cuno.

Facta sunt autem hec consenciente Domino Ruthardo, *sancte Mogontine Sedis Archiepiscopo; anno Dominice incarnacionis MCVII, Indictione quinta decima, regnante* Heinrico *Rege huius nominis quinto.*

* *Anno MCVIII occurrit in litteris, quibus* Ruthardus *VId. Maii monasterium Disibodenbergense instauratum firmat & bonis instruit.*

Anno MCXIV mulier quædam, *Mazecha* nomine, ciuis Moguntinensis, dedit monasterio duas libras argenti pro comparando vno solido perpetui census pro sepulturæ loco: id quod sequentes *Theoderici* litteræ vberius enarrant:

In nomine Domini nostri IHESV CHRISTI. Ego THEODERICVS, *Dei gracia Abbas sancti* Albani, *omnis quoque congregacio eiusdem cenobii, notum esse cupimus Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, qualiter quedam honesta mulier, ciuis Mogonciensis, nomine* Mazecha, *dedit nobis duas libras argenti, eo pacto, vt per omne futurum euum annis singulis persoluatur solidus vnus a Fratribus istius loci Custodi monasterii nostri secundum antiquam consuetudinem loci, pro redemptione sarcofagi, in quo iacet sepultus* Adelbero, *vir eius, quod situm est ante limen maxime porte occidentalis monasterii sub capella* S. Michaelis, *quatinus ipsa, cunctique posteri eius illud sine contradictione teneant eterno iure sepulchri. Cui peticioni prompte annuimus, moxque solidum vnum, qui nobis singulis annis de quodam pistrino in Mogoncia sito persoluebatur, Custodi ecclesie pro causa predicta perpetuo concessimus, non aliqua ducti leuitate, sed ipsius mulieris honesta moti largitate; nam ad renouacionem chori nostri XV libras dedit, & ipsa tanti ornatus ecclesie nostre non minima causa extitit. Quapropter & nos libenter voluntati eius in predicta causa satisfecimus, & carte huic inscribi, quod a nobis actum est, precepimus, quam eciam nostro sigillo signauimus, hoc maxime omnes futuri temporis Fratres rogantes & commonentes, quatinus apud eos firmum & ratum semper habeatur.*

Facta sunt autem hec anno Dominice incarnacionis MCXIIII, Indictione VII, regnante Heinrico *Romanorum Imperatore quinto, Mogontine Sedi presidente Archiepiscopo* Adelberto, *regnante super omnia Domino nostro Iheſu Christo.*

Huius

Huius rei teſtes ſunt:

Heriman. Hardielo.
Gutuvvin. Adalbero.
Richart. Anshelm.
Ruthart. Heinrich.

Ezelo, *& omnis ſancti* Albani *congregacio.*

Anno MCXVI *Theodericus* Abbas vitæ mortalium valedixit, vt teſtatur *Dodechinus* ad h. a. p. 469.

BERTOLFVS.

S. Albani monachus, virtute, doctrinaque longe præſtantiſſimus, Theoderici in Abbatia ſucceſſor factus eſt anno MCXVI, *Dodechino* teſtante: vir tali dignitate neutiquam indignus. Verum rebus non diu præfuit. Vix enim annis tribus completis ex hac vita emigrauit, magnum ſui deſiderium relinquens, anno ſcilicet Chriſti MCXIX.

Hic vrnulam quandam æneam deauratam S. Albano obtulit, quæ modo in æde metropolitana (qua vero occaſione eo deuenerit, neſcio) ante ſummam aram pendet, aquæ benedictæ continuo vſualis: in qua præter figuras quatuor Euangeliſtarum & alias in tribus diſtinctis circulis argento inductis, antiquioribus litteris hi verſus inſculpti leguntur:

In primo circulo ſuperiori;

Bis binos quadruplum complentes dogmate mundum
Deſignant totidem diffuſa fluenta per orbem.

In altero;

Hoc, Albane, *DEO qui viuis ſanguine fuſo,*
Abbatis votum Behrtoldi *ſuſcipe tecum.*

In tertio;

Huic infinitæ depoſcens gaudia vitæ.

Inſuper anſæ vrnulæ huius inſcriptum legitur;

Haertvvich *erat factor*, *at* Snello *mei fuit auctor.*

VOLPERTVS.

Poſt obitum *Bertolfi* Abbatis conſecutus dignitatem eſt; quam impigre tenuit annos decem.

Scribitur varie; Walıbertus, Folbert, Vulpertus. *Vide litteras* Adelberti I *anno MCXXVII, & XXVIII in cod. Diplomatico.*

Inter hæc vero, dum ad clauum ſedebat, *Adelbertus I* Archiepiſcopus curtim ſuam in villa Hexheim monaſterio pro certa pecuniæ ſumma pignori oppoſuit; poſt vero alia eidem pro ea conceſſit bona. Legi merentur, quas ſuper hac re tum edidit, tabulæ:

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris quam preſentibus. Ego ADELBERTVS, *ſancte Moguntine ſedis, licet indignus, gracia Dei Archiepiſcopus & Apoſtolice Sedis Legatus; quantum laboris atque periculi ſuſceperim pro commiſſi nobis gregis ſecuritate, exorta in nos, non ſine noſtris quidem meritis, bellorum tempeſtate; inſperatis ſiquidem non valentes reſiſtere inimicorum tumultibus, predeceſſorum noſtrorum exemplis, & ſapientibus preſencium vſi conſiliis, ſtatuimus, pro tempore de rebus eccleſie aliquid auferre, immo conferre in defenſionem periclitantis eccleſie. Nam de theſauro eccleſie ſancti* Albani *martyris vſque ad centum ſeptuaginta marcas argenti, & calicem aureum triginta tres marcas continentem accepimus; quas tamen, Domino adiuuante, quantocius reſtituere decreuimus.*

Tradidimus igitur interim curtim noſtram Hechedesheim, *cum omnibus ſuis vtilitatibus nos reſpicientibus, predicte eccleſie Abbati ceterisque Fratribus, quouſque predicta aut per nos reſtituerentur, aut eadem curtis ſuis ſe vſibus redimeret, ac ſic demum libera in noſtram poteſtatem rediret; deinde vero, id non ſatis ſtabile conſiderantes, decreuimus noſtre ſaluti melius conſulere, & aliquid ra-*

tum atque firmum disponere, quod & ecclesie vtile esset, & nulla posteritas iuste infringere valeret.

Primo igitur, mutata condicione, amicorum atque sapientum consilio, tres areas, quas vulgo bundas *vocant, vnam, que dicitur* Lemgruba, *secundam iuxta sanctam* Mariam *in* campo, *terciam iuxta crucem secus viam, que ducit* Hechedesheim, *tradidimus per manum* Arnoldi *Prefecti, perpetuo iure possidendas, ea videlicet condicione, vt nostri, & omnium Archiepiscoporum, qui precesserunt, vel futuri sunt, memoria haberetur, & post obitum nostrum noster anniuersarius dies perpetuo celebraretur.*

Vt autem hanc tradicionem a nobis legitime factam nulla succedencium infringeret auctoritas, addidimus & bannum nostrum in presenti, & in die Palmarum, *apud sanctum* Iacobum, *coram omni Clero & populo, quatinus nunc & semper, odium Dei & sancti* Albani, *omniumque Sanctorum incurreret, quicunque hec mutare presumeret.*

Facta sunt autem hec anno Dominice incarnacionis MCXXII, Indictione XV; imperante post Deum Domino Henrico *huius nominis quinto, nec non sancte Mogontine Sedi presidente glorioso Archiepiscopo* Adelberto, *& ecclesie sancti Albani Abbate Venerabili* Volperto.

Huius rei sunt testes:

Richart, *Prepositus de sancto* Stephano.
Marcolfus, *Prepositus de* Aschaphenburc.
Heinrich, *Prepositus de* Pinguia.
Arnolt, *Prepositus de* Limburc.
Arnolt, *Capellanus, filius* Erkhenboldi.
Heinrich *secundus*, *Cantor de sancto* Martino.
Arnolt, *Prefectus.*
Embrico, *Vicedominus.*
Warmunt, *Vicedominus de* Aschaphenburc.
Heinrich, *frater* Gerhardi *de* Berbach.
Godebolt *de* Slirbach.
Anshelm *de* Gomildingun.
Adelbraht *de* Esscebruccun.
Adelbraht *de* Elesassun.
Wolfram & Gerunc, *fratres Abbatis de* Seligestath.
Herolt *de* Hechestat.
Dudo *filius* Warmundi.
Burchart *de* Nuhenheim.
Opraht, *frater* Werinboldi * *Abbatis.* *scil. S. Iacobi
Arnolt *de* Geisbot----
Lupfrith *de* Hechedesheim.
Heinrich *de* Badenheim.
Volrath *de* Viltzbach.
Dietvvin *de* Sarmesheim.
Gunther *de* Drohdingishusun;

& alii quamplures nobiles Viri.

Data in Aschaphenburc IIII Idus Decembris, per manum Heinrici *Notarii, sancti* Victoris *Canonici.*

Eodem anno *Ebernandus* quidam & vxor *Adelbern* mansum vnum tradidere D. Albano. Traditionem factam hæ testantur litteræ;

In nomine sancte & individue Trinitatis. Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam futuris, quam presentibus, qualiter ego Ebernandus, *& vxor mea* Adelbern, *mansum vnum a* Wluuerico *de* Becheldesheim, *quindecim libris emimus, quem ecclesie Christi martyris, sancti* Albani, *deseruientibus, deuotissime in perpetuos vsus concessimus, sperantes ipsorum intercessionis auxilio, ac nostre deuocionis studio ipsorum adipisci consorcia, quorum benedictionibus late congaudet mater ecclesia. Decreuimus autem, vt, disponente ipsius loci Abbate, vxori mee, quousque viueret, singulis annis darentur decem maldra frumenti, & viginti siliginis, & vna carrata vini, in vna duntaxat vinearum, quas* hortos *vocant, iuxta muros castelli iacentium; cum vero eam viam omnium ingredi, id est, mortis legem pati contingeret, quicunque tunc ecclesie prouisor existeret, predictum mansum, omni contradictione postposita, ac priori condicione soluta, vtilitati Fratrum disponendum susciperet, sic tamen, vt decem solidos singulis annis, quinque scilicet in meo, & quinque in vxoris mee anniuersario, Fratribus in caritatem disponeret.*

Hanc igitur tradicionem, facta prius missione ab heredibus, vt mos est, stipulata manu, confirmauit Abbas Volpertus *stola atque banno, conuocatis ante sanctum altare cunctis ecclesie Fratribus, & in testimonium diuersi Ordinis fidelibus, quorum hec sunt nomina:*

Ruopertus,

Ruopertus, *Prior.*
* in Höchst Hildebertus, *Prepoſitus* *.
Elbuuinus, *Eleemoſinarius.*
Cuonradus, *ſecundus Prior.*
Godefridus, *Camerarius.*
Cuſtos Egilvvardus.
Richvvinus.
Wernerus; *aliique Fratres.*

Laici autem:

Ebbo.
Hartman, *Wormac.*
Volrat.
Bernhart; *& plures alii vtriusque ſexus.*

Anno Dominice incarnacionis MCXXII, Indictione XV, imperante poſt Deum glorioſo Heinrico *huius nominis quinto, Domino autem* Adelberto *ſancte Moguntine Sedis Archiepiſcopo.*

Ceterum *Volpertus* interfuit fundationi ac dotationi monaſterii Sponheimenſis per *Meginhardum*, cum vxore ſua *Mechtilde*, & *Rudolfum*, cum vxore ſua *Richarda*, Comites de Sponheim, anno MCXXIV, Indictione II, ipſo die natiuitatis Chriſti in eccleſia Moguntina ante altare S. Martini coram Adelberto I Archiepiſcopo & multis aliis factæ *.

* *Vid.* Trithemius *in chronico* Sponheimenſi & Hirſaugienſi *ad h. a.*

Adſtitit itidem, cum poſtea VIII Kal. Iul. ipſo S. Ioannis Baptiſtæ natali, *Bernhelmum*, S. Albani monachum, primum cœnobii Sponheimenſis Abbatem electum, Adelbertus I in D. Albani æde ſacraret.

Anno MCXXX, vt *Dodechinus* habet p. 471, *Volpertus* naturæ debitum perſoluens obiit, ſucceſſorem nactus Wernherum.

WERNHERVS.

Poſt obitum *Volperti* Abbatis anno MCXXX ad monaſterii regimen aſſumptus fuit, munerique huic laudabiliter ac prudentiſſime præfuit annis pæne quindecim, & plurima pie inſtituit ac fundauit.

Primo ſtatim, quo regimen adiit, anno Præpoſitura *S. Ioannis* in Rhingauia Ord. Bened. per Adelbertum I Archiepiſcopum, ipſo, totoque *S. Albani* conuentu, ad quos iure pertinebat, conſentientibus ac permittentibus, in Abbatiam ſublimata eſt, conſtituto primo Abbate *Egilberto*, hic Moguntiæ ad *D. Albanum* ad id vsque temporis monacho.

* *Vid.* Trithemius *in chron. Hirſaug. ad an. MCXXX p. m.* 391, & Codex Diplomaticus.

Anno ſequenti MCXXXI *Adelbertus* Canonicus ædis B. M. V. ad gradus, dedit eccleſiæ S. Albani duos manſos cum dimidio, in villa *Vndenheim*, ſecundum ſequentes litteras:

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. Cunctis fidelibus, tam futuris, quam preſentibus ſint hec cognita, que ſunt hic prenotata. Ego ADELBERTVS, *Presbiter, tametſi peccator, ſeruus tamen & Canonicus ſancte Marie matris Domini noſtri Iheſu Chriſti, parentibus atque propinquis, quibus tute animam credere poſſem, heu deſtitutus, Deum, qui eſt omnium adiutor & conſolator, ne me inprocuratum relinqueret, ſum deprecatus, cuius gracia aſpirante memini eſſe ſcriptum:* honora Dominum de tua ſubſtancia; *&* ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſina extinguit peccatum; *duos manſos & dimidium, quos in villa* Vndenheim *dicta habui, Fratribus, Deo & ſancto* Albano *ſeruientibus, pro remedio anime mee tradidi, ea ſane condicione, quatenus in cena Domini mandatum pauperum, quod illic per ſingulos Fratres ſingulis ſibi pauperibus aſſignatis deuote celebratur, inde annuatim ſemper adminiſtretur; ſed quia* generacio preterit & generacio aduenit, *ne hec mei peccatoris licet modica oblacio obliuioni traderetur, neue quis Abbatum cuiquam id prediolum in beneficium concederet, carte feci inſcribi, & ſigillo firmari.*

Facta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCXXXI, Indictione IX, regnante Lothario *Rege glorioſo, eccleſiam vero Moguntinam regnante* Adelberto *Archiepiſcopo atque Apoſtolice Sedis ſummo Legato; Abbatizante Domino* Wernhero.

Huius rei ſunt teſtes:

Heinricus, *maioris monaſterii Prepoſitus.*
Hartmannus, *Camerarius.*
Anshelmus, *Prepoſitus ſancte* Marie.
Cuno, *Decanus.*
Heinricus, *Archipresbiter.*
Ruthardus, *Cellerarius.*
Arnoldus, *Archipresbiter.*

Laici

Laici

Ernestus, *Vicedominus.*
Volpertus.
Luitfridus, *& frater eius* Ruthardus.
Orto.
Ebo, *& frater eius* Ruthardus.
Gervvinus.
Volradus, *& filii eius* Godescalcus,
Luitfridus, *& frater eius* Orto.

Reginhardus.

Ipse vero *Wernherus* Abbas an. MCXXXIV Rudolfo cuidam duos mansos hereditario iure tradidit, pro quinque vnciis annuatim Fratribus D. Albani perpetui census loco pendendis. Quas hac de re confecit tabulas, subiungo:

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. VVERNHERVS, *licet indignus, tamen Dei gracia Abbas sancti* Albani, *pie sollicitus de nobis commissis ouibus Christi, sicut spiritalia, sic & corpori eis prouidere curauimus necessaria.*

Nouerint igitur tam futuri quam presentes Christi fideles, quali condicione duos mansos de eleemosinis Fratrum, Rudolfo *nomine, concessimus hereditario iure; hos*
* Ocrüfftel *siquidem, in* * Acrufdelo *villa sitos, nostro vero iuri, sicut & antecessorum nostrorum, subditos, Fratrum concessimus vsui, quos postea, ipsis rogantibus, predicto* Rudolfo *hereditario iure tradidimus. Huius sane tradicionis pactio fuit, vt quotannis quinque vncias Fratribus inde persolueret, ex quibus, scilicet duas semiuncias in festo* S. Martini, *reliquum vero censum in purificacione sancte* Marie *absque contradictione presentaret.*

Vt autem hec nostra tradicio rata foret, probabilium adhibuimus testimonia personarum, quorum hec sunt nomina:

Erpho. Snello *Custos.*
Wolpero.
Marquardus *&* Karl *Barbati,*
& Bernhardus *Laicus;*

& alii Fratrum, quorum non sunt descripta nomina, sed & alii nonnulli de ecclesie familia.

Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCXXXIIII, Indictione XII, regnante glorioso Imperatore Lothario, *& sancte Mogontine Sedi presidente* Adelberto *Archiepiscopo & Apostolice Sedis Legato.*

Secuto, qui MCXXXV fuit, *Eberhardus* de *Stein* prædium suum in villa *Albich* pro remedio animæ suæ, parentumque suorum ecclesiæ S. Albani donauit; quam donationem Adelbertus I his confirmauit litteris.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. ADELBERTVS *Moguntine Sedis Archiepiscopus & Apostolice Sedis Legatus. Assidue mecum predecessorum meorum facta subtilius considerans, qui ecclesiis Dei ob piam eterne vite memoriam aliquid de suis contulerunt, eadem ipse roboratus, quantum Dei misericordia opitulante potui, minora augendo, nec maiora minuendo, aliosque, vt idem saperent, adhortando, eorum sum vestigia subsequutus; ostendit namque michi certe discrecionis racio, quam incomparabilis sit omni rei eterne beatitudinis remuneracio.*

Nouerit itaque tam futurorum quam presencium fidelis deuocio, qualiter quidam liber homo, nomine Eberhart *de* Steine, *pia ammonitione* Wernheri *Abbatis, pre-*
* Nachgau *dium, scilicet nouem mansos in villa, que dicitur* Albecho, *sita in pago* * Nachovve, *in Comitatu* Emmechonis *Comitis, pro remedio anime sue, parentumque suorum, ecclesie Beati* Albani *martyris Moguncie, monachisque ibidem peruigili cura Deo famulantibus, nostra manu apposita, libere, nullo reclamante, tradidit; his ita factis, prefati monachi, nulla tamen necessitatis causa vrgente, sed interne caritatis studio affectante, filiis prefati liberi hominis, factam tradicionem confirmantibus, inito consilio de communire septuaginta duas marcas argenti administrauerunt, vt sic placatis heredibus, tradicio inposterum firmior permaneret.*

Nos vero ab vtrisque, scilicet tradentibus, & suscipientibus, bene concordantibus, premoniti, quod nostrum fuit, sigilli nostri impressione, vt in presencia patet, prefatam tradicionem confirmando sub anathemate muniuimus, testesque idoneos subscribi iussimus, quorum hec sunt nomina.

Heinricus, *maioris & sancti* Victoris *Prepositus.*
Hartmannus, *Decanus & Prepositus.*
Gozbertus, *Cantor & Prepositus.*
Gerlacus, *Canonicus.*
Ruthardus, *Cellerarius.*
Arnoldus, *Archipresbiter.*

Liberi

Liberi Homines:

Comes Emmecho. Godebolt. Hildebrant.

Miniſteriales:

Arnolt, *& filii eius* Helprich & Heriman.
Ruthart, *& filii eius.*
Arnolt.
Thiedo *de* * Eberneſeheim.
Heinrich *de* * Badeneheim.
Fulrat, *& filii eius*;
& alii quam plures.

* *Erbenheim*
* *Bodenheim*

Acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCXXXV, Indictione XIII, regnante Domino Lothario *eiusdem nominis tertio, anno Regni ſui X, Imperii autem II, feliciter in Moguncia, Amen.*

Eodem matrona quædam, *Gertrudis* de Boppardia, Deo ac S. Albano dedit vineam vnam in *Caub* ſiue Cuba, pro remedio animæ ſuæ, patrisque ſui *Hertgeri:* quam quidem donationem *Wernherus* hoc complexus diplomate eſt:

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. Ego WERNHERVS *gracia Dei Abbas ſancti Albani, notum eſſe volo omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris quam preſentibus, qualiter matrona quedam, nomine* Gertrud *de* Bobardun, *dedit Deo & S. Albano & Fratribus ibidem Deo deuote famulantibus vineam vnam in villa, nomine* Caupun, *pro remedio anime ſue, & patris ſui* Hertgeri, *ea ſcilicet condicione, vt anniuerſarius eius dies annuatim in memoria habeatur. Sed cum multi nos adiiſſent pro eadem vinea certi & determinati racione cenſus obtinenda, duo viri, quorum nomina ſunt* Dietherich & Regimar, *& vna mulier,* Reginheit *nomine, de familia ſupradicte matrone, venerunt ad nos, humiliter obſecrantes, vt cauſa Domne ſue, certa racione cenſus, eandem vineam ipſis concederemus; quorum fidem & ſtabilitatem attendentes, propter predicte matrone deuocionem, peticioni eorum annuimus, eandemque vineam ipſis & poſteris eorum hereditario iure delegauimus, eo ſcilicet pacto, vt annuatim inter feſtum* S. Martini, *& feſtum* S. Andree *quinque ſolidos Fratribus repreſentarent; Si autem ipſi vel heredes eorum hoc ſtatutum tempus ſuperſederent, & preſcriptum cenſum reddere neglexiſſent, ſex ebdomadarum datis induciis venientes pro negligencia ſatisfaciant; ſi vero & hanc conſtitucionem parui penderent, poſt duas ebdomadas habentes inducias, & ſi interim Fratribus non ſatisfeciſſent, pro contemptu, hereditate priuarentur.*

Sed ne aliquis hoc teſtamentum, quod nos fieri iuſſimus, poteſtate aliqua aut maliuolencia confringere valeat, impreſſione ſigilli noſtri confirmare curauimus.

Teſtes vero huius rei ſunt:

Hartman, *Prior.* Snello, *Cuſtos.* Cuono, *Capellanus.*

Laici

Eggihart, *Barbatus.* Wigger. Herman.

Acta ſunt hec autem anno Dominice incarnacionis MCXXXV, Indictione XIII; Lothario *Rege imperante, &* Adelberto *Archiepiſcopo Mogontine Sedis eccleſie preſidente.*

Anno MCXLI quædam matrona, nomine *Iuditha*, de villa Steinheim, omnia, quæ tam in agris quam vineis poſſidebat, pro ſua & mariti ſui anima, eccleſiæ S. Albani legauit: quam rem *Marcolfus* Archiepiſcopus ſequenti charta ratam habuit atque firmauit:

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. Ego MARCOLFVS *diuina operante clemencia ſancte Mogontine eccleſie Archiepiſcopus, potiſſimum fore ſenſimus ſaluti ſuccedencium, per omnia pro iuribus Patrum in bono ſequi veſtigia precedencium, quorum transmiſſa ad nos vſi auctoritate, eius per omnia cultum augere in eccleſia decreuimus, qui ſuam in nobis miſericordiam clementer oſtendere dignatus eſt omnibus.*

Vnde notum fieri cupimus preſentibus & futuris omnium fidelium Chriſti generacionibus, qualiter venit ad nos eccleſie beati Albani *religioſus Prouiſor & Abbas*

Wernherus, *intimans, quanta deuocione & quantis ad eum lacrimis venerit matrona quedam*, Iuditha *nomine, de villa* Steinheim, *sita in pago* * Rinegovva, *& omnia, que tam in agris quam in vineis, cultis & excolendis possedit, pro sua & mariti sui* Eberhardi *anima, prefate ecclesie Fratribus absque omni contradictione tradidit atque delegauit, ea tamen condicione, vt ipsa omni tempore vite sue bona illa in suos vsus conuerteret, post mortem vero ipsius vniuersa, que haberet, cum omni supellectile domus sue, redintegrentur in vsus Fratrum, & sic illius beate mulieris & mariti sui memoria apud predictos Fratres haberetur in perpetuum.*

* Ringau

O felicis oblatum fideliter minutum vidue, cui Dominus accepto fert graciam, vt diem ire eius preueniat, in qua diuitum mundi memoria perit cum sonitu & transit, & in qua Christus pauper pauperum suorum nullum aspernatur nec proiicit.

Vt autem huius fidelis mulieris tradicio rata in omnibus & inconuulsa permaneat, presentem cartulam conscribi fecimus, & sigilli nostri impressione insigniri iussimus, statuentes sub anathemate, vt si quis testamentum hoc temeraria attemptauerit presumpcione infringere, vinculo excommunicacionis astringatur, vnde, antequam Deo & ecclesie satisfaciat, nunquam absoluatur. Huius vero sic acte rei testes sunt:

Clerici:

Heinricus, *maior Prepositus.*
Ludevvicus, *Prepositus sancti* Petri.
Hartmannus, *Decanus, & Prepositus sancti* Stephani.
Gozbertus, *Cantor, & Prepositus sancti* Iohannis.
Arnoldus, *Prepositus de Aschafenburg.*

Liberi homines:

Boppo, *& frater suus* Wernherus.
Comes Sigefridus, *& frater eius* Gerhardus.

Ministeriales:

Robo. Embrico *de* Steinheim. Baldemarus *de* Geispodesheim.
Heinricus. Cuno *de* Mumenheim.

Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCXLI, Indictione IIII, regnante Cunrado *Rege huius nominis III, anno regni eius IIII. Data Moguncie VI Idus Decembris.*

Postero *Bernhardus*, quidam Burgensis ciuitatis Moguntinæ, curtim suam in ciuitate sitam S. Albano tradidit, vt litteræ perhibent sequentes.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Omnibus ecclesie filiis presentibus & posteris. Ego WERNHERVS *Dei gracia Abbas sancti* Albani *notifico, quendam burgensem nomine* Bernhardum *dedisse curtim suam in ciuitate sitam iuxta locum, qui dicitur* Stockburgedor, *Deo & S. Albano, proinde vt remedio anime sue fieret, cum exinde siue per vendicionem, seu per annalem censum aliqua vtilitas monasterio proueniret.*

Inde nobis, communi assensu Fratrum & consilio sic disponente, aduenit quidam, nomine Godefridus, *cum vxore sua, nomine* Imeza, *ipsius* Bernhardi *conductu, aliorumque probabilium virorum rogatu, qui a nobis eandem curtim impetrauit tali constitucione, vt, quousque ambo viuerent, vel alter alterius superstes remaneret, eam libere possiderent; post horum vite terminum Abbas & Fratres, quod sibi melius prouiderint, de eadem curte faciant.*

Hoc vt a nullo successore nostro valeat immutari, huius manuscripti attestacione, & sigilli nostri impressione confirmauimus, testesque, qui adfuerant, quorum hec sunt nomina, subscribendo adnotauimus.

Heinricus, *Prior.* Cuno, *Prepositus.* Dietericus.

Laicorum nomina:

Cunrat, *& frater eius* Mengoz *de* Gisenheim.
Dudo, *& frater eius* Hertvvin.
Volprat *&* Wernherus.
Arnolt *de* Winckelo.
Eigelvvart, *& frater eius* Dudo.
Godebolt. Burchart.

Facta

Facta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCXLII, Indictione V, regnante Cunrado *Rege, presidente Mogontine Sedi Archiepiscopo* Heinrico, *super omnia autem regnante Domino nostro Iheſu Christo, creatore & gubernatore omnium, cuius nos pietas tueatur, nunc & in euum, Amen.*

in sigillo:

✠ *Sanctus Albanus martyr Xpi.*

Anno MCXLV *Wernherus* Abbas, non multo ante obitum suum testamentum seu dispositionem de omnibus bonis suis fecit: in qua plura Sanctorum festa annue sollemniter celebranda instituit, ac in singulis istis Fratribus ad charitatem seu refectionem certos quosdam reditus propinari ordinauit: plurima item vsibus pauperum & hospitibus destinauit suscipiendis: quæ omnia clare patescunt ex ipsis eiusdem litteris, quæ hæ sunt:

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Cum in cunctis mundi labentis varietatibus preter solam mortem nihil certum sit in vita hominibus, curandum magnopere nobis est, ne iuxta hoc, quod de reprobis dicit Propheta, cum sonitu pereat memoria nostra; ad quod solerter agendum cum nemo sit, qui excusari debeat, maior tamen nobis, qui aliis plus aliquid accepisse videmus, ad hoc est adhibenda diligentia, qui non solum pro nobis, verum etiam pro ouibus a Deo nobis commissis vigilare debemus.

Quia igitur generatio preterit, & generatio aduenit, ego WERNHERVS *Dei gratia cenobii martyris Christi Albani Abbas, licet indignus, notum volo fieri cunctis fidelibus tam futuris quam presentibus, qualem, vel quare talem distributionem fecerim de nobis commisse ecclesie bonis, nostro labore amplificatis, & ab hereditariis possessoribus in nostros vsus pecunia comparatis.*

Festum igitur beatorum martyrum Aurei *&* Iustine *de bonis in* Grindaha *sitis, partim a nobis acquisitis, partim a fratre nostro* Sanzone *nobis collatis, solemniter statuimus celebrari, XXX solidis Fratribus ad charitatem ipsa die denominatis; quinque etiam vncias pro illuminanda ea, quam in portu construximus, capella, & quatuor in anniuersario eiusdem* Sanzonis *de ipsis bonis ad charitatem Fratribus deputauimus.*

Capitales item census in Mergesheim *& nostras ibidem vineas, V etiam solidos in* Furbach *Camerario dimisimus, quatenus de vtrorumque summa VIII vncias ad charitatem in martyrio* SS. Sergii *&* Bacchi *Fratribus det.*

De beneficio quoque Vogonis *in* Strazheim *II vncias in beati* Michaelis, *& totidem in festo* S. Vincentii *martyris pro supplemento statute Fratribus refectionis per Elemosinarium dari disposuimus.*

Curtim similiter Fratris Dudonis *in* Gysenheim *cum adiacente sibi vinea, & alterius parte vinee Fratribus tradidimus, vt in festiuitatibus* omnium Sanctorum, *sanctique* Martini, *in vtraque, duobus ferculis ipsis inde seruiatur.*

Beneficium de Geisbodesheim, *quod est in* Werstat, *V videlicet mansos, XV vncias soluentes, a liberis eius duobus talentis absolutos; beneficium quoque* Bervvelfi *iunioris de* Badenheim, *VI vnciis & dimidia constans, Elemosinario sub tali constitutione assignauimus, quatenus ex vtroque XXX solidos in sex subscriptis festiuitatibus pauperibus distribuat, V solidis singulis diebus deputatis; ex quibus sexaginta pauperes, singuli singulos denarios, accipiant: scilicet in* natali Domini, *in* Pascha, *in* Pentecoste, *in festo* S. Aurei *&* Iustine, S. Albani, *in* assumptione S. Marie. *Eidem talentum vnum in ciuitate de domo quadam concessi, vt in mandato iterum pauperibus oua, aut aliud quodcunque ministret pulmentum.*

Predium quoque Sigefridi *de* Badenheim *L marcis comparantes Fratribus ea conditione dimisimus, vt principalis altaris ornatus exinde pro rerum copia restituatur; quo peracto eiusdem predii reditus in alios distribuantur ornatus.*

In Sarmudesheim *bona quedam ab heredibus VIII talentis absoluentes, predicto Elemosinario concessimus, vt nobis viuentibus annuatim in festo* S. Nicolai *X solidos: cum vero carne excesserimus, talentum vnum in Fratrum ministerium expenderet.*

In Mummenheim *curtim noſtram, & quicquid iuris noſtri ibidem erat, Cellerario conſignauimus, vt exceptis XV vnciis, quibus dimidio menſe Fratribus inde ſeruiri conſuetudinarium eſt, de aliis, que ſuperſunt, & de his, que in* Heideresheim & Heddersheim *ſimiliter eidem contulimus, VI talenta perſoluat, que addita IV talentis, que de vineis in* Loricho *perſoluuntur, X talenta faciunt, ex quibus XXX diebus dominicis ſingulis IV vncias deputauimus.*

In Heddersheim *predium pro* Adelheida *inclusa oblatum Camerario conceſſimus. In* Triburia *quatuor manſos vno & XX talentis ab heredibus abſoluimus, ſtatuentes inde cum ſimilagine Fratribus in ſubſcriptis ſeruiri ſolennitatibus; ſcilicet in feſto* S. Ioannis Baptiſte, *ſanctique* Michaelis, *& a Septuageſima vsque in Paſcha nouem diebus dominicis, & in anniuerſario noſtri obitus die, in quo eciam Fratribus de meliori vino ſtatuimus propinari.*

Acta ſunt hec & conſcripta, & S. Albani *martyris ſigilli impreſſione munita, anno incarnacionis Domini MCXLV, Indictione VIII,* Cunrado *regnante, Domino* Henrico *venerabili Archiepiſcopo Maguntine Sedi preſidente.*

Non diu poſt, quam hæc tam pie conſtituerat ac ordinarat, laudatus Præſul *Wernherus*, terras relinquens, cæleſtis regni procul dubio heres factus eſt.

HENRICVS.

Wernhero fatis functo, eodem anno MCXLV ſuo Abbas factus merito eſt.

Vix autem ad clauum ſedere cœpit, quam *Henricus I* Archiepiſcopus incorporationem eccleſiæ *S. Iuſtini* in Höchſt, a *Ruthardo* Archipræſule anno MXC factam, aliaque Pontificum priuilegia cœnobio huic his litteris deſuper datis confirmauit.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. HEINRICVS *Dei gracia ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, omnibus Chriſti cultoribus, tam futuris quam preſentibus in perpetuum.*

Suſcepti cura regiminis nos admonet, religioſam vitam ducentes digno remuneracionis beneficio proſequi, vt & laboribus ſuis non ingratos nos inueniant, & ipſi de indulta ſibi gracia meliores ſemper proficiant. Sicut enim laudabile eſt & diſcretum, reuerenciam & honorem maioribus exhiberi debitum; ſic racionabile atque iuſtum videtur, Prelatos quosque ſibi commiſſos diligere, & eorum iuſtis peticionibus pias ſemper aures accommodare, qua charitatis diligencia, cum omnibus debitores exiſtamus, iniuncti tamen paſtoralis officii racio in filios ſancte Maguntine eccleſie cogit nos eſſe propenſiores, & in eos precipue, qui matri ipſi ſe exhibent deuociores.

Nouerint itaque quique Deum timentes, tam futuri, quam preſentes, qualiter Fratres nobis deuoti & fideles, monaſtica religione degentes in eccleſia Beati Albani *Maguncie, dirigente eos ad nos Venerabili Viro Abbate ſuo* Heinrico, *priuilegium preſentabant a ſumme Sedis Pontifice* Lucio *huius nominis ſecundo, eccleſie ſue transmiſſum, & vt, quod ibi continebatur, confirmaretur, ſub Apoſtolica legacione intimabant. Continebatur autem tam in literis ab Apoſtolica nobis Sede directis, quam eciam in iam memorato Apoſtolice auctoritatis priuilegio, vt eccleſia Beati* Iuſtini, *que eſt in* Hoſteden, *quemadmodum a bone memorie* Ruothardo *Archiepiſcopo ipſi monaſterio conceſſa eſt, & ſcripto confirmata, ita de cetero permaneat; & vt quascunque poſſeſſiones, quecunque predia idem monaſterium a conſtitucione ſua vsque ad hec tempora poſſidet, aut in futurum largicione Regum, conceſſione Pontificum, donacione Principum, oblacione fidelium, Deo propicio, potuerit adipiſci, firma ei, ſuisque habitatoribus & inconuulſa permanerent; honores nichilominus & dignitates, quas Beati* Albani *eccleſiam vsque ad moderna tempora conſtat habuiſſe, videlicet vt Fratres eius, quociens Ordines celebrantur, primi poſt principalis eccleſie Canonicos vocentur, & vt in publicis ſtacionibus & in oblacione, que ſingulis annis in cena Domini perſoluitur, prima poſt Epiſcopalem Sedem habeatur, per ipſius ſcripti paginam conſtat iam dictis Fratribus, & per eos eidem monaſterio confirmata.*

Quia igitur noſtri officii eſt, ſanctam matrem noſtram Romanam eccleſiam venerari, diligere, eiusque mandatis in omnibus obedire, nec inſtitutis predeceſſorum noſtrorum in aliquo contraire, eius legacionem cum debita obediencia amplectentes, quod ipſa confirmauit, confirmamus, ideo maxime, quia ſic ipſam eccleſiam antiquitus iuſte habuiſſe cognouimus. Decer-

Decernimus ergo, vt nullus omnino prefatum monasterium audeat perturbare, honores eius & dignitates antiquas aliquatenus imminuere, possessiones eius aufferre, ablatas retinere, aut aliquo vexacionis genere fatigare; si quis autem contra hanc nostre institucionis paginam insurgere temptauerit, thesaurizat sibi iram in die ire, & si non digna satisfactione emendauerit, in extremo examine districte vlcioni in perpetuum cruciandus subiacebit.

Vt autem hoc, quod statuimus, inconuulsum & stabile de cetero permaneat, data in preuaricatores sentencia dampnacionis, cartule huic sigilli nostri impressionem fecimus aptari, probabilium adhibentes testimonia personarum, quarum nomina hec sunt:

Hartmannus, *maioris ecclesie Prepositus.*
Gerlacus, *Decanus maioris ecclesie, & Prepositus sancti* Victoris.
Heinricus, *Custos sancti* Martini, *& Prepositus in* Erfesfurt.
Wilhelmus, *Magister Scolarum.*
Anshelmus, *Prepositus sancte* Marie *ad* gradus.
Hertvvinus, *Cantor, & Prepositus sancti* Iohannis.
Godescalcus, *Prepositus sancte* Marie *in* campo.
Arnoldus, *Camerarius, & Prepositus in* Aschafenburgk.
Burchardus, *Prepositus in* Iechinburch.
Sigeloch, *Prepositus in* Norzun.

Acta sunt autem hec anno Dominice incarnacionis MCXLV, Indictione VIII, regnante glorioso Conrado *Rege, anno regni eius VII, super nos autem regnante Domino nostro Iesu Christo, Amen.*

(*) *Posteris annis prædia haud pauca in vsus coemit monasterii; vt in vltima voluntatis sue tabulis, quas statim adducam, ipsemet diserte narrauit.*

Anno vero MCLIV testamentum composuit, eoque bona quædam diuersis in locis sita, monasterio pro anima sua legauit. Fidem faciant tabulæ ipsæ:

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Quoniam tanquam fumus dies nostri deficiunt, & quanto plures viuendo expendimus, tanto pauciores nobis superesse scimus, studiose curandum est, vt bonis studiis & piis operibus nostram in longitudinem dierum & temporum eternitatem extendamus memoriam.

Ego igitur Heinricus, *Dei misericordia Abbas ecclesie beati* Albani *martyris, notifico vniuersitati fidelium tam futurorum, quam presencium, quomodo preter plura, que ad decorem domus Dei contuli, queque eciam passim predia emendo vel redimendo distribui, quatuor mansos, LXIIII frumenti octaria singulis annis soluentes, sexaginta tribus marcis in* Vndenheim *comparauerim. Cogitans autem, michi de his apud posteros piam in futuro preparare memoriam, consentanea in id Fratrum vnanimitate constitui, vt ex his Prior viginti quatuor suscipiat, vnde plene Fratribus in anniuersario obitus mei die seruiat; & de aliis viginti, que Elemosinario tradidi, sexaginta pauperes ipsa die, & famuli prebendarii omnes, vt ad vigilias & Missam campanas pulsent, singuli singulos denarios accipiant, & de viginti octariis, que restant, pauperibus, qui in cena Domini in claustrum admittuntur, Camerarius, preter consuetos denarios, vnicuique quatuor vlnas panni prouideat.*

Cellerario eciam mansum vnum in Albicho *de predio, quod Frater* Reginbertus *emit, dimisi, constituens, quia in* Pascha *&* Pentecoste, *ad seruicium Fratrum expense deesse noscuntur, vt ex hoc pro tempore & rerum copia, quod defuerit, suppleatur. De predio nichilominus* Dragebodonis, *quod in* Triburia *viginti marcis absolui, Custodi viginti maldra, decem siliginis, & decem ordei; permisi, ordinans, vt ex his ad altare sancte* Marie, *quod est in monasterio, nocturnum luminare, sicut ante principale altare, decenter administret, & quod poterit superesse, vsibus impendat ecclesie.*

Et quoniam in Annunciacione *sancte* Marie, *& in anniuersario obitus mei die, Fratribus similam dari, & melius vinum propinari disposui, ne forte quisquam successorum meorum Abbatum de hoc possit causari, quasi ab his, que inueni, minus aliquid reliquerim, precipua, que meo labore & diligencia monasterio in prediis contuli, breuiter annotari iussi.*

Preter quatuor mansos in Vndenheim, *qui prescripti sunt, in eadem villa tres alios, triginta tribus marcis; & in* Treburia *predia, triginta quatuor mar-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cis, & in Bathenheim *agros & vineas plus quadraginta marcis: & in* Bermersheim *predium viginti duabus marcis comparaui. Item predium in* Budensheim *ab* Vdalrico *filio* Walderade *viginti duabus marcis absolui. Curtim eciam in* Pingtuia *ab* Embrichone *Sculteto de* Winkelo *duodecim marcis emi, pluribus aliis, que minoris constant, omissis.*

Quocirca si quis successor meus, ea, que pietatis studio disposui, & scripto sigilloque sancti Albani *martyris confirmaui, sibi vendicare, vel quoquo modo alienare, vel eciam in aliud quid commutare temptauerit, preuaricancium culpa reus a sorte electorum alienus fiat, & nisi resipuerit, eterne damnacionis senciat penam, Amen.*

Acta sunt hec anno ab incarnacione Domini MCLIIII, Indictione secunda.

His prædiis ac possessionibus *Henricus* Abbas S. Albani ecclesiam dotauit ac amplificauit, vt suum erga eam ostenderet animum, & erga pauperes Christi, ceterosque egenos piæ liberalitatis affectum: quin & alia deuoti sui erga cultum diuinum animi monumenta reliquit in crucibus aureis & argenteis, aliisque ornamentis, ad decorem domus Dei spectantibus, procurandis ac donandis.

Quamdiu autem huic ecclesiæ præfuerit, & quo anno spiritum Deo reddiderit, nec dum inuestigare licuit.

BALDEMARVS.

Vir tum generis nobilitate, tum etiam doctrina clarus, in locum defuncti *Henrici* electus fuit anno MC... Præfuit annis....

Testis citatur in litteris, quibus *Arnoldus* Archiepiscopus anno MCLVIII, Indictione VI, XI Kalend. Iun. permutationem quorundam bonorum inter moniales montis D. Ruperti iuxta Bingam, & Fratres monasterii D. Disibodi factam confirmat, liberam Abbatissæ electionem sanctimonialibus concedit, dictumque S. Ruperti parthenonem sub patrocinium S. Martini suscepit.

(*) *Obiit eodem hoc anno. Successor enim* Hartpertus *aliis in litteris, hoc anno post mensem Septembrem, atque adeo* Indictione VII *datis, testes inter citatur.*

(*) HARTPERTVS.

Baldemaro *surrogatus fuit. Est, vti dictum, testium in numero in tabulis* Arnoldi *Archiepiscopi, anno MCLVIII, Indictione VII* confectis.

HENRICVS.

Baldemaro * viam vniuersæ carnis ingresso, Abbas electus fuit anno MC..

(*) *Immo, quem dixi,* Hartperto.

Is muneris sui accuratam habuit rationem, multumque profuit monasterio.

Anno MCLXVIII villam ecclesiæ, *Haseloch* nominatam, colonis ob Aduocatorum intemperiem destitutam, Fratribus monasterii Eberbacensis, certa pactione iiscum inita, concessit. Initium eiusdem ita habet: *HENRICVS dictus Abbas & qualiscunque Prouisor ecclesie B. Albani martyris in Moguncia. Ex ea dispensatione* &c.

Anno eodem de decimis Rithausensibus, sequestre Archiepiscopo *Christiano I*, cum ecclesia B. M. V. in *Elvvestat* transegit, testibus his litteris:

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. CHRISTIANVS *diuina fauente clemencia Moguntine Sedis Archiepiscopus. Ad hoc a summo pastore pastoralitatis cura nobis est commissa, vt seruos eius, sub alas nostre protectionis congregatos, auctoritatis nostre indissolubili robore confoueamus, sicque ecclesiastica disciplina quotidiano incremento crescat, & de die in diem nostro studio in vinculo pacis proficiat. Scimus enim & certi sumus, nostrum Domino Deo gratum esse famulatum, cum eius ecclesia quotidianum per nos exoptatum accipit incrementum.*

Nouerint itaque presentis tam, quam futuri eui fideles Christi, ecclesiam B. Albani *martyris, itemque ecclesiam* B. Marie Virginis *in* Heluenstatt *sale sapiencie nostre edoctas, humiliter pro debito obediencie nostro mandato se subdidisse, & nostro consilio corda sua fideliter inclinasse, ita vt omni sopita querela, que erat*

pro

pro quadam decima in Ridhuſen, *iam prefate eccleſie in caritatis redierint vnitatem, & fraterne pacis tranquillitatem.*

Conuenit ſiquidem eccleſia B. Marie Virg. *cum eccleſia* B. Albani *martyris, vt eius venerabili Abbati ſingulis annis ſoluat XLVI maldra tritici, nec non X hordei, & X auene, ſicque ſit libera ab omni querela. Annectendum preterea iudicauimus de Clerico, qui eſt in* Leheim, *& eius ſucceſſoribus, vt ſingulis annis de prefato territorio accipiat VI maldra tritici, & IV auene, ſicque acquieſcat ab omni inquietudine, que predicta maldra accipit propter ſuum laborem. Si autem Reni effuſio, aut inſperata perſecutio, vel aeris immutacio, vt eſt aliquando, predictum territorium vaſtauerint, quantum miſericordia & pietas parcat iuſticie, in Domini Abbatis erit propiciacione, & Fratrum caritatiua compaſſione.*

Et vt nulla temporum ſucceſſione, & hominum obliuione hec noſtri conſcripti pagina diminucionem aut mutacionem accipiat, ſigilli noſtri impreſſione eam communiuimus, & banni noſtri auctoritate eam roboramus, veracium eciam teſtium adſtipulacione confirmamus, quorum hec ſunt nomina:

Burchardus, *Prepoſitus S. Petri in Mogun-*
cia & in Ihechenburg & in Thurloen.*
Arnoldus, *Prepoſitus in Erfort & in*
Aſchaffenburg.
Godefridus, *Prepoſitus in Franckenfort.*
Hermannus *de* Birgeſtat.
Heinricus *de* Rudinsheim.
Gerlacus *de* Bucho.
Hartradus *de* Merenberg.
Dudo, *Camerarius.*
Marcvvardus *de* Birgeſtat.
Arnoldus Rufus.
Reinbodo *de* Pinguia.
Dietericus *de* Selhouen.
Franco *Pincerna*, & Cunradus *frater eius.*

*Dorlon

Acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCLXVIII, Indictione prima.

Hoc ipſo etiam anno pia quædam matrona, *Godelindis* nomine, vxor *Salemanni*, herede carens, omnia bona ſua tam in ciuitate Moguntia, quam villa Bodenheim, pro animæ ſuæ, ſuorumque parentum ac fratrum remedio, D. Albano in perpetuum adſignauit poſſidenda, harum teſtimonio litterarum.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. Ego CHRISTIANVS *Dei fauente miſericordia Mogontine Sedis Archiepiſcopus. Notum eſſe volumus vniuerſis Chriſti fidelibus, tam futuris quam preſentibus, tam Laicis quam Clericis, quod* Godelindis, *vxor* Salemanni *ceci, conſenciente & annuente, imo eciam vltro offerente predicto viro ſuo, omnes poſſeſſiones, que ex parte patris & matris ei prouenerant, ſiue in ciuitate Mogontina ſiue in villa* Bathenheim, *ſiue eſſent allodia ſiue hereditates, cum ſobolem non haberet, Deum ſibi conſtituens heredem, qui omnia bona largitur, ipſi Deo & ſponſe Dei, eccleſie beati* Albani, *poſt obitum ſuum poſſidendas, ſalubri deſiderio, in preſencia Cleri & Miniſterialium noſtrorum, per manum noſtram, legitima donacione & irrepulſa, contradidit, annuente* Wernhero *Officiato, & prorſus ius hereditarium predictarum poſſeſſionum coram omnibus abdicante & exfeſtucante, cum tamen proximus eſſet in linea conſanguinitatis; & ob hoc predicta matrona hereditatem ſuam in villa* Coſtheim *in continenti libere eidem* Wernhero *& heredibus eius in perpetuum aſſignauit.*

Huius autem ſancte & Deo grate tradicionis talem eſſe voluit & ſtatuit predicta matrona condicionem, quod matri ſue Adelheidi, *que in eadem eccleſia iam dudum, ſeculo preſenti deſpecto, ad Dominum fuerat conuerſa, & ſibi ipſi, & viro ſuo, ſi quandoque, relictis omnibus, pauperes vellent ſequi pauperem Chriſtum, & tollentes crucem ſuam, ad monaſterium tranſirent, vnicuique, vsque ad obitum ſuum, prebenda clauſtralis plenarie, ſicut cuilibet Fratrum, adminiſtraretur, vt, cum iubente Domino, in cuius poteſtate & nutu omnia conſiſtunt, de medio tranſirent, pro obitu predicte matrone* Godelindis, *& patris ſui* Madelboldonis, *& matris ſue* Adelheidis, *& fratrum ſuorum* Humberti *monachi, &* Wolberti *laici, Miniſterialis noſtri, ſingulis annis in ſingulis ſingulorum anniuerſariis, pro ſalute animarum, Fratribus quatuor vncie denariorum ſoluantur ad refectionem illam, que* Karitas *in eodem clauſtro appellatur.*

Nos autem peticione Abbatis ipſius clauſtri & multorum Clericorum & Laicorum, qui preſentes aderant, predictam tradicionem predictarum poſſeſſionum, banno noſtro, predicte eccleſie in perpetuum confirmauimus, adiicientes pro remedio anime

me nostre, vt predicte possessiones, sicut vsque ad diem predicte tradicionis sine Aduocato fuerunt, ita in perpetuum nullum habeant Aduocatum.

Et si quis de his, que supra scripta sunt, aliquo malo spiritu ductus, infringere attemptauerit, perpetue excommunicacioni subiaceat, nisi condigna satisfactione resipuerit.

Vt autem hec omnia eius omnibus inconcussa & inconuulsa permaneant, presentem chartam sigilli nostri impressione, & predictam tradicionem cum banno, & excommunicacione prefixa fecimus communiri.

Huius rei testes sunt:

Burchardus, *Prepositus ecclesie sancti* Petri *in Magoncia.*
Arnoldus, *Prepositus Erpffurdiensis.*
Wernherus, *Prepositus ecclesie* S. Ioannis.

De Capellanis Curie

Folbertus, *Prepositus in Selbolt.*
Robertus, *Prepositus in* * *Muckenstat, & Curie Notarius.* * Moxstatt
Euerhardus.
Hertvvinus.

De liberis Laicis

* Leiningen *Comes* Emicho *de* * *Lininge.*
Hartmannus *de* Budinge.
Reinhardus *de* * Torenvelde. * Dorfeldt
Marquardus *de* * Burgenstat. * Bürgstatt

De Ministerialibus

Reinbodo *de* Pinguia.
Dudo.
Arnoldus Rufus.
Tidericus *de* Selehoven,
& Cunradus *filius* Wichnandi;
& alii quam plures.

Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCLXVIII, Indictione prima, regnante Friderico *Romanorum Imperatore inuictissimo & semper Augusto feliciter, Amen. Data Magoncie per manum* Roberti *Notarii, Mucstadiensis Prepositi, XIIII Kalendas Aprilis.*

Anno MCLXXXIV Lucius II Pontifex omnes donationes, possessiones, ac ecclesias, monasterio huic incorporatas, priuilegia itidem ac immunitates sequenti confirmauit Bulla;

LVCIVS *Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis* Heinrico *Abbati monasterii sancti Albani, quod iuxta Mogunciam situm est, eiusque Fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuam memoriam.*

Quociens a nobis petitur, quod religioni & honestati conuenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petencium desiderijs congruum suffragium impertiri; ea propter dilecti in Domino filii, vestris iustis postulacionibus clementer annuimus, & prefatum monasterium S. Albani, quod iuxta Mogunciam situm est, in quo diuino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordacionis Lucii *Pape, predecessoris nostri, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti priuilegio communimus.*

In primis siquidem statuentes, vt Ordo monasticus, qui secundum Deum & beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur.

Sequuntur ecclesiæ incorporatæ monasterio S. Albani.

Preterea quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium in presenciarum iuste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largicione Regum vel Principum, oblacione fidelium seu aliis iustis modis Deo propicio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant.

Bodenheim *Ecclesiam in* Batenheim *cum capella, decimacione & curti cum appendiciis suis.*
Bischum *ecclesiam in* Bissofheim, *ecclesiam in* Ebrensheim *cum capella, ecclesiam in* Mo- Ebersheim
menheim, *ecclesiam in* Vndenheim *cum capella. Ecclesiam in* Gesbosheim, *ec-* Gabsheim
clesiam in Stockestat, *ecclesiam in* Leheim, *ecclesiam in* Triburia, *ecclesiam in* Trebur
Seiluort Seleuort *cum capella. Ecclesiam in* Tozesheim, *ecclesiam in* Doruelde, *ecclesiam* Dozanheim
Neesen *in* Nesenne *cum decimacionibus & curtibus cum appendiciis suis. Ecclesiam in*
Rutenheim Strasheim *cum capellis, ecclesiam in* Rutenhei *cum capellis, decimacionibus & cur-*
Büdesheim *tibus cum appendiciis suis; ecclesiam in* Buetensheim *cum decimacione, ecclesiam*
in

in Zarneheim *cum capella & decimacione, eccleſiam* S. Nicolai *ante monaſterium,* Zornheim
capellam in Tetenheim *cum dote & allodio, capellam* Wimare *cum dote & allodio,*
eccleſiam in Acrutfero *cum decimacione & appendiciis ſuis, eccleſiam* S. Iuſtini, Oerüfte
que eſt in Oſten, *quemadmodum a bone memorie* Rotardo *Archiepiſcopo Magun* Höchſt
tino conceſſa eſt.

Honores quoque & dignitates, quas idem monaſterium B. Albani *vsque ad moderna tempora iuſte habuiſſe dinoſcitur, videlicet, vt Fratres eiusdem monaſterii, quociens Ordines celebrantur, primi poſt principalis eccleſie Canonicos vocentur, & vt in publicis ſtacionibus, & in oblacione, que ſingulis annis in cena Domini perſoluitur, prima poſt Epiſcopalem Sedem habeatur, auctoritate Apoſtolica vobis, & per vos eidem monaſterio confirmamus.*

Prohibemus vero, vt nulli Fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem fas ſit absque ſui Abbatis licencia, niſi arctioris religionis obtentu, de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero ſine communi literarum caucione nullus audeat retinere.

Sepulturam preterea ipſius loci liberam eſſe decernimus, vt eorum deuocioni & extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſunt, nullus obſiſtat; ſalua tamen iuſticia illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat prefatum monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexacionibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur, veſtris, & eorum, pro quorum gubernacione ac ſuſtentacione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura, ſalua Sedis Apoſtolice auctoritate, & Maguntini Archiepiſcopi canonica iuſticia.

Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisue perſona hanc noſtre conſtitucionis paginam, ſciens, contra eam temere venire, temptauerit, ſecundo, tercioue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine DEI & Domini noſtri, Redemptoris noſtri Iheſu Chriſti, aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte vlcioni ſubiaceat; cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax D. N. I. C. quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem premia eterne pacis inueniant, Amen.



Ego LVCIVS *Catholice eccleſie Epiſcopus.*



Ego Iohannes *tit. ſancti* Marci *Presbiter Cardinalis ſubſ.*
Ego Laborans *Presbiter Cardinalis* S. Marie *trans Tiberim tit.* Calixti *ſubſ.*
Ego Hubertus *tit.* S. Laurencii *in* Damaſo *Presbit. Cardin. ſubſ.*
Ego Pandulfus *Presbiter Cardinal. tit. Baſilice XII* Apoſtolor. *ſubſ.*
Ego Konradus *Sabinenſis Epiſc. Maguntine Sedis Archiepiſcopus ſubſ.*
Ego Theodinus *Portuenſis &* S. Rufine *Sedis Epiſcopus ſubſ.*
Ego Heinricus *Albanenſis Epiſcopus ſubſ.*
Ego Theobaldus *Hoſtienſis & Velletrenſis Epiſcopus ſubſ.*
Ego Ardicio S. Theodori *Diaconus Cardinalis ſubſ.*

Ego Gratianus *SS.* Cosme & Damiani *Diaconus Card. subs.*
Ego Sofredus *S.* Marie *in* via lata *Diaconus Card. subs.*
Ego Albinus *S.* Marie Noue *Diaconus Card. subs.*

Datum Verone per manum Hugonis *sancte Romane ecclesie Notarii XI Kalendas Decembris, Indictione tercia, incarnacionis Dominice anno MCLXXXIIII; Pontificatus vero Domini* Lucii *Pape III anno quarto.*

His temporibus quoque *Henricus* Abbas cum vestalibus montis D. Ruperti de quibusdam areis, aliisque rebus transactionem fecit; vt sequentibus continetur litteris:

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Non immerito scripti annotacione memorie commendatur, si quid ad bonum pacis a probis & autenticis viris ordinatur; quapropter ego Heinricus *diuina prouidencia Abbas* S. Albani *in Moguncia vna cum Fratribus meis omnibus tam presentibus, quam futuris notum fieri cupimus, controuersiam quandam, que inter ecclesiam nostram & Dominas* S. Ruperti *in Pinguia pro quadam cappa ecclesie nostre, quam habere videbantur, nec non & quibusdam areis, adiacentibus molendino, quod iure hereditario a nobis possident, agitabatur, hac inter nos forma conuencionis & transactionis habita, sedatam fore & decisam.*

Igitur Domine predicti monasterii hoc tenore octo marcas ecclesie nostre persoluerunt, vt, quicquid rancoris vel discordie pro predicta cappa vel areis prenominatis inter nos & ipsas fuerit hactenus, penitus sit sopitum, ne inposterum aliquod grauamen vel a nobis vel a nostris successoribus inde eis emergat. Nos vero bono pacis prospicientes, & quia pacem omnibus modis amplecti desideramus, sub predicta forma transactionis ab earum vexatione cauendum curauimus.

Vt autem huius rei racio stabilis & firma permaneat, idem coram Canonicis maioris ecclesie contestati sumus, videlicet Ruggero *maiore Custode, Magistro* Petro *Preposito Pinguensi,* Heinrico Capra, Godefrido *de* Sarbrucken, Walthero, *& eam literis, ecclesie nostre sigillo signatis, & bonorum virorum testimonio confirmamus.*

Testes autem de Fratribus nostris hos subiungimus:

Hiltvvinum, *Priorem.*
Hezechinum, *Prepositum.*
Engelfridum, *Custodem.*
Gunzechinum, *Capellanum.*
Ruthardum, *Cellerarium.*
Heinricum, *Camerarium.*

Anno MCXC idem concambium fecit cum *Arnoldo*, Abbate Eberbacensi, super curia quadam in Bingen, pro vinea in Büdesheim; his litteris desuper confectis:

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Ego HEINRICVS *Dei gracia Abbas* S. Albani *in Moguncia, notum esse cupio cunctis fidelibus tam presentibus quam futuris, concambium hoc, quod fecimus cum Venerabili Domino* Arnoldo, *Dei gracia Abbate in* Eberbach, *& Fratribus eius, qui collecta manu tradiderunt nobis curiam vnam, sitam in castello, quod vocatur* Pinguia, *que propria esse dinoscitur, & in illius recompensacione dedimus eis vineam vnam, sitam in confinio ville, que vocatur* Butinsheim, *que simili modo propria esse dinoscitur.*

Acta sunt hec temporibus Venerabilis Domini Cunradi, *Dei gracia Maguntine Sedis Archiepiscopi, & adhibiti sunt testes vtriusque partis; sigillis eciam nostris hec scripta confirmari decreuimus, quatenus eo magis esse rata sciantur. De Fratribus* S. Albani *in Maguncia interfuerunt huic negocio:*

Venerabilis Dominus Heinricus, *Abbas eiusdem loci.*
Hilvvinus, *Prior.*
Ditherus, *secundus Prior.*
Hermannus, *Cellerarius.*
Gunzechinus, *Capellanus.*
Ruthardus, *Camerarius.*
Engelfridus, *Custos.*

De Fratribus sancte Marie in Eberbach:

Venerabilis Dominus Arnoldus, *Abbas eiudem loci.*
Ruttandus, *Prior.*
Adelbertus, *Cellerarius.*
Heroldus.
Arnoldus.

Emercho

Embercho *de* Pinguia.
Dragebodo, *& frater eius* Embercho.
Heinricus, *nepos eorundem.*
Adelbero, *cognomento* Baſo.
Hartlibus.
Eſcero, *& frater eius* Gernodus.
Adelbertus *&* Arnoldus *de* Meiſenheim.
Baldemarus *ſenior de* Budinsheim.
Baldemarus *&* Herbordus *filii eius.*
Egenolffus.
Fridebrahtus.
Wecelinus.

* *Anno MCXCII teſtes inter fuit, quos* Henricus VI *Imperator adſciuit, quum* Godefrido *Abbati Epternacenſi antiquum ius ac tutelam nouis litteris confirmaret. Conf.* Brovverus *annal. Treuirenſ. lib. XV § XIII p.* 90.

Anno MCXCIV idem fecit concambium cum cœnobio S. Ruperti ſuper bonis in Albich : de quo ſuperant tabulæ, tum editæ; quarum initium eſt: *Henricus Dei gracia Abbas S. Albani in Maguncia. Generatio preterit* &c. clauſula vero; *Acta ſunt hec anno Dominice incarnationis MCXCIV, Indictione XI.*

Anno MCCIV obtinuit confirmationem omnium priuilegiorum, monaſterio huic olim a Regibus ac Imperatoribus conceſſorum, a Rege Philippo, teſtibus, quæ etiamnum extant, litteris XII Kalend. Februar. datis; in quibus Philippus *ad ſupplicationem dilecti fidelis* HENRICI, *eiusdem loci Abbatis*, id ſe facere memorat.

WOLFERADVS.

Henrico ſucceſſor datus anno MCC . . . vir, egregiis inſtructus donis, & aliis regendis quammaxime idoneus.

Anno MCCXIII vineam quandam iuxta oppidum Bingen monialibus S. Ruperti viginti vendidit marcis : vt patet ex litteris ſequentibus:

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. WOLVERADVS *Dei gracia Abbas, & Conuentus* S. Albani *Maguncie. Ne rerum effectui racionabilium diuturnitate temporum obliuio valeat nouercari, preſencium literarum teſtimonio tam preſencium, quam futurorum noticie volumus inſinuare, quod nos de communi conſenſu, magna quidem neceſſitatis indigencia compellante, proprietatem vinee, ad noſtram eccleſiam ſpectantis, que dicitur* ad ferum, *iuxta molendinum eccleſie* S. Ruberti *Pinguenſis, de quo viginti quinque maldra ſiliginis Maguntine menſure dinoſcuntur noſtre eccleſie annis ſingulis perſoluenda, Conuentui predicte* S. Ruperti *eccleſie pro viginti marcis Colonienſis monete decreuimus conferenda.*

Vt autem hec noſtra ordinacio firmitatem obtineat, preſentem conſcribi paginam, eamque ſigilli eccleſie S. Albani *munimine fecimus inſigniri.*

Huius rei ſunt teſtes:

Cunradus, *Prepoſitus.*
Godefridus, *Cuſtos.*
Heinricus, *Cantor maioris eccleſie Magunt.*
Rudegerus.
Adelbertus.
Heinricus Rufus.
Heinricus Suadelgard, *Canonici Pinguenſ.*

Laici:

Reinboto.
Gerhardus, *Aduocatus.*
Gerhardus *puer.*
Gerlacus, *Scultetus*, & Gerlacus *gener ipſius.*
Arnoldus Rufus, *Milites*; & Conradus Bruchvvige.
Ludevvicus Reite *de* Pinguia.
Petrus.
Dudo.
Herbordus.
Baldemarus.
Magnus, *Scultetus.*
Anshelmus & Ludevvicus, *Aduocati de* Budensheim;
& alii quamplures.

Acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCCXIII, Indictione prima, XVI Kalend. Maii.

Vti vero ipſe commodis eccleſiæ ſuæ conſulere ſtuduit, ita Sigefridus quoque II Archiepiſcopus eodem hoc anno monaſterio huic ſex eccleſias, videlicet Strasheim, Seylfurt, Bodenheim, Ebersheim, Sarmsheim, & Büdesheim, incorporauit. Pro teſtimonio loquuntur ſequentes tabulæ:

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. SIFRIDVS *Dei gracia ſancte Magun-*

Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Apoſtolice Sedis Legatus. Licet pium ſit & Domino placitum, fidelis cuiuslibet inopiam ſubleuare, precipue tamen in ſuis neceſſitatibus conſolandi ſunt, qui, relictis ſeculi deliciis, diuinis inuigilant obſequiis, ſub religionis habitu Altiſſimo famulantes.

Nos igitur tenuitatem rerum nimiam intuentes, ad quam per guerras & alios ſiniſtros euentus miſerabiliter deducta eſt ſancti Albani *eccleſia Magunt. que olim & habundabat diuiciis, & honeſtate ac religionis obſeruancia ceteris ſui Ordinis preeminebat, ne Fratres ibidem degentes propter nuditatem & famem, quibus premebantur quotidie, locum ipſum in ſcandalum Ordinis deſerere cogerentur, ad ſuſtentacionem preſencium, & nichilominus futurorum, tam ordinaria quam legacionis auctoritate, qua fungimur, ſex eccleſiarum prouentus, que ſubſcripte ſunt, de conſenſu* Wolueradi, *tunc Abbatis loci ipſius, percipiendos perpetuo memorate eccleſie indulſimus, quàm cito contigerit eas vacare, Dioceſani & Archidiaconi per ſingula iure ſaluo, iure patronatus earum apud Abbatem predictum, vel ſucceſſores ipſius inpoſterum permanente; ita tamen, vt per legitimos Vicarios, aſſignata eis ſuſtentacione competenti, diuina in illis faciant prouideri, nullis literis obſtantibus huic facto, que contineant aliquid de infeodacione locacionis eccleſie proximo vacante, cuius ad Abbaciam predicte eccleſie pertineat patronatus.*

Hec autem ſunt nomina eccleſiarum: Strazheim, Seilenuort, Batenheim, Eberensheim, Sarmensheim, Butensheim, *quarum locacio Abbacie pertinet loci dicti.*

Vt autem hec noſtra indulgencia, rite facta & pie, firma permaneat & a nullo valeat infirmari, preſentem paginam conſcribi fecimus, & ſigilli noſtri munimine roborari, ſub pena anathematis inhibentes, ne quis ei temere contraire preſumat; quod ſi quis attemptauerit, indignacionem Dei omnipotentis, & excommunicacionis noſtre ſententiam ſe nouerit incurſurum.

Teſtes huius rei ſunt:

Cunradus, *maioris eccleſie,*
Gerbodo, *ſancti* Petri,
Gerhardus, *ſancti* Stephani,
Chriſtianus, *ſancti* Victoris, *Prepoſiti.*
Theodericus, *Decanus.*
Rifridus, *Scolaſticus ſancti* Petri.
Iohannes, *Decanus ſancti* Stephani.
Arnoldus, *Scolaſticus.*
Herimannus, *Cantor ſancti* Victoris.
Arnoldus, *Decanus ſancte* Marie *ad* gradus.
Cunradus, *Decanus ſancti* Mauricii.
Diemarus, *Decanus.*
Sigevvinus, *Cantor* S. Iohannis *Magunt.*

Laici

Gerhardus, *Burgrauius Maguntine ciuitatis & Comes de* Rienecke.
Emircho, *Camerarius.*
Dietherus, *Scultetus.*
Eberhardus.
Dieto.
Emircho.
Helfricus.

Miniſteriales

Arnoldus. Baldungus. Godeſcalcus.

Officiati

Erneſtus. Hertvvicus. Sifridus, *ciues Maguntini;*
& alii quamplures.

Acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCCXIII, Indictione prima. Data Maguncie XIII Kalendas Iunii, Pontificatus Domini Innocencii *Pape III anno ſextodecimo, Pontificatus vero noſtri anno duodecimo.*

Quo anno *Wolferadus* diem obierit ſupremum, haud occurrit.

GEBENO.

In Abbatem euectus fuit anno MCC.. Præfuit ſimul monaſterio Seligenſtadenſi: id quod patet ex litteris fraternitatis, quam anno MCCXIX inter monaſterium S. Albani, & dictum cœnobium Seligenſtadenſe initam ſequentes oſtendunt litteræ:

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis in perpetuum, Amen. Quante virtutis & efficacie ſit mutue fraternitatis & dilectionis connectio, ſcriptura euidenter

denter insinuat, que ait: Orate pro inuicem, vt saluemini; *hoc est eternum fedus illud, quod Dauid cum Ionata pepigit; hec est vnio illa, de qua idem Psalmista dicit:* Ecce quam bonum & quam iucundum, cohabitare fratres in vnum. *Hinc est, quod ego* GEBENO, *humilis Abbas ecclesiarum sancti* Albani *Maguntini, simul & sanctorum* Marcellini *&* Petri *in Selingenstat Procurater & Rector existens, vtramque ecclesiam iam dictam adeo amicabili federe coniungere curaui, vt Fratres locorum eorundem de cetero mutue societatis se brachiis amplexando, quasi cor vnum & anima vna, tam in temporalium quam spiritualium administracione plenaria se inuicem preuenire omni obsequio debeant in perpetuum & honorare, eos in stipendiis tanquam propriis vicissim vtrobique connectendo, ac iuxta vniuscuiusque statum & ordinem hinc & inde ipsos suis in locis installare satagendo: Ita eciam, vt, si quos de Fratribus pro morum emendacione, aut fortassis excessuum correctione aut alio qualicunque negocio compellente, ad alteram predictarum ecclesiarum declinare contigerit, ibidem iam a modo non vt hospites & aduene, sed tanquam ciues & domestici cum omni excipiantur hilaritate, & honorentur deuotissime, comedentes & bibentes cum graciarum actione, que apud illos sunt, & eisdem vestimentis se operientes, quousque iterum eis ad propria remeare placuerit: vt sic in posterum de sepedictis domibus Confratres, quasi cum Loth ad portam ciuitatis prestolantes, aut cum Abraham angelis in meridie occurrentes, se ad inuicem omni prestolentur desiderio & affectu, ac de mutuo frequencius inter se congratulentur aduentu.*

Acta sunt hec anno incarnacionis Dominice MCCXIX, regnante Rege Romanorum ac Sicilie Friderico, *presidente Domino* Sifrido *Archiepiscopo Moguntino.*

Testes quoque huius rei sunt:

Fridericus, *Prior.*	Gerardus.
Gerunchus, *Cellerarius.*	Lucianus.
Bertolfus *senior*, Bertolfus *iunior.*	Hartvvicus.
Ehdurandus *senior.*	Godefridus.
Erbo.	Ehdurandus *iunior.*

Et vniuersi SS. Marcellini *&* Petri *in Seligenstat Confratres, qui presentem formam sigillo proprio & Abbatis* Gebenonis *roboratam super his ita ordinatis monasterio S. Albani tradiderunt.*

Eodem hoc anno confirmationi parthenonis in Indagine, postmodum *Schmerlenbach* appellati, tum recens a Nobilibus *de Kugelberg, Burcardo*, Canonico Aschaffenburgensi, *Alberto*, Cantore Moguntino, *Godefrido*, Præposito in Moxstadt, nec non *Conrado*, Milite, eiusque vxore *Frederuna* conditi, cum *Hertuico*, Abbate S. Disibodi, aliisque quampluribus ecclesiarum Prælatis, interfuit.

Subsequenti, itidem actui, quo *Hertuicus* modo dictus, bona, quæ in villa Genzingen habebat, *Agneti* Ducissæ *de* Nanzei vendidit.

GVNZECHINVS, *siue* GVNZELINVS.

Custos fuit ad D. Albanum anno MCXCIV, sub Henrico II Abbate: Gebenone vero rebus humanis erepto, ad Abbatis successit honores anno MCC..*.

* *Surrogatus* Gebenoni *fuit anno MCCXX. Occurrit enim iam in litteris* Sifridi II, *anno hoc datis.*

Interfuit anno MCCXXVI compositioni factæ inter Reinherum, Decanum S. Stephani, ex vna, & Gumpertum, Militem, de Biedencap & Wolpertum, ex altera parte, super iure patronatus, curia, & quatuor mansis in *Ammenovve*, & bonis in *Stenreshusen*, super decimis item in *Ammenovve* &c.

Sequenti MCCXXVII perfecit, vt Sifridus II bona Wignandi, quæ Ruthardus Archiepiscopus anno MXCVII monasterio contulerat, his firmaret litteris:

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. SIFRIDVS *Dei gracia sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus, vniuersis, ad quorum audienciam vel conspectum presens scriptum peruenerit, salutem in omnium salutari. Pium esse decernitur & salubre, vt bonorum virorum actibus delectemur, & ad eorum imitacionem ad vite eterne brauium promerendum feliciter prouocemur.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Reuerendi itaque Fratris in Christo, predecessoris nostri bone memorie, Ruthardi *Archiepiscopi Maguntini, caritatis imitari vestigia cupientes, in villa* Altauilla *& in* Steinheim *bona* Wignandi, *quondam ciuis Maguntini, que, idem zelo Dei succensus, ecclesie beati* Albani *apud Maguntiam donauit ad sustentacionem Deo ibidem diu noctuque famulancium personarum, sub testimonio honestorum virorum, qui iam in Domino requiescunt, nos similiter condonamus, cum omni proprietate, vtilitate, libertate, ac seruicio qualicunque ad nos pertinente, sub eadem forma & eodem deuocionis spiritu, quo predictus* Ruthardus *felicis memorie antecessor noster, spe videlicet possidendi premium sempiternum; sub anathemate inhibentes, vt nullus supradictam ecclesiam in predictis bonis grauare vel inquietare, vel eciam huic nostre donacioni presumat ausu temerario contraire; quod qui fecerit, iram Dei omnipotentis, & indignacionem beatorum* Petri *&* Pauli *Apostolorum, &* B. Martini, *nostreque excommunicacionis sentenciam se nouerit incursurum.*

Huius donationis testes sunt:

Dominus Sifridus, *Ratisponensis Episcopus.*
Gerbodo, *maior Prepositus, & Prepositus sancti* Petri.
Christianus, *Decanus, & Prepositus sancti* Victoris.

Canonici maioris ecclesie Maguntine:

Symon. Adelungus. Lutdegerus, *Cellerarius.*
Waltherus. Folpertus. Heinricus, *Prepositus* Binguensis.

De sancto Petro,

Waltherus, *Decanus.* Arnoldus, *Scolasticus*, *&* Iohannes, *Cantor.*

De sancto Stephano,

Reinherus, *Decanus*; *&* Helvvicus, *Cantor.*

De sancto Victore,

Arnoldus, *Decanus*; *&* Arnoldus, *Scolasticus.*

De Gradibus,

Burchardus, *Decanus.* Bervvelfus, *Cantor*; *&* Cunradus, *Cellerarius.*

De sancto Iohanne,

Gotzmarus, *Decanus.* Benedictus, *Scolasticus*, *&* Godefridus, *Cantor.*

Laici:

Rupertus, *Comes Irsutus.*
Fridericus *de* Kelberovva, *Camerarius Moguntinus.*
Embercho, *Comes Reni, & Vicedominus;*
Wernherus, *frater eius.*
Eberhardus *de* Turri. Meingotus.
Cunradus *Magnus.* Helfericus.
Embricho, *filius* Didonis.
Ebervvinus *de* Suabach.
Theodericus, Mengotus, *&* Hertvvicus, *Milites de* Scarpenstein.
Stephen *de* Walteggen; Waldeck
& alii quamplures tam Clerici quam Laici.

Data Maguncie anno Dominice incarnacionis MCCXXVII, X Kalend. Octobris.

Anno MCCXXXIII compositionem fecit cum *Helferico* de *Rotenberg* super bonis quibusdam in *Drechtingshausen*; ceu litteræ Iudicum a C. Portuensi, Legato Sedis Apostolicæ, delegatorum, VII Idus Maii datæ ostendunt. Incipiunt; *Ad notitiam vniuersorum tam presencium, quam futurorum, ad quos presens scriptum peruenerit, cupimus peruenire, Dominum* Gunzechinum, *Abbatem S. Albani, & Dominum* Helfricum *de* Rodenberg *super ea* &c.

Sequenti obtinuit, vt Gregorius IX P. M. priuilegium super prima sessione post Canonicos maioris ecclesiæ Fratribus D. Albani his stabiliret tabulis:

GREGORIVS *Episcopus, seruus seruorum Dei; dilectis filiis Abbati & Conuentui monasterii* S. Albani, *quod iuxta Moguntiam situm est, Ordinis S. Benedicti, salutem & Apostolicam benedictionem.*

Cum a nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur

catur effectum. Significastis siquidem nobis, quod Venerabilis Frater noster Archiepiscopus Moguntinus & predecessores eius a tempore, cuius memoria non existit, dignitate monasterii vestri pensata vobis, Capituli sui accedente consensu, prouida deliberatione concesserunt, vt quotiens celebrantur ordines, Fratres monasterii vestri primi post maioris ecclesie Canonicos aduocentur: & in publicis stationibus ac in oblatione, que fit in cena Domini annuatim, primam post episcopalem sedem obtineat monasterii vestri Abbas, prout in litteris inde confectis dicitur contineri.

Nos igitur deuotionis vestre precibus inclinati, quod per eundem Archiepiscopum super hoc prouide factum est, ratum habentes, auctoritate Apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hec attemptare presumserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli, *Apostolorum eius, se nouerit incursurum.*

Datum Laterani Kalend. Decembr. Pontificatus nostri anno septimo.

CONRADVS.

Gunzechini Abbatis fuit successor, electus anno MCC...

Occurrit in litteris quibusdam anno MCCXL, ipso D. Laurentii festo, super locatione ipsius S. Albani curiæ in Moguntia inter cerdones sitæ datis, *Henrico* Censuario, *Friderico Schade*, monachis Albanensibus, *Volcmaro* Iudice, aliisque tanquam testibus adscriptis.

RVDOLFVS.

Conradi in locum suffectus anno MCC...

Anno MCCLIV ecclesiæ metropolitanæ in augmentum præbendarum parochialem in Strasheim in perpetuum possidendam donauit, attribuitque: pro qua liberali munificentia Capitulum metropolitanum monasterium, ac Fratres D. Albani in perpetuum fraternitatis consortium assumsit, &, præter alia, de quibus sequentes litteræ, collationem nouæ Vicariæ in metropolitana fundatæ Rudolfo, eiusque in Abbatia successoribus in perpetuum contulit.

Litteræ vero, de quibus dixi, hæ sunt:

Reuerendis ac Dilectis in Christo Confratribus suis, Domino Rudolffo *Venerabili Abbati, totique Conuentui* S. Albani *Mogunt.* Wernherus *Prepositus*, Iohannes *Decanus*, *& vniuersum Capitulum Moguntinum, fraternitatis vere, oracionum & obsequii in Domino perpetuam firmitatem.*

Liberalitates hominum perpetuis inscribi titulis sacre leges ideo voluerunt, quia immensum glorie calcar habent liberalitatum auctores ad accumulandas gracias, & alios quoslibet ad beneficenciam prouocandi. Vt igitur donum illud insigne, munus excellens, & nobile donatiuum de ecclesia in Strasheim, *per vestras manus munificas nobis magnifica liberalitate donatum, de mente presencium, & memoria futurorum nulla valeat obliuione deleri, sed ad repensiuam multiplicem beneficiorum, graciarum, & specialium munerum apud nos & nostros successores viuat & vigeat in eternum; ecce tituli publici perpetua stabilitate subnixi, ecce reuiuifica preconia, & semper ex se renascencia signa, per que tantum & tam memorabile memoriale in secula non poterit derelinqui.*

Nos enim ex nunc, vos, Pater Reuerende Rudolffe, *in vere fraternitatis & fraterne caritatis consorcium liberaliter, & leti suscipimus, vobisque singuli manuali fide promittimus, quod vobis & vestre ecclesie contra quoslibet, vos in honore & iuribus vestris grauare volentes, fideliter assistemus, de communi consilio statuentes, quod nostri posteri quemlibet vestrum successorem infra octo dies post confirmacionem electionis sue, ad nostrum Capitulum venientem, in huiusmodi confraternitatem recipient, quodque singuli a Preposito vsque ad vltimum, similiter ei assistencie presidium, & huius forme obseruanciam repromittent.*

Antiqua eciam confraternitatis iura inter nos & vos habita renouamus, videlicet, vt in morte cuiuslibet de vestris Fratribus, de prebenda qualibet ecclesie nostre vnus panis & staupus pauperibus erogetur; vos quoque in obitu cuiuslibet nostrum, Antiqua fraternitas inter eccl. Mog. & S. Alban. renouata.

nouatur. *noſtrum prebendam vnam per triginta dies faciatis in hoſpitale integre miniſtrari; in compulſacionibus, vigiliis, Miſſarum obſequiis nobis facietis, vt veſtris, nosque vobis per omnia, ſicut noſtris.*

Vicariæ nouæ in Moguntina eccleſia inſtitutio. *Ad hec vt ex donacione huiusmodi nobis facta, eccleſia veſtra nullius demembracionis ſenciat detrimenta, quin pocius ei ex hoc honoris, fauoris, & commodi multipliciter ſuffragia liqueat accreuiſſe, liberaliter promittimus, & nos tenore preſencium obligamus, quod, cum primum dicte eccleſie vſu & vtilitate gaudebimus, nos in eccleſia noſtra de nouo Vicariam perpetuam creaturos, cui & de redditibus collate nobis eccleſie honeſtam & decentem deputabimus porcionem; vobis, Pater* Rudolffe, *ac veſtris ſucceſſoribus ex nunc cedentes & dantes ius & poteſtatem, ipſam Vicariam ſacerdoti honeſto & choro vtili, perpetuo conferendi, qui & duos cereos bilibres in vigilia* B. Albani *ad veſperas ſuper altare maius dare annis ſingulis teneatur, qui in ipſis veſperis, die & infra octauam vsque ad conſumpcionem ardebunt, nec ob hoc conſuetarum candelarum numerus minuetur.*

Cuius patronus Abbas S. Albani.

Proceſſio maioris eccleſiæ ad S. Albanum inſtituta. *Vouemus eciam ex nunc, in die dicti patroni veſtri ad veſtram eccleſiam annis ſingulis proceſſionaliter perpetuo nos ituros, nosque ibi, quousque miſſarum ſolempnia completa fuerint, duraturos, preſencia ordinanda, que nec eciam cuiquam prelatorum, niſi preſens fuerit, tribuatur.*

Salmo quotannis Abbati S. Alb. ab Capit. Mog. dandus. *Eodem eciam die ſalmonem dabimus Abbati, qui dari a paſtore ipſius eccleſie nomine conſueuit. Item Abbas, qui pro tempore fuerit, in ſignum vnionis & confraternitatis huiusmodi, tempore abſencie Epiſcopi, cum a Capitulo noſtro rogatus fuerit, ac ei libet ac vacat, in eccleſia noſtra Miſſarum ſolempnia celebrabit; nos quoque tunc faciemus eidem de meliori vino, vbicunque illa die comederit, honorifice propinari.*

Communis memoria Abbatum ac Fratrum S. Albani in eccl. Mog. inſtituitur. *Preterea in anniuerſario veſtro, Domine Abbas, quod in eccleſia noſtra ſtatuimus perpetuo ſolempniter celebrari: item in commemoracione communi omnium Abbatum & Fratrum eccleſie veſtre, quam in vigilia* B. Benedicti *perpetuis temporibus agi decreuimus, due honeſte nichilominus preſencie de redditibus dicte eccleſie ſtatuentur, & he, ſicut & prima, iuxta ordinacionem veſtram, precarias habentibus non dabuntur.*

Ceterum fideliter vobis promittimus, quod ſi occaſione collacionis huiusmodi vos vel veſtram eccleſiam a quocunque impeti vel vexari contingeret, nos impeticionem & vexacionem huiusmodi vobis tollemus noſtris laboribus & expenſis.

In cuius facti memoriam & perpetuam firmitatem preſentes literas vobis damus noſtri ſigilli munimine roboratas. Actum anno Domini MCCLIIII, quinto Kalendas Maii.

Gerhardus vero I, Archiepiſcopus, biennio poſt, cum Capituli maioris conſenſu, monaſterio, quod tum occaſione belli generalis plurimum debilitatum, tum etiam propter aliorum incurſationes ac infeſtationes in annuis ſuis reditibus plurimum diminutum fuerat, duas parochiales in Bodenheim & Vndenheim incorporauit; quam vnionem non tantum Alexander Papa IV ratam habuit, verum etiam Ludouicus Archidiaconus anno ſequenti MCCLVI, II Id. Mart. ſtabiliuit.

Gerhardi hanc in rem litteræ ita habent:

GERHARDVS *D. G. S. Moguntine Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in Chriſto Abbati, & Conuentui monaſterii* S. Albani *extra muros Mogunt. Ord. S. Bened. noſtre dioceſis ſalutem in Domino.*

Licet generaliter officii noſtri debitum remediis inuigilet ſubiectorum, ſpeciali tamen prouiſionis oculo illis proſpicere cogimur, qui nobis & propinquitate loci & deuocione ſeruicii arctius ſunt aſtricti, & quorum neceſſitates compaſſionis viſceribus & cottidiano intuitu viuaciter contemplamur.

Cum igitur monaſterium veſtrum, occaſione belli generalis ac perturbacionis toeius patrie, facultatibus exhauſtum, & debitorum oneribus depreſſum, deſolacionis ſtatum & deſtructionis indicia premonſtraret, nos huiusmodi veſtris periculis ex ſpeciali gracia & paterna ſollicitudine, pro remedio peccatorum noſtrorum, & vt noſtri memoria penes Fratres eiusdem loci in pia recordacione omni tempore habeatur, vt duas parochiales eccleſias Bathinheim & Vndenheim, *quarum ad vos ius patrona-*

tronatus noscitur pertinere, cum suis prouentibus, iuribus ac pertinenciis vniuersis, que Pastores earundem hactenus percipere consueuerunt, in augmentum prebendarum vestrarum licite ac perpetuo retinere possitis, vobis & per vos monasterio vestro, presencium testimonio duximus liberaliter indulgendum, adhibentes ad hoc consensum voluntarium & expressum; ita tamen, quod, cum primum ipsas ecclesias vacare contingeret, prouentus ipsarum omnes, qui super competentem & honestam prebendam Sacerdotum idoneorum Vicariorum perpetuorum residencium in eisdem, qui ad ipsas sunt pro consuetudine Archidiacono presentandi, poterunt supersesse, prebendarum vestrarum vsibus communibus perpetuo applicetis, nostro, successorum nostrorum, ac Archidiaconi per omnia iure saluo.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis, consensus & confirmacionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc presumpserit, indignacionem Dei omnipotentis, B B. Apostolorum Petri & Pauli, & nostram se nouerit incursurum. Datum Moguncie anno Domini MCCLV, XV Kal. Sept. Pontificatus nostri anno IIII.

Anno MCCLVIII Rudolfus dimidiam partem decimæ in tractu Rudenavv, cum omni integritate, aliisque præsenti acquisiuit pecunia, posteritatique hac de emptione reliquit litteras, quarum initium est: *Ne gesta temporum cum tempore simul elabantur, solent ea homines scriptis perhennare. Ad noticiam igitur cunctorum hominum cupimus peruenire, quod nos, videlicet ego* Rudolfus, *Abbas S. Albani & Confratres* &c. finis vero; *Acta sunt hec anno incarnationis Domini MCCLVIII, ipsa Dominica, in qua cantatur*, Dominus illuminacio.

Anno MCCLXVI assensit, vt Wernherus Archiepiscopus ecclesiam in Sarmsheim prope Bingam, cuius ius patronatus ad Abbatem & Conuentum S. Albani spectabat, Collegio D. Stephani incorporaret; simul autem sibi, successoribusque collaturam vnius præbendæ in dicta D. Stephani ecclesia acquisiuit. Litterarum XII Kalend. August. desuper editarum clausula est: *Nos quoque* Rudolfus *Abbas, & Conuentus monasterii S. Albani, & nos* Waltherus *Decanus, & Capitulum S. Stephani ordinacionem ipsam recipimus, ac eam perpetuis temporibus promittimus obseruare.*

Anno tandem MCCLXIX *Rudolfus* post laudabile regimen viuendi finem fecit, cuius anniuersarium in Moguntina maiori annuatim in mense Iunio peragitur.

CONRADVS.

Emit ipse anno MCCLXX partem decimæ, in terminis villæ Vdenheim, quæ feudi iure ad ecclesiam D. Albani spectabat, cum omnibus iuribus a *Philippo* de *Hohenfels*, Dapifero de Altzeia.

Et cum vir esset deuotus, diuæque virginis Mariæ cultor singularis, anno postero capellam eiusdem Deiparæ, sitam in *Oberndorf*, in terminis villæ Bodenheim, iam a multo tempore prouisorum incuria pæne desolatam, ac in suis prouentibus diminutam, restaurauit, reditibusque, ad diuinum officium in ea rite obeundum, instruxit. Perhibent id hæ dotationis tum factæ, litteræ:

CONRADVS *D.G. Abbas, totusque Conuentus monasterii* S. Albani *extra muros Moguntinos, vniuersis Christi fidelibus, presencium inspectoribus literarum, oraciones deuotas & salutem in Domino sempiternam.*

Labilis hominum memoria, que frequenter obliuionem inducit, expostulat ac persuadet, vt ea, que fiunt in tempore, ne cum tempore labantur, scripturarum testimonio roborentur: ea propter constare cupimus, tam presentibus quam futuris, quod cum capella in Oberndorf, *in termino parochie ville Bodenheim sita, in honorem beate ac gloriose Dei genetricis constructa per Sacerdotem, qui ipsi parochie preesse consueuit .... in Missarum celebracione & in aliis officiis diuinis officiata fuisset, nec per se proprium sustentare potuit Sacerdotem, eo quod eidem capelle nulli certi hactenus redditus attinebant, homines predicte ville ob reuerenciam Dei & venerabilis matris sue, patrone dicte capelle, ipsam sic diuinis officiis desolatam esse dolentes, nos crebris exhortacionibus sollicitare curarunt, vt eandem in meliorem statum circa diuinum officium ponere curaremus.*

Eorum igitur consilio & auxilio eorundem hominum, aliorumque fidelium, certis redditibus, de quibus Sacerdos competenter sustentari valeat, ordinatis, accedente consensu Reuerendi Patris nostri D. Gerhardi *Archiepiscopi Moguntini, duximus ordinandum, quod prefata capella de cetero in perpetuum per proprium gubernabitur Sacerdotem, qui quidem per nos Abbatem, & nostros successores, Abbates monasterii* S. Albani, *sicut Sacerdos parochie ville predicte, quociescunque ista capella vacauerit, loci Archidiacono presentabitur, ab ipso inuestiendus. Quilibet eciam Sacerdos, cui de ipsa capella per nos vel nostros successores fuerit prouidendum, ante huiusmodi prouisionem firmabit proprio iuramento, quod ab hominibus dicte parochie vllas oblaciones recipiat manifeste vel occulte, & si que tamen ad altare dicte capelle oblate fuerint, antedicte illas restituet ipsius parochie Sacerdoti. Preterea nec minutam decimam percipiet, nec aliquid acceptabit in preiudicium parochie vel Sacerdotis, qui pro tempore fuerit, parochie memorate. Si vero aliquis fidelium in vita vel in morte sua aliqua donare vel legare voluerit in augmentum prebende Sacerdotis, seu ad edificium ipsius capelle, hoc vtique licitum sibi erit. Ad hec statuimus, vt Sacerdos capelle nec confessiones parochialium audiat, nec aliqua eis porrigat ecclesiastica sacramenta, nisi in absencia Plebani, necessitate vrgente, vel ipso Plebano rogante. In diebus dominicis & festiuis nec aspersionem aque nec predicacionem faciat, ne populus a sua parochia abstrahatur, ad quam precipue debet his diebus confluere. Ceterum addicimus, vt in capella memorata semper prima Missa summo mane celebretur, exceptis festis precipuis, videlicet* Natiuitatis Domini, Pasche, Pentecostes, Omnium Sanctorum, *die* animarum, dedicacionis ecclesie, *ac quatuor festiuitatibus B. Marie, scilicet* Natiuitatis, Annunciacionis, Purificacionis & Assumpcionis; *in quibus Sacerdos capelle ante Missam parochie non celebret, nisi fuerit de Plebani licencia speciali.*

In cuius nostre ordinacionis perpetuam firmitatem presentem literam nostris sigillis duximus roborandam. Actum anno Domini MCCLXXI, III Kalend. Augusti.

Decessit ex hac lacrimarum valle, vita longiore dignissimus, anno MCCLXXIII.

RVDOLFVS.

Successit *Conrado* anno MCCLXXIII, a Wernhero Archiepiscopo V Kal. Iul. confirmatus: quo munere pie non minus, quam vtiliter perfunctus est tres annos & aliquot menses.

* Anno sequenti *IV maldra siliginis, tertiam partem duarum amarum vini Hunici, & tertiam partem duorum plaustrorum straminis Decano & Capitulo S. Victoris vendidit. Quam rem sequentes docent litteræ;*

* *Nos* RVDOLFVS *Abbas monasterii* S. Albani *prope Mogunciam confitemur & publice protestamur, quod nos IV maldra siliginis cum suis attinenciis, tercia scil. parte duarum amarum vini Hunnici, & tercia parte duorum plaustrorum straminum, que nobilis Vir, Dominus* Eberhardus, *Camerarius ciuitatis Maguntine de tercia parte decime* S. Disibodi, *pertinente ad ipsum nomine census, in pensione nobis & monasterio nostro soluit hactenus annuatim, prudentibus Viris Decano & Capitulo* S. Victoris *Magunt. iusto empcionis & vendicionis titulo vendidimus pro certa pecunie quantitate, de qua integre & plene nos dicimus esse pagatos, vnde nos idem ius, quod in predictis bonis nomine census & pensionis habuimus & habemus, plene transtulimus & transferimus, de voluntate & expresso consensu* Eberhardi *Camerarii supradicti, in Decanum & Capitulum superius memoratos.*

Testes huius facti sunt:

Henricus, *Prior.*
Sigenandus, *Camerarius.*
Marquardus, *Cellerarius.*
Conradus, *Hospitalarius.*
Godefridus, *Magister operis,*
& Petrus, *monachi monasterii nostri.*
Iohannes, *Decanus.*
Cunradus, *Scolasticus.*
Ludvvicus, *Cantor.*
Henricus, *Custos.*
Henricus *de* Alsenzen.
Herburdus.
Wernherus *de* Colnhusen,
Canonici eccles. S. Victoris;
& plures alii ad hoc specialiter conuocati.

In

In huius rei teſtimonium ſigilla noſtra duximus preſentibus apponenda. Datum & actum anno Domini MCCLXXIIII, V Kalend. Auguſt.

Anno MCCLXXVI Plebano in villa Bodenheim portionem certam annuatim percipiendam conſtituit, quadraginta videlicet maldrorum ſiliginis, & vnius carratæ vini, nec non aliorum quorundam cenſuum ac decimarum. Rem III Idus Ianuar. in litteras miſit ac confirmauit *Simon*, Decanus maioris, & Præpoſitus eccleſiæ ad D. Victorem : quarum quidem initium : *Ordinationem de prebenda Sacerdotis in villa Bodenheim pro tempore celebrantis factam per Dominum* Rudolfum, *Abbatem S. Albani, & ſuum Conuentum ---- ratam habemus.*

Anno eodem Magiſtræ & Conuentui in *Walsdorf* capellam in loco, qui *Altenburg* nominatur, cum curia, reliquisque bonis omnibus in perpetuum conceſſit : cuius beneuolæ voluntatis teſtes hæ ſunt litteræ:

RVDOLFVS *D. G. Abbas, totusque Conuentus monaſterii* S. Albani *extra muros Moguntinos, Dilectis in Chriſto ſororibus, Magiſtre & Conuentui clauſtri in* Walesdorff, *ſalutem & veram in Domino caritatem.*

Cum & plantare ſacram religionem, & plantatam fouere ex religionis debito teneamur, vota veſtra & peticionem, zelum deuotionis & religionis continentem, pro fauore & benigna conſideracione ſuſcepimus & curauimus effectui mancipare.

Ad honorem igitur Dei omnipotentis & ad decorem eccleſie noſtre S. Albani, *vobis & veſtre eccleſie, Dilectis in Chriſto ſororibus, noſtram eccleſiam, ſitam in loco, qui dicitur* vetus caſtrum, *cum curia & omnibus ſuis pertinenciis in perpetuum concedimus, ipſius proprietate apud noſtram eccleſiam remanente, ita, quod vos pro regulari inſtitucione religioſas perſonas de veſtro Conuentu, quantas decreueritis, in eodem loco ſtatuatis ad religionem monaſticam obſeruandam & diuinum officium exequendum ; & quod C. Confratri noſtro, donec vixerit, & ſuum officium in predicta eccleſia exequi voluerit, prebendam ſuam, ſicut alii de noſtris Fratribus, miniſtrabimus ad ipſum locum, poſt eius deceſſum vel diſceſſum ad alterius Sacerdotis prouiſionem nolentes eſſe aliquantulum obligati. Statuimus eciam, vt ad recognicionem iuris & dominii noſtri, ſemper in quinto anno infulam Abbatis ad noſtrum ſacrarium miniſtretis ; memoria eciam Abbatum & Fratrum noſtre eccleſie in anniuerſariis celebrabitur, in vigiliis ſolempnibus & in Miſſis ; & ſi, Deo donante, locus idem adeo conualuerit, vt puelle ibidem recipi debeant, noſtrum ſuper hoc, ſcilicet Abbatis* S. Albani, *conſenſum & conſilium requiretis, cui eciam Sacerdotes, qui p. t. a vobis aſſumentur, preſentabitis inſtituendos.*

Ceterum ſi predictum locum per veſtram negligenciam, maliciam ſeu deſidiam diuino officio & religione incultum dimiſeritis & deſertum, vel ea, que ſuperius ſunt ſtatuta, duxeritis temere violanda, locus idem ad nos ſine contradictione qualibet libere reuertetur.

Ad premiſſe igitur collacionis firmitatem preſentem paginam noſtris & noſtre eccleſie ſigillis fecimus roborari. Acta ſunt hec anno Domini MCCLXXVI, III Kalend. Februar.

Eadem beneficentia hoc anno veſtalibus cœnobii in monte D. Ruperti fontem curiæ Albanenſis in villa Bermersheim perpetuos in vſus attribuit. Fidem adſtruunt litteræ, Kalend. Maii tum editæ, quæ ſic inchoant : *Nos RVDOLFVS Dei gratia Abbas* &c.

Poſtero, qui MCCLXXVII fuit, aduocatiam in villa Bodenheim, quam *Philippus* de *Hohenfels*, iunior, *Philippi*, ſenioris, & *Lucardis* Iſenburgicæ filius, in feodo ab eccleſia D. Albani habebat, fratrum ſuorum *Philippi*, *Tilmanni*, & *Ioannis* conſenſu, redemit, *Philippo* rem his fatente litteris : *Ego* Philippus de Hoinvels, *natus Domine* Lukardis *de* Iſenburk, *preſentibus literis ad noticiam preſencium & futurorum cupio peruenire, quod cum inter me & Venerabilem Dominum meum Abbatem* Rudolfum *monaſterii S. Albani* &c.

CONRADVS.

Rudolfo in Libitinæ cenſum redacto, Abbas deſignatus, an. MCCLXXVII a Wernhero Archiepiſcopo confirmatus, religioſe monaſterio præfuit ac vtiliter.

Monasticæ disciplinæ fuit obseruantissimus, possessionum D. Albani augendarum studiosissimus: vti sane, dum regiminis tenuit habenas, monasterium, multis priuilegiis, donationibusque auctum, plurimum sumsit incrementi.

Anno MCCLXXVIII, cum cœnobii res tot monachis alendis, quot hactenus, minus sufficerent, consilio cum Fratribus inito, certum ac determinatum numerum, quadraginta scilicet personarum deinceps & in posterum admittendarum, statuit ac ordinauit: quem dein Wernherus Archipræsul sequenti firmauit diplomate:

WERNHERVS *D. G. sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in Christo Abbati & Conuentui monasterii* S. Albani *extra muros Moguntinos salutem, & sinceram in Domino caritatem.*

Quociens a nobis petitur, quod congruit racioni, iustum est & decens, vt petencium desideria compleamus. Sane nobis exponere curastis, quod, licet ecclesia vestra, tum ex malicia temporis, tum propter casus graues & difficiles, qui emerserunt hactenus & emergunt, non modicum sit grauata, & redditus vestri ex parte eciam diminuti, tamen propter instancias & preces importunas tam Prelatorum, quam aliorum nobilium & potentum, supra vires vestras ad recepcionem coginini puerorum, cum in ipsa eciam non sit nec hactenus fuerit certus numerus personarum; contra quod, quia deliberacione prouida statuistis, & statutum item iuramento interposito roborastis, vt in vestro monasterio numerus Fratrum determinatus deinceps habeatur, numerum quadraginta personarum, Abbate vestro, qui pro tempore fuerit, pro duabus personis computato, taxatis viribus facultatum ecclesie vestre, statuentes, in posterum obseruandum, petentes a nobis humiliter & deuote, predictum numerum a nobis ratum haberi & eciam confirmari. Nos igitur vestris vtilitatibus & commodis consulere cupientes, quod per vos de his factum est, auctoritate presencium in nomine Domini confirmamus. Actum Maguncie anno Domini MCCLXXVIII, XII Kalendas Iunii.

Eodem anno in consensum coaluit cum Conuentu D. Albani de reditibus ecclesiarum in Bodenheim & Vndenheim, delectis ab vtraque parte hanc in rem arbitris: quorum litteræ sic incipiunt: *Suborta inter Dominum* Cunradum, *Abbatem monasterii S. Albani & suum Conuentum* &c.

Anno MCCLXXXV a *Ruperto* & *Ioanne* de *Sassenhusen* fratribus, aduocatiam in *Oberavv* iuxta Triburiam, quam ii ab abbatia S. Albani in feudo tenebant, XXVII marcis Colonienſ. sibi & ecclesiæ redemit. Habent id, quas *Sassenhusii* tum VIII Kalend. Februar. ediderunt, litteræ.

Sequenti MCCLXXXVI ipse, totusque Conuentus instituerunt ac fundarunt perpetuam Missam in memoriam Fratrum defunctorum in sacello Deiparæ virginis in peristylio quotidie peragendam. Fundationis huius extant litteræ, IV Idus Februar. scriptæ; in quibus is diserte: *Eapropter nouerint vniuersi, tam presentes, quam futuri, quod nos* Cunradus *D. G. Abbas* &c.

Cum ipse cœnobio sic curas impenderet suas, *Gerhardus II* Archiepiscopus anno MCCXCIV parochialem in *Seylfurt* *, cuius ius patronatus ad Abbatem & ecclesiam S. Albani spectabat, consensu tum Decani & Capituli maioris, tum Præpositi ad *D. Victorem*, præbendis Fratrum incorporauit. Extant hanc in rem chartæ tum *Gerhardi*, tum *Capituli* metropolitani, tum *Ioannis*, ad D. Victorem Præpositi & loci Archidiaconi.

In grati animi signum Capitulo Abbas & Conuentus duas libras ceræ promiserunt;

I. N. D. A. Quoniam, vt dicit canon, in officiis caritatis, illis primo loco obnoxius quis esse tenetur, a quibus recognoscit se beneficium recepisse; hinc est, quod nos Abbas & Conuentus monasterii S. Albani *Mogunt. Ordinis S. Benedicti, recognoscentes & considerantes diuersa beneficia nobis, nostroque monasterio predicto a Reuerendis viris & DD. Decano & Capitulo maioris ecclesie Mogunt. multipliciter impensa, eisdem Decano & Capitulo in signum retribucionis beneficiorum, nobis nostroque monasterio prefato impensorum, nec non specialis amicicie, que inter nos, nostrum monasterium ac dictum Capitulum viguit, & vigeat, dante Domino, in futurum, duas libras cere in festo* B. Martini *singulis annis de reditibus Conuentus predicti soluendas*

uendas sine omni contradictione, ac in omnem euentum soluere promittimus bona fide, & ad id nos, nostrumque monasterium sepedictum, vt est premissum, presentibus obligamus.

In cuius rei testimonium & firmitatem pleniorem nos Abbas & Conuentus predicti presentem litteram conscribi fecimus, & sigillorum nostrorum munimine ex certa sciencia roborari. Datum & actum anno Domini MCCXCIIII, V Idus Aprilis.

* *Situs autem quondam fuit prædictus vicus* Seylfort *infra vicum* Rüsselsheim, *ad Mœnum, Moguntiam versus, sub ditione primum Comitum Catimelibocensium; postea vero, iis extinctis, Landgrauiorum Hassiæ: qui anno circiter MCCCCLXXXII, ipso S. Iacobi Apostoli die festo, igne casu fortuito excitato penitus consumtus fuit, vt nullum hodie illius vestigium appareat, communitate eiusdem communitati* Rüsselsheimensi *adunata.*

Anno MCCXCVI, ob singularem venerationem *D. Ioannis* Euangelistæ & Apostoli, de consilio, consensu, ac voluntate totius Conuentus instituit eiusdem diui præconis festum, quod titulo *ante portam Latinam* insignitur, solenniter in suo monasterio in perpetuum celebrandum: certis reditibus ac prouentibus annuis hunc in finem constitutis. Litterarum fundationis, vt dicuntur, datum est *Kal. Februar.*

Eodem hoc anno duo a Sede Romana obtinuit priuilegia. Primum spectat licentiam, clausis ostiis celebrandi diuina tempore interdicti: alterum comprehendit confirmationem omnium priuilegiorum monasterio huic concessorum, nec non immunitatis ab exactionibus sæcularibus.

Anno MCCXCVIII duplici de caussa sibi, ecclesiæque suæ gratulari potuit. Primum enim Iudices Sedis Moguntinæ diremere litem, quæ inter ecclesiam *D. Albani* & *S. Stephani* de decimis in Sarmsheim & Münster resuscitata erat, laudo peculiari.

Dein *Ingebrandus*, Miles ac ciuis Moguntinensis, zelo religionis motus, in remedium animæ suæ, in æde D. Albani propriis de bonis statuit & dotauit altare beatorum decem millium martyrum.

Secuto *Conradus*, monachus *S. Albani*, dictus *Beyer*, nobili *Beyerorum* de *Boppardia* stirpe ortus, decem maldra siliginis, quæ e patrimonio suo & superabundantiis præbendæ suæ comparauerat, in villa Ockenheim, loco perpetui census intra duo festa B. M. V. perpetuis temporibus cedentia, pro animæ suæ salute, & anniuersario, Fratribus legauit.

Vltimo sæculi huius *Conradus* Abbas, vna cum Conuentu, vniuersa & omnia bona, reditus, census, & prouentus, quæ & quos monasterium in villa *Treys*, eiusque terminis habebat, *Petro* dicto *de Iuueni* siue *zum Iungen*, centum & viginti quinque marcis denariorum Colonienſium vendidit, ceu hæ loquuntur litteræ:

Nos CONRADVS *diuina bonitate monasterii S. Albani prope Mogunciam Abbas, totusque Conuentus ibidem, Ord. S. Benedicti, recognoscimus, & in his scriptis publice profitemur, quod nos vniuersa & omnia bona nostra, nec non redditus, census, prouentus omnes & singulos, que & quos in villa, & terminis ville* Treys, *Mog. dioc. iuxta villam* Funthene *site, siue in agris siue pascuis, pratis seu nemoribus,* Finten *seu vineis, vsque in hodiernum diem habuimus, & habuisse dinoscimur, pro centum marcis denariorum Colonienſium, tribus Hallensium bonis & legalibus pro denario quolibet computandis, & pro viginti quinque marcis predicte monete vendidimus* Petro *dicto* de Iuueni *ciui Magunt. ementi, & eidem per solemnem Syndicum & legitimum Procuratorem nostrum ad hoc statutum, in iudicio coram Sculteto, Scabinis & incolis, publice resignauimus, vt est moris, in perpetuum possidendas, dictamque pecuniam nobis, & nostro Conuentui per eundem Petrum integraliter numeratam & creditam atque solutam, in vsus nostri monasterii necessarios conuertimus, nos & nostri monasterii debitorum onera cum dicta pecunia subleuantes, prout nobis extitit opportunum. Renunciantes pro nobis & vniuersis nostris successoribus excepcioni non numerate, non credite, non solute pecunie; excepcioni non celebrati contractus; restitucionis in integrum; beneficio iuris, quo deceptis vltra dimidium iusti precii succurritur; litteris Apostolicis, impetratis seu impetrandis, cunctisque aliis excepcionibus iuris Canonici & ciuilis, quibus presens instrumentum infringi posset quomodolibet, vel illudi. Dictumque Petrum de vniuersis & singulis bonis*

ſupradictis, preſentibus litteris vvarandamus. Dantes ei preſentes literas ſigillis noſtris ſigillatas in teſtimonium ſuper eo. Datum anno Domini MCCC.

Primo ineuntis ſæculi quarti & decimi *Henricus* quidam, dictus *zum Rüdinsheimer*, & vxor ipſius *Benigna*, pro remedio animæ ſuæ, D. Albano in perpetuum legarunt viginti ſeptem maldra ſiliginis & viginti ſolidos. Tabulis, die B. Gertrudi virgini feſto confectis, ſigilla appendere Abbas & Conuentus, his adiectis verbis: *Nos igitur* Cunradus *Dei gratia Abbas*, Franco *Prior*, *totusque Conuentus monaſterii S. Albani ſupradicti ordinationem hanc predictorum coniugum in omnibus & ſingulis articulis inuiolabiliter obſeruare volentes* &c.

Anno MCCCV *Cunradus* Armiger de *Honſtein* tradidit & donauit eccleſiæ D. Albani vnam marcam pro anniuerſario, vti pateſcit e contubernii litteris, XIII Kalend. April. datis, quæ ſic finiunt: *In cuius facti teſtimonium euidens ſigillum Venerabilis Patris, Domini* Cunradi, *Abbatis noſtri, vna cum ſigillo noſtro preſentibus eſt appenſum.*

SIBOLDVS.

Ob præclaras animi virtutes, eruditionem, morumque probitatem, *Conrado* ſurrogatus anno MCCCVIII, licet infimus fere omnium in gremio Capituli eſſet.

Vix regimen inierat, quum *Philippus*, iunior, de *Falckenſtein*, Dominus *in* Münzenberg, ac *Vdelhildis*, coniuges, contulerant ad capellam B. M. V. duas libras ceræ, ſingulis annis in natali Domini cedentes: quæ donatio XIII Kalend. Mart. ſcripto comprehenſa fuit.

Anno MCCCXIII ab *Hermanno* de *Dirnſtein*, Milite, dicto *Keſe*, & Domina *Kaſula*, vxore eius, cum ſine herede eſſent, bona quædam in villa Bodenheim ſita, videlicet LXV iugera agrorum, minus quartali, VII iugera vinearum, & X iugera pratorum, minus quartali, & curiam quandam, ſitam in eadem villa prope fontem; nec non cenſus duorum ſolidorum Halenſium, & quatuor capponum ibidem ſoluendorum, emit & comparauit pro quadringentis & quadraginta libris Halenſibus, minus XXX Hall.

Occurrit adhuc in litteris quibusdam anno MCCCXXV, quarum initium; *Nos* SIBOLDVS *Abbas* &c.

Immo, occurrit adhuc in litteris, anno MCCCXXXIII, XVII Kalend. Februar. ſcriptis, quæ ſic incipiunt: Hermannus *S. Mariæ* & Henricus *S. Seueri* Decani, ac *Siffridus* de *Hallis*, eiusdem *S. Seueri* Canonicus, eccleſiarum Erfordenſium, Executores ad ſubſcripta ſubdelegati a venerabilibus Viris, Dominis *SIBOLDO*, S. Albani Mogunt. & *Tilmanno* in Selgenſtatt, monaſteriorum Abbatibus *&c.*

GISELBERTVS*.

Quem Abbatem legi in litteris variis de anno MCCCXXXIV, ▼ Kalend. Iunias; de anno MCCCXXXV, XIV Kalend. Februar. & anno MCCCLI.

* *Ds* Echzel. *Sic enim in litteris antiquis anno MCCCXXXI, VII die Septembr. anno item MCCCXXXVI, II Idus Decembr. datis.*

Quod dum moneo, ſimul notari velim, mihi videri, ac ſi in iſto Balduinum *inter ac* Henricum *diſſidio* Siboldo *oppoſitus fuerit. Quo confer litteras* Henrici *Colonienſis Archiepiſcopi ſupra ſectione I cap. XIII p. 733 allatas, vbi ſub finem*; & quia *Giſelbertus* de *Eczil* -- pro Abbate eiusdem monaſterii ſe gerens *&c.*

Ceterum is anno MCCCXLI, accedente contubernii ſui conſenſu, eccleſiam in Trebur *Decano & Capitulo eccleſiæ Moguntinæ donauit. Id quod teſtantur tabulæ anno eodem die S. Agnetis confectæ.*

Anno MCCCXLVII quasdam vineas, agros, & prata in tractu villæ Bodenheim ſita pretio MDC librarum Halenſium emit, & monaſterio attribuit. Adiecta tamen conditio, vt, quoad viueret, vſum fructum horum bonorum perciperet ipſe; ſe mortuo, monaſterium, ad peragendam quotannis quater ſui nominis memoriam; vt in Documento hac de re confecto plenius continetur. Id vero ita habet:

In nomine Domini, Amen. Nouerint vniuerſi preſentis inſtrumenti publici inſpectores, maxime tamen, quos noſſe fuerit oportunum, quod ſub anno natiuitatis Dominice milleſimo, trecenteſimo, quadrageſimo ſeptimo, Indictione prima, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini CLEMEN-

CLEMENTIS, *digna Dei gracia Pape VI, anno ſexto, menſis Nouembris die viceſima quinta, que fuit ipſa dies B. Catharine virginis & martyris, hora diei eiusdem ſub pulſu prime, in monte* S. Albani *extra muros Maguntin. conuocatis & congregatis ad inuicem in curia habitacionis Religioſi viri*, Hermanni *dicti* Hübel, *Cenſuarii monaſterii* S. Albani *ibidem, Ordinis S. Benedicti, Honeſtis & Religioſis viris, Dominis* Emerchone, *Priore*, Emerchone, *Hoſpitalario*, Arnoldo, *Cuſtode*, Schoffrido *de* Lapide, Herbordo, *Magiſtro operis*, Hermanno, *Infirmario*, Hermanno, *Cenſuario ſupra dicto*, Siboldo *de* Wolfskeln, Godelmanno *de* Lorche, Brunone, *Magiſtro Curie*, Heinrico *dicto* Albach, Syboldo *de* Leybenheim, & Wernhero *de* Mörle, *monachis Conuentualibus & Capitularibus monaſterii* S. Albani *predicti, totum Conuentum & Capitulum ipſius monaſterii repreſentantibus ac facientibus ea vice: Honorabilis vir Dominus* Nicolaus, *Decanus eccleſie* S. Marie *in* Campis, *extra muros Magunt. predictos, ibidem coram ipſis preſencialiter conſtitutus in mei publici Imperiali auctoritate Notarii ſubſcripti, & teſtium ſubſcriptorum ad hoc vocatorum & ſpecialiter rogatorum preſentia, verbo propoſuit & eciam indicauit, quod Venerabilis in Chriſto Pater, Dominus* GYSELBERTVS, *Abbas ſupradicti monaſterii* S. Albani, *nuper quedam certa bona immobilia in agris, vineis, & pratis conſiſtencia, in villa* Bodenheim *Magunt. dioceſis ſituata, erga* Gerhardum *dictum* zum Spygel, *Presbyterum, Vicarium in eccleſia* S. Marie *ad* gradus *Magunt. pro mille & ſexcentis libr. Hall. empcionis titulo comparaſſet, apud dictum Conuentum perpetuis temporibus permanſura, vſufructu tamen eorundem bonorum ipſi Domino Abbati ad vite ſue tempora integraliter reſeruato, & poſt eius obitum Conuentus dicti monaſterii anniuerſarium ipſius Domini* Gyſelberti *Abbatis quater in anno, ſingulis videlicet quintis feriis quatuor temporum, cum vigiliis & Miſſa pro defunctis perpetuis temporibus in dicto monaſterio peragere teneatur, ac in ſingulis anniuerſariis huiusmodi, ſeu quolibet eorundem, ipſe Conuentus de dictis bonis viginti maldra ſiliginis miniſtrare modis omnibus debeat inter preſentes huiusmodi anniuerſariis equaliter diuidenda. Ipſe quoque Conuentus anniuerſaria manufidelium ipſius Domini* Gyſelberti *Abbatis, quos idem Dominus Abbas in ſuo teſtamento conſtituit, annis ſingulis in perpetuum, ſicut euenerint, ſimiliter peragere teneatur cum vigiliis atque Miſſa pro defunctis, vt ſuperius eſt expreſſum, & in quolibet eorum quatuor anniuerſariorum idem Conuentus de dictis bonis quinque maldra ſiliginis inter preſentes eisdem anniuerſariis diuidenda equaliter miniſtrabit; cum quibus centum maldris ſiliginis ipſe Dominus* Gyſelbertus *Abbas predicta bona oneraſſet, & onerata vt ſic in perpetuum remanere vellet, hac pena ſpecialiter appoſita, & expreſſe addicta, quod ſi & quociens dictus Conuentus memoratam ſiliginem ad predicta anniuerſaria miniſtrare negligeret, quemadmodum eſt premiſſum, ex tunc ſiliginem huiusmodi ſic neglectam ea vice tantum Domino Abbati dicti monaſterii pro tempore exiſtenti dare & miniſtrare modis omnibus teneretur: quemadmodum premiſſa in ipſius Domini* Gyſelberti *Abbatis teſtamento plenius exprimuntur. Dictusque Dominus* Nicolaus *Decanus vice & nomine ſepe dicti Domini* Gyſelberti *Abbatis, conſenſum & voluntatem dicti Conuentus, & ſingularum perſonarum perdictarum ad premiſſa cum inſtancia requiſiuit.*

Porro prefati Domini Emercho *Prior, & ceteri omnes & ſinguli ſuperius nominati, deliberacione inter ſe ſuper premiſſis prehabita diligenti, ac conſiderantes, vt dicebant, vtilitatem ipſorum monaſterii predicti in premiſſis agi, & eciam procurari, conſenſum & voluntatem ipſorum pro ſe ac toto Conuentu dicti monaſterii adhibuerunt expreſſe beneuolum vniuerſaliter ſinguli, & ſingulariter vniuerſi, mandantes mihi ſubſcripto Notario, vt exinde publicum conficerem Inſtrumentum.*

Acta ſunt hec anno Domini, Indictione, Pontificatu, menſe, die, hora, & loco ſuperius deſignatis, preſentibus Honeſtis & Diſcretis Viris, Dominis Ortone, *Paſtore eccleſie parochialis in Zornheim, Magunt. dioceſis*, Ioanne *de* Luceria, *S. Marie in campis predicte, ac* Iohanne *de* Franckenfurt, *Moxſtadenſ. dicte dioceſis eccleſiarum Canonicis, nec non* Conrado, *dicto* zum Nuvven Hofe, *Clerico Magunt. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.*

Deinde ſtatim absque quolibet interuallo prefatus Dominus Nicolaus *Decanus, vna cum dictis teſtibus, me quoque ſubſcripto Notario preſente, Religioſum virum, Dominum* Gotfridum, *Cellerarium dicti monaſterii, in dicto monte, in curia*

ria sue habitacionis, infirmitate seu debilitate detentum, accessit, & exposita sibi serie premissorum per singula, vt prefertur, consensum & voluntatem eiusdem Cellerarii in premissis & ad ea eciam requisiuit; statimque idem Dominus Cellerarius consensum & voluntatem premissis adhibuit beneuole & expresse, presentibus testibus supradictis ad hoc vocatis specialiter & rogatis.

Item deinde statim supradictus Dominus Nicolaus *Decanus Religiosos viros, Dominos* Theodericum *dictum* Kint, *&* Merbodonem *de* Wachenheim, *Conuentuales & Capitulares dicti monasterii, quos in ciuitate Magunt. inuenerat, ipsum videlicet Dominum Theodoricum Kint in curia habitacionis supradicti Domini* Gyselberti *Abbatis, ipsum vero Dominum Merbodonem in curia habitacionis supradicti Domini Arnoldi Custodis accessit, & exposita eisdem singulariter serie premissorum, idem Dominus Decanus consensum eorundem in premissis, & ad ea eciam requisiuit: iidemque consensum ipsorum singulariter premissis adhibuerunt beneuolum & expressum, presentibus me Notario, & testibus supradictis ad hoc vocatis specialiter & rogatis.*

Et ego Heinricus *Heinrici de Augusta, Clericus Magunt. publicus Imperiali auctoritate Notarius, premissis interfui, vna cum testibus prenotatis; eaque sic fieri vidi & audiui. Ideo hoc presens instrumentum publicum exinde confeci, manu propria scripsi, signoque meo solito & consueto signaui, rogatus in testimonium premissorum.*

HERMANNVS.

Successor prioris: cui Carolus IV Romanorum Imperator anno MCCCLIV priuilegia & libertates ecclesiæ ac monasterii S. Albani sub Henrico Abbate a Philippo Rege Romanorum anno MCCIV, die XXII Febr. concessas, ratas habuit ac confirmauit.

Interfuit anno MCCCLIX confirmationi donationum monasterio Sponhemensi factarum per Philippum Caualicensem Episcopum, Sedis Apostolicæ Legatum ac Nuntium, in ciuitate Moguntina, die XX mensis Decembris factæ.

Circa idem tempus * hanc etiam ab Imperatore Carolo IV obtinuit gratiam, vt is ad Gerlacum Archiepiscopum litteras daret, pro defensione bonorum monasterii S. Albani †.

* *Quin anno MCCCLXIII, vt ex sequentibus statim patebit.*

† Contra quoscunque, *vt in iisdem litteris est, quas hac occasione in lucem proferre visum.*

Wir KARL von Gots gnade Romischer Keyser, zu allen zyten Merer des Richs, vnd Konig in Boheim: entbieten dem Ervvirdigen Gerlach, Erzebischoff zu Menze &c. vnserm lieben Neuen vnd Fursten vnsir gnade vnd allis gut. Lieber Neue, vvan vvir allezyt sunderliche liebe haben zu dem Stift *S. Albans* by Menze gelegen, vnd derselbe Stift mencherlei beschvverunge izunt liedet, darumb entfelen vvir diner Liebe mit ernste, dass du den Apt, sinen Conuent, vnd alle sine gut, von vns vnd des Riches vvegen vor allir gevvalt vnd vnrechte schirmest vnd verantvvortest, vnd nit gestadest, dass sie ymant zu vnrecht hindere, in keine vvys, vnd vvan der Edel *Iohan* von *Falckenstein* demselben Apte vnrecht dut, vnd sime egenanten Conuente, in sinen guten, by *Frideberg* gelegin; davone beuelen vvir dir mit ernste, dass du den Apt an eyme teile, vnd den egenanten *Iohan* an dem anderen teile vor dich heischest, vnd beidir partien rede vnd antvvorte virhorest, vnd tue von vnsern vvegin als ein richter recht in diser sachen, vnd lass nit, du beheldes denselben Apt vnd sinen Conuent by allen rechten, fryheiden vnd gnaden, die sie von vns vnd vnsern vorfaren an dem Riche, Romischen Keysern vnd Konigen, behalden haben. Geben zu Franckinfurt an Sente Agnetten tage, vnser Riche in dem XVII, vnd des Keisertum in dem achten iare.

Occurrit ceteroquin adhuc an. MCCCLXVII in dicto sic Instrumento Vnionis Cleri Moguntini *contra decimas ab* Vrbano *Pontifice indictas.*

BRVNO.

Nobilis de *Scharpfenstein*. Abbas fuit huius loci anno MCCCLXXII *.

* *Eodem anno occurrit in litteris* Vnionis Cleri *contra decimas Papales.*

HENRICVS.

Abbas successit Brunoni *. Is anno MCCCLXXXIII bona quædam indulsit, deditque monasterio Carthusianorum in monte D. Michaelis, non procul Moguntia; qua simul occasione fraternitas inter Santalbanenses & Carthusianos inita, iuxta litteras tenoris sequentis;

Nos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nos HENRICVS *Dei gratia Abbas, totusque Conuentus monasterii* S. Albani *extra muros Moguntinos, Ord. S. Benedicti, dilectis nobis in Christo Fratribus, Priori & Conuentui domus S. Michaelis apud Moguntiam, Ordinis Carthusiensis, salutem, & post huius transitorie vite laborem gaudium & requiem sempiternam.*

Recognoscimus ac pro nobis, posterisque nostris vniuersis publice profitemur, quod nos vnanimi consensu, parique voluntate, deliberacione prehabita diligenti, ex duobus iugeribus nostre terre vineate, situatis infra duo iugera vineata, quorum vnum pro tempore per vos comparatum fuit ab olim Henrico *dicto* Asterding, *habentibus ex alia parte contiguum vnum iugerum, dictum vulgariter* Grasenvvingart, *quod quondam fuit* Nicolai *dicti* Birnfrais, *de quo, iure dominii, quoad nos idem iugerum vineatum pertinere dignoscitur, operario nostro pro tempore existenti duo maldra siliginis, & duos cappones tribuitis annuatim, vnam --- seu --- sitam in acie superiori muri seu septi circumdantis dictam vestram domum, versus viam superiorem S. Victoris, continentem vnum quartale vel circa, pro ampliacione vestri predicti monasterii tradidimus & donamus, ac presentis scripti sanctione irreuocabiliter & fundamentaliter, pure & simpliciter, propter Deum, pro nobis, nostrisque successoribus, benefactoribus, & amicis, seu parentibus vniuersis, absque omni censu, vobis Fratribus, Priori & Conuentui domus vestre memorate, tradimus & donamus in omnem euentum libere ac perpetuo possidenda. Insuper, fratres & amici charissimi, quoniam nostri, quorum supra, memoriam singulis annis circa festum* S. Laurentii, *in dicta domo vestra perpetuis temporibus decreuistis peragendam cum vigiliis & Missa anniuersaria, ceterorumque omnium bonorum, per vos & vestros successores diuina dante gracia quomodolibet fiendorum participes ex fraterna charitate fecistis in vita pariter & in morte: Nos vice versa id ipsum cupientes vobis ex mutua charitate refundere, vos omnes & singulos, vobisque quouis modo coniunctos seu affectos, parentes, amicos, benefactores seu recommendatos, presentes & futuros vniuersos, ex tunc prout ex nunc, participes facimus & socios esse volumus omnium bonorum spiritualium, que per nos & successores nostros dicti nostri monasterii seu alibi vbicunque vtriusque sexus constitutos, clementia Saluatoris dignabitur operari; cupientes eciam, in quantum gratum & beneplacitum diuine Maiestati fuerit, vos participes fieri omnium indulgenciarum, nobis, nostrisque successoribus a summis Pontificibus, Archiepiscopis & Episcopis vnquam traditarum seu eciam adhuc tradendarum. In cuius rei testimonium ac solidam firmitatem omnium prescriptorum nos* Henricus, *Dei gratia prenotatus, sigillum Abbacie nostre, & nos Prior, totusque Conuentus nostrum in euidenciam perpetui roboris & veritatem presenti litere duximus appendenda. Datum anno Domini MCCCLXXXIII, feria sexta proxima ante Dominicam* Reminiscere *in quadragesima.*

* *Occurrit iam anno MCCCLXXXII in litteris* Vnionis Cleri Moguntini, *datis feria V post diem S. Matthæi Apostoli & Euangelistæ.*

OTTO.

Abbas inuenitur in litteris datis anno MCCCXCII & MCCCXCIX.

Ortus fuit familia Nobilium de Scharpfenstein, *& antequam Abbatis consequeretur dignitatem, Höchstæ egit Præpositum. Ceterum ab vna tantum Contubernii parte* Henrici *in locum sublectus fuit, cum ab altera parte* Wernherus Ring *successor ei esset designatus.* Adolfi *Archiepiscopi vero opera res ita composita, vt* Otto *Abbatis dignitatem adiret,* Wernherus *vero Præpositi Höchstensis, si quidem ille vel Papæ iudicio probetur, vel eiusdem prouisione monasterio præficiatur. Quod si vero* Otto *haud confirmetur, vel prouisione Sedis Apostolicæ Abbatis obtineat honores, tum Præpositi Höchstensis partes denuo capesseret. Sequentibus litteris res fiet clarior.*

* Wir ADOLF, von Gots gnade, des heiligen Stuls zu Mentze Ertzbischoff &c. Bekennen --- Wann vvir sunderlichen darzu geneyget sin, dafs vnser closter zu Sant *Alban* zu Mentze, in frieden, vvesen vnd selekeit bliben moge, vnd nit gerne sehen, dafs es von den electien vvegen der Abtye, die da geschehen sint, verderplich vvurde, vnd darumbe so haben vvir geredt zvvischen den Erbern Geistlichen vnsern lieben andechtigen, *Otten* von *Scarpinstein*, Probist zu Hoeste, vff eine, vnd *Wernher Ringe*, Zinsmeister des vorgenanten closters zu S. Alban, vff die ander site, in der masse als hernach geschrieben stet, dafs auch die vorgen. beide parthie an vns gestalt haben.

Zum ersten wollen wir, dafs der vorgenant *Otte* zu diesem male bie der Abtie zu *S. Alban* bliben soll. Vnd wann er von deme Stule von Rome darzu confirmiret wurdet, oder yme davon von nuvvens versehen, so sal dem vorgenanten *Wernher Ringe* die Probestie von *Hoeste* vverden, vnd sal er die haben,

vnd Probiſt ſin, vnd ſal yn keiner vſs deme Conuente zu *S. Alban* daran hindern oder yrren, in kheine vvyſs.

Auch ſal das Conuent zu *S. Alban* vnſerme Heiligen Vatter deme Babiſte ernſtlich vnd eintrechtlichin ſchrieben fur den egen. *Otten*, daſs ſine electien confirmirt vverde; oder daſs yme von der Abtie von nuvvens verſehen vverde.

Item ſal *Otte* vorgenant die Probiſtie zu *Hoeſte* izunt ane geverde bevelhen von ſinen vvegen deme vorgen. *Wernher* zu bevvaren, alſo beſcheidlichin, daſs er mit kuntſchafft innemen ſal vvas von der Probiſtie gefellet. Vnd vvurde deſſelben *Otten* electien confirmiret von deme Stule zu Rome, oder vvurde yme von nuvvens von demſelben Stule verſehen, ſo ſolden die fruchte, die derſelbe *Wernher* alſo ingenomen hette, oder vvas zu der Probiſtie gehoret, ſin ſin. Wurde aber *Otten* von dem Stule von Rome die Abtie nit, vnd queme eyn andrer darzu, ſo ſolde *Otte* egenant die Probiſtie vvider vverden, vnd die fruchte vnd nutze, die davon komen vveren, vſgenomen kuntliche mogeliche koſte vnd zerunge, die daruff geſcheen vnd gangen vveren, die man vor davon nemen ſal. ane geverde.

Item ſollen bie derſelben Probiſtie bliben Perde vnd alle Fihe, oder vvas da iſt von plugen vnd anderm geſchirre, das zu deme buvve gehoret, als vff den tag vff der Probiſtie in dem hofe zu Hoeſte vvas, da Apt *Heinrich* ſtarp.

Auch ſollen die vorgenante *Otte* vnd *Wernher* vmb alle vvorte, ſchriffte, vnd ander ſache, vvie die zvviſſchin yn bis her erlauffen vnde geſcheen ſint, gutlich gerichtet ſin, vvie vvir ſie darumbe entſcheiden, darumb ir einer dem andern zu tun; das ſal alſo gehalten vverden. Des zu vrkunde &c. Datum Vdenheim Dominica proxima poſt diem Aſcenſionis Domini, anno eiusdem MCCCLXXXIX.

Ceterum, dum monaſterio is præerat, Papa Bonifacius IX Ioanni II, *e Comitibus Naſſouiis, Archiepiſcopo Moguntino, facultatem dedit, abbatiam ad D. Albanum eccleſiæ Moguntinæ in perpetuum incorporandi, ſiue, diœceſi adiungendi, ſuique iuris ac poteſtatis cum omnibus bonis, reditibusque faciendi. Cui tamen conceſſioni idem* Ioannes *tabulis anno MCCCC publice editis proſe, ſuisque ſucceſſoribus renuntiauit. En litteras ipſas, ex quibus id plenius cognoſcere eſt.*

* Wir *IOHANN* von Gots gnaden, des heiligen Stuls zu Mentze Ertzbiſchoff &c. bekennen fur vns, vnſere nachkomen, vnd Stiffte zu Mentze —— als der Allerheiligeſt in Got Vatter vnd Herre, Her *Bonifacie*, von Gots vorſichtikeit Babiſte der nunde, vns, vnſern nachkomen, vnd Stiffte ſoliche gnade getan hatte mit der Abtie vnd Conuente des cloſters zu *S. Alban*, vſevvendig Mentze gelegen, alſo daſs dieſelbe Aptie vnd Conuente egenant mit allen iren renten, zinſen, gefellen, guten, rechten vnd zugehorungen, vveliche oder vvo die gelegen vveren, vns, vnſern nachkomen, vnd Stiffte incorporirt vnd evviclichin vereyniget ſolden ſin, doch mit etzlichen vnderſcheidungen, als die brieffe, die vns der egen. vnſer Heiliger Vatter der Babiſt von ſinen gnaden daruber gegeben hatte, inhalten vnd vſvviſen; daſs vvir fur vns, vnſere nachkomen, vnd Stiffte zu Mentze, vns ſolichs rechts vnd gnaden, die vvir zu denſelben Aptie vnd Conuente haben, oder von ſolicher gnaden vnd brieffe vvegen haben mochten, in kunfftigen zyten gantz luterlich vnd vvilleclichen, mit gutem rate, vviſſen, vvillen vnd verhengniſſe der Erſamen, vnſern lieben Andechtigen, *Ebirhart* des Dechants, vnd des gemeynen Capitels vnſers Stiffts zu Menze verziegen, abe getan, vnd die gentzlich vffgeben han, verziegen vnd vffgeben geinvvurtlich in crafft dieſes brieffs fur vns, vnſer nachkomen, vnd Stifft, vnd redden —— daſs vvir des obgenanten vnſers rechten, oder der briefe vvider den Abt vnd Conuent zu *S. Alban*, oder die iren, vns von nun, nimmer gebruchen, oder fur vns ſetzen ſollen noch envvollen in kunfftigen zyden in eincherly vvyſs. Vnd ſollen noch envvollen auch von deſſelben vnſers rechten oder der briefe vvegen, den vorgenanten Abt vnd ſinen Conuent vnd nachkomen nimmer geengen oder getrangen, oder vns der darumb vndervvinden in kunfftigen zyten in eincher hande vvyſs. Ane geuerde. Des zu vrkunde vnd veſter ſtedikeit han vvir vnſer ingeſiegel an dieſen brieff thun hencken — Datum anno MCCCC. Sabbato poſt diem Annuntiationis B. Marie virginis.

WERNHERVS.

Alias *Wernhildus*, nobilis familiæ *de Saulnheim*, ſubrogatur *Othoni* circa annum MCCCCIV.

Videtur idem ille eſſe, qui cum Othone *antea contendit. Quum dicto an. MCCCCIV* Ioannes *Archiepiſcopus monaſterio pro maiori ſubſidio ducentas marcas imperaſſet, ipſe litteris & apochis demonſtrauit, a Sedis Moguntinæ Archiepiſcopis centum tantum a cœnobio pro ſubſidio maiori exactas fuiſſe. Quo oſtenſo,* Ioannes *acquieuit, & ſequentibus litteris conſtituit, nec ſequentibus temporibus plures quam centum a monaſterio pendendas.*

* Wir IOHAN von Gots gnade, des Heiligen Stuls zu Mentze Ertzbiſchoff &c. bekennen --- fur vns &c. alſo, als vvir in dieſem nechſten vergangen iare von erleubniſſe der Erſamen V. L. And. Dechant vnd Capitel vnſeres Dumes zu Mentze vffgehaben han zvvey maiora ſubſidia vnd ſehs procuracien, vnd die auch vnſern Commiſſarien beuolhen hatten vffzuheben; dieſelben vnſere Commiſſarien, nach vſsvviſunge eins regiſters, das vvir vber die ſubſidien han, an die Erſamen Geiſtlichen, Appt vnd Conuente des cloſters zu *S. Alban* vſſvvendig Mentze, gefordert vnd geheiſchen han IIC Marg fur ein maius ſubſidium;

dium; des sint dieselben Apt vnd Conuente by vns gevveſt, vnd han vns vnderrichtet mit brieven vnd quitancien vnſer vorfaren, mit namen Herrn *Mathis*, Herrn *Heinrich*, Herrn *Gerlachs*, Herrn *Iohan*, Herrn *Adolff*, vnd Herrn *Conrat* ſeligen, etvvan Ertzbiſchoffen zu Mentze, daſs ſie etvvie lange vor vnſern zyden, vnd by denſelben vnſeren vorfaren gegeben haben IC marg, vnd nit me, fur ein maius ſubſidium, das da tud an vverſchaft IIC gulden, als ander Stiffte, mit namen zu *S. Peter*, zu *S. Victor*, zu *vnſer Frauen*, vnd zu *S. Stephan*, vſſvvendig vnd invvendig Mentze; Vnd darumb han vvir angeſehen dieſelben quitancien, vnd gelegenheit des egenanten cloſters, vnd han yn ſoliche gnad getan, vnd tun vnd geben yn auch ſoliche gnad vor vns vnd vnſer nachkomen, alſo, vvanne in kunfftigen zyten vvir oder vnſer nachkomen einich ſubſidium oder ſubſidia, oder procuracien vffheben vverden, daſs dann dieſelben Apt vnd Conuent, vnd ire nachkomen geben vnd bezalen ſollen vor ein maius ſubſidium vnd procuracien als viel, alsdann der obgenanten Stiffte einer gibet vnd bezalet --- ane alle geuerde. Des zu vrkunde &c. Datum Etenfels in octaua epiphanie Domini noſtri. Anno eiusdem MCCCCIV.

Hic *Ludouico*, Comiti in Rieneck, in feudum contulit aduocatiam in pago *Biſchofsheim* (vulgo *Biſchum*) inter Rhenum & Mœnum ſito, & quædam bona ibidem, quæ *Wilhelmus* & *Helfricus*, fratres, nobiles, dicti *Iudæi*, vulgo *Iud*, ab Abbate beneficii loco tenebant. Item aduocatiam pagi *Lehem*; item decimas maiores & minores in *Stockſtatt*, cum nonnullis aliis. Acta hæc ſunt litteris deſuper confectis teſtantibus, anno MCCCCVII, feria VI poſt dominicam *Oculi* dictam.

Eodem hoc anno hoſtem nactus eſt *Wilhelmum* de *Mauchenheim*, dictum *Bechtolsheim*; quippe qui litteris diffidationis miſſis, Abbati, totique Conuentui hoſtilia denuntiauit. Earum datum eſt; *Sabbato, proxima poſt Bartholomæi.*

Anno MCCCCX emit bona quædam in villa Bodenheim ab *Hermanno* zum *Fürſtenberg*, Patricio Moguntino, pro MCCXXXI florenis monetæ Moguntinæ.

Ceteroquin hic *Wernherus* quinque maldra ſiliginis & duos florenos legauit perpetuis temporibus ad capellam B. M. V. in terminis parochiæ villæ *Bodenheim*, de qua ſupra in *Conrado* dictum eſt. Huius fundationis extant litteræ, datæ *anno Chriſti MCCCCXI, die proxima poſt Dominicam* Quaſimodogeniti.

Obiit anno MCCCCXII, die IV menſis Martii.

HERMANNVS*.

Quondam Hoſpitalarius huius monaſterii, vltimus huius loci Abbas. *Wernherum* excepit ſub an. MCCCCXIV. Interfuit Concilio Conſtantienſi cum viginti perſonis. Præfuit vsque ad an. MCCCCXIX**, quippe quo abbatia hæc in ſtatum ſæcularem demigrauit, vti poſt pluribus docebitur.

* *In Diplomatis, de quibus ſtatim, non* Hermannus, *ſed* Hartmannus *vocatur.*

** *Ipſe tum haud defecit ab Ordine, vt* Trithemius *l. d. p. 359 perperam his narrat verbis*; Primus omnium contemptor Dei, Ordinis, & iuramenti, ſolennisque voti regularis impius transgreſſor fuit Abbas monaſterii *S. Albani* prope Maguntiam, qui ſpiritus apoſtaticos atque malignos ſecutus, ne reformationem, quam in Concilio iurauerat, cogeretur aſſumere, maluit cum ſuis reprobis monachis ab Ordine apoſtatare: miſſis etiam ad Romanum Pontificem nuntiis ac litteris, falſitate plenis, ab Ordine ſancto quærit recedere, & falſis Papam narrationibus non metuit circumuenire. Credidit pro veris falſa narrantibus, & indulſit poſtulantibus narratione deceptus, quod negaſſet indubie, ſi cognouiſſet veritatem. Omnium itaque primi apoſtatantium ab Ordine ſacro monachorum poſt Conſtantienſe Concilium Abbas & monachi fuerunt *S. Albani*, ex malis clauſtralibus facti Canonici peiores.

Ante tamen, quam e monaſterio demigraret, ſuo & Conuentus nomine Ioanni Archiepiſcopo ob res monaſterii alias propugnatas, tum vero in curia Romana multo labore accuratas, ſumtusque eius cauſſa factos, Præpoſituram, quæ cœnobio ad D. Albanum *in oppido* Höchſt *erat, transſcripſit, ac his tradidit tabulis*;

Wir *HARTMAN*, Apt, vnd der Conuent gemeynlichen zu *S. Alban* vſsvvendig Mentze, bekennen fur vns vnd alle vnſer nachkomen, vnd tun kunt mit dieſem vnſerm offen brieffe allermenclich; als ytzunt lange zyt vnd bisher, der Ervvirdige in Gott Vatter vnd Herre, Her *IOHAN* Ertzbiſchoff zu Mentze, vnſer gnediger lieber Herr, vns vnd vnſern Stifft, *S. Alban* vorgenant, getruvvelich geſchuret, geſchirmet, vnd vns gein allermenglich gnedeclich verteydinget, verſprochen vnd gehanthabt hat, vnd nemlich vns, vnd vnſer vorgenanten kirchen-ſachen in dem hofe von Rome gein vnſern Heiligen Vatter den Babſt mit trefflicher vormerunge gefördert, gehandelt vnd getrieben hat, davon derſelbe vnſer gnediger Herr von Mentze groſs muvve, arbeyt, kroit, vnd auch koſte daruff gethan vnd gevvant hat; Daſs vvir vmb ſoliche muhe, arbeit, kroit vnd koſte, die der obgen. vnſer gn. Herre in ſolicher maſſe vmb vnſern vnd vnſers vorgen.

Stiffts vvillen gehabt vnd gethan hat, die in etzlicher maſſe ime zu vvidergelten, demſelben vnſerm gn. Herrn, ſin nachkomenden Ertzbiſchoffen, vnd dem Stifft zu Mentze, vnſer Probſtie zu *Hoeſte*, vnd alle zehenden vnd gute darzu vnd daryn gehoren, nichts vſgenomen, gentzlich vnd zumale gegeben han, vnd geben yn die, crafft dieſes vnſers vffin Brieffes, alſo, daſs derſelbe vnſer gn. Herre, ſin nachkomen, vnd der Stiffte zu Mentze, mit derſelben Probſtien, vnd den guten daran gehoren, furbaſer zu evvigen zyten tun vnd laſſen ſollen vnd mogen, als mit anderen iren eygen guten ane intrag, vviderrede vnſer, vnſer nachkomen, vnd anders eins iglichen von vnſern vvegen. Ane alle geverde vnd argliſte.

Vnd des zu vvarem vrkunde ſo han vvir *Hartman* Apt vnſer Aptie, vnd vvir der Convent obgenant, vnſer Convents vnd Capitels ingeſiegele an dieſen Brieff thun hencken, Datum anno Domini MCCCCXIX, in feſto Aſſumpt. beate & glorioſe virginis Marie.

Ipſe viciſſim ad vitæ cultum, paratumque ſibi pactus eſt CCCC florenos valoris Moguntini, quotannis, quoad in viuis eſſet, ſibi ſoluendos, vnoquoque quidem trimeſtri centum; ſingulis item annis centum modios (maldra *barbare*) *frumenti puri, ſiccique*; *centum itidem auenæ*; *tum octo plauſtra vini, duo de reditibus in villis* Sarmsheim & Budensheim, *ſex reliqua de cenſibus in villis* Bodenheim & Ebersheim: *adhæc XXIV vehetes fœni*; *a villicis Triburienſibus percipiendas: domicilium denique, hortum, & ſtagnum Abbatis, clauſtro Carthuſienſium contigua: duas item domos in villa* Bodenheim, *vnam portæ impoſitam* (das Pfort-hus oben vff dem Hofe) *alteram ei adiacentem, lapideam vulgo dictam* (das ſteinern Hus darneben) *vna cum cella vinaria. Ad extremum ſibi ab eisdem hoc quoque ſtipulatus eſt, vt omnia onera, ſubſidia, vectigalia ratione bonorum iſtorum & abbatiæ ſibi forte incumbentia exſoluerent; ac ſi in præbenda ſibi portione ſupradicta ad terminum præſtitutum deficerent, pœna loco duplum penderent. Additum, ſe mortuo, omnia hæc, vna cum bonis ac opibus a ſe relictis, ad Decanum & Capitulum reditura. Pactionem hanc* Burckardus *de* Wolfskehl, *ceterique ore manuque ſe ſeruaturos polliciti ſunt, in litteris die VII Auguſti datis hoc recenſiti ordine*; Burckard *von* Wolfskehl, *Senger*, Helferich *von* Cleen, *Kemerer*, Diethart *von* Graenrod, *Coſter*, Conrad *von* Prumheim, *Sichenmeiſter*, Eberhart Hirt, *Gaſtmeiſter*, Eberhart *von* Bellersheim, *Pernder* (Pförtner) Iohann *von* Bellersheim, *Werckmeiſter*, Iacob *von* Ingelſtatt, *Probſt zu Höchſt*, Hartmann Fleming, *Zinsmeiſter*, Iohann Krieg *von* Geiſpelsheim, Ervvin Gyze, *vnd* Iohann *von* Prumheim.

Simul vero, ne quid præteream, conditum, portionem Hartmanno *ad ſignatam demum cum initio anni ſequentis MCCCCXX initia ſua inchoaturam.*

LIBER II,

Res eccleſiæ huius, ſtatu monaſtico in ſæcularem conuerſo, *comprehendens.*

SECTIO I.

CAPVT I

De monachorum ac monaſterii huius in ſæcularem ſtatum mutatione.

IN Capitulo Ordinis D. Benedicti, Conſtantiæ anno MCCCCXVII celebrato, indictum fuerat Capitulum, ſequenti anno Moguntiæ in monaſterio D. Albani habendum *.

* *Vid.* Trithemius *in Hirſaug. ad annum MCCCCXVII p. 349.*

Enimuero Albanenſes reformationi Conſtantiæ propoſitæ ſe ſubdere renuentes, ac de monaſterii ſui in ſtatum ſæcularem conuerſione iam tum laborantes, ad reformationem declinandam exponi fecerunt, qualiter monaſterium incendio ita ſit deformatum, vaſtatumque, vt nemo ſit, qui profeſſionem regularem ibidem emittere cupiat; quin penitus fere diſturbatum eſſe, deſolatumque. Quo factum, vt Capitulum tum temporis haberetur apud Auguſtinianos *.

* Trithemius *l. d. ad annum MCCCCXVIII p. 360.*

Ipſi vero Albanenſes monachi, de ſtatus ſui mutatione magis magisque cogitantes, contra regulam D. Benedicti viuebant (quilibet enim propria habere ſatagebat) ac tamdiu, quod optabant, animoque agitabant, in curia vrgebant Romana *, donec id conſequerentur.

* *Conf.* Trithemius *l. d.*

Anno itaque ſequenti, qui erat MCCCCXIX, Martini V Pontificis conſenſu

ſenſu ac conceſſu, per *Ioannem* Naſſouium, Archiepiſcopum Moguntinenſem, & *Ioannem* de *Fleckenſtein*, Antiſtitem Vormatienſem, Commiſſarios ac Executores ad id a Pontifice ſpeciatim conſtitutos, cœnobium hoc S. Albani, quod Benedictinæ ſemper fuerat profeſſionis, in ſæcularem & collegiatam eccleſiam fuit mutatum, ad inſtar Collegiatæ D. Petri extra muros: Canonicatibus ac beneficiis viginti monachis in hoc Ordinis Benedictini aſceterio profeſſis per hos ipſos Commiſſarios collatis.

Iacobo quidem de *Engelſtatt* Canonicatus & præbenda, vna cum Decanatu, attributa: *Wernero* de *Bellersheim* Canonicatus & præbenda cum Scholaſteria. *Burchardo* de *Wolfskehl* Canonicatus & præbenda cum Cantoria. *Diethardo* de *Graenrod* Canonicatus & præbenda cum Theſauria ſiue Cuſtodia; *Conrado* de *Praumheim*, *Eberhardo Hirt* de *Saulheim*, *Eberhardo* de *Bellersheim*, *Ioanni* de *Bellersheim*, *Hermanno* * *Fleming*, *Ioanni* de *Dorfelden*, *Ervvino* de *Dernbach*, *Ioanni Krieg* de *Geiſpizheim*, *Ioanni* de *Praumheim*, *Petro Schrauß* de *Vlfersheim*, *Ioanni* de *Hohenvveiſel*, *Theoderico Kranch* de *Kirchheim*, *Ioanni* de *Guntheim*, *Conrado* de *Selbolt*, *Ioanni* de *Dernbach*, & *Henrico* de *Nackheim* ſimiliter Canonicatus & præbendæ, ſingulis ſingulæ, attributæ. *Hartmanno

Tum vero per eosdem Commiſſarios eadem auctoritate Apoſtolica, de bonis monaſterii *XX Vicariæ*, ad inſtar eccleſiæ D. Petri, inſtitutæ atque erectæ; quarum quidem hæc ſunt nomina:

I	Vicaria *S. Albani*,	X	*S. Andreæ.*
II	*Decem millium virginum.*	XI	*S. Vincentii.*
III	*S. Ioannis Baptiſtæ.*	XII	*S. Bonifacii.*
IV	*S. Margaretæ.*	XIII	} it. *S. Bonifacii.*
V	*S. Mariæ Magdalenæ.*	XIV	}
VI	*S. Lupi* Confeſſoris.	XV	*SS. Viti & Modeſti.*
VII	*Aſſumptionis B. M. V.*	XVI	*SS. Aurei & Iuſtinæ.*
VIII	*B. M. Virginis.*	XVII	*Omnium Sanctorum.*
IX	*S. Catharinæ.*	XVIII	*S. Crucis.*

XIX & XX, quarum nomina non occurrunt.

Et hæ *Vicariæ* XX Clericis ſæcularibus, videlicet *Ioanni Reiß*, *Henrico Stauffenbühl*, *Ioanni Clebenſtättl* (Klebeſattel) *Henrico Keller* (Heller) *Bernhardo Neckenen* de *Hunefelt*, *Bertholdo Voigt* de *Fridberg*, *Ioanni Stelbraghen*, *Ioanni Tempus* de *Göttingen*, *Ioanni Rumpach*, *Hermanno* de *Wuneck*, *Henrico Doleatoris*, *Conrado Mönch*, *Ioanni Wide*, *Tilemanno Strom* &c. per eosdem Commiſſarios & Executores, eadem auctoritate Apoſtolica collatæ ſunt, prout hæc & alia in litteris Apoſtolicis & proceſſibus deſuper confectis plenius continentur.

Ioannes Roſenſtamm *Vicarius S. Albani occurrit anno MCCCCXX.*

Et ſic die XVI Auguſti * huius anni facta eſt monachorum S. Albani commutatio in Canonicos.

* Serarius *lib. Vin* Ioanne, *p.* 873.

Poſt obitum Ioannis Naſſouii (qui quidem non longe poſt mutationem hanc incidit) per *Conradum* Archiepiſcopum, gente Rhingrauium, illius in locum electum, & a Pontifice ſpeciatim ad hoc deputatum, Præpoſitura quoque in hac S. Albani eccleſia, ad inſtar S. Petri Collegiatæ, erecta, atque de bonis monaſterii opulenter ſatis ditata fuit; conſtituto primo Præpoſito Nobili Domino *Philippo Flach* de *Schvvarzenberg*, eccleſiæ maioris Cuſtode: prout ex tenore litterarum Apoſtolicarum & proceſſuum latius liquet.

CAPVT II

De controuerſia inter Præpoſitum, Decanum *&* Capitulum *ab vna*, *&* Hermannum Weilerſpacher, *ab altera parte*, *poſt factam mutationem*, *eiusque compoſitione.*

His ita mutatis ac conſtitutis, anno Chriſti MCCCCXXIII, qui fuit quartus poſt mutationem, ſurrexit quidam Frater *Hermannus Weilerſpacher*, monachus profeſſus *S.* Benedicti, monachorum nigrorum Moguntinenſis diœceſis ac

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Bambergenſis Epiſcopatus Procurator, qui controuerſiam non exiguam Præpoſito, Decano, Capituloque S. Albani recens inſtituto mouebat, multumque laborabat, tum in curia Romana, tum extra eam, nomine Ordinis Benedictini prouinciæ Moguntinæ & Fratrum ſub Epiſcopatu Bambergenſi conſtitutorum, vt dicti Domini, Decanus ſcilicet & Canonici, compellerentur, habitum ſuum priſtinum reaſſumere, & in hoc S. Albani cœnobio vitam monaſticam, iuxta D. Benedicti regulam, ſecundum vota & promiſſiones ſuas denuo agere. Sperabat enim, Præpoſitura in Abbatiam reducta, eaque vacante, ſe Abbatis conſecuturum dignitatem & locum: quod & fere accidiſſet.

Multa certe aduerſus eos accuſationum capita, vt voti hoc facilius damnaretur, adferebat: quorum vnum erat, quod dicti monachi, iam irregulares facti, tanquam ſæculares, veſtes & caputia tam viridis, quam rubei, aliusque coloris, in contemptum inſtituti Benedictini, geſtarent, luderent, cum baliſtis more armigerorum incederent, & ſæculariter magis, quam ſæculares ipſi, nulli vnquam regulæ adſtricti, viuerent, non ſine ingenti ſcandalo laicorum.

Quibus accuſationibus dictis Dominis, Præpoſito, Decano, reliquisque Canonicis nouitiis magnos ſumtus, labores & incommoda multa conflabat, maiora ipſis adhuc contracturus, niſi lis ad concordiam fuiſſet reducta.

Quippe *Conradus* Moguntinus, & *Ioannes* a *Brunn*, Wirzburgenſis, ſeſe interponentes, rem tandem eo perduxerunt, vt Præpoſitus, Decanus, totumque Capitulum Hermanno, nomine penſionis & pro redimenda lite, nunc & deinceps, quoad viueret, annuatim centum florenos aureos Rhenenſes ſe numeraturos reciperent: Hermannus vero omni aduerſus eos actioni tum in curia Romana, tum extra eam renuntiaret: hac inſuper conditione adiecta; ad centum iſtos florenos Albanenſes non eſſe adſtringendos, niſi Præpoſitus, Decanus, totumque Capitulum fuerint quietati, ac ab impetitionibus quibuscunque tum Fratris *Hermanni*, tum totius *Ordinis Benedictini* liberi facti; ſecundum decretum Reuerendiſſimorum Patrum, Domini *Conradi* Moguntini, & Domini *Ioannis* Herbipolenſis. In cuius rei confirmationem litteræ ab vtraque parte, ipſo ſcilicet Fratre Hermanno, & Præpoſito, Decano, Capituloque editæ ſunt.

* *Apponere huc iuuabit* Martini P. M. *Bullam Collegii Albanenſis in gratiam tum editam.*

MARTINVS *Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei ad futuram rei memoriam. Romani Pontificis prouidentia circumſpecta circa ſtatum eccleſiarum & eccleſiaſticarum perſonarum omnium ſalubriter dirigendarum paterna ſollicitudine proſpicit, & vt perſone ipſe eo quiecius diuinis laudibus inſiſtere valeant, ea, que in earum perturbacionem & incommodum cedere conſpicit, ſtudet, prout expedire nouerit, celeriter remouere.*

Sane licet dudum bone memorie Iohannes *Mogunt. Archiepiſcopus, & venerabilis Frater noſter* Iohannes *Wormatienſis Epiſcopus eccleſiam S. Albani extra muros Mogunt. que tunc monaſterium Ordinis S. Benedicti fuerat, & a diu ante ignis voragine deſtructum, & in quo regularis obſeruantia & vita monaſtica perierant, ex certis racionabilibus cauſis tunc expreſſis, auctoritate literarum noſtrarum eidem Archiepiſcopo per nos ſuper hoc ſpecialiter directarum, in collegiatam eccleſiam erexiſſent, & in ea Canonicatus & prebendas, dignitates & officia, ac alta beneficia eccleſiaſtica ſecularia creaſſent & inſtituiſſent, & deinde eciam in ipſa Prepoſitus, Decanus, Scholaſticus, Cuſtos, nec non Canonici Capitulum facientes, & alii beneficiati ſeculares, prout in ea iuxta tenorem earundem litterarum inſtituti erant, ſecundum morem collegiatarum eccleſiarum illarum parcium, in ſtatu pacifico & tranquillo laudabiliter & honeſte vixiſſent & viuerent, diuinis eciam officiis diurnis & nocturnis deuote & ſedulo inſiſtendo. Tamen poſtmodum, neſcitur quo pacis emulo procurante, nonnulli preſidentes Abbates & monachi Capituli dicti Ordinis prouincie Moguntine & dioceſis Bambergenſis ſe ſcribentes, & aliter ſe non nominantes, ſed actores ſe conſtituentes, pacifico, vt preſumitur, ſtatui dicte eccleſie inuidentes, cauſſam, quam occaſione erectionis, creacionis, & inſtitucionis, ſeu nonnullorum aliorum circa eos auctoritate earundem literarum noſtrarum rite factorum & ordinatorum, ipſorum actorum aut ſuorum monaſteriorum intereſſe non concernencium, contra*

tra quamplures dicte ecclesie Canonicos, quos dicunt monachos, & nunc se asserere Canonicos transformatos, in specie nominatos, & alios sua interesse credentes in genere coniunctim & diuisim, vt dixerunt, mouebant & mouere intendebant, diuersis ad hoc per eos coniunctim racionibus allegatis, dilecto filio Magistro Bartholomeo Guischardi, *Capellano nostro, & caussarum palatii Apostolici Auditori, de mandato nostro conuicti, & eos in huiusmodi caussam coram eodem Auditore citari & trahi obtinuerunt, in non modicam eiusdem ecclesie & eorum Canonicorum & personarum confusionem, & eorum quietis & pacifici status perturbacionem & grauamen.*

Nos igitur, qui, prout eciam ex pastoralis officii debito nobis incumbit, cunctorum Christi fidelium, & presertim ecclesiasticarum personarum commodum & tranquillitatem procurare, & eorum perturbacionibus & grauaminibus obuiare intensis desideriis affectamus, predictam causam, cuius statum & huiusmodi commissionis tenorem presentibus haberi volumus pro expresso, ad nos auctoritate Apostolica tenore presentium auocamus & penitus extinguimus, districtius inhibentes prefato Auditori, nec non omnibus aliis tam ordinariis quam delegatis, eciam auctoritate nostra iudicibus deputatis siue deputandis, ne contra Canonicos dicte ecclesie, seu eius Prepositum, Decanum, & Capitulum, aut alias quascunque eiusdem ecclesie personas eciam in dignitatibus constitutas, ad instanciam dictorum actorum, aut aliorum quorumcunque occasione erectionis, creacionis, & institucionis, seu aliorum circa erectionem, creacionem, & institucionem eadem auctoritate & secundum tenorem dictarum literarum nostrarum, vtpote rite & legitime factorum & ordinatorum, que eciam tenore presencium ex certa sciencia confirmamus, procedere aut ipsos citatos impedire seu molestare quoquo modo presumat, ac decernentes irritum & inane, quicquid in contrarium per dictum Auditorem seu iudices ipsos, aut quosuis alios coniunctim vel diuisim Apostolica vel alia quauis auctoritate contigerit attemptari.

Nulli erga omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis, auocationis, extinctionis, inhibicionis, confirmacionis, & constitucionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Rome apud sanctum Petrum, sexto Idus Ianuarii; Pontificatus nostri anno quinto.

Lite hac finita, Decanus & Canonici *certam de* Capitulis, *vt vocantur, habendis*, Domicellaribus *itidem, edidere constitutionem; que quidem sic habet.*

*Decanus & Capitulum ecclesie S. Albani &c. Vt negocia & res ecclesie nostre salubrius bono regimine dirigantur, statuimus & ordinamus, quatuor Capitula generalia in loco Capitulari ecclesie nostre, aut alio loco ad hoc specialiter deputato vel deputando, per nos teneri & haberi singulis annis perpetuis temporibus affuturis. Primum quidem Capitulum ipso die *B. Agathe* Virg. Secundum in crastino *Nerei* & *Achillei* martyrum; Tercium in crastino *Bartholomei*; Quartum in crastino *B. Martini* Ep. Volumus eciam, quod Prelati & Canonici Capitulares in eisdem presentes habeant, valeant & possint in quibuscunque eciam causis concludere, preiudicialibus causis ecclesie & personis duntaxat exceptis. Item consimiliter volumus, statuimus & ordinamus, singulis septimanis secunda feria per curriculum anni, si festum celebre in eadem non euenerit, vnum Capitulum in loco Capitulari capitulariter celebrandum fore & celebrari debere. Si autem festum celebre alicuius Sancti in predictam feriam secundam euenerit, tunc dictum Capitulum debet in diem sequentem, vel alium ipsius septimane diem apcius prorogari & eadem die celebrari. Et sic quilibet Prelatus aut Canonicus Capitularis, qui dicto Capitulo a principio vsque ad ipsius finem interest, pro presenciis X Hall. habebit.*

Item quod si contiget, me Scolasticum infra primos duos annos aliquem Domicellum in domum meam evocare, ex tunc eciam teneo ac teneor ac volo dimidios fructus illorum duorum annorum Domino nostro Archiepiscopo Maguntino p. t. existenti pro rata exsoluere sine dampno dicti Domicelli sic per me vocati. De residuis vero fructibus & superextantibus dicte prebende Domicellaris, & de cottidianis distribucionibus teneor ac debeo & volo eundem Domicellum in meis expensis decenter tenere ac vestire & calceare. Si vero idem Domicellus aliquid de presenciis neglexerit, hoc tenetur michi, tanquam debitum legitime contractum, resarcire.

Item similiter ac pariformi modo teneor, debeo ac volo seruare cum mediis fructibus prebende cuiuslibet Domicelli duorum annorum fabrice & anni defuncti ... si contingit, me aliquem Domicellum libere dimittere, emancipare, & Capitulo meo, vt moris est, presentare.

Item quod quilibet Domicellus ecclesie nostre S. Albani, qui nunc est, vel in futurum fuerit, poterit se in primo anno sue adepte pacifice possessionis, vel ex post, quandocunque sibi placuerit, a me & iugo Scolasterie mee redimere

dimere cum triginta florenis Renenſ. ac fructus prebende ſue & preſencias ad ſe recipere, ſubleuare, & in vſus ſuos conuertere, ac tunc onera prebende & preſenciarum per ſe ſupportare, contradictione mea quacunque non obſtante.

Item ſi contingit, aliquem Domicellum, vocatum per me propter ſolucionem dictorum XXX florenorum, a me emancipari infra eundem annum, nichilominus de fructibus prebende illius pro rata temporis gaudebo, quo mecum fuiſſe & ſtetiſſe conſtitit manifeſte.

Item, quod antequam ad Capitulum me recipi petam, debeo apud eccleſiam & infra ſepta montis S. Albani per integrum annum continuam reſidenciam feciſſe, ſi curiam habuero vel habere valeam, me tenere & hoſpitare volenti. Alioquin ſi curiam habere non valeo, nec hoſpitare volenti, tunc debeo infra emunitatem ciuitatis Maguntine pernoctare, & paſtum recipere. Ita tamen, quod horis diurnis interſim in eccleſia mea S. Albani, tamquam perſona apud ipſam eccleſiam continue reſidens.

Hanc conſtitutionem Theodericus *anno MCCCCXLII, feria ſecunda poſt feſtum circumciſionis Chriſti, edito diplomate ſciuit ratamque habuit.*

CAPVT III

De graui eccleſiæ huius ſub Diethero *diſcrimine ac periculo.*

CVm *Dietherus* Archiepiſcopatus gubernaculis eſſet admotus, confligere cœpit cum *Friderico I*, Comite Palatino Rheni & Electore, qui cognomento *Victorioſus* dicitur. Quæ res archidiœceſi Moguntinæ haud parum damni attulit, in eaque noſtris etiam Albanenſibus. Quippe Palatinus anno MCCCCLX, feria ſecunda *Rogationum*, cum exercitu Moguntiam veniens, ſacras Canonicorum ad *D. Albani*, *D. Victoris*, & *S. Crucis* in campis ædes primo impetu inuaſit, ſpoliauit, ac incendit. Quod reliquos terruit, &, vt pecunia ſeſe præſeruarent ab incendio, permouit. Datis enim Palatino 4000 florenorum, Clerus Moguntinus domos, curtes, frumenta, aliaque bona ſua, ne ignibus perirent, prouide liberauit.

* *Ita quidem auctor* Helvvichius, *non hic ſolum, ſed etiam* de diſſidio Moguntino *p.* 140. *Verum minus curate. Quippe cum pauculas Canonicorum* S. Crucis *ædes incendiſſet, reliquorum vero depeculareturꝰ Canonici, præſentis periculi ſpecie permoti, cum vererentur, Palatinos præda haud contentos, easdem igne iniecto penitus exuſturos, incendium ære redemerunt. Vid. quæ dixi in chronico* S. Victoris § *XXXV p.* 609.

CAPVT IV

De opera Albanenſibus ad reficiendas ædis D. Albani *ruinas nauata.*

ADuerſis caſibus & nunc & pridem multum vitii fecerat *D. Albani* baſilica. Cui inſtaurandæ ac reficiendæ cum illi ſeſe haud viderent pares eſſe, opem *Bertholdi* Archiepiſcopi implorarunt. Qui pro ſingulari erga D. Albanum, ceterosque Sanctos ac martyres, qui locum hunc ſanguine ſuo purpurarunt, pietate atque religione, tam prompte, quam clementer manus iis porrexit adiutrices, ac litteris ſequentibus, anno MCCCCLXXXVI publice editis, tum ſuæ ditionis ſubditos, tum alios quoſcunque, vt piis eisdem eleemoſynis ad id operis ſubſidio veniant, hortatus eſt.

BERTHOLDVS *D. G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Princeps Elector, vniuerſis & ſingulis Paſtoribus, Plebanis, Viceplebanis, Cappellanis, Altariſtis & Presbiteris, per noſtras ciuitatem & terminos dioceſis noſtre Maguntine vltra & citra Renum vſque ad Haſſiam citeriam conſtitutis, ceterisque vniuerſis Chriſti fidelibus, ad quos preſentes noſtre litere peruenerint, ſalutem in Domino ſempiternam.*

Cum Dominum in Sanctis eius laudari oporteat, id cumulacius reſoluimus, dum loca multo Sanctorum Dei ſanguine dicata noſtris fauoribus proſequimur, &, que aliqua aduerſa calamitas deſtituit, hec noſtra tempora reparare feſtinent. Sane notum eſt vniuerſis, qualiter retroactis temporibus illa inſignis eccleſia S. Albani *mart. extra muros ciuitatis noſtre Maguntine, in qua ſacrum illius, ſimulque multorum glorioſiſſimorum martyrum corpora quieſcunt, variis aduerſis caſibus in ſuis edificiis eſt deſtituta, quam, Honorabiles, deuoti noſtri dilecti, Prepoſitus, Decanus, & Capitulum eiusdem eccleſie* S. Albani *pro diuini nominis gloria ad laudem S. Saluatoris noſtri, eiusque Genitricis, intemerate ſemper virginis Marie, to-*

cius

cius celestis Iherarchie & specialiter in honorem S. Albani *aliorumque Sanctorum in ea requiescencium, reedificare & reparare continuo satagunt; sed cum magni requirantur sumptus, quibus ecclesie dicte facultates minime sufficiunt, nobis idcirco humiliter supplicarunt, vt in his, paterne succurrere & subuenire dignaremur.*

Qua de re, nos, qui summopere desideramus, vt nostris diebus prefata ecclesia S. Albani *in loco tam sacro reparetur, qui tot millium SS. martyrum roseo cruore perfusus est, vt* mons martyrum *meruerit appellari; vnde vos & quemlibet vestrum serioſius in Domino exhortamur, admonemus, & exacte requirimus, quatenus diuine remuneracionis intuitu, & pro singulari pietatis opere adimplendo, de bonis, ab Altissimo vobis traditis, ad dicte ecclesie reparacionem & reedificacionem, contribuere & impartiri velitis, vobisque Pastoribus, Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, & Presbiteris supradictis, sub excommunicacionis pena districte precipiendo mandamus, vt Presbiteros per dictos Prepositum, Decanum & Capitulum ad id deputandos, cum presentibus nostris literis, dum ad vos venerint, Christi fidelium elemosinas ad sepedicte ecclesie reparacionem petituri, benigne recipiatis, ad seminandum verbum Dei ad populum, & petendum Christi fidelium elemosinas & caritatiua subsidia, in ecclesiis vestris & capellis sine obstaculo admittatis, & ipsorum iocundum aduentum fideliter intimetis, eosque tractetis in omnibus humaniter, ac ipsos Christi fideles, per allectiua & decencia, quibus congruit, verba inducatis, vt pro tanti edificii reedificacione manus porrigant adiutrices, sicque felici commercio, terrena & transitoria in celestia & eterna commutando, vt vos & ipsi, in patria superna, corona immarcescibili mereantur laureari; presentibus ad annum a data earundem duntaxat valituris. In cuius rei testimonium, sigilla nostra, nostrum, & fabrice nostre Maguntine, presentibus sunt appensa. Datum Aschaffenburgi XXVIII die mensis Iunii anno Domini MCCCCLXXXVI.*

Sic igitur parietes redintegrati, tecta renouata, campanæ de nouo conflatæ, pauimenta instaurata, subsellia atque pulpita noua constructa, organum præterea & quicquid ad domus Domini decorem pertinere visum fuit, maximis sumtibus procurata. Constat ex regiſtris fabricæ huius ecclesiæ, quod anno MCCCCXCI chorus maior inceptus fuerit fornicari, & anno MCCCCXCIV ad finem perductus sit; impensa ad centum viginti & vnius florenorum summam excurrente.

CAPVT V

De reliquiarum noua reuelatione, & quarundam illarum ab hac S. Albani *ecclesia translatione.*

§ I

De earum reuelatione.

QVum anno MDIII, tempore Bertholdi Archiepiscopi, testudinato iam anno MCCCCXCIV ac restaurato choro maiori, Honorabiles Domini Canonici ecclesiæ S. Albani animum induxissent, altare summum paullo altius a terra eleuare, die XV mensis Martii sex loculos sub eodem altari inuenerunt, tres scilicet versus orientem, supra quos quartus transuersaliter positus erat, ac super eundem, quartum scilicet, altare ex lapidibus coctis cum argilla factum, & ante centum ferme & tres annos consecratum: quintus vero versus australem partem parumper a tribus primis seiunctus erat; supra quem sextus & paruus loculus directe positus; qui sarcophagi siue loculi omnes cineres Sanctorum, ossaque & pannos sericos rubri coloris, vetustate aliqualiter consumptos, in se continuerunt. Tres Suffraganei eo tempore Moguntiæ morabantur, *Spirenſis* scilicet, *Wormatienſis*, & *Moguntinenſis*, quos Reuerendissimus Dominus *Bertholdus* ad inspiciendos examinandosque prædictos cineres & ossa misit: qui vnanimiter Sanctorum esse reliquias pronuntiarunt, publicis desuper instrumentis erectis.

Priusquam autem altare maius perficeretur, dictæ Sanctorum reliquiæ interim in sacello *S. Viti* reseruabantur; absoluto vero iam ac penitus restaurato, eædem cum magno honore ac reuerentia, ac multitudine populi Moguntini, die Dominica - - - - eiusdem anni ex dicto sacello translatæ rursum sub eodem al-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tari maiori per Reuerendum in Christo Patrem *D. Thomam*, SS. Theologiæ Professorem ac Suffraganeum Moguntinum repositæ fuerunt.

§ II

De quarundam translatione alio facta.

Ernestus, Archiepiscopus Magdeburgensis, audito, quam ingens, pretiosusque istarum thesaurus hic loci inuentus esset, aliquam illius partem sibi concedi petiit *. Assensit *Iacobus* de *Liebenstein*, qui tum archidiœcesi Moguntinæ præerat, litterisque anno MDVI datis Canonicorum ad hanc ædem Collegio potestatem fecit, aliquas earum particulas eidem donandi. Qui, hac Principis & Archiepiscopi sui voluntate percepta, quasdam Ernesto concessere. Nomina illarum ignoro. Litteræ vero consensus hæ sunt:

IACOBVS *D. G. sancte Sedis Moguntine Archiepiscopus, sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius, Princeps Elector, Honorabilibus Decano & Capitulo ecclesie* S. Albani *extra muros ciuitatis nostre Moguntine, deuotis nobis in Christo dilectis, salutem in Domino. Vt Reuerendissimo in Christo Patri, Domino* Ernesto, *Archiepiscopo Magdeburgensi, amico nostro charissimo, aliquas particulas de reliquiis in ecclesia S. Albani predicta nuper repertis donare, & cum decentibus ceremoniis & reuerencia transmittere possitis, vobis presencium tenore indulgemus, nostrumque ad id damus & adhibemus consensum pariter & assensum. Date in arce nostra Steinheim, sub secreto nostro, die quarta mensis Aprilis, anno Domini MDVI.*

* *Erat enim tum in eo* Ernestus, *vt id genus Sanctorum reliquias colligeret, ac sacello, quod Halis in D. Mauricii arce exstruxerat, inferret. Prodit id nobis* chronicon Magdeburgense, *quippe quod post annum MDIII p. 371 ita pergit:* Iste Dominus noster Archiepiscopus sumtuosam capellam in castro suo Hallis constructuit, multas pretiosas reliquias Sanctorum & clenodia ibidem reponens.

Anno postmodum MDXIV *Albertus Brandenburgicus*, Archiepiscopus Moguntinus, cum esset cultor, amator, ac venerator Sanctorum Dei maximus, & reliquias nec non sacra busta eorum summa cum veneratione, vbi licebat, inquireret, de puluere eas cum honore leuaret, auro, gemmisque pretiosis vestiret ac includeret, dum pro Dei, Sanctorumque amore, Moguntiam circumeundo, sacras pro more visitaret ecclesias, hanc etiam S. Albani basilicam deuotus intrauit, vidensque decem prætactorum Episcoporum Moguntinensium corpora sancta sine honore ac veneratione posita, auctoritate Apostolica & Ordinaria vsus, corpus *S. Rabani*, quondam Archiepiscopi Moguntini VI, totum, & *S. Maximi*, Episcopi XIX, medium in Saxoniam Halas transtulit, ac in templo arcis S. Mauricii sollemni processionis officio anno MDXV collocauit, Indictione Romana III, a transitu vero beatorum, *Maximi*, anno MCXXXVII, *Rabani* vero, anno DCLIX*.

* Trithemius *in vita* S. Maximi *cap. XIX, cuius verbis auctor heic vtitur.*

CAPVT VI

De vltimo ecclesiæ huius excidio.

LOnge grauissimus ecclesiam hanc perculit casus, quum anno MDLII *Albertus* Marchio Brandenburgicus, omni Moguntiam sæuitia afflictaret. Vrbem enim, resistente nemine, ingressus, suam in fidem ciues adegit, iisque XII aureorum millia, Clero autem C imperauit. Sed cum ecclesiasticorum plerique, in primis Prælati, fuga dilapsi essent, tam ingens tam subito summa confici non potuit. Quare templa sacrilege dispoliauit, S. Martini arcem, quæ Archiepiscopi domicilium, & tunc ipsius hospitium erat, nefarie incendit. Aedes præterea Canonicorum sacras, extra ciuitatem ipsam sitas, S. Victoris, S. Crucis, ac hanc S. Albani, vna cum Carthusianorum templo atque clausto, quarum structuræ vrbem Moguntinam, nobilissimarum arcium instar, exornabant, diuinoque cultu protegebant, sacrilegis flammis destinauit.

Nec mora. Sceleſtissimi enim milites, immo non milites, sed prædones, perditionis filii, quamprimum ducis sui & antesignani mandata perceperunt, prædictas ædes sacras, tyrannorum more, sacrilege ac crudeliter inuaserunt, valuas destruxe-

deſtruxerunt, imagines omnes, Chriſti crucifixi ſigna, altaria, baptiſteria, euchariſtiæ ædiculas ſacras, organa, ſedilia, ſacella, ſuggeſtus & alia huiusmodi innumerabilia violenta manu confregerunt; codices ac libros ſacros, plurimaque præſtantiſſima magni pretii, iam a multis annis in bibliothecis reſeruata variarum ſcientiarum volumina dilacerarunt, omniaque hæc tandem in vnum comportantes ingenti iubilo exuſſerunt; campanas & candelabra in bombardarum vſum deſtinarunt; calices, patinas, ampullas, thuribula, aliosque ſimiles eccleſiæ theſauros abſtulerunt; veſtimenta ſacra, aliaque huiusmodi eccleſiaſtica ornamenta varii generis in ludibrium Catholicæ religionis profanis induerunt lixis ac calonibus; immo & omnia ſacra ita deſpectui habuerunt, vt ipſe a quibusdam ſenioribus fide dignis, eccleſiaſticis & ſæcularibus, quorum ætate ac memoria hæc contigerunt, percepi, vt ſacros calices haud ſecus ac profanos attrectarent, veſtimentisque ſacris, caſulis ſcilicet ſacerdotalibus aut Leuitarum tunicis in deſpectum eccleſiaſticorum induti, & ante ipſas eccleſiarum valuas publice ſaltitantes, vinum in abundantia ſibi mutuo ex iisdem calicibus, vaſisque huiusmodi ſacris ad vomitum vsque propinarent. Venerabile præterea Chriſti corpus abiicientes, monſtrantias, ac pyxides argenteas, quibus diuorum reliquiæ continebantur, rapuerunt, venerandas illas reliquias velut oſſa canum aut aliorum pecudum reiicientes, aut in ignem mittentes. Nec ſatis; cum iam templa ipſa ſic deformaſſent, vt ſpeciem templorum omnem amiſiſſe viderentur, vltimo tandem peſſimi nebulones auſu ſacrilego, tyrannorum ac Turcarum inſtar furibundi, omnes prædictas Sanctorum ædes præclariſſimas, vno die, quæ erat dies XXIII Auguſti, S. Bartholomæi Apoſtoli vigilia, anni prædicti MDLII inuadentes, easdem omnes ſimul vna hora cum ſingulis adiacentibus ædificiis barbaricis flammis nefarie incenderunt, ac ſolis parietibus relictis miſerabiliter abſumſerunt.

Sic, proh dolor! egreſſus eſt a filia Sion, hoc eſt, a templo iſto ſancto omnis decor eius, & veteris illius magnificentiæ modo reſtat nihil, nullaque veſtigia tam ampliſſimæ eccleſiæ, tam illuſtriſſimi monaſterii, quale antiquitus fuit, amplius apparent, præter chorum maiorem, inſignis admodum ſtructuræ e lapide quadrato, cum exiguo ſacello adiuncto, & nuda quædam mœnia, pauculasque exterioris templi particulas, aliorumque ædificiorum parietes ac ruinas, luctum merito & commiſerationem ſpectantibus mouentes *.

* *Ita quidem ſe habuit tempore auctoris. Poſt enim, bello tricennali, rudera iſta maximam partem a Suecis ad exſtruendum Guſtauiburgum auecta fuere; reliqua vero anno MDCLIX & MDCLX ab operariis ad noua, quibus tum vrbs cingebatur, munimenta excitanda. Quod notandum: cum* Mabillonius, *aliique, qui tamen longe poſt tempus iſtud ſcripſere, cum de hac* Albani *baſilica loquuntur,* Serarii *verba repetant, & parietinas iſtas ſupereſſe memorent.*

CAPVT VII

De translato in vrbem ſacrorum cultu.

DEuaſtato per Albertum Brandenburgicum D. Albani templo, Canonici, vna cum Vicariis, in ſacram FF. Dominicanorum ædem intra vrbem con.migrarunt; in qua cultum diuinum in hodiernum vsque diem obeundo *, ſuis fruuntur reditibus.

* *Enimuero, per ſe ſequitur, intelligendum hoc de tempore, quo vixit, atque hæc in chartas miſit auctor* Helvvichius: *Poſt enim locum mutarunt.*

Sacris autem Albanenſes *in æde hac* Dominicanorum *vacarunt ad annum vsque MDCLXIV; quo neſcio qua de cauſſa ab eisdem, occluſis ad tempus foribus, excludebantur.*

Tum vero ad Stephanitas *migrarunt, & octodecim per annos, in templo eorum ſacra obiere munia.*

Ex eo demum an. MDCLXXXII exiere in ſacellum D. Sebaſtiani, *quod ex voto ciuitatis poſt ſæuam luem an. MDCLXVI ſuſcitatum eſt: in quo etiam ad præſens vsque tempus* S. Ferrutii *adunati Collegio rem diuinam religioſe peragunt.*

CAPVT VIII

De vltima ſacrarum reliquiarum inuentione.

ANno MDCII, die XXXI Octobris, cum *Ioannes Roberus Molitor*, huius loci tunc Sacriſta (qui hæc nobis in ſuis notatis *de eccleſia S. Albani* narrat) in æde Dominicanorum in altari pro feſto OO. SS. exornando occupatus, cum *Ioanne*

Scholl, pictore, qui tum præsens erat, de reliquiis, quibus olim ecclesia D. Albani abundarat, conferret, simulque dubium de cruce quadam antiqua proponeret, quod scilicet non immerito quis suspicari posset, hostiam D. Gregorio celebrante in carnem conuersam, & in ecclesia D. Albani asseruatam, in ea contentam aliquando fuisse, propter verba circumscripta: *A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris:* pictor ille meminisse se aiebat, ante viginti annos se audiuisse, in quodam fornice siue conclaui in templo D. Ignatii hostiam illam seruari: sacras vero ibidem reliquias quamplures reconditas, lampadem adhuc appensam, pluraque alia indicare. Referebantur hæc Reuerendissimo Domino Decano; qui, operæ pretium ratus, de eo inquiri mandat.

Paretur mandato, omniaque, vt pictor retulerat, reperiuntur. Conclaue scilicet, lampas ante illud suspensa, candelabrum ferreum parieti infixum, cum gazophylacio (*Opferkasten*) imago præterea D. Gregorii celebrantis & sanctorum ecclesiæ D. Albani patronorum præfixa erat. Narrantur Domino Decano omnia: iussu ipsius conclaue, quibusdam Dominis præsentibus, quia claues deperditæ erant, vi aperitur: quod tamen serarius alias quoque factum iudicabat, quia tantum vna sera & vnco pæne confracto clausum esset. In illo fornice siue conclaui inuenta fuere duo sigilla ænea maiora ecclesiæ D. Albani, quorum altero adhuc Conuentus vsus est, dum monachi essent: alio, iam sæculares. Præterea *brachium D. Albani, & brachium S. Vincentii.* Cista præterea, in qua reliquiæ *S. Camerini* martyris, vt charta addita docebat; sed tamen, cum vnum caput & duo fasciculi ossium in illa cista reperirentur, incertum fuit, vter fasciculus ossa *S. Camerini* contineret. Tres etiam arculæ plumbeæ, quæ altaribus in templo D. Albani impositæ fuerant cum reliquiis nominatis ibidem fuere. Cista quoque plena reliquiis, cum capite, sine chartula & nomine, & fasciculus rotundus cum ossibus, affixa schedula: *Hic habentur pretiosæ reliquiæ Sanctorum, quorum nomina ob vetustatem perierunt.*

Inuentis his in fornice reliquiis, spes in ipso D. Albani monte plures indagandi concepta. Quapropter primum laudatus Sacrista *Molitor* die IX Nouembr. solus passim loca, vbi Sanctorum lipsana collocata audierat, perscrutatus est. Inuentis quibusdam, iisque in duabus arculis religiose repositis, operi plures manus admouere, vt vel apud *Serarium* lib. I rer. Moguntiacar. cap. I legi potest. Tandem, cum sacellum repurgaretur, reperta D. Albani statua, de qua idem *Molitor* in annotatis suis; *Statua illa grandis lapidea, quam e regione ostii lapidi insistere vides, in sacello asseruata fuit, cum aliis ferramentis, fenestris, scriniis, ceterisque impedimentis, nulliusque fuit æstimationis; tandem curiosius nobis illam considerantibus, reperimus, statuæ collum superius lamina ferrea esse tectum, plumbo, ne facile effringeretur, insuta. qua tandem effracta inuentæ sunt in foramine paruo reliquiæ Sanctorum* Albani, Vincentii, Aurei & Anastasiæ, *cum suis schedulis, quæ omnes reliquiæ vna cum aliis sanctissimæ patronæ nostræ, virginis* Iustinæ, *ibidem sunt repositæ, ferroque itidem munitæ.*

CAPVT IX

De reliquiarum post deuastationem Brandenburgicam reliquiis.

DE nominatis supra lib. I sect. I cap. IV, enumeratisque reliquiis, aliis partim alio translatis, partim hominum obliuioni traditis, pauculæ restant temporibus nostris.

Illarum vero quædam in *Dominicanorum* æde, quædam in *S. Albani* sacello extra muros altaribus inclusæ adseruantur.

§ I

De iis, quæ in vrbe sunt.

Illæ quidem sunt hæ;

I Tria capita argentea deaurata. In quorum primo adseruatur *caput S. Albani*, martyris & patroni nostri, & *scapula S. Stephani* protomartyris. Inscriptio capitis hæc est; *Caput S. Albani martyris.*

Notes hic 1) *quod inscriptio hæc collo argenteo incisa sit, litteris sæcul. XV sapientibus.* 2) *quod addita sit & hæc*; Scapula S. Stephani protomartyris.

In secundo capite argenteo habetur *caput S. Anastasiæ*, tribus angelis, qui manibus libros tenent, insistens, suppositio circulo, cuius hæc est inscriptio: *Caput S. Anastasiæ virginis & martyris nobilissimæ Romanæ.*

In

In tertio capite argenteo continetur *caput S. Vincentii*; in cuius vertice hæc leguntur verba: *Caput S. Vincentii Diaconi & martyris Hiſpanienſis.* Hoc caput absque maxilla eſt, cum vnico tantum dente molari. Ceterum eidem adiuncta ſunt multa SS. incognitorum oſſa, ſcapulæ atque caluariæ.

II Item, in quadam capſa argentea ſeruantur reliquiæ *S. Benedicti* Abbatis, *S. Stephani* protomartyris, & *S. Aegidii* Abbatis, byſſo rubea inuolutæ.

III Item reliquiæ *SS. Aurei* & *Iuſtinæ*, itidem byſſo circumuolutæ rubea.

IV Item duo receptacula lignea, affabre parata ſumptibus *D. Ioannis Iacobi Roberi Molitoris*, circa annum MDCVII Vicarii & Sacriſtæ huius eccleſiæ; quorum prius *D. Albano*, patrono principali, alterum *S. Vincentio*, reliquisque patronis noſtris dedicatum legitur.

Et in priori quidem ſequentes SS. reliquiæ reconditæ ſunt; *Brachium S. Albani*; dens *S. Alexandri*; reliquiæ *S. Blaſii*, *S. Victoris*, *S. Kiliani*, *S. Antonii Eremitæ*, *S. Nicolai*, *S. Petronillæ*, *S. Vrſulæ*, *S. Mariæ Magdalenæ*, *S. Laurentii*, *S. Verenæ*, *S. Barbaræ*, *S. Theoduli*, *S. Dionyſii*, & aliorum multorum Sanctorum incognitæ, de *S. Cruce Domini*, de *S. Albani* ſanguine.

In altero reliquiæ ſunt *S. Aurei* & *Iuſtinæ* martyrum, in medio repoſitæ, tenentibus illas duobus angelis argenteis; brachium item *S. Vincentii*; circumcirca illud vero reliquiæ *Innocentum*, *S. Stephani*, *S. Andreæ*, *S. Iacobi*, *S. Chriſtophori*, *S. Laurentii*, *SS. Sergii* & *Bacchi*, *S. Oſwaldi* regis & martyris, *S. Benedicti.*

V Item duo capita *Sanctorum*, anno MDCIII in eccleſia S. Ignatii parochiali inuenta in ciſtula quadam cum oſſibus *S. Camerini* martyris *. Vtrum vero alterum horum capitum eiusdem *S. Camerini* ſit, neſcitur; cum duorum Sanctorum oſſium faſciculi, alterius quidem ignoti, in eadem arcula fuerint reperti, aliaque oſſa nuda, ſcedulis propter conflagrationem confuſis & putrefactis, aut omnino deperditis. Caput illud byſſo rubea vetuſtiori fuerat inuolutum.

* *Conf.* Serarius *lib. I cap. XVII p. 71.*

VI Porro alia duo *Sanctorum* capita, quæ cum reliquiis ceteris inuenta ſunt anno MDCIII extra muros Moguntinos, in ſummo choro, in ſarcophago ex albo lapide, a dextris celebrantis, hoc eſt, verſus Weiſſenavv in muro. Hæc capita ego anno MDCXII ex altari *S. Cæciliæ*, in ſacello ad *Albanum*, cum reliquiis pluribus incognitis repoſita ſumſi, eaque ſerico rubro inuoluta huc ad *Prædicatorum* ædem ad ceteras reliquias tranſtuli. Quorum autem capita ea fuerint, non habeo compertum.

§ II

De reliquiis extra muros, in D. Albani *ſacello.*

Reliquiarum, quæ modo in ſacello *Albani* extra muros Moguntinenſes adſeruantur, plurimæ ſunt, in ciſtulis octo repoſitæ, ac ſub altaribus duobus reconditæ, ſub vnoquoque nimirum quatuor.

Ac in priori quidem, *S. Albani* memoriæ dicato, incluſæ ſunt eæ, quæ olim in fornice ſeu teſtudine munitiſſima ſub ſummo altari aſſeruatæ fuerant in choro maiori: ea vero poſtmodum collapſa, obtritæ fere & ignotæ delituerunt, donec anno MDCIII die IV Ianuarii erutæ, & die II ſubſequentis Iunii in altari hoc repoſitæ fuerunt.

In altero autem altari, *S. Cæciliæ* ſacro, ſunt eæ, quæ in ſarcophagis lapideis, muro inſertis, inuentæ fuerunt, ac olim circa ſummam aram in choro reconditæ; huc vero die XX Iun. anni dicti translatæ, quum partim die XIX Nouembr. an. MDCII, partim die IV Ianuar. anni MDCIII erutæ erant.

Et hæ reliquiæ prædictæ inter ſe confuſe iacent ſine vlla littera aut nota, maiores non minus, quam minores.

Ceterum omnes illæ, quæ hiſce noſtris temporibus ſuperant, ne centeſima quidem pars ſunt illarum, quas libro I memorauimus.

§ III

De capite D. Albani *ſpeciatim.*

De capite ſanctiſſimi patroni noſtri *Albani*, cuius ſupra mentio facta eſt,

Namurcenſis quidam (qui ciuitatis patriæque Namurcenſis patronum hunc *S. Albanum* dicit) ait, illud Monachii in ſacello Ducis Bauarorum aſſeruari, ſeque id anno MDXCIX oculis ibidem vidiſſe. Sed errat bonus iſte vir; ſacrum caput aliud viderit, nomenque aut male ei indicatum fuerit, aut bene nominatum memoriæ exciderit*. Habemus enim nos verticem illum ſanctiſſimum martyris Albani, patroni noſtri, repoſitum pro nunc in Dominicanorum æde Moguntina; vbi modo ſingulis diebus officia ſacra peragimus, quod non oculis tantum intueri, ſed & manibus portare, & attrectare mihi, quamuis indigno, ſæpe licet, dum illud, vna cum ceteris reliquiis ante nominatis, in maioribus feſtiuitatum diebus, altari ſummo imponendum ac dein reponendum eſt: quod & aliis viris piis honeſtisque ſæpius videndum, oſculandum, & deuenerandum exhibui, quoniam cura mihi talium hoc anno MDCXIII, quo hæc ſcribo, in hac eadem S. Albani eccleſia incumbit, Sacriſtæ ſcilicet munus gerenti. Vt adeo certum ſit atque indubitatum, id vere nobis eſſe: de quo ſane gloriari licet, magnamque animo capere lætitiam.

* *Conf.* Serarius *lib. II cap. XXIX p. 276.*

CAPVT X

De catena ferrea, cuius ſupra mentio facta.

Dictum libro I ſectione I capite VIII, illam ante incendium Brandenburgicum ad baſilicæ fores pependiſſe. Poſt iſtud in periſtylio F F. *Dominicanorum* (apud quos ſacris officiis vacare cœperunt RR. ædis Santalbanenſis Canonici) ſuſpenſa fuit.

Nunc vero ſacello nouo in D. Albani *honorem in monte exſtructo, ad introitum eiusdem, ſupra clathros affixa eſt, addita hac inſcriptione (quæ tamen iam euaneſcere incipit)* Catena Martyrum.

CAPVT XI

De coſta illa prægrandi in frontiſpicio porticus S. Albani affixa.

AD introitum ad *S. Albani* eccleſiam in frontiſpicio ipſius porticus ſupra affixa cernitur coſta quædam ingentis magnitudinis ac longitudinis, quam vulgus perſuaſum habet, neſcio quo indicio vel argumento, eſſe giganteæ virginis cuiusdam, & quidem beatæ, cuius nomen tamen ignorant, coſtam; de qua ceteroqui nihil in antiquis ſcriptis eccleſiæ, vel monaſticis annotationibus notatum aut proditum reperitur; ideoque nihil certi de ea, quomodo, aut cur eo deuenerit, affirmari poteſt. Ego vero ſpinam cuiusdam ceti eſſe exiſtimo, quæ ab antiquis velut ſtupendorum ac magnalium Dei operum monumentum ab olim pro perenni memoria ibidem fuit affixa.

Sublato porticu, & illa ſublata fuit. Verum vero ea, quæ in atrio, ex quo in conclaue Capitularium D. Stephani *itur, pendet, ſit ipſa hæc, quæ in frontiſpicio porticus Santalbanenſis olim affixa fuit, definire haud auſim.*

CAPVT XII

De Epitaphiis ac tumulorum inſcriptionibus, poſt factam ſtatus mutationem in hac æde quibusdam poſitis, & poſt deuaſtationem Brandenburgicam ſuperſtitibus.

I

IN chori maioris medio lapis eſt ſepulcralis, in quo inſcriptio quondam legebatur litteris fuſis in tabella ænea. Qua ſublata nunc nil reſtat, quam quatuor inſignia gentilitia, vna cum effigie Prælati, habitu ſacro exſculpti. Tumulus eſt Nobilis Domini *Iohannis* de *Stockheim*, Præpoſiti in Bleidenſtadt, & hic ad D. Albanum Cantoris: qui obiit anno MDXV, feria II poſt diem Albano feſtum, & viuens, totius Capituli permiſſu, vt ex protocollo eccleſiæ conſtat, hunc ſepulturæ locum ſibi elegit.

Maiorum autem quatuor nomina hæc ſunt:

Stockheim.	*Bellersheim.*
Kornigel a Troy.	*Rheynberg.*

II Iuxta

II Iuxta antiquam turrim campanariam reſtant aliquot lapides ſepulchrales, quidam propriis adhuc in locis, alii e terra aliunde eo translati.

Inſcriptiones ſunt hæ:

Anno Domini MCCCCLXI, die Galli, obiit Honeſta Domina Margareta *de* . . . . .

Anno Domini MCCCCLXXXIV, vltima Aprilis, obiit Emericus *de* Ingelnheim *filius.*

Fuit hic *Emericus* Canonicus S. Albani.

Anno Domini MCCCCCIII, die Mercurii, XI menſis Octobris, obiit Nobilis & Venerabilis Dominus Wolfgangus *de* Schaumburg, *Canonicus huius eccleſiæ. C. A. R. I. pace.*

Anno Domini MDXXXI, den XI tag des Auguſts, ſtarb der Ernveſt Iohann Schenck *von* Schvveinsburg. *Dem Gott gnade.*

Anno Domini MCCCCLXXX, die XXIX menſis Iulii, obiit Honorabilis Dominus Iohannes *de* Bellersheim, *huius eccleſiæ Canonicus. C. A. R. I. S. pace. Amen.*

Maiores

Bellersheim. *Rheynberg.*
Schelm a *Bergen.* *Buchſeck.*

Anno Domini MCCCCXX, ipſo die natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, obiit Strenuus Dominus Conradus *de* Beldersheim, *Miles. C. A. R. I. P.*

Bellersheim. . . . . . .
Levv a *Steinfurt.* *Forſtmeiſter* a *Gelhauſen.*

III In ſacello ſub prædicta turri, vbi Chriſti ſepulcrum eſt;

Anno Domini MCCCCXC, quinto vero die menſis Decembris, obiit Honeſta & Valida, Geza Vlnerin, *vxor quondam* Geltrici *de* Nackheim. *C. A. R. I. P.*

IV Ad eandem turrim, in latere meridionali, hi quadrato ſaxo inſculpti ſunt verſus:

Poſtquam primus homo Paradiſi gaudia liquit,
Illius omne genus mors inimica tulit.
Nullus enim Regum, nullus mediocris in orbe
Aſpera ab hac liber conditione fuit.
Hanc legem ſequitur, tumulo qui clauditur iſto,
Nomine Megingoz *fonte ſacrante pio.*
Qui Domino, Sanctisque Dei ſeruiuit honeſte,
Donec in hoc ſæclo viuere eum licuit.
Regibus hic charus multis, & moribus aptus
Omnibus, & placidus pro bonitate ſua
Extitit. At poſtquam, meritis maturus & annis,
Illius hinc animam, qui dedit, ipſe tulit.
Quæſo igitur, frater, titulum qui legeris iſtum,* * fratri *Brovv.*
Dic; Requiem æternam donet ei Dominus.
Obſecro per Dominum, nullus his oſſibus iſtum
Ante diem magnum euacuet tumulum.

Qualis autem hic Dux, cuius familiæ fuerit, quo tempore vixerit, quoue anno mortuus ſit, nihil apud hanc eccleſiam in litteris antiquis vnquam reperire potui. Non autem exiſtimandum, eundem fuiſſe *Megingoz* Ducem, quem tabula reliquiarum huius eccleſiæ cum magno promiſcui ſexus exercitu pro fide Chriſti in hoc monte olim martyrizatum demonſtrat: nihil enim de eo in epitaphio inſinuatur: ſed eum iam meritis (quoniam Regibus & Magnatibus charus fuerat) & annis maturum ex hoc ſæculo migraſſe dicit.

Brovverus *annal. Treuirenſ. lib. IX n. XXXV p. 439 coniicit eſſe* Megingandum *Ducem, qui tempore* Arnolphi *Imperatoris floruit, magnaque in regno Lotharingiæ fuit dignatione.*

Hæ ſolummodo inſcriptiones ſepulcrales noſtris temporibus ad *S. Albanum* extant. Procul dubio multo plures in ſacellis ac toto ambitu, antequam ita demolita

demolita ac ſubuerſa omnia fuerunt, extitiſſe credendum eſt: immo pluras etiam adhuc inuenirentur, ſi locus totus, maxime vbi quondam ſacella erant, ad pauimentum vſque expurgaretur, & terræ omnis ſuperficies complanaretur.

Obſeruatio

De variis ſarcophagis inuentis.

In loco, vbi quondam ſacellum S. .... iuxta ambitum verſus Weiſſenavv extructum fuerat, ſæculo hoc in imis viſceribus terræ ſarcophagi diuerſi ad altitudinem aliquot cubitorum, pleni humanis cineribus ac oſſibus, lapidibus cooperti, fuerunt inuenti, ſed absque vllis inſignibus, titulis, vel inſcriptionis aliqua nota; quorum oſſium quædam inde ſublata in maiori choro repoſita ac inhumata fuerunt: reliqua occluſis tumulis eorum, ac ſarcophagis rurſum terra obrutis, ibidem adhuc vſque ad diem illum magnum iudicii extremi ad angelicam tubam reſuſcitanda reconduntur.

Sed notandum hic, quod cum illi ſarcophagi non omnes more noſtro orientem verſus, ſed quidam verſus occidentem, quidam verſus meridiem, alii verſus ſeptentrionem fuerint collocati, dubitari merito poſſit, quinam homines illi, vtrum Chriſtiani an ethnici fuerint, præſertim cum nulla indicia, vel Chriſtiani nominis ac fidei ſigna, in tumulis reperta aut notata extiterint, & tam profunde in imo fuerint repoſiti. Ceteroquin, vt id addam, ipſa ætas eorum, quæ ſatis longæua procul dubio fuit, facile hinc animaduerti poteſt, ipſamque templi ſtructuram, vna cum pauimentis, temporis ſucceſſu ſummopere fuiſſe exaltatam.

Cuiusdam etiam Abbatis huius loci tumulus tunc fuit inuentus, cuius lapis pulchre perpolitus ac figuris ornatus fuerat, verſibus quibusdam circumcirca inciſis, nomen & mortis tempus demonſtrantibus; ſed cum de eo certior factus, ſerius veniſſem, lapis ille a murariis ac operariis in minimas partes comminutus ac ceteris lapidibus aggregatus fuit, ita, vt nihil, licet partes quasdam hinc inde collegerim, quia tamen non continuæ erant, inde colligere potuerim.

CAPVT XIII

De ſacelli in monte D. Albani *inſtauratione.*

QVinquaginta iam annos ſuis in ruderibus iacuerat D. Albani eccleſia, cum illius inſtaurandæ cogitatio animum ſubiret Reuerendi ac Prænobilis Domini *Eberhardi Wolfgangi* ab *Heuſenſtamm*, huius æque ac poſt metropolitanæ Decani. Is enim inuentis, de quibus dictum, ſacris cineribus, pie excitatus, ope & auxilio quorundam cum huius tum ſummæ eccleſiæ Canonicorum, an. MDCIII ſacellum quoddam ſeptemtrionale, choro maiori vicinum, quod pro ſacriſtia antiquitus habebatur, primum a ſordibus vepribusque, quibus totum coopertum erat, repurgari, nouoque tecto conſterni, dein dealbari, feneſtris ac ſubſelliis nouis exornari, atque adeo per omnia ad diuinum cultum decenter coaptari fecit. Inſuper altare, quod nunc *Deiparæ Virginis* eſt, loco moueri (in angulo enim, vbi nunc ad ſacriſtiam ex hoc ſacello patet introitus, antea ſtabat) ac in medio collocari curauit: aliud, quod intra cancellos, medium ſacellum diuidentes, verſus ciuitatem erat, noue inſtrui; in vſum ſacriſtiæ vero alium quendam locum adiacentem (qui theſaurarium olim eccleſiæ fuit, vt ex certis indiciis colligitur) adiungi.

Quibus omnibus perfectis, Dominica prima poſt *S. Albani* feſtum, quæ in XXII Iunii diem incidit, ſacellum & altaria conſecrata. Et ſacellum quidem ipſum honori dedicatum Saluatoris noſtri, Domini *Ieſu Chriſti*; altare ſummum intra cancellos honori *SS. Trinitatis*, *SS. Albani*, *Vincentii*, *Aurei*, *Iuſtinæ*, aliorumque Patronorum: alterum extra cancellos, ſiue e regione oſtii, honori *SS. Trinitatis*, *B. M. V. SS. Mariæ Magdalenæ*, *Barbaræ*, & *Cæciliæ*: munus peragente Reuerendiſſimo in Chriſto Patre, *Stephano*, Epiſcopo Myſienſi & Suffraganeo Moguntino, incluſis in eisdem Sanctorum reliquiis, indulgentiisque deſuper datis, vt in ipſa conſecrationis Bulla legi poteſt; cuius quidem copiam ex protocollo eccleſiæ huc apponere viſum.

Bulla

Bulla conſecrationis primi altaris.

Anno Domini milleſimo, ſexcenteſimo, tertio, Dominica quarta poſt Trinitatis, quæ erat XXII Iunii, ego Stephanus Weberus, Epiſcopus Myſienſis, SS. Theologiæ Doctor, Reuerendiſſimique in Chriſto Domini, Domini Ioannis Adami, electi & confirmati Archiepiſcopi Moguntini, ſacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarii, Principis Electoris &c. in Pontificalibus Vicarius generalis &c. conſecraui eccleſiam hanc ſub nomine Saluatoris. Altare vero hoc in honorem ſanctiſſimæ Trinitatis, & memoriam Sanctorum Albani, Vincentii, Aurei, martyrum, & Iuſtinæ virginis & martyris, in eoque incluſi reliquias S. Iacobi Apoſtoli, S. Albani, S. Vincentii, S. Aurei, martyrum, & Iuſtinæ virginis, aliorumque Sanctorum: & ſingulis Chriſti fidelibus hodie vnum annum, & in die anniuerſario conſecrationis huiusmodi ipſum viſitantibus quadraginta dies de vera indulgentia in forma eccleſiæ conſueta conceſſi.

Bulla conſecrationis ſecundi altaris.

Anno --- vt ſupra, --- conſecraui eccleſiam hanc ſub nomine Saluatoris; Altare vero hoc in honorem ſanctiſſimæ Trinitatis, beatiſſimæ Mariæ ſemper virginis, Mariæ Magdalenæ, Barbaræ & Cæciliæ virginum, martyrum; in eoque incluſi reliquias S. Nicolai, S. Seueri, S. Vdalrici, Confeſſorum Pontificum: S. Ferrutii martyris, S. Antonii, & S. Cæciliæ virginis & martyris, aliorumque Sanctorum. Et ſingulis Chriſti fidelibus hodie vnum annum, & in die anniuerſario conſecrationis huiusmodi ipſum viſitantibus quadraginta dies de vera indulgentia in forma eccleſiæ conſueta conceſſi.

Conſecratione peracta, hymnus *S. Ambroſii* decantatus; tandemque muſicum ſacrum ſolenniter ſecutum; quod ſupradictus Reuerendus Dominus *Eberhardus Wolfgangus* ab *Heuſenſtamm* peregit, adſtantibus atque miniſtrantibus Reu. & Nobil. Dominis, Domino *Iacobo* a *Wiltperg*, Diacono, & Domino *Hugone Cratz* a *Scharpfenſtein*, Subdiacono, eccleſiæ metropolitanæ Canonicis. Poſt meridiem item Veſperarum horæ eadem ſolennitate, qua ſacrum, peractæ.

Poſthæc autem capitulariter concluſum, vt quotannis feſtum dedicationis huius proxima Dominica poſt feſtum D. Albani celebretur; item, vt ſingulis hebdomadibus die Mercurii ſacrum, quod ſub primis legi conſueuit, in hoc ipſo ſacello legatur; præterea, vt ſingulis annis octaua S. Albani hoc ipſo in loco ſollemniter peragatur. Decreti tenor hic eſt;

Nouerint vniuerſi & ſinguli Domini Vicarii eccleſiæ S. Albani, Reuerendos ac Nobiles Dominos, Decanum & Capitulum eiusdem eccleſiæ, ad laudem, gloriam, & honorem ſanctiſſimæ Trinitatis, nec non ſanctorum Albani ac reliquorum Patronorum ipſius eccleſiæ ſtatuiſſe & ordinaſſe, quod præter feſtum dedicationis, quæ quotannis Dominica proxima poſt feſtum S. Albani erit, ac ſacra, quæ certis diebus ſingulis ſeptimanis in monte S. Albani fient, etiam octaua S. Albani ſolenniter, & hoc modo celebrari debeat; nimirum vt hodie & deinceps perpetuis temporibus primæ veſperæ cum Completorio in monte S. Albani: Matutinæ vero in choro Prædicatorum: horæ autem & officium Miſſæ rurſus in monte in loco nouiter conſecrato ſolenniter, debitaque cum deuotione cantentur. Decretum capitulariter in vigilia S. Albani, anni præſentis 1603, *ſignatum* 27 *Iunii.*

His conſtitutis Reu. fundator *Eberhardus Wolfgangus* celebrantibus in die dedicationis duos florenos adſignauit, præſcripto ſimul ſacrorum peragendorum fine ac ſcopo. Dein nouam illam tabulam magnificam, picturis ac ſculpturis pulcre exornatam, ſupra aram Deiparæ virginis, affectus ſui & feruoris ardens teſtimonium, viuus adhuc poſuit.

CAPVT XIV

De tentata chori maioris reſtauratione.

Anno eodem MDCIII, die XI Nouembris, quæ erat vigilia S. Martini, ſumtu præfati Reu. Decani, conductis operariis, chorus maior reparari cœpit. Facta igitur in medio eius ad ingreſſum ſub duobus maioribus lapidibus iuxta ſe poſitis

magna fouea, in quam terra, quæ præcedente anno ex fornice ſub ſummo altari & foramine illo rotundo eiecta fuerat, congeſta, quia plena adhuc minutiſſimis erat oſſibus. Poſtmodum die Iouis, adiumento Theologorum *Societatis Ieſu*, ſex vel octo, Reuerend. item & Nobil. Dominorum, Decani dicti, *Iacobi* a *Wiltperg*, *Danielis Adami* de *Vechenbach*, Doctoris *Alberti* de *Puteo*, & Sacriſtæ *Ioannis Iacobi Roberi Molitoris* (qui hæc in litteras miſit) conductis tribus aurigis, terra omnis ſordesque euehi cœptæ. Terra autem illa coniecta in foueas illas ac foramina, quæ iuxta portam, quæ olim aurea dicta, ad ingreſſum ex penuariis ſeu cellis vinariis effoſſis facta erant.

Anno MDCIV, cum omnes bene erga locum hunc ſacrum animati eſſent, Sacellum vero, de quo ante, pro populi Moguntini deuotione non omnes caperet, conſtituerunt Domini Canonici id amplificare, ita vt ei area ante illud exterior adiungeretur. Iam murarii muros æquabant, & ineptos deiiciebant, lapicidæ lapides pro feneſtris fere aptauerant, multi lapides ex penuariis antiquis pro muris exaltandis effoſſi erant, iam calx & arena parata, cum die X Ianuarii diem obiret *Ioannes Adamus* a *Bicken*, Archiepiſcopus, eius vero in locum eueheretur *Ioannes Suicardus* a *Cronberg*, huius eccleſiæ Præpoſitus, metropolitanæ Decanus, qui ſingularem ſemper erga hunc locum pietatis affectum oſtenderat. Mutato enim tum conſilio de choro maiori ſiue excelſa illa ſtructura reparanda tractatum fuit; *Ioanne Suicardo* mille florenos e patrimoniali hereditate liberaliſſime contribuente. Quare in hunc finem & pecuniæ a Reu. Dominis Canonicis & aliis collectæ, eoque adhuc anno ligna, tegulæ pro tecto, aliaque comparata. Et ſic tectum choro impoſitum. Fuiſſetque hæc eccleſia iam ad maiorem cultum, decoremque reuocata, niſi mors piiſſimum illum ac liberaliſſimum Patronum, *Eberhardum Wolfgangum* inſperate anno ſequenti die XXVIII Aprilis, bonorum omnium luctu, ſuſtuliſſet. Eo enim e viuis ſublato, ſubſtitere omnia, ſic tamen, vt quod tum temporis inceptum erat, perficeretur. Cum enim ſumtus ad opus penitus conſummandum deeſſet, nemoque reperiretur, qui rectorem ageret operis, ab opere tandem vsque huc, proh dolor! ceſſatum fuit.

Enimuero, bello tricennali, cum Sueci vrbem ſubactam inſiderent, eamque firmioribus cingerent munitionibus, id omne, cum reliquis parietinis ſolo æquatum. vide ſupra cap. VI. Vt adeo veteris magnificentiæ, ceu MS. quidam ad an. MDCLIV annotat, tum plane nil ſuperfuerit.

(*) CAPVT XV

De noui in monte ſacelli, *D. Albani* in honorem, exſtructione.

Anno MDCLXXXIV Reuerendiſſimus ac Perilluſtris Collegii ad D. Albani *Præpoſitus*, Chriſtophorus Rudolfus L. B. *de* Stadion, *maiorum imitatus pietatem, fundo Albanenſi, ſpeluncis ac cauernis pleno, ſumtibus haud exiguis complanato, in loco, quo ſumma olim ara ſtetit, ſacellum* D. Albani *memoriæ & honori excitauit. quo ſollemni apparatu conſecrato, homini cuidam Turco, quum nuntio impietati Mahumedicæ miſſo, Chriſto Seruatori ſacramentum diceret, & ſalutari baptiſmatis tingeretur lauacro,* Albani *nomen, in rei memoriam inditum eſt.*

Hoc ſacellum cum quatuor poſt annis a Gallis, qui Moguntiam occuparant, disturbatum fuiſſet, ac ad ſolum dirutum, idem Reuerendiſſimus Præpoſitus, vrbe Cæſaris ac Fœderatorum armis recuperata, qua erga D. Albanum erat religione, ſuis reſtituit impenſis: reliquo, quod Albanenſium iuris erat, ſolo vitibus conſito, & in vineas fertiliſſimas pariter ac amæniſſimas conuerſo: quod tamen anno MDCCXIII, perfuſa armorum Gallicorum metu omni vicinia, propugnaculo ſtatuendo delectum fuit, non ſine graui Pl. Reu. Canonicorum damno, ſuccisis, quæ poſteritati fructum tuliſſent, vitibus. Sacellum vero intactum manſit, ac piorum adhuc patet religioni.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*CAPVT XVI

De florenis *Albanenſium* aureis.

Cudit Collegium D. Albani ***Equeſtre nummos ex auro; e quibus vnum ſiſtit hæc, quam ſubiicimus, figura.***



In antica nummi facie D. ***conſpicitur*** Albanus, ***caput ſuum manu portans***; ***cum hac ἐπιγραφῇ***; S. ALBANVS MARTYR. 1712. ***In auerſa ſunt inſignia*** Præpoſiti, aſinus ***ſcilicet*** erectus; ***additis his verbis:*** REG. D. MAXIMILIANO CAESARE P. F. A.

Id genus nummos autem cudunt Albanenſes ex ſingulari Maximiliani I Imperatoris priuilegio, ſibi ad preces Melchioris Pfintzing, ***Præpoſiti, anno MDXVIII die III Iunii conceſſo.***

*CAPVT XVII

De præſenti Collegii huius ad *D. Albanum* ſtatu.

Conſtituunt id Capitulares *XV*; ***quos inter tres*** Prælatorum ***titulo, honoribusque eminent***; Præpoſitus ***ſcilicet***, Scholaſticus, & Cuſtos. ***Tum*** Domicellates *IV*, & Vicarii *XII.*

Vbi notandum, vnicuique ad Collegium hocce adſpiranti nobilitatem minimum per tres generationes eſſe probandam.

Ceterum huc pertinet, quod Serarius ***lib. I cap. XXXI ſectione I p.*** 111 ***habet:*** Ei Collegio alius, quam ſecundus iſte datur locus in Canonicatuum recenſione. Atque hunc fere obtinet vſus hodiernus. ***Nimirum, in ordine decimum, atque adeo ex eccleſiis Collegiatis vltimum locum occupat.***

SECTIO II
Catalogum PRAELATORVM Collegiatæ huius complectens.

CAPVT I
De PRAEPOSITIS.

Philippus Flach de *Schvvarzenberg*,
Maioris Cuſtos.

PRimus loci huius Præpoſitus conſtitutus eſt a *Conrado III* Archiepiſcopo anno 1419. † anno 1429, 3 Non. Martii.

Petrus de *Vdenheim*,
Maioris Scholaſticus, poſtea *Decanus.*

Prouiſione Pontificis *Martini V* factus Præpoſitus, † anno 1448, die 3 Octobris.

Richardus Cleen.

Succeſſit *Petro* tum in Præpoſitura Santalbanenſi, tum Decanatu maioris. † anno 1450, die 13 Martii.

Ioannes de *Roſenberg.*

Richardo ſurrogatus eodem, quo ille viuis exceſſit, anno, 1450 ſcilicet.

Vulpertus de *Ders.*

Qua Præpoſitus occurrit anno 1451. Fuit ceteroqui *Scholaſticus* maior, & *Camerarius Moguntinus*, nec non *Sedis Apoſtolicæ Protonotarius* &c. † anno 1478, die 25 April.

Albertus,
Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ &c.

Secutus eſt *Vulpertum* anno 1478; quo quidem anno, quum feria quinta poſt Martini Epiſcopus Argentinenſis electus eſſet, anno ſequenti officio dignitateque Præpoſiti ſe abdicauit. † anno 1506, locumque ſepulturæ inuenit in æde, quæ Tabernis Alſaticis eſt primaria.

Wilhelmus, *Comes* de *Wertheim*,
Canonicus Moguntinus.

Diem ſupremum obiit anno 1489.

Philippus,
Comes Palatinus Rheni, *Dux Bauariæ* &c.

Wilhelmi in locum ſubiit. Fuit ſimul *Præpoſitus* metropolitanus, & poſtea factus eſt *Epiſcopus Friſingenſis* & *Numburgenſis*, vt alibi iam dictum.

Heinricus,
Comes Palatinus Rheni, *Dux Bauariæ* &c.

Philippi frater germanus, cui primum hic in *Præpoſiti* munere, & dein in Epiſcopatu *Friſingenſi* ſucceſſit. Reſignauit anno 1499.

Vlricus Pfinzing,
Nobilis Patritius Norimbergenſis, S.C.M. Conſiliarius.

Henrici in locum ſuffectus eſt.

Ioannes

Ioannes de *Guttenberg*,

Canonicus Moguntinus, huius Scholasticus.

Resignauit circa annum 1518.

Melchior Pfinzing,

Patritius Norimbergensis, S. Victoris Decanus, & B. M. V. ad gradus *Canonicus* &c.

Qua Præpositus iam occurrit anno 1518, mense Iulio. † anno 1535, die 24 Nouembris.

Philippus de *Stockheim*,

Cantor Moguntinus.

Melchiorem excepit. † anno 1548, die 21 Iunii.

Henricus de *Stockheim*,

Canonicus, deinde etiam *Cantor maioris.*

Philippi in locum subiit. † anno 1588, die 26 Octobris.

Ioannes Suicardus de *Cronberg*,

Præpositus S. Petri, Scholasticus & postea *Decanus Moguntinus.*

Quum Sedis Apostolicæ sub beneplacito die 28 Octobris anni dicti 1588 *Henrico* surrogatus esset, contigit, vt ab eadem *Iacobus* de *Wiltberg* designaretur Præpositus. Atenim, cum huic anno sequenti die 20 Nouembr. Præpositura ad *D. Petri* ædem cessisset, factum, vt hanc ad *D. Albanum* retineret. Quam dein anno 1604, Archiepiscopus factus, dimisit.

Antonius Waltbott a *Bassenheim*,

Cantor & postea *Præpositus maioris.*

Præpositi dignitatem eodem, quo *Ioannes Suicardus* ea se abdicauit, anno adeptus est. † anno 1629, die 22 Septembris.

Fridericus de *Sickingen*,

Decanus metropolitanus.

E Custode Collegialis huius Præpositus factus est anno 1630. † Klingenauiæ in Heluetia anno 1634, die 3 Martii.

* Georgius Antonius *de* Rodenstein,

Episcopus Wormatiensis, S. R. I. Princeps.

Excepit Sickingium, *eodemque anno* Decanus maior, *& quatuor annis post* summus Præpositus *factus est.* † *anno* 1652, *die* 29 *Octobris.*

* Damianus Hartardus, L. B. *von der* Leyen,

Canonicus Moguntinus.

Rodensteinio *suffectus est, Præpositique munus gessit ad annum vsque* 1675, *quo culmen Archiepiscopale adscendit.*

* Christophorus Rudolfus L. B. *de* Stadion,

Metropolitanæ Moguntinensis Canonicus, *dein* Decanus, *& tandem* Præpositus *&c.*

In locum Damiani Hartardi *subiit. Magna vir & prudentia & virtutis laude: qui tempore belli Gallici anno* 1688 *&* 1689 *Moguntiam cum diœcesi dexterrime gubernauit, consiliisque suis ab exitio liberauit præsentissimo.* † *anno* 1700, *die* 17 *Ianuarii.*

*Fridericus Carolus, Comes *a* Schönborn,

Episcopus Arcadiensis, Coadiutor Bambergensis, Canonicus Herbipolitanus, S. C. M. Consiliarius sanctior, & S. R. I. Vicecancellarius.

Prouisione Innocentii XII P. M. *Præpositi dignitatem*, Christophoro Rudolfo *rebus humanis erepto, consecutus est: quam etiamnum magna virtutis sustinet laude, famaque.*

CAPVT II
De DECANIS.

Quorum quidem series aliquantum manca.

Iacobus de *Engelstatt.*

EX monacho Santalbanensi factus primum Decanus anno 1419. vixit adhuc anno 1428.

Hartmannus de *Biedenfeld*,

Canonicus ædis maioris.

Ex Cantore Decanus constitutus nobis subiit sub an. 1429 & 1435. Munere, quod gerebat, se abdicauit.

Ioannes de *Dernbach.*

Primum quoque huius loci monachus. Decani titulo occurrit an. 1441, 1447, 1449 &c. † an. 1465.

Sifridus de *Nordeck*,

P. M. Cubicularius & Canonicus ad D. Victoris.

Ioanni successit. † Romæ sub initium anni 1473.

Dietherus Forstmeister de *Gelnhausen.*

Præterquam quod *Sifridum* exceperit, nil de eo nobis constat.

Gilbertus Klüppel de *Elckershausen.*

Hac auctus dignitate nobis subiit an. 1480. Anno 1488 Moguntia discedens, Decanatum dimisit.

Georgius de *Hirnheim.*

Klüppelio surrogatus, breui tempore Decani munia obiit. quippe anno sequenti 1489 fratri ea cessit. Ipse vero Eichstadii & Augustæ egit Canonicum.

N. de *Hirnheim.*

Fratris in locum, vt modo dictum, successit an. 1489.

Dietherus Forstmeister de *Gelnhausen.*

Decani memoratur titulo an. 1497, 1504, & 1512. Ecclesiæ D. Albani donauit calicem.

Rudolfus Forstmeister de *Gelnhausen*,

Canonicus maioris.

Dietherum secutus occurrit anno 1516. Quo etiam, dignitate Decani abdicata, in Canonicorum se redegit ordinem.

* Iaco-

* Iacobus *de* Simonettis,

Rotæ Romanæ Auditor.

Apostolice prouisus, per Theodericum Martorf, *Decanum ad* D. Bartholomæi *Francofurtensem an.* 1516 *in possessionem immitti petiit.*

Enimuero, cum Canonici in ea essent sententia, iuri statutisque ecclesiæ id aduersari, reclamitarunt, ac negotium cum Clero maiori æque ac minori communicarunt. Interim Iacobus monitorium *quoddam* pœnale *ab* Auditore Cameræ *obtinuit, ac per Notarium & testes Santalbanensibus præsentari curauit. Quin anno sequenti duas porro sententias, vnam* declaratoriam, *alteram, vt vocant,* canonisatoriam *obtinuit. Quibus vehementer perculsi* Santalbanenses, *& Clerus minor, delegatos miserunt Wesaliam, ad Decanum & Scholasticum maioris, rogantes, vtrem deferrent ad Principes, ibi tum conuentum agentes. Ambo censebant, consultum videri, vt conuentus trium ecclesiarum,* Moguntinensis *scilicet,* Colonienſis *&* Treuirensis, *& si opus esset, omnium etiam comprouincialium trium prouinciarum institueretur*, vt hæc & alia onera, quibus* inconsuetis & insolitis reseruationibus mentalibus, alias etiam monitoriis multis, *contra laudabiles consuetudines ecclesiæ Germanicæ indies grauarentur, coniunctis consiliis & animis, Pontifici ac Senatui Cardinalium, Cæsaris aliorumque Imperii Principum consensu atque approbatione, exponerentur.*

* Notes hic, ab antiquissimis temporibus id genus Vnionem, vt sic dicam, inter Clerum *Moguntinensem, Treuirensem,* & *Colonienſem* fuisse, qua, si insolito quodam modo Clerus vnius vel alterius diœcesis, simul vel seorsum grauabatur, pars grauata id reliquis significabat, quo Confluentiæ conuentus institueretur, ac ibi tanquam de re deliberaretur cõmuni.

Quis vero negotii fuerit euentus, haud adeo liquet. Probabile tamen est, Iacobum *obtinuisse.*

Helvvichius *in manuscr. post* Rudolfum *dicit, Decanatum pluribus annis vacasse, & ita pergit:*

N. N.

Post id interualli primus. Sub an. enim 1541 Decanus occurrit. Quo tamen nomine appellatus fuerit, haud potui indagare.

Ita Helvvichius. *Sed verisimiliter non alius fuit, quam dictus* Iacobus *de* Simonettis.

Eberhardus Guilielmus de *Radenhausen,*

Canonicus Frizlariensis.

Post nouum interstitium Decanus constitutus est. Obiit eo ipso anno, quo Presbyteri initiatus fuit honoribus, videlicet 1590, die 29 Nouembr. sepultus Moguntiæ apud Dominicanos.

Eberhardus Wolfgangus de *Heusenstamm,*

Maioris Canonicus & postea Decanus.

Merito suo *S. Albani* Decanus renuntiatus est. † summo omnium mœrore an. 1605, d. 28 April.

Ex quo ad præsens vsque tempus Decanatus vacat.

CAPVT III

De SCHOLASTICIS.

Wernerus de *Bellersheim.*

Ex monacho primus Scholasticus, an. 1419. Superstes adhuc 1441.

Conradus de *Selbolt.*

Occurrit an. 1443 & 1454.

Henri-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Henricus de *Nackheim.*

Scholaſtici titulo inſignitus nobis ſubit ſub an. 1455, 1457, & 1471 in litteris die S. Marci Euangeliſtæ datis.

Ioannes de *Engelſtatt.*

Inuenitur anno 1473 & 1485. Fratrem habuit *Emericum.*

Philippus Frey de *Dehrn.*

Qua Scholaſticus legitur anno 1490. † anno 1500.

Ioannes de *Guttenberg.*

Philippo ſucceſſit. Scholaſteriam dimiſit factus Præpoſitus.

Ioannes de *Mezenhauſen,*

Canonicus Treuirenſis.

Qua huius Collegiatæ Scholaſticus occurrit ſub an. 1512. Abdicauit ſe hoc munere anno 1515.

Vlricus de *Schechingen,*

Scholaſticus maioris

Ioannem ſecutus † anno 1518, die 6 Decembris.

Wigandus Fauſt de *Stromberg.*

Succeſſit *Vlrico* an. 1519. † an. 1536. Fuit & Canonicus ædis maioris.

Iacobus de *Liebenſtein.*

Scholaſtici titulo ſe nobis obtulit anno 1538.

Iob de *Tettenleben.*

Frater *Valentini*, Epiſcopi Hildeſienſis. Inuenitur ſub an. 1543. † anno 1547, die 6 Decembris.

Georgius de *Weiler,*

Canonicus S. Victoris, & B. V. ad gradus.

Vixit anno 1570 & ſeqq. † anno 1579, die 12 Maii, Moguntiæ apud *FF. Prædicatores* ſepultus. Habet tamen epitaphium in periſtylio maioris iuxta ſacellum S. Nicolai.

*Iodocus *de* Weiler,

Canonicus Maioris.

S. Albani Scholaſticus *diſerte dicitur in* lib. Animarum *ad* Kalend. Februar. *quibus anno* 1584 *obiit. Item ab ipſomet* Helvvichio *in Elencho Nobilitat. eccleſ. Moguntinæ. In epitaphio vero ei poſito* Canonicus *tantum appellatur. Forſan, quod ante obitum* Scholaſteria *ſe abdicarit.*

Dein Scholaſteria vacauit vſque ad Anſelmum Caſimirum, *qui ſequitur.*

Anſelmus Caſimirus Wambold ab *Vmſtatt,*

Canonicus ædis maioris.

Scholaſticus *S. Albani* factus eſt anno 16.. electus anno 1629, die 6 Auguſt. Archiepiſcopus Moguntinus.

*Iodocus Philippus *de* Weiler,

Canonicus, *poſt etiam* Scholaſticus metropolitanus.

Succeſſit Anſelmo Caſimiro, † *an.* 1655, *die* 8 *Februar. vltimus ſuæ gentis.*

*Wilde-

* Wildericus *a* Walderdorf,

Canonicus maioris.

Weilero *suffectus est. Cum cathedram Viennensem adscendisset, de hac Prælatura decessit.*

* Vitus Christophorus Fuchs *a* Dornheim.

In locum Walderdorfii *sublectus est.* † *anno* 1686, *die* 29 *Nouembr. Cantor ceteroqui fuit metropolitanus.*

* Franciscus Emericus Wilhelmus *a* Bubenheim,

Canonicus, Cantor, *& tandem* Decanus maioris.

Vita defunctus anno 1709, *die* 18 *Nouembris.*

Eius ab obitu Scholasteria vacauit vsque ad annum 1717.

* Henricus Iosephus, Comes *ab* Hazfeld *&* Gleichen,

Canonicus Moguntinus.

Scholastici dignitatem anno dicto consecutus est die 19 *Iunii.* † *anno* 1721, *die* 20 *Septembris.*

* Henricus Suicardus Osvvaldus L. B *de* Sickingen,

Maioris Canonicus.

In possessionem immissus die 12 *Nouembr. d. a.* 1721.

CAPVT IV

De CANTORIBVS.

Burchardus de *Wolfskeel.*

Ex monacho Cantor an. 1419 constitutus. Superstes adhuc fuit an. 1423.

Hartmannus de *Biedenfeld.*

Qua Cantor occurrit sub an. 1425 & 1433. Postea Decani adeptus honores est, vt iam dictum.

Petrus Schrauß de *Vlfersheim.*

Eodem titulo nobis subiit ab anno 1435 vsque ad an. 1453.

Sifridus de *Biedenfeld.*

Cantoris partes post *Petrum* sustinuit, occurritque sub an. 1465 & 1485. † 1491, die 18 April. Fuit etiam Canonicus maioris.

Ioannes de *Stockheim.*

Sub an. 1495 Cantoris ad S. Albanum titulo insignitus inuenitur. † anno 1515, feria secunda post Albani, hora 4 matutina, cum aliquot ante annis *Cantoria* se abdicasset. Sepulturæ locum nactus est ad S. Albanum. Fuit ceteroqui Præpositus etiam *Bleidenstadtensis* & Canonicus *D. Victoris.*

Philippus de *Stockheim,*

Canonicus D. Victoris.

Qua *Cantor* in protocollo Cleri secundarii nobis subiit ab an. 1510 ad annum 1523 vsque.

Albertus de *Fischborn.*

Qua Cantor D. Albani occurrit an. 1526, 1533. Abscessit hoc munere an. 1543, d. 20 Octobr. & † an. 1572, qua Presbyter maioris, d. 13 Martii.

Philippus Schenck de *Schweinsburg.*

Albertum excepit. † anno 1548, die 24 Maii.

Martinus ab *Heuſenſtamm.*

Cantor factus anno 1548, die 6 Iul. † anno 1558.

Ioannes Andreas Mosbach de *Lindenfels,*

Decanus maioris.

Martinum ſecutus, & an. 1564 ſummus etiam Præpoſitus renuntiatus eſt. † anno 1571, die 5 Maii.

Ab eius exceſſu vsque ad præſens tempus Cantoria *vacat.*

CAPVT V

De CVSTODIBVS.

Diethardus de *Graenrod.*

Monachus prius, dein Cuſtos factus an. 1419. Superſtes adhuc fuit an. 1441.

* Conradus, Dominus *de* Bickenbach.

Fuit etiam Canonicus maioris. † *anno* 1465.

Georgius *de* Neuneck.

Occurrit adhuc anno 1489.

(* *Fuit Rector eccleſiæ Kirchbergenſis in Ducatu Wirtembergico*)

Hermannus (al. *Ioannes*) de *Heppenheim, dictus* de *Saal.*

Hermannus vocatur *Helwichio* & *Humbrachto*: in protocollo Cleri ſecundarii *Ioannis* nomen fert. Inuenitur ſub an. 1498 & 1509.

Ioannes Specht de *Bubenheim,*

Canonicus maioris.

Vita exceſſit anno 1524, die 16 Maii.

Sifridus Hund de *Wencken,*

Canonicus Moguntinus.

Ioanni ſuffectus fuit anno 1524. † anno 1548, die 16 Februar.

*Arnoldus *de* Bucholtz,*

Eccleſiæ metropolitanæ Cuſtos &c.

† *anno* 1568, *die* 25 *Ianuar.*

Wolfgangus Camerarius de *Wormatia,*

dictus *de Dalberg,*

Scholaſticus, dein *Præpoſitus maioris.*

Prouiſus ſucceſſit *Arnoldo* anno 1568, die 8 Martii. Factus anno 1582 Archiepiſcopus, Prælaturam hanc dimiſit.

Ioannes Philibertus de *Wiltberg.*

Wolfgango ſurrogatus, præfuit muneri huic vſque ad an. 1596, quo die 14 Ianuarii obiit. Fuit & Canonicus metropolitanus.

Ioannes

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ioannes Adamus a *Bicken.*

Secutus, ab an. 1596 Collegii huius Cuſtos fuit vſque ad an. 1601, quo Sedi Archiepiſcopali impoſitus eſt.

Winandus a *Rauſchenberg,*

Canonicus maioris.

Ioannis Adami in locum lectus. † anno 1604, die 20 Decembr.

Ioannes Theodericus ab *Erenberg,*

Canonicus Moguntinus.

Excepit *Winandum.* † Herbipoli anno 1612, die 2 Auguſti.

Georgius Fridericus de *Greiffenclavv* in *Volrats,*

Præpoſitus Moguntinus.

Ad hanc D. Albani ædem Cuſtos factus eſt an. 1613, & poſt ad altiores honorum adſcendit gradus, quippe an. 1616 Vormatienſem, & an. 1626 Moguntinenſem cathedram inſedit.

Fridericus a *Sickingen,*

Maioris Decanus.

Georgii Friderici in locum ſubiit, & biennio poſt e Cuſtode Præpoſitus conſtitutus eſt.

* Ioannes Reinhardus *a* Metternich,

Præpoſitus metropolitanus.

Succeſſit Friderico *anno* 1634. † *anno* 1638, *die* 1 *Ianuar.*

*Ioannes Vdalricus *ab* Andlau,

Maioris Canonicus, *poſt* Cantor.

Metternichii *ſuffectus in locum.* † *anno* 1650, *die* 16 *Martii.*

* Ioannes Suicardus *de* Waltbott *a* Baſſenheim *in* Olbruck,

Cantor Moguntinus.

Deceſſori ſucceſſor datus † *anno* 1656, *die* 14 *Maii.*

* Carolus Henricus L. B. *de* Metternich,

Scholaſticus metropolitanus.

Anno 1656 *in choro Collegialis ad* D. Stephani, *qua Cuſtos S. Albani, poſſeſſionem muneris capeſſiuit. Anno* 1674 *factus etiam fuit Cuſtos maioris, & anno* 1679 *renuntiatus Archiepiſcopus.*

* Caſimirus Ferdinandus Adolfus L. B. *de* Waltbott *a* Baſſenheim.

Scholaſticus Metropolitanus, & iam ab anno 1705 *Canonicus ſenior, ac Iubilarius Moguntinus.*

* * *

FACIES

Reu. ad D. ALBANVM Collegii,

vt ſe habuit ſub finem anni MDCCXXI.

Fridericus Carolus Comes *de* Schönborn Buchheim, *Præpoſitus.*
Henricus Suicardus Oſvvaldus L. B. *de* Sickingen, *Scholaſticus.*
Caſimirus Ferdinandus Adolfus, L. B. *de* Waltbott *in* Baſſenheim, *Cuſtos.*
Carolus Caſpar Wilhelmus L. B. *de* Gymnich.
Damianus Ehremundus L. B. *de* Waldenburg, *dictus* Schenckern.
Hugo Wolfgangus L. B. *de* Keſſelſtatt.
Anſelmus Franciſcus L. B. *ab* Ingelheim, *dictus* Echter *de* Meſpelbrunn.
Philippus Antonius *ab* Elz *in* Oetingen.
Franciſcus Godefridus Carolus L. B. *ab* Oſtein.
Anſelmus Fridericus L. B. *de* Bettendorf.
Damianus Ludouicus L. B. *de* Hohenfeld.
Franciſcus Rudolfus L. B. *de* Groſchlag.
Ioannes Philippus Ioſephus L. B. *de* Waltbott *a* Baſſenheim *in* Olbruck.
Ioannes Iacobus Wilhelmus L. B. Roiſt *de* Wers.

Domicellares.

Henricus Salentinus L. B. *de* Ritter *in* Grünſtein.
Antonius Theodericus Carolus L. B. *ab* Ingelheim, *dictus* Echter *de* Meſpelbrunn.
Philippus Wilhelmus *ab* Hutten *in* Stoltzenberg,
Franciſcus Chriſtophorus *ab* Hutten *in* Stoltzenberg.
Caſimirus Antonius L. B. *de* Sickingen.

CATA-

CATALOGVS

Admodum Reuerendorum, Prænobilium, ac Religioſorum

DD. ABBATVM

PERCELEBRIS MONASTERII

D. IACOBI

IN MONTE SPECIOSO PROPE MOGVNTIAM,

ORDINIS D. BENEDICTI,

S. VNIONIS BVRSFELDENSIS,

nec non

RR. ABBATVM

ex dicto cœnobio ad alias Abbatias aſſumptorum,

Venerabilium itidem *PP. Priorum,*

aliorumque Patrum ac Fratrum,

in præfato monaſterio Profeſſorum,

vel pro tempore exiſtentium,

collectus & in hunc ordinem redactus

Per

P. IOANNEM ANTONI, Witlichium,

ſæpe dicti Cœnobii pro tempore Priorem,

quem totius Conuentus nomine

R. PatrI VVILheLMo honorIs, obſerVantIæqVe
ergo offerebat
P. Ioannes AntonI VVItLIChIVs
PrIor S. IaCobI,
anno, qVo InaVgVratVr ConſeCratVrqVe Abbas.
MogVntIæ eXCVDIt AntonIVs stroheker.

GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS

recenſuit, notulis paſſim inſperſis illuſtrauit,

correxit, nec non ad præſens vsque tempus produxit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

LECTORI BENEVOLO
GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS
S. P. D.

DO tibi hic de monasterio *D. Iacobi* in monte speciosо, quod olim extra mœnia Moguntina fuit, nunc vero intra vrbis propugnacula est, chronicon, idque paucis cognitum, saltem nemini scriptorum, qui librorum historicorum nobis dedere catalogos, quod sciam, memoratum.

Est autem id *IOANNIS ANTONI*, patria *Witlichii*; qui sæculo superiori in eo monachum, & tandem gregi seruando præfectum (quem vulgo ex ordinis consuetudine *Priorem* vocant) egit; vt vel ex titulo libelli, eiusque sectione vltima patet.

Breue ceteroquin esse, summaque modo rerum capita strictim complecti, vides ipse. Hic illic vero mancum, nec omni ex parte ἄσπιλον, forte non vno deprehendes loco.

Vnde nil magis in votis habui, quam vt inspectis diplomatibus, cœnobio subinde concessis, aliisque, quæ superant, tabulis eam, quam volebam, exasciando illi operam impendere possem. Enimuero, mihi tam felici esse haud licuit. Quamuis enim cœnobiorum Rectoribus quammaxime conueniat, vt moniti, quod Abbas ille Reinhartsbronnensis, vel Petrensis Erfurtinus anno MCCCCLXXXI sacræ congregationi Bursfeldensi dedit*, memores, rebus monasteriorum suorum conscribendis, illustrandis, & ad posteritatis memoriam propagandis vel ipsi admoueant manum, vel aliis, quibus id curæ cordique est, animo libenti præbeant; nullis tamen vel precibus vel obtestationibus adduci potuit, qui ei nunc præest, Reu. Abbas, vt, laudabili aliorum exemplo, eorum faceret copiam. Vtrum erronea incommodi cuiusdam suspicione, an quadam bonas litteras iuuandi ἀθυμίᾳ (quæ doctis alioquin laudi haud ducitur, quanquam multis ea, ordinis etiam ecclesiastici viris, hodie communis sit **) an aliis de caussis tam difficilem, immo inflexibilem sese præbuerit, in medio relinquo. Quemque enim suo sensu abundare patior.

* *Vid.* Ioannis Isenacensis *acta & facta Præsulum Numburgensium; quippe in quibus oratio illa claustralis habetur, ac integra legi potest, p.* 143 *& seq.*

** *Conf. præter alios* Leuckfeldius *adnotat. ad* Letzneri *de origine & Abbatibus monasterii Loccumensis libellum, cui titulus:* Nachricht von dem freyen Reichs-Stift Luckem, *cap. I § 1 p. 60 a) & seq.*

Præstiti igitur, quæ mearum erant virium, & tum ex iis, quæ aliunde mihi bona obiecit fortuna, tum *Dieffenbachii* catalogo ἀνεκδότῳ (de quo in dissertatione *de Doctis Moguntinis* dictum) *Trithemii* item chronico Hirsaugiensi, auctoribusque aliis, dictis partim nonnihil lucis affudi, partim limam, quam desiderabant, adhibui, partim, quæ deerant, adieci. Tum vero catalogum Abbatum ad hodiernum vsque tempus continuaui, βραχεῖ quidem λόγῳ, scopo tamen conuenienter. *Priorum*, vt vocantur, & Cœnobitarum indicem, quem *Witlichius* attexuit, producere nec licuit, nec, si licuisset, visum mihi operæ pretium. Vnde non alia, quam olim, ille apparet facie, quod vel verbo monuisse suffecerit.

Vti vero mea ab *Witlichianis* hoc facilius discerni queant, id dedi operam, vt litteris Italicis, iisque, cum opus erat, minoribus exscriberentur. Vale!

CHRONOGRAPHIA
INAVGVRATIONIS
R. D.
WILHELMI
ABBATIS S. IACOBI.

I

præsIDente roMano pontIfICe Vrbano VIII,
anno eIVs VI,

II

regnante D. FerDInanDo II, VICtorIoſo,
anno regnI IpsIVs X,

III

MogVntIno arChIpræsVLe & eLeCtore georgIo
frI. greIffenCLa a VoLrats,
anno ILLIVs tertIo,

IV

sVb ſaCræ VnIonIs BVrsfeLDensIs præsIDe,
R. P. HenrICo speIChnageL, ſanCtI pan-
taLeonIs præsVLe,

V

a prIorI fVnDatIone, & noVI Cœnobii In
CoLLe, Vt aIVnt, ſpeCIoſo, eXſtrV-
CtIone, anno DLXXVIII,

VI

gVILheLMVs II, Abbas ſanCtI IaCobI, In IpsIVs
ss. trInItatIs profeſto eLeCtVs,
XXVIIII oCtobrIs InaV-
gVratVr.

SECTIO I

Edit. I p. 1

SECTIO I

De fundatione monasterii S. IACOBI *prope Moguntiam.*

I

MOnasterium S. IACOBI maioris, Apostoli, in monte Drusi, nunc speciosо, Ordinis S. Benedicti, S. Vnionis Bursfeldensis, iuxta muros ciuitatis Moguntinæ ædificari cœptum est a B. BARDONE, Archiepiscopo Moguntino, perfectum vero & absolutum a Reuerendissimo LVPOLDO, eiusdem *S. Bardonis* successore. Beatissimus siquidem Archipræsul *Bardo* anno Domini ML, in colle Drusi, monasterio *S. Iacobi* initium facere ac fundamenta futuri monasterii ponere cœpit; verum, quo minus inceptum opus perficeret, aduersa corporis valetudo obstitit: ex qua cum vir sanctus præuideret, se extinctum iri, anxius de sui nouelli cœnobii inchoati perfectione, *Bardoni*, suo ex fratre nepoti, Abbati *S. Albani* *, hoc opus consummandum reliquit, rogans & mandans, vt suæ voluntatis vltimæ votum futuro Antistiti, successori suo, insinuet & commendet; quatenus incepto operi ac monasterio inchoato extremam manum admoueat, perficiatque.

p. 2

* Bardo *hic tum temporis, cum patruus* Bardo *Archiepiscopus supremum vitæ diem obiret, nondum ad* D. Albani *Abbas fuit, sed monachus adhuc Fuldensis. Satis namque clare in* vita Bardonis *cap. VIII est*; Iisdem verbis ad æquiuocum suum Bardonem iuniorem, filium fratris sui, monachum prænominati loci, misit. *Locus autem ante nominatus cœnobium est Fuldense.*

II Defuncto igitur Beatissimo Bardone anno Domini MLI, IV Id. Iun. * successit eidem in Archiepiscopatu LIMPOLDVS, LVIPOLDVS, seu LVPOLDVS, monachus Fuldensis, & Præpositus, vt plerique volunt, Bambergensis; quem Venerabilis *Bardo*, S. Albani Abbas, confestim accessit, eidemque mentem *B. Bardonis* defuncti Archipræsulis aperuit, rogans insuper, vt inchoatum a suo patruo monasterium perficiat. Reuerendissimus ergo *Lupoldus* intelligens sui prædecessoris vltimum votum, ipse pari ardore & affectu motus, *S. Bardonis* in omni genere virtutum imitator existens, inceptam dicti monasterii fabricam breui tempore propriis expensis, & ex paterna hereditate sibi relictis bonis, sine vlla Archiepiscopalium bonorum læsione & sine vllo ecclesiæ Moguntinæ damno, perfecit, magnificeque multis bonis & ornamentis dotauit **. Opere perfecto,

p. 3

ipse Venerabilis Antistes basilicam ipsam anno ML V in honorem S. IACOBI Apostoli consecrauit, eandemque tradidit Patribus Benedictinis, & instituit ibidem primum Abbatem Venerabilem WALTHERVM. Ex quo vero monasterio hic Venerabilis Abbas desumtus fuerit, certo nondum indagare potui: probabile tamen existimo, fuisse eum ex monasterio Hirsfeldensi, vel certe S. Albani †.

*Bardonem *Archiepiscopum nec* III *nec* IV Id. Iun. *sed* V *obiisse, satis clare verbis necrologii ad* D. Ioannis *Collegiatam ostendi in adnotationibus ad* Serarium *in* Bardone § VIII, n. 4 p. 472.

** Trithemius *parte I chronici Hirsaugiensis p.* 191. Luitpoldum *ceteroquin cœnobio huic multum contulisse ornatus, &* Dieffenbachius *habet, ac in* catalogo manuscr. *his memorat verbis:* Erant insuper in ipso cœnobio structuræ magnæ & elegantes. Nam duas præcelsas habuit turres. Porta vero monasterii in medio montis supercilio contra ciuitatem prospectum habuit: & fores clausstri media montis respiciebant: ante quas erant duo lapidei leones, subscriptum continentes epitaphium:

Anno millesimo, decies quintoque salutis,
Dum Leo templum regnat, Henricus Imperium,
Antistes clarus Luipoldus condidit istud,
In Iacobi laudem, laudabilisque Dei.
"Prædiolis amplis ditatum", relligionis
Mox Benedictina tradidit hoc monachis.
Psallat ouans grex ergo Deo, requiemque perennem
Imploret regni pro Liupoldo suo.

† Sunt, qui dicunt, hoc ipsum monasterium a principio fundationis suæ, donatione fundantis, a monachis Scoticæ nationis possessum, primosque inhabitatores de Colonia ex monasterio S. Martini, quod eo tempore Scotorum erat, fuisse assumptos. Quod si verum est, oportebat breui eos tempore mansisse: quoniam nobis certa probatione constat, quod anno MC nullus in eo monachus fuit de natione Scotorum, sed omnes erant Germani. *Ita* Trithemius *l. d.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

SECTIO II

Edit. I p. 3

Sequitur catalogus Abbatum monaſterii S. Iacobi.

I

WALTHERVS

MOnaſterii S. Iacobi prope Moguntiam in monte ſpecioſo Abbas primus aſſumtus anno Domini MLV. Præfuit eidem pie & laudabiliter annis XV & menſibus II. Obiit anno MLXX, IX Octobr.

Tradidit ſub hoc Venerabili Abbate Reuerendiſſimus *Lupoldus* ad altare *S. Iacobi* pro ſuſtentatione Fratrum montem viniferum in *Algesheim*, baſilicam itidem *Nicomedis*.

Tradidit ſimiliter *Henricus IV* Rex monaſterio S. Iacobi *Dornicheim*, cum certis aliis quibusdam bonis *; partem itidem ſiluæ *Dreyeich* dictæ.


* *Factum id anno MLXIV. Tradidit autem* viginti quinque manſos in loco Thurincken, *vt verba diplomatis, quod hic in lucem profero, habent.*

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. HEINRICVS diuina fauente clemencia Rex. Notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris, quam preſentibus, qualiter nos ob interuentum & peticionem dilectiſſime genitricis noſtre *Agnetis* Imperatricis Auguſte, nec non fidelium noſtrorum *Syfridi* Mogunt. *Annonis* Colonienſis, *Adalberti* Hamburgenſis, Archiepiſcoporum, viginti quinque manſos in loco *Thurincken* * dicto, in pago *Mongouue*, in Comitatu *Bertoldi* Comitis ſito, cum omnibus appendiciis ſuis, hoc eſt vtriusque ſexus mancipiis, terris cultis & incultis, areis, edificiis, agris, pratis, paſcuis, ſiluis, venacionibus, aquis, aquarumque decurſibus, riuis, piſcacionibus, molis, molendinis, viis & inuiis, exitibus & reditibus, queſitis & inquirendis, & cum omni vtilitate, que vllo modo inde prouenire poteſt, ad monaſterium Maguncie in honore *S. Iacobi* Apoſtoli conſtructum, cui preſidet *Waltherus* Venerabilis Abbas, in proprium dedimus atque tradidimus, ea ſcilicet racione, vt prenominatus Abbas, ſuique ſucceſſores de prefato predio liberam dehinc poteſtatem habeant, tenendi, dandi, commutandi, precorciandi, vel quicquid eis pro vſu ſue eccleſie placuerit inde faciendi.

* *Dornigheim*

Et vt hec noſtra regalis tradicio ſtabilis & inconuulſa omni permaneat euo, hanc cartam inde conſcriptam manu propria corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Data *decima ſexta* Dominice Incarnacionis *to*, Indictione ſecunda, Domini *Heinrici quarti* Actum Tiburie in Dei



Kalend. Februarii, anno *milleſimo ſexageſimo quar-* anno autem ordinacionis Regis *nono*, regni vero *VII.* nomine feliciter, Amen.

Signum Domini *Heinrici quarti*, Regis. *Fridericus* Cancellarius vice *Sigifridi* Archicapellani recognoui.

II

RVTHARDVS.

Secundus monaſterii Abbas in locum defuncti Domini *Waltheri* ſubſtituitur. Fuit hic primo Abbas Hirsfeldenſis, ſed poſtmodum *Walthero* noſtro defuncto translatus eſt cum conſilio & conſenſu Fratrum Hirsfeldenſium ad hoc noſtrum S. Iacobi monaſterium anno MLXX, pridie Idus Octobris. Cui ſumma cum laude præfuit annis XX, menſibus II, diebus VI. Obiit tandem anno Domini MXC, XII Kalend. Ianuar. Vac. diebus VII *. p. 4

* *Virum auctor hic & in ſequentibus, quando annotat, quot dies ab huius vel illius Abbatis obitu ad noui electionem interceſſerint, fidei nequaquam ambiguæ ſit, dubium mihi videtur. Idem viſum & aliis.*

Hic Abbas Cluniacenſium rigorem cernens, ex ipſorum inſtitutis ſparſim *Ordinarium* edidit *diuinorum*, qui hodie adhuc extat. *Ita* Dieffenbachius *ſuo tempore loco ſupra dicto.*

Facta videtur ſub hoc *Ruthardo* noſtro traditio oppidi *Eltvel* vel (vt habetur in antiquis litteris) *Adelfeldt*, a *Conrado*, Palatino Comite †, monaſterio S. Iacobi.

† *Optandum*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Edit. I p. 4

† *Optandum esset, vt lucem aspicerent, si adhuc extant, Palatini tabulæ, quibus* D. Iacobo *locum hunc attribuit, tradiditque. Ceterum, si* Conradus Eltuil *ei tradidit, id haud sub* Ruthardo *factum est. Tum enim, quum huic ille monasterio praerat, Rheni Palatinus fuit* Henricus, Ezonis *e fratre nepos,* Othonis *Palatini, anno MLXV in* Hermanni *Sueuiæ Ducis locum suffecti, successor, fatis functus anno MXCV, pridie Id. April. Vide, quæ dixi in appendice ad* Pareum *de veteribus Rheni Palatinis n. IV p. 427 & seq.*

MANGOLDVS, III

Tertius monasterii D. Iacobi Abbas, Domino *Ruthardo* substituitur anno MXC, IV Kalend. Ianuar. Præfuit pie & fructuose annis X, mensibus II, & diebus XV. Obiit anno MCI, IV Idus Martias. Vacat Abbatia dies IV; quamuis quidam velint, eum vita defunctum fuisse MXCVI*; quod tamen probabile non est, vti latius in *Annalibus nostris* docebitur.

* *Anno MXCVII* viam vniuersæ carnis ingressum *scribit* Dieffenbachius. *Ceterum* vir pius & religiosissimus *fuisse dicitur.*

Sub hoc Abbate *Emicho* de *Lorch* tradidit S. Iacobo certa quædam bona ibidem.

Cunecha, illustris femina, contulit sub hoc ipso Reuerendissimo *Mangoldo* monasterio nostro dimidium ecclesiæ in *Merxheim*, cum decimis ibidem.

Anno MXCI Ruthardus *Archiepiscopus monasterii huius* census amplificauit, vt habet eius diploma in MS. minore. *Ita* Serarius *lib. V in* Ruthardo, § *II.*

HARTWIGVS, IV

Seu (vt alii vocant †) HARTVNGVS, quartus monasterii Abbas in locum *D. Mangoldi* eligitur XVI Kalend. April. anno Domini MCI, qui eidem præfuit annis VII, mensibus III, & diebus VI. Moritur XI Kalend. Iul. anno MCVIII ††. Vacat diebus V.

† *Et quidem recte, vt sequentes docent tabulæ; ex quibus simul patet, quod certis sub conditionibus vicum* Roth *anno MCI monasterio comparauit.*

* In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Ego HARTVNGVS, ecclesie sancti Iacobi dispensator humillimus, notum facio omnibus Christiane fidei cultoribus, qualiter *Vdalricus*, de vico, qui *Roth* nuncupatur, oriundus, eundem vicum, cum omni iure, quo eum *Gunzelinus* pater eius possedit, & quatuor mansos in * *Sueinheim* michi ac Fratribus in vadimonium pro centum talentis constituit, eo tenore, vt, si quis heredum suorum post eius obitum Fratribus centum talenta redderet, eo scilicet tempore anni, quando Fratres inde omnes fructus collegissent, alodium reciperet. Quod ea conditione nos & Aduocatus noster *Gerhardus*, vrbis Prefectus, & sobrino ipsius Vdalrici, *Almaro*, presente ac consentiente, suscepimus, ac deinceps eadem pactio apud *Sueinheim*, coram familia sancti Iacobi, sorore eius, cum viro suo, aliisque cognatis eius presentibus & consentientibus, firmata est. Pro qua pactione ei triginta & septem libras dedimus, ac prescriptos quatuor mansos in *Sueinheim*, quos & prius pro vndecim talentis in vadimonio habuimus, hac conditione remisimus, vt in primo anno solidum vnum Fratribus persolueret, quem postmodum pro beneficio optineret, & si vxorem de familia sancti *Iacobi* duceret, filiosque ex ea procrearet, vxor & liberi possiderent. Si vero ipsi absque sobole vita decederent, post vtriusque obitum mansos Fratres, remota omni heredum suorum contradictione, reciperent. Sin autem aliunde connubium peteret, nec coniunx, nec suorum quispiam inde aliquid optineret. Preterea ex alodio sancti *Iacobi* in *Sueinheim*, vnum, quod vulgo dicitur *Seluzzilant*, & vnum, *Wingartlant*, areasque ad hec pertinentes, & aream vnam a Mogono vsque ad plateam ville pertingentem, eo iure, quo eas possedimus, ipsi concessimus, que vxor & filii eius possidebunt, si de nostra familia erunt. Postmodum etiam theloneum nostrum in eadem villa, & dimidium vince nostre, beneficii loco a nobis suscepit, pro quibus debita obsequia nobis exhibere debebit. Huic conditioni testes veridicos adhibuimus, quorum nomina subinferimus:

* *Schvvanheim* hodie.

Gerhardus, *vrbis Prefectus.*
Vdalricus, *&* Cunradus, *frater eius* de Eticheſtein.
Cuno *de* Mannendale.
Franco *&* Hubertus *de* Birgestat.
Heinrich.
Embrico, *Camerarius.*
Hartunc, *Centurio.*
Arnolt. Heinrich. Arnolt. Reginhart. Arnolt.
Waltheri. Gerhart. Waltheri. Wolgis.
Waltheri. Wolbero. Lieuuo.
Heinrich. Grifo. Volrat.
Adalbero *de* Bruningisheim.
Heinrich.
Craft.
Meingotz.
Hartman, *ac omnis familia* S. Iacobi *in* Sueinheim.

Hec

Hec vt rata & inconuulsa, tam ipsi quam nobis permaneant, hanc cartam inde conscriptam sigillo sancti Iacobi fecimus insigniri. Acta sunt hec anno Dominice incarnationis Mill. C II, Indictione X. Imperante Serenissimo Principe *Heinrico* huius nominis quarto. *Rothardo* Mogontine Sedis Archiepiscopo. *Friderico* Colonienſi Episcopo. *Embricone* & *Anshelmo* Prepositis. *Truchmaro* Decano. *Gerhardo* vrbis Prefecto.

Sigillum membrane impressum representat figuram Sancti cum limbo semiformem, capite quidem tecto & barba oblonga, sinistra manu tenentem librum, dextram vero in altum eleuantem; ex verbis circumcirca scriptis legi adhuc potest IACOBVS, *& in fine* VS *f.* Apostolus.

†† *Erroneum maxime est*, Hartungum *XI Kal. Iul. an. MCVIII viuendi fecisse finem.* Burchardus *enim, quem successorem habuit, iam anno MCVII & anno MCVIII, V Id. Maii monasterio huic præfuit. Testimonio sunt litteræ* Theoderici, *Abbatis ad* D. Albanum, *&* Ruthardi *Archiepiscopi. In* illis *enim anno MCVII, Indictione XV datis legas:* Quapropter ego & Dominus Abbas ecclesiæ S. Iacobi *Burchardus* mansum vnum consecratæ illic (*in villa scilicet Medenbach*) Christo ecclesiæ in dotem dedimus. *In* istis *vero*; Porro hæc traditio facta est V Idus Maii anno Dominicæ incarnationis MCVIII, indictione I, regnante —— Huius rei testes sunt *Diedericus* Abbas de S. Albano, *Burchardus* Abbas de S. Iacobo *&c.* Edit. I p. 4

Henricus Imperator tradidit sub *Hartungo* Abbate tres mansos in *Nordenstadt*, cum omnibus eodem pertinentibus agris, areis, ædificiis, terris, cultis & incultis &c.

Hartungum *inter &* Burchardum Trithemius *chronici Hirsaugiensis parte I p. 354 ponit* Erckenbaldum, *vel vt p. 276 vocat*, Erchenbertum. *Ait enim*; Anno prænotato quinta die mensis Martii obiit *Burchardus*, Abbas monasterii S. Iacobi prope Moguntiam, vir prudens & religiosissimus, successor *Erckenbaldi* Abbatis, quondam monachi huius cœnobii Hirsaugiensis. *Quem tamen nemo alius, quod sciam, habet.*

V

BVRCHARDVS,

Abbas S. Iacobi quintus, *D. Hartungo* in Abbatia succedit MCVIII *, XXVII Iun. Præfuit monasterio, gregique sibi concredito summa cum laude & vtilitate annis XI, mensibus II, diebus vero VIII. Obiit MCXIX †, Nonis Septembris. Vacat Abbatialis sedes diebus III.

* *Atenim iam anno MCVII illum monasterii huius Abbatem egisse, ex dictis patet.*

† *Idem dicit* Dieffenbachius *l. d. &* præfuit, *inquit*, annis XI, mensibus II, diebus VIII. Obiit anno MCXIX. *Sed perperam.* Wernboldum *enim iam anno MCXVIII, II Kal. Maii cœnobii huius gubernacula tenuisse, patet ex diplomate* Adalberti I, *eodem hoc anno & die in Disibodenbergensium gratiam confecto, quippe in quo testes inter loco est secundo.* Huius rei, *ita quidem verba habens*, testes sunt; eiusdem ecclesiæ Abbas *Adalunus*; Abbas de S. Iacobo *Wernboldus &c.*

Fuit hic *Burchardus* simul Abbas *S. Iacobi* & *S. Disibodi:* quia vtramque Abbatiam ob præclaras viri virtutes ac rara dona *Ruthardus* Archiepiscopus Moguntinus, vt gubernaret, volebat.

Dodechinus *ad an. MCVIII*, Manuscriptus minor, *quem* Serarius *adduxit in* Ruthardo § *X*, Trithemius *ad h. a. p. 345*; *quibus addere iuuabit* Adelbertum I *in diplomate Disibodenbergensium commodo anno MCXXVIII edito*; Dein inito consilio piæ memoriæ *Borkardum* eidem titulo præfecit, hoc ei muneris adiiciens, vt quoniam in partibus illis ob merita *S. Disibodi* locus ille nominatior & in maiori veneratione habebatur, ipse in prædicando, baptizando, sepeliendo, pœnitentibus etiam recipiendis, colligendis cooperator eius esset, & omnino omnimodam vicem suam suppleret. Præterea hoc eis permisit, firmauit, & ratum haberi voluit, vt quotiescunque eisdem Fratribus Pater monasterii ordinandus esset, is tantum, quem communi consilio & assensu, inspirante Spiritu S. vnanimiter elegissent, eis præficeretur.

Venerabilis hic Abbas monasterium *S. Disibodi* iam collapsum restaurauit, & in montem transtulit, conuentumque ibidem ex *S. Iacobi* monachis instituit. Vide *Dodechinum* & *Trithemium* *. Vterque tamen errat in eo, quod asserant, Burchardum hunc nostrum e viuis excessisse anno MCXIII, cum anno sequenti, videlicet MCXIV, expresse citetur & nominetur in litteris *Richardi* Cardinalis *de institutione festi translationis S. Iacobi*, quod ex eiusdem institutione in hodierna nostra tempora III Kal. Ianuar. solenniter celebramus. P. 5

* *Factum id anno MCVIII.* Trithemius *l. d. p. 345*; Qui Burchardus anno prenotato (*MCVIII*) vltima die mensis Iunii primum fundamenti lapidem in monte pro ecclesia, quæ hodie cernitur, posuit, & monasterium de pede montis, vbi prius fuerat, in montem, vbi nunc est, transferens, breui post tempore construens, magnifice consummauit. Positis autem illic monachis de S. Iacobo vtriusque monasterii curam habuit, & boni pastoris officium vtrobique adimpleuit.

Sub

Edit. I p. 5

Sub hoc Venerabili Præſule traditæ ſunt monaſterio noſtro vineæ quædam in *Rüdesheim*, & bona in *Weilbach*.

WERIMBOLDVS. VI

Sextus Abbas S. Iacobi in locum defuncti *D. Burchardi* Abbatis ſuffectus eſt anno MCXIX*, V Idus Septembr. Præfuit eidem ſumma cum laude annis XXXI, menſibus V, & diebus XVII. Obiit MCLI †, VI Kalend. Mart. Poſt cuius obitum vacauit Abbatia diebus VIII.

* *Per errorem hæc dici, patet ex iis, quæ ad* Burchardum *n.* 1 *notaui.*

† *Immo, oportet eum iam circa annum MCXLIII diem ſupremum obiiſſe, vt ex ſequentibus conſtabit.*

Ceterum hic Abbas doctiſſimum virum, *Anſelmum* de *Bickelnheim*, S. *Hildegardis* cognatum, atque montis ſpecioſi *D. Iacobi* Profeſſum monachum miſit ad Sponheim, vt ibidem Prior regularis vitæ viros introduceret atque inſtitueret; qui in eodem loco annis XLIII in Prioratus officio præfuit. Obiit autem anno MCLXXIX, XII Kalend. Ianuar. *Ita* Dieffenbachius *l. d.*

Comparauit hic primo regiminis ſui anno curiam in *Vndenheim*. Obtinuit & ius patronatus eccleſiæ in *Geinsheim*.

*HENRICVS. (*7)

Poſt Werinboldi *obitum Abbas electus. Quem cum auctor plane prætereat, operæ pretium erit, e monumentis fide dignis in lucem eum proferre.*

Occurrit autem primum in diplomate Henrici I *Archiepiſcopi, dato Moguntiæ anno MCXLIII, Indictione VI, XIII Kalend. April. quo monaſterium* Vallis Georgii, *vulgo* Georgenthal, Sizzonis *Comitis* de *Keverenburg opus, rite confirmauit, & præſidio S. Martini tutum eſſe voluit. In eo namque teſtibus adſcribitur*, Heinricus, Electus S. Iacobi. *Vid.* Fellerus *obſeruat. trimeſtr. LXI p.* 590. *Dein in tabulis eiusdem* Henrici, *eodem hoc anno pro Diſibodenbergenſibus editis*; Henricus S. Iacobi. *Quin & in iis, eorundem gratia anno MCXLVII, Indictione X confectis*; Heinricus Abbas S. Iacobi. *Vtrobique inter teſtes rei adhibitos.*

GODFRIDVS. VII(*8)

Huius nominis I, in ordine Abbatum VII (*8) loco *D. Werimboldi* † eligitur anno MCLI, V Non. Mart. Præfuit annis XII. Obiit MCLXIII. Vbi vero, & quo die mortuus ſit, nondum reperi. Poſt eius obitum vacauit Abbatia menſibus X.

† *Immo* Henrici *in locum: quem quidem hoc anno vita defunctum eſſe, haud improbabile eſt. Ceterum* Godfridus *hic anno hoc MCLI nobis ſubiit in litteris dicti modo* Henrici I *Archiepiſcopi inter teſtes e Clero confirmationi donationis cuiusdam ſanctimonialibus in Winckel, & monachis Eberbacenſibus a* Marcolfo *Archiepiſcopo factæ, adſcriptos, his quidem verbis:* Godefridus Abbas S. Iacobi.

Sub hoc *Godfrido* noſtro, anno videlicet Domini MCLX *Arnoldus*, Archiepiſcopus Moguntinus, a ciuibus Moguntinis in monte S. Iacobi occiſus eſt, monaſterium funditus euerſum, Abbas ipſe, quod cædis conſcius a quibusdam haberetur *, patria pulſus, Fratres hinc inde diſperſi ſunt, & diuina ibidem diu intermiſſa. De hac immani cæde ac monaſterii calamitoſa deſolatione & deſtructione, ſuo tempore, ſi vita ſuperſtes fuerit, agemus latius.

* *Non conſcius ſolum habebatur cædis* Arnoldo *illatæ, ſed reus etiam. Ante iam ſane Arnoldum multis variisque impetierat inſectationibus*; Trithemius *l. d. ad annum MCLVIII p.* 439; *tum vero in mortem eius cum ceteris coniurauit. Sic enim* Idem *ad annum MCLXIII p.* 449. *pergit:* Porro Godefridus Abbas S. Iacobi vnus ex principibus coniuratæ necis in Archiepiſcopum, captus & Imperatori præſentatus &c. *Conf.* narrationem de cæde Arnoldi, *quam e germanico in latinum ſermonem conuerti, n. LIII p* 89.

STEPHANVS. VIII(*9)

Poſtero anno, ſcilicet MCLXIV, VIII Kalend. Mart. octauus (*9) monaſterii D. Iacobi Abbas in locum Domini *Godfridi* eligitur. Præfuit annis XXII, menſe I, diebus XII. Obiit MCLXXXVI, VII Idus Aprilis. Vacat diebus III.

Abbas hic Stephanus *mihi nondum occurrit. Similiter dubium eſt, an anno MCLXIV electus fuerit, ſi quidem ita ſe res habuit, vt* Trithemius *l. d. & an. MCLXXVII p.* 469 *refert.*

fert. Hic ſane ita pergit : Anno Conradi Abbatis (*Hirſaugienſis*) I cœnobium S. Iacobi Apoſtoli in monte ſpecioſo prope Moguntiam, anno Mangoldi ſexto propter necem Arnoldi Archiepiſcopi deſtructum, ſicut ibidem diximus, permiſſione Friderici Imperatoris & Chriſtiani Archiepiſcopi Moguntini ædificari cœpit, & in paucis annis conſummatum fuit. Ad quod monachi antea metu Cæſaris diſperſi reuocati ſunt, quibus memoratus Archiepiſcopus nouum conſtituit Abbatem, quia Godfrido quondam Abbati proſcripto non licebat redire in patriam. Edit. I p. 5

Saltim ſi quidem monaſterio præfuit, non ad annum vsque MCLXXXVI præfuit, quia, vt ſtatim patebit, Volpertus *iam an.* 1178 *occurrit.*

Cœpit ſub hoc Abbate monaſterium noſtrum iam diu deſtructum, permiſſione Cæſaris *Friderici*, & auxilio *Chriſtiani*, huius nominis *I*, Archiepiſcopi Moguntini, paullatim reædificari.

IX(*10) VOLPERTVS.

Nonus (*10) montis ſpecioſi Abbas, poſt obitum Domini *Stephani* electus eſt MCLXXXVI*, III Idus April. qui præfuit annis VI, menſibus II. Obiit MCXCII, XIII Iunii †. Vacat menſe I.

* *Male. In* αὐτογράφοις *enim* Sifridi, *Epiſcopi Brandenburgenſis, Locumtenentis* Chriſtiani I, *anno MCLXXVIII iam inter teſtes occurrit* Folbertus Abbas S. Iacobi. *In litteris itidem* Conradi I *anno MCLXXXIV Collegio ad* D. Mauricii, *nec non Collegio* ad gradus, *& an. MCLXXXV Collegio ad* D. Victoris *datis*; Folbertus Abbas S. Iacobi.

† *Similiter* Dieffenbachius *l. d.* Cum digne & laudabiliter præfuiſſet annis VI, rebus valedixit humanis, anno MCXCII, Kalend. Iunii. *Atenim dum* Hezechinus *iam anno MCLXXXIX vt* D. Iacobi Abbas *memoratur*, Volpertum *ſiue* Folbertum *monaſterio ad annum vsque MCXCII præfuiſſe, erroneum vtique eſt.*

Hic Abbas maximis ſumtibus abſoluit eccleſiam monaſterii a ſuo anteceſſore inchoatam, quam *Conradus* Archiepiſcopus Moguntinus conſecrauit in feſto SS. Marcellini & Petri. p. 6

X(*11) HEZECHINVS *ſeu* * EZECHIVS.

Decimus (*11) S. Iacobi Abbas, *Volperto* ſucceſſit anno MCXCII †, XIV Kalend. Aug. Præfuit annis XIII, menſibus VII. Obiit anno MCCVI, XV Kalend. Mart. Vacat diebus IX.

* *Alias* Hedekinus *etiam dicitur, vt ſtatim patebit*; Ezechius, *quod ſciam, nusquam. Crediderim, auctorem ſcripturæ compendio in errorem inductum.*

† Hezechinus *hic, vt modo dictum, iam citatur in litteris* Conradi I *an. MCLXXXIX Petrenſium in gratiam datis*; Hedekinus Abbas S. Iacobi. *In aliis eiusdem tabulis anno MCXC, VI Idus April.* S. Stephani, *& anno ſequenti MCXCI* S. Victoris *Collegio traditis, his adducitur verbis*; Hezechinus Abbas S. Iacobi.

XI(*12) CONRADVS.

Prior S. Iacobi, poſtmodum defuncto Venerabili *Hezechino* eius in locum ſubſtituitur Abbas XI (*12) anno Domini MCCVI, V Kalend. Martii. Præfuit annis ferme XLI. Obiit MCCXLVII, Nonis Februarii. Vacat diebus V.

(*13) * GERHARDVS.

Conrado ſucceſſit. Ne dubites, cum illius nec Dieffenbachius, *nec auctor* Witlichius *mentionem faciant, affero litteras, quas eodem hoc anno MCCXLVII dedit.*

* *Gerhardus* D. G. Abbas, totusque Conuentus *S. Iacobi* Mogunt. ſalutem & oraciones in Domino. Recognoſcimus atteſtacione preſencium litterarum, quod nos de vnanimi & concordi conſenſu, vniuerſum ius, quod habuimus in oppido *Alsfeld*, quod ex antiquo & de iure noſtre attinet eccleſie, licet aliqui Domini Landgrauii in oppido ipſo ius noſtrum turbauerint tempore aliquanto, cum iure patronatus ac appendiciis & iuribus vniuerſis ipſius, intus & extra, ceſſimus & dedimus Venerabili Patri ac Domino noſtro, Domino *Syfrido* Archiepiſcopo, & eccleſie Moguntine, ita quod ipſe Dominus Archiepiſcopus & eccleſia Moguntina iuxta moderamen & arbitrium Domini *Conradi*, Decani, & *M. Ludouici* Canonici Moguntini, nobis dicti opidi recompenſacionem faciant congruentem. Actum anno Domini MCCXLVII, XIV Kalend. April.

GODSCHAL.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Edit. I p. 6

GODSCHALCVS. XII (*14)

Duodecimus (*14) Abbas montis speciosi in locum Conradi eligitur MCCXLVII †, III Id. Februar. Præfuit annis XV, mensibus fere IX. Obiit MCCLXII, V Id. Nouembr. Vacat diebus VIII.

† *Secundum ea, quæ modo dixi, allatoque demonstraui diplomate, stare haud possunt, quæ auctor hic tradit.*

Godschalcus hic noster Reuerendissimo Archiepiscopo Moguntino ius, quod monasterium habebat in oppido *Eltfeldt*; item DD. metropolitanæ ecclesiæ Moguntinæ ecclesiam parochialem in *Schornsheim* donauit †; pro qua donatione accepit Abbas *S. Iacobi* ius conferendi Vicariam in maiori ecclesia Moguntina, & fraternitas renouatur inter Dominos metropolitanæ ecclesiæ & nos. Vendidit & idem *Godschalcus* debitis oppressus aquas trium molendinorum in loco Rheni, qui *Racheden* dicitur.

† *Parochialem in villa* Schornsheim *Godeschalcus Collegio adis maioris donauit ac attribuit anno MCCLIV, litteris die Barnabæ Apostoli datis. Collegium vero litteris* in crastino Barnabæ Apostoli *scriptis* Godeschalco, *totique ad* D. Iacobum *contubernio promisit, se eis contra quoscunque, ipsos & monasterium illicite grauantes, sigillatim vero eos, qui ipsos donationis huius caussa impetere vellent, omni ope adfuturos. Tum vero eodem anno XIII Kal. Iul. Abbati ius contulit,* Vicariam *ex prouentibus parochialis istius, quamprimum fuerit erecta, conferendi; simulque fraternitatem inter se &* D. Iacobi *alumnos renouauit, vt ex diplomatis, quæ ad* Vicariam XLII *attuli, fusius cognoscere est.*

BERTHOLDVS. XIII(*15)

Tertius & decimus (*15) Abbas S. Iacobi successit *D. Godschalco* anno MCCLXII, XIV Kalend. Decembris. Præfuit annis XIX, mensibus IV. Obiit anno MCCLXXXII, X Kalend. April. Vacat diebus III.

Sub hoc Abbate incorporata est monasterio nostro ecclesia in *Gernsheim**.

* In Geinsheim. Actum anno MCCLXV, VII Kalend. Decembris. *Ita* Dieffenbachius *l. d. & quidem bene.*

HENRICVS *de* Vndenheim. XIV(*16)

Abbas XIV (*16) montis D. Iacobi, electus est anno MCCLXXXII, VI Kalend. April. Præfuit annis XIII, mensibus VII, diebus vero XIII. Obiit anno MCCXCV, IV Idus Nouembr. Vacat diebus X.

Interfuit Concilio Aschaffenburgensi, anno MCCXCII habito. Trithemius *parte II chronici Hirsaugiens. ad h. a. p. 57.*

Permutauit hic Abbas, non sine grandi dispendio monasterii, bona & iura, quæ habuimus in *Bretzenheim* & *Zalbach*, cum monialibus in *Dalem*, pro bonis earum in *Raunheim* & *Esenheim.*

Dieffenbachius *l. d. notat, id factum anno Domini MCCXC.*

Sub hoc eodem incorporata est monasterio nostro ecclesia in *Planich* *. *Ioannes* de *Hohenfels* vendidit *Henrico* Abbati aduocatiam in *Armsheim.*

* *A* Gerhardo, *anno MCCXCIV, VI Kal. April.* Ecclesiam, *ita ille, Bleniche*, nostræ dioces. cuius ad vos ius pertinet patronatus, vobis & ecclesiæ vestræ —— vnimus pleno iure, quamprimum ipsam vacare contigerit, in perpetuum obtinendam.

HERMANNVS. XV(*17)

p. 7

Huius nominis I, post obitum *D. Henrici* de *Vndenheim* substituitur quintus & decimus (*17) Abbas S. Iacobi anno MCCXCV, XI Kalend. Decembr. Præfuit annis VII, mensibus ferme III. Obiit MCCCIII, Idibus Februarii. Vacat diebus VII.

Confirmauit hic permutationem cum monialibus in *Dalem* a suo antecessore factam *; & ex hoc tempore Conuentus cœpit habere proprium sigillum.

* Anno MCCXCVI, feria III ante natiuitatem B. M. V. coram Iudicio Moguntiæ. *Ita* Dieffenbachius *l. d.*

PETRVS. XVI(*18)

Sextus & decimus (*18) Abbas eligitur in locum *D. Hermanni*, IX Kal. Mart.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Mart. an. MCCCIII. Præfuit annis XII, menſe I, diebus X. Obiit an. MCCCXV, pridie Nonas Aprilis. Vacat diebus VI. Edit. I p. 7

Sub hoc Abbate facta eſt concordia inter monaſterium noſtrum & Comitem *de* Veldentz ratione aduocatiæ in *Armsheim.*

Defuncto anniuerſarium cultum ſollemni feria inſtaurandum procuranit vltimæ voluntatis ſuæ tabulis, anno MCCCXXII editis Heynemannus *dictus* Nezzevil, *ad eadem maiorem Vicarius*; Ita videlicet, *ſic ille*, quod de cenſu ipſius domus anniuerſarium quondam *Petri* Abbatis monaſterii S. Iacobi extra muros Moguntinos, *Heinrici* & *Alheydis* parentum meorum ſingulis annis feria VI ante Dominicam, qua cantatur, *Exurge*, in Miſſis & Vigiliis more ſolito perpetuo peragatur.

XVII (* 19)

WERNHERVS.

XVII (* 19) Abbas *D. Petro* in Abbatia S. Iacobi ſuccedit MCCCXV, III Idus Aprilis. Præfuit annis XV, menſe I, diebus XIX. Obiit MCCCXXX, Kalend. Iun. Vacat diebus V.

Sub hoc Abbate incorporata eſt monaſterio noſtro eccleſia in *Merxheim*; item eccleſia in *Eichen.* Accepit etiam ius conferendi altare *D. Virginis* in *Planich.*

Fundauit hic Abbas ad inopiam pauperum & peregrinorum aduenientium releuandam hoſpitale iuxta monaſterium. Verum hoc ipſum in vltima monaſterii deſtructione demolitum, reædificatum non eſt.

XVIII (*20)

GODEFRIDVS
Ritz de *Dyrne.*

Secundus huius nominis, XVIII (* 20) Abbas montis ſpecioſi, in locum demortui *D. Wernheri* ſubſtituitur anno MCCCXXX, VII Id. Iun. Præfuit annis XIV, menſibus IX. Obiit anno MCCCXLV, VI Kalend. Mart. Vacat diebus VII.

Sub hoc *Godefrido* noſtro ciues Moguntini ſpiritu vertiginis ducti, & odio Cleri, in die S. Laurentii deſtruxerunt monaſterium hoc noſtrum *S. Iacobi*, vna cum *SS. Albani* & *Victoris* cœnobiis, multos libros, plurima ornamenta, immo totam monaſterii noſtri ſubſtantiam diripuerunt *; quod damnum in hunc vsque diem experimur. Sed magni conſtitit illis hæc temeritas & inſania: & ab illo tempore annis quaſi CXXXI baſilica nulla fuit in monte ſpecioſo, excepto ſacello *D. Virginis*; cultus vero diuinus intermiſſus fuit ibidem ad annum vsque Domini MCCCCIV. Cœpit ex illo tempore Abbas cum Conuentu habitare in ciuitate, eo, quod monaſterium funditus euerſum eſſet, nec haberent in monte, vbi habitarent. p. 8

* *Atenim id ſub* Wernhero, *& quidem anno MCCCXXIX factum, patet ex iis, quæ in* chronico Santalbanenſi *lib. I ſectione I cap. XIII § II dixi. Ex iis etiam patet, non ita eſſe, vt auctor hic dicit, nempe quod ciues monaſterium hocce tum deſtruxerint; quandoquidem illud circumductis tantum operibus, quaſi in caſtelli modum, muniuere.*

Anno MCCCXXXI vero ciues petiiſſe licentiam, monaſterium ipſum vna cum turribus & Capellis in area eiusdem ſitis, ſi non penitus, ex parte tamen diruendi, euertendique, manifeſtum fit ex his Archiepiſcopi Henrici III *litteris.*

HEINRICVS D. G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in Chriſto *S. Petri* extra muros Magunt. & *S. Stephani* in Maguncia eccleſiarum Cantoribus ſalutem in Domino. Sua nobis prudentes Viri Magiſtri ciuium & Conſules ciuitatis Maguntine inſinuacione monſtrarunt, quod ſi monaſterium *S. Iacobi* Ordinis *S. Benedicti* extra dictam ciuitatem, prope tamen eam & ſupra foſſatum ipſius ſituatum, ad manus hoſtium ſeu aduerſariorum noſtrorum & dicte ciuitatis peruenireret, dicta ciuitas omnino remaneret obſeſſa; nobis humiliter ſupplicantes, vt ipſis, quod monaſterium prefatum vna cum turribus & Capellis in area eiusdem monaſterii ſituatis, ad euadendum futura pericula, in toto vel in parte, ſecundum quod ipſis videretur expedire, noſtra auctoritate diruerent ſeu dirui facere poſſent, committere dignaremur. Nos vero de premiſſis & eorum circumſtanciis plenam noticiam non habentes, vobis, & cuilibet veſtrum in ſolidum, in predicto negocio plenarie committimus vices noſtras, nec non omnia & ſingula, que nos poſſemus facere in premiſſis.

Datum anno Domini MCCCXXXI, Kalendis Decembris.

WIRICVS

Edi: I p. 8

WIRICVS SCHOENBERG *de* LORCH. XIX (*21)

Abbas XIX (*21) D. Iacobi successit per canonicam electionem in Prælatura S. Iacobi *D. Godefrido* anno MCCCXLV, IV Non. Martii, vel (vt alii volunt) IV Februar. * Præfuit annis XVII, mensibus II, diebus XXVIII. Obiit an. MCCCLXII, pridie Kal. Iun. Vacat diebus III.

* Confirmatur anno Domini MCCCXLV, Dominica *Iudica*, per Henricum Archiepiscopum, datis ac solutis VI marcis & vno fertone argenti. *Ita* Dieffenbachius *l. d.*

Fundatur sub Wirico altare in *Bibelsheim*, qui & accepit ius patronatus Capellæ ibidem.

Ceterum fuit inter Abbates, quos anno MCCCLIX Philippus *Episcopus Cavallicensis*, *Legatus Pontificis, ad se Moguntiam euocauit.* Trithemius *parte II chron. Hirsaugiens. p. 239.*

VOLTZO *de* LORCH, XX (*22)

dictus *Reüs* de *Guntheim.*

Prior S. Iacobi, post in locum defuncti D. *Wirici* Abbas XX (*22) eligitur anno MCCCLXII, III Non. Iun. Præfuit annis XI, mense I, diebus IX. Obiit anno MCCCLXXXIII, pridie Id. Iul. Vacat diebus IV.

WILHELMVS *de* Waldeck. XXI (*23)

Huius nominis I, Prior montis specioſi, post obitum Domini *Voltzonis* electus est Abbas XXI (*23) anno MCCCLXXIII, XV Kalend. Aug. † Præfuit annis XIII, mensibus III, diebus XXV. Obiit anno MCCCLXXXVI, Id. Nouembr. Vacat diebus II.

† Dieffenbachius *d. XV Iulii electum vult.*

IOANNES *de* MONTZENHEIM. XXII (*24)

Huius nominis I, Cellerarius D. Iacobi, post obitum *D. Wilhelmi* substituitur Abbas XXII (*24) XVII vel XVIII Kal. Decembr. † anno Domini MCCCLXXXVI. Præfuit annis XXIII, mensibus circiter II, obiit an. MCCCCX, XIII Kal. Februar. Vacat diebus XVII.

† *Die XV Nouembr.* Wilhelmo *suffectum vult* Dieffenbachius.

Sub hoc Abbate diuina diu ob monasterii destructionem intermissa resumuntur, volente Reuerendissimo Archiepiscopo Moguntino. Abbas vero & Conuentus solenniter in præsentia Notarii & testium protestatur, quod per hanc diuinorum resumtionem nec intendat, nec velit renuntiare actionibus, quas contra ciues Moguntinos tanquam monasterii euersores habet.

Comparauit hic Abbas curiam in *Zornheim*, cum omnibus attinentiis suis, agris, vineis &c.

Ceterum, dum monasterio ille præerat, in eodem vixere Fratres hi, omnes generis nobilitate illustres; Wernherus *de* Bellersheim, Anselmus *de* Dirmstein, Ioannes Iudde, Emericus Hilchin, Petrus Sülz, Helfricus *de* Saulheim, Hartmannus *de* Albich, Iacobus Schmützel *de* Dirmstein, Conradus Flemming, Henricus *de* Scharpfenstein, Ioannes Specht *de* Bubenheim, *referente, quem hic exscribimus*, Dieftenbachio.

ANSHELMVS *de* DIRMSTEIN. XXIII (*25)

Custos, post in locum *D. Ioannis* de *Montzenheim* eligitur Abbas XXIII (*25) anno MCCCCX, VII Id. Februar. Præfuit annis XXIV, & mensibus XI. Obiit anno MCCCCXXXV*, Nonis Ianuar. Vacat diebus VI.

* *Perperam. Superant enim litteræ* Iudicum S. Sedis Moguntinæ, *eaque authenticæ, datæ anno MCCCCXXXIV, Indictione XII, die XIV mensis Augusti, e quibus patet, illum iam ante tempus istud in libitinæ rationem fuisse redactum. Sic enim ibi:* Pridem introducta coram nobis inter — D. Decanum & Capitulum ecclesiæ Moguntinæ actores ex vna, & "quondam *Ancelmum*, dum vixit, Abbatem monasterii S. Iacobi — reum *&c.*

Interfuit hic *Anselmus* noster Concilio Constantiensi, in quo priuilegia quædam impetrauit.

De cetero Trithemius *l. d. ad annum MCCCCXVIII p.* 360; Præfuit eo tempore monasterio S. Iacobi prope Moguntiam *Anselmus* de *Dirmstein*, Abbas in ordine XXIII, qui & ipse cum monachis suis apostatasset, nisi eum prohibuisset inopia. Edit. I

Sub hoc Abbate tempore Concilii Constantiensis venerabilia ossa Reuerendissimi Domini *Lupoldi*, fundatoris nostri secundarii, quæ a tempore sepulturæ eiusdem terra saxoque obruta iacuerant, in basilica nostra eleuata, & in loculum ligneum congesta a Fratribus fuerunt, seruata diu in altari *S. Crucis*, nunc vero honorifice eodem sarcophago inclusa conseruantur, & posita cernuntur in choro nostro iuxta summum altare a cornu epistolæ. pag. 9

Emit & hic Abbas bona quædam in *Lehem* a Domino *Nicolao* de *Lündorff*. Item XI iugera circa leprosorium.

XXIV (*26) IACOBVS SCHMÜTZEL *de* DIRMSTEIN.

Custos, huius nominis I, monasterii Abbas XXIV (*26) in locum *D. Anselmi* substituitur anno MCCCCXXXV*, II Id. Ianuar. Præfuit annis III, mensibus II, diebus VIII. Obiit anno MCCCCXXXVIII, VI Kalend. April. Vacat diebus VIII.

* *Quin anno minimum superiori MCCCCXXXIV, vt ex iis, quæ modo dixi, colligere est.*

Eo fatis functo, Fratres scissis suffragiis duos elegere, vna quidem pars Hartmannum *de* Albich, *contubernii Priorem*; *altera* Ioannem Specht *de* Bubenheim. *Quare* Theodericus *Archiepiscopus die XXVIII April.* Heluico *de* Boppardia, *I. D. Sedis Moguntinæ Protonotario & Iudici generali, nec non* Ioanni Schvvert, *Decretorum Licentiato, sequentibus litteris in mandatis dedit, vt vtriusque electionem examinarent.*

THEODERICVS D.G. sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus &c. Honorabili *Helvvico* de *Bopardia*, dicte nostre Sedis Protonotario & Iudici generali, & *Iohanni Svvert*, in Decretis Licenciato — salutem — Hodie comparentibus coram nobis Religiosis, *Hartmanno* de *Albich*, Priore, & *Iohanne* de *Bubenheim*, Professo Conuentuali monasterii Montis *S. Iacobi* Magunt. Ordinis S. Benedicti — dictus *Hartmannus* de sua, per Religiosos, *Helfricum* de *Sauelnheim*, *Heinricum* de *Scharpfenstein*, & *Heinricum* de *Bibelnheim*, ipse vero *Iohannes* de sua, personis, per Religiosum *Emericum* de *Hilchen*, dicti monasterii conuentuales, in eiusdem monasterii, pridem sui Abbatis solacio destituti, Abbatem, facte electionis decreta, prelibati monasterii conuentuali sigillo munita, ac quorundam Notariorum publicorum manibus subscripta nobis exhibentes, quisque ipsorum humiliter supplicauit, quatenus huiusmodi electioni de se facte, nostre ordinarie confirmacionis robur adiicere, sibique consecracionis munus impendere dignaremur. Nos vero volentes de eorundem contendencium iure sibi ex huiusmodi electione resultante, & eius meritis plenius informari, antequam ad confirmacionis negocium, & consecracionis muneris impensionem procedamus, vestris Deuocionibus tenore presencium committimus & mandamus, quatenus vos aut alter vestrum, auctoritate nostra, dictis *Hartmanno* & *Iohanne* partibus, ac aliis, qui fuerint euocandi, de electione huiusmodi, nec non de ipsarum personarum electarum ydoneitate, ac aliis circumstanciis & meritis singulis, in talibus attendendis, plenarie, & quantum expedit, vos informetis. Et quorum vel cuius electio ex his tamquam canonica per nos de iure & equitate confirmanda vel infirmanda veniat, cognoscatis — & quicquid in premissis feceritis, nobis per vestra scripta autentica, quantocius poteritis, liquide rescribatis, quoniam ex his tandem lucidius informati, ad eius, cui ex ipsis contendentibus in abbacia ius compecierit, confirmacionem, & benedictionis muneris impositionem auspice Domino, prout congruerit, personaliter procedemus — Datum Aschaffenburgi, d. XXVIII mens. April. an. Domini MCCCCXXXVIII.

XXV (*27) IOANNES SPECHT *de* BVBENHEIM.

Secundus huius nominis, Abbas XXV (*27) post obitum *D. Iacobi*, Abbatiæ montis specioſi electione Fratrum præficitur anno MCCCCXXXVIII, in die *S. Ambrosii*, id est, Non. April.* Præfuit annis XIV, diebus VI. Obiit anno MCCCCLII, pridie Id. April. Vacat diebus III. Alibi legitur obiisse XIII Kal. Februar.

* *Si die* Ambrosii *electus est, non vtique ipsis Nonis, sed pridie Nonar. siue quarto Aprilis die electus fuit. A parte tantummodo Fratrum designatum fuisse, ex dictis patet. Mense Maio vel post demum a* Theoderico *confirmatum esse, inde colligere licet, quod litteræ illæ, de quibus modo, datæ sint die April. XXVIII.*

Fuit hic *Ioannes* vltimus Abbas ex Nobilibus, sub quo & monasterium S. Iacobi reformatum est, consilio Reuerendissimi Archiepiscopi Moguntini, per Patres *Vnionis Bursfeldensis*. Monasterium ipsi Vnioni subiectum fuit, & sic disciplina,

iam

Edit. I p. 9 iam penitus collapſa, ex viuendi fratrum licentia, reſtaurata; quæ paucis annis talia ibidem incrementa fecit, vt mons ſpecioſus ſeminarium quaſi reformationis eſſet, ex quo reformatio Bursfeldenſis in omnia fere circumiacentia S. Benedicti monaſteria ſe diffudit, & per Patres S. Iacobi reformata ſunt, vt patebit paullo poſt.

Conf. Trithemius *chron. Hirſaug. p.* 404, *Sponheim. p.* 361.

LVBERTVS RVTHARD, XXVI(*28)

Saxo.

Viceſimus ſextus (*28) Abbas S. Iacobi, poſt reformationem vero introductam primus, vnanimi Fratrum conſenſu in locum Reuerendi *D. Ioannis Specht* eligitur anno MCCCCLII, XVI Aprilis. Præfuit annis IV, diebus XI. Obiit Erfordiæ in Capitulo prouinciali anno MCCCCLVI, XXVIII Aprilis*, ſepultus ibidem in monaſterio S. Petri †. Vacat diebus X.

* *Necrolog.* S. Michaelis *Hildesheimenſe, tom. II ſcriptorum Brunſuicenſium p.* 105.

† *In medio chori, vt* Dieffenbachius *l. d. annotauit.* Deuote vixit, & ſancte obiit; *ita* Trithemius.

Emit hic Abbas noſter inſulam vnam prope *Schirſtein* a *Conrado* de *Selbolt*, Scholaſtico S. Albani.

p. 10 Reformauit hic anno Domini MCCCCLII, cooperante Reuerendiſſimo Domino *Theoderico Schenck* *, Archiepiſcopo Moguntino, monaſterium *S. Ioannis* in Rhingauia, ibique *Eberhardum* de *Venlo* Priorem inſtituit, ſubiecitque idem Reuerendiſſimus monaſterium *S. Ioannis* perpetuo *D. Luberto*, Abbati S. Iacobi, ſuisque ſucceſſoribus, dummodo ipſi in reformatione manſerint.

* *Rectius* Theoderico, Pincerna *de* Erpach. *In cuius ceteroquin vita dedi, quæ huc faciunt, ad § VI n.* 2 *p.* 764.

EBERHARDVS *de* VENLO. XXVII(*29)

Prior *S. Ioannis* in Rhingauia, Abbas XXVII (*29) montis ſpecioſi, poſt reformationem II, *D. Luberto* per vnanimem Fratrum electionem ſuccedit anno MCCCCLVI, VII Id. Maii. Præfuit huic noſtræ Abbatiæ annis VII, menſibus V. Anno enim Domini MCCCCLXIII, iuſſu ac mandato *Pii II*, ſummi Pontificis, ex hoc loco ad *Montem Monachorum* prope Bambergam transfertur, ibidem Abbas inſtituitur, monaſterium illud reformauit, & reformationi Bursfeldenſi ſubiecit *. Obiit Bambergæ anno MCCCCLXXV, IV Iul.

Cum propter nonnullorum in exſoluendis cenſibus aliisque reditibus cunctationem, moramque iniquam monaſterium non ſine periculo ac damno Iudices Sedis diuerſos adire cogeretur, rogauit Dietherum, *vt rei huic occurreret: qui proin anno MCCCCLX, die IV Ian.* Cantorem *ad* D. Petri *Iudicem & Conſeruatorem monaſterii litteris peculiaribus conſtituit.*

* *Conf.* Trithemius *chron. Hirſaug. ad an. MCCCCLXIII p.* 456, Bruſchius *centur. I monaſterior. German. p. m.* 327, Hofmannus *lib. II de Abbatibus Montis Monachorum pag.* 920.

Fuit vir omni memoria dignus, *vt* Dieffenbachii *verbis vtar. Præſedit an. MCCCCLIX congregationi Abbatum ſiue Ordinis Capitulo prouinciali.* Trithemius *l. d. p.* 436. *Soluit Bamberga debita trium millium aureorum, ab deceſſoribus conflata.* Bruſchius *l. d.*

Primus adoptauit nullo diſcrimine pubem,
Ex humili quamuis ordine plebis erat,
Dummodo virtutis veſtigia clara ſecuti,
Dotibus inſignes & pietate forent.
Quas tamen vt melius poſſet formare per artes,
Laurigero Muſas ex Helicone tulit.
Struxit & auguſtis ſub mœnibus inclita Fratrum
Tecta, profanato non adeunda pede.
His domus hoſpitii ſublimibus addita pinnis,
Et noua ſacrifici plumbea tecta chori.
Ne memorem cinctas gemina teſtudine cellas,
Atque tot exemtis æra ſoluta notis,
Quæ non cauta prius veterum conflauerat ætas,
Mollia dum lentis otia rebus agit.
Faſcibus explerat quartæ triederidis annos,
Funere cum raptum mors properata tulit.
Corporis exuuias Benedicti contegit ara,
Spiritus ætherei viuit in arce poli.

Ita Hofmannus *l. d. Conf.* Bruſchius *l. d.*

Sub hoc Abbate fuit diſſidium inter duos Archipræſules Moguntinos, *Adolfum* de *Naſſau*, & *Dietherum* de *Iſenburg*; quo diſſidio innumera mala, damnaque Fratribus noſtris & monaſterio illata ſunt.

Cum ipſe Pontifici dicto eſſet audiens, maluit cum Fratribus, monaſterio relicto, in exſilium ſecedere, quam Dietheri partes ſequi. Conf. Helvvichius *de diſſidio Moguntino ſectione IV § V p.* 166.

Tranſtulit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Transtulit hic Abbas noster ius totum, quod habebamus in *Schweinheim*, vel vt hodie vocatur, *Schwanheim*, & resignauit Reuerendissimo nostro Archiepiscopo Moguntino: pro qua donatione remisit nobis, cum consensu Capituli maioris ecclesiæ, omnia seruitia, quocunque etiam nomine & titulo appellentur, ad quæ ante illud tempus monasterium nostrum Reuerendissimo Principi nostro tenebatur. Edit. I pag. 10

Immo, villam hanc, vna cum omni iure ac proprietate, pro censu LXVI maldrorum siue medimnorum frumenti, Schornshemii prouenientium, Archiepiscopatui tradidit. Factum id an. MCCCCLVIII. Quod ad illam ceteroquin attinet, feudi siue clientelæ titulo a monasterio olim concessa fuit Dominis *de* Eppenstein; *e quibus* Godefridus *eam anno MCCCCXXXVIII, sub Abbate* Ioanne, *ciuitati Francofurtensi pro XXV C floren. pignori oppossuit, reseruato tamen Iacobæis iure reluendi.*

Sub hoc ipso ecclesia nostra denuo reædificata, consecrata fuit per Reuerendissimum Suffraganeum Moguntinum, *Sifridum*, Episcopum Cerinensem.

Hanc in instaurationem Ianus Scrôt *P. L. sequenti, quod* Dieffenbachio *debemus, lusit carmine:*

Sol decies quinos & mille rotauerat annos,
Ex hoc quo Christus tempore natus erat,
Cum mihi principium dat *Bardo*, quod inde *Lupoldus*
Absoluit, Mogici Præsul vterque soli.
Ille iubet sancto mea tecta dicare *Iacobo*,
Hic *Benedictino* consecrat illa choro.
Vix vnum nascor sæclum, cum ciuicus igne
Me furor, *Arnoldum* percutit ense meum.
Quid facio? Veres iaceo sex atque vicenos,
Volperti donec repparor arte mei.
Sed cum post centum & decies sex tertius annus
Laurenti festam reddit ab axe diem,
Heu iterum Mogici feruente furore popelli
Sternor, & in cineres reddor, vt ante, leues.
Quod nunc stans vigeo, *Venloi* debeo cœptis
Ebrardi, & meritis, Sancte *Iacobe*, tuis.

XXVIII(*30

IOANNES ITZSTEIN.

Huius nominis III, Abbas S. Iacobi XXVIII (*30) post reformationem III, Abbas *S. Ioannis* in Rhingauia, post resignationem vero *D. Eberhardi* postulatur a Fratribus S. Iacobi in Abbatem montis speciosi: quorum postulationi consensit, & resignata Abbatia S. Ioannis, nostram suscepit anno MCCCCLXIII, Idib. Octobr. * Præfuit hic annis III, mense I, diebus XVI. Verum cum denuo Abbatia *S. Ioannis* per resignationem *D. Ioannis Luterbach* vacaret, Fratres eiusdem cœnobii reelegerunt Reuerendum Dominum Ioannem, Abbatem quondam suum. Relicto itaque nostro monasterio ad priorem suam *S. Ioannis* Abbatiam remeauit, & nostram resignauit MCCCCLXVI, feria III post festum S. Andreæ. Vacat diebus IX. Obiit anno M.... XI Septembr.

* *Confirmatur ab Adolfo, per* Ioannem *de* Lorch, *Decretorum Doctorem, & Decanum D. Petri.*

Fundata est sub hoc Abbate magna Fratrum scrupulositate perpetua Missa pro defunctis, ex testamento *D. Ioannis* a *Dernbach*, Decani, dum viueret, S. Albani.

Dissidio inter Adolfum *ac* Dietherum *detrimenti haud parum fecerat monasterium, vt vel ipse iam dixit* Witlichius. *Quod vt aliquo modo* Adolfus *reficeret, an. MCCCLXIV, die XXVII Maii, quædam ei bona donauit ac sequentibus attribuit litteris.*

ADOLFVS D. G. sancte Maguntine Sedis Electus & Confirmatus &c. Religiosis —Abbati & Conuentui monasterii S. Iacobi prope ciuitatem nostram Magunt. Ordinis S. Benedicti salutem in Domino sempiternam. Ad hoc opem & operam nostras libenter impendimus, vt monasteriorum sub ditione nostra constitutorum ac reformationi subactorum, indempnitati consulatur, eorumque status salubri directione proficiens in sacre religionis cultu, viteque sanctimonia cum temporalium successibus, semper prosperetur incrementis.

Sane quia ex notorietate rei didicimus, ac experimento, temporibus nostris non sine displicentia cordis vidimus, vos, monasterium-que vestrum, causantibus guerrarum discriminibus, dissidiis & differentiis, in facto ecclesie nostre Maguntine subortis, ob sancte Sedis Apostolice & nostram obedientiam, dampna, dispendia & incommoda pertulisse quam plurima. Volentes igitur eidem monasterio vices rependere, & dono aliquali ipsa damna in parte recompensare, vosque ad orandum pro nobis, successoribusque nostris sub perpetua memoria obligatiores constituere, pro omnipotentis Dei gloria, a quo est omnis victoria, vobis ac monasterio, successoribusque vestris, in observantia regulari persistentibus, fossatum, protendens se inter muros ciuitatis nostre prefate, & vineam monasterii vestri, a porta volgarizata *Didenporth*, vsque ad turrim, *Zuckerthurn* nuncupatam, cum vinariis, piscinis & aliis circumcrescentibus & attinenciis suis, prout quidam ciues dicte nostre ciuitatis, *Ottvvin* appellati, illud prioribus diebus in arrendam habuerunt, ad nos post victoriam diuina

Edit. I p. 10

diuina clemencia fauente, ac beatissima & gloriosissima Maria Virgine, Dei genitrice, S. Martino patrono, S. Iacobo Apostolo, omnibusque Sanctis patrocinantibus, de eadem ciuitate nostra obtentam, pleno iure pertinens, vt exinde vberiores pictancias pro Fratribus & hospitibus vestris habere & conseruare possitis, donacione simplici inter viuos contulimus & donauimus, nec non consensu & voluntate Venerabilium nobis in Christo Dilectorum Decani & Capituli ecclesie nostre interuenientibus precibus conferimus atque donamus, transferentes in vos nomine monasterii vestri predicti plenum dominium & veram proprietatem eiusdem fossati —— Datum — die XXVII mensis Maii MCCCCLXV.

HERMANNVS PREVS, *Moguntinus.* XXIX (*31)

Cellerarius, huius nominis II, Abbas D. Iacobi XXIX (*31) post reformationem vero IV, post resignationem *D. Ioannis Itzstein* electus est an. MCCCCLXVI, IX Decembr. Præfuit summa cum laude & fructu annis XLIII, & mensibus XI. Obiit anno MDX, XXV Octobris. Vacat diebus IV.

Reformauit hic Abbas noster monasterium *S. Martini* in *Sponheim* *, & ibidem *Iohannem* de *Colnhausen*, monasterii nostri Cellerarium, primum reformatorem & Abbatem instituit.

* *Opera & impensis* Friderici *Electoris Palatini*, *&* Friderici *Ducis Simmerensis*, *consensu vero* Adolfi *Archiepiscopi*; *socio laboris* Conrado Rodenburgio, *ad* D. Ioannis *in Rhingauia Abbate, anno MCCCCLXIX, mense Augusto.* Trithemius *chron. Hirsaug. ad h. a. p. 469. Præter id eodem anno &* Weissenburgense *ad disciplinæ Bursfeldensis normam redegit, socio operæ* Eberhardo *de* Venlo, *Abbate Montis monachorum.* Idem *l. d.* Sanctæ Crucis *Limpurgense vero anno MCCCCLXXXI, vna cum* Ioanne *de* Colnhusen, *Abbate Sponheimensi, constituto primo Abbate* Bonifacio *de* Venlo, *ad* D. Iacobi *monacho.* Idem *l. d.*

Adhæc anno MCCCCLXXVI præsedit Capitulo prouinciali Bambergæ in monte Monachorum habito. Idem Trithemius *ad h. a. p. 486, & rursum illi, quod anno MCCCCLXXIX Norimbergæ celebratum fuit.* Idem *ad h. a. p. 500.*

Anno MCCCCLXXXII ab Alberto *Administratore, singulari congregationis suæ commodo, sequens obtinuit priuilegium:*

ALBERTVS D. G. sancte Moguntine Sedis Administrator plenarius, S. R. I. per Germaniam Archicancellarius, ac Princeps Elector, Dux Saxonie, Landgrauius Thuringie & Marchio Misnensis, Honorabili *Nicolao Iussel*, Preposito ecclesie S. Mauricii ciuitatis nostre Moguntine — salutem — Supplicum votis, illorum presertim, libenter annuimus, qui Deo deuoti, religioseque viuentes, non publico forensique strepitu, sed honestiori quietaque interpellatione iura sua consequi satagunt. Sane nuper pro parte Religiosorum nobis in Christo Dilectorum Abbatis & Conuentus monasterii S. Iacobi extra muros predicte ciuitatis nostre, oblata petitio continebat, quod ipsi pro consecutione iurium, fructuum, emolumentorum, aliorumque debitorum, ad prefatum monasterium spectantium, propter temeritatem, contumaciam, moramque non soluentium & cessantium, nonnunquam diuersos Iudices variis distantibusque locis habitantes, adire cogantur, hacque ratione Fratres ipsos, licet inuitos, tamquam vagantes notari, ac re ipsa, quam maxima litium dispendia ipsi monasterio imminere, vt nonnunquam sumptus litis principale interesse longe excedant, aliaque inde verisimiliter oritura, que multa ratione statui dicti monasterii non satis eque conuenire videantur. Fuitque nobis pro parte eorum humiliter supplicatum, vt desuper oportuno remedio prouidere dignaremur.

Nos igitur eorum equitatis compendio consulere, occasionesque sinistras e medio tollere, pacique ac honestati consulere volentes, Abbatem & Conuentum prefatos ab omnium & singulorum, tam ordinariorum quam delegatorum nostrorum Iudicum potestate & iurisdictione eximentes, tibi omnes & singulas causas, tam ciuiles quam criminales, siue etiam mixtas, per Abbatem iam dictum, aut eorum nomine contra quoscunque aut qualescunque nostre ditionis, aut a quibuscunque contra eosdem in antea mouendas, cum omnibus & singulis incidentibus, emergentibus, & connexis, audiendas, cognoscendas, decidendas, & fine debito terminandas tenore presentium delegamus atque committimus, cum potestate citandi, inhibendi, decernendi, defendendi & tuendi, atque ex hac vniuersitate causam subdelegandi & reassumendi, aliaque faciendi & statuendi, que circa premissa, necessaria siue oportuna fuerint, ordoque racionis exposcit faciendi. Quicquid decreueris, ecclesiasticam per censuram firmiter obseruari, testes etiam, si qui forte nominati fuerint, si se gratia aut odio, quauisue alia ratione subtrahant, ad perhibendum veritati testimonium, predicta censura compellas. presentibus vsque ad nostram reuocacionem duraturis. Datum Aschaffenburgi sub sigillo nostro, die II mensis Augusti, anno Domini MCCCCLXXXII.

Anno MCCCCLXXXV adstitit, cum Bertholdus *Archiepiscopus in frequenti corona laudato cæremoniarum ordine consecraretur.* Trithemius *ad h. a. p. 522.*

Biennio post vna cum Seligenstadensi, Blidenstadensi, Arnspurgensi, *&* Rodenkirchensi *Abbatibus* Odernheimium *missus fuit, cum* S. Rufus *ibi inspiceretur*; *teste* Computo ecclesiæ *ad h. a.*

Reformatum est etiam sub hoc Abbate monasterium in *Gengenbach*, per Fratres nostros eo missos. Edit. I p. 10

Debuit reformari; non autem reipsa ad ritum viuendi Bursfeldensem fuit compositum. Trithemius *chron. Hirsaug. ad an. MDI p.* 586 *& seq.* Anno item prænotato *Philippus* Comes Palatinus, & *Albertus* Argentinæ Episcopus, quorum ille tunc erat in temporalibus, iste vero in spiritualibus Dominus, ad instantiam Senatus oppidi *Gengenbach* memoratæ diœcesis vocarunt ad se Heidelbergam quosdam Ordinis nostri de obseruantia Bursfeldensium, cum quibus secretum habuere tractatum de reformando monasterio dicti Ordinis in oppido *Gengenbach* constituto, cuius monachi nimis deformate viuebant. Complacuit res sancta concilio, dies in quadragesima circa Dominicam *Lætare* statuitur, in qua cum monachis reformatis apud Schutterense cœnobium Reformatores debeant comparere Abbates: & interea mitti debeant quidam a secretis, qui monasterium *Gengenbach* auctoritate vtriusque Principis præoccupent, ac viam parent ad reformandum. Die præstituta conueniunt Abbates cum Fratribus ex diuersis monasteriis ad reformationem sæpe dicti cœnobii assumptis, quemadmodum Heidelbergæ fuerat conclusum, ad Schutteren, *Ioannes* videlicet Sponheimensis, *Blasius* in Hirsaugia, *Macarius* in Limpurg, *Ioannes* in Schutteren, & *Gerhardus* in Alberspach, monasteriorum Ordinis nostri Abbates, monachos reformatos adduxerunt secum, ex Sponheim vnum, ex S. Iacobo Moguntiæ duos, & ex S. Ioanne Rhingaugiensi similiter duos, ex Hirsaugia duos, ex Selgenstad duos, ex Alberspach duos: verum vnus Consiliariorum Comitis Palatini non satis ad negotium cautus, cum esset in itinere versus *Gengenbach*, ciuem ex Argentina obuium habuit, cui sciscitanti, quo pergeret, arcanum inconsiderate aperuit, & rem in toto confudit. Nam ciuis ille Doctor Argentinensis famulum suum eadem sub nocte misit ad Gengenbach, & quid esset in foribus, scripsit Abbati. Auditis his, Abbas contractis mox priuilegiis monasterii, monimentis quoque litterarum, registris censuum, clenodiis, & quicquid in promptu habere potuit, summo diluculo, priusquam venirent Palatinenses, de monasterio recessit, & ad Argentinam declinauit. Cum autem venissent ad monasterium ordine præpostero, & comperissent, Abbatem cum omnibus clenodiis recessisse, Palatinenses infecto negotio ad sua confusi redierunt. Abbates etiam, qui apud Schutteren conuenerunt, cognitis impedimentis reformandi, cum suis monachis, quos adduxerant, in sua sunt reuersi.

Emit Hermannus noster partem decimarum in *Astheim*, & alia quædam bona: & hinc habemus ius patronatus ecclesiæ parochialis in *Astheim* cum DD. ad gradus D. V. & eandem alternatim cum Dominis eisdem conferimus.

Vendidit hic bona nostra omnia, quæ monasterium ex obitu Fratris *Othonis* de *Selbach* habebat in *Horcheim*, D. Abbati & Conuentui in *Romersdorf*, Ordinis Præmonstratensis.

XXX (*32) IOANNES MANGER *de* GERAV.

Cellerarius, huius nominis IV, Abbas XXX (*32) post reformationem autem V, in locum defuncti Domini *Hermanni* eligitur anno MDX, XXX Octobris*. Præfuit pie †, laudabiliter, & summa cum vtilitate annis XL, mensibus VI, diebus vero IV **. Obiit MDLI, XXIV Maii. Vacat diebus XVIII, vel, vt alii verius †† volunt, obiit MDLI, V Iunii, & sic vacat diebus VI.

* *Die vero XXIV Nouembr. benedictionis munus ex veteri maiorum instituto capessiuit. Sic enim* Vriel *Archiepiscopus*; VRIEL D. G. sancte Moguntine Sedis Archiepiscopus — Recognoscimus per presentes, quod postquam Venerabilem & Religiosum, Deuotum nobis in Christo Dilectum *Iohannem* de *Geravv*, Abbatem monasterii *S. Iacobi* extra ciuitatem nostram Moguntinam, Ordinis S. Benedicti, id humiliter petentem, rite confirmauerimus, ac electionem de persona sua factam ratificauerimus, prout in processu desuper habito plenius continetur; exinde die dominica, que fuit *vigesima quarta* mensis *Nouembris* anni Domini *millesimi quingentesimi decimi*, in eodem monasterio Missarum solemnia de Spiritu sancto celebrantes, auctoritate nostra Ordinaria, assistentibus & assidentibus in infulis lateraliter ipsi *Iohanni* Abbati Venerabilibus & Religiosis *Friderico* S. Iohannis in Ringauia, & *Marcellino* SS. Marcellini & Petri in Seligenstat monasteriorum Abbatibus Ordinis predicti, infula & baculo pastorali, aliisque insigniis Abbatialibus sibi traditis, seruatisque ceremonialibus & solemnitatibus in talibus obseruari solitis, eidem *Iohanni* Abbati etiam munus benedictionis impendimus. In quorum testimonium presentes litteras fieri fecimus & nostri secreti iussimus appensione communiri. Actum & datum die, mense, & loco, quibus supra.

† Bucelinus *Germania sacra p.* 197; Quem vnicum congregationis Bursfeldensis ornamentum appellat *Recessus Capituli MDLII*, qui insigniter bibliothecam auxit, & magnus per omnia extitit.

** *Immo, secundum epitaphium, quod alibi dedi, XL annis & VII mensibus.*

†† *Quin haud verius, si epitaphio stes, quippe in quo mortuus dicitur die Maii XXIV.*

Ceterum Ioannes *an. MDXXIX vna cum* Conrado Rucker, *Scholastico Aschaffenburgensi,*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Edit. I genſi, & Wolfone Mohrle *dicto* Behem, *aulæ Moguntinæ Mareſchallo, ab* Alberto *Cardinali & Archiepiſcopo miſſus eſt ad inuiſenda atque ad auitæ diſciplinæ frugem reducenda monaſteria* Himelau & Merholz, *vt ex litteris* Alberti *die XIII Febr. datis patet.*

Eiusdem iuſſu eodem hoc anno, vna cum Friderico *Abbate S. Ioannis in Rhingauia, monaſterium* SS. Petri & Marcellini *in oppido* Seligenſtadt, *& anno MDXXXI monaſterium* SS. Simplicii & Fauſtini *in oppido* Amorbach *ad veteris diſciplinæ vigorem renocauit.*

Emit hic duas partes decimæ maioris in ſuperiori *Ingelheim*, cum omnibus iuribus ſuis, ab Abbate Hirsfeldenſi, quæ poſt reemptæ ſunt.

Sub hoc Abbas Selingenſtadenſis reemit a nobis curiam ſuam in *Roſtorf.*

pag. 12

CHRISTIANVS *de* Hamburg, *Saxo.*

XXXI (*33)

XXXI (*33) Abbas S. Iacobi, poſt reformationem VI. Prior montis ſpecioſi. Verum poſt *D. Ioannis Gerau* obitum in eius locum ſubſtituitur anno MDLI, XII Iun. † Præfuit pie & laudabiliter annis III, menſibus IX, diebus VI. Obiit MDLV, XXV Martii. Vacat diebus IX.

† *Scrutatoribus & Compromiſſariis, vt vocari ſolent, conſtitutis* Petro, *monaſterii Lacenſis,* Gerhardo, *Schönauienſis, &* Ioanne, *montis S. Ioannis in Rhingauia Abbatibus. Confirmatur dein ab Archiepiſcopo* Sebaſtiano *die Veneris poſt feſtum præſentationis Mariæ.*

IOANNES CHRYSOSTOMVS, *Moguntinus.*

XXXII (*34)

Huius nominis V, Prior S. Iacobi, poſt obitum vero *Chriſtiani* eligitur Abbas XXXII (*34) poſt reformationem vero VII, anno MDLV, IV April. † Præfuit pie & laudabiliter annis VI, & menſibus ferme VIII. Obiit MDLXI, XXIV Nouembr. Vacat diebus IX.

† *Compromiſſariis & Scrutatoribus* Gerhardo *Schönauienſis, &* Ioanne *S. Ioannis in Rhingauia Abbatibus, nec non* Iodoco Selbach, *Decano ad D. Petri.* Danieli *poſt die XXVI Nouembr. in arce Steinheim ſacramentum dixit more ſolito; a* Balthaſare *vero, Epiſcopo Myſienſi, Suffraganeo Moguntino, benedictionis accepit beneficium.*

Vir doctus & excellentis ingenii, diuinarumque ſcripturarum ſtudioſus amator fuit, *vt verba iconi ipſius adſcripta habent.*

TOBIAS SCHRAVDT, *Aſchaffenburgenſis.*

XXXIII (*35)

Cellerarius, poſt Abbas XXXIII (*35) poſt reformationem vero introductam VIII, eligitur in locum defuncti *Ioannis Chryſoſtomi* anno MDLXI, IV Decembr. † Præfuit digne & fructuoſe annis II, menſibus V, diebus vero XIV. Obiit MDLXIV, XVIII Maii *. Vacat diebus XVIII.

† *Per Compromiſſarios quidem & Scrutatores* Ioannem Auguſtinum *Lacenſis*, Ioannem Limperger *Schönauienſis*, Philippum Oſtheimer *Seligenſtadenſis monaſteriorum Abbates; tum* Ioannem Vnckel, *Decanum ad S. Stephani*, Simonem Bagen, *Canonicum ad D. Petri, &* Theodericum Selbach, *Præfectum Præpoſituræ Moguntinæ. Confirmatur a* Daniele *d. XXVIII Martii anni ſequentis MDLXII.*

* *Peſtilentiæ abreptus lue, vt in epitaphio eſt.*

LEONHARDVS * WEICK, *Batauus.*

XXXIV (*36)

Huius nominis I, Profeſſus in Tholeia, Prior, poſt Abbas montis ſpecioſi XXXIV (*36) poſt reformationem IX, in locum *D. Tobiæ* ſubrogatur anno MDLXIV, VI Iunii †. Præfuit annis VIII, menſibus IX, diebus XVII. Obiit anno MDLXXIII, XXIII Mart. Vacat diebus XXV.

* *Epitaphio, quod* Valentino Horn *anno MDLXVII poſuit, nomen ſuum ſic adſcripſit;* Leonhardus Adelhardus *huius monaſterii Abbas P. F.*

† *Electus autem fuit in monaſterio Auguſtinianorum, propter peſtem, qua laboratum fuit in monte* D. Iacobi, *Scrutatoribus & Compromiſſariis* Roberto Wich *Tollenſis*, Theobaldo Grimlich *Amorbacenſis*, & Philippo Oſtheimer *Seligenſtadenſis monaſteriorum Abbatibus. Confirmatur poſt a* Daniele *Steinhemii die Iunii XXX. Cuius in litteris hac de re tum editis vocatur* Leonardus Wich, *alias* Adalhartus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Anno MDLXIX, cum Wilhelmus Clauer *de* Wahra *in locum* Georgii Schenck *de* Schvveinsburg *electus esset Abbas Fuldensis, peteretque tum ipse, tum Decanus cum Collegio, vellet* Daniel *Archiepiscopus* super canonica electione, aliisque qualitatibus, præsertim autem super confessione Catholicæ fidei ipsius Electi, iuxta statuta Concilii Tridentini, ad sollemnem inquisitionem procedere, Leonhardus, *vi litterarum d. XXVI Iulii scriptarum, vna cum* Ioanne Möring, *sacrorum Canonum Doctore, Officiali & Iudice Ordinario S. Sedis Moguntinæ, missus fuit, vt secundum* capitula & articulos *transmissos tam in electionem factam, quam confessionem Electi inquireret.* Edit. I p. 12

Multarum rerum experientia famosius extitit, *vt verba, quæ iconi eius adscripta sunt, habent.*

Vendidit hic decimas nostras, & iura, quæ monasterium nostrum habuit in *Merxheim.*

XXXV (*37) LEONARDVS MEY a *Prüm.*

Huius nominis II, Abbas D. Iacobi XXXV (*37) post reformationem X, in locum prædecessoris sui *Leonardi I* eligitur anno MDLXXIII, XVIII April.* Præfuit mensibus IX, diebus XII. Obiit anno MDLXXIV, XXIX Ianuarii.

* *Compromissariis & Scrutatoribus* Nicolao *Abbate Tuitiensi*, Andrea *Abbate Bruvveilerano, &* Henrico Volmaro, *Decano ad D. Petri, testibus* Ioanne Lorichio, *Abbate Schönauiensi*, Ioanne Kuhorn, *Sigillifero & Canonico ad D. Victoris*, Philippo Wolffio, *Iuris Doctore, Consiliario, &* M. Valentino Spies. *Confirmatur a* Daniele *die XX Iunii.*

Sub hoc Abbate fit concordia inter Comitem *Ludouicum* de *Stollberg* & *Königstein*, & monasterium nostrum, de feudo in *Weilbach*, & de bonis per ipsum Comitem nobis & monasterio nostro venditis, domo scilicet ad montem S. Stephani sita, vulgo *der Roth*-oder *Königsteiner Hof*, vineis dictis *der Königsteiner Garten.*

XXXVI (*38) SEBASTIANVS DALWEISER.

Ex *Cella Rodolli*, Diaconus, in locum *D. Leonardi* eligitur Abbas montis S. Iacobi XXXVI (*38) post reformationem vero XI, anno Domini MDLXXIV, XVII Martii *. Præfuit annis II, mensibus V, diebus XII. Obiit an. MDLXXVI†, XXVII Aug. Vacat mense vno diebus VIII.

* *Compromissariis* Wolfgango *de* Dalberg, *Præposito Moguntino & Vicario in spiritualibus generali*, Nicolao *Tuitiensi*, Andrea *Bruvvilerensi Abbatibus*, Henrico Volmaro, *Decano ad D. Petri, &* Ioanne Kuhorn, *I. V. D. Sigillifero & Canonico ad D. Victoris. Confirmatur a* Daniele *die XIV Maii. Benedictionis munus accipit a Suffraganeo* Webero *die XIX Septembr. Seligenstadensi & Schönauiensi Abbatibus assistentibus.* Segen *al.* Cusanus *in Ephemerid. mscr.*

† *Immo, anno MDLXXVII, vt ex litteris* Danielis, *de quibus post, patet. Atque adeo præfuit an. III, mens. V, d. XII.*

XXXVII (*39) WENDELINVS FREY, ab *Hofheim.* p. 13

Huius nominis I, Prior montis speciosi, post in locum *D. Sebastiani* Abbas XXXVII (*39) post reformationem autem XII. Eligitur anno MDLXXVI*, V Octobr. Præfuit annis XII † & mensibus VI. Obiit anno MDLXXXIX, V Aprilis. Vacat diebus XXXVIII.

* *Quin, anno MDLXXVII, vt ex litteris* Danielis, *an. sequenti datis, cognoscere est. Et quidem in cœnobio Augustinianorum, ob pestilentiæ luem in monte D. Iacobi grassantem; Compromissariis & Scrutatoribus* Nicolao *Treuirensi*, Georgio *Schönauiensi Abbatibus, &* Henrico Volmaro, *Decano ad D. Petri: testibus vero* Philippo Steick, *Decano ad D. Stephani*, Ioanne Braun, *Decano ad S. Crucis*, M. Valentino Spies *&* Christophoro Molstetter. *Confirmatur a* Daniele *die XVIII Iunii anni sequentis MDLXXVIII.*

† *Per ea, quæ dixi, non nisi XI an. quamuis in epitaphio, quod alibi habebis, itidem dicatur, XII annis & VI mensibus cœnobio præfuisse.*

XXXVIII (*40) WENDELINVS KNAVFF, *Rüdesheimensis.*

Subprior, huius nominis II, Abbas S. Iacobi XXXVIII (*40) post reformationem introductam vero XIII, *D. Wendelino* substituitur anno MDLXXXIX, XIII Ma-

Edit. I pag. 12 XIII Maii *. Præfuit annis VIII, mensibus II, diebus XX. Obiit an. MDXCVII, VII Augusti. Vacat diebus XXIV.

* *Præmisso quidem triduano ieiunio, vt in* Ephemeridibus mscr. *monasterii est. Commissariis, vt vocantur,* Nicolao *a* Vreden, *Abbate Tuitiensi, Ordinis Visitatore,* Stephano Webero, *Suffraganeo,* Ioanne Suicardo *a* Cronberg, *Scholastico & in ecclesiasticis Vicario,* Christiano Agricola, *Scholastico ad D. Petri & Sigillifero. Confirmatur die VI Iulii; ius sacrorum vero capessit anno sequenti MDXC, die IV Ianuarii, vt in iisdem* Ephemeridibus *annotatum.*

Anno MDXCVI a Wolfgango, *litteris die V Augusti datis, mandatum accepit, vna cum* Iacobo Campio, *I. V. D. Protonotario ac Iudice S. Sedis Moguntinæ, nec non Scholastico ad D. Victoris, inuisendi* SS. Simplicii & Faustini *monasterium in* Amorbach, *prolapsumque illius in ecclesiasticis pariter ac temporalibus statum emendandi.*

Vir fuit deuotus ac morum honestate conspicuus, gregisque sui peruigil obseruator ac custos indefessus, *secundum verba iconi eius adiecta.*

IACOBVS KEIM, *Moguntinus.* XXXIV (*41)

Huius nominis II, Abbas S. Iacobi XXXIX (*41) post reformationem introductam XIV, in locum *D. Wendelini II* substituitur anno MDXCVII, Kalend. Septembr †. Præfuit pie & laudabiliter annis XXX, mensibus VIII, diebus vero XXVII. Obiit anno MDCXXVIII, XXVII Maii. Vacat diebus XX.

† *Iunior tum omnium Sacerdotum, anno ætatis suæ XXVI, & quidem* ob piam & pacificam conuersationem, religiosam vitam, & laudabiles qualitates, *vt in dictis memoratur* Ephemeridibus; *Scrutatoribus autem* Balthasare *de* Brée, *ad S.* Martini *maioris Coloniæ,* Gerhardo Toller, *ad S.* Heriberti *Tuitii Abbatibus, nec non* Ioanne Suicardo *a* Cronberg, *Decano Moguntinensi. Confirmatur a* Wolfgango *d. XXX Septembr.*

Sub hoc Abbate Reuerendissimus Moguntinus incorporauit monasterio nostro cœnobium *S. Nicomedis* †, quod antehac eidem nostro monasterio incorporatum & vnitum fuerat.

† *Anno MDCIV, vt in* Ephemeridibus *semel atque iterum iam citatis adnotatum.*

WILHELMVS PAMPESIVS, *Limpurgensis.* XL (*42)

Huius nominis II, Prior quondam, anno scilicet MDCXI, in Seligenstadt; verum anno MDCXII resignauit. Abbas D. Iacobi XL (*42) post reformationem vero XV. Post obitum *D. Iacobi* eligitur anno MDCXXVIII, XVII Iun. Præest adhuc, quem DEVS T. O. M. diu saluum & incolumem conseruet, vt monasterio, gregique sibi commisso pie, feliciter, & laudabiliter ad multos annos præesse & prodesse possit.

Naturæ modum expleuit anno MDCXXXII, d. XXIV Octobris, non autem MDCXXXI, vt Dieffenbachius *l. d. habet.*

Ponunt quidam plures Abbates, vt *Burchardum* circa annum Domini MXCVI, *Hartungum* quendam, & denique *Rudolfum* circa annum Domini MCCLXVIII; sed communior est nostra assertio, cum illi nullo nitantur fundamento, vel saltem exiguo.

* * *

* *MARCVS LVDWIG,* Guntzenheimensis. *43

Wilhelmo *rebus humanis erepto, Abbatia aliquot vacauit annos. Cum enim Sueci Moguntiam insiderent, factum,* vt modus aliquis conueniens competere non potuerit, per quem in loco præfati monasterii solito conuentualiter conueniendi, actumque electionis libere instituendi daretur facultas, *vt Celsissimus Archiepiscopus* Anselmus Casimirus *in litteris anno MDCXXXV datis loquitur.*

Tandem, cum Prior & Conuentus, vna cum Abbate S. Heriberti, Paulo Vrechen, *dictum modo S. Sedis Moguntinæ Archipræsulem,* Anselmum Casimirum *rogassent, vt monasterio caput præficeret, is partim exiure ad se deuoluto, partim ex*

compromisso anno MDCXXXV Abbatem designauit, quem dixi, Marcum Ludvvig. *Factum id Coloniæ Agrippinæ, XXX die Iulii, Ordinis Visitatore* Paulo Vrechen *præsente.* Edit. I p. 12

Designatus cum apud Archiepiscopum Tuitii, in dicto S. Heriberti monasterio, die XII Augusti fidelis obsequii sacramentum dixisset, & postea Moguntiæ muneris sibi collati procurationem adire vellet, huius auctor opusculi, Ioannes Antonl, *Prior,* Ioannes Brucher, *Magister coquinæ, &* Georgius Sulz, *qui interea in cœnobio remanserant, venientem admittere renuebant. Quo percepto* Anselmus Casimirus, *grauiter indignans, anno sequenti MDCXXXVI* Adolfo Hund *de* Saulheim, *Scholastico maioris,* Hugoni Eberhardo Craz *de* Scharpfenstein, *eiusdem Cantori, &* Henrico Brömser *de* Rüdesheim, *Vicedomino, in mandatis dedit, vt illos, iusta obiurgatione increpitos, omni monerent contentione, ne* Marco *Imperium vlterius abnuant, sed impigre statim, animisque libentibus debitos obsequii titulos eidem deferant, ni pœnas culpæ pares dare velint. Quod & ii, adscitis sibi* Adamo Freisbach, *Decano ad gradus, &* Ioanne Petro Molstetter, *Vrbis Sculteto, II mensis Maii die fecere, ac dein, cœnobitis imperata se facturos affirmantibus, VII dicti mensis die* Marcum *sollemni ritu in possessionem introduxere.*

Receptus monasterio, quanta potuit fide, diligentiaque, turbulento illo rerum statu, præfuit, ac tandem anno MDCLII, die II Nouembr. vltimum posuit spiritum.

* 44

* IODOCVS LEBER.

Monasterii Schönauiensis Prior, Marco *fatis functo, die VIII mensis Nouembris electus est. Commissarii ex parte Archiepiscopi erant* Woltherus Henricus, *Episcopus Ascalonensis, Suffraganeus, &* Ioannes Remaclus Huart, *Decanus ad D. Victoris & Iudicii ecclesiastici Adsessor; ex parte cœnobii aderant* Leonhardus Colchon, *Abbas Seligenstadensis, &* Caspar Schvvan, *Abbas Schönauiensis, Præses & Visitator S. Iacobi. Dum itum in suffragia, omnes* Casparem Schvvan, *Abbatem, vt dictum, Schönauiensem, expetebant. Eo autem grauibus ex caussis renuente, altera deliberatione habita, Compromissarii designarunt* Iodocum, *virum prouidum, litterarum scientia præditum, in spiritualibus & temporalibus exercitatum, religionis & obseruantiæ zelo plenum. qui dein die XVIII Decembr. ab Archiepiscopo* Ioanne Philippo *confirmatus fuit.*

Hic cœnobio, magno ære alieno tum temporis prægrauato, singulari dexteritate præfuit iuxta profuitque. In magna enim apud Eminentissimum, quem dixi, Principem Electorem Ioannem Philippum *fuit gratia, ab eoque damni per montis speciosi munitionem firmiorem in vineis passi compensationem obtinuit beneficam; Costhemii quidem aliquot vinearum iugera, Nackhemii vero vineas, agros, domumque, cum iure, cauponam exercendi, eamque sine vllo onere ciuili.*

Ceterum iura monasterii in villa Geinsheim, *quæ ditionis Isenburgico-Büdingensis est, strenue vindicauit, loco sacris Romano-Catholicis in sacello domestico rursus ibidem facto; quibus etiam in villa* Planich *parochialem denuo aperuit.*

Viuis excessit anno MDCLXXVI, die XIV Iunii; ætatis LXIII. Vir a prudentia & religione plurimum commendatus, *testimonio* Bucelini *Germaniæ sacræ p.* 198.

* 45

* MARTINVS NICKENICH,

Confluentinus.

Triduo post, die scilicet Iunii XVII, Iodoco *surrogatus est, Scrutatoribus & Commissariis* Christophoro Rudolfo L. B. *de* Stadion, *Canonico Moguntino, & tum temporis Vicario generali, nec non* Andrea Birnbeck, *SS. Theologiæ & I. V. Doctore, Eminentissimi Consiliario ecclesiastico, & Seminarii Bonifaciani Præside. Confirmatus die mensis Iulii subsequentis XII.*

Magistratu Academiæ annis tribus continuis functus est; anno MDCXCIII, die XVII Decembr. electus, die vero XXII Decembr. an. MDCXCIV postulatus, & die XV Decembr. an. MDCXCV secundum confirmatus.

Corporis ergastulo solutus excessit an. MDCXCVIII, die XXIV mensis Octobris.

* 46 MARTINVM *excepit, qui hodie adhuc monasterii tenet gubernacula, supra in præfatione nobis memoratus.*

HI CATA-

III

Edit. I p. 14

CATALOGVS ABBATVM,

Ex hoc monaſterio noſtro ad Abbatias aliorum cœnobiorum adſumptorum.

ADELHVNVS, Abbas S. Diſibodi II. † an. 1128, 15 Iul.

ADRIANVS, monachus S. Iacobi, poſt Abbas *S. Florini* in *Schônau.* Verum cum videret ſe ob curam rei familiaris in ſtudiis impediri, Abbatiam reſignauit. † an. 1472, 4 Id. April.

BVRCHARDVS, Abbas *S. Iacobi* & *S. Diſibodi.* Vide ſupra.

BONIFACIVS, monachus S. Iacobi, poſt an. Domini 1481 Abbas *Limpurgenſis*, & primus ibidem Reformator.

Vid. Trithemius *parte II chronici Hirſaugienſis, p.* 511.

BONIFACIVS, monachus S. Iacobi, poſt circa annum Domini 1474 Abbas in *Gozau.*

EBERHARDVS *de Venlo*, Abbas S. Iacobi, poſt Abbas *Bambergenſis.* Vid. ſupra in catalogo Abbatum.

* *GEORGIVS, factus Abbas Hirſaugienſis.* Trithemius *l. d. p.* 515.

GERHARDVS *de Montabur*, Cellerarius S. Iacobi, poſt anno Domini 1487, Abbas *S. Ioannis* in Rhingauia. † an. 1496, Kalend. Septembr.

IACOBVS, monachus S. Iacobi, poſtmodum Abbas *Schonauienſis*, & primus ibidem Reformator.

IOANNES *Colnhauſen*, Cellerarius huius loci, poſtmodum anno Domini 1469 Abbas *Sponheimenſis*, & primus ibidem Reformator: denique anno 1483 Abbas in *Seligenſtadt.* † an. 1495, 3 Ianuar.

IOANNES *Itzſtein*, Abbas D. Iacobi, poſt Abbas *S. Ioannis*, de quo ſupra.

IOANNES *Luterbach*, monachus S. Iacobi, poſt an. 1463 Abbas *S. Ioannis.* Verum anno 1466 reſignauit.

15 VALENTINVS *Horn*, Prior montis D. Iacobi, poſt Abbas *S. Ioannis* in Rhingauia. † in monte ſpecioſo anno 1567, 25 Iul.

Sub hoc monaſterium *S. Ioannis* deſiit a Patribus noſtris inhabitari. Verum ſperamus futurum, vt breui fauore ac clementia Reuerendiſſimi, & Illuſtriſſimi Principis noſtri Moguntini, ad patrimonium *S. Benedicti* redeat, & eidem Ordini, tanquam indubitatum membrum, a quo aliquandiu auulſum fuit, tanquam corpori, inſeratur & coadunetur.

IV

CATALOGVS

Præpoſitorum & Priorum S. Iacobi.

BVrchardus Præpoſitus S. Iacobi, vixit anno 1070.
Hartvvingus Præpoſitus S. Iacobi, vixit circa an. 1159.
Rudolfus Prior, vixit an. 1108.
Godſchalcus Prior, an. 1163.
Conradus Prior, poſt Abbas, de quo ſupra.
Hartvvicus Prior, an. 1258.
Rudolfus Prior, an. 1283.
Simon Prior, an. 1296.
Cuno Prior, an. 1304.
Burchardus Prior, an. 1321.

Henricus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Henricus Prior, an. 1324. Edit. I
Ioannes Prior, an. 1330. pag.
Ioannes Prior, an. 1345.
Voltzo de *Lorch*, dictus *Reüs* de *Guntheim*, Prior, post Abbas S. Iacobi: de quo supra in catalogo Abbatum.
Wilhelmus de *Waldeck* Prior, post Abbas, de quo supra.
Ioannes Prior circa an. 1370.
Petrus Sultz a *Saulheim*, Prior, an. 1386, & videtur a Prioratu absolutus, an. 1404 vel circiter. 16
Wernerus de *Bellersheim*, Prior factus 1405. † an. 1413.
Hartmannus de *Albich*, Prior anno 1435, absolutus a Prioratu tempore reformationis. † an. 1448.
Henricus Brack, primus Prior post reformationem, qui Bursfeldia huc anno circiter Domini 1443 missus, reformauit hunc locum, eique cura spiritualium & temporalium commissa fuit. † an. 1456, 8 Aug.
Eberhardus de *Venlo*, ponitur in mscr. quodam Prior S. Iacobi, sed annum non inuenio, nec puto, eum fuisse Priorem hic, sed tantum in S. Ioanne, vbi an. 1452 est factus Prior. Probabilius putarem, eum fuisse Subpriorem hic sub Henrico Brack.
Vdalricus Prior, † an. 1458, 6. Non. Mart.
Petrus Prior vixit an. 1460.
Henricus Kynen, Bursfeldia huc missus, Prior an. 1463. Quidam putant, eum fuisse Priorem an. 1456, & tunc dicendum foret, eum ad tempus absolutum fuisse a Prioratu, & hoc vel præcedenti anno, sc. an. 1462, vel 63 denuo Priorem factum.
Donatus Mitvveidis Prior, an. 1466.
Henricus Northausen Prior, successit *P. Donato*. † an. 1484, 21 Iul.
Theodoricus Svvollis Prior, 1510*. † an. 1522, 31 Iul.

* Immo *qua* Prior *iam occurrit an.* 1497.

Ioannes Salomo de *Traiecto*, Prior, † an. 1539, 1 Octobr.
Ioannes Maiseck Prior, † an. 1540, 27 Maii.
Christianus de *Hamburg* Prior, an. 1550, post Abbas, de quo supra.
Ioannes Chrysostomus successit *D. Christiano* in Prioratu an. 1551, sed an. 1555 ex Priore fit Abbas, de quo supra.
* *Valentinus* de *Altzeia*, Prior, successit Domino *Ioanni Chrysostomo* in Prioratu an. 1555.
Ioannes Baptista de *Hatten* Prior. † an. 1562.
* *Valentinus Horn*, Prior S. Iacobi, post Abbas vltimus *S. Ioannis*, de quo supra.

* Valentinus *hic* Horn *est idem ille, qui* Valentinus *de* Alzeia *ante dicitur.*

Leonardus Weick Batauus, Prior S Iacobi, post Abbas, de quo supra.
Theobaldus Schetzelius, Weinheimensis, fit Prior an. 1565, 17 Sept. resignauit an. 1568.
Andreas Voltz ab *Hernsheim*, Prior, circa an. Domini 1570 sub R. Domino *Weick* permanens ad an. vsque 1572, quo videtur absolutus a Prioratu. Circa an. Domini 1575 sub Reu. *D. Sebastiano* denuo fuisse videtur Prior, & iterum absolutus. † tandem Senior Conuentus an. 1594, 21 Febr. 17
Wendelinus Frey Prior, post Abbas, de quo supra.
Valentinus Hoffmann Prior, successit D. *Wendelino* in Prioratu an. 1576, † 1589, 18 April.
Ioannes Heriberti, Professus in Tuitio, successit P. *Valentino* in Prioratu S. Iacobi an. 1589. resignauit vero an. 1591, reuersus ad suum monasterium, in quo paucis abhinc annis mortuus est.
Iodocus Carle, Moguntinus successit P. *Heriberto* in Prioratu Moguntino, cui præfuit annis 30. † an. 1621, 22 Iun.
Ioannes Antoni, Witlichius, successit in Prioratu S. Iacobi P. *Iodoco Carle* an. 1621, 6 Octobr.

Non dubito, quin multo plures fuerint huius cœnobii Priores, præsertim ante reformationem. Verum ipsorum nomina huc vsque indagare non potui.

V PRIO-

Edit. I pag.

V
PRIORES
Ex hoc loco ad Prioratum aliorum cœnobiorum adſumti.

ANſelmus de *Bickelnheim*, cognatus *S. Hildegardis*, monachus S. Iacobi, poſt Prior in Sponheim. † ibidem an. 1179, 21 Dec. vel, vt *Trefflerus* noſter vult, an. 1177.

Eberhardus de Venlo an. 1452 conſtituitur Prior *S. Ioannis* in Rhingauia; poſt Abbas S. Iacobi. vide ſupra.

Donatus Prior in Sponheim. † an. 1470 in Lobenfeld.

18 *Ioannes* de *Liningen*, miſſus hinc in Sponheim, fuit ibidem an. 1473 Prior; anno vero 1481 fuit Prior in Limburg.

Wilhelmus Pampeſius, Prior in Seligenſtadt an. 1611 & 12, quo reſignauit; poſt Abbas D. Iacobi, de quo ſupra.

VI
CATALOGVS
PP. & FF. Monaſterii D. Iacobi, *quorum nomina indagare potui.*

A.

ADrianus Tilburg, Sacerdos. † an. 1541, 15 Sept.

Adrianus Syburg, Profeſſus. ſub R. D. *Gerau.*

Andreas Amſterdamis, Sacerdos. † an. 1467.

Andreas, Sacerdos, Profeſſus ſub R. D. *Gerau*, † an.....24 Octobr.

Andreas, Sacerdos, † an. 1530, 27 Apr.

Anſelmus Sacerdos, † an. 1531.

Anſelmus de *S. Goare*, Sacerdos & Cuſtos. † an. 1551, 28 Aug.

Antonius Batz ab *Hôchſt*, Sacerdos, † an. 1571, 15 Dec.

Antonius vixit ſub R. D. *Chryſoſtomo.*

Antonius de *Fontena*, Sacerdos & Cellerarius, † an. 1531, 21 Sept.

Antonius Krieg a *Geiſpizheim*, vixit an. 1421.

Arnoldus dictus *Köthe* vixit an. 1370.

Arnoldus de *Tungris* vixit an. 1480.

Arnoldus, Profeſſus ſub R. D. *Gerau*, an. 1537.

B.

Balduinus de *Borſalia*, Diaconus, † an. 1482, 23 Iul.

Bartholomæus vixit ſub R. D. *Venlo.*

Benedictus vixit an. 1519.

Benignus, Cuſtos, Profeſſus an. 1491.

Benno vixit an. 1096.

19 *Bernardus* de *Moſbach* vixit an. 1466.

Bertholdus Camerarius vixit an. 1268.

Bertholdus Hirsfeld vixit an. 1456.

Bodo vixit circa an. Domini 1465.

Bonifacius de *Mechlinia* vixit an. 1466.

Bonifacius Trabutrier, Sacerdos, vixit an. 1480.

Bruno de *Alba* vixit an. 1466

Bruno Püffer, Sacerdos, vixit an. 1480.

Bruno, Sacerdos, † an..... 9 Mart.

C.

Chriſtianus Han, Sarburgenſis, Sacerdos, & Subcuſtos. † an. 1596, 17 Octobr.

Conradus Bregens, Sacerdos, † an. 1531.

Conradus, Sacerdos, † an.....28 Aug.

Conradus Fabri dictus * *Yſvogel*, de *Bregantia*, vixit an. 1510. * Eisvogel

Conradus * *Flemming*, vixit an. 1410. * ortus familia inter Moguntinos nobili.

Cornelius Traiectenſis, Sacerdos & Infirmarius, † an. 1556, 20 Aug.

Cuno de *Gerhardſtein*, vel *Geroldſtein*, vixit an. 1370.

D.

Daniel, Sacerdos & Cuſtos, † an. 1518, 1 Mart.

Diemo vixit an. 1108.

Dionyſius Horſt, Sacerdos & Infirmarius, † an. 1543, 3 April.

E.

Eberhardus Koch de *Lanſtein*, Subprior. † an. 1519.

Eberhardus Sacerdos. † an.....23 Ian.

Edit. I pag.

Egidius, Sacerdos & Subcellerarius, † an. 1526, 26 Septemb.
Eitel a *Schonberg*, vixit an. 1386.
Embricho, vixit an. 1194.
Embricho dictus *Burneſt*, Cellerarius, vixit an. 1258.
Emericus de *Butzbach*, Diaconus, † anno 1574, 15 Nouembr.
Emericus Hilchin de *Lorch*, Cellerarius, vixit 1438.
Emericus de *Lorch*, Cantor, vixit anno 1370.
Emericus a *Ried*, Camerarius & Cellerarius, vixit an. 1393, & 1404.
Eraſmus Geldrup, Sacerdos & Cuſtos, † an. 1556, 23 Nouembr.
20 *Eraſmus*, Infirmarius. † anno 1560, 23 Septembris.
Evvaldus de *Padelborn*, Sacerdos. † an. 1539, 2 Maii.

F.

Franciſcus Sacerdos. † anno 1493, 31 Decembr.
Franciſcus Profeſſus ſub R. D. *Gerau*, an. 1529, ipſo die purificationis D. V.

G.

Georgius Profeſſus ſub R. D. *Chryſoſtomo*, anno 1555, in die conceptionis D. V.
Georgius Graue, vixit an. 1456.
Georgius Noricus, Profeſſus anno 1550, 8 Septembr. Apoſtata.
Georgius de *Werdena*, Diaconus & Subcuſtos. † an. 1552, 18 Octobr.
* f. *Muckelin* *Gerhardus* dictus * *Muhelin*. Vixit anno 1258.
Gerhardus Duranus, Profeſſus *S. Martini* in Colonia, egit hic Oeconomum, an. 1577.
Gerardus Sacerdos. † anno 1512, 11 Maii.
Gerardus de *Xantis*, Diaconus, † anno 1477, 24 Septembr.
Gerlacus Rorbach, vixit an. 1456.
Gerungus, vixit an. 1096.
Gisbertus Horſt, vixit anno 1480.
Godelmannus de *Nusbaum*, vixit anno 1386.
Godfridus dictus *Ritz*, Cenſuarius, vixit anno 1370.
Godfridus Stumphagen, miſſus Bursfeldia huc, pro reformatione an. 1444.
Godfridus Son, vixit anno 1550, Apoſtata.
Godfridus, Profeſſus ſub R. D. *Gerau* anno 1537.
Godfridus, Sacerdos. † anno 1504, 14 Auguſt.
Godfridus Heimendorf, Sacerdos, vixit anno 1480. Edit. I pag.
Godfridus, ſub Reu. D. *Weick*, vixit anno 1567, miſſus ſub illo in Seligenſtadt.
Godſcalcus Sacerdos, † an. 1517.

H.

Hartmannus de *Montabur*, vixit anno 1466.
Hartungus, vixit anno 1096.
Hartvvicus, Infirmarius, vixit anno 1404. 21
Helfericus a *Sauvvelnheim*, vixit anno 1421, & adhuc anno 1456.
Henricus de *Algesheim*, vixit an. 1258.
Henricus a *Bibelnheim*, Cuſtos, vixit anno 1438.
Henricus a *Bubenheim*, vixit an. 1421.
Henricus, vixit anno 1096.
Henricus, vixit an. 1194.
Henricus Eules, Seligenſtadenſis. † an. 1582, 13 Iun.
Henricus Holtzenmecher, Sacerdos. † an. 1475, 26 Mart.
Henricus Molitoris de *Geilhauſen*, miſſus in Sponheim, & ibidem fuit inter Priores. † an. 1488, 6 Kal. April.
Henricus Noueſienſis, vixit an. 1543.
Henricus de *Nouiomago*, Sacerdos. † an. 1526, 18 Mart.
Henricus de *Oppenheim*, Sacerdos, † an. 1528, 26 Decembris.
Henricus Müller de *Winckel*, vixit anno 1461.
Henricus a *Scharpfenſtein*, vixit anno 1438.
Henricus a *Schol*, Camerarius, vixit anno 1345.
Henricus Schluch, Bursfeldia huc pro reformatione miſſus an. 1444.
Henricus Seul Montaburanus, Sacerdos & Cellerarius, † an. 1602, 13 April.
Henricus de *Waldeck* Cellerarius, vixit anno 1328.
Henricus Widekind, vixit an. 1449.
Hermannus Andernacenſis, Sacerdos. † an. 1579, 25 Decembr.
Hermannus Braxatoris, vixit an. 1510.
Hermannus de *Moguntia*, vixit an. 1456. † an. ---- 21 Iul.
Hermannus Piſcatoris ſeu *Angler*, † an. 1526, 6 April.
Hermannus Schumecher, vixit an. 1464.
* *Herungus*, vixit an. 1096. * f. *Gerungus*
Hildiger, vixit an. 1096.

I.

Iacobus Gladbacenſis, Sacerdos. † an. 1541, 23 Mart.

Iacobus,

Edit. I *Iacobus*, vixit an. 1551, Apoſtata.
Iacobus Hoenburg, vixit an. 1456.
Iacobus Horlei, Mercator *de* Oppenheim, vixit an. 1452, † an.---- 4 Ian.
p. 22 *Iacobus Königsbach*, vixit an. 1466.
Iacobus de *Oppenheim*, miſſus Hirſaugiam, † ibidem an. 1493.
Iacobus de *Weiſſenavv*, Sacerdos. † an. 1519, 10 Septembr.
Ioannes Aldendorff, Cenſuarius, Syndicus, & Cellerarius. † anno 1467, 10 April.
Ioannes de *Bruxellis*, vixit an. 1510.
Ioannes Buſcoducenſis, Diaconus, † an. 1549, 19 Iun.
Ioannes Butzbach, obiit ſubito in colloquio an. 1513, 11 April.
Ioannes Cronenberg, Pater monialium in Sebach, an. 1471. † an. 1485.
Ioannes Cuſtos, vixit an. 1345.
Ioannes Eckſtein, Francofurtenſis, Sacerdos. † an. 1506, 11 Februar.
Ioannes Eckſtein, Profeſſus ſub R. D. *Gerau.*
Ioannes Elckerhauſen, Diaconus. † an. 1467, 9 Maii.
Ioannes Elckerhauſen, Sacerdos, vixit anno 1480.
Ioannes Euangeliſta, Profeſſus ſub R. D. *Gerau.*
Ioannes Geilenhauſen, Profeſſus ſub R. *Preus*, †---- 8 Ian.
Ioannes Grüningen, vixit an. 1476.
Ioannes Halter, Colonienſis, vixit anno 1480.
Ioannes Hard, Seligenſtadianus, Nouitius. † an. 1582, 22 Octobr.
Ioannes de *Heidenheim*, Infirmarius, vixit an. 1345.
Ioannes Herle, Sacerdos, † anno 1492, 15 Decembr.
Ioannes Hes, Diaconus, † anno 1543, 5 Ianuar.
Ioannes Hees a Dirmſtein, Profeſſus ſub R. D. *Chriſtiano.*
Ioannes Hochheim, miſſus in Sponheim anno 1469.
Ioannes Iringer, vixit an. 1386.
Ioannes Iüdde vom *Stein*, Cantor, vixit anno 1410.
Ioannes Katzenbis, Profeſſus ſub R. D. *Gerau.* † an.---- 16 Iun.
Ioannes Lorichius, Profeſſus *S. Ioannis* in Rhingauia. † hic anno 1571, 25 Mart.
Ioannes Meſſerſchmidt, vixit anno 1422.
Ioannes, Moguntinus, Sacerdos. † an. 1498, 10 Iun.
Ioannes Müller, Profeſſus ſub *R. D. Venlo.* Edit. I
Ioannes Molitoris, Profeſſus ad *S. Godhardum* Hildeſiæ, † hic anno 1546, 31 Decembr.
Ioannes Montaburanus, vixit anno 1456. 23
Ioannes de *Montzheim*, Profeſſus ſub R. D. *Venlo.*
Ioannes dictus *Müller*, vixit an. 1345.
Ioannes Oppenheim, miſſus in Sponheim circa an. Domini 1470.
Ioannes Riſt, Sacerdos & Cellerarius, † an. 1549, 4 Nouembr.
Ioannes Rüſſe, Sacerdos, † an. 1503.
Ioannes Saratoris, Francofurtenſis, vixit anno 1456.
Ioannes Siluius, vixit circa annum Domini 1501.
Ioannes Theodericus Nuyl, Haſelbacenſis, Diaconus. † anno 1564, 17 Maii.
Ioannes Werdenenſis, Nouitius, † anno---- 14 Auguſt.
Ioannes de *Weſalia*, Sacerdos, miſſus in Sponheim, fuit inter Priores. Vixit 1462, † anno---- 11 Decembris.
Ioannes Wüſten vel *Müſtenrad*, Infirmarius, † an. 1479, 6 Iun.
Ioannes Ziegler, Cellerarius. † an. 1599, 2 Octobr.
Iodocus, Sacerdos. † an. 1495 8 Iun.

L.

Laurentius, Profeſſus ſub R. D. *Gerau*, anno 1532.

M.

Macharius, vixit anno 1450.
Martinus de *Zierichzee*, Sacerdos, vixit anno 1480.
Martinus Appelmann, Profeſſus *S. Ioannis* in Rhingauia. † apud nos anno 1583, 5 Auguſt.
Matthæus Kühlbruner, Dürchemenſis, † an. 1583, 7 Maii.
Matthias, vixit anno 1573.
Matthias de *Rüremunda*, vixit anno 1498, & 1508.
Matthias Thoen, vixit anno 1506, & fuit aliquandiu Coloniæ in S. Pantaleone.
Matthias de *Weſalia*, vixit anno 1456.
Martinus Odernheim, Profeſſus ſub R. D. *Gerau*, an. 1544, Apoſtata.
Maurus, alias *Wilhelmus Caſtri*, anno 1522, apoſtatauit.

Michael Breithard, Moguntinus, † an. 1515.
Michael de *Butzbach*, vixit an. 1466.
24 *Michael Coci*, Moguntinus, Diaconus, † an. 1512, 23 Sept.
Michael Floſtadt, Dromersheimenſis, Sacerdos, † an. 1587, 25 Ian.
Michael Moguntinus, Sacerdos. † an. --- 28 Sept.
Michael Schvvartz, Sacerdos, vixit an. 1510.

N.

Nicolaus de *Schônburg*, Cellerarius & Cuſtos, vixit an. 1361.
Nicolaus a *Schônborn*, vixit an. 1386.
Nicolaus Boller, Diaconus, an. 1585 aufugit & factus hæreticus.
Nicolaus de *Dirmſtein*, vixit an. 1468.
Nicolaus Dornſtein, † an. 1467.
*Tornaco *Nicolaus* de **Fornaco*, Sacerdos, † an. 1484.
*Han *Nicolaus Gallicus* alias **Hanau*, Sacerdos, † an. 1559, 23 Iul.
Nicolaus Gerau, vixit an. 1510.
Nicolaus de *S. Goare*, Sacerdos, † an. 1534, 3 Octobr.
Nicolaus Hanckel, Hochemenſis, Sacerdos, vixit an. 1471. † an. --- 8 Mart.
Nicolaus Hummel, Sacerdos. † an. 1504, 6 Mart.
Nicolaus, Sacerdos & Cellerarius, † an. 1500, 3 Febr.
Nicolaus Schreffergi, Moguntinus, Sacerdos, vixit an. 1522.
Nicolaus Vmſtadt, vixit ſub *R. D. Gerau.*
Noe Geyerlach, Haganoenſis, † an. 1581, 13 Nou.

O.

Otto Procurator vixit an. 1268.
Otto de *Sôtern*, Camerarius, vixit an. 1304.
Otto de *Selbach*, nobilis Donatus. † an. 1495.

P.

Pantaleon de *Friedberg*, Sacerdos, † an. 1519, 14 Iul.
Petrus de *Bacharach*, Profeſſus in Sponheim, † hic an. 1560.
Petrus de *Berer*, Sacerdos. † an. 1504, 28 Sept.
Petrus Berlikun, Sacerdos & Cuſtos, † 1553, 9 Aug.
Petrus Berckes, Ingelhemenſis, Sacerdos & Senior. † an. 1581, 22 Dec. Edit. I pag.
Petrus a *Bickelnheim*, Operarius, vixit an. 1365.
Petrus vixit an. 1440.
Petrus Camerarius vixit an. 1404. 25
Petrus Diaconus, † an. 1504, 25 Iul.
Petrus Schragen, vixit an. 1464.
Petrus Wild vel *Raſtfuchs*, vixit an. 1480.
Petrus de *Weſalia*, Cuſtos, † an. 1481.
Petrus Wilckini, Andernacenſis, Sacerdos. † an. 1536, 29 Ian.
Philippus, Profeſſus ſub *R. D. Chryſoſtomo.*
Philippus Hildtman, Moguntinus, Sacerdos & Præfectus culinæ, † an. 1609, 26 Maii.
Placidus Waltheri, Confluentinus, Sacerdos & Cellerarius, † an. 1536, 24 Febr.

R.

Reginbertus vixit an. 1108.
Reinerus VVilhelmi ex *Buel*, Sacerdos, vixit an. 1484.
Ruthardus, vixit an. 1096.
Ruthardus, Cuſtos vixit an. 1108.
Rudolfus, vixit an. 1108.

S.

Sanderus, Sacerdos vixit an. --- 5 Iun.
Sanderus Northen, vixit an. 1456.
Sebaſtianus de *Fridberg*, Sacerdos, † an. 1541, 22 Apr.
Sigefridus Cuſtos, vixit an. 1194.
Sigfridus a *Strasburg*, Cenſuarius, vixit an. 1334.
Stephanus vixit an. 1108.
Stephanus a *Levvenſtein*, vixit an. 1438, ſed reformatione introducta exiit.

T.

Theodericus a *Schônberg*, vixit an. 1370.
Theodericus von *der Mühlen*, Camerarius, vixit an. 1370.
Theodericus a *Stein*, vixit an. 1386.
Theodericus Vnckel, Colonienſis, † an. 1579, 13 Sept.
Thomas a *Furbach*, vixit an. 1457.
Thomas a *Selbach*, vixit an. 1456. 26
Tilmannus, Sacerdos, † an. 1517, 27 Nouembr.

V.

Valentinus Agricola, Cantor, vixit an. 1555.

Vde

Edit. I pag. *Vdo* vixit an. 1108.
Vigilius vixit an. 1096.

W.

Waltherus, † an. 1494.
Waltherus de *Leuvvig*, Sacerdos, † an. 1481, 13 Mart.
Wernherus de *Bellersheim*, Cenſuarius, vixit an. 1417.
VVernherus Eherin von *Erlenhaupt*, vixit an. 1386.
VVigandus, Profeſſus ſub R. D. *Gerau*, an. 1529.
Wilhelmus de *Alheim*, vixit an. 1345.
Wilhelmus de *Lorch*, vixit an. 1351.
Wilhelmus Lôvven, Sacerdos, † an. 1519, 22 Sept.
VVilhelmus de *VValle*, vixit an. 1529.
VVilhelmus, Magiſter Fabricæ vixit an. 1345.
VVilhelmus Moguntinus, Sacerdos, † 1540, 18 Aug.
VVilhelmus Moguntinus, Sacerdos, † an. 1519.
VVillichinus vixit an. 1108.
VViricus Cellerarius vixit an. 1333.
VVolfgangus de *Auſtria* vixit an. 1456.
VVolfgangus Treffler, Auguſtanus, Sacerdos, † an. 1521, 26 Iul.
VVolfgangus, vixit an. 1510.

27

VII

Anno Domini MDCXXVIII

In viuis adhuc ſunt quamdiu diuinæ placebit Maieſtatis,

R. P. *Wilhelmus Pampeſius*, Limburgenſis, Abbas electus an. 1628, 17 Iun. Profeſſus eſt ſub R. D. *Knauff* an. 1590 in feſto OO. SS.

1608 *Ioannes Antoni*, Witlichius, Prior. Profeſſus ſub R. *D. Iacobo Keim* an. 1628 *f.* 1608 *vel* 1618 in feſto SS. Trinitatis.

Matthæus Poppius, Seligenſtadianus, Sacerdos, Senior, Profeſſus ſub R. D. *Frey*, an. 1587, in feſto S. P. N. Benedicti.

Ioannes Kuchen, Cochemenſis, Sacerdos, Profeſſus ſub R. D. *Knauff*, an. 1589, in feſto conceptionis D. V.

Matthias Keller, alias *Diffenbach*, Vilmarienſis, Sacerdos, Subprior & Cantor,
28 Profeſſus ſub R. D. *Knauff*, an. 1589, in feſto conceptionis D. V.

Petrus Leis, Seligenſtadianus, Sacerdos, Cellerarius, Profeſſus ſub R. D. *Knauff* 1592, ipſo feſto SS. Trinitatis.

Bartholomæus Heck, Moguntinus, Sacerdos, Cuſtos, Profeſſus ſub R. D. *Knauff* an. 1595, Dominica poſt feſtum S. Catharinæ.

Ioannes Brucker, Moguntinus, Sacerdos, Præfectus culinæ, Profeſſus ſub R. D. *Keim* an. 1602, ipſo feſto annuntiationis B. V.

Iacobus Ferg, Gaubickelheimenſis, Sacerdos, Profeſſus ſub R. D. *Keim*, an 1602, Dominica infra octauam corporis Chriſti.

Georgius Sulz, Moguntinus, Sacerdos, Profeſſus ſub Reu. D. *Keim* an. 1619, in feſto S. Ioannis Baptiſtæ.

Marcus Ludvvig, Gontzenheimenſis, Sacerdos, Profeſſus ſub R. D. *Keim*, an. 1621, in feſto purificationis B. V. M.

Melchior Machardus, Moguntinus, Diaconus, Profeſſus ſub R. D. *Keim*, an. 1600, ipſo trium Regum feſto.

Henricus Klüpfel, Aſchaffenburgenſis, Conuerſus, Profeſſus ſub R. D. *Knauff* an. 1596, in feſto S. P. N. Benedicti.

Ad beneuolum Lectorem.

Edit. I p. 29

HAec ſunt, beneuole Lector, quæ te breuiter ſcire voluimus de monaſterio *D. Iacobi* in hoc catalogo noſtro. Plura quidem, quæ ponerentur, habebam. Verum, ne catalogi ſeu compendii metas calamus excederet, funem abrumpere iuſſus fuit. Tu, quæſo, hunc laborem qualemcunque æqui bonique conſulas, & ſi quæ correctionis lima indigere repereris, emendato. Non enim dubito, quin hinc inde error forte aliquis irrepſerit, in annis præſertim & diebus Patrum & Fratrum iſtorum, quorum nomina ex annalium Capitulorum receſſibus deſumſi.

In Zoilum.

QVid, naſute Zoile, hæc mea contemnis, & tanquam exigua ſpernis; tu primo ſimilia facito, imo tentato, & tunc aliena diſcerne. Naſuti ſiquidem, imo ſtulti eſt, aliena reprehendere facta, quæ tu cogitare aut præſumere non audes, nedum præſtare potes. Si vero hæc noſtra tibi diſpliceant, vel exigua eſſe videantur, ne contemnas, quæſo, primo intuitu, nec maledico dente carpas,
ſed prius maiora, eaque meliora dato; tunc noſtra vituperato,
ſi tu vituperator eſſe velis.

De

CARTHVSIANORVM,
CARMELITARVM,
AVGVSTINIANORVM,
DOMINICANORVM,
FRANCISCANORVM,
CAPVCINORVM,

extra & intra mœnia Moguntina

COENOBIIS;

nec non

ALBARVM DOMINARVM,
D. CLARAE,
D. AGNETIS,
SORORVM de tertia D. FRANCISCI regula,
CONGREGATIONIS B. M. V.

in vrbe

PARTHENONIBVS

BREVES DISSERTATIVNCVLAE.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

LECTORI BENEVOLO
GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS
S. D.

CAuſſa, cur ſequentes de dictis in titulo præfixo Cœnobiis Diſſertatiunculas hic ſubiungam, hæc mihi fuit, quod eorum, quæ olim iam floruere, *Serarius* rerum Moguntiacarum libro I cap. XXXI ſect. III p. 79 breuiorem iuſto fecerit mentionem; ego vero eorum, quæ ab ipſius temporibus demum cœpere, l. d. p. 78 nomina tantum attulerim, peculiari eorundem deſcriptione hunc in locum, quo de cœnobiis *Albarum Dominarum*, *D. Claræ*, & *D. Agnetis*, fuſius me dicturum pollicitus ſum *, reiecta.

* *pag.* 80; *quo tamen loco pro* ſectione I *legas velim* ſectione III. *Hac inter enim ordinem & ſeriem operis aliquantum immutare placuit.*

Egi autem de iis ex monumentis domeſticis, iisque fide dignis, inſperſis hic illic diplomatibus, quæ mihi ad manus venere, litterisque aliis; reſciſſis tamen omnibus, quæ proprie huc non pertinebant. quippe breuitati ſtudendum duxi.

De cœnobio *B. M. V.* quod vulgo *Monaſterium altum* appellatur, mihi, quod adderem, nil occurrit, præter deſignationem reliquiarum & bonorum mſcr. quæ Francofurti ad Mœnum in bibliotheca celeberrimi Polyhiſtoris & Reipublicæ patriæ Senatoris, *Zachariæ Conradi* ab *Vffenbach*, habetur, ac inſcribitur, *Eccleſiaſticus theſaurus & bona* S. Mariæ *ad* altum Monaſterium, *cui Domina Mathildis Abbatiſſa præeſſe videtur* *; ne tamen eam hic darem, ceterisque præmitterem, non vna mihi fuit ratio. Quod monere viſum, vt ſcias, cur de eo non item, ac de reliquis in vrbe parthenonibus hoc loco egerim.

* *Vid. pars IV* bibliothecæ Vffenbachianæ, *vol. LXXXIII n. XVI p. 45. Quod n. III p. 44 præcedit* diploma fundationis, *eſt id ipſum, quod* Serarius *l. d. lib. II cap. XXXII p. 182 habet.*

De

De origine, fatis, ſtatuque EREMI *ſiue* CLAVSTRI FF. CARTHVSIENSIVM, *extra mœnia Moguntina.*

I

De auctore Domus ſiue Eremi huius.

Arthuſienſium Eremus ſiue clauſtrum originem ſuam debet Archiepiſcopo PETRO; quippe qui viſo in Galliis, diligentiusque inſpecto morum, religioſæque conuerſationis, quo *D. Brunonis* ſodales vtebantur, modo, cum redux Moguntinenſem inſediſſet cathedram, ſua in diœceſi locum illis dedit, euocatis e ſuperiore Germania quibusdam alumnis, quorum vnus *Ioannes*, cognomento *Polonus*, nouæ plantationis Rector a Capitulo, vt vocant, generali deſignabatur.

II

De tempore, quo cœpit.

Circa annum MCCCVIII id contigiſſe, *Trithemius*, *Bruſchius*, *Cratepolius*, aliique illius veſtigia ſecuti tradunt. Idem docent faſti *FF.* domeſtici, clariſſimeque oſtendunt, cenſus, poſſeſſionesque, quas *Petrus* poſtea anno MCCCXX tabulis peculiaribus complexus eſt, vna cum loco habitationis, iam anno MCCCXII eorundem in peculio fuiſſe, domumque, quam in Rhingauia excitare cœperant, Ordini eodem anno contributam, ſiue, vſitato loquendi modo, incorporatam.

III

De primo eius loco.

Locum autem pro aſceterio ſtatuendo eis adſignauit in Rhingauia, inter caſtrum *Scharpfenſtein* & vicum *Kidderich*, eumque *S. Petri Vallem* appellari voluit; ſimul vero neceſſaria vitæ & cultui ſubſidia liberaliter attribuit, benigneque; vti quidem tabulæ hæ enarratius docent.

In nomine Domini, Amen. Nos PETRVS *Dei gratia ſancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, omnibus in perpetuum. Quia dictum Apoſtoli dicentis:* Omnia in manu Dei ſunt, & nos de manu eius recipimus; *iugi meditatione conſiderantes, aduertimus, que & quanta de manu Domini ex eius largiflua bonitate receperimus licet immeriti, ſolicite ac interne, inſpiratione nobis collata diuinitus, ſine qua nulla bona mens conceditur mortalibus, cogitare cepimus, quomodo & qualiter de talento nobis tradito diuinitus Regi Regum fructum de hoc circa ſui famulatus augmentum redderemus cumulatum.*

Conſideratis igitur vniuerſis eterni Patris familias diſpenſatoribus, quibus in regionem longinquam celeſtis patrie nobis parare locum abiens, vineam ſuam, ſanctam videlicet eccleſiam, exemplis & doctrinis pro ſui nominis & laudis incremento excolendam, pia diſpoſitione conſtituit, humilis & ſancta Fratrum Ordinis Carthuſienſis vita & religio, que quaſi exemplar vite Saluatoris omnium, in terris quondam pro noſtra ſalute degentis, relucens, vitam ſui precurſoris, ac deinde Patrum ſanctorum, quorum vita & conuerſatio eorum regula dignoſcitur, clare & pre cunctis clarius & ſingularius exprimens, noſtre conſiderationi ſe obtulit, & deuota quodammodo occupatione mentem noſtram ſic diebus inuoluit & noctibus, quod felices nos exiſtimauimus, ſi noſtra ad hoc faciente ſollicitudine, expenſisque ac oportunis laboribus ſuffragantibus eundem Ordinem, & Fratres ad partes Reni,

noſtre videlicet dioceſis Moguntine, vbi dictus Ordo adhuc penitus erat incognitus, deducere valeremus, vt plebs ibidem nobis commiſſa, eorum ſanctis erudita exemplis, ſue deuotionis proficeret incrementis.

Queſita & inuenta oportunitate Fratres dicti Ordinis non ſine feruenti deſiderio ad noſtram euocauimus preſentiam, ipſius noſtre deuotionis diu conceptum propoſitum circa eos, & eorum Ordinem proponendo. Deinde Fratribus & Ordini predicto iuxta decurſum Reni in Ringauia in valle, que noua Domus *dicebatur hactenus, locum pro monaſterio conſtruendo, & Conuentu ibidem perpetuo Deo famulando dedimus & donamus, ac eisdem Ordini & Fratribus pro habenda ibi manſione perpetua iuxta diſtinctionem & limitationem terminorum per nos factam, in preſentia multorum deuotorum & fidelium noſtrorum, cum in dicto loco in honorem omnipotentis Dei, & glorioſe genitricis Virginis Marie, ſanctique Ioannis Baptiſte, lapidem erigeremus fundamenti, & cum eundem locum appellandum de cetero felici intitulatione* Vallem ſancti Petri *intitularemus, que diſtinctio ſeu limitatio a fontibus incluſis vſque ad finem pratorum dicte vallis mediis hinc inde interclusis, videlicet agris, pratis, paſcuis, riuulis, & ſyluis, & vſque ad ſummitates montium, que a tranſeuntibus in valle videri poſſunt, & non vltra ſe extendit, preſentis ſcripti patrocinio confirmamus; volumus tamen, vt in nemoribus adiacentibus pleno participio lignorum, & paſcuis pro ſuis neceſſitatibus perfruantur, & vt dictus locus iuxta noſtram ſolemnem intitulationem* Vallis ſancti Petri, *vt prediximus, appelletur.*

Et licet eccleſie noſtre Moguntine ea ſollicitudine & diligentia, prout decuit, DEO auxiliante prefuimus, quod ipſa nullis penitus poſſeſſionum ſeu reddituum ſit dimembrata prouentibus, ſed potius notabiliter apparenterque poſſeſſionum & reddituum ſub noſtro felici regimine profecerit incrementis, in fundatione tamen dicti monaſterii, quod pro remedio anime noſtre fundauimus, nihil penitus de bonis dicte eccleſie noſtre Moguntine, quam ſolum locum, nulli prorſus vtilitati, ſed cuidam venationi, imo potius vagationi deditum abſtulimus, ſed prouentus, de quibus dicti Fratres ſuſtentari debent, eis de burſa noſtra comparatos, duximus largiendos. Dedimus ſiquidem dictis Fratribus & donamus in villa Eſchbach ſuperiori *tertiam partem decime, item in* Eſchbach inferiori *de quibusdam agris viginti & quatuor octalia ſiliginis & tres modios, nouem octalia auene & ſex pullos eſtiuales; item in terminis ville* Hauſen *de quibusdam agris & pratis duo maldera ſiliginis, tres modios & dimidium papaueris. Item ibidem quedam prata & nemora, item de decima in villa* Weilbach *centum maldera ſiliginis, duo maldera piſe, viginti quatuor ſaccos auene, menſure Moguntine, duas libras Hall. item in predicta villa de quibusdam agris quinque maldera ſiliginis. Item in villa* Wicker *de vno manſo & dimidio decem & octo maldera ſiliginis. Item de parte decime predicte ville viginti tria maldera ſiliginis menſure Moguntine. Item de decima vini ibidem, & nouem iugeribus vinearum minus vna virga, quatuor carratas vini communis, item de area & pratis ibidem viginti ſolidos Hallenſ. item in villa* Maſſenheim *ſex maldera ſiliginis, duos ſaccos avene, & triginta quartalia vini Franci, quod ſoluunt* Henricus *dictus* Scheckelman, *& ſui heredes; item in villa predicta* Reinoldus *& mater ſua ſoluunt ſex den. Col. de dimidio iugere vineti; item quandam inſulam Reni, que eſt ex oppoſito ville* Waldaffen. *Item quosdam redditus in* Ingelheim *&* Oſterich, *qui ſunt deoluti ad nos per mortem Ioannis Presbyteri ex hoſpitali in* Oppenheim, *quæ ipſis omnia & ſingula pro ſuſtentatione eorum perpetua elargimur.*

In cuius rei teſtimonium & perpetui roboris firmitatem preſentes litteras ſigilli noſtri appenſione duximus communiri. Actum & datum Moguntie. Anno Domini milleſimo trecenteſimo viceſimo, XII Kalend. Iunii.

IV

De eiusdem alio transferendæ cauſſis.

Quum vero *Petro* fundatore fatis functo a Nobilibus Rhingauiæ, venatu per tractum iſtum excluſis, variis modis impeterentur, adeo, vt vitam religioſe tranquilleque ſecundum Ordinis regulas agere amplius haud poſſent, alias anno MCCCXXII viſum fuit quærere ſedes.

V

De prona Matthiæ *circa eandem transferendam voluntate.*

Matthiam, quem hac de cauſſa reuerenter compellabant, admodum experti ſunt facilem. Simul enim ac alium ſibi locum concedi rogarant, *Henrico* de *Rodenſtein*, *Emelrico* de *Rüdisheim*, & *Ioanni* de *Fontibus*, ad ædem metropolitanam Canonicis, commiſſum, vt in rem diligenter inquirerent, & comperto, ita ſe illam habere, Fratribus deferrent. Quod & factum; vt ſequentibus manifeſtum fit litteris.

Gotfridus *Cuſtos*, Eberhardus *Cantor*, *totumque Capitulum eccleſie Moguntine vniuerſis, tam preſentibus quam futuris, ſalutem in Domino ſempiternam. Alma mater eccleſia ſummi Patris veſtigiis inherendo illos vberiori retributione proſequitur, quos feruenti deuotaque contemplatione, penitentiis, orationibus fructuoſis hortum huius labentis ſeculi nouit rigare aquis ſpiritualis gratie & doctrine. Hi ſunt Fratres Ordinis Carthuſienſis, in quibus nedum religio, ſed totum corpus eccleſie exemplum regularis diſcipline, velut in ſpeculo caſtitatis & innocentie, poſſunt & poterunt intueri, laſciuie tenebris profugatis. Propter que recolende memorie Dominus* Petrus, *Archiepiſcopus Moguntinus, volens prefatum Ordinem adornare nouellis plantationibus filiorum, eisdem Fratribus ſpirituali inſtigatione motus, pure propter Deum contulit locum, quem vocauit* Vallem S. Petri, *circa* Scharpenſtein, *cum ſuis appendicibus, & quosdam redditus, & alia bona, que in ſuis litteris plenius continentur, ad edificandum ibidem monaſterium, domum, cellas, & alia conuenientia ad Conuentum ſecundum illius Ordinis regulam conſtruendum. Verum quia nouis periculis emergentibus, que conuenit nouis antidotis reparari, quidam eorum vicini eosdem grauiter perturbantes, in tantum, quod diuina ibidem pacifice celebrare non poſſunt; quare proponunt, neceſſitate vrgente, ad alium locum, videlicet prope ciuitatem Moguntinam, magis eis congruum, ſe transferre. Quibus donationi facte per prelibatum Dominum* Petrum, *ac translationi faciende, Concanonicis noſtris per campanam ſolemniter conuocatis, in Capitulo noſtro generali, ſcilicet in Vigilia B. Thome Apoſtoli, vnanimem conſenſum adhibemus, eundemque ſigilli noſtri magni appenſione munimus. Datum in Moguntia anno Domini MCCCXXII, Vigilia ſupra dicta.*

VI

De loco, in quem translata.

Delectus autem mons prope Moguntiam, iuxta *S. Albani* monaſterium. Et quidem non ſine ſingulari quodam viſo ſiue oſtento, vt vetus traditio habet. Quam vel in lectoris gratiam referre iuuabit, ſicut nobiſcum ſcripto fuit communicata. *Vidit religioſus quidam integræque vitæ ſenex ac Pater in cœnobio* D. Iacobi, *nocturnis priuatim vacans orationibus, in monte ab oriente monaſterii ſui in loco, vbi nunc eſt Carthuſia, ſcalam in cælum vſque directam, & angelos ſurſum, deorſumque currentes, varia materiarum genera congerentes, ligna architectorum more malleis terræ infigentes, & ædiculas conſtruere geſtientes; dumque ſollicite ſecum perpenderet, quidnam diuinæ innuerent admonitiones, timeretque, ne cælitus ſibi oblatam viſionem reticens Dei fortaſſis voluntatem impediret, viſionem hanc Confratribus ſuis, aliisque plurimis manifeſtauit.*

Quocunque vero ſe res habet modo, id patet, traditum ita fuiſſe vel iſtis iam temporibus. Sic namque Reuerendi, quibus negotium *Matthias* commiſerat, Canonici; *Quapropter Reuerendus in Chriſto Pater & Dominus noſter* Matthias, *Archiepiſcopus Moguntinus, ad prædictos Fratres pios oculos dirigendo, eosque a tantis periculis cupiens liberare, nobis dedit per ſuas patentes litteras in mandatis, vt eisdem Fratribus de congruo & ſecuro loco auctoritate ipſius prouideremus in diœceſi Moguntina. Fratres vero prædicti inuenerunt non ſine inſpiratione Spiritus S. locum idoneum, pacificum, & quietum, ſcilicet montem iuxta* S. Albanum, *angelorum ſibi viſione oſtenſum, in quem ſeſe transferre ſatagunt, vt ibidem in ſolitudine altiſſimo Creatori famulentur.*

Inde etiam factum, vt tum ſtatim *Catharina* zum *Spiegel*, femina probi moris, piaque admodum, vineas ſuas, totum Carthuſiæ locum occupantes, Fratribus ſollemni adſignaret donatione.

VII

De translatæ confirmatione.

Eleemoſynis itaque piorum largiter adiuti Fratres, operi manus admouere, & relicta, quam vsque huc incoluerant, domo anno MCCCXXIV huc ſe contulere, *Matthia* Archiepiſcopo his conſenſum ſuum præbente tabulis.

MATHIAS, *Dei gratia ſancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, omnibus Chriſti fidelibus ſalutem in eo, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Candor lucis eterne, Dominus in excelſis, in ſue viſceribus pietatis, noſtre ſalutis, quam quidem proprio corpore mercatus eſt, clementer proſpiciens incrementum, vt qui noſtris demeritis in lacum demergimur, illorum piaculis ſubleuemur, qui pro noſtris reatibus diu noctuque deuotis orationibus inſiſtendo, iram Dei placare non ceſſant. Huius rei non immemor recolende memorie Dominus* Petrus, *Archiepiſcopus Moguntinus, predeceſſor noſter, more pii Patris & veri Paſtoris, ſalutem ſubditorum velut propriam mente gerens, gemma deuotionis nitide ingenti feruore decorauit dioceſin & prouinciam Moguntinam, que humilitate perforata, auroque contexta ornamento pure conſcientie vinculatur. Eſt enim gemma iſta coruſcans deuotio Fratrum* Ordinis *de* Carthuſia, *quos prefatus Dominus* Petrus *ad alueum Reni noſtre Moguntine dioceſis euocauit, eisque liberaliter intuitu diuine Maieſtatis* Vallem, *quam vocauit* S. Petri, *circa caſtrum* Scharpenſtein *contulit, & plura alia, prout in litteris eiusdem Domini* Petri *vberius continetur; ſed propter peruerſorum anfractus, & alias vrgentes cauſas ibidem Domino, quod graue ferendum eſt, prout Ordo ipſorum edocet, quiete famulari nequibant. Quam ob rem Fratres prelibati nobis humiliter ſupplicarunt, vt auctoritate noſtra poſſent ad alium locum noſtre dioceſis magis pacificum ſe transferre.*

Nos igitur, qui iugi ſollicitudinis ſtudio domum Domini vbertate fructuum cupimus habundare, vt noſtre plebis deuotio eorum ſanctis operibus erudita ad altiora conſcendat, Honorabilibus Viris Henrico *de* Rodenſtein, Emerico *de* Rüdensheim, *&* Iohanni *de* Fontibus, *Canonicis eccleſie Moguntine, Deuotis noſtris, dedimus in mandatis, vt, ſi cauſa ſubeſſet translationi & donationi predictis, vice noſtra, conſentirent. Fratres vero predicti locum magis quietum ſibi acquirentes, diuina gratia mediante, videlicet montem prope Moguntiam iuxta S. Albanum verſus Renum, qui* non ſine ſancti Spiritus oraculo Beati Michaëlis Archangeli *nuncupatur, ibidem ſe transferentes, Capellam, Cellas aliquas, & alia conuenientia conſtruendo; quibus omnibus predicti noſtri Commiſſarii cauſis legitimis eos mouentibus auctoritate noſtra conſenſerunt, predictis etiam omnibus Capitulum noſtrum Moguntinum conſenſum vnanimem adhibuit, prout in litteris ſuper his confectis plenius eſt expreſſum.*

Quia vero, ſicut eidem Domino Petro *in Pontificali dignitate Deo fauente ſucceſſimus, ſic in affectus plenitudine in his, que compendium ſubditorum concernunt, ſucceſſiſſe debemus, translationem, edificationem, conſenſumque Commiſſariorum noſtrorum, ac etiam Capituli noſtri Moguntini, nec non donationem, ſeu donationes eisdem Fratribus per prefatum Dominum* Petrum *factas auctoritate Ordinaria per preſentes in nomine Domini confirmamus, concedendo eisdem Fratribus, vt libere ibidem diuina valeant celebrare, ac Conuentum habere, aliaque Dei opera exercere ſecundum ipſius Ordinis tam priuilegia quam ſtatuta, & Canonicas ſanctiones, & quod Capellam, ſeu eccleſiam cum atrio, vbi ſuos defunctos ſepelire poſſint, facere valeant conſecrari per quemcunque Archiepiſcopum vel Epiſcopum, habentem executionem ſui Ordinis Catholicam, & gratiam Sedis Apoſtolice obtinentem.*

In cuius noſtre confirmationis teſtimonium euidens, & perpetuam roboris firmitatem ſigillum noſtrum duximus preſentibus litteris appendendum. Datum & actum Pinguie feria ſexta proxima poſt annuntiationem B. Marie Virginis glorioſe, anno Domini milleſimo trecenteſimo viceſimo quarto.

VIII

De appellatione eiusdem.

Quod ita ſtatuere aſceterium, vocatur *Domus in monte S. Michaelis*, ſiue, vt vernacula in litteris antiquis eſt; *Das Hus vff S. Michaelsberg by Menz Carthuſer Ordens. Domus* quidem, more loquendi Carthuſienſis inſtituti Fratribus ſub prima

ſtatim

ſtatim Ordinis initia recepto; ceterum a loco, in quo ſuſcitatum fuit, *domus in monte S. Michaelis*, item *ſacra domus Ordinis Carthuſienſis in monte S. Michaelis extra muros Maguntinenſes.*

IX

De æde ſacra eidem adſtructa.

Aedes, quam adſtruxere, ſacra ſurrexit beneficio *Ioannis*, Archigrammatei Bingenſis, ad culmen perducta anno MCCCXXX; quam dein anno MCCCL ſollemni ritu conſecrauit *Albertus*, Epiſcopus Ippuſenſis & Suffraganeus Moguntinus. Fidem faciant, quas appono, tabulæ.

Frater ALBERTVS *de* Bichelingen, *Dei gratia Ippuſenſis eccleſie Epiſcopus, Vicarius in Pontificalibus Reuerendi Domini, Domini noſtri Gerlaci, Archiepiſcopi Moguntini, vniuerſis, quibus preſentes exhibite fuerint, cupimus fore notum, quod ſub anno Domini MCCCL, feria III infra octauas Paſche, diuina nobis aſſiſtente clementia, eccleſiam Fratrum Carthuſie extra muros Moguntinos in honorem* ſancte & indiuidue Trinitatis, *Beatorum* Ioannis Baptiſte, Michaelis *Archangeli, & omnium Angelorum cum Capella ſacriſtie & altari eiusdem in honorem Beatorum* Martini, Hugonis, Nicolai, *& omnium ſanctorum Confeſſorum, nec non Capellam cum altari in Capitulo dictorum Fratrum in honorem ſanctorum* Iohannis *Euangeliſte*, Andree, & omnium Apoſtolorum, *cum duobus altaribus in choro conuerſorum eccleſie Fratrum predictorum, vnum videlicet glorioſe Virginis* Marie, *beate* Catharine, & omnium ſanctarum Virginum, *reliquum vero in honorem* S. Crucis, & omnium ſanctorum martyrum *conſecrauimus per manuum noſtrarum impoſitionem, ſecundum formam ſancte matris eccleſie, adhibitis ſolemnitatibus debitis adhibendis.*

Propterea vniuerſis Chriſti fidelibus diuine propitiationis meritum viis & modis ſalutiferis augere in Domino deuote cupientes, omnibus igitur confeſſis & contritis, qui dictis Fratribus pro Conuentu, vel fabrica, eccleſie luminaribus, vel aliis ornamentis eccleſiaſticis manus ſuas porrexerint adiutrices, vel qui cauſa peregrinationis in feſtiuitatibus, videlicet Natiuitatis Chriſti, Paſche, Pentecoſtes, Corporis Chriſti, *glorioſeque Virginis* Marie, *nec non Patronorum predictorum, & in dedicatione eccleſie prenotate ipſam eccleſiam acceſſerint, ibidemque cum cordis contritione tria* Pater noſter, *& tria* Aue Maria *in laudem & gloriam omnipotentis Dei, & glorioſe Virginis Marie, ac omnium Sanctorum deuote orauerint, de ipſius Dei miſericordia, beatorumque Petri & Pauli Apoſtolorum gratia & meritis confiſi, authoritate noſtra, qua fungimur, quadraginta dies indulgentiarum cum vna carena in Domino miſericorditer relaxamus. Inſuper dedicationem predictorum eccleſie, Capellarum, & altarium futuris perpetuis temporibus in antea, in Dominica, qua cantatur* Miſericordias Domini, *preſentibus ſtatuimus ſolemniter ſecundum ſancte matris eccleſie inſtitutionem celebrandam. Data anno Domini MCCC quinquageſimo, feria ſecunda poſt Dominicam Quaſimodogeniti.*

X

De Sacellis eiusdem, eorumque auctoribus.

Sacella vero aliis ſuas debent origines. Id enim, quod *S. Ioanni Baptiſtæ* ſacrum eſt, ſuo ſumtu ſtatuit, in eoque tumuli locum ſibi elegit *Ioannes*, Camerarius *de* Wormatia, *dictus* Dalberg, magni Eques nominis; id quod Prior & Congregatio in litteris, anno MCCCLXXIV die Saturni D. Nicolai ferias proxime ſubſecuta datis, hiſce verbis memorant prædicantque: *Die Capellen bi vnſer Kirchen, die ethvvan der Goddechtig Ritter Her* Iohann Kemer *ſelig buvvete, vnd darinne begraben lyt.* Quod dum refero, non poſſum, quin ſtatim ſubiiciam, *Ioannem* ab *Hirſchorn*, eximium veteris familiæ Equitem, ſiue, vt iſtis temporibus loquebantur, Militem, clauſtri tum inquilinum, eodem hoc anno MCCCLXXIV centum florenos aureos Priori ac Contubernio numeraſſe ad fouendi luminis perpetui in hac Capella vſum, (*daſs vvir*, vt ipſi produnt, *die Capelle an alle geluchte mit vvaſſe vnd oley bevvaren, vnd evviglich beluchten ſollen.*)

Sacellum *D. Mariæ Magdalenæ* dicatum, *Capitulum* vulgo, condidit *Emico* de *Landeck*, qui die XXVIII Ianuar. an. MCCCLXXXV vel ſequenti diem ſuum obiit, Fratrum per XXX annos cohabitator admodum beneficus.

Id, quod *Saluatoris* dicitur, ſæculo XV ſuſcitarunt *Ioannes Stirn*, Francofurti ad ædem B. M. V. in monte Vicarius, & *Bartholomæus Heidelberger*, ciuis ibidem & aurifaber, qui tandem religionis ductus ſtudio huc conceſſit, ac FF. Præbendarius, vt loquuntur, factus eſt.

XI

De eiusdem Benefactoribus.

Enimuero & alii fuere, quorum pia liberalitate Eremus hæc noua ſubinde cepit incrementa. Quos inter Auguſtiſſimus quidem Imperator *Carolus IV* peculiaribus tabulis honeſtiſſima Fratribus conceſſit priuilegia, immunitatem ſcilicet a teloniis, omnibusque exactionibus; tum vero licentiam ac facultatem quotannis in vſum Domus XXV ſuccidendi arbores in ſilua Francofurtenſi.

Cæſarem imitatus *Ioannes II*, Archiepiſcopus & Elector, eos a præſtatione quorumcunque ſubſidiorum & id genus collationum aliarum liberos eſſe voluit; id quod ſequentes docent tabulæ, circa an. MCCCCVIII confectæ.

IOHANNES *D. G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus &c. Vniuerſis & ſingulis, tam preſentibus quam futuris, ad quos preſentes noſtre littere peruenerint, ſalutem in vero omnium ſalutari. Religioſis ſanctarum deuotionum locis, perſonisque in eisdem degentibus, hys preſertim, qui, diuina eis aſpirante clementia, in corporali maceratione pro corona legitime certant glorioſa, illa eis vtique munera concedere nos delectat gratiarum, quibus in agricultatione minus impediri valeant Crucifixi; ac eo liberius, tamquam oportunam partem eligentes, altiſſimo Patri luminum militare.*

Quamquam igitur ſacra domus Ordinis Carthuſienſis *in monte* S. Michaelis *extra muros Maguntinenſes, per felicis recordationis quondam Dominum* Petrum, *tamquam inceptorem, & conſequenter quondam Dominum* Mathiam *velut conſummatorem, Archiepiſcopos Maguntinos, predeceſſores noſtros, pro diuine laudis cultu, beate Marie, Dei genetricis, ac totius curie celeſtis veneratione condigna laudabiliter ſit fundata, & feliciter inſtaurata, in qua quidem domo quamplures, tam Clerici quam laici, huius mundi pompoſas relinquentes vanitates, eterne vite premia ſequentes largientis fructus honoris & honeſtatis in pin-*
* f. iij *guedine Spiritus,* * *pretulerunt, preferent de futuro, &, vt ſperamus, ſua deprecatione continua, furorem arguentem, & iram Domini corripientem, miſericorditer frequentius auerterunt, & hodie valent auertere; tamen, ac experientia veraci didicimus, domus eiuſdem religioſi in Chriſto nobis ſincere Dilecti Prior & Conuentus, tempore dictorum, & aliorum predeceſſorum noſtrorum, & noſtris ſimiliter temporibus in poſtulatione ſubſidiorum, procurationum, & aliarum ſubuentionum, exigente vtilitate & neceſſitate eccleſie noſtre p. t. impoſitorum aut impoſitarum, a ſue deuotionis contemplatione frequentius fuerunt impediti, & veriſimiliter poſſent in poſterum perturbari.*

Nos igitur dictorum predeceſſorum noſtrorum inherendo veſtigiis, quibus dictos, locum & perſonas, glorioſis inſtaurationum fundauerunt initiis, eaſque fauore volentes proſequi gratioſo, ac ſperantes in Domino, quod quicquid noſtra, ſeu ſucceſſorum noſtrorum poſſibilitas non obtinet, eorum nobis interceſſione donetur, & vt eo quietius Domino virtutum valeant famulari; de vera ſcientia --- predictos Priorem, Conuentum, perſonas & domum earum, earumque ſucceſſores ---- ab omnibus ---- impetitionibus, poſtulationibus, exactionibus quorumcunque ſubſidiorum, procurationum, & aliarum ſubuentionum---- eximendos duximus &c.

Frielo Boderam, ciuis Moguntinus e Patritiorum ordine, an. MCCCCII, V Idus Octobr. fato ſuo functus, *Ortvvinus Hoppener*, Sacerdos Francofurtenſis, poſtea factus Carthuſiæ alumnus & anno MCCCCXVIII Prior, *Petrus* im *Hofe*, Marpurgenſis, Collegialis B. M. V. ad gradus Cantor, an. MCCCCXLIII, die XXI Martii morte interceptus, *Petrus Oberkam*, Vicarius ad D. Catharinæ

Oppen-

Oppenhemii, anno MD, die II Aprilis mortuus, veteres illorum facultates aliis beneficiis ac commodis auxere.

XII

De illustribus eiusdem incolis.

Vti vero hi bonis suis Domui huic attulere incrementum; ita alii non parum ei affudere splendoris ac ornatus, religionis quam in ea excoluere studio, viri cetera natalium nobilitate maxime illustres. Quippe, vt aliquos tantum afferam, cum omnes recensere nimis longum foret, mollioris vitæ commodis abiectis, vltro in hac Domo circa an. MCCCCXXXVIII monasticen professi sunt duo germani fratres, e familia *Brendeliorum* de *Hohenburg* siue *Homburg*, e qua Celsissimus Archiepiscopus *Daniel* ortum traxit. Tum vero *Ioannes* ab *Isenburg*, familiæ Büdingensis, Archipræsulis *Dietheri* frater, qui anno MCCCCXXXIX Prior factus est Domus, quæ *noua Cella* appellatur, in *Grünau*; quo tamen officio se post abdicauit, vt Deo hoc quietius seruire posset, & an. MCCCCLXIII cursum suum laudabiliter consummauit. *Ioannes* item de *Bellersheim*, magnaque & veteri prosapia vir, qui Ordinem hic intrauit anno MCCCCXLI, & an. MCCCCLXIV, die IX Martii spiritum Deo reddidit; cum maxime vero *Florianus*, designatus Archiepiscopus Gnesnensis, qui honoribus atque omnibus vitæ huius deliciis sponte abdicatis, in humilem *D. Brunonis* familiam hic se redegit, ac anno MDLI, inter ipsa adhuc tirocinia, viuendi fecit finem, dignus habitus, quem *charta Capituli generalis* his memoret verbis: *Obiit Reuerendissimus in Christo Pater ac Dominus, Dominus* Florianus Susla Warschania, *Archiepiscopus designatus Gnesnensis, nouitius in Domo Moguntiæ, qui habeat tricennarium per totum Ordinem.*

XIII

De deuastatione eiusdem Brandenburgica.

Sedenim anno MDLII, Priore admodum Venerabili *Vito* a *Dulcken*, Prouinciæ Conuisitatore, die octauo a festo B. V. adsumtæ, hora IX nocturna, incendio, de quo *Serarius* rerum Moguntiacar. lib. I cap. VII & XXXI, Brandenburgico claustrum hoc pæne totum in cineres resedit: nil enim a flammis illæsum mansit præter granarium iuxta molam, & quatuor Fratrum domicilia (*Cellas* vulgo vocant)

XIV

De misero Fratrum illo tempore statu.

Domo sic in bustum coniecta, plerique Fratrum ad alia prouinciæ cœnobia missi fuere, paucissimi remansere, vitam Moguntiæ in domo, quæ vulgo *zur Eych* dicta, mærorem inter ac lacrimas tolerantes. Quin anno sequenti, dum Prior *Vitus* a *Dulcken* vltimum poneret spiritum, nonnisi vnicus supererat Sacrista, qui animam trahenti assisteret. Vnde Abbas D. Iacobi defunctum sepulturæ tradidit, suo funus sodalitio comitatus.

XV

De eiusdem reædificatione.

Enimuero, cum dispersi Deum sperarent, facilesque ac benignas piorum manus, Domus e ruinis sustollendæ non abiecere consilium. Resurrexit itaque post, opera maxime singularique studio *Valentini* de *Capella*, Prioris optime meriti, claustrum hocce, pristinumque habitum recepit.

XVI

De statu eius tempore belli tricennalis.

Vix autem restitutum erat, cum in extremum rursus venit discrimen. Anno namque MDCXXXI in ista rerum caligine, Suecis, omnem late viciniam persultantibus iuxta atque occupantibus, ad omnem patuit iniuriam; a quibus etiam nudata spoliataque omnia, fana, granaria, penus, cellæ; frugibus conditiciis, vini, aliarumque rerum facultate, vasis sacris, picturis, libris (quorum

rum hi ſummæ fidei, reuerendæque ætatis erant; illæ magni omnino pretii, magnaque ſpecie) improbiſſima ratione auerſis. Vt adeo nil ipſorum manus effugerit ac furorem, præter ædificia, quibus pepercere: *Iona Meder*, Priore, interim Coloniæ, Fratrum vero plerisque in Galliis fata meliora exſpectantibus.

XVII

De eiusdem inſtauratione.

Quæ cum apparuiſſent, auxilio Dei, ſingularique Reuer. Patris Prioris, *Iodoci Schvvab*, cura factum, vt clauſtrum hoc, miſeriis ſenſim leuatum, progreſſu temporis priſcum reciperet decorem.

XVIII

De hodierno eius ſtatu.

Præcipue proximis hiſce annis opera ſtudioque admodum Reuerendi Patris Prioris, *Michaelis Welcken*, Treuirenſis, haud parum accepit ſplendoris ac incrementi. Eleganti ſane ornatum eſt templo; templum vero altari, magnifici ſpecioſiſſimique operis, ex marmore anno MDCCXV ſtructo; Bibliotheca adhæc non contemnenda, de qua ad *Serarium* l. d. cap. XXXV dictum pluribus, conſpicuum.

De COENOBII FF. B.M.V, de *monte Carmeli*, *intra mœnia Moguntina*, origine, fatis, ſtatu &c.

I

De Carmelitarum *in vrbem Moguntinam aduentu.*

ERemitæ domus *B. Mariæ* de *monte Carmeli*, quum oriente relicto ſparſim occidentem incolerent, non longe poſt approbati inſtituti exordia honeſtam etiam Moguntiæ ſedem adepti fuere.

Contigit id temporibus *Wernheri* Archiepiſcopi, illuſtriſſima *Eppenſteiniorum* proſapia oriundi: vt tamen annus, quo primum Moguntiam ingreſſi ſunt, certo diſtincteque definiri nequeat.

II

De primi illorum domicilii exſtructione, confirmationeque Archiepiſcopali.

Admiſſi, mox ad monaſterii, oratoriique exſtruendi curam conuerſi ſunt: quam cum impigre agerent, paucos intra annos vtrique, licet non ſine multo labore, faſtigium impoſuere.

Quo facto domus ſtatum, fortunasque non confirmauit modo *Gerhardus II*, gente itidem *Eppenſteinius*, verum etiam anno MCCXC, dato diplomate, ne quis infeſtas haberet, in ſuam recepit tutelam: indultis ſimul ſingulis ac omnibus, qui in feſtiuitatibus natalis Chriſti, Paſchatos, Pentecoſtes, B. M. Virginis, factæque dedicationis religioſe illorum ædem, animoque pie præparato frequentarent, quadraginta dierum indulgentiis.

III

De domicilii exſtructi mutatione.

Apparuit poſt, nimis anguſtum eſſe, quod ſibi exſtruxerant, tum domicilium, tum oratorium. Vnde ſub initium ſæculi ſecuti venerandus Frater *Simon*, Conuentus Prior, vt difficultati huic conſuleret, ſi quid aliud penſi habuit.

Erant duæ curiæ, haud procul a Rheno, quarum vna appellatione germanica *zur Roſen* nuncupabatur, altera *zum Hirſchfelder*, domicilio ampliori ſtatuendo præter ceteras commodæ. Illas igitur, cum areis atque ædificiis adiacentibus aliis, ſibi Fratribusque' redemit, piis ciuium aliorumque eleemoſynis adiutus, ac in monaſterium conuertit.

IV

De Carmelo Moguntino Capitulis prouincialibus celebrandis ſubinde lecto.

Congregari ſolent ſtatis temporibus, qui monaſteriis inſtituti Carmelitani præſunt, Priores, ad res Ordinis inſpiciendas, ordinandas, tuendas.

Id genus conuentibus ſiue comitiis Patrum prouinciæ Rhenenſis habendis quam aptiſſimum viſum hoc in vrbe cœnobium. Præter enim quod in meditullio quaſi tractus Rhenani eſt, tum vero in vrbe loci natura nobili, ampla, copioſa, rebus-

rebusque necessariis, vino, annona, cibariis, affluente, distinctione cœnaculorum multiplici recipiendis tot Patribus præ aliis sufficere videbatur.

Quare non istis solum temporibus, verum etiam postea semper fere delectum fuit ad conuentus, in quibus de rebus communibus deliberarent, agerent, statuerentque Ordinis Patres, Rhenensi prouinciæ contributi.

V

De eodem a pluribus dignitate eminentibus in hospitium lecto.

Idem in caussa fuit, vt a multis temporibus viri natalium splendore, munerumque dignitate eminentissimi, Nuntii præcipue Roma missi, dum Moguntiam venirent, non alibi, quam in hoc monasterio hospitari vellent.

Raymundus sane *Payrandus* siue *Perandus*, ecclesiæ Xantensis Canonicus & Archidiaconus, quum anno MCCCCLXXX legati Pontificii vicem fungens Moguntiam appulisset, populum Christianum ad bellum in Turcos, religioni Christianæ tum infensissimos hostes, comparandum, gerendumque exhortaturus, in Carmelum diuertit. Dein, *Bertholdo* pedum tenente, rursus ad hos Fratrum penates hospitaliter ingressus est, eosdemque in prædicatione Bullæ Cruciatæ & indulgentiarum sibi adsciuit adiutores. Post ab Alexandro VI *S. Mariæ nouæ* S. R. E. Presbyter Cardinalis creatus & ad vniuersam Germaniam, Daciam, Sueciam, Norvvegiam, Frisiam, Prussiam, omnesque & singulas illarum prouincias, terras, & loca etiam sacro Imperio in ipsa Germania subiecta ac eis adiacentia Apostolicæ Sedis de latere Legatus, Moguntiam an. MDII veniens, non alio, quam Carmelitarum suorum, hospitio vti voluit, quos etiam tum haud paucis affecit beneficiis.

Bernardinus S. R. Ecclesiæ tituli *S. Crucis in Ierusalem* Cardinalis, Legatus a latere anno MDVIII a Iulio II in Germaniam amandatus, quum Moguntiæ opportunam pro hospitio domum quæreret, commodissimam inuenit hanc Carmelitarum, quam etiam subiit.

Thomas de *Vio Caietanus*, Cardinalis, Legatus a latere a Leone X anno MDXIX in Germaniam missus, etsi familiæ Dominicanæ erat religiosus, nihilo secius tamen in hoc Carmelitarum cœnobio hospitari voluit; in quo etiam a Dominica Palmarum ad quartam vsque post festum S. & indiuiduæ Trinitati sacrum, diuersatus est.

Similiter Cardinalis *Laurentius Campegius* anno MDXXX, dum finitis Comitiis Augustanis Coloniam Vbiorum peteret, & in via Moguntiam transiret, apud illos se collocauit, tanquam hospites. Idem fecit biennio post in Quadragesima.

Quin ipse tandem *Daniel* Archiepiscopus, arce S. Martini voracibus Alberti Brandenburgici flammis anno MDLII hausta, hoc fratrum cœnobio, donec pristina illa Archiepiscoporum Sedes restituta foret, est vsus. *Serarius* lib. I rer. Moguntin. cap. XXXI sect. III p. 115 sq. & lib. V in *Daniele* cap. VI p. 919.

VI

De instituta studiorum in eo tractatione.

Quum illos, qui sese in monasticam tradunt disciplinam, doctos esse deceat, litterarumque peritos, non inconsulto visum fuit maioribus, formandis excolendisque iuniorum ingeniis hoc in loco omni operam dandam esse contentione.

Certe iam sæculo XIV studiis Carmelum Moguntinum sacrum esse voluere. Idem voluere temporibus sequutis. Vti sane anno MDXXXIX in Comitiis Ordinis generalibus Vincentiæ celebratis Studiis eundem Ordinis generalibus adnumerarunt.

Atque adeo hoc fine subinde constituti fuere, qui Fratribus tum scientias exponerent philosophicas, tum vero litteras explicarent, traderentque sacratiores. Vt dictis hoc maior fides sit, dabo, quæ in ephemeridibus cœnobii ad an. MDXLII annotata reperiuntur: *Prior Carmeli Moguntinensis erat R. P. Ioannes Fabri, eiusdem Vniuersitatis Baccalaureus:* Lector Theologiæ, *Petrus Hueff*; Lector Philosophiæ, *Gosvvinus a Gelria.*

Nomi-

Nominatim officio huic cum insigni sodalium fructu functi olim sunt *Ioannes Gavver*, & *Gerhardus de Castris*; de quibus in dissertatione *de Doctis Moguntinis* actum pluribus.

VII

De Prioribus Carmeli huius ex virtute legendis.

Quum maxime consultum sit, illos, qui gregi seruando præsunt, ac ex ordinis consuetudine *Priores* vocantur, non morum probitate tantum, vitæque sanctimonia ceteris excellere, sed doctrina etiam, auctoritateque; a primis statim Carmeli Moguntini incunabulis receptum fuit, vt in Priores fere non adsumerentur alii, quam qui in publicis academiis publicum eruditionis suæ consecuti essent testimonium, Baccalaureorum, Magistrorum, Doctorum exornati titulis.

Quin, in Comitiis Ordinis generalibus, Romæ anno MDXCVIII tempore Pentecostali habitis, inter alia diserte constitutum fuit, vt in Conuentu Moguntino nemo ad Prioratus admittatur officium, nisi qui Licentiati vel Doctoris in Theologia insignitus sit honoribus.

E multis, quos enumerare liceret, solum memorare libet R. P. *Dietherum*, qui vulgo *de Moguntia* dicitur. Is, vti vir erat celebris ingenii, & in studiis litterarum diuiniorum excellens, anno MDVIII in academia patria merito suo Doctor Theologus renuntiatus, contubernio suo tantum lucis affudit, dignitatisque, totius vt ciuitatis oculos perstrinxerit.

VIII

De eiusdem fautoribus.

Multorum Carmelus Moguntinus expertus fuit cum beneuolentiam, tum benignitatem. Præcipue vero Comitum Nassouiorum. Ex quibus quidem *Adolfus*, Archiepiscoporum Moguntinensium, qui hoc nomine appellabantur, *secundus*, plurimis Fratres beneficiis viuus affecit; moriens vero constituit, vt sui memoriam religione illi annua pie celebrent, religioseque. Quo sane maiorum suorum secutus vestigia est. De iis enim veteres Conuentus membranæ testantur, voluisse eos, vt sibi demortuis Fratres B. Virginis Mariæ funebri Moguntiæ parentent psalmodia.

Eundem quoque illis affectum seruauit, qui eodem nomine dictus fuit, & Wisbadæ an. MDXI diem supremum obiit, *Adolfus*. Is namque in vltimæ voluntatis suæ tabulis statuit, ordinauitque, se fatis functo Fratres Carmelitas Moguntia Wisbadam euocandos, qui suis funus humeris in templum parochiale deportent, inferiasque faciant. Quod & factum, diebus nonam post festum Trinitatis Dominicam proxime excipientibus.

IX

De aula noua in eo exstructa.

R. P. *Dietherus de Moguntia*, quum Prioris obiret partes, vti monasterii res, quibus poterat modis, promouebat, ita refectorium maius non sine multo sumtu ad magnæ formam aulæ redegit, picturisque id ipsum atque aliis operibus tam scite exornauit, vt Patribus Academicis, dum locum conferendis publice honorum titulis opportunum dispicerent, hic, si quis alius, peragendis id genus sollemnitatibus visus fuerit accommodus.

Ex quo etiam sæpius illo, dum bene meritis decreti in litterarum diuiniorum studio, iurisque peritia honores perhibendi erant, vti placuit: quod equidem in ephemeridibus cœnobii ad annum MDXIII explicate adnotatum reperi.

X

De æde incendio vicino deformata.

Contigit id anno MDXVI, ac in litteris Cardinalis & Archiepiscopi *Alberti* a. h. die XXVIII Iul. datis his memoratur verbis: *Cuius modo turris, campanile, campana, tectum chori, & ecclesiæ latera igne ex vicinis eiusdem ecclesiæ ædibus principium sumente consumpta sint atque combusta.*

Vt inſtaurari poſſet, conceſſa FF. ab *Alberto*, Cardinale & Archiepiſcopo, quauis parte diœceſis Moguntinæ ſubſidia poſtulandi poteſtas; ſimul vero liberalis CXL dierum ad noxæ leuioris piacula relaxatio fabricam pie promouentibus indulta.

XI

De Conuentibus, quos Academia quotannis in ea agere ſolet.

Bis quotannis Academia ex Collegio, quod vulgo *Schenckenbergianum* dicitur, in templum Carmelitanum ſe confert pompa. Vt honorem, quem Carmelus illi habuit, & etiamnum habet, ipſa viciſſim habere videatur Carmelo.

Et quidem primum ſacram domum illam adit, vt Academicis defunctis concentu muſico ſollemniter parentet. Dein, vt Rectori, anno circumacto magiſtratu ſeſe abdicanti, per ſuffragia, ordine modoque conſtituto, ſurroget alium, qui faſces exinde moderetur academicos.

XII

Item de ſollemni Ordinis Medicorum in ea muſico.

Præter iſtos Conuentus, quos Academia quotannis in hac æde agit, ſigillatim Ampliſſimus *Medicorum* Ordo ſingulis annis in ea feſtum SS. *Coſmæ & Damiani*, Ordinis dicti patronorum, muſico celebrat ſollemni.

XIII

De facie cœnobii ſub Electore Ioanne Philippo *aliquantum immutata.*

Hortus monaſterii ad plateam vſque protenſus, & domunculæ quædam aliæ, rebus vendendis accommodæ, quæ in bonis Carmeli erant, viam reddebant valde anguſtam: quam tamen, cum e ponte Rhenano vrbem intrantibus ſeſe primum obiiciat, latiorem eſſe decebat.

Eminentiſſimus igitur ex Illuſtriſſima Schönborniorum gente Archiepiſcopus, *Ioannes Philippus*, ad expandendum iſtam, ædiculas illas, Fratrum aſſenſu, deſtrui, hortumque illorum arctioribus paullo terminis circumſcribi iuſſit: inſignibus ſuis, vt poſteris de auctore operis conſtaret, e lapide exſculptis, veſtibulo iuxta plateam impoſitis.

Ne vero Fratribus eſſet, quod iure quererentur, ipſe Archiepiſcopalis ærarii ſumtu, ad finem horti, in vſus illorum officinam exſtrui curauit cereuiſiariam, vna cum cella tum ampla, tum bene materiata.

XIV

Sub Damiano *itidem* Hartardo.

Neque vero temporibus ſequutis ceſſatum, Carmelo huic affundere, quod vel ad Fratrum commodum, vel domicilii ipſius ornamentum facere poſſet.

Sane circa an. MDCLXXVII Conuentus Prior, R. P. *Georgius* a *Regina Angelorum*, SS. Theologiæ Doctor, curæ ſibi habuit, vt ad auguſtiorem redigeretur formam.

Præſtitum id, ſuperius variis pro hoſpitum & infirmorum vſu conclauibus exſtructis, adornatisque; inferius vero refectorio magno exædificato: quod quidem poſtea, quum omnino nouum a fundamentis erigeretur monaſterium, bibliothecæ Carmeli adſeruandæ attributum fuit.

XV

De ſtatua B. V. Virginis in veſtibulo domus poſita.

Vrbe anno MDCLXXXIX, circa feſtum Virgini Deiparæ naſcenti ſacrum, felicibus Cæſaris ac Imperii armis recuperata, iugoque Gallico liberata, Sereniſſimus Lotharingiæ Dux *Carolus*, de ſtatua *D. Virginis* publice ante aream Carmelitarum, vulgo *dem Carmeliter-platz*, in excelſa baſi ponenda, mandatum dedit.

Ordinauit autem faciendam e marmore Pario, omnique expoliendam ornatu:

natu : hunc inter vero omnis generis armis, inſtrumentisque bellicis pedibus Diuæ ſubiectis ; vna cum chronoſticho vrbis expugnatæ.

Herois itaque huius ſtrenuique admodum D. Virginis cultoris opera Carmelo huic nouum ornamenti genus affuſum eſt : quamuis eo non multo poſt præmatura, luctuoſaque bonis omnibus morte rebus humanis erepto, ad conditiones iſtas haud ex omni parte deſcenderint, quibus operis incumbebat cura. Quippe non e marmore, ſed lapide cano factam ſtatuerunt in veſtibulo monaſterii, iuxta plateam.

Præter ornatum tamen, quem ſuo ſumtu addiderat Prior Conuentus, tergo illius, Conuentum verſus, artificis ſtilo duo hæc chronoſticha incidi curauit :

CVLtVs MarIanI ſpLenDor
eſt
DVratVra CarMeLI gLorIa.

Baſi vero in fronte, & ab vtroque latere ;

VIrgInI MatrI
DVX LotharIngIæ
CIVItatIs serVator
ponebat.

XVI

De nupera auguſtioris domicilii exſtructione.

Enimuero, ad ſubſtructionum molem cum maiorem, tum auguſtiorem exſurgere debebat Carmelus hic noſter. Ita namque complacitum erat cum aliis, tum maxime Eminentiſſimo Electori & Archiepiſcopo, *Lothario Franciſco*, quem Deus ſeruet ! ipſi.

Accedebant piæ quamplurium ad opus faciendum largitiones : Eminentiſſimi, puta, quem modo diximus, Archiepiſcopi ; Sereniſſimi itidem Reuerendiſſimique Principis *Franciſci Ludouici*, e Ducibus Palatino-Neoburgenſibus, Magni Ordinis Teutonici Magiſtri, atque Epiſcopi tum Vormatienſis, tum Vratislauienſis, qui fauſtis auſpiciis anno MDCCX Adiutoris titulo infulæ Moguntinenſi deſtinatus eſt ; nunc vero in eccleſia Treuirenſi probatiſſimi Pontificis munia ſuſtinet : tum vero Celſiſſimi Principis *Turriani de Taſſis*, Magiſtri veredariorum per Germaniam & Belgium ſupremi iuxta atque hereditarii. Quos apud cum multum pietate, eruditione, morum integritate, rerumque vſu valeret Adm. R. P. *Arnoldus* a *S. Leonardo*, quartum Prouincialis, ExAſſiſtens generalis, ac Eminentiſſimi Archiepiſcopi *Lotharii Franciſci* a conſiliis eccleſiaſticis, ſane pro Carmelo ſuo, quantum poterat, laborauit.

Vita pie defunctus anno ſuperiori MDCCXX, die XXXI Iulii. Ceterum is, quod grati hic prædicamus, idem ille eſt, cui narrationem hanc potiſſimum debemus.

A fundamentis igitur anno MDCCXI cœptum eſt ædificari nouum monaſterium ; Priore contubernii Adm. R. P. *Vito* a *Matre Dei*, SS. Theologiæ Licentiato, nunc, dum hæc ſcribimus, Prouincialis Socio ſiue Aſſiſtente ; primum ſtructuræ lapidem, vice nomineque Eminentiſſimi, qui tum aberat, Electoris ac Archiepiſcopi, in fundamento componente Reuerendiſſimo ac Perilluſtri Domino, Domino *Othone* de *Malsburg*, Metropolitanæ Moguntinenſis Canonico.

Quod licet ampli fuerit ac pretioſi operis, benignitate tamen Dei paucos intra annos ad culmen peruenit, quin ad votum bonorum omnium ſtetit.

XVII

De nupera templi amplificatione ac renouatione.

Domicilio exædificato, manus etiam ædi ſacræ amplificandæ, renouandæque admota. Viſum namque Reuerendo, quem ſupra laudauimus, Priori, *Vito* a *Matre Dei*, & illi cum maxime nouum cultum, ornatumque adſtruendum eſſe.

Ab vno itaque latere ampliata fuit, alterius quidem ad formam: tum vero vetuſtatis ſqualore deterſo feſtiue exornata, ac, præter organon maioris operis pithaulicum, alio vaſorum argenteorum, veſtiumque ſacerdotalium apparatu copioſe inſtructa.

XVIII

De loci celebritate a duarum Fraternitatum panegyri.

Sodalitatibus ſacris ſiue Fraternitatibus binis Carmelus hic celebris hodie eſt: vna, quæ *S. Scapularis* dicitur; altera, quæ *S. Ioſephi.*

Vtraque, quando ieiuniis, precibus, aliisque pietatis exercitiis vota nuncupata ſtatis temporibus religioſe perſoluit, ſollemni maxime amplaque pompa ſupplicatum it, Diuumque expoſcit pacem; illa, Dominica vniuſcuiusque menſis vltima, & diebus B. M. V. feſtis; iſta, quæ anno MDCCV, die III Maii inſtituta fuit, quinquies in anno; (1) die XXIII Ianuarii, in quem ſollemnitas deſponſationis Mariæ cum Ioſepho incidit. (2) Dominica poſt ferias Paſchales tertia. (3) Die Ioannis Baptiſtæ. (4) Memoria S. Annæ. (5) Dominica feſtum natiuitatis B. M. V. ſubſequenti.

Olim etiam inclaruit Fraternitate in honorem glorioſæ Virginis *Mariæ ac Ioachimi & Annæ*, parentum eius, inſtituta, & a Bertholdo Archiepiſcopo anno MCCCCXCIX, die I Iunii ſollemni diplomate confirmata; quippe quæ quatuor anni temporibus & aliis quibusdam diebus feſtis diuinorum officiorum celebrationi hic vacauit.

XIX

De ſepulcris, quæ ſibi in eo familiæ quædam illuſtres elegere.

Enimuero, plures nobilium, aliorumque dignitate illuſtrium ſunt, qui locum, quem viui in deliciis habuere, ſibi elegerunt in ſepulturam.

In his Nobiles *de Lorch*, & *de Brömſer*: quorum quidem & hi & illi certam pro ſacris anniuerſariis ſummam ſodalitio liberaliter contulerunt ac aſſignarunt. Alios prætereo.

Quin e Naſſouiis etiam inter Fratrum choros & concentum quieſcere hic voluit *Margareta*, Comes Naſſouio-Saræpontana, Domina Rodenmacherenſis, *Gerardi*, Dynaſtæ Rodenmacherenſis, Cronenburgenſis, & Nevvenburgenſis vidua, mortua anno MCCCCXC; quæ, dum vixit, multis inſignibusque eos complexa beneficiis eſt.

De origine, fatis, ſtatuque *COENOBII,* quod FF. EREMITIS *ſiue* AVGVSTINIANIS eſt in vrbe Moguntia.

I

De tempore, quo Moguntiam inſederint.

QUidem curate, diſtincteque definiri nequit annus, quo *FF. Eremitæ,* ex *D. Auguſtini* norma viuentes, Moguntiæ conſederint. Ex tabulis tamen, quas eorum in gratiam *Theodericus,* Epiſcopus Vironenſis & Suffraganeus Moguntinus, edidit, colligere eſt, eos iam ſub an. MCCLX ſibimet hac in vrbe domicilium exſtruxiſſe.

II

Quo loco ſibi excitarint aſceterium.

Exſtruxerunt autem iuxta templum, quod tum temporis *ad D. Martinum minorem* nuncupabatur, & parochiale erat; poſt vero, cum in ius illorum transiiſſet ac poſſeſſionem, ab ipſis, quo hodie appellatur, nomen accepit.

III

De Antiſtitum quorundam in opere promouendo beneuolentia.

Sumptibus in opus faciendis vt pares eſſent, pia ciuium, aliorumque fecit liberalitas; quippe quam indultis ſequenti diplomate indulgentiis prouocauit, excitauitque, quem modo dixi, Vironenſis Epiſcopus *Theodericus.*

Bonitate diuina THEODERICVS, *Epiſcopus Vironenſis, Chriſti fidelibus vniuerſis ſalutem in Dei filio Ieſu Chriſto. Noueritis, quod dilecti noſtri Fratres* Heremite *Ordinis* S. Auguſtini *nuper inchoauerint locum in Maguntia, vbi creatori omnium (ante cuius conſpectum mouebuntur abyſſi in die nouiſſimo, vbi iocundabitur miſerorum miſerator, & pauperum conſolator letabitur, largitori eccleſiarum erumpet quaſi mane lumen eternum, & gloriam Domini colliget) proponunt perpetuo famulari. Sed cum ad eorum edificia proprie non ſuppetant facultates, accedente conſenſu Venerabilis Domini Archiepiſcopi Maguntini, cuius vices gerimus, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum auctoritate confiſi, omnibus vere penitentibus, qui locum ipſorum in* beate Virginis, *ac ſancti* Auguſtini, *ſancteque* Barbare *feſtiuitatibus, & in anniuerſario dedicationis annuatim venerabiliter viſitauerint, quique eidem manus porrexerint adiutrices, XL dies & carenam de iniuncta ſibi penitentia, peccata oblita, vota fracta, ſi ad ea redierint, offenſas patrum & matrum ſine iniectione manuum violenta, iuramenta contraria, que fiunt absque tactu reliquiarum ſeu euvangeliorum, violationes dierum celebrium, miſericorditer relaxamus. Datum Maguntie anno Domini MCCLX, XVII Kalend. Ianuar. Pontificatus noſtri anno XIIII.*

Idem poſtea fecit *Wernherus* Archiepiſcopus, dum illis calculum adiecit his tabulis;

WERNHERVS *D. G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, vniuerſis Chriſti fidelibus ciuitatis & prouincie Maguntine ſalutem in Domino. Cupientes quoslibet in Chriſto fideles ad bona opera, pro ſalute ipſorum, ſpeciali premio prouocare, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui dilectis in Chriſto Fratribus* Hermitis *Ordinis* S. Auguſtini *ad conſummationem edificiorum ſuorum in* Maguntia, *vbi ſe ad ſeruiendum Domino receperunt, manum porrexerint adiutricem elemoſinis vel labore, ac nichilo minus eis, qui in feſtiuitatibus* B. Virginis, *ſanctique* Auguſtini *ad eorum eccleſiam cum deuotione acceſſerint*

rint annuatim, diuine propiciationis gratiam petituri, quadraginta dies de iniuncta ſibi penitentia miſericorditer relaxamus. Indulgentias etiam Venerabilium Fratrum Suffraganeorum noſtrorum, ipſorum Fratrum benefactoribus rite datas, ratificamus & gratas habemus, vt ad ſalutem proficiant animarum. Datum Maguntie quarto Idus Maii, anno Domini MCCLXV.

Appendet ſigillum pontificale oblongum, filis ex ſerico rubris, ceræ impreſſum rubeæ.

IV

De conceſſa FFr. licentia docendi.

Vt Fratres dotes ſuas exercerent, populique hoc magis colligerent gratiam, idem *Wernherus* eodem anno iis licentiam dedit per diœceſin Moguntinam pro ambone ſacro publice docendi, & in ſtationibus populo de peccatis dolenti quadragenariam criminum indulgendi condonationem. Id quod his manifeſtum fit litteris.

WERNHERVS *D. G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Dilectis in Chriſto Prioribus, & Fratribus* Heremitarum *in Maguntina dioceſi conſtitutis ſalutem in Domino. Cum Dominus Papa Ordini veſtro conceſſerit facultatem, vt Fratres Ordinis, quibus virtutum Dominus contulit ſcientiam predicationis & gratiam, poſſint de licentia & aſſenſu dioceſanorum Epiſcoporum populis proponere verbum Dei, ne per nos ſtet, quo minus ad animarum ſalutem & propriam bona opera faciatis, ſed potius mereamur, laboris veſtri participes fieri apud Deum, licentiamus & fauorabiliter aſſentimus, vt in noſtra dioceſi credito nobis gregi verbum Domini predicetis; prouiſo, ne niſi diſcretis, litteratis & expertis predicationis huiusmodi officium committatis. Preterea indulgemus vobis, vt iidem, verbum Domini predicantes, in ſtationibus ſuis poſſint fidelibus auctoritate noſtra dare indulgentias quadraginta dierum. Datum Maguntie anno Domini MCCLXV, VII Idus Iulii.*

V

De priuilegiorum illis datorum confirmatione.

Idem poſtea fecit *Henricus* Virnenburgius, eisdemque omnia deceſſorum priuilegia ſequentibus confirmauit tabulis;

HENRICVS, *Dei & Apoſtolice Sedis gracia ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus Electus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Conſeruator & Iudex priuilegiorum, iurium & libertatum Fratrum* Heremitarum *Ordinis* S. Auguſtini *per prouinciam Reni & Sweuie, vniuerſis Prepoſitis, Decanis, Archipresbiteris, & eccleſiarum parochialium Rectoribus, nec non eorum vices gerentibus, ad quos preſentes littere peruenerint, ſalutem in Domino, & mandatis Apoſtolicis firmiter obedire.*

Cum Fratres predicti Ordinis, Conuentuum Maguntinenſis, Altzeyenſis & *Fridberg *Vredebergenſis *noſtre dyoceſis, nobis per ſuum ſuperiorem & eius nuntios preſentatos, in actibus predicationis & confeſſionis, qui ipſis ex tenore ſuorum priuilegiorum libere indulgentur, gratioſe per noſtram dyoceſin duxerimus admittendos, vobis omnibus & ſingulis eosdem Fratres, qui ſemper ſe predeceſſoribus noſtris & nobis, nec non toti Clero ſubiectos & obſequioſos pre ceteris exhibuiſſe dinoſcuntur, prout veridica relatione didicimus, quosque ob hoc ſpeciali fauore proſequimur, affectuoſe recommendamus. Mandantes vobis omnibus & ſingulis in virtute ſancte obedientie, & ſub pena rebellionis, vt Fratres predictos in veſtris parochiis in actibus ſalubribus, predicationibus videlicet faciendis, confeſſionibus audiendis, & penitentiis iniungendis, nec non in Miſſis ſuis legendis, ac etiam petitionibus faciendis, cum ab eis requiſiti fueritis, ſine difficultate qualibet adiuuetis. Scientes, quod ſi a quoquam veſtrum in premiſſis contrarium fuerit attemptatum, hoc, ex commiſſione nobis facta, per Sedem Apoſtolicam, volumus & tenemur debita cenſura corrigere, &, ne impoſterum attemptetur, oportuno remedio prouidere.*

Volumus etiam omnes gratias & indulgentias, dictis Fratribus a noſtris predeceſſoribus, & precipue a bone memorie Domino Mathia *Archiepiſcopo Magunt. nec non*

ab

ab omnibus Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis factas & conceſſas, in ſuo robore permanere, & tenore preſentium confirmamus. Omnibusque vere penitentibus & confeſſis, qui dictis Fratribus pias elemoſinas erogauerint, vel ad fabricas eorum quicquam de ſuis facultatibus contulerint, ſermones eorum deuote audiuerint, eccleſias eorum diebus ſollempnibus, & per octauas, nec non Dominicis & feſtiuis cauſa deuotionis viſitauerint, de omnipotentis Dei gratia & Sedis Apoſtolice auctoritate confiſi, de iniuncta eis penitentia quadraginta dies indulgentiarum miſericorditer relaxamus. Datum Bunne, feria tertia poſt feſtum B. Martini *hyemalis. Anno Domini milleſimo CCC viceſimo octauo.*

Appendet ſigillum rotundum, ceræ flauæ impreſſum, repræſentans figuram Clerici, collo geſtantis ſcutum formæ triangularis, eandem ab humeris totam tegens; ſcuto vero inſculpta rota Moguntina.

VI

De loci celebritate a duarum Fraternitatum panegyri.

Sequentibus temporibus quidam Principes, Comites, Dynaſtæ, militiæ honoratæ Equites, Armigeri, aliique fraternitatem, titulo *der Steinbock Bruderſchafft* inſtituerant. Inſtituerant autem eam Moguntiæ in æde noſtrorum ſacra. Quod cum Auguſtinianis ſuis non poſſet non eſſe honori, Prouincialis Rheni & Sueuiæ *Rudolfus* Sodales iſtos anno MCCCCXVIII omnium orationum, ieiuniorum, aliorumque bonorum operum Ordinis per Rheni Sueuiæque fines florentis participes fecit his litteris;

Illuſtriſſimis & Nobilibus ac Strenuis, Principibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Armigeris, ceterisque vniuerſis & ſingulis, preſentibus pariter ac futuris, Confraternitatis vulgariter nuncupate der Steinbock Bruderſchafth, *ſtatute in ciuitate Moguntina, in eccleſia ac loco ibidem Fratrum* Heremitarum S. Auguſtini, *humilis Fratrum*, RVDOLFVS, *Prior Prouincialis prouincie Reni & Svveuie Ordinis memorati, orationum inſtantiam, ſalutemque in eo, de quo omnium noſtrum vera effluxit ſalus.*

Quia ſancti propoſiti deſiderium ex humane infirmitatis conditione ſepius a ſuo ſalutari retardatur effectu, niſi diuis optentis ſuffragiis pia ſupplicatione fidelium adiuuetur, veſtre fidei ſinceritas, Fratrum noſtrorum, quos Dei credit domeſticos & amicos, adhiberi ſibi auxilia poſtulauit. Itaque veſtra gratia, fauore & deuotione, quam ad noſtrum geritis Ordinem, debita meditatione penſata, vobis omnium Miſſarum, orationum, predicationum, ieiuniorum, abſtinentiarum, vigiliarum, laborum, ceterorumque bonorum operum, que per omnes Fratres totius noſtre prouincie antedicte operari dignabitur clementia Saluatoris, participationem concedo in vita pariter & in morte. Addens inſuper non immerito de gratia ſpeciali, vt cum obitus veſter in noſtro prouinciali Capitulo fuerit intimatus, id pro vobis deuotum faciat ſuffragium, quod pro noſtris defunctis Fratribus fieri precipit noſtri Ordinis conſtitutio generalis. In quorum omnium teſtimonium, ſigillum mei Prouincialatus officii preſentibus duxi appendendum. Datum in noſtro Capitulo Magunt. anno Domini MCCCCXVIII, die ſexto menſis Auguſti.

Aliam, quæ etiamnum floret, & frequenti cœtu ſua quotannis ſacra celebrat, pro auertenda peſtilentiæ lue circa annum MCCCCLXXXIV inſtituere quidam vtriusque ſexus pii religioſique homines. *S. Sebaſtiani* diceres *ſodalitatem.* Inſtituerant autem eam ſimiliter in æde hac noſtrorum ſacra. Maioris lucis cauſſa ſubiicere iuuabit tabulas Archiepiſcopi *Bertholdi*, quibus eam anno MCCCCLXXXVII confirmauit.

BERTHOLDVS *D. G. ſancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus, S. R. I. per Germaniam Archicancellarius, Princeps Elector, ad perpetuam rei memoriam. Paſtorali prefecti officio, ſemper fauorem & affectum gerimus ad pia Chriſti fidelium vota, que precipue in animarum ſalutem, diuinique cultus augmentum cedere videntur.*

Sane igitur litteras Reuerendiſſimorum in Chriſto Patrum, Dominorum Roderici, *Portuenſis*, Oliuerii, *Sabinenſis*, Iuliani, *Oſtienſis*, Marci, *Preneſtini, Epiſcoporum*; Stephani, *Tituli S. Marie trans Tiberim*, Iheronimi, *Tit.*

S. Criſogoni, Iohannis Michaelis, *Tit. S. Marcelli*, Petri, *Tit. S. Nicolai inter ymagines*, *Presbyterorum*; Franciſci, *S. Euſtachii*, Raphaelis, *S. Georgii ad velum aureum*, *Diaconorum*, *miſeratione diuina SS. R. E. Cardinalium*, *ſigillis eorum ſolito more*, *vt prima facie apparebat*, *impendentibus*, *ſigillatas*, *ſanas*, *integras & illeſas*, *omnique prorſus ſuſpicione carentes*, *continentes conceſſionem & largitionem indulgentiarum in fauorem altaris*, *in honore* B. Marie *Virginis &* S. Sebaſtiani *mart. in eccleſia monaſterii ſiue Conuentus Fratrum Ordinis* S. Auguſtini *Heremitarum ciuitatis noſtre Moguntine dedicati*, *cuiusdamque laudabilis Confraternitatis plurium vtriusque ſexus hominum*, *certis anni temporibus in eodem altari certis commemorationibus & deuotionibus celebrari ſolite*, *prout modus indulgentiarum huiusmodi in litteris ipſis deſcribitur*, *quarum datum eſt*; anno incarnationis Dominice MCCCCLXXXIV, die XXV menſis Martii, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris D. N. Innocentii Pape octaui anno primo; *nobis pro parte venerabilis* Bernardi *de* Breydenbach, *Decani eccleſie noſtre Moguntine*, *Camerarii noſtri*, *deuotique ac fidelis nobis in Chriſto dilecti*, *aliorumque dicte Confraternitatis Confratrum preſentatas*, *per nos diligenter viſas & lectas*, *eorundem Confratrum piis ſupplicationibus in hoc annuentes*, *auctoritate noſtra Ordinaria admittendas & approbandas duximus*, *atque tenore preſentium admittimus & approbamus. Et nihilominus indulgentias*, *& gratiam huiuſmodi amplificare*, *& pro cumulatiori remiſſione & gratia conſequenda*, *indulgentias etiam noſtre auctoritatis Ordinarie adiicere volentes*, *omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus vere penitentibus & confeſſis*, *qui dictum altare temporibus & diebus*, *in dictis litteris deſcriptis*, *deuote viſitauerint*, *manusque pro conſeruatione & reparatione eiusdem porrexerint adiutrices*, *pro ſingulis feſtiuitatibus*, *diebus vel temporibus predictis*, *quibus id fecerint*, *de omnipotentis Dei miſericordia*, *& BB. Petri & Pauli Apoſtolorum*, *nec non S. Martini patroni noſtri meritis & interceſſionibus confiſi*, *XL dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus*; *preſentibus perpetuis temporibus duraturis. Date apud arcem S. Martini in ciuitate noſtra Moguntina ſub ſigillo noſtro*, *die XII Martii MCCCCLXXXVII.*

VII

De Bibliotheca cœnobii.

Cum Fratres, quod a ſacris, penſoque precum, quæ *Canonicæ* vocantur, exſoluendo reliquum erat temporis, litterarum ſacratiorum ſtudiis impenderent, librorum, quem ſenſim colligebant, numerus in iuſtæ bibliothecæ excreuit formam. Erant autem eis, præter alios plures ſua præſtantia nobiles, codices haud pauci operum D. Patris *Auguſtini* manudeſcripti; qui tamen vna cum libraria omni, quod dolendum, ſub medium ſuperioris ſæculi fatali incendio conſumpti ſunt, vt ex ſequentibus patebit.

VIII

De graui eiusdem incendio.

Anno MDCXLIX caſus ita tulit infeſtus, vt fortuito incendio rem illi amitterent atque fortunas. In Annalibus, quos habent, domeſticis curatius id annotatum, quos ideo exſcribere placet: *Hoc anno die XXI Iulii exorta terribili tempeſtate*, *quæ aliquot ædibus ciuitatis ignem iniecit*, *hoc monaſterium fulmine proh dolor! tactum conflagrauit circa veſperam. Illapſus eſt primum ignis torculari*, *quod ſtetit in angulo areæ*, *ad quam exitus per oſtium Cellarii: inde ſe diffundens*, *repente depaſtus eſt Bibliothecam nobiliſſimam*, *& maxime operibus* S. Auguſtini *manuſcriptis celebratam*, *tunc conſtitutam*, *vbi nunc eſt cella Prioris*, *& ceteræ contiguæ. Abſumſit etiam integrum ædificium a torculari contra orientem vſque ad murum horti porrectum. Similiter ad tertium ædificium tendens a cella vinaria contra ſeptentrionem a latere horti*, *adeo*, *vt præter illam fabricam*, *per quam recta itur ad organum & inferiorem contignationem refectorii*, *nihil relictum fuerit. Periere etiam multæ litteræ Conuentus*, *multa quoque ſupellex extraneorum*, *ſecuritatis cauſſa apud nos depoſita hoc tempore belli. Eccleſia autem & aſſeruatum ibi Archiuum litterarum cenſualium manſere illæſa*, *quamuis iam per vnam chori feneſtram ignis erumperet.*

IX

De instauratione eiusdem.

Vt e cineribus sustollerent, in quibus resederat hoc illorum domicilium, nulli FF. pepercerunt operæ, piorumque adiuti ope atque munificentia, sensim ad priscum illud decorem reuocarunt.

X

De viris quibusdam contubernii huius piis ac doctis.

Ceterum grato virtutis, ac sublimioris scientiæ odore etiamnum illorum quidam, qui gregi seruando olim præfuere, fragrant. Ex ordinis consuetudine *Priores* vocamus.

In his *Ioannes Walrap* est, *Germanus*, *SS. Theologiæ Lector*, *Concionator celeberrimus*, *olim Prouincialis*, *postea vero Prior Moguntinus*, *maximæ sanctitatis nota insignitus*, *a sacro*, *& lacrimis in eodem*, *nunquam abstinuit. Exhorrens vitia*, *vitam durissimam vixit annis LV. Venerationi fuit Moguntino Electori*, *cui a secretis confessionibus seruiebat*, *& Suffraganeo*, *Canonicis*, *& piis quibuscunque. Obiit Moguntiæ anno MDLXXXVII*, *die XXII Iunii.* Ita *Elsius* in Encomiastico Augustinianorum p. 408.

Nec prætermittendus venit *Nicolaus Benning*, itidem Prior contubernii huius, & prouinciæ Visitator. Is enim superiori sæculo pietate, castitate, modestia, animi submissione suis exemplum præiuit, si quis alius, nobilissimum. Grassante anno MDCLXVI Moguntiæ pestilentia, zelo tactus animarum, se sponte exponens, vt pastor bonus, qui ouium habet curam, vitam posuit die XXIV Iulii, eadem infectus lue.

XI

De annua ædis FF. dedicatæ memoria.

Id denique addendum, memoriam festi, quo solito cæremoniarum apparatu illorum ecclesia siue ædes sacra dedicata fuit, FF. celebrare Dominica festum adscendenti in cælos Seruatori sollemne proxime sequenti, quæ vsu ecclesiastico dicitur *Exaudi.*

De origine, fatis, ſtatuque COENOBII PP. DOMINICANORVM.

I

De tempore, quo Moguntiam inſederint.

Prædicatores ſiue familiæ *Dominicanæ* alumni, cum a tempore conſtituti ſodalitii ſui late terrarum ſe diffunderent, Moguntiam etiam ſub *Gerhardo I* Archiepiſcopo venere, ſibique ſtatuere domicilium.

Si inſcriptio, quæ ad murum templi in odeo eſt, eſſet ἀεκτιλος, iam ſub *Sifrido III* Moguntiæ ſedem collocaſſent. Sic enim ea habet: *Templum hoc circa annum MCCXXXIV erectum, atque a Domino* Arnoldo Walbod, *qui anno MCCLXVIII obiit, fundatum in gratiam Fratrum Dominicanorum, SS. Trinitati dedicatum eſt.* Atenim haud bene eam ſe habere, clariſſime cognoſcere eſt ex diplomate, quod ſequitur, *Alexandri IV.*

II

De commendatione a Pontifice obtenta.

Vti vero hoc maiorem Moguntinenſium erga ſe fauorem experirentur ac beneuolentiam, curæ ſibi habuit *Alexander* Papa IV, datis his ad *Gerhardum*, & *Capitulum* ædis maioris litteris;

ALEXANDER *Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili Fratri Archiepiſcopo, & dilectis filiis Capitulo Maguntino ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Cum, ſicut accepimus, dilecti filii Prior & Fratres Predicatores Maguntin. nuper apud vos elegerint manſionem, & in ciuitate veſtra domum ceperint edificare de nouo, vt fidelium populis, miniſterio mandatorum celeſtium, ſpiritalem cibum exhibeant, qui non perit, vniuerſitatem veſtram rogandam duximus attentius & hortandam, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatinus dictos Priorem & Fratres, in eundem locum ad excolendam vineam Domini libenter inducere, ac inductos, propter Deum, cuius credibilia teſtimonia predicant, & nomen eius coram Regibus & Principibus terre portant, benigno fauore proſequi ſtudeatis, permittentes eos, pro noſtra & Apoſtolice Sedis reuerentia, predicationis officium, ad quod deputati noſcuntur, libere, quotiens oportunum fuerit, exercere, vt, multiplicatis cooperatoribus, merito & numero populus Deo ſeruiens augeatur.

Tibi vero, Frater Archiepiſcope, preſentium authoritate diſtricte precipimus, vt in loco, quem ipſi Fratres pro edificanda eccleſia duxerint eligendum, ponas iuxta morem primarium lapidem, & prope ipſam eccleſiam cimiterium benedicas. Preces autem & mandatum huiusmodi veſtra ſincera Deuotio ſic admittat & compleat, quod vobis exinde fauoris noſtri gratia, & tandem proueniat celeſtium compenſatio premiorum. Datum Viterbii XVIII Kalend. Decembris, Pontificatus noſtri anno tertio.

III

De templo clauſtroque in gratiam eorum excitato.

His excitatus *Arnoldus Walpod*, ciuis Moguntinus, tum genere clarus (erat enim patritiæ gentis) tum opibus, illorum in gratiam templum, quod exinde *Dominicanorum* vocatum fuit, vna cum domicilio, ſuo ſumtu exſtruxit. Prodit id nobis tabula, quæ in monaſterio eorum eſt, vetus inferialis, his quidem verbis: *Anno MCCLXVIII, Idib. Nouembr.* † *honorandus ac Deo dilectus* Arnoldus Walpodo, *ſenior Decanus, ciuis Moguntinus honeſtiſſimus, atque monaſterii Moguntini primus fundator magnificus. R. I. P.*

Walpodii, Patritii Moguntini, ſæpius in litteris Moguntinis occurrunt. Sigillatim

latim *Arnoldus* hic anno MCCLIII heic Iudicis obiuit munia. In litteris enim *Philippi* de *Hohenvels* anno hoc ciuitati datis legas ; *Ciuitas vero fideiussores constituit* Fridericum *Scultetum dictum* de Waldertheim, "Arnoldum Walpodonem", Christianum *dictum* de Rana, Humbertum *dictum* de Ariete, *Iudices.* Anno MCCLV auctor fuit fœderis de pace publica tuenda percussi. *Albertus Stadensis* ad h. a. *Quidam validus ciuis in Moguntia cœpit hortari conciues suos, vt pro pace restauranda iuramento se inuicem constringerent. Consenserunt ei & alia ciuitates plurima. Vocarunt eum* Walbodonem.

Notes tamen, *Walpodios* hosce a Dynastis, qui *de Walbott* dicuntur, plane diuersos esse.

IV

De fauore eisdem ab Archiepiscopis exhibito.

Fauit autem iis, si quis alius, Archiepiscopus *Wernherus*, & diplomate dato primum anno MCCLXI plenam eis concessit per diœcesin Moguntinam prædicandi, & de peccatis pœnitentium confessiones audiendi facultatem. Alio itidem anno MCCLXXIX licentiam, personis Ordini familiaribus sacram administrandi cœnam, modo numerum illæ bis senum haud excederent. Quin anno MCCLXXXII indulgentias illis, & per eos ecclesiæ indultas non ratas modo habuit, sed nouis etiam auxit : siquidem omnibus, qui ædem ipsorum pio animi cultu, digneque præparati *die dedicationis* factæ, festis itidem gloriosæ Virginis *Mariæ*, tum vero beatorum *Augustini* & *Dominici*, *Petri* martyris, & vndecim millium *Virginum* frequentarint, de pœnis impositis quadraginta condonauit dies. En illa!

WERNHERVS *Dei gracia S. Moguntine Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in Christo Priori, totique Conuentui Domus Fratrum Predicatorum Magunt. salutem in Domino. Vt & vestram honoremus ecclesiam, & per honorem ei ac vobis exhibitum consulamus aliorum saluti, predicandi & confessiones audiendi per nostram dyocesin plenam vobis auctoritate presentium concedimus facultatem, Deuotioni vestre nichilominus indulgentes, vt si quis Fratrum vestrorum intra Maguntiam vel extra sermonem fecerit ad populum, is auditoribus suis vere penitentibus & confessis valeat quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia relaxare. Nolumus tamen, vt quilibet Fratrum vestrorum hanc habeat facultatem, sed hy duntaxat, quibus Prior, Subprior, ac Lector duxerint hoc credendum. Prouideat igitur vestra Discretio, vt sic prouide & prudenter geratis vos in hoc negotio, quod non cogamur, factam vobis & per vos aliis gratiam reuocare. Datum apud Wunnendal anno Domini MCCLXI, XI Kalend. Iunii.*

WERNHERVS *Dei gratia, S. Moguntine Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in Christo Priori & Conuentui Ordinis Fratrum Predicatorum Mogunt. salutem in Domino. Deuotionis vestre meretur effectus, vt vestris petitionibus fauorabiliter annuamus. Vestris igitur supplicationibus inclinati, vt tu, Prior, cum duobus Fratribus, quos ad hoc duxeris assumendos, duodecim personas, familiares vestro Ordini, existentes in ciuitate Maguntina, que causa deuotionis a vobis id requisiuerint, licite communicare valeas, absque preiudicio Plebanorum, vobis de gratia speciali auctoritate presentium indulgemus, presentibus vsque ad nostrum beneplacitum valituris. Datum apud Aschaffenburc anno Domini MCCLXXVIIII, XVI Kalend. Iulii.*

WERNHERVS *Dei gratia Maguntine Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in Christo Priori & Conuentui Fratrum Ordinis Predicatorum Domus Magunt. salutem & sinceram in Domino karitatem. Loca Sanctorum pia deuotione sunt merito veneranda, vt, dum Dei honoramus amicos, ipsi nos amabiles Deo reddant, & nobis eorum patrocinium vendicantes, quod nostris meritis non valemus, nobis eorum intercessione donetur.*

Cupientes igitur, vt ecclesia vestra honoribus congruis frequentetur, de omnipotentis Dei misericordia, beatorum Apostolorum eius Petri & Pauli, ac B. Martini meritis & auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus & confessis, qui ad

ipſam eccleſiam in die dedicationis eiusdem, in quatuor feſtiuitatibus glorioſe Virginis Marie, *in beatorum* Auguſtini *&* Dominici *Confeſſoris*, Petri *martyris*, vndecim millium Virginum, *patronorum eccleſie veſtre, feſtis, nec non per octauas predictarum feſtiuitatum, ſingulis annis humiliter & deuote duxerint accedendum, diuine propiciationis gratiam petituri, quadraginta dies de iniuncta ſibi penitentia miſericorditer relaxamus, ratas habentes & gratas omnes indulgentias, ſi quas Venerabiles Patres & Fratres Archiepiſcopi & Epiſcopi vobis & per vos eidem eccleſie contulerunt, & adhuc duxerint concedendas, preſentibus perpetuo duraturis. Datum apud Stolzenberc anno Domini MCCLXXXII, XVI Kalend. Ianuar. Pontificatus vero noſtri XXIII.*

Eadem poſtea erga ipſos voluntate fuit *Petrus* Archiepiſcopus. Cum enim iſtis temporibus Parochi eccleſiarum per diœceſin Moguntinam publice pro ſuggeſtu dicerent, FF. Prædicatoribus nullam penitus eſſe auctoritatem, exomologeſes de peccatis dolentium excipiendi, ſine Parochorum licentia; quin iis e paroecianorum ſuorum numero, qui illorum vſi erant opera miniſterioque, ſacris interdicerent; ipſe litteris anno MCCCXVIII, VI Idus Iul. publicatis, ſub grauium pœnarum interminatione edixit, ne iis in poſterum moleſtiæ quid crent, ſed omni potius modo faueant, ipſosque clauibus ſoluendi ligandique, eisdem conceſſis, libere vti permittant.

Litteræ, quas dixi, ita habent;

PETRVS *Dei gratia S. Moguntine Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, vniuerſis Sacerdotibus Parochialibus per Moguntinam ciuitatem & dyoceſin conſtitutis, ad quos preſentes littere peruenerint, ſalutem in Domino. Conqueſti ſunt nobis Fratres Ordinis Predicatorum, quod vos in preiudicium Sedis Apoſtolice & noſtre, manifeſte in parochiis veſtris ſubditis predicetis & denuntietis, quod dicti Fratres nullam penitus auctoritatem habeant audiendi confeſſiones fidelium, ligandi vel ſoluendi, ſine veſtra licentia ſpeciali, omnes eis confitentes aliter excommunicantes diebus Dominicis, & excommunicatos publice nuntiantes, & quod plus eſt, ſubditos veſtros eis confitentes priuetis ſacramentis eccleſiaſticis, vt confeſſa vobis confiteantur denuo integre & in toto, tanquam predictorum Fratrum abſolutio irrita fuerit & inanis; iniungentes nihilominus veſtris ſubditis penitentiam, per hoc, quod dictis Fratribus fuerant confeſſi, cogentes per priuationem communionis ſacre, vt promittant vobis, ne prefatis Fratribus preſumant impoſterum confiteri.*

Cum igitur ſepe dicti Fratres Predicatores, ſecundum tenorem conſtitutionis Papalis, Super cathedram, *humiliter & legitime nobis Fratres ſuos pro Conuentibus Mogunt. Franckenford. & aliquos pro Confluent. & Wormatienſ. electos preſentauerint, & nos generoſe ipſos acceptauerimus, noſtre etiam intentionis non ſit, vt religioſi quicunque & maxime Fratres Ordinis Predicatorum, qui doctrina ſua & vita eccleſiam Dei irrigant & fecundant, huiuſmodi iniurias noſtris temporibus maxime in noſtra dyoceſi patiantur, Diſcretioni veſtre in virtute ſancte obedientie, & ſub pena ſuſpenſionis diſtricte precipiendo mandamus, quatenus ab huiusmodi impedimentis dictorum Fratrum in preiudicium auctoritatis Sedis Apoſtolice & noſtre factis deſiſtentes omnino clauibus eccleſie ſibi in veſtri ac totius eccleſie adiutorium conceſſis vti libere permittatis; reclamantes etiam, ſi que ſunt per vos, vt premittitur, populo propoſita & publice predicata, ne ſubditis veſtris, qui ipſis confitentur, ſacramenta eccleſiaſtica aliqualiter denegetis, dictoſque Fratres Chriſti fidelibus benevole recommendantes, vt obedientie mercedem eternam & noſtri fauoris beneuolentiam exſpectare merito debeatis. Datum Maguntie ſub ſigillo noſtro pendenti, anno Domini MCCCXVIII, VI Idus Iulii.*

V

De damno, quod anno MCCCCLXII ſunt paſſi.

Anno, quem dixi, MCCCCLXII funeſta illa vrbis occupatio & iis fuit calamitati. Ipſum enim templum, vna cum clauſtro ſodalium iniectis ignibus multum fecit damni *in ſuis ſubſtantialibus, ſtructuris videlicet, tecto tam eccleſiæ quam chori, turri, campanis, ſacriſtiæ, laterum, & aliis ædificiis ex ignis incendio & voragine miſerabiliter combuſtum & conſumtum*, vt *Adolfus* Archiepiſcopus

piſcopus in litteris, de quibus ſtatim, loquitur. Conf. *Helvvichius* de diſſidio Moguntino ſectione XI § VII.

VI

De facultate eis data ſubſidia petendi.

Quod detrimentum vt reparari poſſet, *Adolfus*, quem modo dixi, Archipræſul quatuor poſt annis Fratribus ſequenti diplomate poteſtatem fecit, quauis diœceſis ſuæ parte poſtulandi ſubſidia.

ADOLFVS *D.G. ſancte Maguntine Sedis Electus & Confirmatus, S.R.I. per Germaniam Archicancellarius & Princeps Elector. Ex paterno caritatis affectu ad ea libenter intendimus, per que eccleſiarum & monaſteriorum, & eorum precipue fabrice, ſalubriter conſulatur. Sane non ambigimus, ad diuerſas Alamannie partes, aliasque regiones & terras fore diuulgatum, qualiter modernis temporibus, dum ciuitatem noſtram Maguntinam, que per longa retroacta tempora, vt hiſtorie aiunt, fere quadringentis annis ſancte noſtre Maguntine eccleſie rebellis extitit, diuino adiutorio recuperauimus & reduximus, eccleſia ſiue monaſterium Conuentus Ordinis Predicatorum in ipſa noſtra ciuitate, in honore ſancte & indiuidue Trinitatis, & glorioſiſſime Dei genitricis Virginis Marie conſecrata, in ſuis ſubſtantialibus, ſtructura videlicet, tecto tam eccleſie quam chori, turri, campanis, ſacriſtie laterum, ac aliis edificiis & domibus, ex ignis incendio & voragine miſerabiliter combuſta & conſumpta, ac etiam in ſuis redditibus & procurationibus vltra modum dampnificatum & extenuatum exiſtit, adeo, quod vbi antea non modicus Fratrum numerus, nocturnis diurnisque horis pſallendo, Deo omnium plasmatori debitum famulatum exſoluere conſueuit, iam pauciſſimi, niſi Chriſti fidelium elemoſinis adiuti, ſuſtentari vix poſſunt, nec ipſorum ac dicti monaſterii ſufficiunt facultates, vt de illis monaſterium ipſum reparari poſſit, &, vt rerum magiſtra experientia edocet, quanquam notabiliter ipſum edificare, ac ſtructuris renouare inceperunt, & ſine mora continuatur, ea tamen nequaquam perficere valeant, niſi a Chriſti fidelibus pie eis ſuccurratur. Vt igitur ſtructura huiusmodi laudabiliter incepta, diuina cooperante gratia, continuari & conſeruari, ac cultus diuinus inibi augmentari valeat & poſſit, vos omnes & ſingulos -- hortamur in Domino, quatenus --- de bonis vobis ſuper terram a Deo collatis, ad conſummationem tam laudabilis ſtructure, veſtras elemoſinas pias & caritatiua ſubſidia erogare velitis* ---- additis XL dierum indulgentiis. *Datum in ciuitate noſtra Maguntina die I menſis Iunii MCCCCLXVI.*

VII

De conceſſo Santalbanenſibus *templi vſu.*

Sæculo ſequenti cum *D. Albani* Collegialis extra mœnia Moguntina oblato per *Albertum* Brandenburgicum incendio deflagraſſet, Fratres *Santalbanenſibus* ædem ſuam ad pſalmodiam ac rem diuinam peragendam aperuere, & vsque ad annum ſuperioris ſæculi LXIV conceſſere, vti in *chronico Santalbanenſi* lib. II ſectione I cap. VII iam dictum.

VIII

De iure patronatus eccleſiæ in Walluf FF. *donato.*

Sub medium ſuperioris ſæculi monaſterio ius patronatus parochialis in vico *Walluf* donationis titulo adſignarunt *Ioannes Wilhelmus* & *Georgius Wernherus* de *Lindau*, vetuſta nobilique proſapia viri. Quam donationem dein *Ioannes Philippus*, Archiepiſcopus & Princeps Elector, tabulis die V Octobris an. MDCLI editis ratam habuit ac ſtabiliuit. Ex quo, qui ſacris eam curant, e *D. Dominici* familia ſunt Curiones.

IX

De quibusdam eorum benefactoribus.

Ceterum præter plures, qui ſuperioribus ſæculis multa, eaque inſignia FFr. beneficia contulere, *Conradum* etiam *Hepp*, Vicarium ad gradus, anno MDXXIII mortuum, *Michaelem Weber*, Canonicum Aſchaffenburgenſem, an. MDCXVI fatis functum, *Annam Ioſſin*, *Andreæ* von *Ioſs* viduam, anno MDCLXVI rebus humanis ereptam, aliosque, quam optime de eis promerita eſt ſingulare ſexus

fui

ſui ornamentum, *Maria Eliſabetha*, nata *Albrecht* de *Lauterburg*, Illuſtris Viri *Ioannis Iacobi* de *Laſſer*, Cancellarii Moguntini, vidua; quippe quæ non modo luminis perpetui in *D. Annæ* ſacello fouendi, nec non ſacri ſingulis diebus Martis in eo hora ſexta matutina legendi ſumtum liberaliter attribuit, verum etiam ædem ipſam mille florenorum impenſa renouari curauit, repararique. Cuius proin, ceterorumque omnium gratam grato illi animo ſeruant recoluntque memoriam.

De origine, fatis, ſtatuque *MONASTERII* FRATRVM MINORVM OBSERVANTIVM *ſiue* FRANCISCANORVM.

I

De expetito & impetrato ad cœnobium Ordinis Seraphici in vrbe excitandum loco.

ANno MDCXI R. P. *Nicolaus Vigerius*, Miniſter prouinciæ Colonienſis ſiue Rhenanæ, deſiderio proferendi Ordinis Seraphici ſi quis alius flagrans, Fr. *Aegidium Duron* cum litteris Nuntii Apoſtolici, familiæ item FF. *Minorum Obſeruantium* dictæ prouinciæ Colonienſis, aliisque, miſit ad Celſiſſimum Archiepiſcopum & Principem Electorem, *Ioannem Suicardum*, petitum, vt Franciſcanis rurſum Moguntiæ locum concederet ac habitationem.

Cum operæ pretium ſit, ipſas, quas dixi, litteras inſpicere, ſubiungo eas.

Sereniſſime & Reuerendiſſime Domine, ac Patrone mi obſeruandiſſime.

CVm Fratres minores Obſeruantes, a nonnullis menſibus citra, reformationi huius prouinciæ ita ſedulo incumbant, vt ex omnipotentis Dei miſericordia, cum non modica ædificatione viſitationis, reformatisque multis monaſteriis multas animas lucrifecerint: modo etiam cuperent, iacturam annis elapſis in ciuitate Celſitud. V. Moguntina a ſuis prædeceſſoribus factam reſarcire, monaſteriumque aliquod ibidem fundare, vt Deo in debita obſeruantia & regulari diſciplina viuere poſſent: ad hoc obtinendum opera mea apud Celſ. V. vti voluerunt: cumque pia & honeſta mihi petitio, eorumque voluntas ſit viſa, ad laudemque Dei eam dirigi cognouerim, Celſ. V. etiam atque etiam per præſentes rogandam duxi, vt benignas aures ad pias iſtorum Fratrum preces porrigere non dedignetur. Hac etenim omnia, vt ad laudem omnipotentis Dei, ſalutemque animarum immediate tendere certum eſt, ſic debitam a diuina Maieſtate mercedem, & in hoc & in futuro ſeculo Celſ. V. reportaturam eſſe, non eſt dubitandum. Ego etiam eidem debitam obligationem ſemper profitetor. Interim Celſ. ſuæ precor ſupremam a Deo felicitatem. Coloniæ XXXI Iul. MDCXI.

Sereniſſimæ & Reuerendiſſimæ Celſitud. V.

addictiſſimus ſeruitor

Aurelius Epiſcopus Vigilianus,
Nunt. Apoſt.

Sereniſſime Princeps & Ampliſſime Præſul.

PAupercula Fratrum minorum Obſeruantium familia diu a veſtra diœceſi abſens, iniuria temporum, & Fratrum paucitate diutinam illam abſentiam cauſſante, quaſi

quasi postliminio reditura humiliter supplicat S.C.V. sibi locum suo statui conuenientem intra vel circa ciuitatem vestram metropoliticam Moguntiam designari, in qua posthac iterato sedem figat, & Domino Deo famulari valeat ad ecclesiæ suæ, subditorumque solicitudini vestræ commissorum, ædificationem. Memoria seniorum tenet, hactenus in vestra metropolitana fideliter deseruiuisse multos pios doctosque Fratres Franciscanos Obseruantes, quorum pars non infima V. ille P. Ferus, *vestræ metropolitanæ Eccclesiastes facundissimus. Optant posteri, in similibus spiritualibus exercitiis deseruire. Quapropter implorant Sereniss. C. V. benignitatem, quæ in omnes religiosos status propensissima est, vti ne ipsi ab hoc spirituali fauore secludantur. Satagent autem supplicantes, Deo bene iuuante, ita respondere suæ obseruantiæ, vt ne pœnitudinis ansam V. S. Celsit. tribuant, sed magis populum suæ conuersationis exemplo atque sinceræ prædicationis verbo pro viribus ædificent. Supremum Numen V. Sereniss. Celsit. ecclesia sanctæ in plurimos annos seruet incolumem. Quod multis votis exoptat*

Humilis supplicans Obseruantum Franciscana familia, prouinciæ Colonienſis.

Salutem & pacem.

ADmodum venerande Pater. Rogo, vt hi Fratres mei per V. P. accessum habeant ad Illustrissimum Principem Electorem. Habent in mandatis, quæ ad suam Celsitudinem pro Dei honore & proximorum consolatione perferant. Si qua in re nostra paruitas poterit denuo V. charitati inseruire, habebit nos sibi seruos. Commendo nos V. P. precibus. Datum Coloniæ in Conuentu Fratrum Minorum regularis Obseruantiæ, 30 Iul.

V. P.

seruus,

F. Nicolaus Vigerius,
Minister prouinc. Colonienſ.

Admodum Ven. Patri, D. Ioanni Nellingio, *Illustrissimo Principi Electori Moguntino a confessionibus & concionibus.*

Dictus *Fr. Aegidius Duron* cum Moguntiam venisset, & Principem Electorem haud offenderet, non ausus vlterius progredi, quas modo protuli litteras, vna cum sequentibus, transmisit *Ioanni Rudigero*; ipse vero, vti colligere est, reuertit Coloniam.

CLarissime Domine. Vestra illa in omnes religiosos status piæ voluntatis propensio mihi multorum narratione cognita subministrauit animum, vt, ignotus licet, ac pauper Obseruans Franciscanus audeam conuenire vestram benignitatem, vestrumque implorare subsidium. Moguntiam veni itinere pedestri non parum periculoso propter plerosque hæreticos Ordini nostro infensos. Sperabam eo loco inueniendam suam Sereniss. Celsitudinem Moguntinam, ad quam mihi erant litteræ Illustriss. Nuntii Apostolici. Effectum earum paucis explicabo. Ante plures annos habuit Obseruantia nostra Moguntiæ Conuentum, vel per negligentiam Superiorum Ordinis præcedentium, vel propter maximam penuriam Fratrum, quæ contigit vndiquaque intumescentibus hæresion fluctibus, hactenus derelictum; vnde factum est, vt ad venerabiles Patres Societatis sit translatus: itaque respirans nunc Obseruantia Franciscana anhelat ad sui multiplicationem, optatque postmodum, si non in pristinum locum, saltem in aliquem alium suo statui commodum reuocari & admitti; in quo Deo & ecclesiæ sanctæ possit famulari ad ædificationem plebis. De his vt agerem, apud Serenissimum Principem Electorem, missus fui a R. P. Ministro Fratrum Minorum regularis Obseruantiæ prouinciæ Colonienſis: verum, spe frustratus personaliter conueniendi suam Celsitud. quod maxime desiderabam, non auso mihi vlteriori itineri propter difficultates me committere, hoc vnum visum est restare, vt Dominat. V. interpellarem, atque eius auxilium implorarem. Mitto igitur his iunctas Illustriss. Nuntii litteras, simulque supplicationem nostram, obsecrans, vt Obseruantiæ Franciscanæ renascenti Dominatio V. suum fauorem non deneget, sed auxiliatricem manum clementius porrigat, nostrumque hoc negotium in fauorem Ordinis procuret & promoueat. Istud si

experti fuerimus, multis nos nominibus obligatos Clariſſ. Dominat. V. ſemper agnoſcemus, & quod vnum poſſumus, precibus noſtris compenſare pro viribus annitemur. Mitto etiam R. P. Ioannis Nellingii *commendatitias, quas nobis, cum illum conueniſſemus, ac Reu. noſtri Miniſtri epiſtolam tradidiſſemus, addixerat, quibus nos charitati Dominat. V. commendabat. Deus opt. Dominat. veſtram Clariſſ. diutius conſeruet ſanam & incolumem. Datæ an. reſtitutæ ſalutis* 1611, *currentis Auguſti die* 9.

Clariſſ. Dominat. V.

obſeruantiſſimus

F. Aegidius Duron, Conuentus regularis Obſeruantiæ Coloniæ ad Oliuas SS. Theol. Lector.

Ornatiſſimo Domino Ioanni Rudigero, *Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Principis Moguntini Conſiliario Cameræ. Domino ſuo.*

Poſt ipſe *Vigerius* vna cum Fr. *Ebertino Frenz*, Diacono, Aſchaffenburgum profectus, a *Ioanne Suicardo* ſupplex petiit, velit Fratribus Franciſcanis in vrbe Moguntia locum tribuere, in quo Deo, eccleſiæ, archidiœceſi, ciuitati, locisque vicinis ſeruire poſſint.

Annuit, qua erga ſacri Ordinis homines benignitate, atque in promouenda religione animi alacritate erat Eminentiſſimus Princeps, ac cum pro tempore commodior locus haud ſuppeteret, eisdem adſignauit aſceterium, quod ſanctimonialibus de tertia *D. Franciſci* regula proprium olim erat, ac vulgo *Conuentus maior* appellabatur, tum vero incolebatur a typographo.

Quo quidem in negotio idem *P. Vigerius* cum ſocio *Ebertino* ſingularem Aſchaffenburgi beneuolentiam Reu. admodum & Pereximii Viri, *Chriſtophori Weberi*, eccleſiæ Collegiatæ ad SS. Petrum & Alexandrum ibidem Decani, & Celſiſſimi Archiepiſcopi in ſpiritualibus Commiſſarii, expertus eſt; quippe qui vtrumque non modo aliquot dies admodum liberaliter habuit, ſed fidelibus etiam conſiliis prouide inſtruxit; quin vt hoc ocius voti damnarentur, ipſe Principem, ſuo eis affuturus patrocinio, reuerenter adiit.

II

De eodem Celſiſſimi Principis gratia occupato.

Vt locum, quem Fratrum vſibus Princeps clementiſſime addixerat, occuparent illi, Reu. *P. Vigerius* deſtinauit *P. Ioannem Svverinch*, alias *Cæsfeldium*, Gardianum tum temporis Brülenſem, & prouinciæ Definitorem, nec non *P. Arnoldum Hackſtein*, Sacerdotem, vna cum duobus Fratribus laicis, qui anno ſequenti MDCXII, die XXVI Maii Moguntiam ingreſſi, apud RR. PP. *Societatis Ieſu*, veterem FF. Franciſcanorum Conuentum conceſſu beneficioque Archiepiſcopi *Danielis* incolentes, diuerterunt; poſtridie vero vna cum P. Rectore locum ſibi conſignatum luſtrarunt, & ſecuto (qui d. XXVIII Maii erat) circa horam VIII matutinam occuparunt, auctoritate Reu. & Perilluſtris eccleſiæ Moguntinæ Presbyteri Canonici, ac Eminentiſſimi Archiepiſcoi in ſpiritualibus Vicarii generalis, *Friderici* a *Sickingen*, ad hoc ſpecialiter delegati, præſente *Antonio Lorbecher*, Tabellione publico, in eundem immiſſi.

III

De ſingulari, quam Fratres ab ingreſſu ſuo ſtatim experti ſunt, beneuolentia.

Primum tum prandium, vna cum ſupellectile, iisdem præbuere RR. *Societatis Ieſu* PP. Dein Reu. ac Perilluſtris Dominus *Ioannes Godefridus* a *Fürſtenberg*, præter præbitum diurnum, medimnum ſiliginis cum dolio vini muneri eis miſit; ceterum vero omni præſto fuit ope, vices *Syndici*, quo vterentur, *Apoſtolici*, *patrisque*, vt vocant, *ſpiritualis* partes in ſe ſuſcipere haud dedignatus.

Quam maxime vero Reuerendiſſimus in Chriſto Pater, *Stephanus Weberus*, Epiſcopus Myſienſis, ac Eminentiſſimi in pontificalibus Vicarius, qualibet hebdomade

domade vnius diei cibaria, vna cum potu, vt toti congregationi satis superque foret, prolixa beneficaque voluntate iisdem suppeditauit; tum vero, ad diuini splendorem cultus, peripetasma summo altari consternendo, casulam itidem cum Dalmatica, & pluuiale, omnia ex filo aureo, dedit, donauit.

Paullo post cognitis pauperum Fratrum in loco ruinoso degentium necessitatibus *Ioannes Suicardus*, ad eiusdem instaurationem centum contulit nummos vnciales; iis vero singulis hebdomadibus e cella penuque Electorali præberi iussit quartarium vini, cum totidem panibus, quot ex quarta medimni parte conficerentur.

Sereniſſimus itidem Elector Colonienſis, e Comitiis Francofurti habitis domum reuertens, ad preces R. P. *Winæi*, quo conſcientiæ arbitro vtebatur ac moderatore (Confeſſarium barbare vulgus vocat) octo & quinquaginta aureos liberaliter ſubmiſit.

Similiter ciuis quidam Colonienſis in ſumtus domicilio reficiendo impendendos CCL florenos pio contulit animo. *Ioannes* vero *Erneſtus* ab *Eichſtedt* quinque feneſtras maiores in choro ſacelli, dum in eodem defunctæ coniugi, *Claræ Annæ* de *Reiffenberg*, anno MDCXII epitaphium poneret, ſuo parauit ære.

IV

De magno populi ad ſacra concurſu.

Dealbato menſe Iulio veteri cœnobii huius ſacello, & deterſo ſqualore ad ſacra habenda inſtaurato, vix cœperant Patres pro ſuggeſtu loqui, animique ſui dicendo explicare diuitias, quum ſummi, infimi, ſenes, iuuenes, nobiles, plebeii, feruido illorum ſpiritu commoti excitatique, ad ipſos audiendos affluerent, & quos tanto zelo inflammatos videbant, haud ſecus ac angelos Dei reuererentur.

V

De memoria dedicati olim ſacelli celebrata.

Dominica poſt feſtum, quo Apoſtolos in diuerſas orbis partes diſperſos pie recolit eccleſia, ſecundum traditionem antiquam, recurrebat ſacelli olim inaugurati memoria. Quam vt rite celebrarent Fratres, aras eo modo, quo Tertiariæ iuxta vicum Weiſſenau ſolent, exornarunt, ſacello ipſo ſanctiſſimæ & indiuiduæ Triados patrocinio tutelæque quam religioſiſſime commiſſo.

VI

De Fr. Othonis *ab* Hovel *per eosdem dies acceſſu.*

Otho *ab* Hovel, nobiliſſimo apud Liuonos genere ortus, ex aula Iuliacenſi, in qua *Antoniæ*, Ducibus Lotharingicis prognatæ, & *Ioannis Wilhelmi*, qui ſtirpem Iuliaco-Cliuenſem finiit, coniugi, ab illuſtri fuerat miniſterio, anno MDCVIII, die XXX Martii ſanctioris diſciplinæ ſtudio nomen Ordini dederat, voto Coloniæ emiſſo, & poſt Brülæ atque Hammonæ abiectiſſimis ſeruitiis ſua illi probauerat obſequia. Is cum intelligeret, quam læte nouella hæc plantatio Moguntiæ excreſceret, huc venit, Fratribus in colligendo victu, aliisque operis fideliter deſeruiturus. Quorum in famulatu cum aliquod tempus magna animi ſubmiſſione exegiſſet, Hammonæ non ſine quadam ſanctitatis opinione diem clauſit extremum.

VII

De primis Bibliothecæ FF. initiis.

Fundamentum ea debet Celſiſſimo Principi Electori, *Ioanni Suicardo*, quippe qui anno MDCXII Bibliothecam *Ioannis Schneid*, Parochi quondam ad S. Quintinum, ad deceſſorem *Ioannem Adamum* deuolutam, Fratribus donauit; *Ioannes* vero de *Colonia*, Sigillifer, vi mandati d. I Septembris accepti, tradidit, chirographo hoc P. *Ioannis Svverinch* teſte: *Ego Fr.* Ioannes Svverinch *Coſfeldienſis*, *Commiſſarius Conuentus Moguntini Fratrum Minorum regularis Obſeruantiæ*, *in teſtimonium religioſæ gratiarum actionis manu propria agnoſco*, *Reuerendiſſimum ac Illuſtriſſimum Principem* Ioannem Svvichardum *Archiepiſcopum*

Moguntinum, clementiſſimum Dominum noſtrum, pro ſingulari ſua erga S. Franciſcum pietate, ac filios eius beneficentia, hos præmemoratos libros in vſum Conuentus noſtri Moguntinenſis nouiter erecti, motu proprio obtuliſſe, ac per Reuerendum Dominum & Clariſſimum Virum, D. Ioannem Colonia, *Sigilliferum ſuum, eosdem libros noſtro Conuentui tradidiſſe. Pro quo ſpeciali dono, ac ceteris, iisque maximis beneficiis, nobis pauperibus exhibitis, piiſſimo Principi miſericordiſſimus Deus retribuat vitam æternam, Amen.*

VIII

De Fraternitate S. Chordæ *anno MDCXIII Moguntiæ inſtituta.*

Sodalitatem inſtituerant Ordinis Fratres Seraphici, a cingulo D. Franciſci *Fraternitatem S. Chordæ* appellatam; quam poſt *Sixtus V* Pontifex die IX Auguſti anno MDLXXXVII approbauit, ac peculiari diplomate in gratiam Ordinis, cuius ille ſocius olim erat, ratam habuit.

Ad eam, R. P. Prouincialis conſenſu, P. *Ioſephus Bergaigne*, Gardianus loci, anno hoc XIII Moguntinos ſuos inuitauit, bulla Pontificis, ſigillo generalis in ſpiritualibus Vicarii munita, & vtroque ſermone, latino & germanico, per *Antonium*, de quo ſupra, *Lorbecher* promulgata.

Habuit autem, cum auſpicaretur eam, laudatus P. *Ioſephus* in conclaui, a ianua ſacelli inferiore non longe remoto, perelegantem ad eos, qui conuenerant, orationem: qua finita, ſacrisque precibus in eodem recitatis, facto agmine ſupplicantium in morem, per inſulam Conuentus, platea cœnobium ad partem auſtralem olim ambiente tum adhuc aperta, itum.

Dici vero vix poteſt, quam magno ſtatim cum Fratribus numero eam coiuerint Moguntini, non e plebe ſolum, ſed Nobilitate etiam, Cleroque tam maiori, quam minori, illis itidem, qui ſummos honorum titulos ex litterarum conſecuti erant ſtudiis; maxime, cum paullo poſt iuſſu R. P. Miniſtri Prouincialis, P. *Simon Rickius*, SS. Theologiæ in Conuentu FF. Lector, typis vulgaſſet dictæ Fraternitatis Manuale. Compoſuerat autem id lingua latina, & cum a P. Gardiano *Ioſepho Bergaigne*, nec non Reuerendiſſimo *Stephano Webero*, Epiſcopo Myſienſi, & Suffraganeo Moguntino, lectum eſſet, preloque dignum iudicatum, *Ioanni Albino* typographo exſcribendum dederat: quod dein Reu. Vir, *Ioannes Scheubelius*, SS. Theologiæ D. in æde metropolitana Vicarius & Sacriſta, in germanicum tranſtulit, titulo *des Seraphiſchen Wegvveiſers* editum.

Iuuat huc, memoriæ cauſſa, apponere, qui e Clero metropolitano nomina ei tum dedere. Fuere ii

Hugo Craz a *Scharpfenſtein*,
Ioannes Godefridus a *Fürſtenberg*,
Fridericus a *Sickingen*,
Ioannes Reinhardus a *Metternich*,
Georgius Antonius de *Rodenſtein*,
Emericus Henricus de *Ried*,
Iodocus Philippus de *Weiler*,
Hugo Eberhardus Craz de *Scharpfenſtein*,
Ioannes Philippus a *Dienheim*.

IX

De conſilio nouum aſceterium ſtatuendi inito.

Enimuero Patres iuxta ac ſodalitatis inſtitutæ præfecti videntes, locum, *der groſſe Conuent* dictum, nimis anguſtum eſſe, noui tum domicilii tum templi exſtruendi cepere conſilium. Quod vt explicatum darent, libello ſupplice domum contiguam, quam Iudæorum quidam inhabitabat, ſibi donari petierunt. Haud defuit ſupplicantibus Elector, iuſſitque eandem iis addici. Quo minus autem operi ſe poſt accingerent, multæ, quibus rem tum obſtructam videbant, difficultates impediuere.

Aliam igitur, rationibus ſubductis, viam ingreſſi, porrecto die XIV Iul. anno

no MDCXIV per Vicedominum Moguntinum, *Petrum* de *Leyen*, ad aulam tum profectum, alio libello, ædes *Antonitarum* cum templo adiuncto sibi a *Ioanne Suicardo* precario poscebant. Qui quidem & huic illorum occurrit desiderio. Qua occasione placet notare, ita ei subscripsisse, qui Fratrum commodis studebant, societatis præfectos: *Der Seraphischen Confraternität S. Francisci Ordens der Observantz verordneter Senat.*

Annuerat, vt dictum, Eminentissimus Princeps Elector. Rebus tamen omnibus probe circumspectis Patres optimum factu iudicarunt, domo haud emigrare, sed in prima hac sede sua fortunam & in posterum experiri.

X

De coempta ad dilatandum monasterium domo vicina.

Erat *Philippo Höglein*, Tribunalis Spirensis Assessori, domus cœnobio contigua. Hanc de eo, amplificando illi, anno MDCXX mercati sunt Fratres; Celsissimo Electore litteris Aschaffenburgi hoc ipso anno die II Februr. datis emptionem factam ratam habente, confirmanteque.

XI

De nouo Reuerendissimi Weberi *in Fratres promerito.*

Dictum iam supra, quam benigne iis a primo statim illorum in vrbem ingressu fecerit Reuerendissimus hic, & supra laudes omnes positus Vir atque Episcopus. Enimuero haud contentus, istam in eos nauasse beneuolentiam, cum videret, non decollare spem de Conuentu nouo excitando, anno MDCXX ad summum altare in templo propediem exstruendo statuendum mille florenos iis numerari iussit.

Quin die XXX Maii vltimæ voluntatis suæ editurus tabulas, denuo illorum quam maxime habuit rationem, his vsus verbis: *Atque hæc de legatis meis extrema mea dispositio est, ad quorum expeditionem etsi de bona voluntate Testamentariorum meorum non dubitem, admoneo tamen rogoque, tanquam filios in Domino, vt quem loco parentis habuerunt, eius nunc vltimam voluntatem sedulo ad gloriam Dei deducant. Deinde sic ipsum, quod residuum est, siue in vino, siue in frumentis, aut debitis colligendis, colligant, & ex omnibus sic collectis duas partes integras* RR. PP. Franciscanis *ad structuram noui templi sui applicent; tertiam partem similiter integram ad structuram noui templi* PP. Capucinorum.

XII

De inchoata tandem noui templi structura.

Aedem sacram primo omnium statuendam rati Fratres, opus an. MDCXXII, die XVIII Aprilis auspicato aggressi sunt, Reuerendissimo *Webero* primum in fundamenta lapidem demittente.

Compositus autem is fuit ad latus templi sinistrum in loco, qui chorum diuidit a naui ædis: διπλᾶς, ex duobus concauis coaptatus; cui indita tabula ænea, vna cum tribus nummis, vno aureo & duobus argenteis; quorum prima frons præfert insignia Eminentissimi Archiepiscopi *Ioannis Suicardi*; auersa vero facies arcem Aschaffenburgensem, quam is maximis impensis non ita pridem a fundamentis excitauerat. Laminæ æneæ stilo hæc incisa inscriptio:

Anno Domini MDCXXII, die XVIII Aprilis, S. D. nostri Gregorii Papæ XV anno II, R. P. F. Benigno de Genua, Ord. S. Francisci de Obseruantia Ministro Generali, in honorem Dei omnipotentis, B. M. Virginis, S. Francisci stigmatizati, & omnium Sanctorum, Patrono Illustrissimo & Reuerendissimo Iohanne Suicardo de Cronenberg, Archiepiscopo, Principe Electore Moguntino, fautoribus Reuerendissimis Prælatis & ceteris Capitularibus ecclesiæ metropolitanæ, lapidem hunc fundamentalem primarium Reuerendissimus Dominus Stephanus Weberus, Episcopus Mysiensis, Reuerendissimi Archiepiscopi in pontificalibus Vicarius, posuit.

Feruentibus post operis ad vitam meliorem die VII Augusti abiit operis fautor perquam munificus, Reu. *Weberus*, quatuor Archiepiscopis Moguntinis in vicaria sacrorum functione suffragatus, maximo sui desiderio relicto. Erat enim vir sanctis plane moribus, insigni pietate, beneficentia, prudentia, multisque

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aliis rebus in ſacerdotio ſuo præclare geſtis inclitus. Enimuero, quem viuens erga pauperculos Ordinis Seraphici Fratres exeruerat animum, moriens etiam teſtatum fecit, ſcripta, quæ tum ædificabatur, æde ſacra pro maiori facultatum ſuarum parte, vt ſupra dictum, herede. Sex mille, ſexcentos florenos Conuentui anno MDCXXIII, die XXVI Maii numeratos teſtatur, qui tunc FFr. agebat Syndicum, *Ioannes Iacobus* de *Colonia*.

XIII

De alia domo tum ad laxandum monaſterium coempta.

Fuerat illa Nicolai Blum; de quo Fratres eam ſibi an. MDCXXV redemere, Celſiſſimo Principe Electore die XXVI Maii tabulis editis rem firmante, ſimulque dimidium plateæ cœnobio incorporante ſiue adunante.

XIV

De Stephani Weberi *iunioris morte, eximiaque in FFr. beneficentia.*

Reuerendiſſimo, quem ſæpius laudaui, *Stephano Webero* duo erant nepotes; *Chriſtophorus*, Decanus olim ad SS. Petrum & Alexandrum Aſchaffenburgi, poſt Suffraganeus Erfurtenſis; & *Stephanus*, SS. Theologiæ D. & Moguntiæ Collegii B. M. V. ad gradus Decanus; vterque accumulatiſſima erga Fratres voluntate. Qua ille eos complexus ſit beneuolentia, ſupra iam dictum; qua iſte, breuibus nunc perſtringendum. Contulit autem ad aram *B. M. V.* ponendam CCC nummos Imperiales viuus; moriens vero ſubleuandis Fratrum neceſſitatibus CC florenos conſtituit; quos Syndico eorundem Apoſtolico poſt liberaliter ſolutos eſſe, notatum. Obiit autem anno MDCXXVI, die XXXI Maii.

XV

De ſtructura noui pro Fratribus domicilii inchoata.

Aede ſacra ad culmen fere perducta, de ampliori etiam domicilio ſtatuendo curam cogitationemque ſuſcepere Fratres. Nec cunctati, Reuerendiſſimo Collegio metropolitano fauente, eodem hoc anno operis fecere initium; Reuerendiſſimo Myſienſi Epiſcopo, *Ambroſio Saibæo*, die XVI Iunii primum ſtructuræ lapidem in fundamento componente.

XVI

De ſollemni ædis exſtructæ inauguratione.

Exædificatam dedicari conueniebat. Iſti igitur ſollemnitati ſtatutus dies XIX Nouembr. an. MDCXXVIII; qui cum illuxiſſet, Reuerendiſſimus Eminentiſſimi Archiepiſcopi *Georgii Friderici* in pontificalibus Vicarius, dictus modo *Ambroſius Saibæus*, Epiſcopus Myſienſis, ſollemni eam conſecrauit ritu, honorique ſtigmatum D. Franciſci religioſiſſime dicauit: ararum maiori eiusdem dedicata memoriæ; minori, quæ plateam verſus eſt, B. V. M. altera Conuentum verſus, honori S. Crucis ac omnium Seraphici Ordinis Sanctorum.

Quæ res vt hoc certius ad poſteritatis propagaretur memoriam, vnicuique illarum appenſa tabella. Maiori quidem hæc;

Anno MDCXXVIII, die XIX Nouembr. noua noſtra eccleſia hic conſecrata eſt per Reuerendiſſimum Dominum Ambroſium, Epiſcopum Myſienſem & Suffraganeum Moguntinum, ſub Pontifice Maximo Vrbano VIII, Archiepiſcopo Georgio Friderico a Greiffenclavv in Vollrats, Generali Miniſtro noſtro P. F. Bernardino de Senis; altare maius in honorem Patroni eccleſiæ S. Franciſci dedicatum.

XVII

De domicilio pro aduenis exſtructo.

Vt commodus iis recipiendis eſſet locus, Fratribus inter alia erat curæ. Anno igitur MDCCXIJI eorum in gratiam nouum excitarunt ædificium. Hortum verſus id reſpicit; hoſpitalitatis illorum inſigne cetera documentum.

XVIII

De cultu tum ædi, tum FFr. domicilio allato.

Vt hoc auguſtior templi eſſet facies, anno MDCCXVI altare ſummum, *Weberi* illud piiſſimi opus, elegantiſſime fuit inauratum; ſubmotisque, quæ a lateribus erant, veteribus iſtis, noua eodem anno poſita, ſpecie quidem ac pulcritudine ſatis eximia, egregiaque.

Eodem, augeſcente familia, Fratrum etiam domicilium ampliatum, & aliquot adhuc cubiculis (quæ *Cellas* vulgo vocant) inſtructum fuit.

(o)

De origine, ſtatuque *COENOBII* PP. CAPVCINORVM in vrbe Moguntia.

Accedit

APPENDIX

De monaſterio in Rhingauia, *zur Noth Gottes* dicto, & duobus aliis *eiusdem Ordinis*, *Benshemii* & *Waldbürae* excitatis.

I



Ioannes Suicardus, Archiepiſcopus ac Elector Moguntinus, Princeps religioſiſſimus, cum maximopere prædicari audiret *PP. Capucinorum* vitam ad ſtrictioris diſciplinæ normam ſtudioſiſſime formatam, aſſiduamque de proferenda religione Romano-Catholica curam, conſilium iniit, de iisdem Moguntiam aduocandis. Nec cunctatus, anno MDCVIII, die XVI Maii a Patre eorum Generali petiit, vt ſex Sacerdotes profeſſos, Germanos tamen omnes, mitteret Moguntiam.

Patre Generali tum in Hiſpaniis agente, reſpondit inter alia *Michael Angelus* Ariminenſis, Procurator & Commiſſarius Capucinorum generalis; *D. V. Fratres a nobis deſiderat, qui Germanicum idioma calleant, cum Italicum iſtic prope ſit otioſum. Hinc vero fit, vt, vbi erecta ſunt iam nobis domicilia apud Germanos, ægre omnino poſſimus neceſſarium ibi numerum ſuppeditare, id ipſumque arbitror maxime futurum in cauſa, quo minus idem P. Generalis reſpondere poterit piiſſimis votis paſtoralis curæ V. D. non absque dolore noſtro, quibus in animarum ſalute propoſita eſt Dei gloria. Quare in præſentiarum neceſſe erit, vt excuſatos nos habeat* &c. *Romæ in loco noſtro S. Bonauenturæ pridie Non. Octobr. MDCVIII.*

Neque tamen de propoſito ſuo deſiſtebat *Ioannes Suicardus*, ſed hoc magis in eo perſtabat, quo curatius biennio poſt Pragæ, quo a Cæſare *Rudolfo II* rei publicæ cauſſa vocatus erat, in vtroque eorum domicilio αὐτόπτης vitam ipſorum ac conuerſationem religioſam, nec non ſingularem in promouendo pietatis ſtudio zelum cognouerat, perſpexeratque. Scripſit itaque anno MDCX ad ſummum Pontificem *Paulum V*, nec non ad Miniſtrum Ordinis ſupremum, petiitque inſtanter, vt aliquot familiæ iſtius Sacerdotes, vna cum vno alteroue Fratre laico, ad ſe deſtinent; ſe eisdem de commoda habitatione, victuque omni proſpecturum cura.

En! ipſas ad *Pontificem* litteras;

Beatiſſime Pater, Domine Clementiſſime.

Religionis zelus, regularis vita, pietas, charitas, patientia, aliaque ſpiritualia & corporalia opera, dona, virtutes, quibus Ordo S. Franciſci Capucinorum nuncupatus paſſim præfulget, tam magnos in eccleſia Dei fructus faciunt, quod tales cooperatores in vineam Domini diuinitus immiſſos eſſe omnes fateantur; atque hinc eſt, Pater Sancte, quod & ego pro mea, ſubditorumque meorum deuotione atque ſpirituali conſolatione omnibus votis exoptem, eundem Ordinem in meam metropolitanam introduci poſſe. Verum cum illud ſine ſpeciali licentia vel indulgentia S. Sedis Apoſtolicæ facere non liceat, ſupplex ad S. V. pro obtinenda gratia recurro. Dignabitur igitur dicti Ordinis R. P. Generali vel etiam Prouinciali mandare, quatenus pro meo voto & deſiderio Conuentum in loco opportuno & commodo per me deſignando inſtituat, atque religioſos vna cum iuſta familia introducat,

ducat, cum certa ſpe atque promiſſione, quod nihil vnquam ipſis deeſſe patiar. Hoc ſi impetrauero, precibus atque ſacrificiis viciſſim promereri ſtudebo &c. Pragæ XV Iul. MDCX.

Haud deerat tam pio piiſſimi Præſulis deſiderio *P. Generalis*, litterisque ſequentibus fidem faciebat, proxime adfuturos aliquos, votis ipſius, quantum poſſent, ſatisfacturos.

-- Præclara T. D. Illuſtriſſimæ merita, ſingularisque erga meam religionem deuotio iure expoſtulant, vt eius piæ petitioni ſatisfaciam, & eo libentius, quo vere gratiam accipere, non concedere exiſtimo, id præſtando, quod poſtulat. Propoſui petitionem Sanctiſſimo Domino noſtro, & ſua Sanctitas benigne annuit. Concedo igitur T. D. Illuſtriſſ. quod a me poſtulat; in cuius executionem mittam literas obedientiales ad quendam Patrem ex primis prouinciæ Flandriæ, qui vocatur P. Franciſcus Hybernus, Concionator, de cuius vitæ probitate & doctrina plurimum in Domino confido ad effectum, vt aſſumptis ſecum aliquibus idoneis Fratribus in præfatam ſuam ciuitatem Moguntiam ſe transferat, ibi commoraturus, monaſteriumque ædificaturus, ſecundum quod D.V. Illuſtriſſ. diſponere dignabitur &c. Romæ XXII Auguſt. MDCX.

Fr. Hieronymus *a* Caſtro Venetorum,
Generalis Fratrum Capucinorum.

Cum autem cauſſæ eſſent *Ioanni Suicardo*, vt mallet, *Fr. Hybernum* iter ſuum ad tempus anni ſequentis vernum differre, Patri Generali eas litteris die XVI Nouembr. Aſchaffenburgi ſignatis expoſuit; qui reſpondit, mandaturum ſe illi, vt tempus præſtitutum exſpectet, ac poſt brumam demum Moguntiam ſe conferat.

P. *Hybernus* percepta Generalis voluntate, anno ſequenti litteris feſto Epiphaniæ datis *Ioanni Suicardo* ſuum detulit obſequium, paratum ſeſe oſtendens ad iter, quandocunque ipſi viſum fuerit, ingrediendum. Electorautem die XXVIII Martii his inter alia reſpondit verbis: *Sed quod ipſum haud ita pridem reſcripſimus, ea nunc temporum variorum vndequaque perſtrepentium, motuum, impeditorumque itinerum difficultas eſt, vt non quidem abiicienda, ſed differenda tamen, & melioribus opportunitatibus reſeruanda hæc ipſa adſciſcendorum PP. conſilia arbitremur.*

Sic quieuit negotium vſque ad annum MDCXVII, quo Commiſſarius Capucinorum prouinciæ Rhenanæ Generalis, *Fr. Arſenius* Bruxellenſis, ſequentibus litteris ſuorum commendabat cauſſam;

Reuerendiſſime ---

Diuinus ſeminator vnigenitus, ipſe filius Dei, hac nouiſſima quaſi hora, in nobili ſuo Germanicæ eccleſiæ horto modicum illud & poſtremum de Seraphici Ordinis ſemine Cappucinicum incepit plantare granum. Illuſtriſſ. Celſ. V. gratiæ & fauori, quibus ſubnixus Germaniæ pedem intulit, id vel in primis pauperrimus Ordo debet. Magnus in illum C. V. affectus reſplenduit, primus in terram tuam, ſub alas tuas, ſi humanum loquamur, ingreſſus eſſe debuit; aliter viſum illi, qui cuncta moderatur Deus. Veruntamen non a C.V. ablati ſumus, ſed dilati. Vt admittere nunc propius & Moguntiæ tuæ inferre digneris, quam poſſum humillime & ſuppliciter oro. Coronæ gloriæ, non tui nominis tantum, ſed & ſalutis etiam hæc gemmula debetur. Dei opt. max. ad laudem, eccleſiæ ad decorem & fructum, C. V. ad meritum erit. Exaudi, Reuerendiſſime & Illuſtriſſime Elector, humilem pauperum precationem, & permitte nobis nidificare pro fidelium exemplo & ædificatione in ramis tuis. Ita Reuerendiſſ. & Illuſtriſſ. C. V. ſemper exaudiat Deus, cui iugi obſecrationum inſtantia commendare nobis curæ erit, vt Reu. & Illuſtriſſ. C. V. diu eccleſiæ ſuæ, imo Germaniæ toti & bonis omibus proſpere conſeruet incolumem, & poſt depoſitionem huius tabernaculi æterna felicitate donet. Coloniæ IX Decembr. MDCXVII.

Illuſtriſſ. C. V.

humillimus filius & in Chriſto ſeruus,
Fr. Arſenius Bruxellenſis,
Commiſſar. Generalis FF. Capucinor. prouinciæ Rhenanæ.

Enim-

Enimuero, quod locum inter hæc Moguntiæ consecuti erant *PP. Franciscani*, nonnihil difficultatis de recipiendis nunc *Capucinis* emergere videbatur. Quod ipsum cuius esset momenti indagaturus Elector, *Friderico* de *Sickingen*, suo in spiritualibus Vicario generali, id mandauit negotii, vt cum ceteris Officialibus ecclesiasticis hac de re conferret, &, quid animi illis esset, tum exploraret, tum ocius perscriberet. Qui cum sub initium Ianuarii an. MDCXVIII respondisset, parum, si non plane nil, impedimenti occurrere, cum nemo fere sit, qui non optet, illos admitti, tantum abest, vt quis resistat, huicque obtrectet caussæ; tum & ipse hoc facilius annuit, illique, cui negotiorum Ordinis procuratio tum delegata erat, significari iussit, exspectari quam proxime virum aptum, idoneumque, quocum ea de re agere liceat.

Is, vt Electoris voluntati morem gereret, misit *P. Michaelem Oenipontanum*; quem, simulac Aschaffenburgum venerat, non perhumaniter solum excepit *Ioannes Suicardus*, verum etiam prono audiuit animo, ac mox Moguntiam misit, vt ex tribus, quorum optio ei data, locis deligeret, quem suscitando asceterio iudicaret commodissimum.

Erant autem ea *hortus Wilhelmitanus*, monasterium *S. Nicomedis*, & *curia Westerburgica*. Quibus singulis probe perlustratis, *P. Michael* censuit, vltimum vtroque reliquorum esse opportuniorem. Videns tamen contubernio, templo, hortoque condendis minus suffecturum, consilio cum Reuerendissimo Vicario generali collato, statuit, ad Eminentissimi confugere opem, illiusque consensum ad coemendam domum vicinam, *zum Cronenberg* nuncupatam, expetere. Nec moratus, vtramque demissis postulabat precibus, caussæ patronum nactus, quocum rem, vti dictum, composuerat. Subscribebat petito *Ioannes Suicardus*, Patribusque tum curiam *Westerburgensem* suo familiæque suæ nomine liberaliter attribuebat, tum licentiam dabat, *Cronenbergensem*, aliaque loca contigua sibi comparandi.

Quibus partim iusta emptione partis, partim Ordini donatis, Patrum loco possessionem illorum adiit Reu. admodum Vir, *Adamus Freisbach*, Prouicarius in spiritualibus, Syndicus tum illorum, vt vocant, Apostolicus.

Inde opera data, vt sine mora asceterium cum templo statueretur. Ad quæ excitanda cum e Nobilitate plures, aliique re auctiores ac fortuna, præcipue vero Reuerendissimus Episcopus Mysiensis, *Stephanus Weberus*, Suffraganeus Moguntinus, operam, studium, sumtum prolixa beneficaque conferrent voluntate, factum, vt opinione citius vtrumque staret.

Notes hic velim, diuinis eos officiis hac inter in ade D. Ignatio *sacra secundum Ordinis regulas vacasse.*

Opere perfecto ædes sacra dedicanda erat. Anno proin MDCXXV Reuerendissimus in Christo Pater, *Ambrosius Saibæus*, Episcopus Mysiensis, *Weberi* successor, sollemni eam apparatu consecrauit. Dicauit autem honori *S. Michaelis* Archangeli; die, qua dedicationis celebratæ quotannis recoleretur memoria, Dominica proxima post festum apparitionis *D. Michaelis* constituta: quæ tamen postea Romani concessu Pontificis ad quartam post paschales ferias translata est.

Vix autem monasterium hoc suum incolere cœperant Patres, gratumque vitæ exemplaris, virtutumque diffundere odorem, quum certatim ad moderandas conscientias, audiendas exomologeses, functionesque id genus alias expeterentur. Dum vero nonnisi permissu Sedis Apostolicæ id muniorum in se suscipere licet Ordini, negotium delatum fuit ad Illustrissimum Nuntium Apostolicum, *Antonium Albergati*; qui, vigore *Breuis* Roma accepti, prouinciæ Patres Rhenanæ, quod ea vndique a Lutheri & Caluini adsectatoribus cincta esset circumdataque, auctoritate Apostolica quasi perpetuos constituit Missionarios, data litteris peculiaribus facultate, vbiuis locorum pro suggestu populum docendi, confessiones de peccatis dolentium excipiendi, & id genus munia alia extraordinaria, rebus Germaniæ in præsentiarum ita exigentibus, in toto ad Rhenum tam superiorem quam inferiorem tractu sustinendi.

Venia ista Papali publice denuntiata, dici non potest, quam auide passim

deſiderata fuerit ipſorum opera. Erant, qui ſolatium ex eis quærebant; erant, qui animi eisdem detegebant labes, ſummi, infimi, ſæculares, eccleſiaſtici; quin integri ſanctimonialium cœtus in conſcientiarum eos legebant arbitros. Et cum in dicendo ſummarum eſſent virium, voluerunt, quorum res illa tangebat curam, vt vel in ipſa æde metropolitana habendis ad populum ſacris concionibus vacarent.

Qua illorum in Ordinem ἐκτενείᾳ excitati, hoc magis omnes intendebant neruos, vt in obeundis iſtis officii partibus alacris eſſent, indefeſſique animi, ac caſtimonia, morum ſinceritate, rerum fluxarum contemptu, laborum tolerantia, dignum omnibus præirent exemplum.

Quanta ſane ſollicitudine in tuendis ſibi commiſſis cathedris, tempore belli tricennalis, inſtiterint, ſatis ſuperque nouit Moguntiæ ad ædem primariam *D. Martini*, nec non *B. M. V.* eccleſia. Cum enim Sueci per ciuitatem vacuos libere occuparent ſuggeſtus, noſtri vnice obſtiterunt, quo minus in dicta ad *D. Martinum* æde, eaque, quæ *ad gradus* eſt, vllo modo pro ambone loquerentur. Qua ſua cura etiam meruere, vt in hunc vsque diem in vtraque concionandi fungantur officio; in metropolitana quidem, diebus feſtis, nec non ſingulis diebus Mercurii tempore anniuerſarii Chriſtianorum ieiunii; in Mariana vero, Dominicis, iisque, qui *B. Virgini* ſollemnes ſunt; in hac vna cum PP. Societatis Ieſu; in illa iuxta cum Parocho chori ferrei.

Quin, iidem illi fuere, qui tum magnam Bibliothecæ metropolitanæ partem rapacibus hoſtis, fana omnia depeculantis, manibus eripuere, publicoque ſeruauere; prout id non ſine elogio, intus ſupra ianuam illius ſcripto, memorari, alibi iam notatum.

APPENDIX I

De Conuentu, qui vulgo zur Noth Gottes *dicitur.*

ESt locus in Rhingauia, vna a *Rüdisheimio* hora, ſiluam verſus, qui vulgo *zur Noth Gottes* nuncupatur.

Appellatur autem hoc nomine, ab imagine Chriſti Seruatoris ἐν ἀγωνίᾳ γενομένε, ſiue, vt voce barbara vtar, agonizantis, e ligno ſculpta: quam a vaſti quodam corporis tauro (cuius cornua etiamnum Rüdisheimii in ædibus extinctæ an. MDCLXVIII *Brômſerorum* familiæ olim propriis memoriæ cauſſa adſeruari dicuntur) e quercu prægrandi, eodem ſita loco, in quo nunc ſacra ſtat ædes, extractam conſtanti veterum traditione ferunt.

Cuius imaginis vim quum ſucceſſu temporis multa, eaque, ſi illos audias, eximia declararent prodigia, factum, vt magno ſubinde numero religionis cauſſa huc affluerent vicini iuxta longiusque ſummoti.

Quorum quidem pietati fouendæ ſacellum anno æræ vulgaris M, memoratæ imaginis ſiue ſtatuæ in honorem, exſtructum fuit; eoque, aucta poſt mirum in modum religione, deſtructo, fanum amplius altiusque: quod anno MCCCXC ritu inauguratum ſacro: prout litteris hac de re eodem anno ſcriptis latius continetur.

Locum hunc illuſtris Nobilium *de Brômſer* familia Capucinis donauit. Quem cum ipſi an. MDCXX, Celſiſſimi Archiepiſcopi *Ioannis Suicardi* conſenſu, occupaſſent, manus aſceterio ædi ſacræ adſtruendo admota: ad quod ſtatuendum, quam modo dixi, familia, honorum virtutisque titulis a multis temporibus iam clara, ſumtum, ſi relatis fides, liberaliter ſuppeditauit.

APPENDIX II

De monaſterio Capucinorum *Bensheimenſi.*

QVum Friderico V Electore Palatino proſcripto, Eminentiſſimus Moguntinenſium Archiepiſcopus, *Ioannes Suicardus*, ſtradam montanam, *Friderico Victorioſo* olim a *Diethero* pignori oppoſitam, Archidiœceſi vindicaſſet, id Patribus Capucinis dedit negotii, vt incolas ad Romano-Catholica adducerent ſacra.

Incre-

Incredibile autem dictu est, quantum eisdem in opere eo deuorandum fuerit laborum iuxta ærumnarumque. Firmi namque erant animi in tuendis, retinendisque, quibus innutriti fuerant, dogmatibus, qui tractum istum incolebant, oppidani pariter ac agrestes, Patresque tam acri auersabantur odio, vt eosdem vix aspicere sustinerent, tantum abest, vt admiserint, audiuerintque.

Neque tamen animum demittebant illi, sed quo magis repudiabantur, hoc fortius instabant, obsecrando, monendo, vrgendo, doctrinam suæ contrariam pro suggestu refellendo, afflictos ægraque valetudine oppressos inuisendo, dictisque ac solatiis firmando, quamuis non sine multo vitæ periculo. Et cum probe perspicerent, procliuius esse, teneriorum animis, quæ optes velisque instillare, quam natu grandiores conquisitis expugnare rationibus, ad iuuentutem se demittebant, eamque, Electoris mandato, ad lectiones adstringebant catecheticas. Tum vero in siluam excurrebant Othonianam, ad parochias *Fürth*, *Merlebach*, & *Epsteinach*, Pastoribus tum destitutas; in maximo deputantes lucro, si quem a patriis reuocassent opinionibus.

Quum ita tenerior ætas docili arriperet animo primas istas religionis lineas, easque domi studiose recoleret, & grandior sensim manus dedit, ac in Patrum disciplinam conuenit.

Et quamuis postea aliquot per annos, circumstrepentibus armis hostilibus, cessandum fuerit in opere cœpto, pace tamen restituta nil magis Patribus curæ fuit, quam vt extremam negotio manum imponerent. Habebant enim pro non inchoato, quod non esset perfectum.

Et sic tandem integer ille tractus, non nisi pauciſſimis in auita credendi ratione persistentibus, in ecclesiæ Romanæ concessit obsequium.

Lætus euentu *Ioannes Philippus* Elector anno MDCLII Benshemii aream satis amplam, quam a nobili *Rodensteiniorum* familia acquisiuerat, Patribus tradidit, voluitque, vt in ea pro XII Fratribus statuerent cœnobium, adsignata post, vnde viuerent, e Laurishamensis olim monasterii reditibus pensione quadam siue eleemosyna.

APPENDIX III,

De Conuentu Waltdüræ *instituto.*

QVid prodigii in vico *Dürn* siue *Waltdürn* appellato, circa annum MCCCCVIII acciderit, *Serarius* lib. V rer. Moguntiacar in *Ioanne* II Electore § IX e scripto quodam anno MDLXXXIX Herbipoli curatius excuso retulit.

Exinde vero factum, vt vicini primum, dein longinqui etiam, religionis ducti studio, cumulatim illuc, Deo litaturi, excurrerent.

Quorum pietati cum Parochus loci solus haud ex omni satisfacere poterat parte, sæculo superiori singulis maioribus festis *PP. Capucinos* e *monte Angelorum* vicino ad vicariam in sustinendis sacris muniis operam aduocabat.

Qui læti, hoc ipso occasionem sibimet præberi, suo talento instituendi quæstum, animo libenti eidem præsto erant, verba ad populum faciendo, confitentes audiendo, confessos labeque purgatos sacramento cœnæ reficiendo; nec vllius pertæsi laboris ab anno MDCXXXI, quo permissu Archiepiscopi *Anselmi Casimiri* in loco domicilium sibi statuere (*residentiam* vulgo vocant) Parochis operam prolixo dabant affectu.

Quam illorum in administrandis sacris ac exercendis erga incolas, peregrinosque pietatis operibus alacritatem ac singularem diligentiam expendens Archiepiscopus *Ioannes Philippus*, anno MDCLVIII facultatem eis dedit, ædem Conuentui sacram adstruendi, stabilemque ibi figendi sedem.

Quod non sine eximio religionis incremento factum. Ex eo namque quotannis maiori numero affluebant, qui salutis suæ habebant curam. Vti sane an. MDCC a festo corporis Christi ad octauam vsque (spatio temporis certe perexiguo) quadraginta conuenarum millia, venia erratorum prius impetrata, corpore Dominico pasta fuisse compertum est.

Moguntinorum mereretur pietas, vt sigillatim eorum hic facerem mentionem. Sedenim, cum in *chronico Mariano* § XXX p. 663 iam, quæ hic dicenda forent, attulerim, lectorem eo remitto.

(o)

De origine, fatis, ſtatuque COENOBII ALBARVM DOMINARVM.

I

De diuerſis, queis vocatur, nominibus.

APpellatur vulgo *ad Albas Dominas*, vernacula, *zu den vveiſſen Frauen.* Quod quidem nominis iam quadringentis abhinc annis habuit. Superant enim litteræ, anno MCCCXXV datæ, in quibus diſerte *monaſterium ad Albas Dominas* dicitur. Nec aliter in antiqua quadam inſcriptione, quæ in cœmeteriò illius ſupra effigiem *Mariæ Magdalenæ* in muro pictam olim legebatur, nunc autem temporis tempeſtatumque iniuria euanuit, vocabatur. Sic enim ibi;

Diß Cloſter ſtehet in Gottes hand,
Zu S. Marien Magdalenen, den vveiſſen Fravven, *iſt es genant.*

Ceterum nuncupabatur etiam *ad Pœnitentes*, item *monialium S. Mariæ Magdalenæ ad Pœnitentes.* In tabulis ſane, quas ſtatim dabo, legas; *Sorores pœnitentes S. Mariæ Magdalenæ in Moguntia.* Item in aliis *Adolfi II* Archiepiſcopi, de quibus infra § VI, *monaſterium monialium S. Mariæ Magdalenæ ad Pœnitentes in foro gentili.* Rurſus in quibusdam anno MCCCCLXXXI confectis; *monaſterium monialium ad Pœnitentes Ciſterc. Ordinis.* Et quidem ita vocatum fuit a Diua, cui dicatum eſt, viuo ſcilicet illo peccatricum ad meliorem vitæ frugem ſeſe componentium exemplo, *Maria Magdalena.*

II

De eiusdem Patrona.

Dixi, *D. Mariæ Magdalenæ* honori ac patrocinio id dicatum eſſe dedicatumque. Quod licet nemini, vel ob annuam illam ſollemnitatem, qua eius memoriam parthenon pie recolit, ignotum eſſe poſſit, iuuabit tamen afferre ἐπιγραφὴν, iſti, de qua modo egi, *D. Mariæ Magdalenæ* imagini inferne olim appictam;

Sant Maria Magdalena *iſt hie Patron,*
Die vvird alle die vvol belohn,
Die ihre ſünd ruvven . . . .
. . . hergebend zu dieſem buvve.

III

De primis eiusdem incunabulis.

Quo quidem anno primum ædificari cœperit, diſtincte definiri nequit. Nec enim fundationis, vt loquuntur, ſupereſt diploma; nec in veteribus rerum Moguntiacarum chronicis atque annalibus hac de re quid inuenitur vel legitur annotatum. Quantum tamen e tabulis *Hugonis* tit. *S. Sabinæ* Presbyteri Cardinalis eidem conceſſis coniicere licet, circa medium ſæculi XIII cœpit.

En illas!

Vniuerſis Chriſti fidelibus per Allemanniam conſtitutis Fr. Hugo *miſeratione diuina tit.* S. Sabine *Presbyter Cardinalis, Apoſtolice Sedis Legatus, ſalutem in Domino ſempiternam. Quoniam, vt ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, recepturi prout in corpore geſſerimus, ſiue bonum fuerit, ſiue malum, oportet nos in diem meſſionis extreme operibus miſericordie preuenire, ac eternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce ſeminat, parce & metet vitam eternam.*

Cum igitur, ſicut dilecte in Chriſto filie, Prioriſſa & Conuentus Sororum penitentium S. Marie Magdalene *in Moguntia, nobis exponere curauerunt, eedem eccle-*

eccleſiam & clauſtrum cum officinis ſuis, vſibus oportunis edificare ceperint, & ad edificationem huiuſmodi, ac ſuſtentationem ipſarum proprie ſibi non ſuppetant facultates, Vniuerſitatem veſtram rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, in remiſſionem peccaminum vobis iniungentes, quatenus de bonis vobis a Deo collatis pias eis elemoſinas & grata caritatis ſubſidia erogetis, vt per ſubuentionem veſtram opus inceptum valeat conſummari, & aliis earum indigentiis prouideri, ac vos per hec & alia bona, que Domino inſpirante feceritis, ad eterna poſſitis felicitatis gaudia peruenire. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui ad id manus porrexerint adiutrices, XL dies de iniuncta ſibi penitentia miſericorditer relaxamus.

Datum Ingelnheym V Idus Iulii, pontificatus Domini Innocentii Pape IIII anno nono.

IV

De fundatore eius ſiue auctore.

Is quidam ciuium erat Moguntinenſium, vir pius & monaſticæ religionis promouendæ ſtudioſus, *Eberzo* nomine: quippe qui virginum ſacrarum in vſus cœnobium hoc ſtatuiſſe, ac certis inſtruxiſſe reditibus diſerte dicitur in catalogo quodam monaſterii inferiali (*Chor-Calender* vulgo) eoque veteri & in membranis ſcripto; his quidem verbis:

Anno MCCCX, feria tertia ante natalem Domini obiit EBERZO, fundator & conſeruator huius noſtre † conuerſacionis.*

* Forſan *Helvvichius*, qui inſcriptionem hanc ex eo, dum ſupererat (hodie enim haud amplius habetur) excerpſit, numeros inuertit, & pro MCCXC poſuit MCCCX.

† *Conuerſatio*, monachiſmus. Vid. *Du Freſne* col. 1323.

V

De Simonis, *Epiſcopi Vormatienſis, beneficio in Sorores collato.*

Is quidem VI libras Hall. legati nomine cœnobio huic reliquit, hac conditione, vt ſingulis annis anniuerſario ſuo recurrente ſacra debita funebri ritu Sorores peragant; Rectrix vero *nomine conſolationis ſiue pictantiæ* inter præſentes duo maldra ſiliginis æqualiter diuidat; vt in Prioriſſæ & Conuentus litteris anno MCCXCI, die virgini Luciæ feſta datis, habetur.

VI

De humili cœnobii huius ſtructura ſubinde in auguſtiorem mutata.

Et parthenon & templum primitus modica admodum fuere: quæ deinde ad formam tum meliorem, tum ampliorem ſunt redacta.

Initium factum a choro Virginum. Quem, cum vitium feciſſet, pia quædam matrona, *Catharina* zum *Laderam*, ſæculo XV ineunte tum altius exſtrui, tum concamerari curauit. Luculento teſtimonio eſt inſcriptio hæc, arcui ſuperne circum inſignia ipſius, tres roſas trabe diſtinctas referentia, inciſa;

Anno Domini MCCCCVIII Katherina *zum* Lateram *me fecit* *.

* Id quod ita interpreteris neceſſe eſt; *Ordinauit, vt poſt mortem ita ſtatueretur.*

Quam clariſſime vero id prodit λόγος hic ἐπιτάφιος, eidem in choro, a latere ianuæ ſacrarii veteris, poſitus:

Anno Domini MCCCC tercio, IIII Nonas Februarii obiit Katherina *de* Colonia, *dicta* zum Laderam, *ſtructrix chori huius cenobii, in eodem ſepulta. Cuius anima requieſcat in pace. Amen.*

Neque vero contenta, chorum ſuſtuliſſe altius, templo etiam adiungi curauit acceſſionem; opere quidem paullo humiliori, animi tamen ad promouendum religionis cultum propenſi indicio ſatis manifeſto.

VII

De noua in templo hoc ara excitata.

Omnium ea vocatur *Sanctorum*, & opus eſt *Wernheri* dicti *Rorheimer*,

quippe qui vna cum coniuge *Eliſabetha* eam anno MCCCXLIV ſtatuit, ad eamque pia liberalitate XXII medimnos ſiliginis, quotannis in valle Angelica exigendos, contulit. Quo magis autem hæc, quam fecit, perſtaret ordinatio, ius Sacerdotem, qui in altari hoc conficeret, præſentandi, ſibi, quoad in viuis eſſet, reſeruauit; ſe vero fatis functo, Abbati Eberbacenſi *Wilhelmo*, eiusque ſucceſſoribus proprium eſſe voluit; a quibus id ſecutis temporibus parthenoni conceſſum.

VIII

De aucto ſacrorum in æde hac cultu.

Vt ad intentius Deo ſeruiendi ſtudium hoc frequentior eſſet occaſio, quæ hic Chriſto ſe obſtrinxere, Virginibus, *Ioannes II* Archiepiſcopus anno MCCCCII, litteris die honori B. Afræ feſta Ehrenfelſi datis, X conſtituit Presbyteros, qui ſingulis per annum diebus duas, iſtis vero temporibus, quibus eccleſia tum Chriſti aduentum recolit, tum XL dierum ante Paſcha agit ieiunium, tres Miſſas pie celebrent.

IX

De templi ſtructura & reparata & exaltata.

Aedem, quam ſuo *Catharina*, vt modo dictum, ſuſtulerat ſumtu, quum ſuccedente tempore labem contraxiſſet, *Ottilia Roſenbergerin*, cœnobii Antiſtita, refici curauit, choroque altitudine æquari. Cum autem ad opus, quod agreſſa erat, multi requirerentur ſumtus, peculiares tum ab *Adolfo II* Archiepiſcopo, tum a Cardinalium collegio tabulas, quibus ſtipem ad id pie conferentibus certæ peccatorum indulgebantur condonationes, impetrauit.

Eæ ſic habent;

ADOLFVS *Dei gratia ſancte Maguntine Sedis Electus & confirmatus, S. R. I. per Germaniam Archicancellarius ac Princeps Elector, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, preſentium inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam. Ad ea concedendum promptior -- noſter flectitur animus, per que eccleſiarum & monaſteriorum fabrice precipue ſalubrius ſuccurratur. Sane, prout rerum docet experientia, notoriumque extat, qualiter eccleſia ſiue monaſterium monialium* S. Marie Magdalene *ad* Penitentes, *in foro gentili ciuitatis noſtre Maguntine, in ſuis ſubſtantialibus, ſtructuris & edificiis ad ruinam tendat, adeo quod, niſi a Chriſti fidelibus ſubueniatur, cum facultates proprie, temporum cauſante qualitate, ad id non ſufficiant, veriſimiliter reparari, & in eſſe conſeruari nullatenus queat. Vnde nos, pii patrii more attendentes, quomodo ipſum monaſterium pro perſonis Deo dicatis & famulaturis, laudabiliter exiſtit fundatum & erectum, inibique per easdem perſonas cottidie, die ac nocte, hore canonice deuoto obſequio perſoluuntur; Eapropter cupientes, vt noſtris temporibus idem monaſterium ac eccleſia reparentur, & in eſſe conſeruentur, nomenque diuinum ibi perpetuo glorificetur, mandamus per hec ſcripta vniuerſis & ſingulis Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, Presbyteris, & Clericis noſtrarum ciuitatis & dioceſis in virtute ſancte obedientie & ſub excommunicationis pena, quatenus factores vel procuratores prefati monaſterii, vel quos illius Abbatiſſa & Conuentus ad id deputauerint, vbi, quando, & quociens expediens fuerit, ac pro ipſarum parte fuerint requiſiti, in eccleſiis & capellis eorum in ambone, aliisque locis, dum populus ad diuina audiendum conuenerit, huiusmodi noſtras litteras inſinuare & publicare, elemoſinasque Chriſti fidelium, & caritatiuum ſubſidium pro reparatione & conſeruatione eiusdem eccleſie ſiue monaſterii petere & recipere libere permittant, ac ad illud eosdem Chriſti fideles hortari ſtudeant.*

Et vt Chriſti fideles eo promptiores ad premiſſa reddantur, quo ſe, dono gratie celeſtis vberius conſpexerint refertos, omnibus & ſingulis vere contritis & confeſſis, qui dicte fabrice manus porrexerint adiutrices, de omnipotentis Dei gratia, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius, nec non B. Martini patroni noſtri auctoritate confiſi, XL dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis in Domino miſericorditer relaxamus; preſentibus poſt biennium a data earundem duntaxat valituris; harum noſtrarum, quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt, teſtimonio litterarum. Datum in ciuitate noſtra Maguntina, die XXI menſis Iulii MCCCCLXIV.

Guillermus *Oſtienſis*, Philippus *Portuenſis*, Angelus *Preneſtinus Epiſcopi*, Oliuerius *tit.* S. Euſebii, Stephanus *tit.* S. Adriani, Huſias *tit.* S. Vitalis, Iohannes Bapt.

Bapt. *tit.* S. Cecilie , Philippus *tit.* SS. Petri & Marcellini *Presbiteri* , *nec non* Franciſcus S. Marie noue , & Ioannes Michael S. Angeli *Diaconi* , *miſeratione diuina ſacroſancte Romane eccleſie Cardinales* , *vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis* , *viſuris pariter & audituris* , *ſalutem in Domino ſempiternam.*

Glorioſus & excelſus Dominus , *qui ſua mundum ineffabili claritate illuminat* , *commouet & excitat cunctos Chriſti fideles ad benefaciendum* , *vt per opera ſua bona* , *que in terris geſſerint* , *eterne beatitudinis retributionis premia & munera valeant & mereantur reputare in celis. Cupientes igitur* , *vt eccleſia ſiue monaſterium monialium* S. Marie Magdalene *in foro gentili Moguntie Ord. Ciſtercienſ. congruis frequentetur honoribus* , *& a Chriſti fidelibus in debita veneratione habeatur* , *ac luminaribus* , *libris* , *calicibus* , *& aliis eccleſiaſticis ornamentis congrue fulciatur* , *nec non in ſuis ſtructuris & edificiis conſeruetur & manuteneatur* , *fidelesque ipſi eo libentius deuotionis cauſa confluant ad eccleſiam dicti monaſterii* , *ac ad fulcimentum* , *conſeruationem* , *& manutentionem huiuſmodi manus promptius porrigant adiutrices* , *quo ibidem dono celeſtis gratie conſpexerint ſe refectos* , *de omnipotentis Dei miſericordia* , *ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius* , *auctoritate confiſi* , *omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus vere penitentibus & confeſſis* , *qui dictam eccleſiam* , *ad quam dilectus nobis in Chriſto* , *Venerabilis Vir* , *Dominus* Adam Piſcatoris , *Clericus Moguntinus* , *litterarum officii ſacre penitentiarie Apoſtolice Procurator* , *ſpecialem gerit deuotionis affectum* , *in eiusdem B. Marie Magdalene* , *ac Corporis Chriſti* , *& annunciationis B. M. V. nec non in die OO. SS. & ipſius eccleſie dedicationis feſtiuitatibus* , *a primis veſperis vſque ad ſecundas veſperas incluſiue deuote viſitauerint* , *ac ad fulcimentum* , *conſeruationem* , *& manutentionem huiuſmodi manus porrexerint adiutrices* , *vt prefertur* , *nos Cardinales prefati & quilibet noſtrum per ſe pro ſingulis feſtiuitatibus & diebus prefatis* , *quibus id fecerint* , *centum dies de iniunctis eis penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus preſentibus* , *perpetuis temporibus duraturis.*

In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes litteras exinde fieri , *noſtrorumque Cardinalatuum ſigillorum fecimus appenſione muniri. Datum Rome ſub anno a natiuitate Domini MCCCCLXXV* , *Indictione VIII* , *die vero XX menſis Aprilis* , *pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri* , *Domini Sixti diuina prouidentia Pape IV anno IV.*

Factum hinc , vt haud pauci ad inchoatum opus explicandum liberales porrigerent manus. Quum ſua meruerint beneficentia , vt ad poſteritatis propagentur memoriam , non poſſum , quin quorundam nominatim faciam mentionem.

Conradus Ravv , ſenior , Cantor maioris , dedit centum florenos.

Henricus Fürſtenberg , Patritius Moguntinus , præter quod vnam feneſtrarum in loco Conuentus , vt vocatur , parauit , XXX florenos in ſumtum erogauit operis.

Fridericus de *Lövvenſtein* X contulit florenos ; tum vero vnam feneſtrarum ſuo redemit ære.

Ioannes de *Lutrea* , ſummi templi Eccleſiaſtes , vir iſta ætate admodum celebris , florenos largitus eſt quinquaginta.

Wolfgangus de *Bicken* , ædis maioris Canonicus , & Vicarius in eccleſiaſticis , XXV aureos Rhenenſes.

Catharina Becherin , *Georgii Schraub* , Prætoris ciuici vxor , itidem centum , ad exædificandum periſtylium.

Catharina Hellerin ducentos.

X

De horto quodam , cenſuque parthenoni donato.

Anna Roſenbergerin , Abbatiſſæ *Ottiliæ* ſoror , qua in pauperes , ſacrique homines Ordinis facilitate erat ac beneficentia , cœnobii huius conſultura commodis , eidem tum hortum in platea , quæ verſus *altum monaſterium* extenditur ,

ſuo

ſuo coemptum ære, addixit, tum cenſum quinque florenorum annuum de ædibus *zum Laderam* præſtandum, ad luminare perpetuum attribuit ; poſteris non immerito epitaphio hoc commendata;

Anno Domini MCCCCXCIX, VII Kalend. Maii, obiit honeſta Matrona, Anna Roſenberg, Ioannis *zum* Iungen *quondam relicta, & Chriſti pauperum ſpecialis amica. Cuius anima requieſcat in pace. Amen.*

XI

De nuperrima eiusdem inſtauratione & amplificatione.

Ottiliæ veſtigia ſecutura, quæ hodie gregi in parthenone hoc præeſt, *Anna Eliſabetha*, haud parum ad illius formam cultus attulit, ad amplificationem vero incrementi. Quippe anno ſæculi huius VII ædem ſacram tam nitide inſtaurari curauit, vt fere noua nunc dici poſſit. Sequenti vero XVIII eximio pro aduenis domicilio, forum gentile verſus, cœnobium auxit; huc ſua nunc vertens conſilia, vt, qua erga Sorores ſuas virgines animi eſt benignitate, & illis habitationem aliquando exſtruat, eamque præſenti commodiorem iuxta concinnioremque.

XII

De quibusdam parthenonis huius Rectricibus.

Cum omnes recenſere, non plane operæ ſit pretium, illas ſolum huc afferam, quæ vel virtute, vel alia quapiam re dignam ſui memoriam reliquerunt.

Gertrudis, Abbatiſſarum ſeptima, filia fuit *Catharinæ* zum *Laderau*, quam ſingulari in cœnobium beneficentia fuiſſe, modo dictum.

Ottilia XXX annos monaſterii regimen quam laudatiſſime geſſit. Præter enim quod ædem ſacram denuo fere exſtruxit, diſciplinæ etiam ſanctioris in mores gregis ſibi commiſſi reducendæ per fuit ſtudioſa. Cœnobium ſane, quod antea cuiuis quaſi patebat, anno MCCCCLXXII occluſit, & a mundanæ contagionis illecebris repurgatum ad veteris cultum religionis reuocauit. Nec vlli ad collapſum ſtatum præclare reſtituendum pepercit operæ, quamuis pleræque ſanctimonialium, immo tantum non omnes, omni contra niterentur auſu, & obſequii ignaræ litteras monaſterii haud paucas diſcerperent, eccleſiaſtici partem ornatus ſubducerent, procaciterque agerent omnia : quin adſcitis aliunde virginibus probatæ vitæ aliis in id incubuit, vt id genus refractarias bonis emendaret exemplis. Quod etiam ex voto tandem perfecit.

Quo ſtudio Moderatrix hodierna parthenonis huius ſui commoda curet, iam non ſine laude memoratum.

De

De

SORORVM D. CLARAE,

vulgo

der Reichen Clariſſen,

COENOBIO.

I

MOnaſterium *D. Claræ* ſtatuerunt ac excitarunt *Humbertus* de *Ariete* (vulgo *Wider*) & *Eliſabetha* zum *Iungen*, coniuges. Tabulis ſane, quibus *Humbertus Eliſabetha* eidem bona ſua anno MCCLXXXII transcripſerunt, in libro, qui vocabulo in monaſteriis curiisque recepto, *das Copial-buch* vocatur, hic præfixus eſt titulus: *Erſte giftung des Stifters* Humberti & Elizabeth. Dein in litteris quibusdam *Iudicum Moguntinenſium* inter cetera ſic eſt; *Quondam* D. Humbertus *de* Ariete, *ciuis Moguntinus, fundator monaſterii prædicti.*

Fuit autem hic *Humbertus* de *Ariete* patria, vt coniicio, Francofurtenſis, domo Moguntinus, *Ciuem* ſane *Moguntinum* paſſim appellari videas. Is vero, dum Moguntiæ ætatem agebat, honoratos in ciuitate magiſtratus geſſit. Anno certe MCCXLIX Iudicis obiit munia. In litteris enim *S.* & *F.* Comitum *de* Leiningen ſuper venditione partis villæ *Bausheim* eidem h. a. facta diſerte vocatur *Humbertus "Iudex* de *Ariete*, *ciuis Moguntinenſis.* Et in litteris *Philippi* de *Hohenfels* anno MCCLIII ſignatis; *Ciuitas vero fideiuſſores conſtituit* - - - - Chriſtianum *dictum* de Rana, Humbertum *dictum* de Ariete, *Iudices.* Fatis conceſſit, ſi epitaphio ei nouiſſimis his annis poſito ſtandum, anno MCCXCII. Vtrum vero eo ſtandum ſit, dubites; propterea quod in catalogo Fraternitatis ſummi templi adhuc anno MCCXCIV *Humbertus* de *Ariete* occurrat. Sepultus fuit vna cum coniuge *Eliſabetha* in periſtylio monaſterii, tumulo ſimplici: qui tamen proximis his annis, cum domicilium monialium ab Antiſtita *Ioanna Catharina* de *Münchhauſen* ad commodiorem redigeretur ſtructuram, non parum immutatus fuit, peculiari, quam inter epitaphia legere eſt, inſcriptione adiecta.

II

Et quidem anno MCCLXXII id eos exſtruxiſſe perhibet inſcriptio, quæ in medio templi occurrit, & ſic habet:

qVanDo poLI CLaVes DenVs GregorIVs *atLas*,
& Vaſto MIChaeL *oCtaVVs In orbe gVbernat*,
virginis in Claræ *clarum decus extruit ædem*
Humbert *de* Wider, *Francfurti iure Senator*
Lilienſtam *dictus*, *ſimul adiuuat* Eliſabetha;
quam Moguntinus Princeps Wernerus *adornat.*

III

Exſtructum ſuſcepto *Prouiſoris* munere quanto potuit ſtudio idem curauit *Humbertus.* Teſtimonio ſunt litteræ, quas anno MCCLXXVI edidit *Wernzhrudis* Magiſtra, & Conuentus ſanctimonialium in *Huſen*, Ordinis S. Auguſtini, Mogunt. diœceſ. *ſuper venditione bonorum in Zornheim*, *conſilio* Henrici *Scholaſtici* & Hartmundi *Canonicorum S. Petri Moguntiæ*, *patronorum*, Wilhelmi *de* Winthove & Billungi *de* Ingelnheim, *Militum*, *familiarium eiusdem monaſterii in* Huſen, *atque potiſſimum conſenſu* Wernheri *Archiepiſcopi*, monaſterio huic *D. Claræ* facta; quippe in quibus poſſeſſionem bonorum illorum nomine

mine monaſterii ementis cepiſſe dicitur *Humbertus* de *Ariete*, ciuis Moguntinus, & " *Dominæ Abbatiſſæ Ord. S. Claræ Prouiſor.*

IV

Quin largis omnino, lautisque poſſeſſionibus id anno MCCLXXXII ditarunt & inſtruxerunt idem *Humbertus* & *Eliſabetha.* Dederunt enim ei omnia, quæ habebant bona *in agris, cenſibus, redditibus, iurisdictionibus, ac rebus omnibus in terminis villarum* Weiterſtatt, Aſtheim, Buvvensheim, Flersheim, Nerſtein, Nackheim & Zornheim, Spiesheim, Odernheim, Partenheim & Algesheim, eaque triennio poſt eidem nouo actu confirmarunt. Teſtimonio ſint tabulæ ipſæ.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis, Amen. Nos Humbertus *dictus de* Ariete & Elizabeth, *Collateralis eiusdem, ciues Moguntini, ad vniuerſorum tam preſentium quam futurorum notitiam in huius ſcripti ſerie cupimus peruenire, quod pari & vnanimi voluntatum noſtrarum conniuentia & aſſenſu, precipue ad honorem Dei, & glorioſe beate Marie Virginis matris ſue, nec non animarum noſtrarum, ac omnium progenitorum noſtrorum ſalutis intuitu, vniuerſa bona noſtra & poſſeſſiones, in agris, terris, cultis ſiue incultis, vineis, pratis, domibus, hortis, areis, cenſibus, redditibus, iurisdictionibus, ac rebus omnibus quibuscunque, que vel quas in terminis villarum* Weiderſtatt, Aſtheim, * Buvvensheim, Flersheim, Nerſtein, Nackheim, Zornheim, Spiesheim, Odernheim, Partenheim, & Algesheim *poſſidemus, & poſſedimus in hunc diem, pura & ſimplici donatione per manus noſtras irreuocabiliter iam nunc facta, damus, confirmamus, & reſignamus Religioſis nobis ſincere dilectis, Domine Abbatiſſe & Conuentui Sororum Ordinis beate* Clare, *& earum monaſterio in* Maguntia, *iure & conditione, quibus bona eadem ſiue poſſeſſiones hacusque tenuimus & poſſedimus, vna cum equis, iumentis, pecoribus & animalibus, ac vniuerſis vtenſilibus, que in ipſis reperta fuerint, perpetuo poſſidenda. Supradicte noſtre donationi & collationi expreſſe & ſpecialiter hoc incluſo, quod prefata Abbatiſſa & Conuentus de bonis in* Nerſtein *ſupradictis, que libere proprietatis iuri ſubiacent, ſingulis annis, in omnem euentum, ſtatim poſt obitum vnius noſtrum,* centum & quatuor *maldra ſiliginis Moguntinenſis menſure ad elemoſynam pauperum, pro noſtrarum, & aliorum, a quibus eadem elemoſyna deriuata eſt, remedio animarum, perpetuo debeant miniſtrari. De quibus, inquam, centum & quatuor maldris ſiliginis* ſextis *ſingulis feriis, per circulum anni cuiuslibet, duo maldra panis pauperibus vndecunque aduenientibus, ante portam monaſterii ſui particulatim diſtribuant, atque dabunt.*

Et ad predicte noſtre donationis & collationis, tam publice & ſollenniter iam nunc facte, maiorem certitudinem, memoriam & cautelam, memoratis Abbatiſſe & Conuentui ſancte Clare, *ac earum monaſterio faciendam, petimus cum inſtantia, precum noſtrarum ſupplicatione requirentes, litteras preſentes ſigillis venerabilium Dominorum Iudicum ſancte Maguntine Sedis, nec non ciuitatis Maguntine vniuerſitati, vna cum appenſione ſigilli mei predicti* Humberti, *quo ego* Elizabeth *predicta, eius Collateralis, contenta ſum, communiri, in euidens teſtimonium & robur omnium premiſſorum.*

* de Gudenberg

Et nos prefati Iudices ſancte Maguntine Sedis, Eberhardus * *Camerarius, . . †* Scultetus, *Iudices, Conſules & vniuerſi ciues Moguntini, ad predictorum* Humberti, & Elizabeth *eius Collateralis petitionum inſtantiam, ſigilla noſtra preſentibus, in teſtimonium rei geſte, vna cum ipſius* Humberti *ſigillo, perdignum duximus appendenda. Acta ſunt hec anno Domini MCCLXXXII, ipſo die ſancti* Georgii *martyris.*

† Iacobus de Waltertheim

Tenore preſentium omnibus innoteſcat, quod cum Humbertus *dictus de* Ariete, & Elizabeth *vxor ſua, ciues Moguntini, precipue ob honorem DEI & glorioſe B. Marie matris ſue, nec non animarum ſuarum, & progenitorum ſuorum ſalutis intuitu, vniuerſa bona ſua & poſſeſſiones ſuas in villis, & terminis villarum* * Weiterſtatt, Aſtheim, Buvvensheim, Flersheim, Nerſtein, Nackheim, Zornheim, ** Spiesheim, Odernheim, Partenheim & Algesheim, *cum omnibus attinentiis & iuribus, ac equis, iumentis, pecoribus & aliis animalibus, nec non & cuncta*

cta ſupellectili attinente, pari & vnanimi voluntate, Religioſis Dominabus, Abbatiſſe & Conuentui Sororum Ordinis S. Clare, *& earum monaſterio in Maguntia, pura & ſimplici donatione per manus eorum irreuocabiliter facta, contulerint perpetuo poſſidenda, prout in aliis eorum patentibus litteris, ſuper hoc confectis, & ſigillatis ſigillis authenticis Dominorum Iudicum ſancte Maguntine Sedis ciuitatis Maguntine, ac ipſius* Humberti *proprio ſigillo plenius eſt expreſſum, iidem* Humbertus, *&* Elizabeth *vxor ſua, pro maiori certitudine, & cautela ſupradicte donationis ab ipſis prefato monaſterio, & eius Conuentui facienda, poſtmodum de bona & libera voluntate eorundem, coram* Henrico *Iudice Maguntino, in figura ſecularis Iudicii, atteſtante ſibi* Fridemanno, *dicto* Iudeo, *& aliis ciuibus Moguntinis, ſub cautione, que* borgen *vulgariter dicitur, ſe firmiter aſtrinxerunt, quod ipſi memoratam collationem bonorum & poſſeſſionum ſuarum, predictis Abbatiſſe & Conuentui, ac earum monaſterio, tam publice & ſolemniter factam, inuiolabilem teneant & obſeruent. Et ſi vllo vnquam tempore, ambo pariter, aut alter eorum, quod abſit, contrauenire preſumpſerint, aut ipſam donationem quomodolibet infringere attentauerint, ipſo facto, irremiſibiliter, ad ſolutionem trium millium marcarum denariorum Aquenſium, ſiue Colonienſium, legalium & bonorum, antedictis Abbatiſſe & Conuentui, ac earum monaſterio, pene nomine teneantur; ipſa donatione legitime facta in ſuo robore firma & rata nichilominus remanente.*

* Villam *Weiterſtatt* ſibi compararat ab *Eberhardo*, Comite *de* Cazenelnbogen; qui eam olim a Nobilibus *de Franckenſtein*, quorum in peculio erat, facta obtinuerat emptione.

** Bona in tractu villæ Spiesheim emerat a *Philippo* de *Bolandia*, vi litterarum ſignatarum anno MCCLXXV, VII Kalend. Febr.

Et hec uniuerſa & ſingula, quemadmodum ſunt premiſſa, ſupradictus Henricus, *Iudex, atteſtante ſibi prefato* Fridemanno Iudeo, *coram ſe in figura ſecularis Iudicii eſſe acta, ad requiſitionem Domini* Eberhardi, *Camerarii Moguntini, ſub profeſſione iuramenti preſtiti, publice recitauit.*

Teſtes aderant huic facto:

Thudo, *&* Iacobus, *Iudices.*
Henricus Walpodo.
Gozo, *filius* Erckenboldi.
Iacobus *ad* Iuuenem Aduocatum.
Iacobus *de* Roſendahl.
Henricus, *filius Camerarii.*
Emercho *de* Macula.
Carolus.
Emercho *dictus* Poto.
Thilmannus Winckelſez;
& quamplures alii ciues Maguntini fide digni.

In quorum teſtimonium omnium euidentiam pleniorem nos predicti, Eberhardus, *Camerarius*, Henricus, Thudo, Iacobus, *Iudices*, *&* Henricus Walpodo, *ſigilla noſtra vna cum ſigillo dicti Humberti, preſentibus dignum duximus appendenda. Actum anno Domini MCCLXXXV, craſtino Inuentionis ſancte Crucis.*

V

De cetero *Humbertum* & *Eliſabetham* fundatores in conferendis monaſterio huic beneficiis imitati ſunt plures alii. Quippe *Petermannus* zum *Iungen* & *Margareta*, coniuges, rati, ſe pie facturos, ſi monialium in ſalutem ſacrorum augerent cultum, non longe poſt duo pro Sacerdotibus ſæcularibus inſtituerunt beneficia, cum obligatione ad certas Miſſas celebrandas; quarum quidem ratione vnicuique conſtituerunt XXX maldra ſiliginis annua in villa Dreyſs. Quod dum refero, notes, duos iſtos Sacerdotes, quos *Altariſtas* vocant, etiamnum a poſteris illorum *zum Iungen* præſentari; *Petermannum* vero & *Margaretam* hac in æde ſepulturæ locum nactos. Loquitur id, qui iis in ſolo ante aram maiorem poſitus eſt, lapis ſepulcralis, cum figuris illorum, & in medio exſculptis familiæ *zum Iungen* inſignibus;

Hic in Domino quieſcunt Petermannus *zum* Iungen *&* Greda *de* Bebenhofen, *coniuges, pii fundatores inſignium altarium* SS. Ioannis Baptiſtæ *&* Petri; *nec non* SS. Ioannis Apoſtoli *&* Catharinæ *in hac eccleſia anno MCCCXI.*

In honorem piorum fundatorum Perilluſtr. Poſter. altarium Patronorum D. Ioannis Hieronymi, *Cæſ. Gener. Campi Mareſchalli locumtenentis,*

D. Ioannis Maximiliani, *huiusque filii* Hieronymi Maximiliani, L.B. *de* & *zum* Iungen, *in* Baronatu *&* inſigniis *de* Bebenhofen *confirmatorum*, *hunc lapidem*, *antiquo ſub hoc recondito*, *poſuit* Henricus Barz *, *Altariſta*, *anno MDCCXI.*

* E Ducatu Luxemburgico, ad S. Albanum Vicarius, qui obiit anno MDCCXIII, d. XXX menſis Iunii.

Wigelo dein de *Wannenbach*, cum vxore ſua *Eliſabetha*, *Wigelo* itidem *zum Froſch*, cum *Gyſela* coniuge, ciues Francofurtenſes, anno MCCCXV, Dominica ante Matthæi Apoſtoli, eidem donauerunt iugerum agri *(eine hube landes)* Edershemii.

Poſt anno MCCCXXVII, die VI Martii, quæ fuit vigilia beatorum martyrum Perpetuæ & Potentianæ, *Hermannus* de *Wannenbach*, Presbyter, eidem coram *Henrico* dicto de *Friburgo*, Ord. FF. Minorum, ſanctimonialibus a moderandis conſcientiis, *M. Conrado* de *Auguſta*, Clerico, ciue Moguntino, *Petro* dicto zum *Waldertheymer*, & *Philippo* zum *Blaſoven*, ciuibus Moguntinis, donatione inter viuos contulit varios in ciuitate Francofurtenſi cenſus, *redditus* nimirum *trium marcarum denariorum Colonienſ. ſuper* domo ſalis *ibidem*, *item mediæ marcæ redditus ſuper quibusdam hortis ibidem ſitis ante portam dictam* Burnheimer Port; *item hortum alium ante portam vulgariter dictam* Menzer Port; *quem tunc tenuit pro annuo VII ſolidorum Hallenſium cenſu dictus* Appel *de* Alsfeld, *cum variis inſuper bonis in villa* Vſſenkeim *Mogunt. dioceſ. & in oppido* Geylnhauſen.

VI

Veteribus e *Prouiſoribus* nobis occurrit *Ioannes* de *Lautern*, Ordini Teutonico poſt adſcriptus. Sic namque *Ioannes* de *Heymerſtorffe* N. P. in Inſtrumento quodam; *Anno MCCCLXVI*, *Indictione IV*, *XIII Decembr. ſtunde vor mich offenen Schriber*, *der Ehrbar Geiſtliche Man*, *Herr* Iohann *von* Luttern, *eine Dutſche Herre*," *der vormals Schriber vnd Diener vvas der Geiſtlichen Frovven zu* S. Claren *zu Meynze*, *vnd nahme das vff ſinen Orden vnd vff ſin Crucz*, *vnd als hoch ers nehmen ſolte vnd mogte* &c.

VII

Recentiores inter benefactores *Ioannes Adamus Ebersheym*, cognomento *Carpentarius*, Decanus ad S. Stephanum & Canonicus S. Petri, familiæ ſuæ vltimus, per donationem, vt loquuntur, mortis cauſſa, parthenoni huic anno MDCLIII, die XXIX Maii, attribuit ſex agri iugera in arena Iudæorum.

VIII

Vt hoc maior templi cultus eſſet, anno MDCLXX organo pithaulico nouo, eoque egregii plane operis, fuit exornatum, ſqualoreque deterſo renouatum. Docet id inſcriptio, ſupra dictum organum legenda;

Vix ſol millenos ſexcentos ſeptuaginta
Perfecit circlos, *IOANNE regente PHILIPPO*,
Candore exornor, *ſacrata contegor ara.*



De

De *MONASTERIO* S. AGNETIS *in foro gentili.*

I

MOnasterium *S. Agnetis* cœpit sub annum MCCXC. Auctor operis fuit e patritia apud Moguntinos, eaque nobili *Landeckerorum* gente, a domo, quam incolebat, *Conradus zum Korb* dictus. Quod cum alii omnes silentio prætermiserint, notauit auctor libelli, de dissidio Dietherum inter & Adolfum Moguntino, vernacula scripti, & vsque huc inediti. Dum enim, familias Patritiorum Moguntinensium præcipuas recensens, ad *Landeckeros* peruenit, sic quidem pergit: *Die* Landecker. *Das Hauß ist in der* Greben-Gaß. *Diesen hat das Hauß* zum Korb *gehört. Deren einer hat das Closter zu* S. Agnes *fundirt anno circiter* 1290. *Hatt geheischen* Conrad *zum* Korb, *daselbst begraben* 1299.

Landeckerorum sane hodieque in æde hac *D. Agnetis* visuntur monumenta. In sacello quidem *Michaelis* lapis est *Ortonis* de *Landeck*. Ad formicem vero cryptæ, quæ ad murum patet, *Iacobi* filii his verbis fit memoria: *Anno Domini MCCCLXI ob.* Iacobus *filius* Ortonis *de* Landeck, *ciuis Mag.* & in basi eiusdem, *Margaretæ* nurus sequentibus: *Anno Domini MCCCLXXIX, V Kal. Octobr. ob.* Greda *vxor* Iacobi *de* Landeck.

II

Enimuero, sua inter initia *Cistercienſis* instituti virginibus traditum fuit, & in earum possessione mansit vsque ad tempora Archiepiscopi *Wolfgangi*. Confer huc, quæ sequuntur § VIII.

III

Vulgo *noui monasterii* mactatum fuit appellatione. Patet id ex litteris antiquis quampluribus. Quædam anno MCCXCIII festo Michaelis scriptæ sic incipiunt: *Nos Soror* Gertrudis *dicta, Abbatissa, totusque Conuentus* noui monasterii *in foro gentili in Maguntia, Ordin. Cistercienſ.* Aliæ anno MCCCXXVII, die S. Albani martyris datæ: *Nos Abbatissa, totusque Conuentus sanctimonialium* noui monasterii *in foro gentili, Moguntinæ ciuitatis & dyoceſis, Ordin. Cysterc.* Aliæ IV Non. Aug. anno MCCCXIV datæ testem adscriptum habent quendam huius cœnobii Sacellanum, his quidem verbis: Iohannes *dictus* an dem Isenmarck, *Capellanus* noui monasterii *in foro gentili Maguntiæ.*

Dictum tamen etiam fuit monasterium *S. Agnetis.* Sic enim Abbatissa *Agnes* in litteris anno MCCCLXVII, Kal. Iun. perscriptis: *Nos* Agnes *Abbatissa, & Conuentus sanctimonialium* S. Agnetis *&c.*

IV

Vti vero haud defuere, qui commodis id affecere plurimis; ita anno MCCCXLVII *Petrus* dictus ad *Lapidem*, Curio parochialis in villa *Bosenheim*, Missam perpetuam ad altare *vndecim millium virginum martyrum*, & *B. Catharinæ* Virginis instituit, bonis suis ad Sacellani siue Presbyteri, qui eam celebret, sustentationem monasterio dicatis & attributis; ius illum denominandi concessit Rectrici, eiusque contubernio; hac tamen lege adiecta; si locum vacare contigerit, vt intra spatium menstruum idoneum præsentet virum. Sin id negligeret, Abbatis ad *D. Iacobi* esse, vt tum quidem ad munus id obeundum quendam probe præparatum designet.

V

Supra § I sacelli *Michaelis* facta mentio. Illud vero cœpit an. MCCCLXXIX,

teſte hac, quam in extimo lapide, fornicem eiusdem claudente, legas, inſcriptione: *Anno Domini MCCCLXXIX hæc Capella eſt erecta.*

VI

Incubuiſſe olim monaſterii huius Sororibus incolis, vt infirmorum agerent curam, vti vetus conſtansque traditio eſt, ita non parum firmatur verbis his, quibus *Agnes* Abbatiſſa in litteris modo dictis vſa: *Nos* Agnes *Abbatiſſa & Conuentus ſanctimonialium* S. Agnetis "*ſuper Hoſpitale in Maguntia*", *Ordinis Ciſtercienſis.*

VII

Ciſtercienſium in poſſeſſione fuit vſque ad tempora Archiepiſcopi *Wolfgangi*; ſed rebus haud parum attritis. Ne dubites, faciunt litteræ Archiepiſcopi *Danielis* anno MDLXXII, die XXVIII Aug. datæ, quibus Abbatiſſæ & Congregationi facultatem conceſſit, cenſum altarium *B. M. V.* & *S. Michaelis*, tum temporis vacantium, ad ſex annos proxime ſequentes, vitam vt hoc facilius tolerare poſſent, ſua ad alimenta conuertendi.

VIII

Atenim, cum ne ſic quidem ex anguſtiis, quibus premebatur, emergeret, *Ciſtercienſibus* his tandem, felicibus *Wolfgangi* Archiepiſcopi auſpiciis, ſurrogatæ moniales ex *D. Auguſtini* norma viuentes, quibus, quum monaſterio *D. Petri* prope Crucenacum religionis cauſſa extorres agerent, Archiepiſcopus *Daniel* circa an. MDLXVIII parthenonem *Eybingenſem* incolendum dederat.

Obiter hic notandum, ſanctimoniales *B. Auguſtini* regula deuinctas e clauſtro *Bubencapella* vulgariter dicto, quod *Crucenaci* erat, anno MCCCCXCV ſub *Bertholdo* Archiepiſcopo in monaſterium *D. Petri* prope *Crucenacum* translatas, ſub *Daniele* vero, vt dictum, in exſilium actas eſſe.

A *Daniele*, quum primum Moguntiam veniſſent, & in Cluſa *D. Margaretæ*, quæ olim ſanctimonialium *D. Franciſci* de tertia regula fuit, diuertiſſent, in *Eybingenſe* cœnobium immiſſas fuiſſe, fidem faciunt litteræ eiusdem an. MDLXXV datæ, in codice prolatæ Diplomatico. Id vero circa an. MDLXVIII factum, innuere videntur verba, quæ ſanctimoniales hæ effigiei *Danielis*, grati animi ergo, ſuperſcripſere: *Daniel Brendel Churfürſt zu Maintz fundirte das Jungfrawen-Cloſter* S. Agnetis, Auguſtiner Ordens, *als ſie von denen Ketzern vertriben vvorden anno* 1568. Aliquot ſane annis ante, quam *Daniel* litteras dictas anno MDLXXV daret, in Eybingenſe domicilium traductas fuiſſe, diſerte hæc, quæ ibi habentur, probant verba: *Cum* "ante aliquot annos" *vos, in monaſterio* S. Petri *prope Crucenacum exiſtentes, propter noua dogmata expulſæ, nobis vnanimiter ſupplicaueritis, vt in noſtra ditione aliquod monaſterium, in quo Ordinis & voti veſtri religioſam vitam peragere, diuino cultui vacare, atque ita veſtras preces ad Deum fundere liceret, conſtituere dignaremur; nos* "tunc" *noſtri paſtoralis officii memores, veſtris votis libenter annuimus, vosque in monaſterium Eibingen prædictum, vbi paucitas perſonarum eo tempore erat, ad ampliandum diuinum cultum tranſtulimus & collocauimus.*

A *Wolfgango* ex Eybingenſi aſceterio huc translatas, dubitare nos non ſinit cautio, de qua ſtatim, Archiepiſcopi *Ioannis Adami: Als die geiſtliche Mutter vnd Conuent* S. Agnetis *gebeten, ſintemal ihnen von dem Hochvvürdigen Fürſten --- Herrn* Wolfgang, *gemeldt Cloſter --- gnediglich anbefohlen, daß ſie ſolches vnd alle deſſelben zugehörung, recht, vnd gerechtigkeit, zins, gulten, güter, --- gebührlich handhaben* &c.

IX

Immiſſis poſſeſſionem huius ad *D. Agnetem* cœnobii ſtabiliuit *Ioannes Adamus: Ioannes Suicardus* vero in perpetuum addixit; ille, anno MDCIII, die XXII Octobris tabulis, quarum verba quædam modo attuli, peculiaribus; hic ſollemni diplomate anno MDCV die XXV Iulii edito.

X

Ab his dum habitatur, annis proxime præterlapſis, MDCCXV ſcilicet, XVI & XVII, auguſtiori mole ſurrexit clauſtrum hocce; quippe deiecto veteri domicilio, Sororum in vſus noua a fundamentis habitatio excitata eſt.

Aedes vero ſacra anno MDCCXIX tum ampliata, tum ad aliam plane formam redacta fuit, vt vere noua dici poſſit.

XI

Ceterum hodie non, vt olim, Abbatiæ monaſterium hoc claret dignitate: loci etiam ratione cœnobio *D. Claræ* cedit.

De

De SORORVM D. CLARAE *de tertia regula,* vulgo *der Armen Clariſſen* parthenone.

I

QVi Fratribus Ordinis Seraphici locum Moguntiæ ſuis impetrauerat precibus, Reuer. admodum *P. Nicolaus Vigerius*, vt ſimiliter pro pauperculis *D. Claræ de tertia regula* Sororibus in eadem aliquem, aſceterio ſuſcitando idoneum, obtineret, curæ ſibi habuit. Anno proin MDCXIX, quem ante tam benignum facilemque expertus fuerat, Celſiſſimum Archiepiſcopum, *Ioannem Suicardum*, reuerenter conuenit, humilique rogauit prece, hoſpitiolum eisdem in vrbe concederet.

II

Is, quo religionis inter ſuos proferendæ flagrabat ſtudio, prona ſtatim annuit voluntate, tam pio viri deſiderio paterne collaudato.

III

Quo alacrior factus idem *P. Vigerius*, operam dedit, vt primo quoque tempore Sororum nonnullæ Moguntiam delegarentur. Miſſæ autem e cœnobio, quod Coloniæ in vico, qui vulgo *die Klöckergaſſe* dicitur, eſt, ac feſto *Templi Mariæ*, germanice *Marien-tempel*, appellatur, quatuor velatæ, inchoando inſtituto præ ceteris pares; nimirum *Margareta* de *Gramaye*, *Ottilia Kreichin*, *Hortulana Lindin*, & *Margareta Volmers*, vna cum Laica quædam.

IV

Quæ poſtquam Moguntiam venerant, nonum in menſem hoſpitatæ ſunt apud matronam piam, honeſtamque, *Mariam Schadin*, *Georgii Molitoris*, qui Reuerendiſſimi Collegii metropolitani a ſecretis fuerat, viduam.

V

Inter hæc vero de clauſtro ſibi ſtatuendo ſollicitæ, ad *Ioannis Suicardi*, tanquam benefici prorſus ſideris, confugerunt opem; qui vetus *Antonitarum* domicilium eis ſingulari conceſſit clementia, ea tamen ſub lege, vt Præfecto, qui cum poteſtate eſt, vulgoque *der Gevvalts-bott* dicitur, iſtud tum incolenti, alias emerent ædes.

VI

Quam conditionem læto non minus, quam grato accipientes animo, illi domum, quæ vulgariter *Curia longa*, vernaculo ſermone *zum Lang-Hof*, appellabatur, pretio IV M & DCC florenorum compararunt; beneuolo virorum reuerendorum, *Franciſci Sangii*, Canonici Capitularis ad D. Stephanum, *Melchioris Herpoll*, & *Ioannis Scheubelii*, in æde metropolitana Vicariorum, adiutæ auxilio: quippe qui paupercularum miſerati ſortem, tantum iis argenti gratuito propoſuere, nil aliud ſibi ſtipulati, quam ſempiternam beneuolentiæ huius nauatæ memoriam.

VII

Inde anno ſequenti, ipſo τῆς ἁγίας μεταμορφώσεως feſto, quod die VI Auguſti religioſe celebrari ſolet ab eccleſia, a Reuer. *P. Theodoro Reinfeld*, contubernii Seraphici tum temporis Præpoſito (*Gardianum* vulgo vocant) in iſtas *Antonitarum*

tonitarum ædes, dextra crucem, ſiniſtra facem ardentem præferentes, auſpicato deductæ ſunt, *Margareta* de *Gramay* gubernaculis admota.

VIII

Templum ædibus adſtructum ſordibus adhuc inquinatum erat, & ſqualore obſitum : in ſtabulum namque conuerſum fuerat equorum. Ad factitanda igitur officia religioni debita ſibi delegerunt aulam domus (quæ nunc Sororibus pro cœnaculo eſt) donec illud cœno putoreque purgatum reconciliaretur.

IX

Die dein, qui *D.* matri *Claræ* in faſtis ſacer eſt, ſacra primum, magna vtriuſque ſexus multitudine præſente, celebrato Miſſæ officio, luculentaque ad populum acroaſi habita, in loco hoc perpetrata fuere.

X

Die vero XI Octobris ædes ipſa, ab inquinamentis mundata, *Stephano Webero*, Epiſcopo Myſienſe, & Celſiſſimi Archiepiſcopi in pontificalibus Vicario, rem faciente, denuo conſecrata eſt, honorique *S. Antonii Eremitæ* dicata : ara maiori dedicata eidem *Antonio* & *D. Claræ*; minori, quæ ad dextram eſt, *B. Mariæ* Virgini ac *Ioſepho*; altera, quæ ad ſiniſtram, *D. Franciſco* & *Eliſabethæ*.

XI

Succeſſu temporis Sorores, ædibus vicinis iuſta emptione ſibi comparatis, dilatarunt clauſtrum hoc ſuum, atque neceſſarios ad vſus id omni accommodarunt ſtudio. Præcipue vero vitæ ſanctimonia, ad auitæ diſciplinæ normam, in toleranda æquo animo paupertate, contemnendis mundanæ contagionis illecebris, liberique gloria obſequii, religioſe compoſita, tantum dignationis venerationisque in tam pauperculo monaſterio conſecutæ ſunt, vt e præcipua nobilitate viduæ, virginesque haud dubitarint, ipſiſcum ſpretis mundi diuitiis, honoribus, deliciis, eandem militare militiam.

XII

Illi ſane, velo ſumto, alias inter nomen dedere, Deoque ſe deuouere

Anna Vrſula de *Dalberg*, illuſtri Nobilium de *Walbrunn* ſanguine orta, *Wolfgangi Dietheri* de *Dalberg* (cui anno MDCXVIII nupta, non totos quinque menſes eocum in coniugio vixerat) vidua, iuuenta quam maxime florens.

Anna Apollonia ab *Ehrntraut*, *Ioannis Philippi* de *Schönenburg* vidua, XX tantum annos nata ; quæ ſua meruit virtute, vt virginum poſtea in parthenone hoc eligeretur Magiſtra.

Maria Apollonia Craz de *Scharpfenſtein*.
Maria Clara de *Dernbach*.
Maria Iuſtina ab *Erthal*.
Vrſula Echterin de *Meſpelbrunn*.
Maria Thereſia de *Dirmſtein*.
Anna Sidonia de *Cronberg*.

XIII

Ceterum currente hoc ſæculo aſceterium hoc ſuum inſigniter exornarunt Sorores. Quippe anno ſtatim primo nouum ſibi ſtatuere domicilium ; nec contentæ, ſibi proſpexiſſe, quum anno MDCCXII *Catharinæ Bononienſis* nomen faſtis Cælitum inſcripſiſſet, orbique ſanctum eſſe iuſſiſſet *Clemens* Pontifex XI, eidem Diuæ, religionis incenſæ ſtudio, haud inelegans in templo condidere ſacellum.

De

De CONGREGATIONE B. MARIAE VIRGINIS, *Ordinis D. Auguſtini.*

I

COngregatio ſanctimonialium *B. M. V.* Ordinis *D. Auguſtini* Lucemburgo huc traduͣcta fuit. Occaſionem dedere Eminentiſſimi Archiepiſcopi & Principis Elecͣtoris, CAROLI HENRICI, illuſtri *Metternichiorum* proſapia orti, ambæ ſorores, animi non minus virtutibus ac ornamentis, quam priſci generis imaginibus ſpectatæ, *Anna Magdalena*, & *Anna Margareta*; quarum illa in illuſtrem *Waltbottiorum* a *Baſſenheim*, hæc vero in *Sickingiorum* elocata fuit gentem. Illæ ſiquidem, dum ætate teneriori Lucemburgi animi capiebant cultum, ab iis tam egregie tum ſapientiæ præceptis, tum artibus, quæ illuſtri loco natas decent, imbutæ fuerunt, vt aliis ſui ſexus ſingulari eſſent exemplo. Nil igitur magis optabant, quam vt in his etiam oris id genus Congregatio honeſtam adipiſceretur ſedem, vt eſſet, vbi ad pudicitiam, moreſque femineo ſexui conuenientes formarentur & plebeii generis & nobili ſanguine prognatæ puellæ, virginesque. Quod optabant, fratri tandem exponebant, maximo rogantes opere, illiusmodi virgines magiſtras Moguntiam euocaret.

II

Damnauit voti tam æqua petentes Elecͣtor frater, ac ſcriptis Lucemburgum litteris, omni clementia refertis, quasdam huc mitti petiit. Nec fruſtra. Id enim operam dabat, quæ ibi Congregatio eſt, vt primo quoque tempore nonnullæ, operi præter ceteras pares, huc delegarentur.

III

Miſſæ autem fuerunt Veneranda Mater, *Maria Vrſula Kuhnin*, in contubernio Lucemburgenſi tum *Superior*, vt vulgo loquuntur;

Mater *Anna Carolina* de *Reichling*,
Mater *Maria Clara* de *Reichling*,
Mater *Anna Margareta* de *Haen*,
Soror *Maria Xaveria* de *Baillet*,
Soror *Maria Victoria* de *Anethan*,

vna cum laica quadam, quæ illis ſeruitia præſtaret.

IV

Quæ cum Moguntiam veniſſent, ad ſanctimoniales *D. Agnetis* diuerterunt, omni humanitatis atque officii genere exceptæ.

Diem autem, dum in itinere erant, ſupremum obierat, cuius poſt Deum nitebantur patrocinio, Celſiſſimus Elecͣtor *Carolus Henricus*, nunquam nobis ſine laude nominandus. In ſilentio igitur ac ſpe, donec nouus faſtigio Moguntinenſi imponeretur Pontifex, abditæ quaſi atque in occulto, vt par erat, componebant animum.

V

Dum ſic in exſpectando erant, Eminentiſſimus *Anſelmus Franciſcus*, *Carolo Henrico* ſucceſſor datus, ſub initium anni MDCLXXX ſuam eis promittebat opem; *Ioannes Reinhartus Mörzer* vero, Decanus Collegii B. M. V. *ad gradus*, vir Chriſtianæ pietatis præcipua quadam laude celebris, in hoc maxime ſollicitus erat, vt quamprimum habitationem iis compararet, quo informandi facere poſſent initium, ſibique ciuium conciliare animos. Viſum autem, vetus

Reuerendiſſimorum *Suffraganeorum* domicilium, D. *Quintini* templo vicinum, iis addicere. Rem prope iam explicatam perturbabat, qui id ipſum olim conduxerat, inquilinus. Neque enim poterat adduci, vt ante diem eodem emigraret. In rationem igitur verſa neceſſitas. Placuit nimirum Virginibus, interea loci in antris domus, armentis alias paratis, ſtabulari, ſeſeque tenere. In quæ etiam peruigilio naſcentis in ſtabulo Chriſti Seruatoris immigrabant, haud exiguum ex eo ſolatium reportantes ac oblectamentum.

VI

Cum inibi per triennium larem habuiſſent ſedesque, anno MDCLXXXIII, die II Aprilis, Celſiſſimi Electoris permiſſu, ædes, quæ vulgo *das Dicktiſche Hauß* appellabantur, ſibi coemerunt, ac neceſſarios ad vſus accommodarunt.

Conclauibus paratis, ſacrarioque domeſtico ad officia religioni debita factitanda, peragendaque, tertia in contignatione adornato, e veteri iſta domo exiuere, & intra ſacros huius parietes non ſine animi lætitia ſe incluſere.

Steterunt autem hoc ſub tecto plures annos, ſorte nimirum contentæ ſua, iuuentutemque rebus optimis omni inſtituerunt diligentia.

VII

Quo factum, vt locus iſte temporis progreſſu recipiendis, quæ in diſciplinam ac conuictum admitti requirebant, puellis atque virginibus haud amplius ſufficeret. Nouum igitur ac laxius ædificium a fundamentis ſtatuendi conſilium cepere. Quo inito, opus auſpicatæ ſunt anno MDCXCIX, Februario præcipite, primum in fundamento lapidem componente *Edmundo Geduld* de *Iungenfeld*, Decano B. M. V. *ad gradus*, Reuerendiſſimo nunc Eminentiſſimi Archiepiſcopi in pontificalibus Vicario.

Operi cum manus acceſſiſſet extrema, ſacello, quod adſtruxerant, dominica XV poſt Pentecoſtes feſtum, quæ in XX Septembr. tum incidit, Reuerendiſſimus in Chriſto Pater *Matthias Starck*, Epiſcopus Coronenſis, magna cæremoniarum dignitate dedicationis impertiuit religionem. Loquitur id in rei memoriam conſignatum hoc teſtimonium:

Conſecratum eſt ſacellum Congregationis B. M. V. *Mogunt. a Reuerendiſſimo ac Perilluſtri* D. Matthia Starck, *Epiſcopo Coronenſi, Suffraganeo Moguntino, MDCXCIX, Dominica XV poſt Pentecoſt. quæ incidit in diem XX Septembr. in honorem* Dei omnipotentis, B. Mariæ Virginis, *&* OO. SS. *ſpecialiter autem in honorem* S. Michaelis Archangeli, *&* OO. SS. Angelorum, *eiusdemque tria altaria in honorem* Dei omnipotentis, B. M. V. *&* OO. SS. *ſpecialiter autem primum, id eſt*, ſummum *&* medium *in honorem* S. Michaelis Archangeli *&* OO. SS. Angelorum. Secundum, *quod collaterale ad latus ſiniſtrum introitus, ad honorem & titulum ſacræ familiæ* Ieſu, Mariæ, Ioſephi, Ioachimi *&* Annæ. Tertium *autem, quod collaterale ad latus dextrum introitus, in honorem* ſacratiſſimi cordis IESV.

VIII

Inter capita voti, quod ſolenniter emittunt, quæ huic nomen dant familiæ, eſt; in diſciplinam ſeſe recepturas, quotquot ſe dare velint, puellas, adoleſcentulas, primo ætatis flore virgines, ignobiles, nobiles, optimisque eas inſtitutis formaturas, ſapientiæ diuinæ potiſſimum ac pietatis præceptis; dein moribus commodis, incundaque ſuauitate temperatis; tum vero artibus iis, quæ ſexui femineo & neceſſariæ ſunt & ornamento: idque gratis ac ſine didactro, vt hoc magis omnibus ad diſcendum pateat aditus.

IX

Rem anonymus *aureæ Moguntiæ* ſcriptor § XIV ſect. IV n. XIV p. 225 his exequitur verbis: *Congregatio B. V. poſtremis hiſce annis inducta Magdalenæ Martham iungit, actiuam contemplatiuæ, optima parte delecta. Vni neceſſario vacat per aſceſin quotidianam: choro etiam concinne adornato. Inde ſollicita eſt, ſine turbatione, erga plurima: teneriori puellarum ætati gratis inſtituendæ, non vernaculis ſolum litteris, ſed maxime gallicæ linguæ elegantia, ac nitidioribus textrinæ, aliisque artificiis inſtruendæ ſeſe impendit, iisque pietate ac morum gratia pulcre conſertis.*

ADDI-

ADDITIONES
ad
GEORGII HELWICHII
de *Dissidio Moguntino* libellum,
Eiusdem
Elenchum Nobilitatis Ecclesiæ Moguntinæ.
SYLLABVM PLENIOREM
Prælatorum & Canonicorum Ecclesiæ Moguntinæ
recens a nobis concinnatum,
CATALOGVM
Suffraganeorum Moguntinensium,
&
quædam *Ecclesiarum Collegialium & Monasteriorum* chronica.

Insperſæ ſunt locorum quorundam emendationes.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

LECTORI BENEVOLO.

NE mireris, nos commentationibus, in aduerſa pagina tituli loco recenſitis, *Additiones* quasdam & *Emendationes* ſubiungere. Cum enim dies diem doceat, præſertim in immenſo hiſtoriarum ſtudio; & ſors bona ſedulo inquirentibus ſemper obiiciat quædam, antea vel plane non, vel non ita curate cognita atque perſpecta; ita nobis, cum *Helvvichii* æque, quos memorauimus, ac noſtri labores prelo iam liberati eſſent, occurrerunt haud pauca, nobis antehac incomperta, notatu tamen maxime digna; complura innotuere rectius, ſic, vt neceſſarium nobis viſum fuerit, nonnulla in noſtris elimare. Placuit igitur illa adiicere; hæc vero ingenue, vt par eſt, notare, & minus bene dicta verſo inducere ſtilo. Quod quin æquis rerum cenſoribus haud prorſus ingratum futurum ſit ac iniucundum, nulli dubitamus.

ADDI-

ADDITIONES
ad
GEORGII HELWICHII
de *Dissidio Moguntino* libellum,
vna cum quibusdam emendationibus.

p. 175

Sectione VII § V

CAptiuorum, quos hic e chartula quadam Nobilis cuiusdam antiqua recensuit *Helvvichius*, a scriptore illius corruptis admodum nominibus & cognominibus adducti sunt haud pauci; quorum quidem nonnullos § IV præcedenti ipse rectius iam expressit; e. g. *Hans Iacop* von *Bodemen*; *Hans* von *Lendeck*; *Eberlin* von *Ruschach*; *Caspar* von *Elingenber*; *Sigmund* von *Hamborg*; Grave *Iacob* von *Solme*; Grave *Iacob* von *Lynyngen*; *Friderich* von *Atvvig*; *Wilhelm* von *Horgheim*; *Iost* von *Richshach*: quosdam ex coniectura emendauit in margine; nescio tamen, vtrum omnibus locis bene. Plures vero adhuc in mendo cubant; e. g. Herr *Hans Herr* zu *Falckstein*, pro *Falckenstein*; *Vlrich* von *Lungingen*, pro *Iungingen*; *Burghart* von *Richsschach*, pro *Rischach*; p. 176 *Symon Skenck*, pro *Schenck* &c. Simul vero notandum, quod *Conradum Blarer* auctor *Helvvichius* p. 174 perperam adduxerit *Plaurer*.

Dein a scriptore isto p. 176 *Georgius Wittenmülen* dicitur occubuisse e Nobilibus Palatinis; cum tamen in epistola, quam *Fridericus* Septemuir ad *Ludouicum* Boicæ Ducem dedit, solus in conflictu isto Nobilium ex ordine trucidatus memoretur *Wippertus* de *Helmstatt*.

p. 178

Sectione VIII § II

Epistolam *Pii* Pontificis, quam hic legis, ad *Franciscum*, Decanum Toletanum, scriptam ex mendose descripto exemplo dedit *Helvvichius*. Siquidem vt alia taceam, in prioribus editionibus pro *Ferrici* est *Franci*; perperam omnino & manifesto scripturæ vitio. Vnde hoc expuncto *Petri* cognomen hic recte exprimere placuit, integreque.

p. 189

Sectione XII § XIII

Quæ v. 39 *Hermanno Quadheim* in margine apposita legis, in veteri quodam *de Dissidio hoc*, quo vsus sum, manuscr. habebantur; vt tamen in dubio maneat, quid scriptor ille anonymus verbis his, *zu Lucern*, indicare voluerit; an domum, quam inhabitarit *Hermannus*, an aliud quid. Ceterum ille anno MCCCCLVI a *Theoderico* Iudex sæcularis Moguntinus constitutus fuit, ac ex eo sæpius nobis in actis forensibus occurrit.

Sectione XIII sequenti

p. 193 *in annotat. ad* § *III*, *quæ post recensitos* Conuentionis Zeilsheimensis *articulos*, *incipit*; Quæ cum ita sint &c. *&* *p.* 194 *in annotatione ad* § *IV sequentem.*

Dubitanter hic locutus sum, quoniam tum temporis, cum libellus hic prelo submitteretur, mihi, quæ huc faciunt, nondum erant. Quare sic habe: Pacifica pactione in castris prope vicum *Zeilsheim* concluſa, vtraque pars Francofurtum se contulit, vt singula conuentorum capita deducerentur ad effectum.

Hæc inter vero *Dietherus* die Dionysio sacra, cum *Ioanne* Episcopo Herbipolensi de bello, *Ioanni*, Comiti *de* Wertheim, ob vim mercatorum quorundam bonis in via publica illatam, propediem inferendo, collatis egit sententiis,

vt pag. 193 præcedente ex Actis dictum. Nondum enim Archiepiſcopatum reapſe dimiſerat.

Poſt, quum peculiaribus ſuper vnoquoque conuentorum articulo Inſtrumentis Francofurti confectis res omnis explicata fuiſſet, Mercurii poſt *D. Seueri* Archiepiſcopatui renuntiauit, & ciuitates ſibi hactenus obnoxias, *Aſchaffenburgum*, *Seligenſtadium*, *Miltenbergam*, *Biſchoffsheimium*, *Buchen*, *Düren*, *Amorbacum*, *Obernburgum*, *Werdam*, *Gernsheimium* & *Pfedersheimium*, *Heiligenſtadium* item in Eichsfeldia & *Duderſtadium*, vna cum locis contributis, ſacramenti olim dati vinculo, tabulis peculiaribus, quas in *Codice Diplomatico* leges, exſoluit.

Quo facto, *Adolfus* dein ſua in verba eas adegit atque in fidem recepit.

p. 195

Sectione XV in annot. ad § II

Cum *Serarius* æque ac *Helvvichius* epitaphium, quod § IV ſequenti legitur, minus curate dederint, hic error irrepſit in calculos. Pro *viginti* igitur *& octo dies*, legas velim, *ſeptem & viginti*. Obiit enim *Dietherus*, vt ſtatuæ illius explicate ſubſcriptum eſt, 1482 *ſexta Maii*.

Ad
GEORGII HELWICHII
Elenchum Nobilitatis Eccleſiæ Moguntinæ.

Dictum in præfatiuncula illi præmiſſa, alucinationes auctoris partim in nominibus ac cognominibus, partim in annis, diebus, & rebus ipſis occurrentes, in *Syllabo pleniori* nos emendaturos. Quod cum factum ſit, lectorem eo remittimus, & hic ſolum numeros annorum, qui typothetarum culpa corrupti vel transpoſiti ſunt, notamus, corrigimusque, ne *Helvvichio* adſcribantur.

p. 220 v. 31 in margine pro 1533 l. 1553.
p. 226 v. 27 in margine pro 1537 l. 1573.
p. 229 v. 36 in *Adolfo* a *Stockheim I* pro an. 1251 l. 1521.
p. 230 v. 20 in *Alberto* Comite *de* Hohenloe pro an. 1051 l. 1501.
p. 236 v. 30 in *Friderico Hepp* pro 1442 l. 1402.
v. 40 in *Friderico* Comite *de* Wertheim pro an. 1405 l. 1450.
p. 240 v. 18 in *Henrico Beyer* de *Boppardia* pro an. 1337 l. 1377.
p. 241 v. 49 in *Hertvvino* Cantore pro an. 1511 l. 1151.
p. 254 v. 6 in *Valentino* de *Tetteleben* pro an. 1573 l. 1533.
Tandem p. 217 v. 15 pro *Sylueſtro*, vt auctor habet, l. *Sylueſtri.*
p. 252 v. 47 in *Sifrido* de *Epſtein II* pro *Moguntium* l. *Moguntinum.*

p. 209

ad Dedicatoriam ſub finem.

Confecit auctor *Helvvichius*, quam hic pollicitus eſt, pleniorem operis elaborationem, moriensque reliquit perilluſtri familiæ *Greiffenclauiorum* in *Volrats*; a qua hodieque cimelii inſtar adſeruatur. Nobis tam felicibus eſſe haud licuit, vt eam inſpiceremus; licuit *Humbrachto*, qui id prædicat in præfatione tabulis ſuis genealogicis præmiſſa.

ADDI-

ADDITIONES
ad
SYLLABVM PLENIOREM
Prælatorum & Canonicorum Eccleſiæ Moguntinæ,
vna cum locorum quorundam emendationibus.

*
* *

IN præfatione dictum, iis, qui poſt tempora *Helvvichiana* in *Prælatorum* venere numerum, ſtellulam appoſitam eſſe, vt a prioribus hoc facilius diſtingui poſſint. Sed hic notandum, cum poſtea in mundum catalogus redigeretur, feſtinatione quadam nulli eorum id genus notam præfixam fuiſſe. Ceterum liquido conſtabit, haud pauca in *Syllabo* hoc reperiri, quæ *Helvvichii* ad notitiam haud peruenere.

Sectione I de *Præpoſitis.*

p. 272

Nomini CHRISTIANVS ſtellulam velim præmittas, quæ librarii vitio omiſſa eſt; & dein in titulo ei ſubiuncto, pro *Decanus* B. M. V. *ad gradus*, legas, *Præpoſitus*, vt ſupra iam ſectione VI de *Canonicis* p. 345 monui.

p. 279

v. 18 in *Ioanne* de *Columna*,

Notes, *Ioannem* Præpoſiti maioris munia iam obiiſſe anno MCCCXLV, quippe quo *Præpoſiti eccleſiæ Moguntinæ* titulo diſerte occurrit in litteris VI Nonas Martias ſcriptis.

p. 281

v. 43 pro MCCCLII lege MCCCLI.

p. 283

Philippo de *Alenconio* præpone ſtellulam; neque enim notus fuit *Helvvichio*; tum vero in margine pro 1388 (qui annus librarii errore e ſuperioribus illuc adductus eſt) lege 1391.

p. 286

ad *Güntherum*, Comitem *de* Schvvartzburg.

Anno MCCCCII Cellerarium, vt vocatur, Præpoſituræ *Othonem* de *Fatckenberg*, Canonicum maioris, ſequentibus conſtituit litteris:

GVNTHERVS *de* Svvartzburg, *Prepoſitus eccleſie Maguntine. Venerabili viro*, *Domino* Ottoni *de* Falkinberg, *Canonico prebendato & Capitulari eccleſie Maguntine predicte ſalutem, & ſinceram in Domino karitatem.*

Laudabilia probitatis & virtutum merita ac prouidentia circumſpecta, grataque ſincere nobis per vos impenſa, non immerito nos inducunt, vt vobis ad gratiam beniuoli reddamur & accepti. Cum itaque Celleraria, *ſeu officium Cellerarie Prepoſiture noſtre eccleſie Maguntine per Canonicum prebendatum & Capitularem dicte eccleſ. Magunt. gubernari ſolitum, cuius collatio & omnimoda diſpoſitio, dum ipſam vacare contingit, ex antiqua & hactenus pacifice obſeruata conſuetudine & approbata, ad Prepoſitum Maguntinum eccleſie predicte pro tempore, pertinuit, pertinereque conſueuit & pertinet, per mortem quondam Domini* Wernheri Knebil, *Canonici prebendati & Capitularis eccleſie Maguntine predicte, dum vixit, nouiſſimi & immediati eiusdem officii Gubernatoris ſeu Rectoris, ad preſens vacare inceperit, & vacet; Nos vobis idem officium Cellerarie, meritis veſtris variis & diuerſis exigentibus, ſic vacans vt prefertur, cum omnibus iuribus, pertinentiis, honoribus & oneribus, ad dictum officium Cellerarie ab antiquo*

ſpectan-

ſpectantibus, auctoritate noſtra duximus conferendum, & in Dei nomine conferimus in hys ſcriptis, vos inueſtiendo de eodem; vobis gubernationem, adminiſtrationem & exercitium ipſius officii in omnibus committendo. Que omnia & ſingula Venerabilibus viris, Dominis, Decano, Cuſtodi, Scolaſtico, Cantori, & Capitulo, ſingulisque Canonicis & perſonis dicte eccleſie Maguntine; noſtris & dicte noſtre Prepoſiture reddituariis, cenſuariis, penſionaribus, arrendatoribus, decimatoribus, colonis, incolis & ſubditis, & aliis quorum intereſt, vel intererit, aut ſua intereſſe putantibus, ſingulis & vniuerſis inſinuamus, intimamus, & notum facimus, & ad vos, & cuiuslibet veſtrum notitiam deducimus, & deduci volumus per preſentes; vosque Nobiles Dominos, Decanum, Cuſtodem, Scolaſticum, Cantorem, & Capitulum, ſingulosque Canonicos, & Presbiteros eccleſie Maguntine communiter & diuiſim, in Domino exhortamur; aliis vero ſupradictis & cuilibet eorum iniungimus & mandamus, quatenus prefato D. Ottoni, *tamquam noſtro & dicte Prepoſiture noſtre vero Cellerario, cui nos huiusmodi Cellerarie officium, vt premittitur, contulimus, de huiusmodi Cellerarie officio, fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, pertinentiis, obuentionibus, ſubuentionibus & emolumentis quibuscunque, prout ad vos & veſtrum quemlibet pertinet, integre, libere, & cum effectu reſpondeatis, & ab aliis vt ſic reſponderi faciatis, permittentes ipſum huiusmodi officii gubernationi ſeu adminiſtrationi & exercitio, nec non iurium & pertinentiarum predictarum poſſeſſione pacifica, vt eſt moris, perfrui & gaudere; nullumque alium, preterquam dictum* D. Ottonem, *pro noſtro & dicte noſtre Prepoſiture Cellerario, & eiusdem Cellerarie officii gubernatore teneatis, nominetis, reputetis & tractetis, & ab aliis, prout in vobis & quolibet veſtrum fuerit & eſt, teneri, nominari, reputari & tractari faciatis.*

In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum teſtimonium, preſentis noſtre collationis litteras, ſigillo noſtro impendenti fecimus communiri. Datum & actum Colonie, in curia habitationis noſtre. Anno Domini MCCCCII, die Martis quarto menſis Aprilis. Preſentibus Honorabilibus & Diſcretis viris, DD. Walramo *de* Kerpen, *Canonico eccleſie Colonienſis,* Henrico *de* Kochberg, *Plebano in Crolip,* Gunthero *de* Melre, *nec non* Iohanne Hofeman *de* Buchenavv, *teſtibus ad premiſſa vocatis, ſpecialiter & rogatis.*

Ibidem

ad *Ioannem* de *Schoneburg.*

Dictum, quod *Günthero* ad Magdeburgenſis Archiepiſcopatus apicem euecto a *Ioanne II* primum Præpoſituræ conſtitutus fuerit Adminiſtrator. Vt dictis fides ſit, dabo hic illius hac de re tum confectas tabulas.

IOHANNES, *D. G. ſancte Sedis Moguntine Archiepiſcopus --- Honorabili* Iohanni *de* Schoneburg, *Scolaſtico eccleſie Maguntine &c. Etſi omnium quidem eccleſiarum nobis ſubiectarum curam gerere ex debito paſtoralis officii ſollicite teneamur, ad illam tamen precipue noſtre conſiderationis aciem dirigere propenſius conſtringimur, cui vinculo ſpiritualis coniugii ſumus indiſſolubiliter alligati.*

Sane nuper Prepoſitura eccleſie noſtre Maguntine, per promotionem Reuerendi Patris, Domini Guntheri, *ad eccleſiam Magdeburgenſem electi, ſiue per adeptionem poſſeſſionis ſeu quaſi, pacifice adminiſtrationis iurium & bonorum Archiepiſcopatus Magdeburgenſis, ſiue per liberam reſignationem ipſius* D. Guntheri, *vel per munus conſecrationis eidem impenſum, aut per lapſum temporis de conſecrandis Epiſcopis, vacante, ne Prepoſitura ipſa, gubernatore carente, interim in ſpiritualibus & temporalibus aliquod patiatur detrimentum; Nos volentes huiusmodi & aliis indempnitatibus ipſius Prepoſiture, tempore vacationis huiusmodi durante, ſalubriter prouidere vt tenemur, curam, adminiſtrationem & gubernationem dicte Prepoſiture ſic vacantis, tam in ſpiritualibus quam temporalibus, Diſcretioni tue, de qua in hys & aliis fiduciam gerimus pleniorem, tenore preſentium plenarie commendandam & committendam duximus, ac etiam preſentibus committimus & commendamus, teque ipſius Prepoſiture in ſpiritualibus & temporalibus facimus, conſtituimus, ordinamus & deputamus Yconomum, Defenſorem, Gubernatorem, Commendatarium, & Adminiſtratorem generalem & vniuerſalem, atque iura & iurisdictionem eiusdem Prepoſiture per te vel alium guber-*

gubernandi, curam animarum exercendi, visitandi, procurationes exigendi, inquirendi, corrigendi, & puniendi, bona & possessiones ipsius Prepositure defendendi, conseruandi, manutenendi & administrandi, beneficia ecclesiastica quecunque, ad presentationem seu collationem Prepositi dicte Prepositure p. t. existentis conferendi, & ad ea presentandi, feuda siue Vasallagia concedendi, & de eis inuestiendi, & pro eis iuramentum fidelitatis, vice & nomine dicte Prepositure, exigendi & recipiendi, quando & quociens fuerit oportunum, & sibi videbitur expedire, fructus, redditus & prouentus, nec non obuentiones & emolumenta ex eadem pro tempore vacationis huiusmodi prouenientes & prouenientia, quicunque & qualiacunque existant, colligendi, leuandi, recipiendi, exigendi, & in vsus debitos iuxta nostram ordinationem, dispositionem atque voluntatem conuertendi & distribuendi, de receptis & leuatis quitandi & liberandi, & alia omnia & singula faciendi, ordinandi & disponendi, que vero & legitimo Yconomo, Vicario, Defensori, Gubernatori & Administratori a lege vel a ratione sunt concessa, alienatione bonorum dicte Prepositure sibi penitus interdicta, sibi tenore presentium plenam, liberam, & omnimodam concedimus & committimus potestatem & facultatem.

Quocirca Honorabilibus, Deuotis nostris Dilectis, Decano & Capitulo, singulisque Canonicis eiusdem nostre ecclesie Maguntine, ac vniuersis aliis & singulis, quos tangit seu tangere poterit presens negotium, quomodolibet in futurum, in virtute sancte obedientie, & sub excommunicationis, & aliis ecclesiastice censure penis, quas merito formidare poterunt, vt sibi, tamquam vero Commendatario, Defensori, Administratori, & prefate Prepositure Gubernatori intendant & obediant, sibique seu suo Procuratori de fructibus, redditibus, prouentibus, emolumentis, iurisdictionibus, ac iuribus vniuersis & singulis respondeant, & ab aliis, quantum in eis est, integre faciant responderi. Datum Eltevil, anno Domini MCCCCIII, ipsa die exaltationis sancte Crucis.

p. 289

ad *Henricum* de *Nassau.*

Ceterum sepultus est Bonnæ in sacello D. Barbaræ, quod basilicæ D. Cassii & Florentii adstructum est, cum hac inscriptione sepulcrali;

Anno Domini M.... ob. Venerabilis & Illustris Dominus Henricus Comes *de* Nassauvve, *Prepositus maioris Maguntinensis & Bonnensis ecclesiarum . . . . . in pace.*

p. 290

Marquardo de *Stein* in margine an. 1530,

& p. 291

Alexandro Fuggero in margine an. 1562, de quo tum temporis dubitabamus, appone.

Sectione II de *Decanis*

p. 300

ad *Simonem* de *Schöneck.*

Manufidelis siue Testamentarius anno 1272 fuit *Henrici* Scholastici ad *D. Ioannis*, prout testimonio nobis sunt litteræ sequentes;

Quoniam summe felicitatis bonum in ecclesia Dei esse dinoscitur, lucris animarum intendere, singuli suum circa hoc debent ordinare consilium, vt a se eterne salutis meritum non excludant. Hinc est, quod ego HENRICVS, Scolasticus ecclesie S. Iohannis *Magunt. vniuersis presencium inspectoribus cupio esse notum, quod in sanitate mentis & corporis constitutus, volens in incolatu huius seculi anime mee prouidere saluti, manufidelium meorum, videlicet Honorabilium Virorum, Domini* Symonis *Decani, & Domini* Eberhardi *de* Lapide, *Canonici ecclesie Maguntine, nec non* Henrici *Presbiteri*, dicti *de* Merckesheim, *Vicarii eiusdem ecclesie, accedente consensu voluntario & expresso, de bonis meis, in villa* Harvvesheim *sitis, videlicet agris, vineis, pratis, areis, curiis, censibus, & de aliis eorum pertinenciis vniuersis taliter ordinaui, ordino, statuo & dispo-*

no, volens ſic perpetuis temporibus inuiolabiliter obſeruari, quod ſingulis annis in quolibet feſto quatuor feſtorum B. Marie Virginis *quinquaginta panes, qui de duobus maldris & dimidio tritici piſtari potuerint, preſenciarum nomine in choro preſentibus miniſtrentur. Super qua miniſtracione panum, & illuminacionis lampadis, quam ordinaui & ordino ante altare B. Martini cum illis duabus perpetuis lampadibus ante idem altare pendentibus arſuram perpetuo, de predictis bonis facienda, ſimiliter ad* Adelheidim *ſororem meam, & filias eius* Methildim & Adelheidim *omnino reſpectus habebitur, poſtquam ego volente Domino migrauero ab hac luce, & ipſi bona eadem pacifice & ſine omni inquietudine, quamdiu vixerint, poſſidebunt; & in cuiuslibet anniuerſario eciam me viuente diſtribuentur perpetualiter nomine preſencie accipienda de bonis prehabitis decem maldra ſiliginis, & Reuerendi Domini mei Decanus & Capitulum Maguntinum eas facient, prout eorum honeſtatem condecet, ſepeliri. Hys autem tribus perſonis mortuis, & me ipſo viam vniuerſe carnis ingreſſo, quicquid dictis panibus dandis nomine preſencie & ipſis triginta maldris in anniuerſariis ſororis mee & filiarum ſuarum preſcriptarum diſtribuendis, in bonis ſupererit antedictis, & quecunque in curia, quam a Capitulo & a me habent, inueniuntur ſuppellectilia, & habentur, omnia vendi debent in augmentum preſencie in premiſſis quatuor feſtis* beate Marie Virginis *dande perpetuo conuertenda. In cuius rei memoriam & perpetuam firmitatem preſens ſcriptum Capituli, Dominorum Iudicum ſancte Maguntine Sedis, & proprio meo ſigillis volui communiri. Actum anno Domini MCCLXXII, XIII Kalend. Octobris.*

Sigillum, quo tabulæ hæ munitæ, agnum repræſentat eum vexillo; cuius vexilli a latere eſt ſtella; in peripheria vero hæc leguntur verba; ✠ S. HEINRICI SCOLASTICI S. IOHANNIS MOG. Ceterum forma id eſt ouali.

p. 303

in *Richardo* de *Cleen*,

Pro die 15 Martii lege 13 Martii.

Sectione III de *Cuſtodibus.*

p. 309

ad *Ruggerum.*

Occurrit item in tabulis *Lupoldi*, Præpoſiti Neohuſani, ac Prælatorum ad ædem cathedralem Vormatienſem, *Decani*, *Scholaſtici*, & *Cantoris*, ſequentibus, ex autographo deſcriptis; in quibus tamen ſcribæ incuria vel in *annum* vel *indictionem* error irrepſit;

Omnibus Chriſti fidelibus, preſens ſcriptum intuentibus, LVPOLDVS Prepoſitus Niuuehuſenſis, H. *Decanus,* C. *Scolaſticus,* H. *Cantor maioris eccleſie Wormatienſis, poſt huius vite incolatum, in Syon Deorum Deum videre. Tempus edax rerum omnium facta humana ſecum in obliuionem trahit, niſi aut litterarum ſuffragio, aut viuo teſtimonio ad memoriam hominum, que labilis eſt, reuocentur.*

Litigantibus coram nobis in ſancta ſinodo noſtra Erkengero *Viro Nobili, &* Gerlaco *Plebano in* Cimbern, *alter eorum, Clericus videlicet, dictam eccleſiam filiationis iure, ſue parochie attinere aſſerebat. Prefatus autem E. capellam eandem ad ſe, libero & quieto proprietatis iure, non ſolum a patre, verum etiam ab auo, proauo, abauo, & tritauo affirmabat. Ipſisque ſic diu altercantibus, tandem totum negotium per appellationem ad Moguntinam eccleſiam tranſtulerunt. Partibus itaque in ſinodo Moguntina conſtitutis, & ſufficientibus hinc inde allegationibus ſuper ipſo negotio inductis, & diligenter a Iudicibus examinatis, Miles tandem, preſente Plebano in lite preualuit, Plebano conſentiente & non contradicente. Aſſignatis & adhibitis teſtibus idoneis, iuramentum ſeptima manu preſtitit, eo quod tenore ſupradicto ius proprietatis capelle memorate ad ipſum inuiolatum & ſanum peruenerit. Et ſic in cauſa euicit. Iudices vero Moguntine Sedis, videlicet* Arnoldus *Prepoſitus maior,* H. *&* E. S. Albani *&* S. Iacobi *Abbates,* Henricus *Decanus,* Ruggerus *Cuſtos,* Petrus *Scolaſticus,* Otto *Cantor, perpendentes cauſam ſepedicti* Erkengeri *veritati innixam, per legitimum teſtimonium*

nium & iuramentum, proprietatem capelle prefate, auctoritate Domini Archiepiſcopi Moguntini & ſua, ſimiliter confirmauerunt. Sed quia capella prememorata in terminis noſtre dioceſis conſtituta eſſe dinoſcitur, ipſum Militem eccleſie noſtre remiſerunt, vt capellam prenominatam ipſi Militi omni proprietatis iure, noſtre auctoritatis priuilegio confirmaremus, ne in poſterum nociua contra ipſum ſurgere poſſet ſuper eadem capella litis occaſio. Quod & nos fecimus, & proceſſum huius cauſe, ſicut diximus eſſe factum, appenſione ſigilli eccleſie noſtre teſtificamus & approbamus.

Facta ſunt hec in Capitulo maiori eccleſie Wormatienſis anno M.C.LXXXII. Indictione V. Teſtes huius rei ſunt

Clerici

Mengotus *Wormatienſis Canonicus.* Lupfridus *Canonicus de* Nuohuſin.
Rudolfus, *Sacerdos de Cymbern.*

Laici

Ipſe Erkengerus. Cunradus *de* Hahenriet.
Cunradus *de* Quirembach. Bertholdus *de* Streipho,
& alii quamplures.

p. 310

pro **Erhardus* lege **Gerhardus*,

Et ſic etiam ſectione VI in *Canonicis* p. 353. In Copiali ſcilicet vetuſto, in quo eius habentur tabulæ, litteræ nominis initiali appingendæ nonnihil relictum fuit ſpatii; quod cum primum non attenderemus, factum, vt hic & l. d. ſectionis VI poneremus *Erhardus*.

Ibidem

ad *Simonem*.

Ceterum notes, familia *Wildgrauiorum* ortum, ac *Conradi* Wildgrauii fuiſſe filium, *Gerhardi I* Archiepiſcopi fratrem. Quo conf. *Fuchſium* in additionibus ad *Lehmanni* chronicon Spirenſe lib. 5 cap. 20 p. 500, & ſchema, quod ad *Serarium* attuli in *Gerhardo I* p. 608.

p. 311

ad *Henricum* de *Byenbach*.

Fuit is etiam Rector eccleſiæ in villa *Crutzen*, præſentatus ſiue nominatus a patronis dictæ parochialis, *Dominis* de *Eppenſtein*; quibus dein eandem anno 1351, Dominica *poſt diuiſionis Apoſtolorum*, dimiſit.

p. 313

ad *Thomam* Comitem *de* Rieneck.

Sepulturæ locum nactus Coloniæ, in atrio ædis *D. Gereoni* dicatæ, cum hoc λόγῳ ἐπιταφίῳ:

D. O. M. ſibi, fratrique dulciſſimo Reuerendus & Illuſtris Dominus Thomas *Comes* de *Rieneck, huius inſignis Collegii Decanus, & trium cathedralium eccleſiarum quinquagenarius Canonicus & Iubilarius (vt vocant) monumentum hoc, Chriſtiane lector, religionis ac pietatis cauſa poſuit, in quo ſe iure defunctorum recondi, dum adhuc viueret, ordinauit, multis & grauibus pro fide Catholica exantlatis laboribus, qui ipſum patronum periclitantis religionis & Cleri Colonienſis declararunt. In Domino mortuus eſt anno a Chriſto nato MDXLVII, die XXVIII menſis Iulii.*

Sectione IV de *Scholaſticis.*

p. 316
in *Præpoſitino*
v. 2 pro anno 1159 l. 1195.

p. 317
in *Ludouico*
v. vltimo pro 1261 l. 1260.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ibidem

ad *Arnoldum.*

Anno 1264 parochialem villæ *Beverſtet* monaſterio Rifenſteinenſi his incorporauit ſiue in perpetuum attribuit conditionibus;

Religioſis Viris & in Chriſto Venerabilibus Abbati & Conuentui monaſterii de Rifenſtein *Ord. Ciſterc. Mogunt. dioceſis*, ARNOLDVS *Scolaſticus Moguntinus, Prepoſitus Heiligenſtadenſis, ſue poſſibilitatis obſequium cum reuerentia & honore. Cum eccleſia in* Beverſtete, *cuius ad me ius pertinet patronatus, habitatore careat, omnino deſolata exiſtat propter bellorum diſcrimina & peſſimum ſtatum terre, congrua deliberatione prehabita, de conſilio & conſenſu Capituli Heiligenſtadenſis, loco vobis & veſtris ſucceſſoribus in perpetuum terras & agros ad dotem ipſius eccleſie pertinentes, vt ſingulis annis in feſto natiuitatis S. Marie ſoluatis de illis Decano Heiligenſtadenſi ſedecim maldra ſiliginis Heiligenſtadenſis menſure. Propter tenuitatem enim redituum Decanie dictam ſummam annone perpetuo deputo ad officium Decanatus. Vos etiam procurabitis per tres dies in ebdomada diuina officia in predicta eccleſia celebrari. In cuius rei euidentiam do vobis has litteras, ſigilli mei munimine roboratas. Datum Moguntie Non. Octobr. anno Domini MCCLX-quarto.*

p. 318

ad *Adelvolcum* ſub finem;

Et in *libro Animarum* ad ædem maiorem minori; *Ob. largus* Adelvolcus, *pius pater pauperum, quondam Scolaſticus huius eccleſie.*

Ibidem,

ad *Ebervvinum* de *Cronberg.*

Obſerues, loca *Necrologiorum* adducta accipienda eſſe de *Ebervvino Sternbergio*; de *Ebervvino* hoc de *Cronberg* vero illum, quem attulimus infra ſectione VI p. 401.

Ibidem,

poſt *Emericum* de *Schöneck.*

Notes hic, curis poſterioribus nobis obſeruatum, *Ebervvinum* de *Sternberg* omnino ab *Ebervvino* de *Cronberg* diuerſum, & *Scholaſticis* Moguntinis adnumerandum eſſe, vt dicta ſect. VI p. 401 videre eſt.

Ibidem,

Cunoni de *Falckenſtein* præpone ſtellulam; nobis enim lucem debet, quum *Helvvichio* non innotuerit qua *Scholaſticus.*

p. 319

ad *Conradum* de *Weinſperg.*

Anno 1381 quidem electus, ſed anno 1383 demum confirmatus fuit. Ne dubites, ſequentes appono tabulas.

NICOLAVS *Decanus eccleſie* S. Stephani *Magunt. Commiſſarius in ſubſcripto confirmationis negotio a ſede Apoſtolica ſpecialiter deputatus, Diſcretis viris, Plebano altaris ſancte Crucis in eccleſia Maguntina, ceterisque Plebanis, Viceplebanis, Altariſtis, & Notariis publicis per ciuitatem & dioceſin Maguntinam vbilibet conſtitutis, ad quos preſentes noſtre littere peruenerint, ſalutem in Domino ſempiternam: & mandatis noſtris, ymmo verius Apoſtolicis, firmiter obedire;*

Litteras Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri, D. VRBANI *diuina prouidentia Pape ſexti, eius vera Bulla plumbea in filo canapis more Romane curie bullatas, non raſas, non abolitas, non cancellatas, non vitiatas; ſed ſanas & integras, ac omni vitio & ſuſpicione carentes, per Honorabilem Virum, Dominum* Conradum *de* Winſperg, *Canonicum eccleſie Maguntine, preſentatas, cum ea qua decuit reuerentia nos recepiſſe noueritis, in hec verba:*

VRBANVS *Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio Decano eccleſie S. Stephani Magunt. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dignum arbitramur*

& con-

& congruum, vt illis se reddat Sedes Apostolica gratiosam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur.

Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Conradi *de* Winsperg, *senioris Canonici ecclesie Maguntine, petitio continebat, quod olim Scolastria dicte ecclesie, tunc per obitum quondam* Ottonis *de* Schonenburg, *Scolastici eiusdem ecclesie, extra Romanam curiam defuncti, vacante, dilecti filii, Capitulum ipsius ecclesie, ad quos de antiqua & approbata, & hactenus pacifice obseruata consuetudine electio Scolastici eiusdem ecclesie pertinet, vocatis omnibus, qui debuerunt, voluerunt, & potuerunt electioni huiusmodi commode interesse, die ad eligendum prefixa, vt est moris, conuenientes in vnum, prefatum* Conradum *in predicte ecclesie Scolasticum concorditer elegerunt, idemque* Conradus *electioni huiusmodi, illius sibi presentato decreto, consensit; in his omnibus statutis a iure temporibus obseruatis. Quare pro parte dicti* Conradi *fuit nobis humiliter supplicatum, vt huiusmodi electionem confirmare auctoritate Apostolica dignaremur.*

Nos igitur volentes dictum Conradum, *qui, vt asseritur, ex vtroque parente de genere Comitum & Baronum procreatus existit, apud nos de nobilitate generis, vite ac morum honestate, aliisque probitatis & virtutum meritis multipliciter commendatum, pro quo etiam Venerabilis Frater noster* Adolphus, *Archiepiscopus Maguntinus, nobis super hoc humiliter supplicauit, horum intuitu fauore prosequi gratioso, huiusmodi ipsorum Archiepiscopi &* Conradi *supplicationibus inclinati, Discretioni tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si vocati, qui fuerint euocandi, huiusmodi electionem reppereris esse canonicam, & de persona ydonea canonice celebratam, & per diligentem examinationem dictum* Conradum *bene legere, bene construere, & bene cantare, ac congrue loqui latinis verbis, & alias ad obtinendum dictam Scolastriam, que dignitas, non tamen maior post Pontificalem, in eadem ecclesia, & sine cura existit, cuiusque fructus, redditus & prouentus viginti quinque marcharum argenti secundum communem estimationem valorem annuum, vt asseritur, non* extendunt, ydoneum esse reppereris; vel etiam si ipse* Conradus *non bene cantet, dummodo in tuis manibus iuret ad sancta Dei Euvangelia, quod infra annum, a tempore examinationis huiusmodi computandum, bene cantare addiscet, super quibus tuam conscientiam oneramus, eandem electionem, etiamsi Scolastria ipsa sit dispositioni Apostolice specialiter reseruata, aut eius collatio ad dictam Sedem secundum Lateranensis statuta Concilii legitime deuoluta existat, auctoritate Apostolica confirmes; inducens per te vel alium, seu alios eundem* Conradum, *vel Procuratorem suum eius nomine, in corporalem possessionem Scolastrie predicte, ac muneris & pertinentiarum ipsius, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac faciens ipsum* Conradum, *vel dictum Procuratorem pro eo, ad eandem Scolastriam, vt est moris, admitti, sibique de ipsius Scolastrie fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuersis integre responderi. Contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Non obstante, si Archiepiscopo Moguntino, qui est pro tempore, & predictis Capitulo, vel quibusuis aliis, communiter vel diuisim a prefata sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, seu quod dictus* Conradus *in sancti Petri, Vallis Wimpinensis, Wormatiensis dioceses, Preposituram, ac in eadem, & in predicta Maguntina ecclesiis Canonicatus & prebendas, nec non parochialem ecclesiam in* Lorche *Magunt. dioces. quorum omnium fructus, redditus & prouentus octuaginta marcharum argenti secundum dictam estimationem valorem annuum, vt asseritur, non excedunt, nosci tur obtinere.*

Volumus autem, quod idem Conradus, *quam primum vigore predictorum predictam Scolastriam fuerit pacifice assecutus, prefatam Preposituram, quam, vt prefertur, obtinet, & quam ex tunc vacare decernimus omnino, prout etiam ad id se sponte obtulit, dimittere teneatur. Et insuper, si huiusmodi electionem per te confirmari contingit, nos cum eodem* Conrado, *vt predictam Scolastriam libere recipere, & vna cum dicta parochiali ecclesia vsque ad biennium licite retinere valeat (generalis Concilii & quibuscunque aliis constitutionibus Apostolicis, nec non statutis & consuetudinibus predicte ecclesie Maguntine contrariis, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, nequaquam obstantibus) auctoritate predicta, de vberioris dono gratie dispensamus. Ita tamen, quod ipse* Conradus *infra dictum biennium, postquam ipsam Scolastriam fuerit pacifice assecutus, eam, vel parochialem ecclesiam predictam, pro ali-*

* se

quo alio beneficio eccleſiaſtico cum earum altera compatibili permutare, alioquin ipſam Scolaſtriam, quam ex tunc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur. Prouiſo etiam, quod Scolaſtria & eccleſia parochialis predicte debitis interim obſequiis non defraudentur; & animarum cura in eadem parochiali eccleſia nullatenus negligatur. Datum Rome apud ſanctum Petrum, VI Kal. Iunii, pontificatus noſtri anno quinto.

Poſt quarum quidem litterarum preſentationem & receptionem fuimus per dictum D. Conradum *requiſiti, vt ad executionem earundem litterarum & in eis contentorum, iuxta traditam a ſede Apoſtolica nobis formam, procedere dignaremur.*

Nos vero Nicolaus *Decanus predictus, volentes mandatum Apoſtolicum, nobis in hac parte commiſſum, reuerenter exequi, vt tenemur; attendentes etiam dictum Apoſtoli, dicentis:* nemini cito manum imponas; *volentes etiam vnicuique ius ſuum in preſenti negotio illeſum conſeruare; Idcirco vobis & veſtrum cuilibet in virtute ſancte obedientie, & ſub pena ſuſpenſionis ab officiis veſtris, canonica antepremiſſa monitione firmiter & diſtricte precipiendo mandamus, quatenus in dicta eccleſia Maguntina proponatis publice proclamationis edictum, citantes peremptorie omnes & ſingulos, qui ſua in huiuſmodi confirmationis negotio crediderint intereſſe, quos & preſentibus peremptorie citamus, vt feria quarta proxima poſt feſtum ſancte Trinitatis, in curia noſtre habitationis Maguntie compareant, ad dicendum, proponendum, & allegandum, quicquid contra premiſſa dicere, proponere, & allegare voluerint; cum intimatione, quod ſi dicto termino nullus comparuerit contradictor ſeu oppoſitor legitimus, nos in & ſupra premiſſis, & contentis in litteris Apoſtolicis ſupra ſcriptis, etiam vſque ad totalem eorum conſummationem procedemus; dictorum citatorum contumacia ſeu abſentia non obſtante. Reddentes litteras, ſigillis veſtris aut alterius veſtrum, in ſignum executionis per vos aut alterum veſtrum fideliter facte, ſigillatas. Datum anno Domini MCCCLXXXIII, VI Idus Maii.*

Ex his autem ſimul cognoſcere eſt, quod *Conradus* tum temporis etiam fuerit Præpoſitus *S. Petri* vallis Wimpinenſis, & Rector parochialis in vico Rhenenſi *Lorch.*

Ibidem,

in *Henrico Rau* de *Holtzhauſen*,

numeros margini appoſitos ſic emenda; 140.

p. 323

in *Georgio Antonio* de *Rodenſtein*,

v. 1 pro anno 1630, lege, vt in margine eſt, 1629.

Sectione V de *Cantoribus.*

p. 329

Notes, tabulas *Eberhardi* de *Lapide* teſtamentarias hic non ad verbum expreſſas eſſe, ſed fruſtratim tantummodo & per partes.

p. 333

poſt *Conradum Rau* de *Holtzhauſen.*

Conradi ab obitu, precibus Imperialibus Capitulo exhibitis, in Cantoriam ſe immitti poſtulabat ac Canonicatum *Wilhelmus Meroltinger*, eiusmodi ſortis homo, quos *Intruſos* vocant; Collegium vero eam, præuia electione, concedebat *Hertando* de *Lapide*, Concanonico ſuo; hunc *Bertholdo*, Comiti Hennebergenſi, litteris *Pii* Pontificis *II*, quas *Exſpectatiuas* vocant, inſtructo. Inde *Meroltinger* huic, illo breui poſt fatis functo, litem intendit in curia Romana, Sedi præſidente *Paulo II* Pontifice: qui quidem cauſſam decidendam commiſit *Bernhardo Roma*, Abbati S. Felicis, Auditori. Is, quum controuerſia inſpecta, ſecundum *Meroltingerum* iudicaſſet, cenſuiſſetque, vi precum Imperialium eum in poſſeſſione Canonicatus & Præbendæ collocandum eſſe, Hennebergenſem vero ea exuendum; *Bertholdus* ab hac ſententia prouocauit, & in iudicio peruicit; ſiquidem iudicatum, gratiam Apoſtolicam & exſpectatiuam

uam illi conceſſam ſuum ſortiri debere effectum. Et quamuis *Meroltinger*, noua appellatione interpoſita, nil quicquam iuris ſui tuendi gratia reliqui faceret, cauſſa tamen an. 1472, d. 23 Decembr. cecidit. Interim

HERTANDVS *de* LAPIDE

Cantoris partes in ſe ſuſcepit; quas tamen per breue admodum tempus adminiſtrauit. Sub an. enim 1466 obitu ſuo locum fecit *Vlrico* de *Bickenbach.*

Ibidem,

in *Vlrico* de *Bickenbach*

Pro, *Conrado* ſurrogatus, lege, vt ex dictis ſequitur, *Hertando*; & in margine, pro 1464, pone, 146..

Ibidem,

ad *Evvaldum Faulhaber.*

Quod officio ad tempus ſubmotus, atque adeo anno 1475, poſt mortem *Adolfi II*, ad noui Archiepiſcopi electionem haud vocatus fuerit, docet hæc, quam tum interpoſuit, ſollemnium obteſtationum formula:

In nomine Domini Amen. Anno a natiuitate eiusdem MCCCCLXXV, Indictione VII, die vero Martis octaua menſis Nouembris, hora quinta vel quaſi poſt meridiem, Pontificatus ſanctiſſimi D. N. D. Sixti, *diuina prouidentia Pape quarti, anno quinto, in mei Notarii publici teſtiumque infra ſcriptorum, ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum, preſentia perſonaliter conſtitutus Venerabilis & Circumſpectus vir Dominus* Evvaldus Fulhaber *de* Wechtersbach, *Decretorum Doctor, Canonicus & Cantor eccleſie Maguntine, ac propoſuit, dixit, fecit & proteſtatus eſt, vt in preſenti cedula, que ſequitur, continetur & habetur.*

Cum Eccleſia Maguntina iam Paſtoris ſolatio ſit deſtituta, & ego Evvaldus Fulhaber *de* Wechtersbach, *Decretorum Doctor, Canonicus Capitularis & Cantor eccleſie Maguntine, vt Prelatus & membrum electioni futuri Pontificis iam dicte eccleſie Maguntine de iure & conſuetudine habeam & debeo intereſſe, & ea de cauſa ad illam ſum vocandus; Et licet per Magiſtrum Nicolaum, Scolarem ipſius Capituli, ipſa die quarta menſis Nouembris, ad diem ſeptimum eiusdem menſis, in quo electio predicta celebrari debeat, ſim verbo tantum, & non effectualiter vocatus, tamen pro eadem electione facienda ad eandem ciuitatem Maguntinam, & ad electores eosdem, michi non pateat tutus acceſſus, neque de ſecuritate per eosdem eſt prouiſum, cum iidem Capitulares ſint inimici mei capitales, qui redditibus prebende mee propria temeritate me de facto ſpoliauerunt, & in cauſa pretenſe & falſe delationis de homicidio in* Iohannem Appothecarium *perpetrato, ne innocentiam meam oſtenderem, maxime michi fuerunt aduerſi, vt apud acta eiusdem cauſe apparet. Et ſic honori, fame, ac perſone mee plurimum inuident, vti etiam ex colligatione ipſorum Capitularium contra me facta, ſiue conſpiratione, ſigillis eorum corroboratis, & aliis actis & geſtis liquide monſtratur; Et propterea eosdem Dominos Capitulares per litteras meas, vt michi de ſaluo conductu per ſuas patentes litteras prouiderent, requiſiui; cum nullus propter rationes predictas de Capitulo ipſorum exiſtat, qui velit aut audeat mandatum ad eligendum pro me & nomine meo aſſumere. Qui quidem Canonici Capitulares neque me legitime ad terminum electionis, prout de iure, vocauerunt, neque vt ſic de ſaluo conductu, ſufficienti ſaltem, michi prouideri curarunt; Et ne de facto tali commodum reportent, cum tale factum ſiue machinatio in electionibus faciendis omnino abeſſe debeat; Ideo, vt contemptus in huiusmodi electione facienda, de ſiniſtra tali machinatione, contemptu huiusmodi, nullitate proceſſus, ac caſſatione electionis proteſtatus ſum, ac preſentibus proteſtor. Saluo ſemper voto meo, & iure electionis, ſiue eligendi poteſtate. Que michi ſalua atque illeſa haberi & permanere volo.*

Super quibus idem Dominus Evvaldus ſibi a me Notario publico ſubſcripto, vnum vel plura, publicum ſeu publica, fieri ſiue confici petiit inſtrumentum vel inſtrumenta. Acta ſunt hec Franckfordie, in curia Prepoſiture, zum Fronhoeff

vul-

vulgariter nuncupata. Sub anno, indictione, die, mense & pontificatu, quibus supra. Presentibus ibidem Honorabilibus Viris DD. Iohanne Sellatoris, *Beneficiato in Fridbergk, ac* Iohanne Pistoris, *ac dicto* Levvenhenn, *&* Gelenhenn, *Presbytero, & Laico, Maguntine diocesis, testibus ad premissa vocatis & rogatis.*

Et ego Iodocus Keller *de* Ypphoven, *Pastor ecclesie in* Heydbach, *nec non publicus Imperiali auctoritate Notarius, quia premissis, protestationi, ac aliis dictis & factis presens interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audiui. Ideo hoc presens publicum instrumentum confeci, scripsi, subscripsi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signaui. In fidem & testimonium premissorum rogatus & requisitus.*

p. 336

ad *Petrum Iacobum* de *Partenheim.*

Hugoni Friderico, Domino *in* Elz, vt dictum, successit anno 1658, electus, quod addendum, die 29 mensis Augusti.

Sectione VI

p. 337

Alberto Custodi præfige stellulam.

p. 339

ad *Gerhardum*, Comitem *de* Battenburg.

Tum quidem, cum *Syllabum* prelo pararemus, primum nobis an. 1361 in litteris *Philippi* de *Falckenstein*, & dein anno 1328 in *Instrumento* ibi dicto occurrit. Post vero longe ante; & quidem anno iam 1306 in litteris Cæsaris *Alberti I*, Francofurti d. 17 Kalend. Iul. datis, his verbis: *Si eciam predictum Syfridum* (de *Eppenstein*) *vel aliquot ex suis fautoribus Sedem Apostolicam racione captiuitatis seu detencionis* Gerhardi *de* Battenburg, *Canonici Magunt. pro absolucione impetranda accedere contingeret, dicti Decanus & Capitulum & ipse* Gerhardus *specialiter literas promocionis pro obtinenda absolucione huiusmodi ipsis dabunt* &c.

p. 340

post *Anselmum Fridericum* de *Bettendorf.*

13.. * *Beyer* de *Boppardia* (Dietericus) *Canonicus**. Anno 1354 a *Gerlaco* Archiepiscopo fideiussor datus *Wilhelmo*, Archiepiscopo Colonienſi.

* *Canoniche vnser Kirchen zu Mentze*, vt in litteris *Gerlaci* est.

p. 343

ad *Bertramum* de *Bleichenbach.*

Fuit antea Canonicus ecclesiæ Moxstattensis, eique, vna cum fratre suo *Heurico*, quicquid bonorum in villa *Aldenstat* habebat, anno 1277 donauit, testibus his litteris:

In nomine Domini Amen. Nos Heinricus *&* Berthramus *fratres, dicti* de Bleychenbach, *Canonici ecclesie in* Moxstat, *ad vniuersorum Christi fidelium, tam presentium, quam futurorum notitiam cupimus peruenire, quod nos glorioſum illum Dominum, Patronum nostrum Martinum, qui nos in suam collegit familiam, heredem nostrum constituere cupientes, omnia bona nostra, scilicet curiam, agros, prata, cum omnibus suis appenditiis, que habemus in villa* Aldenstat, *ecclesie Capituli nostri iam dicti in* Moxstat, *in animarum nostrarum, parentumque nostrorum remedium, pure & liberaliter propter Deum donamus & tradimus iure proprietario possidenda perpetuo, sub hac forma; videlicet vt post obitum alterutrius nostrum amborum fructus omnes ab eisdem bonis prouenientes Capitulum ipsum singulis annis collectos diuidat equaliter in sex partes. Et sic diuisim in Assumptione beate Dei genitricis & Virginis* Marie, *in festo* B. Martini, *in festo* B. Katherine, *& in festo* B. Iohannis *Euvangeliste; Que scilicet quatuor festiuitates, tam in pulsando, quam in cantando, quam in ornatu exponendo, quam in*

aliis

aliis omnibus, ſicut in die Natalis Domini *ſumme ſollempniter peragantur. Item in* Heinrici *patris noſtri, & Gertrudis matris noſtre anniuerſario, quod vno die, videlicet feria tertia poſt octauas Paſche, perpetuo peragatur. Et in vtriusque noſtrum anniuerſario ſimiliter vno die competenti ſimul celebrando. In quibus duobus anniuerſariis pro defunctis maiores vigilie cantabuntur. fructus eosdem inter Fratres tantum preſentes & deſeruientes, vt hec gratioſius & celebrius cuncta fiant, diſtribuat proportionaliter Decanus Capituli memorati. Si vero, quod abſit, ſepedicte eccleſie Decanus & Capitulum in poſterum ſollempnitate cultus DEI accidiati*, ſecus egerint in premiſſis, Dominus Decanus maioris eccleſie Maguntine vna cum D. Prepoſito Moxſtadenſi, dictorum bonorum prouentus & inſtitutionem premiſſam transferant, ſi voluerint, ad dictam ſanctam eccleſiam Maguntinam. In cuius rei euidentiam & perpetuam firmitatem preſentes litteras ſigillis Venerabilium virorum, Dominorum* Iudicum, *D.* Decani *maioris eccleſie Maguntine, & D.* Tragbodonis, *eccleſie noſtre Prepoſiti, D. Decano & Capitulo noſtro predicto tradimus ſigillatas. Actum & datum in Moxſtat anno Domini MCCLXXVII, VI Idus Ianuarii.*

* acaidia *ſive* tædium. *Du-freſne* Gloſſ. p. 42.

p. 349

Hermanno de *Daden* præpone ſtellulam.

p. 350

poſt vltimum *Dalbergiorum*,

1721 ** de *Dalberg*, dictus *Camerarius* de *Wormatia* (Fridericus Antonius Chriſtophorus, *Baro*) *Canonicus.*

p. 355

poſt *Sifridum III* de *Eppenſtein.*

12.. *de *Eppenſtein* (Godfridus II) *Canonicus.* Anno 1257 præſentatus ſiue nominatus fuit a patre ſuo *Godefrido* de *Eppenſtein*, ſeniore, ad eccleſiam in *Crutzen* regendam, vt ex his *Wernheri* maioris & ad D. Petrum Præpoſiti litteris, Id. Febr. datis patet; *Inter* Gotfridum *de* Eppenſtein, *Canonicum Magunt. a* Gotfrido *ſeniore de* Eppenſtein, patre ſuo, *ad eccleſiam in* Crutzen *nobis preſentatum, ex vna parte, &* Wintherum *de* Brunigisheim, *Clericum, a* Walthero *de* Vilbile *ad eandem preſentatum, ex altera, de ipſa eccleſia orta materia queſtionis ſuper iure inſtituendi & preſentandi ad eandem - - - inuenimus probatum, quod preſentator dicti* Gotfridi *pluries ad ipſam preſentauerat* &c.

Et hinc *Godefrido* ſequenti, cui *ſecundi* cognomentum additum, appone III, & *Godefrido*, cui *tertii*, appone IV.

p. 356

ad *Conradum I*, Pincernam *de* Erpach.

Obiit ſub an. 1427. Vt ita ſtatuam, faciunt litteræ *Conradi III* Archiepiſcopi, a. h. Dominica poſt Cæciliæ virginis ſollemnitatem datæ, quippe quibus *Annæ Camerariæ, Rudolfi* de *Hoenſtein* viduæ, *Reinhardum*, Dominum *de* Weſterburg, fideiuſſorem dat loco Pincernæ *Conradi*, Domini *de* Erpach, Canonici Maguntini b. m. (*an Schencken* Conrats, *Herrn zu Erpach, Dumherrn zu Mentze" ſeligen, ſtatt.*)

p. 358

ad *Othonem* de *Falckenberg.*

Anno 1402 conſtitutus fuit a *Günthero* Comite Schvvartzburgico, ædis ſummæ Præpoſito, *Cellerarius Præpoſituræ maioris*, vt ex litteris, quas ſupra in addendis ad ſect. I p. 885 adduximus, patet.

p. 362

ad *Henricum* de *Gerolſtein.*

Quum iam an. 1397 cum *Ioanne II* Archiepiſcopo Romæ fuerit, vt tabu-

læ, quas in *codice Diplomatico* protulimus, docent, in margine, pro an. 1398, annum ingreſſus ſic pone; 139.

p. 363

ad *Philippum* de *Girſtein.*

Vix dubium eſt, quin haud alius ſit, quam ille ipſe, qui præcedit, *Philippus* ſcilicet de *Gerolſtein.*

p. 365

in *Rudigero* de *Gynhofen*

v. 3 ſic lege; anno 1380 inſtitutæ, & an. 1386 ab Adolfo I Archiepiſcopo confirmatæ.

p. 368

ad *Henricum Ioſephum*, Comitem *de* Hatzfeld *&* Gleichen.

E vita diſceſſit an. 1721, die 20 Septembr. in thermis ſerpentinis. Moguntiam auectus, ſepulturæ traditus fuit in *loco Memoriæ*, die ſequenti, qui S. Matthæo in faſtis ſacer eſt.

Ibidem,

in *Georgio Alberto* de *Hedersdorf*

pro 12 Nouembris, lege 14.

Ibidem,

ad *Bertholdum I*, Comitem *de* Henneberg.

Anno 1282, quo naturæ conceſſit, adde diem, qui, indice necrologio, 3 fuit Octobris.

p. 369

in *Ioanne II*, Comite *de* Henneberg.

Dictum, quod obierit *Domicellaris* an. 1541. Quod emendandum. Reſignauit enim an. 1530; atque adeo a. d. qua *Domicellaris* haud mortuus eſt.

p. 370

ad *Andream* de *Hohenloe.*

Fuit etiam Bingæ Præpoſitus ad ædem Collegiatam *D. Martini*, & hoc titulo nobis ſubiit an. 1354.

p. 372

ad *Ioannem Wilhelmum Hund* de *Saulheim.*

Cum circa an. 1608 ſigna alienatæ dediſſet mentis, incluſus in clauſtro Dominicanorum vitam egit ad annum vsque 1632; quo cum mortem oppetiiſſet, ſepulturæ, vt dictum, traditus fuit in *loco Memoriæ.*

p. 373

in *Eberhardo* de *Iſenburg*

v. 18 pro *Adelbertus* Papa, lege, *Adelbertus Rapa.*

p. 376

ad *Gerhardum* de *Krampurg.*

Ex iis, quæ infra in *Adolfo II* Comite Naſſouio ſequentur, patet, quod *Gerhardus* hic de *Kramberg*, facta cum *Adolfo* dicto permutatione, loco, quem in Canonicis Moguntinis tenuerat, anno 1438 ceſſerit, & Coloniæ Vbiorum in eum, quem *Adolfus* ad id vsque habuerat, ſubierit.

p. 378

ad *Hertandum* de *Lapide.*

Conrado Rau de *Holtzhauſen*, Cantori, an. 1464 fatis functo, a Capitulo maioris datus fuit ſucceſſor, vt ſupra in *addendis* ad *Cantores* dictum. Sub an. 1466 ſpiritum poſuit. Vt adeo, quæ hic dicuntur, ac ſi dicto hoc anno ſpontanea abdicatione Canonicatum dimiſerit, inducenda ſint.

Ibidem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ibidem,

ad *Georgium* Comitem *de* Leiningen, I huius nominis,

Fuit etiam *Canonicus Colonienſis, Treuirenſis*, & *Argentoratenſis.*

Ibidem,

poſt *Reinhardum I* Comitem *de* Leiningen,

15.. * de *Leiningen* (Ioannes, *Comes*) Natus an. 1498, die 28 Septembr. *Canonicus Moguntinus, Colonienſis, & Treuirenſis, Præpoſitus Wetzlarienſis.*

Ibidem,

ad *Wernherum* de *Levvenſtein.*

Dictum, quod eccleſiæ Moguntinæ 18 marcas denariorum Colonienſium legarit pro reditibus comparandis ad peragenda ſibi ſacra anniuerſaria. Tabulæ, quibus ei iſtas transſcripſit, ita habent;

Ego Wernherus *de* Levvenſtein, *Canonicus Maguntinus, iturus ad ſtudium, de ſciencia* Emerchonis *&* Wolframi *fratrum meorum*, Iutte *ſororis mee, nec non* Meinhardi *Militis, ſororii mei, lego ipſi eccleſie mee Maguntine decem & octo marcas Colon. Denar. de hereditariis bonis meis in* Munsheim *perſoluendis, vt cum ipſis XVIII marcis & aliis duabus marcis, quas de reliquis bonis meis adiiciam, redditus annui comparentur, cum quibus, ſi, nunc abiens, ab hac luce migrauero, dies anniuerſarii mei in ipſa eccleſia Maguntina cum ſollempnitate debita perpetuo peragatur. Nos eciam* Emercho *&* Wolframus, *fratres ſui, easdem XVIII marcas in paratis denariis de bonis noſtris habitis perſoluemus, vel ſingulis annis preſentabimus decem & octo maltra ſiliginis in ciuitatem Wormacienſem, & ſuper quamcunque domum voluerit Capitulum eccleſie memorate, donec predicta pecunia plenarie perſoluatur. In cuius rei euidentiam & perpetuam firmitatem ego* Wernherus, *& nos fratres ſui preſentem litteram ſigillis noſtris duximus muniendam. Actum anno Domini MCCLXV.*

p. 381

ad *Lotharium* de *Metternich.*

Sepultus in maiori, ad ingreſſum e ſacello *D. Gothardi* a ſiniſtra; vti annotatum ab ædis ſummæ Stabellario, ex officii rationibus tum præſenti. *Caroli Henrici* frater fuit conſanguineus.

p. 383

ad *Simonem* de *Muckelin.*

Filius fuit *Hermanni* dicti *Muckelin*, viri militiæ honoratæ inſignibus clari, qui monaſterium ſanctimonialium Ordin. Ciſtertienſ. *Deinbacenſe* excitauit, bonisque inſtruxit. Fratres habuit *Philippum* & *Wilhelmum.* Proditur id tabulis ſequentibus;

In nomine Domini Amen. Cum dies & anni labantur & defluant veluti decurſus aquarum, & memoria hominum labilis ſit, neceſſe eſt, vt facti memoria habeatur, ea, que aguntur, in tempore ſcripturis autenticis perhennari. Hinc eſt, quod ego Hermannus *dictus* Muckelin *Miles, & nos* Philippus, Wilhelmus, *&* Symon, *Canonicus Wormatienſis, nati predicti* Hermanni, *vniuerſis Chriſti fidelibus, preſentem litteram viſuris vel audituris, cupimus eſſe notum, & ſubſcriptam noſcere veritatem, quod nos vnanimi conſenſu, bona voluntate & communicata manu vxoris mee* Iſengardis, *legitime mei* Hermanni *predicti, omnia bona noſtra, que habemus in loco* Degenbach, *Maguntine dioceſis, cum omnibus iuribus, pertinentiis & attinentiis, pure, libere, ſimpliciter & irreuocabiliter, animo dominium transferendi ipſorum bonorum, donauimus & donamus glorioſe Virgini Marie vna cum filiabus mei* Hermanni *predicti*; *vt in dicto loco* Degenbach *cenobium ſanctimonialium conſtruatur in honore glorioſe Virginis predicte, Ordinis Ciſtercienſis*; *in quo predicte mee filie vna cum aliis ſanctimonialibus, Deo ſeruire cupientibus, ſepedicte glorioſe Virgini in perpetuum famulentur. Poſſeſſionem predictorum bonorum nudam & vacuam, & ab omni homine penitus*

expeditam, transferentes in cenobium antedictum. Et promittimus pro nobis & noſtris ſucceſſoribus, predictam donationem bonorum noſtrorum ratam & gratam habere & non contrauenire verbo vel facto; & contrauenire volentibus non conſentire. Renuntiauimus etiam ſimpliciter & expreſſe in preſentia Reuerendi Patris & Domini, Symonis, *quondam Epiſcopi Wormatienſis*, Emerchonis, *Scolaſtici Maguntini, eius fratris, & aliorum plurium fide dignorum, Aduocatitiis, iuribus, conſuetudinibus, & omnibus ſeruitiis, quocunque nomine cenſeantur, que nobis vel ſucceſſoribus noſtris in dicto cenobio ratione bonorum noſtrorum predictorum poſſent competere, ſeu etiam aliqualiter prouenire. In cuius rei teſtimonium preſentem litteram tradidimus, & tradimus, ſigillo Honorabilis Viri*, Domini Emerchonis *Scolaſtici Maguntini, nec non communi ſigillo totius proſapie Militum* de Spanheim, *quod apud* Wilhelmum *dictum* Lauder, *Militem, ad preſens eſt depoſitum, firmiter communitam. Actum & datum anno Domini MCCCX, in craſtino Aſſumptionis Beate Marie Virginis. Et nos Scolaſticus predictus recognoſcimus, prenarrata eſſe acta in preſentia Reuerendi Patris & Domini, quondam* Symonis, *Epiſcopi Wormatienſis, & noſtri & aliorum plurium fide dignorum, & noſtrum ſigillum in teſtimonium preſentibus appendiſſe.*

Ceterum ex his patet, quod Canonicus etiam fuerit Wormatienſis.

Ibidem

ad *Adolfum II* Comitem *de* Naſſau.

Cum Canonicus eſſet Colonienſis, auctoritate Archiepiſcopi *Theoderici* an. 1438 Moguntiæ *Gerhardi Kramperg* in locum ſubiit, & Canonicus Moguntinus factus eſt, Colonienſi Canonicatu illi conceſſo. Teſtimonio ſunt tabulæ ſequentes;

In nomine Domini Amen. Anno a natiuitate eiusdem MCCCCXXXVIII, Indictione prima, die vero V menſis Auguſti, de mane hora primarum vel quaſi, Pontificatus ſanctiſſimi in Xpo Patris & Domini noſtri, D. Eugenii *diuina prouidentia Pape quarti anno ſuo octauo, in ſtuba Capitulari Venerabilium Virorum, Dominorum Decani & Capituli eccleſie Maguntine, coram Venerabilibus & Circumſpectis Viris* DD. Petro Echter *Decano*, Petro *de* Vdenheim *Scolaſtico*, Heinrico *de* Schoneburg *Cantore*, Ebirhardo Schencke (*de* Erpach) Conrado Ruvve *ſeniore*, Heinrico Morlin *&c. Canonicis Capitularibus eccleſie Maguntine predicte, pro tunc totum Capitulum eiusdem eccleſie repreſentantibus & facientibus, vt aſſerunt, in meique Notarii publici & teſtium infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum, perſonaliter conſtitutus Nobilis & Generoſus Dominus* Adolffus *Comes* in *Naſſauvve, Canonicus Colonienſis, habens ac in ſuis tenens manibus quasdam litteras translatorias, ſiue permutationis, auctoritate Reuerendiſſimi Domini noſtri* Theoderici *Archiepiſcopi Maguntini, vt prima facie apparebat, emanatas, ſupplicans humiliter eisdem Dominis Decano & Capitularibus, quatenus ipſum, earundem litterarum vigore, ad Canonicatum & prebendam, quos in eadem eccleſia hucusque Venerabilis Dominus* Gerhardus Cramperg *poſſedit & obtinebat, ad quos ipſe* D. Adolffus *via permutationis inter ipſum & dictum* Gerhardum *celebrate translatus eſſet, gratioſe recipere & admittere dignarentur.*

Qua ſupplicatione vt ſic facta, prefatus D. Decanus & Capitulares, matura deliberatione inter eos prehabita, memoratus D. Petrus Echter *Decanus, ſuo & Capituli predicti nomine, eundem* D. Adolffum *ad Canonicatum & prebendam predictos admiſit. Statutis & conſuetudinibus dicte eccleſie ſemper & in omnibus ſaluis.*

Et deinde ſtatutis huiusmodi ex libro ſtatutorum ibidem exhibito, per ipſum D. Adolffum *flexis genibus iuratis, prefatus D. Decanus ipſum* D. Adolffum, *de Canonicatu & prebenda predictis per libri ſtatutorum huiusmodi, quem in ſuis tenebat manibus, ad manus dicti* D. Adolffi *traditionem, vt moris eſt, inueſtiuit; Et conſequenter idem D. Decanus eundem* D. Adolffum *de voluntate & conſenſu Dominorum Capitularium predictorum, ac eorum & ipſius nominibus, de loco Capitulari predicto continue & in continenti duxit ad eccleſiam Maguntinam memoratam & ad chorum eiusdem eccleſie in vnam ſedem chori ipſius, in ſignum vere ac realis & corporalis adepte poſſeſſionis eorundem Canonicatus & prebende, inſtal-*

lauit

lauit & collocauit, ipso D. Adolffo *dicente & tribus vicibus replicante hec verba, vel in effectu similia, videlicet:* Hec requies mea in seculum seculi *&c.*

Super quibus omnibus & singulis prefatus D. Adolffus *me Notarium infra scriptum requisiuit, quatenus sibi super premissis vnum vel plura, publicum vel publica, conficerem instrumentum & instrumenta.*

Acta fuerunt hec Maguntie, sub anno, indictione, mense, die, hora & pontificatu, quibus supra. Presentibus ibidem Honorabilibus viris DD. Iohanne Storm, *&* Iohanne Kindelman, *Vicariis perpetuis dicte ecclesie Maguntine, testibus ad premissa vocatis pariter & rogatis.*

Et ego *Iohannes Luternbach* de *Fulda*, Herbipolensis diocesis, publicus --- Notarius &c.

Coloniæ, quod adiicere inuabit, inter Canonicos receptus fuit anno 1434, *die* 16 *Nouembr. in locum* Gerhardi *de* Manderscheid, *Præpositi ad* D. Gereonem, *& Canonici metropolitani (qui hoc anno, d.* 10 *Septembr. domo, quam incolebat, venti vehementioris omniaque perscindentis vi subruta oppressus, spiritum posuerat) nominatus a* Godefrido *de* Witgenstein, *Collegii maioris Decano.*

p. 384

ad *Adolfum* de *Nordeck.*

Postea nobis iam an. 1365 occurrit in litteris, monasterio *D. Georgii* sanctimonialium *zur Clusen* (quod ad *Episcopi montem* in Rhingauia fuit) feria tertia post purificatæ Virginis ferias datis.

Ibidem,

ad *Volckyvinum* de *Nuvvenburg.*

Sedenim, postea nobis diserte, qua Canonicus Moguntinus, subiit in *Necrologio* minori ad 10 Kalend. Iunii.

p. 385

Præpositino in margine pro 119. appone 11..

Ibidem,

post *Henricum* de *Paffendorf.*

14.. * *Palatinus Comes Rheni, Dux Bauariæ,* (Rupertus) *Stephani* Ducis Bipontini filius, *Ruperti* Cæsaris nepos, *Canonicus Moguntinus* & *Felicis V* Antipapæ *Notarius*; anno 1440 ab eodem constitutus Antistes Argentoratensis. Fidem sequentes faciant tabulæ;

In nomine Domini Amen. Anno a natiuitate eiusdem MCCCCXL, Indictione tertia, die vero Lune, que fuit quinta mensis Septembris, hora primarum vel quasi, Pontificatus Sanctissimi in Xpo Patris & Domini nostri, Domini FELICIS *Pape quinti anno primo, in mei Notarii publici, testiumque infra scriptorum ad hec vocatorum & rogatorum presentia personaliter constitutus Reuerendus in Xpo Pater & Dominus,* D. Rupertus *Electus Argentinensis, & nonnullas litteras sacri Basilienſis Concilii, approbationis & ratificationis de & super ecclesia Argentinensi predicta a prefato Domino nostro Papa* FELICE *emanatas & concessas, bullatas, sanas, integras, non vitiatas neque rasas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed prorsus omni vitio & suspitione carentes, in medium exhibuit atque produxit, petens sibi per me Notarium publicum infra scriptum easdem exemplari & transsumi, fidemque faciendo de eisdem; quas quidem litteras sacri Concilii ad me recipiens, easque presentibus inserui secundum ipsarum verum tenorem, qui sequitur in modum, continentem.*

Sacrosancta generalis Synodus Basilienſis, in Spiritu sancto legitime congregata, vniuersalem ecclesiam representans, dilecto ecclesie filio RVPERTO Electo Argentinensi salutem & omnipotentis Dei benedictionem. Dum ad vniuersas orbis ecclesias nostre diffundimus considerationis intuitum, ea propensius solicitudo nos angit & vrget, vt ecclesiis ipsis, que suis sunt destitute pastoribus, & variis in spiritualibus & temporalibus subia-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cent detrimentorum incommodis, de ſalubri remedio, prout earum neceſſitas & temporum qualitas exigit & requirit, conſulatur, eisque tales in miniſtros & paſtores preficiantur, qui commiſſum ſibi gregem per ſuam & ſuorum circumſpectionem prouidam ſalubriter dirigere, & eccleſias ipſas in eisdem temporalibus & ſpiritualibus vtiliter valeant gubernare. Vnde que propterea prouide emanaſſe comperimus, libenter, cum a nobis petitur, vt votiua firmitate ſubſiſtant, noſtro munimine ſolidamus.

Sane nuper eccleſia Argentinenſi ex eo vacante, quod dilectus eccleſie filius *Conradus* de *Buchsnang*, tunc electus & confirmatus Argentinenſis, in poſſeſſione regiminis & adminiſtrationis bonorum eccleſie predicte exiſtens, munere conſecrationis, infra cuius ſuſceptionis tempus a canonibus diffinitum adhuc erat, per eum nondum ſuſcepto, ex certis, rationabilibus, & euidentibus cauſis, tunc nominatim expreſſis & deſcriptis, ipſum mouentibus, litibus & cauſis, inter eum & quosdam ſuos aduerſarios ſuper dicta eccleſia, & eius occaſione motis, ſeu pendentibus indeciſis, nec non regimini & adminiſtrationi predictis, omnique iuri ſibi in dicta eccleſia vel ad eam quomodolibet competenti, per dilectos eccleſie filios *Thomam Bode*, Baſilienſis, *Hermannum Duſporg*, Spirenſis eccleſiarum Canonicos, & *Heinricum* de *Beinheim*, Decretorum Doctores, Procuratores ſuos ad hoc ab eo ſpecialiter & coniunctim conſtitutos, in manibus Sanctiſſimi Domini FELICIS Pape quinti ceſſerat, ac ſe a vinculo, quo dicte eccleſie Argentinenſi tenebatur, abſolui poſtulauerat, ipſeque FELIX Papa dictum *Conradum* a vinculo huiusmodi, de poteſtatis plenitudine abſoluerat, & ceſſionem eandem auctoritate Apoſtolica duxerat admittendam; Idem FELIX Papa cauſarum huiusmodi, etiamſi in eis ad aliquos actus proceſſum exiſteret, ſtatum & dictorum aduerſariorum nomina & cognomina habens pro expreſſis, ac ad prouiſionem dicte eccleſie Argentinenſis celerem & felicem, ne diutine vacationis exponeretur incommodis, ſolicitis ſtudiis intendens, poſt deliberationem (quam de preficiendo eidem eccleſie perſonam vtilem & fructuoſam, cum ſancte Romane eccleſie Cardinalibus, nec non Epiſcopis & Prelatis aliis habuit) diligentem; demum ex predictis & aliis ſimilibus cauſis, ad te, *Eccleſie Maguntine Canonicum*, Notarium ſuum, de Ducum genere & legitimo matrimonio procreatum, in minoribus ordinibus, & in viceſimo vel circa tue etatis anno conſtitutum; cui apud ipſum FELICEM Papam de litterarum ſcientia, vite mundicitia, morum honeſtate, aliisque multiplicium virtutum donis, quibus perſonam tuam inſigniuit altiſſimus, fide digna teſtimonia perhibebantur, direxit oculos ſue mentis, teque in omni iure, & ad omne ius, quod dicto *Conrado* tempore ceſſionis huiusmodi competiit ſeu competere poterat, eiusque ac litium & cauſarum huiusmodi proſecutionem & defenſionem in eo ſtatu, quo dictus *Conradus* tempore ceſſionis huiusmodi erat, & ſi illam non feciſſet, potuiſſet & debuiſſet admitti; ad poſſeſſionem quoque, in qua idem *Conradus* eodem tempore erat, auctoritate prefata ſurrogauit, nec non de perſona tua, prefate eccleſie Argentinenſi, de Cardinalium, Epiſcoporum, & Prelatorum predictorum conſilio & aſſenſu, eadem auctoritate prouidit, teque illi prefecit in Epiſcopum & Paſtorem, curam, regimen, & adminiſtrationem ipſius eccleſie Argentinenſis tibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, ac tecum, vt defectu etatis predicte, & aliis contrariis non obſtantibus, regimen & adminiſtrationem huiusmodi libere recipere, gerere & exercere, nec non ad omnes ſacros ordines, etiam extra tempora a iure ſtatuta, ſingulis tamen diebus Dominicis & feſtiuis ſucceſſiue promoueri, munus quoque conſecrationis a quocunque malueris Antiſtite Catholico, gratiam & communionem Apoſtolice Sedis habente, aſcitis ſibi in hoc & aſſiſtentibus duobus vel tribus Catholicis Epiſcopis, ſimilem gratiam & communionem habentibus, recipere valeres, diſpenſauit, ac tibi & eidem Antiſtiti ſuper hoc facultatem conceſſit; prout in dicti FELICIS Pape V litteris deſuper confectis plenius continetur. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſurrogationi, prouiſioni, prefectioni, & aliis premiſſis,

premiſſis, pro eorum ſubſiſtentia firmiore, robur noſtre confirmationis adiicere dignaremur.

Nos igitur huiusmodi ſupplicationibus inclinati, ſurrogationem, prouiſionem, prefectionem, & alia premiſſa rata habentes & grata, ea auctoritate vniuerſalis eccleſie ex certa ſcientia confirmamus & approbamus, ac preſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſan interuenerint in eisdem. Ac mandantes ex nunc dilectis eccleſie filiis, Capitulo, Clero, populo & Vaſallis, eccleſie, ciuitatis, & dioceſis Argentinenſis, quatenus tibi, tamquam Patri & Paſtori animarum ſuarum, humiliter intendant, & exhibeant reuerentiam debitam & deuotam, tuaque monita & mandata ſuſcipiant deuote, & efficaciter adimplere, fidelitatem quoque ſolitam, nec non conſueta ſeruitia, & iura tibi ab eis debita, integre exhibere ſtudeant atque procurent. Alioquin ſententias ſiue penas, quas rite tuleris ſeu ſtatueris in rebelles, ratas & gratas habebimus, easque faciemus auctore Domino vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari. Non obſtantibus Apoſtolicis & quibuſuis aliis conſtitutionibus, nec non ſtatutis & conſuetudinibus dicte eccleſie Argentinenſis, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis quibuſcunque. Nos inſuper ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper hys a quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis, approbationis, communicationis, ſuppletionis, mandati, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & vniuerſalis eccleſie ſe nouerit incurſurum. Datum Baſilee, XIIII Kalend. Septembr. anno a natiuitate Domini milleſimo, quadringenteſimo quadrageſimo.

Super quibus omnibus & ſingulis idem Dominus conſtituens requirens me Notarium publicum infra ſcriptum, vt ſibi vnum vel plura, publicum ſeu publica, conficerem inſtrumentum ſeu inſtrumenta.

Acta fuerunt hec anno, indictione, die, menſe, hora, & pontificatu, quibus ſupra, in oppido Zabern, *Argentinenſis dioceſis, & in aula curie Epiſcopalis. Preſentibus ibidem Illuſtriſſimis Principibus, Dominis* Stephano, *&* Friderico *eius Nato, Comitibus Palatinis Reni, nec non Venerabilibus Viris* DD. Hermanno Duſporg *Canonico Spirenſi, &* Iohanne Sartoris *de Veteri Simmern, Canonico SS. Martini & Arbogaſti Argent. dioceſ. eccleſiarum, teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.*

Et ego Vlricus Molitoris, *Canonicus & Cantor eccleſie S. Petri iunioris Argentinenſis, publicus Imperiali auctoritate Notarius, quia predictarum litterarum ſacri Baſilienſis Concilii approbationis, confirmationis, communicationis, & ſuppletionis, vt prefertur, a ſacro Baſilienſi Concilio ſuper eccleſia Argentinenſi Reuerendo in Xpo Patri & Domino*, D. Ruperto *Electo memorato emanatarum, factarum & conceſſarum, originalium collationi, auſcultationi, omnibusque aliis & ſingulis, dum ſic vt premittitur fierent & agerentur, preſens interfui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audiui. Ideoque ipſas litteras, ſiue preſens publicum inſtrumentum ad modum transſumpti & exemplaris, preſentibus, de verbo ad verbum, nichil omittendo, inſerui, & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis, vna cum appenſione ſigilli Venerabilis & Generoſi Domini*, D. Iohannis *de* Helffenſtein *Comitis, & Decani eccleſie Argentinenſis prelibate, ſignaui. Rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum.*

Hinc *Ruperto*, qui paullo poſt ſequitur, ſubiunge n. *II.*

Ibidem,

ad *Stephanum* Comitem Palatinum Rheni.

Præter dignitates eccleſiaſticas enumeratas Bonnæ etiam Præpoſitum egit ad *SS. Caſſii & Florentii.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

p. 386

post *Iulium Pflug.*

.... * de *Pinguia* (Georgius) *Sacerdos & Canonicus Moguntinus.* Liber *Animarum* minor ad 12 Kal. Iul. Est is, qui supra p. 361 post *Goipellonem* occurrit.

p. 388

ad *Ruggerum.*

Ruggerus hic, quem per errorem *Custodem* factum diximus, alius est a *Ruggero* Custode. Ne dubites, notari velim, *Ruggerum*, qui *Custodis* gessit munia, iam an. 1182 qua *Custodem* maioris citari; illum vero, quem hic memorauimus, anno 1185 adhuc *maioris* vocari *Canonicum.* Cum igitur pateat, diuersas eos esse personas, sic vtrumque colloca;

II.. Ruggerus, *Custos* postea factus. Vid. supra in *Custodibus* p. 309.

II.. Ruggerus, *Ecclesiæ maioris Canonicus* &c. & verba, *postea factus*, vsque ad finem, dele.

Ibidem

in *Adolfo Rau* de *Holtzhausen*, nominis huius *II*,

Pro anno 1513, quo hic mortuus dicitur, lege, vt in *Decanis* p. 305 rectius annotatum, 1512.

p. 390

in *N.* de *Riedt*

v. 6 pro sæc. 15 legas velim 14.

p. 391

Duas stellulas, quæ *Georgio Antonio* de *Rodenstein* in margine præpositæ sunt, cum huc non pertineant, delebis.

p. 393

ad *Simonem* Custodem.

Cum *Simon* hic ortu fuerit *Comes siluester*, siue, vt nomine gentilitio ex vernacula formato appellantur, *Wildgrauius*, vt in *Addendis* ad *Custodes* p. 889 videre est; atque ideo infra sub lit. *W*, quo pertinebat, adductus sit, hic quidem inducendus venit.

p. 399

ad *Sifridum* Comitem *de* Solms.

Fuit etiam *Præpositus Moxstattensis*, testibus his litteris;

Nos Sifridus *de* Solmise, *Dei gracia Canonicus Maguntinus; & "eccleſie Moxstadensis Præpositus", presentibus litteris publice recognoscimus, quod deliberato animo nemus Prepositure nostre iam dicte contulimus Honorabilibus Viris.. Decano totique Capitulo Moxstadens. eccleſie memorate, in vsus suos proprios conuertendum. Hoc adiecto, quod nec ipsi sine nobis, nec nos sine ipsis, sicut compromisimus, nisi pari consensu dare deliberemus, predictum nemus in vsus alienorum dabimus conuertendum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Moxstat anno Domini MCCCII, in festo Bartholomei.*

p. 400

Canonicus *Specht* de *Bubenheim*, qui an. 1717 inter Clerum principis Collegii receptus est, vocatur *Lotharius Franciscus Ignatius*, non autem, vt ibi, *Lotharius* Fridericus *Ignatius.*

p. 402

in *Ioanne* de *Stettenberg*

v. 2 pro an. 1454, lege 1484.

p. 408

p. 408

post *Ferdinandum Casimirum Adolfum* Baronem *Waltbott a Bassenheim.*

Waltbottiorum a Bassenheim familia vti antiquitate generis, priscæ virtutis nobilitate, meritisque in rem publicam, a multis iam sæculis, illustris fuit; ita hæc, qua ortus Reuerendissimus & Illustrissimus *Scholasticus*, speciatim *Bassenheimensis* dicta, interea dum *Syllabus* hic typis exscribebatur, altiorem ad gradum adscendit, *S. R. I. Comitum* dignitate tituloque aucta.

p. 409

post *Iodocum Philippum* de *Weiler.*

13.. * de *Weingarten* (Hermannus) *Canonicus Moguntinus.* Testis in Instrumento, quo *Eberhardus* dictus *Kesselhut*, de *superiori Ingelnheim*, Armiger, certis bonis dotauit altare statutum in Capella *S. Michaelis* in cœmeterio parochialis Ingelnheimensis, ibidemque beneficium ecclesiasticum instituit an. 1373, die 23 Iul. Fuit etiam Cantor ad *D. Victoris*, vt supra sect. II *chron. S. Victoris* p. 642 videre est.

Ibidem,

ad *Ioannem Weis*,

Citatur quidem in *libro Animarum*, sed apposito solum *Sacerdotis* titulo, non item *Canonici.* Vnde dubium maxime, an Canonicis Moguntinis adnumerandus sit.

Ibidem,

post *Ioannem* Comitem *de* Wilnau,

.... * de *Wilnau* (Eberhardus *Comes*) *Canonicus Moguntinus.* Memoratur in *libro Animarum* minori ad 5 Id. Nouembr. quo die naturæ impleuit modum.

p. 410

post *Gerhardum I* Wildgravium,

12.. *Wildgravius* (Simon) *Custos* ab an. 1252 ad 1279. Vid. supra in *Custodibus* p. 310, & in *Addendis* ad *Custodes* p. 889.

ADDITIONES
ad
ELENCHVM
SVFFRAGANEORVM MOGVNTINENSIVM,
vna cum locorum quorundam emendationibus.

p. 421
ante *Reginbaldum*,

HVMBERTVS,
Archiepiſcopi *Haiſtulfi* Chorepiſcopus.

OCcurrit nobis in vita *Eigilis*, Abbatis Fuldenſis, quam ſcripſit *Candidus*, § XIX * his verbis; *Altera quoque die* (a dedicatione ſcilicet templi Fuldæ in monaſterio conſtructi) *duas eccleſiæ cryptas* Humbertus *Chorepiſcopus iuſſu Archiepiſcopi ſui* Heiſtolfi *conſecrauit, atque omne opus ipſius diei, diuina ſibi auctoritate commiſſa, cum omni reuerentia timoris Dei reuerenter expleuit.* Et in vita metrica, quam idem concinnauit *Candidus*, § XIX †;

Craſtina cumque dies fuſcas dimouerat alas
*Noctis, & vmbrifera nebula * concederat aruis,*
Euolat hoſpitio, ſolis iam luce retecta,
Cum ſociis iuſſus Humbert *Corepiſcopus, antra ad*
Eccleſiæ ſacranda duo, quæ luce reliquit
Heſterna Præſul &c.

* *f.* conceſſerat

Dubios autem, an *Suffraganeis Moguntinenſibus*, de quibus hic ſermo nobis eſt, adnumerandus ſit, nos reddidit *Mabillon*, dum in adnotatione ad dictum § XIX p. 238 ait: *Malim* Coepiſcopus. *Nam h. l. intelligendus videtur* Humbertus *Wirziburgenſis Epiſcopus, Moguntini Archiepiſcopi Suffraganeus, qui rogante Hrabano reliquias martyrum collocauit in monaſterio Holzkiricha, teſte* Hrabano *in epigr. LXIII.* Sic ille. Quod hic monere viſum.

* *Sanctor. Ord. Benedictin. ſæc. IV tom. I p. 238.*
† *l. d. p. 266.*

Ibidem,
ad *Reginbaldum*, *Otgarii* Suffraganeum.

Anno DCCCXXXVII ibidem dedicauit ædem *S. Petri* in monte. Fidem facit hæc vetus inſcriptio: *Anno Domini DCCCXXXVII*, Indictione XV dedicatum eſt hoc Oratorium iuſſu* Otgarii *Archiepiſcopi a* Reginbaldo *Chorepiſcopo, VI ** Kalend. Octobr. in honorem beatorum Apoſtolorum, Patriarcharum, Prophetarum, Martyrum, Confeſſorum, atque Virginum, & S. Felicitatis, matris VII filiorum martyrum, S. Concordiæ, S. Baſillæ, S. Eutropiæ, S. Candidæ, S. Emerentianæ, SS. Aquilæ & Priſcillæ, & S. Liobæ virginis.*

* Ita legendum, non, *DCCCVIII*, vt apud *Brovverum* eſt lib. II antiquitat. Fuldenſ. cap. XV p. 162. Vid. *Mabillon* annotat. ad vitam *Rabani*, *Rudolfo* auctore ſcriptam, § XLVI p. 17.
† Al. habent. *IV*, vti annotat *Mabillon* l. d. *Rudolfus* habet *V Kalend. Octobris.*

p. 422
in *Theoderico* Epiſcopo Vironenſi

v. 3 pro *Kal. Ian.* lege, *XVII Kalend. Ianuar.* & conf. Diſſertationem *de origine, fatis, ſtatuque monaſterii* illorum § III p. 845.

Ibidem,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ibidem,

Stellulam *Chriſtiano* Epiſcopo Sambienſi præfixam diſpunge.

p. 426

in *Dithmaro* Epiſcopo Gabulenſi

v. 36 pro *viſitauerit* l. *viſitauerint*, & v. 37 pro *orauerit* l. *orauerint*.

p. 428

ad *Albertum* de *Beichlingen*.

Ortus fuit ſtirpe Comitum *Beichlingiorum*, lineæ *Rotenburgenſis*, nepos *Friderici IV*, qui eam proſeuit, filius vel *Hermanni II*, vel *Henrici I.** Maioris lucis cauſſa, iuuabit particulam ſchematis Comitum *Beichlingio-Rotenburgenſium* genearchici ex *Leuckfeldio* huc afferre.

Fridericus I,
occur. an. 1144, 1170, 1180.
vx. *Helinburgis* Com. *de* Gleichen.

Fridericus II, occur. 1180, 1209, 1220. vx. *Eliſabetha* de *Henneberg*.	Reginbodo, occur. an. 1180.

Dietericus, *Eques Ordinis Teutonici*, occur. an. 1212, 1228.	Fridericus III, occur. ab an. 1220 --- 1272. † an. 1275. vx. *Hedevvigis*, Com. Rotenburgenſis, ſtirpis ſuæ, vt videtur, poſtrema.

Fridericus IV *ſenior*, *ſator lineæ Beichlingio-Rotenburgenſis*. vx. *Lucardis*.	Fridericus V *iunior*, † an. 1283.	Hermannus I, *Ord. Dominicanor.* occ. an. 1269, 1286.	Ermgard, *Veſtalis*, occur. an. 1268.

Fridericus VI, † an. 1333. vx. *Eliſabetha*, f. *Henrici* Mirabilis, Ducis Brunſuicenſis.	Gerhardus I, † an. 1328. vx. *Clara* de *Schlüſſelburg*.	Hermannus II, occur. an. 1300.	Henricus I, occur. 1300, 1305.	Fridericus VII, occur. an. 1300.	Sophia, *Sanctimonialis*.

Albertus,
Epiſcopus Ippuſenſis.

* Vid. *Leuckfeldius* in Deſcriptione cœnobii ad *D. Georgium* Kelbraenſis, cap. II, quo ſingulari diligentia & accuratione de Comitibus *Beichlingenſibus* egit, § XXIV p. 74.

Inſtitutum viuendi a *D. Franciſco* orbi inuectum ſecutus, magna inclaruit religionis fama, vti ſane in litteris nonnullis vernacula olim ſcriptis *der Göttliche Herr* Albrecht *von* Beichlingen, *Biſchoff*, vocatur. Vid. *Tenzelius* § XVII Typi genealogiæ Beichlingenſis. Pontificium autem non per Moguntinam modo diœceſin, ſed Erfurtenſem etiam pro Moguntino obiit, vt in catalogo *Suffraganeorum Erfurtenſium* videre eſt.

Ibidem

ad *Ioannem* Episcopum Scopiensem,

post. v. 3

Familiæ Cistercienſis fuit alumnus, ac vita defunctus ſepulturæ locum nactus eſt Aldenbergæ in medio chori monachorum, hoc poſterorum memoriæ commendatus epitaphio:

Septembris menſis in fine meat Scopienſis
Præſul ab hoc mundo Iohan, *cælos adeundo,*
Annus cum Chriſti Cter M L X tria cernis
Iuncta ſibi ſiſti fecit iungendo ſupernis.

p. 430

ad *Hermannum* Episcopum Scopiensem,

v. 7

Quod ſacellum in campo Collegiali *Moxſtattenſi* circumiecto ſitum anno dicto inaugurarit, plenius diſces ex tabulis ſequentibus, ex autographo nunc primum erutis:

Nos Frater Hermannus, *Dei & Apoſtolice Sedis gratia Epiſcopus Scopienſis, Vicarius in pontificalibus Capituli & eccleſie, Sede vacante. Recognoſcimus per preſentes, quod altare & capellam in campis* Mogſtad *conſecrauimus in honorem* B. Marie Virginis, S. Katherine, *&* S. Donati, *adhibitis ſolempnitatibus debitis & conſuetis. Et quicunque prefatum altare ſiue capellam cauſa deuotionis acceſſerint, & ad ornamenta, libros, calices, ſiue ad queuis alia ad diuinum cultum ſpectantia manus porrexerint adiutrices; & qui in diebus Patronorum prefati altaris ſiue capelle, & in dedicatione eorundem; & qui in feſtiuitatibus Natiuitatis Xpi, Paſche, Penthecoſtes, & in ſingulis feſtiuitatibus B. Marie Virginis, in diebus omnium Sanctorum & omnium Animarum diuinis cauſa deuotionis interfuerint; & in ſerotina pulſatione ob reuerentiam Virginis glorioſe tria* Aue Maria *deuote oraueriut, nos de omnipotentis Dei miſericordia, & BB. Petri & Pauli gratia confiſi, auctoritate qua fungimur, XL dies indulgentiarum & vnam Karenam, in Domino miſericorditer relaxamus. Datum* Lanſtrud, *anno Domini MCCCLXXXX, die Dominico, quo cantatur* Exaudi Domine.

p. 431

ad *Fridericum* Episcopum Tullensem,

poſt v. 25

Anno a ſalutifero Virginis partu MCCCC, d. XVI Maii, ad noxæ leuioris piacula XL dierum indulgentiam ſingulis & omnibus conceſſit, qui ſacellum extra mœnia oppidi *Eppenſtein* præſtitutis diebus pia mente adierint, & ante imaginem *D. Antonii* orationem Dominicam & ſalutationem Angelicam ter religioſe recitarint. Id quod ſequentes loquuntur tabulæ;

Nos FRIDERICVS *Dei gratia Epiſcopus Tullenſis, Vicarius in pontificalibus Reuerendiſſimi in Chriſto Patris & Domini,* D. Iohannis, *eadem gratia ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopi, vniuerſis Chriſti fidelibus, ad quos preſentes peruenerint, ſalutem in Domino ſempiternam.*

Cupientes Chriſti fideles ad pietatis opera modis conuenientibus & Deo placitis inuitari, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui ad capellam & altare, ſitum ibidem extra opidum Eppenſtein, quod altare conſecratum eſt in honore beate glorioſiſſime Virginis Marie, & omnium Sanctorum & Sanctarum Dei, manus porrexerint adiutrices, & qui in ſingulis feſtiuitatibus Natiuitatis Chriſti, Circumciſionis Domini, Epiphanie, Paſche, Aſcenſionis, Pentheeoſtes, Trinitatis, Corporis Chriſti, Dedicationis ipſius capelle & altaris, & ſingulis feſtiuitatibus Virginis glorioſe, & per octauas earundem, Iohannis Baptiſte, Iohannis Euangeliſte, ſancte Crucis, & omnium Patronorum ipſius capelle & altaris, Petri & Pauli Apoſtolorum, omnium Animarum, omnibus diebus Dominicis & feſtiuis, ſingulis diebus quadrageſimalibus, & Aduentus Domini, & qui deuote,

dixerint

dixerint in predicta capella coram ymagine S. Anthonii *tria* Pater noſter & Aue Maria, *quotienſcunque hoc fecerint, nos de omnipotentis Dei miſericordia, BB. Petri & Pauli gratia confiſi, auctoritate qua fungimur, XL dies indulgentiarum miſericorditer in Domino relaxamus. Datum in Eppenſtein anno Domini MCCCC, XVI die menſis Maii, ſub ſigillo noſtro maiori pontificali.*

Eodem anno, die Mauricii ſociorumque illius honori feſta, Arnsburgi conſecrauit capellam *S. Crucis*, in honorem ſanctæ & victorioſiſſimæ *Crucis*, ad quam, vti in mſcr. *de origine monaſterii Arnsburgenſis*, ſub Abbate XXIII *Gerhardo* eſt, multi cæci viſum, claudi greſſum, ſurdi auditum, plurimi ægroti ſuam recuperarunt ſanitatem.

Ibidem

ad *Ioannem* Epiſcopum Sleſuicenſem,

poſt v. 14

Anno MCCCCII, vna cum fratre *Hermanno*, Adminiſtrator fuit Præpoſituræ Moguntinenſis, eiusdemque bona Niderolmenſia elocauit *Ioanni Hofvvart*, Moguntinæ maioris Canonico, Præfecto Olmenſi. Teſtimonio ſunt litteræ, hac de re tum *in octaua Epiphaniæ* ſignatæ, quippe quarum initium ſic habet: *Wir* Iohan *von Gots gnaden Biſchoff zu Slysvvig, vnd* Herman Schindeleb, *gebrüdere, beide Formunder der Dumprobſty zu Mentze zu dieſſen zyten, bekennen* &c.

p. 432

ad *Conradum* Epiſcopum Chriſtinopolitanum,

poſt v. 20

Gratuitas criminum condonationes, quas *Fridericus* Tullenſis an. MCCCC omnibus ſacellum ante mœnia Eppenſteinenſia frequentaturis indulſerat, anno MCCCCVI peculiaribus repetiit litteris, quæ in hæc extant verba;

CONRADVS *Dei gratia Epiſcopus Criſtinopolitanus, Vicarius in pontificalibus Reuerendiſſimi in Chriſto Patris & Domini*, D. Iohannis, *S. Sedis Maguntine Archiepiſcopi, vniuerſis Chriſti fidelibus, preſentes noſtras litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam.*

Licet is, de cuius munere venit, vt ſibi a fidelibus ſuis digne & laudabiliter ſeruiatur de habundantia pietatis ſue, que merita ſupplicum excedit & vota, vnde ſeruientibus ſibi multo maiora retribuat, quam valeant promereri; nichilominus tamen deſiderantes Domino populum reddere acceptabilem, & bonorum operum ſectatorem, fideles ipſos ad complacendum ei, quaſi quibusdam allectis muneribus, indulgentiis videlicet & remiſſionibus, diligenter inuitamus, vt exinde diuine gratie reddantur aptiores.

Cupientes igitur, vt capella, ſita extra muros Eppinſtein, in honore B. Marie Virginis glorioſe, S. Anthonii Confeſſoris, atque omnium Sanctorum dedicata & conſecrata, congruis honoribus frequentetur, & vt Chriſti fideles eo libentius cum deuotionis, orationis, aut peregrinationis (deſiderio) *confluant ad eandem, & ad ipſius fabricam, ornamenta, luminaria, & queuis alia ad diuinum cultum pertinentia manus porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celeſtis gratie vberius conſpexerint ſe refectos; Omnibus vero vtriusque ſexus vere penitentibus, qui huiusmodi quocunque die vel hora, eo quo prefertur modo, fecerint, de omnipotentis Dei miſericordia & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum auctoritate confiſi, XL dies indulgentiarum & vnam karenam, totiens quotiens predictorum aliquid fecerint, de iniunctis ſibi penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. In cuius rei teſtimonium, ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Maguntie, ipſo die Natiuitatis Marie Virginis glorioſe. Anno Domini MCCCC ſexto.*

[*IOANNES*

Epiſcopus Samaritanenſis.

Reuerend. P. Gamans *in ſchedam quandam, quam beneuole mecum communicauit maxime reu. Vir*, Ioannes Seyfrid, *S. I. Doctor Theologus, & in alma Herbipolenſi Hiſtoriarum P. P. ex neſcio quo ſcriptore transmiſit*

sequentia: In hoc Disenbergensi cœnobio inter alios doctrina illustres floruit Reuerendus Dominus *Ioannes* de *Roberiis*, monachus huius loci, qui anno Domini MCCCCIV, V Idus Ianuarii a *Bonifacio IX* creatus est *Episcopus Samaritanensis* & Suffraganeus *Ioannis*, Comitis de Nassau, Archiepiscopi & Electoris Moguntini. *Quod reapse* Ioanni *in vicaria sacrorum functione suffragatus sit, alibi, quod sciam, haud occurrit.*]

p. 433
ad *Ioannem* de *Reifferscheid*,
post v. 6

Cum maxime vero sequens testatum facit tabula, reperta, quum anno MDCXIV, mense Aprili altare hoc referaretur per *P. Ebertinum Frens*, & *P. Simonem Rickium*, Ordinis Minorum *de* Obseruantia;

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Nos IOANNES, *Dei & Apostolice Sedis gratia Episcopus Cyrenensis, Reuerendissimi in Christo Patris, Domini nostri Theoderici, sancte Moguntinensis Sedis Archiepiscopi, in pontificalibus Vicarius generalis, vniuersis & singulis Christi fidelibus insinuamus presentibus, quod nos altare hoc ad omnipotentis Dei gloriam, & D. N. I. C. ipsiusque beatissime Dei genetricis ac perpetuo Virginis Marie, S. Michaelis Archangeli, totiusque militie celestis exercitus; SS. Iohannis Baptiste & Euangeliste, Petri & Andree Apostolorum, Christophori mart. Martini Episcopi & Confessoris, S. Marie Magdalene, & ceterorum patronorum gloriam & honorem, diuina nobis fauente clementia consecrauimus, adhibitis ad hec more sacrosancte Romane ecclesie sollemnibus debitis & consuetis; sub anno Domini MCCCCXXXVIII, die XXI Decembris, videlicet quarta Dominica aduentus Domini.*

Non ab re erit, hic notare, curiam hanc, quæ *der Hanauer Hof* olim appellata fuit, & prope monasterium Franciscanorum sita est, anno superiori MDCCXXI emptionis titulo transiuisse in dominum cœnobii Ilbenstadensis; aram vero hanc, in conclauium vno positam, hodieque superesse illæsam, ac omnia consecrationis impertitæ signa adhuc habere, quamuis a multis annis ad rei diuinæ vsum haud fuerit adhibita.

Ibidem
ad *Sifridum* Cyrenensem,
post v. 13

Qua procuratione cum fungeretur, anno MCCCCXLVII litteris sequentibus *Volperto* de *Ders*, maioris Scholastico, nec non Sculteto & Iudicibus sæcularibus ciuitatis Moguntinæ mandauit, vt sententiam Iudicii Imperialis secundum *Engelbertum* de *Harffen* contra *Ioannem Pott* & ciuitatem Colonienſem latam promulgent ac exsequantur;

SIFRIDVS *Dei & Apostolice Sedis gratia Episcopus Cerenensis, sacre Theologie Professor, Reuerendissimi in Christo Patris & Domini* D. Theoderici *sancte Maguntine Sedis Archiepiscopi in pontificalibus & spiritualibus Vicarius generalis, vniuersis & singulis per ciuitatem & dyocesin Maguntinam constitutis, & presertim Domino* Volperto *de* Ders, *Scolastico inclite maioris ecclesie, ac Camerario Maguntino, nec non Sculteto ac Iudicibus secularibus ciuitatis predicte salutem in Domino.*

Constitutus coram nobis prouidus Vir, Engelbertus *de* Harffen, *graui cum querela proponens, qualiter quidam* Iohannes Pott *ac sui heredes, nec non Magistri ciuium & Consules, ac tota communitas ciuitatis Colonienſis, secundum quod plenius continetur in litteris iudicii Imperialis, coram nobis productis, ipsum diuersis iniuriis affligentes, bonis suis spoliauere, ac multis molestiis fatigauere, tandem humanitatis fauorem postponentes ipsum diris carceribus mancipari procurauere, propter que & alia, coram nobis enarrata, predictos suos aduersarios coram diuersis Imperialibus iudiciis traxerit, & tandem post diuersas vocationes ad diuersa Imperialia iudicia, quibus semper contumaciter non comparuere, nec hodie comparent, contra eos obtinuerit sententias, prout in litteris desuper confectis plenius continetur; & quia idem* Engelbertus *suorum aduersariorum potentiam perhor-*

perhorreſcens, predictarum ſententiarum executionem habere nequiuit; quapropter, vt ſibi pro tuitione & executione Imperialis iudicii prouidere dignaremur, ſecundum inuocationem iudicii Imperialis in Velgiſte, *quemadmodum plenius continetur in litteris deſuper confectis, & coram nobis productis, humiliter ſupplicauit.*

Nos igitur Syfridus *predictus, qui licet immeriti, predicti Reuerendiſſimi Domini noſtri Archiepiſcopi Maguntini, ac S. R. I. per Germaniam Archicancellarii in pontificalibus & ſpiritualibus vices gerimus, attendentes, quod licitum eſt cuilibet, ſuo proximo, & preſertim ſubdito, pro repellenda ipſius iniuria ſuum impertiri auxilium, ymmo, ſi poteſt & negligit, videtur iniuriantem fouere, ac fieri particeps eius culpe; cum omnia iura, omnesque leges vim vi repellere, cunctisque ſe defenſare permittant, ac iniuriam temporalem ſpiritualiter repellere diſponant; ſitque ſecundum canonicas ſanctiones, vtrumque quodamodo gladium, temporalem & eccleſiaſticum, alterum videlicet alteri ſubuenire, maxime quia hy duo gladii conſueuerunt exigente neceſſitate ſibi inuicem contra aduerſariorum potentias ſuffragari; Et quia canonica lege fore ſancitum cognoſcimus, qua inſtruimur, iuſtum auxilium vniuerſis eſſe preſtolandum propter afflictionem pauperum, quorum moleſtiis ſine intermiſſione fatigatur eccleſia, ideoque eadem ſanxit auctoritas, vt aduerſus diuitum potentias ipſis pauperibus Epiſcoporum prouiſione deputentur defenſores.*

Quare de conſilio Prelatorum & iuris peritorum vobis, Venerabili Domino Volperto, *Scolaſtico & Camerario predicto, nec non Sculteto ac Iudicibus ſecularibus Iudicii ciuitatis Maguntine, in virtute ſancte obedientie diſtricte precipiendo mandamus, & ſub pena quatuor milium Renenſium florenorum, pro dimidietate fiſco Imperiali, & pro alia medietate fiſco Reuerendiſſimi Domini prefati Archiepiſcopi Maguntini irremiſibiliter perſoluendorum, ſi ſecus feceritis aut obmiſeritis; cum conſtet predictas ſententias pro ipſo* Engelberto, *& contra aduerſarios predictos rite fore latas, ipſas iuxta tenorem etiam exacte litterarum iudicii Imperialis executioni plenarie demandare cum effectu curetis. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtri Vicariatus preſentibus appendi fecimus. Datum anno Domini MCCCCXLVII, ſexta die menſis Septembris.*

Dein anno MCCCCXLIX---

p. 434

ad *Henricum* Epiſcopum Roſſenſem,

poſt v. 2

Gentilitio nomine dicebatur *Hoefgarten*; & tum temporis, quando a *Theoderico* adſciſcebatur, ædis ſummæ erat Eccleſiaſtes. Ceterum in ordine Theologorum ad ſummos adſpirauerat honores. Patet id ex litteris ſequentibus:

Wir DIETERICH --- Ertzbiſchoff zu Mentze &c. *Bekennen --- daß vvir mit dem Wirdigen Meiſter* Henrich Hoefgarten *Auguſtiner Ordens, Lerer der heiligen Schrifft, vnſers Thumſtiffts zu Mentz Prediger, vberkommen ſin, daß er vnſer Vicarius in pontificalibus vverden ſal, ſo ferre er zu Biſchofflicher vvirde alſo kommen vnd gevorderet vvirdet. Vnd vff daß er ſich dann an ſolicher vvirde vnd ampt deſte erlicher gehalten, auch das deſte pas vervveſen, vnd dem furgeſin möge, ſo haben vvir ime verſchrieben, vnd verſchriben ime gegenvvertiglich in krafft dieß briffs, ime ierlichs alsdann vff vnſerm zoll zu Lanſtein zu geben vnd vſſzurichten vff Wyhenachten zvveyhundert Gulden. Vnd des zu vrkunde ſo han vvir vnſer ingeſiegel an diſſen brieff tun hencken, der geben iſt zu Aſchaffenburg* &c.

Quibus ſubiungere iuuabit illas ipſas, quarum ibi mentionem feci;

Wir DIETERICH --- Ertzbiſchoff zu Mentze --- Bekennen --- daß vvir den Ervvirdigen Hern Heinricum *Biſchof zu Roſſen zu vnſerm Vicario in pontificalibus gemachet han, als das vnſer Commiſſio im daruber gemacht vſſvviſet. Wan nu von Gote vnd den rechten vvol billig iſt, daß vvir yme, oder eynem iglichen, dem vvir ſoliche vnnſere burden befelhen, von liplicher narunge ſins ſtadts verſehen; Hierumb ſo han vvir yme verſchreben, vnd verſchriben ime geinvvertiglich mit crafft diß briefs ierlich hundert Gulden vff vnſerm zoll zu Lanſtein, die ime zu den vier fronfaſten alle iare, als lang er alſo vnnſer Vicarius*

rius in pontificalibus ist, daselbs gefallen sollen; vnd nemlichen die erſten funff vnd zvventzig Gulden in der fronfaſten in den Phingſt-heyligen tagen nechſt kumpt. Vnd des zu vrkunde ſo han vvir vnſer ingeſiegel an dieſen brieff thun hencken, der geben ist zu Aſchaffenburg am heyligen Oſter-abent anno Domini MCCCCLVI.

v. 20, poſt, *ſecuto MCCCCLIX*, adde, *Francofurti*

poſt v. 29

Altare hoc e ſacrario translatum fuit in librariam, ob cauſſas quasdam rationabiles. Tetigit id *Ioannes Latomus*, Decanus, dum indici priuilegiorum huius ad *D. Bartholomæum* Collegialis olim adſcripſit: *Dedicatio altaris in domo Capitulari, quod prius fuit in ſacriſtia.* Hoc curatius vero alius quiſpiam in adnotatis ſuis; *Idem eſt in ſacello aulico Electorali Cæſaris, quia inibi hodiernum altare quatuor Doctorum eccleſiæ, & olim ibidem liberaria fuit, modo translata ſuper ambitum templi; fuit ibi alias, hodieque eſt domus Capitularis.* Ex ſcheda *Gamanſii*, quam mecum communicauit laudatus *P. Seyfrid.*

Ceteroquin eodem hoc anno, III die Nouembris, dedicauit altare in *monte Angelorum*, haud procul a vico, qui *Großheidenbach* appellatur, ad dextram Mœni ripam. Teſtatur id, quam proferre haud piget, tabula;

Nos HENRICVS, *Dei & Apoſtolice Sedis gratia Epiſcopus Roſſenſis, Reuerendiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri* Theoderici *S. Moguntinenſis eccleſie olim in pontificalibus Vicarius generalis, recognoſcimus per preſentes, quod cooperante nobis gratia Spiritus ſancti, conſecrauerimus altare in* monte Angelorum, *ſituato prope* maiorem Heidenbach, *in honorem S. Spiritus, SS. Angelorum, S. Valentini mart. S. Wendelini, S. Sebaſtiani, S. Dorothee, S. Ottilie, S. Lucie. Eius altaris dedicationem poſuimus, & per preſentes ponimus in Dei nomine ſecunda Dominica poſt feſtum Corporis Chriſti.*

p. 437

ad *Matthiam Emich*,

ſub finem.

Quare eodem hoc, quo obiit, anno, *die Lunæ infra dedicationem eccleſiæ*, ædem metropolitanam, ſanguine effuſo contaminatam, expiauit ipſe Archiepiſcopus *Dietherus.*

p. 442

ad *Ioannem Monaſterii*, Epiſcopum Vicecomponenſem,

poſt v. 22

Anno MDXVI, rogatu *Antonii Rhemich* & *Wendelini Baumann* annuam ſacelli extra mœnia oppidi *Eppenſtein* dedicati memoriam a Dominica *Iubilate*, qua hactenus celebrari ſolebat, ad Dominicam, quæ vſu eccleſiaſtico *in Albis* vocatur, tranſtulit, vt ex litteris his cognoſcere eſt;

Vniuerſis & ſingulis ſancte matris eccleſie filiis, preſentibus & futuris, ad quos preſentes littere peruenerint, ſeu quibus eas noſſe fuerit oportunum, nos IOHANNES Monſter, *Dei & Apoſtolice Sedis gratia Vicecomponenſis Epiſcopus, Illuſtriſſimi Reuerendiſſimique in Chriſto Patris & Domini*, D. Alberti, *S. Moguntine Sedis, & Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopi, S. R. I. Archicancellarii, Principis Electoris, & Primatis per Germaniam, Adminiſtratoris Halberſtadenſis, Marchionis Brandenburgenſis, Stetini, Pomeranie, Caſſuborum Ducis* &c. *in pontificalibus Vicarius, ſalutem in Domino ſempiternam.*

Pia mater eccleſia, de animarum ſalute ſolicita, deuotione fidelium, per ſpiritualia quedam munera, remiſſiones videlicet & indulgentias, militare conſueuit, ad debiti famulatus honorem, Deo videlicet ac piis locis impendendum; vt quanto celebrius & deuotius illuc confluit populus Chriſtianus, aſſiduis Saluatoris gratiam precibus implorando, tanto celerius delictorum ſuorum veniam, & celeſtis regni gloriam conſequi mereatur eternam.

Cupientes igitur, vt capella S. Antonii *extra muros opidi ſeu fortalitii* Epſteyn, *infra terminos parochialis eccleſie ibidem ſita, vna cum tribus eiusdem capelle altaribus; duobus, videlicet ſiniſtro ante ingreſſum chori, in honorem omnipotentis Dei, glorioſeque ſemper Virginis Marie, ſanctorumque Michaelis ac omnium*

omnium Angelorum & Archangelorum, nec non BB. Petri & Pauli, & Andree Apoſtolorum, Fabiani & Sebaſtiani martyrum, B. Bernhardi Abbatis, atque S. Auguſtini, Hieronymi, Gregorii & Ambroſii, Doctorum eccleſie & Confeſſorum, --- & altari dextro in honorem --- Virginis Marie ac ſanctiſſime matris eius Anne, cum tota progenie --- ſub anno MDXVI, die vero Dominica poſt feſtum S. Iacobi Apoſtoli, que erat XXVII menſis Iulii; tertio vero altari in choro dicte capelle, die immediate ſequenti, videlicet Lune XXVIII eorundem anni ac menſis, in honorem ſanctiſſimæ Trinitatis --- S. Antonii Confeſſoris, Georgii & Chriſtofori martyrum --- Deo auxiliante per noſtrum miniſterium rite & ſolenniter conſecratis, congruis honoribus frequententur ac deuotius venerentur, Honorabilium --- DD. Antonii Rhemich, *Patris, ac Fratrum congregationis in* Kônigſtein, *& preſertim* D. Wendelini Buman, *dicte capelle Rectoris, piis deſideriis & ſupplicationibus fauorabiliter annuentes, ob certa grauamina, & propter cauſas legitimas, coram nobis aſſignata & aſſignatas, prefate capelle dedicationem annuam, hactenus Dominica* lubilate *celebratam & obſeruatam, in Dominicam* Quaſimodogeniti *duximus transferendam & anticipandam, ac tenore preſentium, ex certa noſtra ſcientia, pontificali auctoritate qua fungimur, in Dei nomine anticipamus, & transferimus per preſentes. Indulgentiis tamen pretacte capelle ante hac quomodolibet conceſſis ſaluis, & in ſuo vigore duraturis, dumodo etiam diuina obſequia, ex huiusmodi translatione non defraudentur; ſuper quibus ipſorum ſupplicantium conſcientias oneratas relinquimus.*

Omnibus autem & ſingulis Chriſti fidelibus vere penitentibus, contritis & confeſſis, deinceps dictam capellam in ſubſcriptis feſtiuitatibus, videlicet Natiuitatis Chriſti, Circumciſionis, Epiphanie, Paraſceues, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Trinitatis, ac in omnibus glorioſe ſemper Virginis Marie feſtiuitatibus, Inuentionis quoque, & Exaltationis ſancte Crucis, ac in feſtis Patronorum dicte capelle, & dedicationis, modo quo ſupra per nos translate & aſſignate, item in omnium Sanctorum communi ſolemnitate, Animarumque omnium fidelium commemoratione, omnibusque & ſingulis diebus Dominicis ac ſextis feriis deuotionis gratia viſitantibus, aut qui pro predicte capelle, ac ornamentorum ibidem conſeruatione ſeu reparatione quomodolibet adiutrices manus porrexerint, totiens quotiens id fecerint, de omnipotentis Dei miſericordia --- XL indulgentiarum dies, quantum cum Deo poſſumus, miſericorditer in Domino relaxamus. In quorum robur, ſigillum noſtri officii preſentibus eſt appenſum. Datum Moguntie die Veneris I Auguſti, anno quo ſupra XV^C XVI.

p. 443

in *Michaele Helding*,

v. 35 lege, *Moguntine & alii actibus*

& p. 444.

v. 41, pro VIII Maii, l. $\frac{8}{18}$ *Maii*, & conf. quæ dixi ad *Serarium* lib. V in *Alberto* ad § XVIII n. 1 p. 844.

p. 446

ad *Leonhardum Zittardum*

v. 6

Ioannes *hic* Abbas Eberbacenſis, *quem* Leonhardus *ſacrauit, Boppardiæ natus erat, & cognomine vocabatur* Mondrial, *ſuffectus* Danieli *de* Pinguia; *quod notare viſum, vt hoc diſtinctius pateat, illum, qui ſupra p. 444 v. 34 occurrit, & hunc diuerſas eſſe perſonas.*

p. 454

ad *Edmundum* Epiſcopum Mallenſem,

poſt v. 3

Et anno MDCCXXI, d. XXIV Februarii, qui Matthiæ Apoſtolo in faſtis ſacer eſt, Bruchſaliæ digniſſimum *Hartardi Henrici* ſucceſſorem, *Damianum Hugonem*, Eminentiſſimum S.R.E. Cardinalem, Epiſcopum Spirenſem, Præpoſitum Weiſſenburgenſem & Odenheimenſem, magni Ordinis Teutonici Equitem & Balliviarum Haſſiacæ & Veteroiuncetanæ Commendatorem, Celſiſſima Comitum *Schônborniorum* familia natum; *Ioanne Ioachimo*, Epiſcopo Metellopolitano, Suffraganeo Erfurtenſi, & *Ioanne Baptiſta*, Epiſcopo Trapezopolitano, Suffraganeo Wormatienſi, rei ſacræ adminiſtris.

ADDITIONES
ad
CHRONICON COLLEGIATAE
S. PETRI,
vna cum locorum quorundam emendationibus.

Sectione I

p. 468

v. 45, *Conrado* adſcribe cognomen, quod ſequitur, *Winzo*

p. 469

v. 29, pro, *Maioris eccleſie* Canonicus, l. *Canonici*

p. 471

ad § XV

In aliis item *Sifridi II*, an. MCCXX ſignatis, his verbis; .. Gerbodo *autem Prepoſitus* S. Petri, *&* Fridericus *maioris eccleſie Decanus Magunt. modo & ordine teſtium in hac pagina non ſunt ſcripti, ne, cum de ſedium ſuarum prerogatiua contendant, alteri ex eis preiudicium irrogetur ex eo, quod alii poſtponatur. Teſtes alii ſunt hi*; Godefridus *Cuſtos* &c.

p. 472

§ XVII

v. 17 pro, *IV Kal.* l. *IV Kalend. Auguſti.*

Sectione II

p. 487

in *Aſmaro* Præpoſito

v. 4, pro n. 7, l. 8, vti etiam in *Adelberto*, qui ſequitur, v. 2.

Cum enim *Prælatorum Petrenſium* catalogo vltima manus iam adhibita fuiſſet, Sectioni I §, qui nunc III eſt, demum inſertus fuit. Cuius cum deinde, feſtinatione quadam, in eo non habita eſſet ratio, factum, vt hic, & ſequentibus locis paragraphi numeris dictæ *Sectionis I* haud reſpondeant.

p. 488

in *Gerbodone*

v. 6, pro § 14 *& ſeq.* l. 15 *& ſeq.*

p. 496

ad *Bernonem* Decanum.

Bona ſua in finibus villæ *Clopheim* legauit famulo ſuo *Petro*, adiecta tamen hac conditione, vt poſt eius obitum *D. Petri* cedant Collegio. Tabularum datum eſt MCCXCVI, IX Kalend. Decembr.

Adiicere iuuabit, *Adolfum* Naſſouiæ Comitem, poſtea *Rudolfi I* in Imperio ſucceſſorem, litteris, quarum mentionem feci, bona, quæ *Berno* in terminis dictæ villæ *Clopheim* Collegiali ad *D. Petri* emptionis titulo compararat, omnibus exactionibus, cenſibus, oneribusque exempta, libera dixiſſe. Sedenim nil impedit, quo minus ipſis hic locum dem.

Nos Adolffus, *Comes* de *Naſſavve*, *notum eſſe cupimus preſencium inſpectoribus vniuerſis, quod nos bono conſenſu & libera voluntate noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum, manſum vnum, ſitum infra terminos ville* Clopheim, *quem* D. Berno *Decanus eccleſie* S. Petri *Mogunt. eccleſie* S. Petri *predicte iuſto empcionis titulo comparauit, apud* Fridericum *de* Hefftерich *Militem, liberum eſſe dicimus deinceps*

ceps in futurum ab omni exactione & censu, seu omni onere seruitutis. In cuius recognicionis nostre euidens testimonium & euidenciam pleniorem presentes literas nostri sigilli munimine fecimus roborari. Actum an. Dn. MCCLXXXIII, in Vigil. B. Michaelis.

p. 502

in *Hermanno* Scholastico

v. 2, pro, § 22, l. 23.

p. 505

in *Ioanne Iacobo Leist*

v. 3, pro, *obierit*, l. *Scholasteriam dimiserit.* Annus enim, quo obiit, explicate nobis notus est. Vid. modo *Chronicon* B. M. V. *ad gradus* sectione II de *Decanis*, p. 675.

p. 506

in *Henrico Turnich* Scholastico

v. 1, verba, *die* 8 *Maii*, dispunge.

p. 507

in *Henrico* Cantore

v. 2, pro, § 8, l. 9.

p. 510

Hermanno Schufut in margine pro, 150. appone, 1509.

Ad *CHRONICON COLLEGIALIS* ad S. STEPHANI.

Sectione I

p. 513

§ II v. 3 pro, *die* XII *Februarii*, l. *XII* Kalend. *Februarii*, vt § VII p. 515 in ipso habetur Diplomate.

p. 519

v. 10, pro, *Frater eius* Budo, l. Dudo.

p. 522

§ XXI in Diplomate v. 11 post verba, *vtriusque sexus*, pone comma.

p. 533

v. 19 pro, *Mecingin*, l. *Melcingin.* Alias *Meldingin*, i. e. *Meldingen.*

p. 537

v. 40, pro *MCCXLIII*, l. *MCCXLIIII.*

p. 540

§ XXXI v. 3 in Diplomate l. *tam* in *decimis*
v. 10 pro, *obseruandum*, *vt* l. *obseruari*, *vt*
v. 15 pro, *dictarum*, l. *predictarum.*

p. 547

post § XXXVIII

De Capituli erga cuiusdam interfecti animam pietate.

Vt mos illorum erat temporum, Canonici ad hanc ædem cuidam violentis manibus interempto, omnium operum suorum siue officiorum piorum partem sequentibus impertiuere tabulis;

Nos Decanus totumque Capitulum eccleſie S. Stephani *Mogunt. vniuerſis Chriſti fidelibus cupimus fore notum, quod nos principaliter propter Deum, ſimplicemque petitionem* Hennekini *de* Lorcherhuſen, *&* Nicolai *dicti* Haſe *nobis factam; anime quondam* Hartmudi *Sacerdotis de* Rodechin, *ab eis inſtigante diabolo, heu proch dolor, interfecti, conferimus fraternitatem & plenariam participationem in his ſcriptis, omnium miſſarum, vigiliarum, orationum, ieiuniorum, elemoſinarum, ceterorumque bonorum operum, que apud nos, nec non in omnibus & ſingulis monaſteriis conuentualibus cuiuſcunque Ordinis, ac eccleſiis Collegiatis in quinquaginta Epiſcopatibus ſitis & exiſtentibus, in quibus omnibus frater nitatem habere dinoſcimur, fiunt & fient de cetero in perpetuum, cooperante ſummi Saluatoris clementia, pro defunctis. In cuius rei teſtimonium ſigillum dicte noſtre eccleſie ad cauſas preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini MCCCXLV, feria V proxima ante feſtum beati Galli Abbatis.*

Sectione II

in *Friderico* Præpoſito

p. 548

v. 5 pro, *Chriſtiani II*, lege *I.*

p. 550

poſt *Ioannem* de *Wolfrichauſen*,

Petrus Ableſer de *Ingelnheim*,

Scriptor litterarum Apoſtolicarum.

Conrado de *Hirſchorn* defuncti in locum ſubeunte, ipſe prouocauit ad Pontificem *Bonifacium*; a quo cauſſa *Ioanni* de *Dulmen*, Decretorum Doctori, Capellano ſuo, & cauſſarum ſacri Palatii Auditori, commiſſa; qui dein anno 1392, die 12 Iunii ſecundum *Petrum* iudicauit. Quum vero certum ſit, *Conradum* annis ſequentibus Præpoſiti dignitatem in hoc ad *D. Stephani* Collegio geſſiſſe, haud dubites, *Petrum* eandem illi dimiſiſſe.

p. 551

ad *Othonem Gereon* Præpoſitum.

Sub an. 1631 factus fuit Præpoſitus Embricenſis in Ducatu Cliuiæ, conſtitutus a *Wolfgango Wilhelmo*, C. P. Rheni, Duce Neoburgico.

p. 552

in *Ioanne Fabricio* ab *Ortenberg*,

pro, 7 *Ianuarii*, l. 7 *Iunii.*

p. 553

in *Reinhero* Decano

v. 5 pro, § 19, l. § 20.

p. 559

v. 17 pro, *Holzhauſen*, l. *Holzhauſer*, ſiue, vt ipſe cognomen hoc ſuum exprimere ſolebat, *Holzheuſer*, & ſic etiam v. 24 & 27 ſeq. nec non in *Scholaſticis* p. 566 v. 1 & 7.

p. 570

in *Ioanne Obernburger*

v. 5 poſt verba, *Valentino* de *Tettenleben*, adde, in Præpoſitura ad *D. Bartholomæi.*

Ad
CHRONICON COLLEGIATAE
D. VICTORIS,
extra mœnia Moguntina.

Sectione I

p. 583

§ VII v. 9 pro, *pie ſeruituti*, l. *ſeruitutis*

p. 587

v. 1 leg. *in Epiſcopatu* noſtro *decimationes*

p. 589

v. 3 pro, ſue *iurisdictionis*, l. *iurisdictioni*

p. 598

v. 5 pro, *Moguntino*, l. *Moguntinæ rotæ*

p. 601

v. 9 l. *vineis*, decimationibus, *aquis*

p. 603

poſt § XXII

De reliquiis quibusdam D. Victoris, *a* Xantenſibus *Collegio transmiſſis.*

D. Victoris Fratres miſſo *Simone* de *Schöneck*, Præpoſito ſuo, Xantenſes rogabant, vt de corpore *D. Victoris* particulam quandam ſecum communicarent; quod & illi haud grauate fecerunt, vt ex ſequentibus patet litteris;

Viris Reuerendis & ſuis confratribus in Chriſto dilectis & ſemper diligendis .. Decano & .. Capitulo eccleſie ſancti Victoris *Maguntinenſis, Decanus & Capitulum eccleſie Xanctenſis ſalutem & ſincere fraternitatis conſtantiam in vinculo karitatis. Cum ex ſacratiſſima diuine prouidentie ordinatione eccleſia veſtra ac noſtra vno ac eodem patre gaudeat & patrono, videlicet beato VICTORE, Chriſti martyre glorioſo, ac ideo veſtre fraternitatis vinculo, & ſpecialis dilectionis glutino non immerito eſſe debeamus & ſimus, nimirum mutuo, colligati, indignum prorſus eſſe conſtat, preces, ſi quas ad honorem ipſius glorioſiſſimi patroni noſtri, de fonte karitatis emanantes, vel veſtra nobis, vel noſtra vobis profundit deuotio, ſurdis aliquatinus auribus preterire.*

Inde igitur eſt, quod nos Venerabilis Viri, Domini Simonis *Prepoſiti veſtri, dicti de* * Sconege *precibus, cum non modica nobis deuotione porrectis, inducti, de nobiliſſimo illo theſauro corporis glorioſi martiris partem vobis & eccleſie veſtre per eundem Venerabilem Dominum* Simonem *Prepoſitum dignum duximus deſtinare. Veſtram karitatem rogantes, & in Domino exhortantes, quatinus ipſum theſaurum ea fidelitate ſeruetis, ea deuotione ac reuerentia honoretis, que veſtrum ac noſtrum decet Principem & patronum. Et ne mirum vel abſonum vobis videatur, quod non maiorem de predicto theſauro partem tranſmiſimus; ſcire veſtram cupimus karitatem, quod omnia ipſius glorioſi patroni noſtri oſſa in capſa argentea, gemmis & auro nobiliter exornata, iam ab antiquo tempore ſunt incluſa, ita quod nec videri, nec tangi de ipſis aliquid extra poſſit, preter quedam admodum modica & pauciſſima oſſa, que cum cineribus precioſi corporis extra capſam fuerunt ab initio conſeruata. que vtique tanto maiori diligentia cuſtodimus, quanto eorum extra capſam predictam minorem copiam reperimus : ideoque quia nec magna nec multa ſunt, de ipſis vobis in quantitate maiori non potuimus impertiri. Et reuera, licet hec, que vobis tranſmittimus, modica ſint mole quantitatis, tamen non dubitamus, ea eſſe permaxima virtute & merito ſanctitatis. Hunc igitur theſaurum pretioſum, & ſuper aurum & topazion nobis dilectum, & gratanter recipite, & decenter ſeruate, veſtre in Domino karitati com-*

* Schöneck

 menda-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mendatum. Ad firmiorem vero premissorum certitudinem, & ad validius fidei argumentum sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Data sunt hec anno Domini MCCLXXV, sabbato ante ascensionem Domini.

Sigillum formæ est oblongæ, ceræ flauæ impressum, repræsentans virum loricatum, dextra gladium euaginatum, sursum versus porrectum, tenentem; sinistra vero fasciam, cui inscriptum;



circumcirca vero; SIGILLVM CAPITVLI XANCTENSIS ECCLESIE....

p. 610
post § XXXIV

De Deliberationibus Capitularibus in loco consueto habendis.

D. Victoris Fratres ab aliquo tempore, cum de negotiis ingruentibus deliberandum esset, non in loco conuentibus Capitularium destinato, sed nunc hic nunc illic extra Collegialis septa, quin in ipsa vrbe, in vnum conueniebant. Quod cum contra consuetudinem veterem, ædisque honorem fieret, *Ioannes II* sequentibus prohibuit litteris;

IOHANNES *D. G. sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Honorabilibus nobis in Christo Dilectis, Decano, totique Capitulo ecclesie Collegiate sancti* Victoris *extra muros Maguntinenses salutem in Domino, & mandatis nostris firmiter obedire.*

Sacrorum canonum conditores attendentes, quanta ecclesiis ex ministrorum earundem absentia imminent pericula, cultus quoque diuinus ex hoc depereat, ac salus negligatur animarum; Beneficiatos quoscunque, presertim in actibus Capitularibus, aliisque, ad augmentum diuini cultus spectantibus, locis & temporibus congruis interesse debere, sub penis canonicis prouide decreuerunt. Verum quia relatione veridica ad nostrum, prout amaro corde recepimus, deuenit auditum, qualiter vos, ecclesia S. Victoris *prelibata, ac ipsius statu congruo & honesto spretis, tractatus vestros, qui capitulariter & in loco capitulari ecclesie prefate ab olim & ex debito tractari, teneri & expediri consueuerunt, nunc hic, nunc vero alibi, & extra eiusdem ecclesie septa, quin ymmo in ciuitate Maguntina tractare pluries attemptastis, eandem ecclesiam honoribus ac debitis suis obsequiis defraudantes; ex quo vos, qui ceteris in eadem ecclesia diuino mancipatis seruitio Domino famulandi exemplar ostendere tenemini, in cultu diuino in eadem ecclesia desides existere clare liquet; Eapropter vobis omnibus & singulis in virtute sancte obedientie districte precipiendo mandamus, ac presentibus monemus, quatenus nunc in antea, dum quotiens & quando pro Capitulo tenendo requisiti fueritis, aut alios status dicte ecclesie, aut personarum eiusdem, seu circumstantiarum euenientium qualitas exposcat, Capitulum & consilium pro iisdem expediendis negotiis teneri debeat, vos vniuersi & singuli ad id more solito vocati, in loco capitulari ecclesie antefate, & non alibi, Capitula teneatis. In hoc iuribus & consuetudinibus memorate ecclesie, ab olim in nostra deductis tempora plenarie satisfacientes, cum effectu. Quod si secus, iusta cessante & vrgente * feceritis,* *f.* causa *nos contra vos ad penas & censuras ecclesiasticas procedemus, prout dictauerit ordo iuris. Datum* Hoeste *sabbato post diem BB. Philippi & Iacobi Apostolorum. anno Domini MCCCCXV.*

Ad relationem Henrici *Prepositi* S. Victoris.

Sectione II

p. 615
in *Ludouico* Præpositо

Verba, *post Scholasticus & Decanus*, cum v. 3 sequantur, dispunge.

p. 627

p. 627

post *Henricum Carpentarium* Decanum,

Heilmannus Rucker.

Vixit an. 1385, eodemque ipso occurrit tanquam testis in documento *Ioannis* dicti *Struncke* de *Marpurg*, Notarii publici, quo litteras *Gerlaci* Archiepiscopi an. 1351 de collata a *Guilelmo Pinschon* Collegio metropolitano parochiali *Burgstatt* datas recognouit (*Vidimus* vulgo vocant) his quidem verbis; *Acta sunt hec* Neapoli *in domo habitationis* D. Waltheri, *Prepositi prefati, sita in corrigiis prope domum* Comit. *de* Mannpell. *sub an. Domini, indictione, die, mense, & pontificatu predictis, presentibus Discretis Viris, Dominis* " Heilmanno Rucker, *Decano ecclesie S. Victoris extra muros Moguntinos* &c.

p. 629

ad *Ioannem* de *Teueren*, Decanum.

Non solum *Præpositus Ruræmundensis*, & *Assindiensis* ad *SS. Cosmæ & Damiani Canonicus* fuit, verum etiam *Canonicus Wormatiensis* & Bonnæ ecclesiæ Archidiaconalis ad *SS. Cassii & Florentii.*

p. 630

ad *Ioannem* von *Hof*, Decanum.

v. 2 Tum quidem, quando supremum obierit diem, nos latuit; nunc vero vix amplius. Cum enim an. 1543, die 26 Februarii adhuc vixerit, anno sequenti in litteris Cardinalis & Archiepiscopi *Alberti*, Spiræ die Cinerum ad Collegium *D. Victoris* datis, iam memoratur ipsius successor *Tilmannus Kreich* *. Vt adeo an. 1544 vita defunctus videatur.

* *Haben vvir den Wirdigen vnd Hochgelerten* — Tilman Kreichen, *euren Dechant, Doctorn* &c. *vnd berürten* Iohan Portium *gegeneinander allhie verhört* &c.

Ibidem

ad *Wilhelmum Holzmann.*

Adde, siue *Holtmann*, vt hoc suum ipse nomen gentilitium exprimere, scribereque solebat.

p. 636

in *Leonhardo Nimis* Scholastico

v. 6 pro, an. 1717, l. 1716.

p. 639

post *Ioannem* de *Ruremunda* Cantorem,

Hermannus de Weingarten,

Canonicus maioris.

Cuius p. 642 facta mentio. Huc enim collocandum esse, patet ex *Addendis* ad *Syllabum pleniorem* sect. VI p. 903.

Ad *Chronicon* B. M. V. *ad gradus.*

Sectione I

p. 650

v. 5 pro, *Præpositis*, l. *Præpositi*

p. 663

v. 4 pro, MCCCCXC, l. MCCCCXCI, & conf. p. 680 in *Scholasticis.*

post v. 10

Peculiare hoc pietatis exercitium non *Adolfus* solum stabiliuit, sed postea ipse etiam *Dietherus*, vt sequentibus manifestum fit tabulis:

DIETHE-

DIETHERVS *D. G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, S. R. I. per Germaniam Archicancellarius, Princeps Elector, ad perpetuam rei memoriam. Cum animaduerterimus, beatiſſimam & glorioſiſſimam Dei genitricem Virginem* Mariam, *miſeris mortalibus diuinitus conceſſam patronam adiutricemque, ad diuine Maieſtatis flectendam iracundiam, quam noſtris ſceleribus promereмur, que portus eſt & refugium profugis, quorum ſcelerum conſcientia exagitat, & meſtis ſolamen certiſſimum, & egrotis ſaluberrima medicina, ad augendam amplificandamque eius gloriam libenter piis votis annuimus, eaque fauoribus proſequimur opportunis. Exhibita ſiquidem nobis nuper ab Honorabili nobis in Chriſto deuoto & fideli* Georgio Pfinzing, *Prepoſito eccleſie B. Virginis ad gradus, ciuitatis noſtre Maguntine, petitio obtinebat, quod ſingulis diebus dum adueſperaſceret, in dicta eccleſia in honorem prefate inclite Virginis Marie hec Antiphona:* Salue Regina, *cum Collecta, que tempori conueniret, decantari, & ingens populi multitudo conuenire, atque intereſſe ſoleat; quare nobis a dicto* Georgio Pfinzing *Prepoſito fuit humiliter ſupplicatum, vt illiuſmodi piam & laudabilem conſuetudinem ſpecialis dono gratie proſequi dignaremur. Nos igitur ſupplicationibus ſuis in hac parte inclinati, omnibus & ſingulis vtriusque ſexus Chriſti fidelibus, confeſſis & contritis, qui dum prefata Antiphona in dicta eccleſia, vt prefertur, decantatur, cum deuotione interfuerint, XL dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis in Domino miſericorditer concedimus atque relaxamus harum noſtrarum, quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt, teſtimonio litterarum. Datum in ciuitate noſtra Maguntina die XVIII menſis Martii, anno Domini MCCCCLXXVII.*

Sectione II

p. 669

poſt *Matthiam* de *Nouolapide*, Præpoſitum,

Oſpertus de *Selheim.*

Occurrit in libro *Confraternit. S. Victoris* p. 8 b) his verbis : Oſpertus *de* Selheim " *Prepoſitus* B. Virginis Marie *ad gradus.* Videtur ille ipſe eſſe, quem *Helvvichius* in Elencho Nobilitatis eccleſiæ Moguntinæ ſectione VI p. 248 Canonicis ad ædium maximam adnumerauit. Ni coniectura fallit, Præpoſituram *Ioanni* de *Selheim* dimiſit.

p. 677

in *Adamo Freisbach*, Decano,

v. 2 pro, *Vicarium in ſpiritualibus*, l. *Prouicarium*

Ad *Collegiatæ* S. CRVCIS *chronicon.*

p. 698

poſt § VIII

De inſtituta noua in eadem Vicaria.

Vt plures in Collegiali hac perſonæ Deo inſeruirent, *Iacobo* de *Gummisheim*, Scholaſtico ad eandem, placuit, ex bonis tum patrimonialibus, tum aliis fidei ſuæ commiſſis *Vicariarum* numerum augere. Ex tabulis, quibus eam inſtituit, breuitatis ſtudio afferre iuuabit ſequentia;

--- *Hinc eſt, quod ego* Iacobus *de* Gummisheim, *Scolaſticus eccleſie* S. Marie *in campis, iuxta muros Moguntinos, ingenti ſuſpirio diligenter attendens paucitatem perſonarum dicte ſollempnis eccleſie, Deo deſeruientium in eadem, ad honorem - - - beatorum* Petri & Pauli --- *de rebus & bonis michi a ſummo Deo collatis, & partem etiam michi a quibusdam perſonis, que in ipſius Dei, vt ſpero, miſericordia ex hoc preſenti ſeculo migrauerunt, & maxime quondam* Conrado *de* Eckelsheim, *olim Cellerario --- Domini* Nicolai *Prepoſiti eccleſie* S. Victoris --- *manufidelitatis nomine commiſſis, beneficium vnum ſacerdotale perpetuum ſeu Vicariam*

riam perpetuam in memorata S. Marie *eccleſia inſtitui, & inſtituo per preſentes --- deſeruiendum in ipſa eccleſia per Sacerdotem ydoneum iugiter, fideliter, & deuote --- Cui quidem Sacerdoti, & ipſius in huiuſmodi beneficii ſucceſſoribus in perpetuum pro ipſorum congrua ſuſtentatione ex nunc deputo, conſtituo preſentibus litteris, & aſſigno redditus annuos & perpetuos XXXV maldrorum ſiliginis --- in villa* Erbenheim --- *Item do ſimiliter & deputo ad eandem Vicariam ſeu beneficium duas pecias vinearum, ſitas in terminis ville* Wiszenovve *prope Moguntiam --- Item collationem ſeu prouiſionem eiusdem Vicarie ſeu beneficii, quociens vacabit, in perpetuum michi, & meis in ipſa Scolaſtria mea ſucceſſoribus ſingulis, ex nunc deputo & relinquo. Item do, conſtituo & aſſigno ad preſentias chori dicte eccleſie* S. Marie *redditus annuos & perpetuos octo maldrorum ſiliginis --- quos habeo ſuper bonis meis patrimonialibus, ſitis in villa* Gummisheim & Eckelsheim ---- *Datum anno Domini MCCCLXV, VIII Id. Ianuar.*

p. 691
§ XVI
v. 3 pro, *MCCXLIII*, leg. *MCCXLIIII*

Ad *Chronicon Collegiatæ* S. IOANNIS.

p. 697
v. 26 pro, *Sanlino*, leg. *Saulino*

Ad *Chronicon Collegialis* S. MAVRICII.

p. 710
§ XIII

Verba, *Vicariorum vero V*, diſpunge. Neque enim, vt interea edocti ſumus, vlli hac in æde *Vicarii* ſunt. Si qui vero nonnunquam in ea rei diuinæ ſubſeruiunt, ex aliis adſciſcuntur Collegialibus.

Ad *Chronicon* SANTALBANENSE.

Lib. I ſectione II

p. 737
v. 24 pro, *Gerune*, l. *Gerunc*
p. 747
v. 2 in margine pro, *Erbenheim*, l. *Ebersheim*
p. 748
v. 29 pro, *Robo*, l. *Roho.*
p. 750
in *Henrico*
v. 17 pro, *quique*, l. *quicunque*
p. 766
v. 46 pro, *Ioannis*, l. *Wernheri*
p. 770
in *Hermanno*
v. 18 pro, Konig *in* Boheim, l. *zu* Boheim.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Lib. II ſectione I cap. I,

p. 775

v. 33 pro, *Stelbraghen*, vt *Helvvichius* habuit, l. *Stelvvagen*,
v. 34 pro, *Tempus* l. *Tempeſes*, pro, *Rumpach* l. *Rimpach*,
v. 35 pro *Strom* l. *Storm.*

Ibidem poſt v. 42.

Cum interea *Bulla*, qua ſtatus ad *D. Albanum* monaſticus in ſæcularem conuerſus fuit, nobis obtigerit, viſum fuit, eam huc ad verbum afferre.

In nomine Domini Amen. Vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, hoc preſens publicum inſtrumentum legentibus, vel legi audientibus futuris temporibus, pateat euidenter, quod ſub anno a natiuitate Domini MCCCCXIX, Indictione duodecima, die vero XI menſis Auguſti, hora veſperarum vel quaſi, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini MARTINI, *diuina prouidentia Pape V, anno ſecundo, in preſentia Reuerendiſſimi in Chriſto Patris & Domini, Domini* IOHANNIS, *Dei gratia ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopi, ſacri Imperii Electoris, & per Germaniam Archicancellarii, Apoſtolice Sedis Legati, & mei Notarii publici, & teſtium infra deſcriptorum, ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum, conſtituti Venerabilis & Religioſus Pater, Dominus* HARTMANNVS, *Abbas monaſterii ſancti* ALBANI *extra muros Maguntinos, Ordinis* S. Benedicti, *nomine ſui & pro ſe; nec non Prior, & plurimi alii monachi religioſi monaſterii predicti, nomine totius Conuentus monaſterii predicti & pro ipſo, quasdam litteras Apoſtolicas ipſi Domino* Iohanni *Archiepiſcopo per ſanctiſſimum in Chriſto Patrem & D. N. D.* Martinum, *diuina prouidentia Papam V & modernum paterna beniuolentia directas, in cordula canapis more Romane Curie impendenti bullatas, ſanas & integras, ac omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes, ipſi Domino* Iohanni *Archiepiſcopo predicto, cum omni deuotione & humilitate preſentarunt, quas quidem litteras Apoſtolicas ipſe* D. Iohannes *Archiepiſcopus cum ea, qua decuit, reuerentia ad ſe recepit, & easdem ad ſtatim publice legi fecit & mandauit. Quibus quidem litteris Apoſtolicis publice & in publico ſic lectis, prefatus D. Abbas pro ſe & nomine ſuo, & ipſi alii monachi religioſi nomine Conuentus monaſterii predicti & pro ipſo Conuentu, prefato Domino* Iohanni *Archiepiſcopo predicto humiliter ſupplicarunt, etiam diuiſim, quatenus ipſe ad executionem earundem litterarum Apoſtolicarum, a Sede Apoſtolica ſibi directarum & preſentatarum, iuxta tenorem & continentiam earundem litterarum Apoſtolicarum, & traditam ſibi formam procedere dignaretur; Qui quidem Dominus* Iohannes *Archiepiſcopus ex tunc reſpondit in hec verba:* Amici; hec materia commiſſa nobis per Dominum noſtrum Papam predictum, & per litteras ſuas, ſicut audiſtis, magna eſt & ardua, & ideo volumus deliberare cum Prelatis conſiliariis noſtris, & deliberationem noſtram vobis ſignificare. *Acta fuerunt & ſunt hec in caſtro* Hoeſte, *Maguntine dioceſis, anno, Indictione, menſe, die, hora, & pontificatu quibus ſupra. Preſentibus ibidem Reuerendo in Chriſto Patre, Domino* Rabano, *Epiſcopo Spirenſi, & Circumſpectis Viris, Dominis & Magiſtris,* Henrico Erenfels, *S. Victoris, &* Conrado Vnruvve, *S. Petri extra muros Maguntinos eccleſiarum Prepoſitis, & pluribus aliis nobilibus Viris fide dignis, ad premiſſa vocatis & rogatis. Tenor vero litterarum Apoſtolicarum predictarum ſequitur in hec verba:*

MARTINVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei Venerabili Fratri *Iohanni* Archiepiſcopo Maguntino ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Regnans in euum vniuerſorum Paſtor & Dominus ab huius fluctuoſi conſtitutione ſeculi piis cuncta perſtringens oculis, poſt primi lapſum parentis, cum genus humanum iehenne teneretur obnoxium, ne in totum, quem creauit, perderet hominem, ſed ſue faceret diuinitatis eſſe participem, adueniente temporis plenitudine, de ſinu proprio, eius miſit vnigenitum, qui ſponſus, veluti ſuo procedens e thalamo, facere & docere cepit, omnibusque verbo monſtrare & opere, qualiter ſacro baptiſmatis fonte renatis, carnis ſoluto ergaſtulo, de morte perpetua via pateret ad vitam. Et degentibus collectis diſcipulis, illorumque exprobratis fragilitatibus, ſeſe tandem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dem hostiam immaculatam Deo patri, morte cruenta crucis immolauit in ara, & sui glorioſiſſimi aſperſione ſangvvinis, militantem fundauit, conſecrauit, ac eternaliter ſtabiliuit, ſeque minime deſerturum pollicitus eſt, eccleſiam. Principi Apoſtolorum Petro, celeſti clauigero, vt qui ſibi antea infirmus erat, omnibus fieret firmamentum, in ſuam eiusque ſucceſſorum ſummorum Pontificum perſonas, collatis clauibus, ligandi videlicet & ſoluendi tradita poteſtate. Et ne cuiquam eiusdem diuinitatis participationem adimeret, fidelibus ſingulis per Spiritum ſanctum diuiſiones tribuit gratiarum, quibus non ſolum clauſtralibus & abditis, ſed & aliis vbilibet Deo ſacratis locis, prout gratiora aduenerint cariſmata, religioſam acceptabilemque imitando vitam, Domino de talentis creditis rationem repoſcenti, multiplicatum de ſuis poſſint laboribus afferre fructum, celeſtis digni redditi patrie poſſeſſores. Nos igitur, quos, licet immeritos, Paſtor ipſe, eccleſie & fidelium eorundem curam regimenque noſtre committendo inſufficientie, merito ſucceſſorum aggregauit eorundem, illius inſtructi monitis, ducti pariter & exemplis, ad ea ſummopere noſtri miniſterii dona congerimus & virium, vnde preſertim fidelibus ipſis ad eorum edificationem ſuauioris repromittitur vite fruges. Alias aduerſus illorum ſalutem militantium laxato rigore noſtre prouiſionis auſpicia ſedulo deſtinamus, per que ad diuinum poſſint amorem ardentius mentes dirigi carnalium, & ſincero opinionis eorundem fixo propoſito, illi ad laudes ipſi referendas Domino dignius ſe coaptent.

Sane pro parte tua nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet monaſterium ſancti ALBANI extra muros ciuitatis Maguntine Ordinis S. Benedicti ab olim fuerit ſumptuoſis ſtructuris & edificiis varie decoratum, munificentia quoque concurrente diuina, piis fidelium ſuffragiis, vt regulari vigente caſtimonia, ea que ad Dei laudem & gloriam, ac pro placanda Maieſtate ſuperna, virtuoſa inibi fierent opera, animabus propitiarentur, eorum plurimis facultatibus & redditibus dotis vbertate refertum, copioſo ibidem Religioſorum conſtituto numero, qui blandientis, captioſique vana ſpernentes ſpectacula mundi, in ſacra contemplatione vacarunt, & per bonorum exercitium operum, preclaraque procedentes ſanctitatis merita ad eiusdem Maieſtatis obſequium reliquos traxerunt per exempla. Ab octuaginta tamen & vltra annis citra, temporis & hominum in preceps conditione directa, & ad inſequendum ſalutis iter cordium affectu plurimum refrigeſcente mortalium, monaſterioque predicto, cum huiuſmodi ſtructuris & edificiis, ignis interim tradito voragini, ac fere funditus demolitioni ſubacto; etiam a quorundam ciuium ciuitatis eiusdem, optato monaſteriorum, aliorumque piorum locorum ſucceſſui pernitioſius inuidentium, exacuatis vi & violentiis annorum eorundem labentibus curriculis adeo ipſius monaſterii alumnis ineffrena diſſolutione direptis, omnis inibi deteſtabiliter proſpicitur diſparuiſſe religio, quod etiam religioſis ſucciſis ſtigmatibus, nullus ex illius medio tempore reputatis monachis, profeſſionem per monachos dicti Ordinis alias emitti ſolitam, publice vel expreſſe curauerit emittere regularem; ſed omnes ipſi eiusdem glorioſi Patris S. Benedicti, cui inſeruire deberent, regulam, & priuata fouentes peculia, communem, quam tamen regularia ipſius Ordinis firmant conſtitutiones & inſtituta, vitam penitus ſeponentes, non ſine ſuarum diſcrimine animarum, de premiſſis, qui etiam adhuc adeo modernis exuberant temporibus, quod de illis vna ſecularis & Collegiata eccleſia, cum Canonicatibus & prebendis, dignitatibus, perſonatibus, officiis, aliisque beneficiis eccleſiaſticis, quemadmodum in eccleſia *S. Petri* extra muros habentur, eisdem erigi & dotari poſſet facultatibus & redditibus, vite neglectis meritis, ſecularium ad inſtar prebendas, & cum familia domos, habitationesque diſtinctas vendicare ſibi non tremeſcunt, propter longum, quo eorum irrepſerunt abuſus, temporis tractum, licere ipſis omnia, tenacius arbitrantes.

Cum autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat, quamuis pro explendo ſoliciti paſtoralis tibi iniuncti officii debito, vt eos, quos vocatio ſaltem,

non monasticus amor, censuit, ipsius monasterii fore monachos, ab errorum, excessuumque caligine, quibus obuoluti senescunt, ad salutis portum, suaueque ipsius regule suis subleuandum humeris iugum reducere, ac eorum corda demulcere posses, prout arrisit oportunitas, nunc monendo, nonnunquam blandiendo, ac interdum terrorum penarumque aculeis terrendo & comminando, studia plurima pertuleris, pariter & labores; illo tamen, quod seminare triticum, & eius fructum non tollere, aut domum construere, & non illic habitare, nil prodesse affirmat, oraculo occurrente diuino, nisi dicti monasterii suppositis, qui, de Militari saltem procreati genere, inibi recipi consueuerunt premissi loco iugi aliud, quo laxiori quidem incessu, sua corde libero valeant Altissimo efferre preconia, eis adiiciatur acceptius; ipsumque monasterium in eandem secularem ac Collegiatam, & illi secundum hoc coaptatis ministris, erigatur ecclesiam, illud, passim religione & diuino cultu penitus propulsatis, desolationis subiaceat opprobrio, & circa animarum ibidem interitus, coniecturis extantibus, periculosiores dietim inualescerent euentus; pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, vt super hys oportune prouidere & de benignitate Apostolica, dignaremur.

Nos igitur, qui fidelium, vt ascribantur electis, animarum quorumlibet saluti, studiis exquirimus indefessis, in tam grandis directione negotii debita mansuetudine seruata, eam que congruit maturitatem volentes amplecti, huiusmodi quoque supplicationibus inclinati, Fraternitati tue, & illi ex Venerabilibus Fratribus nostris, Spirensi & Wormatiensi Episcopis, quem ad hoc elegeris, per Apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus tu denuo, & tecum eligendus ipse super premissis omnibus & singulis, & eorum circumstantiis vniuersis, vos auctoritate nostra diligentius informetis, & si per informationem huiusmodi, deuastationem monasterii presentialiter imminere, & nisi, vt premittitur, ipsa succedat erectio, etiam verisimiliter temporis progressu interitum inibi animarum comminari prospexeritis eorundem, super quibus vestras strictius conscientias oneramus, tibi, & huiusmodi, vt prefertur, eligendo, monasterium ipsum in secularem & Collegiatam ecclesiam, vt prefertur, eadem auctoritate erigendi, ac de premissis facultatibus & redditibus ad predictam ecclesiam *S. Petri* resolutione directa Canonicatus, & prebendas, dignitates, personatus, officia, & alia beneficia supradicta, etiam illis, ex eis, de quibus vobis videbitur, honores, qualitates, & onera adiiciendo, prout congruentius fieri poterit, ipsique facultates & redditus se extendent, auctoritate prefata creandi & dotandi, ac eorum singula, postquam creata & dotata fuerint, hac vice singulis modernis dicti monasterii monachis, etiam cum illis super eo, qua ipsius vinculo professionis & regularis dicti Ordinis delatione habitus, quem etiam prouectam habentes etatem publice gestarunt, Ordini & religioni huiusmodi censentur astricti, quod nichilominus secularium viuendo & incedendo more Clericorum, illa ex Canonicatibus & prebendis, dignitatibus, personatibus, officiis ac beneficiis predictis, que eis forsitan conferetis, recipere ac retinere; ipsorumque fructibus, redditibus & prouentibus priuatim vti, gaudereque libere & licite possint, dispensando, & illa, que tunc supererint, aliisque personis ydoneis, ad id per vos eligendis, auctoritate predicta conferendi, & de illis etiam prouidendi, inducendi quoque per vos, vel alium seu alios, eos, quibus collationes fient huiusmodi, vel procuratores suos illorum nominibus, in corporalem possessionem Canonicatuum & prebendarum, dignitatum, personatuum, officiorum, & aliorum beneficiorum eis conferendorum, iuriumque, & pertinentiarum predictorum; & defendi inductos, amotis quibuscunque detentoribus ab eisdem, ac faciendi ad Canonicatus & prebendas, dignitates, personatus, officia & alia beneficia premissa, illos, quibus ea conferetis, vt prefertur, vt est moris, admitti; nec non eis de ipsorum fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus & obuentionibus vniuersis, prout huiusmodi collationes exigent, integre responderi; contradictores quoque per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi;

omnia

omnia preterea & singula, que in premissis & circa ea necessaria fuerint, aut quomodolibet opportuna, faciendi, disponendi & exequendi, plenam & liberam concedimus tenore presentium facultatem. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, nec non statutis & consuetudinibus monasterii & Ordinis predictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quauis firmitate roboratis, ceterisque contrariis quibuscunque, aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de Canonicatibus & prebendis, dignitatibus, personatibus, officiis, aliisque beneficiis ecclesiasticis, in illis partibus speciales vel generales Apostolice Sedis vel Legatorum eius, litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reseruationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum. Quas quidem litteras & processus etiam per eos pro tempore habitos ad Canonicatus & prebendas, dignitates, personatus, officia, & alia beneficia, per vos, vt premittitur, conferenda, volumus non extendi; sed nullum per hoc eis quoad assecutionem Canonicatuum & prebendarum, dignitatum, personatuum, vel officiorum, aut beneficiorum aliorum, preiudicium generari; seu si aliquibus communiter vel diuisim a dicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet priuilegiis, indulgentiis, ac litteris Apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per que presentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus eorum impediri valeat quomodolibet, vel differri, de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super hys a quoquam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Florentie V Kalend. Iunii Pontificatus nostri anno secundo.

Post premissa vero, die decima sexta mensis eiusdem Augusti supra descripti, hora primarum vel quasi, in presentia Domini Iohannis *Archiepiscopi predicti, tunc in castro suo Aschaffenburgensi, dicte diocesis residenti, & mei Notarii publici, & duorum aliorum Notariorum publicorum tunc presentium, & etiam ad huiusmodi actum rogatorum & requisitorum licet diuisim, ac testium plurimorum fide dignorum ad hoc similiter vocatorum & rogatorum, constituti Dominus* HARTMANNVS, *Pater Abbas predictus, pro se & nomine suo, & Prior ac Conuentus monasterii* S. Albani *predicti pro se, & nomine ipsius Conuentus, de nouo ipsi Domino* Iohanni *Archiepiscopo supplicarunt, ac ipsum cum instantia debita requisiuerunt, quatenus ad executionem dictarum litterarum Apostolicarum, sibi a sede Apostolica directarum & presentatarum, vt premittitur, iuxta earundem continentiam & tenorem & formam sibi traditam in eisdem, procedere dignaretur.*

Ipse vero Dominus Iohannes *Archiepiscopus predictus deliberate respondit, quod ipse huiusmodi litteras Apostolicas sibi directas & presentatas, vt, & tamquam filius obedientie libenter vellet vna cum Reuerendo in Christo Patre, Domino* Iohanne, *Episcopo Wormatiensi, tunc presente, quem ad hoc elegisset & assumpsisset iuxta ipsarum litterarum Apostolicarum continentiam & tenorem, eligeret & assumeret, reuerenter exequi, ac debite executioni demandare, vt deberet & teneretur; quodque deinde ipse* D. Iohannes *Archiepiscopus, &* Iohannes *Episcopus, Commissarii & executores predicti, attenta forma earundem litterarum Apostolicarum de & super omnibus & singulis, in huiusmodi litteris Apostolicis contentis & expressis, ac circumstantiis vniuersis earundem, auctoritate Apostolica ipsis in hac parte commissa, se cum debita diligentia informarunt.*

Et quia per diligentem informationem per ipsos DD. Archiepiscopum & Episcopum executores & Commissarios predictos habitam & receptam, ex plurimorum Honorabilium Virorum DD. testium fide dignorum, omni etiam exceptione maiorum, per ipsos DD. Archiepiscopum & Episcopum executores & Commissarios, & quosdam alios Prelatos, ipsis in hac parte examinationi assidentes, legitime receptorum, admissorum, ac in forma iuris nominatorum, & cum magna

& debita diligentia examinatorum, dictis & depositionibus eorundem reperierunt, & inuenerunt, quod nullus ex ipsius monasterii medio tempore reputatis monachis, etiam a tempore & temporibus demolitionis, & miserabilis destructionis eiusdem monasterii, professionem per monachos Ordinis S. Benedicti alias emitti solitam, publice & expresse curauit emittere regularem, aut facere, neque fecit. Nec non etiam deuastationem monasterii S. Albani *presentialiter imminere; & nisi erectio huiusmodi fieret & succederet, verisimiliter progressu temporis periculum & interitum animarum ipsarum comminari considerassent, ac attente prospexissent.*

Quocirca ipsi Domini Iohannes *Archiepiscopus, &* Iohannes *Episcopus, Commissarii & executores predicti, iuxta tenorem & continentiam ipsarum litterarum Apostolicarum, & ipsius mandati Apostolici ipsis in hac parte directi, ipsum monasterium* S. Albani *in secularem & Collegiatam ecclesiam auctoritate Apostolica predicta, & ipsis in hac parte specialiter data & concessa, in nomine Domini altissimi erexerunt, & de facultatibus & redditibus ipsius monasterii, Canonicatus & prebendas, dignitates, & officia ecclesiastica, ad instar* S. Petri *extra muros Moguntinos, debita & directa facta resolutione, aliquibus ex eisdem, prout ipsis videbatur expedire, & vt congruentius potuerunt & valuerunt, honores & qualitates ac onera adiiciendo iuxta extensionem facultatum, & reddituum earundem, auctoritate Apostolica similiter predicta, ad laudem & honorem omnipotentis Dei altissimi, & eius genitricis gloriose Virginis Marie, & S. Albani, ac totius celestis curie ciuium supernorum erexerunt & dotarunt; & eorum singula, Canonicatus & prebendas, dignitates, & officia ac beneficia per ipsos creata & dotata, viginti personis dicti monasterii modernis, & infra descriptis, videlicet*

Iacobo *de* Engelstadt *Canonicatum & prebendam cum* Decanatu, *pro primo,*

Wernhero *de* Beldersheim *Canonicatum & prebendam cum* Scolasteria, *pro secundo,*

Borgkardo *de* Wolffeskelen *Canonicatum & prebendam cum* Cantoria, *pro tertio,*

Diethardo *de* Graenrode *Canonicatum & prebendam cum* Thesauria *siue* Custodia, *pro quarto,*

Conrado *de* Prumheim *Canonicatum & prebendam, pro quinto,*

Eberhardo Hirte *de* Sauvvelnheim *Canonicatum cum prebenda, pro sexto,*

Eberhardo *de* Beldersheim *Canonicatum cum prebenda, pro septimo,*

Iohanni *de* Beldersheim *Canonicatum cum prebenda, pro octauo,*

Hartmanno Flemyng *Canonicatum cum prebenda, pro nono,*

Iohanni Dorfelden *Canonicatum cum prebenda, pro decimo,*

Ervvino *de* Dernbach *Canonicatum cum prebenda, pro vndecimo,*

Iohanni Krieg *de* Geispizheim *Canonicatum cum prebenda, pro duodecimo,*

Iohanni *de* Prumheim *Canonicatum cum prebenda, pro tredecimo,*

* al. Schrauss — Petro * Strausse *de* Vlffersheim *Canonicatum cum prebenda, pro quartodecimo,*

Iohanni *de* Hoenvveisel *Canonicatum cum prebenda, pro quintodecimo,*

* Kranch de Kircheim — Theoderico * Kranig *Canonicatum cum prebenda, pro sextodecimo,*

Iohanni *de* Guntheim *Canonicatum cum prebenda, pro decimo septimo,*

Conrado *de* Selbolt *Canonicatum cum prebenda, pro decimo octauo,*

Iohanni *de* Dernbach *Canonicatum cum prebenda, pro decimo nono, &*

Henrico *de* Nackheim *Canonicatum cum prebenda, pro vicesimo & vltimo,*

ad instar ecclesie sancti Petri *predicte, auctoritate Apostolica predicta contulerunt & assignarunt. Ac ipsis singulis personis predictis & in ordine predicto, de ipsis singulis Canonicatibus & prebendis, ac dignitatibus & officiis predictis, & per ipsos Dominos Archiepiscopum & Episcopum, Commissarios & executores, creatis & dotatis, cum honoribus, qualitatibus & oneribus, que adiecerunt & apposuerunt ad instar ecclesie* S. Petri *predicte, vt prefertur, in Dei nomine prouiderunt, & inuestierunt de eisdem; nec non cum eisdem super eo, quo ipsius vinculo professionis, & regularis dicti Ordinis delatione habitus, quem etiam, prouectam habentes etatem, publice gestarunt, Ordini & religioni huiusmodi censerentur astricti, quod nichilominus more Clericorum secularium viuere & incedere*

pos-

possent. Nec non Canonicatus & prebendas, ac dignitates & officia predicta, quæ ipsis ipsi Domini Archiepiscopus & Episcopus, Commissarii & executores predicti, contulerunt & assignarunt, recipere & retinere, & eorundem Canonicatuum & prebendarum, ac dignitatum & officiorum predictorum fructibus, redditibus & prouentibus priuatim vti & gaudere libere & licite possent, auctoritate Apostolica predicta, in Dei nomine dispensarunt. Nec non ipsos Canonicatus & prebendas, ac dignitates & officia predicta, per ipsos DD. Commissarios collatos & collata cum fructibus, redditibus & decimis infra descriptis dotarunt, fundarunt, & instaurarunt, & easdem decimas infra descriptas de facultatibus & redditibus monasterii predicti auctoritate Apostolica predicta assignarunt.

Primo enim ipsi Domini Commissarii assignarunt decimam in Vndenheim *Magunt. dioces. cum curia sua in eadem villa posita & situata, que singulis annis communi estimatione valet & valere consueuit quadraginta * & quinquaginta maldra siliginis, & quatuor plaustra vini.* * f. quadringenta

Item assignarunt decimam in villa Flanheim, *que valet & valere consueuit estimatione predicta nonaginta maldra siliginis.*

Item decimam in villa Geispisheim, *que valet & valere consueuit, estimatione vt supra, ducenta quinquaginta maldra siliginis, & quatuor plaustra vini.*

Item decimam in villa Bodenheim, *que valet & valere consueuit, estimatione vt supra, ducenta quinquaginta maldra siliginis. Et viginti octo plaustra vini.*

Item decimam in villa Bermersheim, *que valet & valere consueuit, vt supra, decem & octo maldra siliginis.*

Item decimam in villa Gaubischoffisheim, *que valet & valere consueuit, estimatione vt supra, viginti octo maldra siliginis, & quinque plaustra vini.*

Item decimam in villa Sulgeloch, *que valet & valere consueuit, vt supra, triginta duo maldra siliginis.*

Item decimam in villa Vdenheim, *que valet & valere consueuit, vt supra, octuaginta maldra siliginis.*

Item bona in villis Bechtelsheim *&* Friesenheim, *que valent & valere consueuerunt, estimatione vt supra, sexaginta sex maldra siliginis.*

Item decimam in villa Mersfelden, *que valet & valere consueuit, estimatione vt supra, triginta maldra siliginis.*

Item decimam in Heidersheim, *que valet & valere consueuit, vt supra, ducenta maldra in frumentis.*

Item decimam in villa Dorfelden, *que valet & valere consueuit, vt supra, centum & decem maldra siliginis.*

Item decimam in villa Leheim, *que valet & valere consueuit, estimatione vt supra, quadraginta maldra in blado & frumentis.*

Item decimam in villa Nesen, *que valet & valere consueuit octuaginta maldra siliginis.*

Item decimam in villa Lonsheim, *que valet & valere consueuit, estimatione vt supra, triginta vnum maldra siliginis.*

Item decimam in villa Zornheim, *que valet & valere consueuit estimatione, qua supra, centum maldra siliginis, & tria plaustra vini.*

Item decimam in villa Rospach, *que valet & valere consueuit, estimatione qua supra, ducenta & quadraginta maldra siliginis.*

Item decimam in villa Bruchenbrucken, *que valet & valere consueuit, vt supra, centum quinquaginta maldra siliginis.*

Item decimam in villis Strasheim *cum curia ibidem, &* Wollenstadt, *que valet & valere consueuit, estimatione vt supra, ducenta, quinquaginta maldra siliginis.*

Item decimam in villa Ebersheim, *que valet & valere consueuit, estimatione vt supra, ducenta quinquaginta maldra siliginis; & quinque plaustra vini.*

Item decimam in vino in opido Pingvvensi, *& villis* Budensheim, Sarmersheim, *&* Bermersheim, *que valet & valere consueuit, estimatione vt supra, triginta duo plaustra vini.*

Item bona sua in villa Wigstadt, *que valere consueuerunt in pecunia decem octo florenos.*

Item

Item decimam & bona sua in Rodenauvve , *que faciunt in pecunia decem octo florenos.*

Item bona sua in villa Drechtingeshusen , *que valere consueuerunt estimatione predicta , in pecunia , que faciunt tredecim florenos,*

Quodque deinde ipse Iohannes *Archiepiscopus , & Iohannes Episcopus, Commissarii predicti , auctoritate Apostolica predicta duodecim perpetuas* Vicarias, *siue beneficia ecclesiastica perpetua , pari modo & forma , de facultatibus & redditibus monasterii predicti & predictis , ac extensionem eorundem , vt prefertur, ad octo perpetuas* Vicarias *siue beneficia ecclesiastica perpetua , in ecclesia monasterii* S. Albani *predicti, per presens & a multis temporibus, & pro octo personis , perpetuis Vicariis secularibus dotatis & instauratis ; que etiam perpetue* Vicarie *per Clericos seculares regi & gubernari hactenus consueuerunt , & indies reguntur, ad numerum Canonicorum superius descriptorum, & ad instar ecclesie* S. Petri *predicti, in Dei nomine crearunt & dotarunt ; ac ipsas perpetuas* Vicarias, *per ipsos de nouo creatas & dotatas , hac vice duodecim personis , Clericis secularibus infra descriptis , videlicet,*

Conrado Nockeney *de* Hunefelt , *B. Marie Magdalene in Dormitorio,*
Iohanni Russ, *Parochialis ecclesie in* * Stega, *que curata existit, quam eandem perpetuam* Vicariam *regere debebat, & tenebitur,* * intelli ge parochialem quondam Filtzbacen-sium
*Fridberg Bertoldo Voigt *de* * Fredeberg, *S. Benedicti , in noua sacristia,*
Henrico Stauffinbül, *S. Andree Apostoli,*
Iohanni Stelvvagen, *S. Stephani,*
Iohanni Tempeses, *S. Albani in antiquo choro,*
Iohanni Rimpach , *S. Vincentii,*
Hermanno *de* Wunnecke , *SS. Aurei & Iustine,*
Henrico Doleatoris *de* Maguntia , *SS. Viti & Modesti,*
*Münch Conrado * Monich , *B. Marie Virginis circa sepulchrum Dominorum,*
Iohanni Wide , *omnium Patronorum ipsius ecclesie altarium ; &*
*Seurm Tilmanno * Storm , *capellam S. Lupi,*

auctoritate Apostolica predicta contulerunt & assignarunt ; & ipsi singulis personis, Vicariis perpetuis predictis, de ipsis singulis perpetuis Vicariis , *per ipsos creatis & dotatis , in Dei nomine prouiderunt , & inuestierunt de eisdem. Nec non omnes Canonicos & perpetuos Vicarios superius descriptos , in & ad possessionem corporalem , realem & actualem Canonicatuum & prebendarum , ac dignitatum & officiorum, & aliarum perpetuarum Vicariarum, siue beneficiorum ecclesiasticorum perpetuorum predictorum , per ipsos creatorum & dotatorum , ac collatorum & assignatorum , vt prefertur , iuriumque & pertinentiarum omnium eorundem, communiter & diuisim , induxerunt , quantum in eis fuit , amotis quibuscunque detentoribus ab eisdem.*

Preterea ipsi Domini, Iohannes *Archiepiscopus , & Iohannes Episcopus, Commissarii predicti, assignarunt cuilibet perpetuo Vicario supra nominato , scilicet duodecim , pro corpore perpetue* Vicarie *cuiuslibet , duodecim maldra siliginis, & vnum plaustrum vini , soluenda ipsis singulis perpetuis Vicariis & singulis annis, & cuilibet ipsorum, & ministranda per Cellerarium & Officiatos pro tempore Dominorum Capituli ecclesie* S. Albani *predictorum de granario & cellario eorundem, debitis temporibus & iuxta exigentiam eiusdem sine impedimento & contradictione. Et viginti Vicarii supra nominati , viginti Vicariis dicte ecclesie seruientes, debent esse participes presentiarum , siue cottidianarum distributionum cum ipsis Dominis de Capitulo predictis. Pro quibus quidem presentiis , siue cottidianis distributionibus Canonice deseruiendis pro tempore , ipsi Domini* Iohannes *Archiepiscopus , & Iohannes Episcopus , executores predicti , decimas subscriptas similiter realiter & in perpetuum assignarunt.*

Primo enim assignarunt decimam in villa Seylfurdt *cum curia ibidem , que valet & valere consueuit , estimatione supra descripta , trecenta maldra siliginis.*

Item decimam vini in villa Seilfurdt , *que valet & valere consueuit , estimatione predicta , quatuor plaustra vini.*

Item census & redditus in villa Esenheim , *qui valent & valere consueuerunt , estimatione predicta , triginta maldra siliginis.*

Item

Item curias , que ſpectabant ante tempora ad Abbatem p. t. exiſtentem in villis Bodenheim *& in* Ebersheim *in frumento tantum , que curie expedite ſoluere conſueuerunt in blado , ſiue in frumento communi , eſtimatione vt ſupra , ducenta quinquaginta maldra ſiliginis.*

Item curiam in villa Bodenheim , *quam* D. Hartmannus Flemyng *Canonicus ſupra deſcriptus tenuit & poſſedit , & quam libere dimiſit ; que curia valet & valere conſueuit , eſtimatione predicta , centum quinquaginta maldra ſiliginis.* conf. p. 928 v. 35 & ſeq.

Item decimam prope ciuitatem Maguntinam , que valet & valere conſueuit , eſtimatione predicta , viginti octo maldra ſiliginis.

Item decimam , quam Hoſpitalarius p. t. habere & poſſidere conſueuit , communiter & vulgariter vff den Bunden *nuncupatam , que valet & valere conſueuit , eſtimatione predicta , duodecim maldra ſiliginis.*

Item bona Abbatis , & ſimiliter Hoſpitalarii , prope ciuitatem Maguntinam , que valent & valere conſueuerunt , eſtimatione predicta , centum maldra ſiliginis.

Item bona & redditus in villa Albich , *que valent & valere conſueuerunt vt ſupra , quinquaginta maldra ſiliginis.*

Item redditus cedentes in villa Momenheim , *qui valent & valere conſueuerunt , eſtimatione predicta , triginta maldra ſiliginis.*

Item bona ſua in villa Ebersheim , *que valent & valere conſueuerunt vt ſupra , quindecim maldra ſiliginis.*

Item bona ſua in villa Ginsheim , *que valent & valere conſueuerunt vt ſupra , viginti quinque maldra ſiliginis.*

Item decimam in villa Furbach , *que valet & valere conſueuit , eſtimatione predicta , ducenta maldra ſiliginis.*

Item decimam in villa Budensheim , *in blado , que valet & valere conſueuit vt ſupra , centum maldra.*

Item omnes & ſingulos alios cenſus pecuniales & in pecunia , ad prefatam eccleſiam cedentes & prouenientes , qui valent & valere conſueuerunt , eſtimatione predicta , & ſingulis annis ducentas quinquaginta libras Hallenſ. Moguntin. & monete currentis.

Et quia Venerabilis Pater , Dominus Hartmannus , *Abbas monaſterii prefati , munus benedictionis ſuſceperat , ipſeque in habitu & obſeruantia regulari ac ſub regula Ordinis S. Benedicti , in dies ſuos ſtare & viuere proponeret & intenderet , ac vellet , prout voluit ; idcirco ipſi Domini executores & Commiſſarii predicti eis attentis aſſignarunt prouiſionem congruam & decentem pro ſtatu ſuo & ad ipſius vitam , in qua ipſe* D. Hartmannus *fuit & remanſit contentus. Quodque ipſi Domini executores & Commiſſarii ex tunc voluerunt & ordinarunt , quod prefato* D. Hartmanno *Abbate ab hac luce ſubtracto , ipſi ex tunc Domini Decanus & Capitulum eccleſie* S. Albani *predicte debeant & teneantur eligere Prepoſitum , ſicut ipſis videbitur expedire pro bono ſtatu eccleſie predicte. Cui Domino Prepoſito ſic eligendo , redditus , decimas , & alia inferius deſcripta realiter aſſignarunt ;*

Primo enim aſſignarunt pro huiusmodi Prepoſito eligendo , omnes & ſingulos redditus , cedentes & p. t. prouenientes in villa Triburio , *qui valent & valere conſueuerunt , eſtimatione predicta , trecenta & quinquaginta maldra ſiliginis.*

Item decimam vini in villa Vdenheim , *que valet & valere conſueuit tria plauſtra vini.*

Item aſſignarunt ſibi viginti quatuor plauſtra feni in villa Triburio. *Item iurisdictionem ibidem. Item domum Abbatie in* Selhoven.

Super quibus omnibus & ſingulis predictis , ipſi Domini Iohannes *Archiepiſcopus , &* Iohannes *Epiſcopus , Commiſſarii & executores predicti , michi Notario publico infra ſcripto iniunxerunt , commiſerunt , & mandauerunt , quatenus ipſis Dominis predictis , & ſuper premiſſis omnibus & ſingulis communiter vel diuiſim , prout opus fuerit , & quotiens , vnum vel plura , publicum ſeu publica , conficerem inſtrumentum ſeu inſtrumenta.*

Acta fuerunt & sunt hec in castro Aschaffenburgensi Maguntine diocesis predicte, anno, indictione, pontificatu, die, mense, locis & horis, quibus supra. Presentibus ibidem Honorabilibus,

Philippo Flache *de* Schvvartzenberg, *Custode*,
Ottone *de* Falckenberg, *Cantore*,
Ebirhardo Schencke, *Domino* in Erpach,
Petro Echter, *Canonicis Maguntinis.*
Iohanne Adolfi *de* Nassavve, *Prouisore curie Archiepiscopi Erfordensis, Maguntine diocesis.*
Iohanne *de* Selheim, *Beate Marie* ad gradus *Maguntin.*
Conrado Vnruvve, *sancti Petri extra muros Maguntinos*,
Friderico *de* Alsenzia, *sancti Stephani Moguntie, Prepositis.*
Iohanne Boning, *Prepositо*,
Hermanno Lupi, *Decano*,
Sifrido *de* Wonecke, *Scolastico*,
Heilmanno Vogeler, *Cantore*,
& Philippo *de* Itstein, *Canonicis SS. Petri & Alexandri Aschaffenburgensis, ecclesiarum.*
Nec non Strenuis: Crafftone *de* Elscerhusen, *Magistro curie*,
Iohanne *de* Bilstein, *Militibus*;
& Iohanne Gaugrese, *Marschalcko curie predicte, Consiliariis Domini* Iohannis *Archiepiscopi predicti, testibus ad premissa vocatis pariter & rogatis.*

Et ego *Iohannes Symonis*, de *Munden*, Clericus Maguntine diocesis, publicus Imperiali auctoritate Notarius, quia dictarum litterarum Apostolicarum presentationi, receptioni, responsioni, informationis receptioni, erectioni, prouisionibus, inuestituris, & fructuum assignationi, aliisque & singulis premissis, dum sic, vt premittitur, per Dominos, Archiepiscopum & Episcopum, Commissarios & executores predictos, agerentur & fierent, vna cum Notariis & testibus prenominatis presens interfui, eaque sic fieri vidi & audiui, ideoque hoc presens publicum instrumentum, per alium fideliter scriptum, de mandato Dominorum Commissariorum predictorum exinde confeci, publicaui, & in hanc publicam formam redegi, signoque nomine meis solitis & consuetis signaui, rogatus & requisitus in fidem & testimonium premissorum. Protestor etiam publice & expresse de errore verborum hic subscriptorum, videlicet, *quadraginta maldra siliginis. Item curias in* Bodenheim, *quas Dominus* Conradus *de* * Prumheim, *Canonicus predictus tenuit & possedit, & quas libere dimisit, que curie valent & valerere consueuerunt estimatione*, inter hec verba videlicet predicta & *centum* in riga quartadecima, ascendendo computando, non vitio, sed mero errore facti. Ideoque hec predicta verba manu mea propria approbo & collaudo.

* immo *Fleming*



Ad

Ad CHRONICON D. IACOBI,

vna cum locorum quorundam emendationibus.

Sectione I

p. 803

§ *II ad annotationem, cui duæ ſtellulæ præfixæ.*

CEterum e patrimonio ſuo *Luipoldum* monaſterium hoc perfeciſſe, iuſtoque cenſu locupletaſſe, innuere videtur *anonymus* quidam *Benedictinus* de fundatione quorundam Germaniæ monaſteriorum, parte IV Scriptorum ad hiſtoriam Luſatiæ ſpectantium p. 135; Luiboldus *Archiepiſcopus Moguntinus monaſterium* S. Iacobi "*propriis expenſis exſtruxit Moguntiæ foris murum in monte, qui dicitur* ſpecioſus, *tempore Henrici Imperatoris IV.*

Sectione II

p. 805

in *Hartvvigo*, rectius *Hartungo*, Abbate

v. 7 pro, *anno MCI*, l. *MCII*, vt p. 806 ſequenti v. 5 videre eſt.

p. 814

in *Ioanne Itzſtein* Abbate

v. 18 pro, *MCCCCLXIV*, l. *MCCCCLXV*

p. 818

ad *Leonhardum Mey* Abbatem,

Ipſam de villa *Weilbach* transactionem inuenies apud *Lunigium* in Spicilegio eccleſiaſtico *des Reichs-Archivs* cap. II ſect. I n. CXXIII p. 138 & ſeq.

Ibidem

ad *Wendelinum Frey* Abbatem.

Quod an. MDLXXVII Sebaſtiano ſurrogatus fuerit *Wendelinus*, ſatis clare firmiterque edocui. Nunc & diem addo. Electus autem fuit *Veneris*, quæ V erat Octobris.

Ceterum v. 9 pro, *Nicolao* Treuirenſi, l. vti in *Leonhardo Mey* & *Sebaſtiano Dalvveiſer* eſt, *Tuitienſi*

In diſſertatione de monaſterio CARMELITARVM

p. 844

§ XIX v. 5 pro, *Nobiles* de *Lorch*, l. *Lerch*

In diſſertatione de cœnobio ALBARVM DOMINARVM

p. 866

§ I v. 13 pro, § *VI*, l. *IX*

p. 867

§ VI v. 9 pro, *in choro* l. *in medio ædis, infra chorum*

In dissertatione de claustro Sororum
D. CLARAE,
vulgo *der reichen Claren*,

p. 874

§ VIII sic emenda;

Vt hoc maior templi cultus esset, anno MDCLXX squalore detersо renouatum, araque noua instructum fuit. Docet id inscriptio, supra organum, in fornice legenda;

Vix sol millenos &c.

Anno dein MDCCXXI organo pithaulico nouo, eoque egregii plane operis multique sumtus exornatum est.

Ceterum e sanctimonialibus, quae sæc. XIII Christo hoc in parthenone vixerunt, memorandæ veniunt Cæsaris *Adolfi* soror *Richardis*, & filia *Adelheidis*; quarum illa dein prima cœnobii recens ab eo excitati, *Clarenthal* prope Wisbadam, constituta fuit Abbatissa siue Rectrix virginum sacrarum; hæc vero gregi seruando Præfecta, quam ex Ordinis consuetudine *Priorissam* vocant.

INDEX

INDEX I

Opuſculorum & Diſſertationum,

quæ in *tomo hoc II* continentur.

Danielis Papebrochii S. I. de *S. Creſcente*, Diſcipulo S. Pauli, Apoſtoli, Sylloge hiſtorica pag. 1

—— de S. Martyribus Moguntinis, *Aureo* vel *Auræo* Epiſcopo, *Iuſtina*, eius ſorore, virgine, promiſcua vtriusque ſexus multitudine, & *Iuſtino* Diacono Commentarius. 5

—— de *S. Albano* martyre Moguntiæ in Germania prima, item de ſanctis martyribus, *Albano* Epiſcopo, & *Dominico* Eremita, Burani prope Venetias honoratis, Commentarius hiſtoricus 24

Ioannis Mabillon de *S. Lullo* Archiepiſcopo Moguntino Elogium hiſtoricum 38

—— Elogium hiſtoricum *B. Rabano* Archiepiſcopo Moguntino ſcriptum 46

Danielis Papebrochii S. I. Commentarius præuius de *B. Bardone*, Archiepiſcopo Moguntinenſi 70

Ioannis Mabillon Obſeruationes præuiæ in vitam *B. Bardonis* ab *Anonymo* ſcriptam 73

Narratio de cæde *Arnoldi* Archiepiſcopi Moguntinenſis e manuſcr. vernaculo in ſermonem latinum conuerſa 78

Conradi, incertæ Sedis Epiſcopi, vel, quod veriſimilius videtur, *Chriſtiani II* Archiepiſcopi Moguntini, Chronicon rerum Moguntiacarum ab anno ſalutis MCXLII vsque ad an. MCCLI perductum, cum notis *Georgii Helvvichii* 92

Georgii Helvvichii Moguntia deuicta, hoc eſt, de diſſidio Moguntinenſi, quod fuit inter duos Archiepiſcopos Moguntinos, *Dietherum* Iſenburgium & *Adolfum* Naſſouium, de Archiepiſcopatu contendentes, Narratio hiſtorica, cum annotationibus *G. C. I.* 130

Iacobi Manlii Hiſtoria collatæ Cardinalitiæ dignitatis in *Albertum* Moguntinum 198

Georgii Helvvichii Elenchus Nobilitatis eccleſiæ Moguntinæ, hoc eſt, omnium *Prælatorum* ac *Canonicorum* eccleſiæ Moguntinenſis metropolitanæ a primordio ipſius vſque ad an. MDCXXIII breuis ac ſuccincta enumeratio 205

Syllabus *Prælatorum* ac *Canonicorum* eccleſiæ metropolitanæ Moguntinenſis plenior & curatior, recens concinnatus, & ad præſens vſque tempus perductus 265

Elenchus *Suffraganeorum Moguntinenſium*, ſiue Reuerendiſſimorum pontificii muneris in partibus Rheni, diœceſis Moguntinæ, Vicariorum 415

Eccleſiæ ad *D. Petri*, extra mœnia Moguntina, hodie intra vrbem, Collegiatæ Chronicon 459

Eccleſiæ ad *S. Stephanum* intra mœnia Moguntina Collegiatæ Chronicon 513

Eccleſiæ ad *D. Victorem* extra mœnia Moguntina Collegiatæ Chronicon 577

Eccleſiæ Collegiatæ B. M. V. *ad gradus* Chronicon 643

Eccleſiæ ad *S. Crucem* extra mœnia Moguntina Collegiatæ Chronicon 685

Eccleſiæ ad *D. Ioannis* Collegiatæ breue Chronicon 692

Eccleſiæ ad *D. Mauricium* Collegiatæ breue Chronicon 705

INDEX I

Opuſculorum & Diſſertationum.

De Collegiata *S. Gangolfi* breuis Narratio pag. 711

Georgii Helvvichii Chronicon monaſterii, iam vero Collegiatæ Equeſtris ad *S. Albanum*, cum notis & continuatione *G. C. I.* 713

Ioannis Antonii, Witlichii, Catalogus Abbatum percelebris monaſterii *D. Iacobi* in *monte ſpecioſo*, cum notis & continuatione *G. C. I.* 799

Diſſertatiuncula de origine, fatis, ſtatuque Eremi ſiue clauſtri *FF. Carthuſienſium* extra mœnia Moguntina 831

——— de cœnobii *FF. B. M.* V. de monte *Carmeli* intra mœnia Moguntina origine, fatis, ſtatu 839

——— de origine, fatis, ſtatuque cœnobii, quod *FF. Eremitis* ſiue *Auguſtinianis* eſt, in vrbe Moguntia 845

——— de origine, fatis, ſtatuque cœnobii *PP. Dominicanorum* 850

——— de origine, fatis, ſtatuque monaſterii *FF. Minorum de Obſeruantia* ſiue *Franciſcanorum* 854

——— de origine, ſtatuque cœnobii *PP. Capucinorum* in vrbe Moguntia; vna cum appendice de monaſterio *zur Noth Gottes* dicto; de monaſterio item Capucinorum *Bensheimenſi*, & de *Conuentu Waltdürano*

——— de origine, fatis, ſtatuque cœnobii *Albarum Dominarum* 866

—— de Sororum *D. Claræ*, vulgo *der Reichen Claren*, cœnobio 871

——— de monaſterio *S. Agnetis* in foro gentili 875

——— de parthenone Sororum *D. Claræ* de tertia regula 877

——— de congregatione *B. M. V.* Ordinis *D. Auguſtini* 879

Additiones nonnullæ & Emendationes 881

INDEX II

INDEX II

Auctorum siue *Scriptorum*,
qui in tomo hoc vel notantur vel illustrantur,
quorum his * præfixa.

Albinus (*chron.*) 381
Annales Fuldenses 56
Anonymus auctor *Sanctuarii Namurcensis* 33
——— *de cæde Arnoldi* 79, 84
Beda (in *Epitome continuata* ad an. 754) 40
Bosquetus (*Histor. eccles. Gallic.* l. 1 c. 5) 3
Browerus (l. 2 *antiquit. Fuldens.* c. 15) 904
Chifletius, *Petrus Franciscus* (*præfat.* in libr. *contra Iudæos*) 55, 63
Chronicon *VVirzburgense* 737
Gerbrandus (*Chron. Belgici* l. 3 c. 9) 43
Goswinus (*vit. S. Albani*) 28, 29
Hachenberg (l. 3 *Annal.* manuscr. *de vitae-busque gestis* Friderici *Victoriosi*) 139
Hartmannus (*Aureæ Mogunt.* § 14 sect. 2 n. 6) 577
Hecht (l. 12 *Germaniæ sacræ & litteratæ* c. 5 § 13) 95
Helvvichius (adnotat. *ad chronicon* Conradi *vel* Christiani II, sect. 2 § 8) 94
(*dedicat.* eidem præmissa) 95
— (de *Dissidio Moguntino* sect. 1 § 9) 778
Iacobus Cardinalis Papiensis (ep. 182) 177
Latomus (*Catal. Episcopor. Moguntinor.* mscr.) præf.)(2 *b*)
(not. *ad Breuiar. Moguntinum*) 7
Mabillon (de *S. Albano* § 3 n. 24) 781
* (de *SS. Aureo & Iustina* § 16) præf.)(2 *a*)
Neu (*Mantiss. ad VVhearum* sect. 9) 95
Palatius (*Fast. Cardinal.* vol. 2) 279 * 286
Sandius (*Adnotat. ad* Vossium *de Historicis Latinis*) 91
Schraderus (*Monument. Italic.*) 289
Serarius (l. 1 *rer. Mogunt.* c. 32) 95 (l. 2 c. 17) 9
Sifridus Presbyter 127
Sigehardus (de *S. Aureo* c. 6) 719 (c. 10 & 20) 8
Steilius (*Ephemerid. Dominicanorum sacr.*) 440
Struuius (*Syntagm. histor. German.* dissert. 30 § 34) 139
Trithemius (part. 1 *Chron. Hirsaugiens.*) 57, 726
(part. 2) 139, 773

INDEX III

Pagorum, *vrbium*, *vicorum*, *villarum*, *monasteriorum*, *montium*, *siluarum*, *fluuiorum*,
in *tomo* hoc *II* occurrentium.

a)

Pagorum.

Cunagis Sunderun 531
Logenahi 514, 735
Monegovve 586, 804
Monregovve 465
Nachgovve 586, 746
Niedehgovve 517
Oberenlogenahe 516
Phirnigovve 517
Rangovve 516, 517
Rheni pagus siue Rhinegovve 470, 586, 654, 748
Watergovve 578
Westergovve 578
Wetreibe 586, 739

b)

Vrbium, *vicorum*, *villarum*, *monasteriorum.*

A

Acrufdelo, *Ocrustel*, 471, 746, 754
Adelfeldt v. *Altavilla*, 804
Albecho, *Albich*, 746, 751
Aldengubereno 578
Aldenstad 894
Alengreheim, Algensheim, *Algesheim*, 161, 581, 582, 872
Alsfeld 808
Altavilla, *Eltvil*, 460, 470, 645, 740, 760
Altenborg *castrum* 12, 13
Altenguttern 489
Altinum 33
Alzeia 522
Amberon 578
Amelburg 169
Amena 516, 528
Ammenovve 759
Amorbach *monasterium* 819
Arnsburg *monasterium* 425

INDEX III

Vrbium, vicorum, villarum, monaſteriorum.

Aſchaffenburg 589
Aſchenbrunnen, *Eſchenborn*, 471, 517, 543
Aſpisheim 699
Aſtheim 872

B

Bacharach 529
Badenheim, *Bodenheim*, 579, 752, 753, 754, 758, 762, 765, 769
Battenberg 357
Bechtelsheim 925
Beckelnheim 281, 647, 657
Beinheim 180
Bellenberg 357
Bercgozenhuſun 736
Bergard 180
Bergen 471
Bermersheim 752
Berſtad an der Hôhe 357
Beſigheim 180
Beverſtete 890
Biberich 166
Biburg 531
Biſchofesperc 586
Biſchovisheim, *Biſchum*, 281, 338, 403, 605, 754, 773
Bleidenſtatt 471
Bleniche, *Planich*, 809, 820
Bommersheim 357
Bonames 471
Borne 471
Breidenloch 655
Breithart 471
Bremendale 471
Brizzenheim, *Brezzenheim*, 522, 526, 579, 694
Bruchenbrucken 925
Brumbach, *monaſterium*, 82
Brungesheim 471
Brunnen 514, 524
Bubencapella *monaſterium*, 876
Budenheligun 586
Budensheim, *Büdesheim*, 330, 541, 752, 754, 756, 758
Buochinebach *marca* 515, 516, 517
Buranum 33
Burchishuſen 531
Burenheim 739
Bürgel 462
Burgeſtad 281, 471
Burno, *Born*, 525, 528, 529, 544
Buwensheim, *Bubenheim*, 540, 872

C

Carsbach 471
Caſtele, *Caſſel*, vicus 466, 471
Caupun, Cuba, *Caub*. 747
Chindehuſen 586
Cilolvesheim 738
Ciſta 580
Clopheim 912
Cornere 578, 586
Coſtheim 471, 529, 530, 544, 547, 753
Crahencruce 410
Cromſtatt 605
Crozenburg 462, 489, 498, 499
S. Crucis caſtellum 180
Cruſtel 471
Crutzen 412, 471

D

Dalem, *Dalheim*, monaſterium 607
Degenbach 897
Delckenheim 471
Dexheim 703
Diefendal *monaſterium* 467
Diereich, *Dreyeich*, 535
Dieteſſe, *Dietz*, 738
S. Diſibodi mons, *Diſibodenberg*, monaſter. 581, 582, 657, 658, 806
Dorenvelde, Dorvelde, *Dorſelden*, 754, 925
Doſſenheim 140
Dozheim 471
Drechtingshuſen 659, 661, 760
Dreyſs 873
Dromersheim 161, 534, 546
Druhtolueshuſun 740
Dulcoſneheim 584, 586
Duodenhuſun 740
Duren, *VValtdüren*, 352, 865

E

Eberbach, *Erbach*, monaſterium 111
villa, 423, 460, 644, 645
Ebernsheim, *Ebersheim*, 542, 754, 758
Eblizdorf 527
Eckelsheim 919
Egelesheim, *Elsheim*, 561, 707
Eibingen *monaſterium* 403
Eichsfeldia 12
Einriche 646
Engelſtatt 569, 661
Enſentheim 410
Eppingen 180, 181
Epſteinach 865
Erbenheim 166, 471, 919
Erſtin 740
Eſchbach *ſuperior* 471, 832, *inferior*, ib.
Eſcheneberc 586
Eſchersheim 471
Eſemauuage 516
Eſenheim 660, 926
Eyche 485

F

Fanzberg 670
Filtzbach 187
Fiſchbach 471
Flanheim 925
Flersheim 166, 171, 471, 650, 872
Frieſenheim 925
Funthinden, Funthene, *Finthen*, 281, 697, 767
Furbach 749, 927
Fürth 865

INDEX III

Vrbium, vicorum, villarum, monaſteriorum.

G

Gauböckelheim 161, 167
Geisbodesheim 749
Geisbotsleibin 532, 533, 586
Geiſpisheim 925
Gemeticum 50
Gencigo, *Genzingen*, 464, 759
Gengenbach *monaſterium* 816
Georgenthal *monaſterium* 807
Germeze 738
Gernsheim 540
Geſsbosheim, *Gabsheim*, 754
Gieſenheim 532, 749
Ginsheim, *Geinsheim*, 820, 927
Glauburg 667
Gosbach 471, 525, 528
Grabaha 578, 586
Gridele 553
Griezheim, *Griesheim*, 615, 655, 660
Grindaha 749
Groſſenmondra 492, 493
Groſſenvvinternheim 561
Grunaue 471, 837
Gummisheim 919
Gunſenheim 479
Guttern 423

H

Habecheburne *monaſterium* 527
Hargsheim 605
Harſtal 586
Harvvesheim 887
Haſeloch 752
Hattenheim 460, 701
Hauſen 357, 832
Haydenheim 181
Hechedesheim, *Hexheim*, 523, 590, 657, 743
Heddersheim 750
Heidelsheim 173
Heidenbach *maior*, *Groſs Heibach*, 910
Heideresheim 750, 925
Heiligenmarcha 578
Heiligenſtad 9, 12
Heluenſtatt, *Elvvenſtatt*, 752
Hemſpach 159
Hendſchuchsheim 140
Heoſtedin, Hochſtedin, Hoſteden, Hoſten, Oſten, *Höchſt*, 22, 171, 471, 536, 738, 739, 741, 750
Hexſtatt 471
Heydersheim 543
Heymbach 273, 275
Hiluersheim, *Hilbersheim*, 687, 688, 689
ſuperior 688
Himmelau *monaſterium* 817
Hochdorf 330
Hocheim 120, 166, 168, 171, 464, 471
Hofheim 471, 543
Hohdorf 523
Hohungun 586
Houernheim 687
Hurſten 465
Huſun, *Huſen* 528, 586, 710

I

Iechtershauſen, *monaſterium* 490
Igſtatt 471
S. Ioannis monaſterium 821

K

Kemden 161
Ketercho, *Kitterich*, 460, 586, 587
Kirchberg 471
Kloppenheim 166, 471

L

Laneck 161
Langenhane 471
Lanſtein, *Lonſtein* 157, 161
Larheim 738
Lanſtrud 906
Leheim 753, 925
Liederbach 281, 471, 537
Longenſtein 706
Lonsheim 477, 925
Loricha, *Lorch*, 655, 750
Lövvenſtein 181
Lubenheim, *Laubenheim*, 590, 604

M

Maldubia 38
Marbach 181
Margsheim 471
Marienſchloſs *monaſterium* 435
Maſſenheim 471, 832
Meckmühl 181
Medenbach 741
Melbach 553
Mellere 578
Merchesleba 578, 586
Mergesheim 749
Merholz *monaſterium* 817
Merlenbach 865
Mersfelden 925
Merxheim 805, 810
Mimechuſen 554
Mogſtad, *Moxſtad*, 354, 894, 906
Monchehuſen 544
Mons *Angelorum* 910
S. Ruperti cœnobium 113, 756
Mosbach 166, 471
Moſſebach, *Muſcebach*, 531
Mulenheim 488
Mumenheim 579, 695, 696, 697, 750, 754
Munra, *Monra*, 489, 490
Munsheim 897
Münſter 522, 538, 539
Münſterliederbach 471, 519, 543

N

Nackheim 481, 538, 568, 872
Naſina, *Naſſau*, 735
Nerſtein 872
Neſene, *Neeſen*, 754, 925
Neuhuſen *Collegialis* 108

INDEX III

Vrbium, vicorum, villarum, monaſteriorum.

Neuſtatt 310
Nezebach 738
S. Nicomedis monaſterium 804, 819
Nidertamena 544
Nidererlenbach 471
Niderneſen 738
Nithe 412, 471, 655, 656, 661
Nordeega 739
Nordenſtatt 471, 532
Norderualla 739
Nordolfesheim 579
Zur Noth Gottes *monaſterium* 864
Noua cella *Carthuſia* 837
Nuroth 471

O

Oberavv 766
Obererlenbach 471
Oberheymbach 330
Oberndorf 763
Oberngrunbach 303
Oberurſel 471
Ocarben 471
Ockenheim 661, 767
Odernheim 657, 872
Olmena, *Vlmen*, 161, 693
Olmena inferior, *Niderulmen* 275, 276, 277
Oberulmen 537
Oſſencheim, *Oſſenheim*, 651
Oeſtrich 600, 832
Oſthoven 569, 659, 662, 664
Otterbach 330
Ovenbach, *Offenbach*, 498

P

Partenheim 872
Peternavv 181
Petervveil 471
Pfaffenſchvvabenheim 330
Pfortzheim 181
Pinguia, Bingium, *Eingen*, 113, 589, 756
Porcetenſe monaſterium 529
Praumheim 471

R

Raunheim 809
Zum *Retgen*, ædes facta 167, 171
Rethers *monaſterium* 367
Ridhuſen 753
Rimuothuſun 740
Rockenbach 658
Rockenburg *monaſterium* 452
Rockenburg *villa* 553
Rode 741
Rodenavve 926
Rodenkirch, *rubra eccleſia*, monaſterium 535, 536
Roſpach 925
Roth 805
Rüdesheim 403
Rudolfeshuſin 584
Rüſſelsheim 171
Rutenhei, *Rutenheim*, 754

S

Salemannesbrunnen 586
Salza 480
Sarmsheim 538, 539
Sarmudesheim 749, 758, 763, 925
Saſſenhuſun 740
Scarpinſtein, *Scharpfenſtein*, 600
Schauenburg 139, 140
Schirſtein 166, 471
Schmerlenbach *cœnobium* 759
Schonreſtedt 474, 490, 493
Schornsheim 809
Schvvalbach 471
Schveinheim, *Schvvanheim*, 741, 805, 814
Seckenheim 174, 177
Selbach 471
Seleuort, *Seilfurt*, 754, 758, 767, 926
Selz *monaſterium* 531
Slüthere, *Schlüchtern*, 646
Sodela 668
Sodenle 591
Solzenbach 544
Souelnheim 687, 688
inferior, *Niderſaulheim*, 688
Souernehem, *Sobernheim*, 581
Sozzenheim 655
Spiesheim 872
Stadecken 561, 661, 710
Starckenburg 156
Stenreshuſen 759
Sternfelt 330
Steinheim 460, 740, 748, 760
Stockſtatt 754
Strazheim 749, 754, 758, 761, 925
Strumburc, *Stromberg* 738
Suleburg 281
Sulgeloch 925
Sulvving 471
Sulzbach 471

T

Tetenheim 755
S. Theobaldi caſtellum 180
Thielleichi 516, 517, 544
Thurincken, *Dornigheim*, 804
Tozesheim, *Dozenheim*, 714
Triburia, *Trebur*, 750, 751, 754, 768

V

Vallis *S. Georgii*, Georgenthal, *monaſt.* 807
S. Petri 832, 833, 834
S. Petri monaſterium 529
Vdenheim 925
Vdenhuſen 739
Vellen 697, 701
Vetus caſtrum, *Altenburg*, 765
Vilbel 471
Vndenheim 532, 579, 745, 751, 762
Vrefo 646
Vrenlebo 578
Vſſenkein 874
Vterburc, *Otterburg*, monaſterium 597

W

Waldböckelheim 170
Walesdorf, *Walsdorf*, monasterium 765
Walla 471
Walstad 281
Waltaffe, *Wallof*, 166, 460, 832
Wedelesassen 742
Weiderstatt 872
Weilbach 832, 929
Wellingen 181
Werneswic 740
Werpach 293
Wersau 180
Werstat 749
Wicker 166, 471, 533, 832
Wigstadt 995
Wimare 740, 757
Wincella, *Winckel*, 57, 60, 592, 594, 595, 598, 655
Windesheim 161
Wineck 541
Winternheim 602
Wisbaden 169, 514, 602
Wissenaue 604, 919
Wolmar 544, 554
Wüstenedersheim 489

Z

Zagelbach, *Zahlbach*, 524, 568
Zarneheim, *Zornheim*, 754, 872, 925

INDEX IV

Pontificum, Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum &c.
Imperatorum, Ducum, Principum, Comitum, Dominorum, Nobiliumque,

quorum
vel *litteræ*, vel *nomina*, vel *res*
in præcedentibus opusculis ac dissertationibus
e tabulis ac litteris mscr.
adducuntur.

Notes autem, hic prætermissos esse,
de quibus
in Elencho *Prælatorum & Canonicorum Moguntinensium* pleniori
speciatim agitur.

a)

Sedis Romanæ Pontificum,

quorum *Bullæ* afferuntur ac *Breuia*,

Lucius III (1184) 754
Cælestinus III (1194) 488
Gregorius IX (1233) 760 (1235) 698
Alexander IV (1257) 850
Vrbanus VI (1383) 890
Martinus V (1422) 776
Pius II (1464) 195
Iulius II (1504) 575
Pius IV (1563) 292

b)

S. R. E. Cardinalium,

1)

eorumque Legatorum a latere,

Fr. Hugo tit. *S. Sabinæ* Presbyter Cardinalis (1251) 866
Raymundus Presbyter Cardinalis Gurcensis (1501) 574
Bernardinus tit. *S. Crucis in Ierusalem* Cardinalis (1508) 840
Thomas de *Vio* Caietanus (1519) 840
Laurentius Campegius (1530) 840
Ioannes Cardinalis Moronus (1576) 493

2)

quorum litteræ insperſæ,

Rodericus *Portuensis*
Oliuerius *Sabinensis*
Iulianus *Ostiensis*
Marcus *Prænestinus*
} *Episcopi* (1484) 847

Stephanus tit. *S. Mariæ* trans Tiberim
Hieronymus tit. *S. Chrysogoni*
Ioannes Michael tit. *S. Marcelli*
Petrus tit. *S. Nicolai* inter imagines
} *Presbyteri* (1484) 847

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Personarum illustrium.

Franciscus *S. Eustachii* } *Diaconi* (1484) 847
Raphael *S. Georgii* ad velum aureum }

3)

Testium in Bullis Pontificiis, litterisque aliis,

Gregorius S. R. E. Cardinalis (1139) 585
Thidevvinus *S. Rufinæ* Episcopus (1147) 587
Conradus *Sabinensis* }
Theodinus *Portuensis & S. Rufinæ* }
Henricus *Albanensis* } *Episcopi* (1184) 755
Theobaldus *Hostiensis & Velletrensis* }
Ioannes tit. *S. Marci* }
Laborans tit. *S. Mariæ* trans Tiberim }
Hubertus tit. *S. Laurentii* in Damaso } *Presbyteri* (1184) 755
Pandulfus tit. *basilicæ XII Apostol.* }
Ardicio *S. Theodori* }
Gratianus *SS. Cosmæ & Damiani* } *Diaconi*
Sofredus *S. Mariæ* in via lata } (1184) 756
Albinus *S. Mariæ nouæ* }

Notes, hoc etiam ordine in Chronico Santalbanensi *l. d. locandos esse.*

Guilielmus *Ostiensis* }
Philippus *Portuensis* } *Episcopi* (1475) 868
Angelus *Prænestinus* }
Oliuerius tit. *S. Eusebii* }
Stephanus tit. *S. Hadriani* }
Husias tit. *S. Vitalis* } *Presbyteri* (1475) 868, 869
Ioannes Baptista tit. *S. Cæciliæ* }
Philippus tit. *SS. Petri & Marcellini* }
Franciscus *S. Mariæ nouæ* }
Ioannes Michael *S. Angeli* } *Diaconi* (1475) 869

4)

Moguntiæ Collegio maiori Præpositorum,

Ioannes Columna tit. *S. Angeli* (1322) 279
Philippus *de* Alenconio tit. *S. Mariæ* trans Tiberim (1391) 283
Theodorus Palæologus *S. Laurentii* (1464) 288
Ioannes Iacobus Sclafenatus tit. *D. Stephani* in monte Cælio (1483) 288

c)

Legatorum, Nuntiorumque Pontificiorum,

Thomas *de* Ammanatis, *Electus Niconiensis* (1377) 490
Ioannes Werner *de* Flassland (1461) 145
Honufrius *Episcopus Tricaricensis* }
Petrus Ferrici } (1464) 193
Aurelius *Episcopus Vigilianus* (1611) 854

d)

Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum &c.

1)

Archiepiscoporum

Sedis		
Treuirensis	Theodericus II	(1214) 536
	Balduinus	(1332) 734
	Ioannes	(1495) 678
Colonienſis	Anno II	(1064) 804
	Fridericus III	(1102) 806
	Sifridus	(1275) 274
	Henricus II	(1331) 732
	Rupertus	(1463) 190
	Hermannus IV	(1506) 629
Magdeburgensis	Güntherus	(1403) 886
Hamburgensis	Adalbertus	(1064) 804

2)

Episcoporum,

secundum ordinem alphabeticum,

Ecclesiæ		
Argentoratensis	Rudolfus	(1173) 590
	Albertus	(1478) 790
Basileensis	Ludewicus	(1173) 590
	Petrus	(1291) 275
Danorum	Staggo	(circa an. 990) 514
Frisingensis	Emicho	(1299) 410
Metensis	Georgius	(1462) 176, 177
Ratisbonensis	Sifridus	(1227) 760 (1232) 532
Spirensis	Bruno	(1124) 464
	Otho III	(1196) 470
	Rabanus	(1419) 920
Wirzburgensis	Henricus	(997) 515
	Gebehardus	(1160) 646
	Iringus	(1257) 544
Wormatiensis	Conradus II	(1173) 590
	Lupoldus	(1214) 536
	Simon	(1350) 898

3)

Abbatum,

Cœnobii		
Fuldensis	Reinhardus	(1461) 162
Laurishamensis	Sigehardus	(1173) 599
Cistercii	Ioannes	(1281) 603

e) *Reueren-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX IV

Perſonarum illuſtrium.

e)

Reuerendiſſimorum Suffraganeorum,

ſiue

Pontificii muneris in partibus Rheni, Diœceſis Moguntinæ, Vicariorum,

Humbertus,
Archiepiſcopi Haiſtulfi *Chorepiſcopus*, p. 904
Reginbaldus,
Archiepiſcopi Otgari *Suffraganeus*, 421
Abellinus,
Archiepiſcopi Bardonis *Suffraganeus*, 421
Siuardus,
Epiſcopus Deblaſenſis, 421
Henricus,
Archiepiſcopi Arnoldi *Vicarius*, 421
Helmbertus,
Epiſcopus Havelbergenſis, 421
Theodericus,
Epiſcopus Vironenſis, 422
Chriſtianus,
Epiſcopus Liconienſis, 422
Ioannes,
Epiſcopus Hettouienſis, 422
Chriſtianus,
Epiſcopus Sambienſis, 422
Widekinus,
Miſſenſis Epiſcopus, 423
Petrus,
Sudenſis Epiſcopus, 424
Incolerius,
Epiſcopus Buduenſis, 425
Iacobus,
Epiſcopus Panadenſis, 425
Dithmarus,
Epiſcopus Gabulenſis, 426
Albertus,
Ibunenſis Epiſcopus, 427
Rudolfus,
Epiſcopus Salonienſis, 427
Albertus *de* Beichlingen,
Epiſcopus Ippuſenſis, 828, 905
Ioannes,
Epiſcopus Scopienſis, 428
Conradus,
Epiſcopus Bundizenſis, 428
Iacobus,
Epiſcopus Lauacenſis, 429
Ioannes *von* Kaiſerſtul, 430
Hermannus,
Epiſcopus Scopienſis, p. 430
Fridericus,
Epiſcopus Tullenſis, 430
Ioannes,
Epiſcopus Sleſuicenſis, 430
Conradus,
Epiſcopus Chriſtinopolitanus, 432
(Ioannes)
Epiſcopus Samaritanenſis, 907
Gerhardus,
Epiſcopus Chriſtinopolitanus, 432
Nicolaus,
Epiſcopus Geſtopolitanus, 433
Ioannes *de* Reifferſcheid,
Epiſcopus Cyrenenſis, 433
Sifridus *de* Moguntia,
Epiſcopus Cyrenenſis,
primum 433
ſecundum 435
Henricus Hoefgarten,
Roſſenſis Epiſcopus, 434, 909
Dionyſius,
Epiſcopus Cyrenenſis, 437
Matthias Emich,
Epiſcopus Cyrenenſis, 437
Bertholdus,
Epiſcopus Panadenſis, 437
Henricus,
Epiſcopus Vicecomponenſis, 438
Erhardus *de* Redvviz,
Epiſcopus Vicecomponenſis, 439
Thomas Ruſcher,
Epiſcopus Vicecomponenſis, 440
Ioannes Monaſterii,
Epiſcopus Vicecomponenſis, 440
Michael Helding,
Epiſcopus Sidonienſis, 443
Georgius Neuman,
Epiſcopus Sidonienſis, 445
Balthaſar Waneman,
Epiſcopus Myſienſis, 445

INDEX IV

Perſonarum illuſtrium.

Leonhardus Zittardus,
Epiſcopus Myſienſis, 446

Stephanus Weberus,
Epiſcopus Myſienſis, 446

Ambroſius Saibæus,
Epiſcopus Myſienſis, 449

Woltherus Henricus *de* Strevesdorf,
Epiſcopus Aſcalonenſis, 450

Petrus *de* Walenburg,
Epiſcopus Myſienſis, 451

Adolfus Godefridus Voluſius,
Epiſcopus Diocletiopolitanus, 452

Matthias Starck,
Epiſcopus Coronenſis, 452

Edmundus *de* Iungenfeld,
Epiſcopus Mallenſis, 453

f)

Imperatorum, Ducum, Principum &c.

1)

Imperatorum,

quorum ad verbum adducuntur tabulæ,

Otho I (958) 735
Otho III (992) 531 (996) 515 (997) 515, 578
Henricus II (1008) 516, 517
Henricus IV (1064) 804
Fridericus I (1173) 598
Fridericus II (1214) 535
Ludouicus IV (1331) 734 (1332) 606, 734
Carolus IV (1354) 608 (1363) 770
Maximilianus I (1496) 681

2)

Ducum, Principum &c.

Comitum Palatinorum Rheni,

Hermannus (1143) 586 (1147) 466
Conradus (1173) 590 (1189) 694

Comitum Palatinorum Rheni, Ducum Bauariæ,

Domus Electoralis p. Philippus (1495) 628
f. Philippus (1489) 790
f. Henricus (1499) 790
Simmerenſis p. Stephanus (1440) 901
f. Fridericus (1440) 901
Rupertus (14..) 671
Fridericus (14..) 671
Richardus (1559) 623
Bipontinæ Ludouicus *Niger* (1461) 164 (1462) 182 (1463) 190
Mosbacenſis Albertus (14..8) 790

Conf. huc Syllabum pleniorem *ſectione* 6 *p.* 385, 386.

Marcgrau. Brandenburg.

Ioannes Albertus (1533) 623

Conf. huc Syllabum pleniorem *ſectione* 6 *p.* 344.

Geldriæ & Iuliaci Ducum,

Arnoldus (1448) 485

Landgrauiorum Thuringiæ,

p. Ludouicus (1171) 521
f. Fridericus (1171) 521
p. Abertus (1277) 422
f. Henricus (1277) ibid.
f. Fridericus (1277) ibid.
f. Theodericus (1277) ibid.

Landgrau. Haſſiæ,

Henricus (1463) 193
Fridericus (1657) 624

Conf. huc Syllabum pleniorem *ſectione* 6 *p.* 367.

Marcgrau. Badenſ.

Carolus (1463) 190, 191

Conf. huc Syllabum pleniorem *ſectione* 6 *p.* 339.

g)

Aulæ Imperialis Cancellariorum,

ſiue

Vicecancellariorum Imperii,

Luidulfus *Othonis I* (958) 735
Hildebaldus Epiſcop. *Othonis III* (996) 515 (997) 517, 578
Eberhardus Epiſcop. *Henrici II* (1008) 517, 518
Fridericus *Henrici IV* (1064) 804
Godefridus *Friderici I* (1173) 590
Cunradus Epiſcopus *Friderici II* (1214) 536
Sifridus Epiſcopus (1232) 532

h) *Comi-*

INDEX IV
Personarum illustrium.
g)
Comitum,

A

de *Ameneburg* Godefridus (1147) 587
ab *Arenberg* Carolus (1612) 672
de *Arnsburg* Cuno (†iam 1093) 739
*Gertrudis (†iam 1093) 739

B

de *Battenberg* Gerhardus (1306) 894
de *Beichingen* Regenbodo (1175) 522
de *Berebach* (Berbach) Gerhardus (1122) 744 (1139) 465 (1143) 586
Henricus (1143) 568
de *Bilstein* Eberhardus (1093) 739
*Mathildis (1093) 739
de *Bucheck* Bertholdus (1323) 483

D

de *Dagsburg* Hugo (1173) 590
de *Dietz* Embricho (1114) 579
p. Gerhardus (1225) 530
(1241) 534
f. *Mechtildis (1290) 541

E

de *Eberstein* Adelbertus (1171) 521
Fridericus (1236) 699
(1238) 688 (1239) 488
Ioannes (1461) 159

G

de *Glizberg* Wilhelmus (1139) 585
(1158) 588

H

de *Hanau* Philippus (1464) 498
de *Helfenstein* Ioannes (1440) 901
de *Henneberg* Otho (1173) 590
Henricus (1461) 162
de *Hoenstein* Ernestus (1461) 162

I

de *Isenburg* Gerlacus (1130) 581
(1139) 585
Salentinus *iunior* (1461) 162
de *Isenburg Büdingen* Ioannes (1482) 196

K

de *Katzenelnbogen* Henricus (1130) 581, 582
(1143) 586
Dietherus (1225) 530
Ioannes (1332) 606
Wilhelmus (1332) 606
Philippus (1461) 159
de *Kereberc* (Kirberg) Vid. *Wildgrauii*
de *Keverenberg* Sizzo (1143) 807
Güntherus (1197) 652
Henricus (1197) 652

L

de *Leiningen* Emicho (1143) 586
(1168) 754
Embricho (1173) 590
Fridericus (1214) 536
Godefridus (1332) 606
Fridericus (1332) 606
Emicho (1461) 159
Hesso *Landgrauius* (1460) 140
de *Lengenberg* Egbertus (1139) 585
de *Lindenfels* Bertolfus (1130) 581, 582
de *Lurenburg* Rupertus (1130) 581, 582
(1135) 584 (1139) 585
Arnoldus (1130) 581, 582
(1135) 584

M

de *Moerle* Sifridus (1159) 520

N

de *Nassau* lineæ *Walram.* Rupertus (1173) 590
Walramus (1196) 526
Adolfus (1283) 913
Gerlacus (1332) 606
(1345) 301
Adolfus (1461) 155, 162
(1463) 190
de *Nassau* Sarbrücken lineæ *Otton.* Ioannes (1461) 162
Philippus (1461) 162
Henricus (1332) 606
Emicho (1332) 606
Beilstein Ioannes (1453) 288
de *Neckerovve* (Neckerau) Werinherus (1090) 738
de *Nithe* Bertholdus (1159) 520
de *Nuringes* Sifridus (1130) 581
(1135) 584
Bertholfus (1139) 465
Gerhardus (1143) 586
(1158) 588 (1159) 520
(1160) 646, 647

R

Raugravii Emicho (1189) 694
Rupertus (1214) 536
(1227) 760
Gerhardus (1214) 536
Georgius (1332) 606
Henricus (1332) 606
de *Rieneck* Gerhardus (1213) 758
Thomas (1415) 498
Philippus (1482) 196
Rhingravii Embricho (1143) 586 (1147) 466 (1171) 648, 649
fratres Embricho (1219) 688 (1227) 760 (1232) 532
Wernherus (1227) 760
de *Richenbach* (Reichenbach) Poppo (1139) 465

S

de *Sarbrücken* Bruno (1124) 464
Fridericus (1124) 464
Simon (1132) 585

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX IV
Personarum illustrium.

Adelbertus (1132) 487
Simon (1214) 536
de *Schönborn* Fridericus Carolus 792, 798
de *Schwvartz-burg* Güntherus (1402) 886
Henricus (1465) 492
de *Seine* (Sain) *fratres* Henricus (1147) 587
Eberhardus (1147) 587
de *Sponheim* Godefridus (1173) 590
Simon (1189) 694
Ioannes (1332) 606
p. Simon (1332) 606
f. Walramus (1332) 606
de *Stolberg* Wolfgangus (1529) 675
Henricus (1538) 493
Christophorus (1556) 493
Ludouicus (1565) 367
de *Strumburc* (Stromberg) *p.* Bertholfus (1090) 738
f. Bertholfus (1090) 738
de *Sulz* Aluicus (1461) 162
(1462) 182

T

de *Tübingen* Georgius (1461) 160

V

de *Veldentz* Gerlacus (1171) 649
Georgius (1332) 606
de *Virnenburg* Ioannes (1354) 620
Wilhelmus (1461) 162
* Elisabetha (13..) 338

W

de *Waldeck* Otho (1294) 366
Otho (1461) 162
de *Wertheim* Wolframus (1143) 586
Thiderus (1147) 587
Wilhelmus (†1489) 790
de *Werthinberg* (Werdenberg) Hartmannus (1194) 695, 696
Wildgravii Gerhardus (1189) 694
(1190) 524
Cunradus (1214) 536
Gerhardus (1238) 689
Simon (1258) 709
Fridericus (1332) 606
Wild- & *Rhin-gravii* Ioannes (1332) 606
Gerhardus (1461) 162
de *Wirtenberg* Vlricus (1332) 606
Vlricus (1461) 165, 177
de *Witgenstein* Sifridus (1190) 524
(1197) 652
de *Wittelspach* Otho (1183) 468
(1189) 694

Z

de *Ziegenhain* Ludouicus (1204) 697
(1225) 530
Burchardus (1227) 673
(1234) 668
p. Engelbertus (1294) 342
f. Ludouicus (1294) 342

i)

Dominorum, vt olim vocabantur,
quorum interea familiæ
partim interierunt,
partim in altiorem dignitatis gradum euectæ,
Comitum titulo hodie gaudent.

de *Bickenbach* Conradus (1130) 581
Conradus (1280) 541
(129.) 541
Philippus (†iam 1330) 399
p. Otho (1299) 342
(1330) 399
f. Vlricus (1330) 399
Godefridus (1330) 399
Conradus (1349) 280
Conradus (†1465) 796
de *Bolandia* Wernherus (116.) 667
(1171) 521 (1173) 590
(1189) 694
Wernherus (1210) 527
(1211) 654 (1214) 536
(1220) 595-599
(1245) 490
Henricus (1244) 549
(1283) 540
Philippus (1270) 674
(†iam 1279) 660
Wernherus (1296) 542
Philippus (1296) 542
de *Buche* Bucho, Buchun Dammo (1122) 580
Sigebodo (1130) 581
Arnoldus (1147) 587
Gerlacus (1147) 587
(1168) 753
Hugoldus (1171) 648
de *Büdingen* Gerlacus (1139) 585
Hartmannus (1168) 754
(1189) 469, 694 (1190) 524 (1195) 483
de *Dune* (Daun) Wirichius (1461) 162
(1463) 190
de *Egmond* Wilhelmus *Baro* (1448) 485
de *Eppenstein* *p.* Godefridus (1189) 694
f. Godefridus (1210) 527
(1211) 654 (1220) 597
fratres Gerhardus (1290) 489
Sifridus (1280) 541
Godefridus (1339) 544
Eberhardus (1363) 544
Godefridus (1412) 544
Godefridus (1437) 544
Godefridus (1506) 544
Eberhardus (1463) 190
de *Erpach* Eberhardus *Pincerna* (1330) 399
Conradus *Pincerna* (1349) 280 (1355) 356

Eber-

Perſonarum illuſtrium.

Eberhardus *Pincerna* (1392) 562
de *Falckenſtein* fratres: Hunfridus (1147) 587, (1173) 590; Henricus (1147) 587
p. Philippus I (1270) 674
f. Philippus (1270) 674 (1275) 660 (1290) 541
f. Wernherus (1270) 674, (1275) 660 (1290) 541
Cuno (1290) 541
Philippus *iunior* (1332) 606, (1346) 661
Cuno (1332) 606
Ioannes (1363) 770
* Guda *Philippi I* fil. (1280) 541
Iſengardis *Wernheri* fil. (1280) 541
de *Feltzberg* (Velisberg) Henricus (1090) 738
Meginfridus (1090) 738
de *Hanau* Vlricus (1332) 606
Crato (1351) 489
de *Hohenfels* *p.* Philippus (1264) 372, (1278) 481
f. Philippus (1264) 372, (1277) 765
f. Theodericus (1264) 372
f. Philippus (1277) 765
f. Tilmannus (1277) 765
f. Ioannes (1277) 765
de *Hohenlohe* Crato (1332) 606
Godefridus (1332) 606
Ludouicus (1332) 606
de *Kelberovva* (Kelberau) Gerhardus (1171) 648
Fridericus (1225) 530, (1227) 760 (1228) 388
de *Merenberg* Hartradus (1168) 753
Hartradus *ſen.* (1210) 327, (1225) 530
de *Münzenberg* Vlricus *ſenior* (12..) 396
de *Rodemachern* Gerhardus (14..) 844
Eberhardus (1461) 162
de *Scharffelt* Burcardus (12..) 394
de *Sombref* Fridericus (1461) 162
de *Trimperg* Conradus (1349) 280
de *Weinſperg* Engelhartus (1270) 674
Engelhartus (1270) 674
de *Weſterburg* Reinhardus (1427) 895

k)

Nobilium genere inſignium,

1) illorum,

quorum familiæ *L. Baronum* vtuntur titulo.

de *Billehe* Erneſtus *Baro* (1651) 499
ab *Elz* Philippus Antonius *Dominus* 798
in *Ötingen*
de *Hohenfeld* Damian. Ludouicus *Baro* 798
ab *Ingelheim* Antonius Theodericus Carolus *L. B.* 798
zum *Jungen* Ioannes Hieronymus *L. B.* (1711) 873
Ioan. Maximilianus *L. B.* (1711) 873
zum *Jungen* Hieronymus Maximilianus *L. B.* (1711) 873
de *Ritter* in *Grünſtein* Henricus Salentinus *L. B.* 798
Roiſt de *Wers* Ioannes Iacobus Wilhelmus *L. B.* 798
de *Sickingen* Caſimirus Antonius *L. B.* 798
de *Waldenburg* dictus *Schenckern* Damianus Ehremundus *L. B.* 798

2) ceterorum,

quorum familiæ partim interierunt, partim etiamnum florent, nonnullæ etiam *Comitum* ac *L. Baronum* honoribus interea auctæ ſunt, tituloque.

A

de *Adelveſen* Conradus (1415) 569
de *Albich* Hartmannus (1438) 812
de *Aldendorf* Crato (1548) 623
de *Alzeia* (Altzey) Volcmarus (1220) 598
Rudolfus (1220) 598
de *Anglach* Dietericus (1461) 162
de *Appenheim* Conradus (1232) 533
de *Arendale* Ioannes (1448) 485
de *Aſſenheim* Wigandus (1392) 562
Chriſtmannus (1461) 160

B

de *Badenheim* Henricus (1122) 744, (1135) 747
de *Bebinberg* (Bebenburg) Adrianus (1461) 162
Engelhardus (1461) 162
de *Beldersheim* *ſ.* Bellersheim Wernherus (1319) 924
Ioannes (1319) 924
Eberhardus (1319) 924
Conradus (†1420) 785
Ioannes (1441) 837
Conradus (1461) 162
Erwinus (1461) 162
de *Bergen* *p.* Conradus (1223) 656
f. Conradus (1223) 656
f. Gerhardus (1223) 656
f. Ortwinus (1223) 556
p. Marquardus
f. Wernherus
f. Marquardus
f. Waltherus (1223) 656
f. Gerhardus
f. Godefridus
f. Hermannus
f. Helfericus
Philippus (1461) 162
Ioannes (1461) 162
de *Berlichingen* Engelhardus (1461) 160

INDEX IV

Personarum illustrium.

de *Bessebach* Conradus (1330) 399
Beyer de *Boppard* Hermannus (1133) 583
Conradus (1298) 767
Nicolaus (1461) 162
de *Beymelburg* Burchardus (1461) 162
de *Bibelnheim* Henricus (1438) 812
de *Biedenfeld* Hartmannus (1461) 160
Sifridus (1465 & seq) 795
de *Bistein* Ioannes (1419) 928
de *Birgstadt* Franco (1102) 805
Hubertus (1102) 805
Hermannus (1168) 753
Marquardus (1168) 753, 754
de *Birkelar* Wortwinus (1223) 656
de *Bischofsvveiler* Valentinus (1461) 162
de *Bleinich* Conradus (1288) 554
de *Bleychenbach* Henricus (1277) 894
Bertramus (1277) 894
de *Blidenstatt* Theodericus (1239) 533
de *Bonamesen* Henricus (1223) 656
de *Bracfelde* Brunwardus (1330) 399
de *Broichusen* Ioannes (1448) 485
Brumser Simon *dictus* (1349) 280
de *Brunigsheim* Erwinus (1270) 674
Marquardus (129.) 568
de *Buchen* Marquardus (1223) 656
in *Buneda* Ortliebus (1232) 533
de *Burscheit* Ioannes (1461) 162
de *Buseck* Waltherus (1236) 549

C

de *Calsmund* Philippus (1333) 568
Camerarius Ioannes († iam 1374) 835
de *Wormatia*
de *Cleburg* Gerlacus (1461) 160
de *Cleen* Wintherus (1223) 529
de *Clingen* Henricus (1220) 599
de *Cronberg* Otho (1255) 658
Waltherus (1255) 658
Hartmudus (1255) 658
Petrus (1255) 658
Vlricus (1365) 620
Waltherus (1394) 498
Franco (1394) 498
Philippus (1461) 160
Hartmannus (1461) 160
Iacobus (1461) 160
* Guda (1255) 658

D

von *der Dambach* dictus *Kesseler* Hanno (1420) 351
de *Dehren* Ioannes (1500) 357
Sifridus (1500) 355
Philippus (1490) 794
Delckener de *Constantia* Rudolfus 301
de *Dernbach* Erwinus (1319) 924
Ioannes (1319) 924
de *Dienheim* Wigandus (1480) 563
de *Dirmstein* Hermannus (1313) 768
Anselmus (1410) 811
de *Dorfelden* Reinhardus (1168) 754
Ioannes (1319) 924
de *Druckenbach* Karlin (1461) 162

E

Echter Hamannus (1408) 356
Conradus (1461) 160
de *Eggestatt* Burchardus (1139) 585
ab *Eichstadt* Ioannes Ernestus (1612) 857
de *Elesassun* Adelbracht (1122) 744
de *Elscerhusen* (Elckerhausen) Crato (1419) 928
de *Engelstadt* Iacobus (1319) 924
Ioannes (1473) 794
Emericus (1473) 794
de *Enschringen* Ludolfus (1495) 686
de *Erenberg* p. Eberhardus (1268) 659
f. Conradus (1268) 659
de *Eschborn* (Aschenborn) Hartmudus (1220) 597
(1223) 529
de *Eschelberchen* R. (1236) 533
de *Eselvveck* Henricus (1289) 616
Wilhelmus (1289) 616
de *Esscebruccun* Adelbracht (1122) 744
de *Etichenstein* (Itstein) Vdalricus (1102) 805
Conradus (1102) 805

F

Faulhaber Siboldus (1482) 196
Faust de *Stromberg* Henricus (1342) 547
Finck Eberhardus, dictus *Strumpel* (1352) 549
Flach de *Schvvartzenberg* Ioannes (1500) 357
Flemming Hartmannus (1319) 924
de *Foro* Wolfwinus (1232) 532
Forstmeister Dietherus (1473) 792
de *Gelnhausen* Dietherus (1497 & seq.) 792
Freund de *Nerstein* Petrus *dictus* (1341) 702
de *Heusenstamm* Hartmannus (1269) 679
Eberhardus (1269) 679
Martinus (1548) 679

G

Ganns Herbordus (1330) 399
de *Geisbodesheim* (Geispizheim) Appo (1083) 737
Baldemarus (1141) 748
Petrus (1220) 599
de *Geisenheim* (Gisenheim) Embricho (1130) 582
(1147) 587
fr. Conradus (1142) 748
Mengotus (1142) 748
Luprandus (1232) 533
Ioannes (1232) 533
Geyling de *Altheim* Eberhardus (1461) 162
de *Girstein* Ioannes (147.) 363
Theodericus (147.) 363
de *Glymendal* Hepichen (1419) 394
de *Graenrode* Diethardus (1419) 924
de *Gragelsheim* Henricus *dictus* (1218) 507
de *Grasvveg* Antelmannus (1349) 280
de *Greiffenclaw* in *Velrats* Emicho (1121) 363, 592
Henricus (1211) 363, 592
Fridericus (1349) 280

de *Grum-*

INDEX IV

Personarum illustrium.

de *Grumbach* Marquardus (1160) 646
de *Grunenberg* Franco (1239) 535
Otho (1239) 535
Sigelo (1295) 554
de *Gudenberg* p. Eberhardus (1282) 872
f. Philippus (1298) 543
de *Gumeldingen* Anselmus (1122) 744
(1130) 581 (1133) 583
de *Gunfrod* Henricus (1392) 627
de *Guntheim* Ioannes (1419) 924

H

de *Hachenfels* Adelbero (1130) 582
de *Hagelstein* Godefridus (1239) 535
de *Hagenehuse* (Hohenhaus) Gerhardus (1135) 584
de *Hanenstein* (Hanstein) Henricus (13..) 367
de *Hartenberg* Henricus (137.) 331
de *Hartheim* Eberhardus (1392) 562
Wolfgangus (1564) 291
de *Hatzfeld* Henricus (1461) 162
Ioannes (1461) 162
de *Hechstatt* Heroldus (1122) 744
Burchardus (1130) 581
de *Hefflerich* Fridericus (1283) 912
de *Heidersdorf* Ioannes (1461) 160
de *Heidersheim* Hartmundus (1239) 535
de *Helfenstein* Dietericus (1461) 162
de *Heppenheim* Ioannes (1498) 796
Herter de *Herteneck* Wilhelmus (1461) 162
de *Hettendal* Theodericus (1194) 695
de *Heusenstein* Eccardus (1461) 160
Hilchin de *Lorch* Emericus (1438) 812
Philippus (1460) 162
Hartmannus (1460) 622
Fridericus (1477) 622
de *Hilversheim* Heluicus (1235) 477
de *Hirnheim* Georgius (1488) 792
de *Hirschorn* Ioannes (1374) 835
(1393) 370
Albertus (1393) 370
Eberhardus (1393) 370
Hirt de *Saulnheim* { Philippus (1341) 702 / Hermannus (1341) 702
Eberhardus (1419) 924
Philippus (1461) 160
de *Hohenburg* Gerlacus (1392) 562
de *Hohenriet* Conradus (1182) 889
de *Hohenstein* Ioannes (1500) 357
de *Hohenweissel* Ioannes (1419) 924
de *Honstein* Cunradus (1305) 768
de *Horn* Vlricus (1173) 590
de *Hosteten* Godefridus (1143) 586
ab *Hovel* Otho (1608) 857
de *Husen* (Hausen) p. Waltherus (116.) 667
(1171) 521, 649
(1173) 590
f. Fridericus (1171) 649
(1175) 522
Husmann de *Namedy* Ioannes Wilhelmus (1625) 499
de *Hutten* Ludouicus (1461) 160
ab *Hutten* Philippus Wilhelmus 798
in *Stoltzenberg* Franciscus Christophorus 798

I

de *Ingelheim* Billungus (1276) 871
fratres { Billungus (1315) 372 / Emercho (1315) 372 / Helfericus (1315) 372
Emericus (†1484) 785
Iring Hermannus *dictus* (1341) 702
de *Iude* Adelbertus (1135) 584
Helfricus (1297) 374
Conradus (1297) 374
Helfricus (140.) 773
Wilhelmus (140.) 773
zum *Iungen* Petermannus (1300) 767
(1311) 873
Petrus (1300) 767

K

Kaps de *Ostheven* Herbordus *dictus* (1351) 569
de *Katzenelnbogen* Diemo (1239) 533
von *der Kehre* Wilhelmus (1461) 160
Kepchin de *Saulnheim* Hermannus (1328) 710
Kesselhut Eberhardus *dictus* (1373) 901
Klüppel de *Elckershausen* Gilbertus (1480) 792
Kranch de *Kircheim* Theodericus (1319) 924
Krieg de *Altheim* Conradus (1400) 362
Krieg de *Geispizheim* Ioannes (1319) 942

L

Lamparther de *Greiffenstein* Hieronymus (1531) 641
de *Lapide* Eberhardus (1220) 597
p. Wernherus (1334) 329
* { Irmgardis (1334) 329 / f. { Hildegardis (1334) 329
Schofridus (1347) 769
Lauder Wilhelmus *dictus* (1310) 897
de *Lautern* Ioannes (1366) 874
de *Lewenstein* Emercho (1265) 378, 897
Wolframus (1265) 378, 897
* Iutta (1265) 378, 897
Conradus (1364) 620
de *Liebenstein* Iacobus (1538) 794
de *Lindau* Martinus (1461) 162
de *Lindenfels* Bertholfus (1130) 582
de *Lodenburg* Otho (1270) 554
Albertus (1270) 554
de *Lorch* Hugo (1220) 596, 597
Wigandus (1220) 597
Godelmannus (1347) 769
Bechtolfus (1359) 395

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX IV

Personarum illustrium.

Losse Hermannus (1348) 301
Lövv de *Steinfurt* Erwinus (1270) 674

M

Magnus (Gross) *fr.* Cunradus (1220) 473 (1227) 760 (1232) 532
Wienandus (1220) 473
de *Mannendahl* Cuno (1102) 805
de *Marpurg* Guntramus (1225) 544
Ludouicus (1225) 544
Wideroldus (1226) 553
de *Mauchenheim* Wilhelmus (1407) 773
de *Meckfisch* Gorro (1330) 399
Meisenbug Conradus (1223) 656
de *Meirr* Henricus (1448) 485
de *Meldingen* Berengerus *Dapifer* (1197) 652
de *Merlau* Ioannes (1406) 544
Eberhardus (1406) 544
Ioannes (1406) 544
de *Metzenhausen* Ioannes (1512) 794
de *Mimelingen* Sifridus (1377) 490
Henricus (1380) 490
Mönch (Münch) Ioannes (1461) 162
de *Montfort* Fridericus (1335) 546
Philippus (1335) 546
Cuno (1335) 546
de *Mörle* Wernherus (1347) 769
Muckelin *p.* Hermannus *dictus* (1310) 897
f. Philippus (1310) 897
Wilhelmus (1310) 897
Simon (1310) 897
de *Mumenheim* Cuno (1141) 748
de *Munxhorn* Emercho (1315) 372

N

de *Nackheim* Henricus (1419) 924
(1455) 794
de *Neuneck* Georgius (1489 796
de *Nordeck* Sifridus (1465) 792
de *Nuenburg* Manegoldus (1270) 554
de *Nuhenheim* (Naunheim) Burchardus (1122) 744

O

de *Ockenheim* Henricus (1211) 654
(1220) 596
de *Oetingen* Conradus (1461) 160
de *Olfa* Guntramus (1255) 658
de *Olmen* Otho (1290) 352
Henricus (13..) 393
de *Offenheim* Ioannes (1270) 694
de *Otschenbach* (Ötgenbach) Ernestus (1337) 489
de *Otterbach* Henricus (1461) 160

P

de *Partenheim* Berzo (1328) 710
Pfintzing Georgius (1471) 670
Vlricus (1499) 790
Melchior (1518) 791
(1528) 659
de *Praumheim* Heilmannus (1349) 280
Conradus (1419) 924
Ioannes (1419) 924

Q

de *Quirenbach* Cunradus (1182) 589

R

Raind Fridericus *dictus* (1253) 658
Raphael Reinholdus *dictus* (126.) 480
a *Ravensvvay* Arnoldus Isbrandus (1700) 501
de *Reiffenberg* *p.* Waltherus (1461) 160
f. Godefridus (1461) 160
Emericus (1478) 196
Ring de *Saulnheim* Herbordus (1342) 278
de *Rodenberg* Helfricus (1322) 560
de *Rodenhausen* Crato (1461) 160
Roist de *Wers* Maximilianus Philippus (1679) 672
de *Romrode* Caspar (1461) 162
de *Ronnenburg* Ioannes (1299) 503
de *Rostorf* Fridericus (1314) 561
de *Rüdenkeim* Henricus (1223) 529
(Rüdigkheim) Helfericus (1260) 274
de *Rüdesheim* Wernerus (1130) 582
Conradus (1171) 648
Meingot (1220) 596, 597
Henricus (1220) 596
p. Simon (1220) 595
f. Simon (1220) 595
(1245) 495
Conradus (1245) 495
Rudolfus (1420) 550
Rufus (Roth) Arnoldus (1168) 753, 754
(1171) 521 (1190) 524
p. Arnoldus (1213) 757
(1220) 596, 597
f. Eberhardus (1220) 596, 597
Rufus de *Salchbach* Wigandus (1220) 473
Rufsvvurm Diezo (1461) 160

S

de *Sarbrücken* Ioannes (1461) 162
de *Sachsenhausen* Rupertus (1223) 656
Hartmannus (1274) 507
fratres Rupertus (1285) 766
Ioannes (1285) 766
de *Sarmsheim* Dietwinus (1122) 744
de *Saulnheim* Arnoldus (1147) 587
(Sobbelnheim) Merbodo (1171) 649
(1183) 468
p. Bertholdus (1219) 688
f. Hartradus (1219) 688
Embricho (1220) 596
p. Henricus (13..) 393
f. Henricus (13..) 393
Gauer (1241) 276
de *Scharpfen-*

INDEX IV

Personarum illustrium.

de *Scharpfenstein* Egeno (1220) 597
Theodericus (1227) 760
Mengotus (1227) 760
Hertuicus (1227) 760
Wilhelmus (1304) 701
Nicolaus (1349) 280
Bruno (1372) 770
Otho (1389) 771
Henricus (1438) 812
de *Schaumburg* Wolfgangus († 1503) 785
Schenck de *Schweinsburg* Philippus († 1545) 796
Ioannes († 1531) 785
Schmützel de *Dirmstein* Iacobus (1435) 812
de *Schnerlberg* Godefridus (1330) 399
de *Schöneck* Philippus (12..) 396
de *Schönenberg* Bertholdus (1171) 648
de *Schönenburg* p. Conradus (1298) 543
f. Conradus (1298) 543
Arnoldus (1298) 543
Georgius (1298) 543
de *Schwabach* Eberwinus (1227) 760
de *Schwalbach* Volpertus (1482) 196
Swap Hartmannus (1360) 549
Fridericus (1364) 549, 620
Scheyn de *Selhoven* Otho *dictus* (1291) 275
Dietericus (1168) 753, 754
fr. Conradus (1182) 693
(1194) 696
Dietherus (1182) 693
(1194) 696
fratres Diedo (1209) 697 (1210) 527 (1194) 696
Emercho (1194) 696
Helfricus (1241) 534
de *Selbolt* Conradus (1419) 924
Conradus (1443) 793
de *Sinzig* Henricus 398
de *Slirbach* Godeboldus (1122) 744
de *Sottenbach* Henricus (1330) 399
de *Spanheim* Arnoldus (1220) 596
Vlricus (1220) 596
Wolfgangus (1342) 547
Specht de *Bubenheim* Gerhardus (1300) 568
Ioannes (1438) 812
Fridericus (1461) 161
Speth Henricus (1239) 533
Embrico (1239) 533
de *Spiegelberg* Conradus (1349) 280
von *der Spare* Fridericus (1460) 622
von *der Spohr* Henricus (1380) 555
de *Staden* Henricus (1189) 694
de *Staffel* Dietericus (1461) 162
Stange de *Scharpfenstein* Wilhelmus *dictus* (1275) 603
de *Steden* Gerlacus (1220) 599
de *Stege* Henricus (1561) 160
de *Stein* Eberhardus (1135) 746
Wolframus (116.) 667
Iacobus (1461) 162
Hugo (1461) 162
Stein zu *Reissenberg* Fridericus Popelin (1560) 401
de *Steinau* Nicolaus (1461) 162
de *Steinheim* Ezzo (1090) 738
Embrico (1141) 748
Merbodo (1241) 534
de *Sternberg* Bertholdus (1270) 554
Hermannus (1270) 554
de *Stockheim* Ioannes (1495) 795
Philippus (1510 & seq.) 795
Strauss de *Vlfersheim* Petrus (1419) 924
(1435) 795
de *Streipho* (Streiff) Bertholdus (1182) 889
Strumpel Baldungus (1363) 561
Henricus, dictus *Schilling* (1366) 561
Georgius, dictus *Schade* (1366) 561
Stumpf de *Dannenberg* Petrus (1330) 399
de *Sulzbach* Conradus (1270) 674
de *Sunnenberg* Vlbertus (1220) 566, 597

T

de *Talheim* C. (1270) 554
de *Tannenberg* Wernherus (1270) 444
de *Telckenheim* Godefridus (1223) 529
de *Tettenleben* Iob (1543) 794
de *Törenfelde* vid. *Dorfeld.*
de *Treueri* Gozoldus (1319) 403
de *Turri* Wilhelmus (1220) 596
Eberhardus (1227) 760
fratres Arnoldus (1255) 709
(1258) 327
Hermannus (1255) 709
(1258) 327

V

de *Vechenbach* Gorro (1330) 399
de *Velzberg* Wilchin (1461) 162
Vezer Eberhardus (1409) 356
de *Vilbel* p. Waltherus (1235) 357
f. Rudolfus (1235) 357
Waltherus (1235) 357
(1257) 895
Volpis (Fuchs) Embrico (1220) 597
de *Vrenkesvvin* Conradus (1220) 598
de *Vrspringen* Hermannus (1461) 160
de *Vssenheim* Rudolfus (1270) 554

W

de *Wachenheim* Merbodo (1347) 770
de *Waldeck* Dudo (1220) 595
Stephanus (1220) 597
(1227) 760 (1232) 533
Gerlacus (1239) 533
p. Conradus (1278) 275
f. Wilhelmus (1278) 275
Ioannes, *Mareschallus* de *Lorch* (1349) 280

de *Waldenſtein*	Ioannes	(1461)	162
de *Wallendorf*	Ioannes	(1461)	162
de *Walreſten* (Wallerſtein)	Conradus	(1130)	581
de *Wartenberg*	Ioannes	(1334)	330
de *Wede*	Conradus	(1330)	399
de *Wederſcelle*	Hertwicus	(1220)	596
de *Weſler*	Georgius	(1570)	794
de *Weingarten*	Henricus	(1461)	160
de *Werther*	Henricus	(1230)	553
de *Wickera*	H.	(1270)	554
Winter	Dielo *dictus*	(1349)	280
de *Winteraue*	Herdegenus	(1235)	477
	Embrico	(1235)	477
de *Winthove*	Wilhelmus	(1276)	871
de *Wirebach*	Godeboldus	(1220)	597
de *Wirzburg*	Wortwinus	(1223)	656
de *Wolfhagen*	Ioannes	(1400)	490
de *Wolfskeel*	Siboldus	(1347)	769
	Burcardus	(1419)	924
de *Wonsheim*	Ioannes Daniel	(†1721)	412

Z

de *Zagelbach*	Conradus	(1253)	658
Zorn	Nicolaus	(1461)	162

INDEX V

Rerum præcipuarum, maximeque memorabilium.

A

Academia Moguntina fundatur a *Diethero* 196

Acerra 103, 104

Adolfus, Comes Naſſouius, digniſſimus habitus, qui Diethero opponeretur 145, Archiepiſcopatu ſibi oblato, cum ſuis conſultat, *ibid.* eum ſuſcipere conſtituit, *ibid.* Diethero ſubſtituitur 145, 151 *& ſeq.* Papæ litteras Canonicis exhibet 155, recipitur, *ibid.* proclamatur, *ibid.* Cæſaris litteras Senatui exhibet 156, homagium excipit, *ibid.* conuentionem cum Diethero facit 159, diem a Palatino præſtitutum per ſuos Oppenhemii obit, *ibid.* præfecturam Böckelnheimenſem Ludouico Bipontino oppignerat 160, 161, caſtrum Laneck ſuos ad vſus a Capitulo obtinet 161, caſtrum Vlmen Bipontino defendendum committit, *ibid.* quamplures adſumit in auxiliarios 161, 162, Moguntinenſes etiam miſſis Legatis ſollicitat 165, Hocheim obſidet & incendit 168, Amelburg & alia loca obſidet 169, Rhingauienſibus ſuccurrit 172, de Moguntia ſubigenda cogitat, 181 *& ſeq.* hac de re cum Ludouico Bipontino conuentionem facit 182, Moguntiam venit 185, ciues, qui cum Diethero fecerant, vrbe expellit 186, quoſdam Ehrnfelſam in captiuitatem mittit, *ibid.* ciuitatem diripit 186 *& ſeq.* de pace denuo cum Diethero agit 190, inducias pangit, *ibid.* pacem cum eo, Henrici Haſſiæ Landgrauii opera, facit 191 *& ſeq.* homagium a ciuitatibus acceptis accipit 194 obit Altæuillæ 195, in cœnobio Erbacenſi tumulatur, *ibid.*

S. Agnetis, quod Moguntiæ eſt, monaſterium cœpit ſub finem ſæc. XIII 875, initia ſua debet *Conrado* zum *Korb*, *ibid.* traditur Ciſtertienſis inſtituti Virginibus, *ibid.* in quarum poſſeſſione fuit ad tempora Archiep. Wolfgangi vſque 876, *noui monaſterii* mactatur appellatione 875, a pluribus afficitur beneficiis, *ibid.* de priſtino ſtatu decidit 876, conceditur ſanctimonialibus *D. Auguſtini*, *ibid.* eisque confirmatur, *ibid.* ad aliam formam redigitur, *ibid.* loci ratione cœnobio D. Claræ cedit, *ibid.*

S. Albanus memoratur in martyrologio *Rabani* 24, non item in ſuppoſititio *Bedæ*, *ibid.* ſub Theodoſio Mediolanum veniſſe coniicitur 25, patitur Moguntiæ 25, 719, ante D. Aureum quidem 26, ſciſſo capite ambulaſſe & illud ad locum ſepulturæ detuliſſe dicitur 25, miraculis inclareſcit 30

Albanus Epiſcopus, qui Burani colitur 33

Albanus quidam commentitius 35, reſcitur *ibid. & ſeq.*

S. Albani caput non Monachii habetur 32, 784, ſed adſeruatur Moguntiæ, 32, 784

——— *ædes* in *monte Martis* excitata 16, 30, 719, amplificatur a *Richolfo* 17, 30, 719, ſumtuoſo exornatur opere 719, ab eodem dedicatur 30, 720, concutitur terræ motu 731, inſtauratur ab Archiep. *Carolo*, *ibid.* incenditur a ciuibus Moguntinis 732, reficitur tempore Archiep. *Bertholdi* 778, ab *Alberto* Brandenburgico in buſtum coniicitur 32, 780 *& ſeq.* aliquam partem inſtauratur 787, ſolo rurſus æquatur 788

——— *monaſterium* opus eſt Richolfi Archiepiſcopi 720, Carolo IV Imper. fuit curæ 770, conceditur Ioanni II Archiepiſcopo 772, mutatur in Collegiatam Equeſtrem 773

——— *Collegiata* cum Weilersbachero tranſigit

transigit 776, contra impetitiones Ordinis Benedictini a Pontifice defenditur, *ibid.* in magno est periculo 778, cudit nummos ex auro 789, habet hodie XV Capitulares, IV Domicellares, & XII Vicarios 789, inter Collegiatas vltimum locum occupat, *ibid.*

——— *primi Canonici* 775, 924, *Vicarii* 926, post deuastationem ædis Santalbanensis in vrbem sacrorum cultum trnsferunt 781, & primum in æde Dominicanorum peragunt, *ibid.* post in æde *D. Stephani*, *ibid.* hodie in sacello *S. Sebastiani*, *ibid.*

——— *Sacellum vetus* in monte *S. Albani* instauratur 786, sumtu Decani *Heusenstammii*, *ibid.* consecratur *ibid.* *nouum* exstruitur 788, in loco, quo olim summa ara stetit, *ibid.* impensis Præpositi *de Stadion*, *ibid.* disturbatur a Gallis, *ibid.* restituitur impendio dicti Præpositi, *ibid.*

S. Albani, ecclesia *Namurcensis* 32, resurgit in Collegialem Canonicam, *ibid.* fit Cathedralis, *ibid.*

Albarum Dominarum, quod Moguntiæ est, *cœnobium* 866, vocatur etiam *ad pœnitentes*, *ibid.* D. *Mariæ Magdalenæ* patrocinio dicatum est, *ibid.* circa medium sæc. XIII cœpit, *ibid.* auctore Eberzone 867, ad augustiorem formam redigitur, *ibid.* nouo pro aduenis domicilio augetur 870, ab Abbatissa *Ottilia* ad religionis cultum reuocatur, *ibid.*

——— *ædes sacra* amplificatur 867, reparatur 868, noua exornatur ara 867, exaltatur 868, liberali piorum quorundam stipe 869, nitidissime instauratur, *ibid.*

Albertus II Archiepiscopus Moguntinus renuntiatur Cardinalis 201, Augustæ Vindelicorum magna cærimoniarum pompa pileo rubro decoratur 203

Albertus Comes *de* Beichlingen fit Franciscani Ordinis monachus 905, Suffraganeus Moguntinus 428, 905, Erfurtensis 905, magna inclarescit religionis fama 905

Altvvinus doctus *S. Albani* monachus 726

de *Ancona* (Augustini) Summa de ecclesiæ potestate 491

S. Anna caput a *Theobaldo* Bethlehemi acceptum affertur Moguntiam 572, reconditur in æde D. Stephani, *ibid.* subducitur a lapicida mercenario, *ibid.* defertur Marcodurum, *ibid.* repetitur a Stephanitis, *ibid.* auertitur a Consulibus & Senatoribus Durensibus 573, repetitur denuo a Stephanitis, *ibid.* sed frustra 576

Annuus exitus Archiepiscoporum Moguntinensium 482, 483, 489

Antonitarum domicilium Moguntiæ conceditur Tertiariis 877

de *Ariete* (Humbertus) Iudicis Moguntiæ obiit munia 871, cœnobium *D. Claræ* ibidem statuit, *ibid.* Prouisoris titulo id curat, *ibid.*

Archidiaconatus Præpositi ad *S. Petrum* 471 *& seq.*
Præpositi ad *D. Victorem* 612 *& seq.*
Præpositi ad *S. Crucem* 710

Arnoldus de *Selenhoven* 80, 107, sufficitur *Henrico I* Archiepiscopo Moguntino ob virtutes, *ibid.* fuit antea Præpositus ad *D. Petri* Moguntiæ, *ibid.* Decanus item Aquensis, *ibid.* Cancellarius *Friderici I* Imperat. *ibid.* laudatur ob beneficentiam *ibid.* obtinet regalia 80, 109, pretiosas sibi vestes facit 109, virtuti, vt ante, studet 80, iram domat, *ibid.* Simoniacos eiicit 81, arces reficit ruinosas, *ibid.* Moguntinensium incidit in odium, *ibid.* incusatur, ac si Henricum inique accusarit 81, 107, quod tamen ipse negat 81, cum *Hermanno* Palatino implicatur bello 82, 110, thesaurum ecclesiæ imminuit 111, Vormatiæ vocatur in iudicium 82, 116, fractæ pacis publicæ condemnatur, *ibid.* de Moguntinis meliora sperare incipit 82, Mengoto ignoscit, *ibid.* cœnobia instaurat, *ibid.* ecclesiæ suæ honorem tuetur, *ibid.* Vormatiæ Comitiis interest, *ibid.* a Cæsare comes expeditionis Italicæ expetitur 83, Moguntinenses frustra collationem poscit, *ibid.* itineri se dat, *ibid.* Moguntinis res nouas molientibus domum reuertitur, *ibid.* vrbe excluditur, *ibid.* rursus abit in Italiam 84, aduersariis insequentibus, *ibid.* qui quidem a Cæsare condemnantur, *ibid.* sed post redeunt ad ingenium, *ibid.* Synodum agit Moguntiæ, *ibid.* qua durante nouas turbas dant aduersarii 85, induciis factis ipse vrbe excedit, *ibid.* illi vero nouum excitant tumultum, *ibid.* in quos tamen haud animaduertit 86, ad Concilium Papiense vocatur *ibid.* Moguntinis rursum insequentibus, *ibid.* magna lætitia a Principibus excipitur 87, Moguntinos accusat, *ibid.* in quos Cæsar sententiam fert, *ibid.* qua se staturos iurato spondent, *ibid.* & legatis Cæsareis vrgentibus, illius capita Moguntiæ exequuntur 88, sed breui ad pristinos redeunt mores, *ibid.* vnde in eos vim parat Arnoldus 88, simulatione eorum decipitur, *ibid.* de periculo imminenti monetur 111, amice Moguntiam venit, *ibid.* in cœnobium D. Iacobi diuertit 88, 112, in quo ciues eum obsident &

INDEX V

Rerum præcipuarum.

oppugnant, *ibid.* clauſtrum incendunt, 88, 113, eundem fruſtra vim deprecantem miſerrime iugulant 90, 113, poſt mortem ignominioſe tractant, *ibid.* ablatum Canonici *ad gradus* ſepeliunt 91, 114

Arnoldus doctus *S. Albani* monachus 722

Arriani an tempore Aurei tantum valuerint Moguntiæ 8

Auguſtiniani circa an. 1260 veniunt Moguntiam 845, exſtruunt ſibi domicilium, *ibid.* pia ciuium liberalitate, *ibid.* indulgentiis conceſſis excitata, *ibid.* quod graui conflagrat incendio 848, inſtauratur 849, conſequuntur licentiam per diœceſin Moguntinenſem docendi 846, ædis dedicatæ memoriam celebrant dominica *Exaudi* 849, celebres virtutibus ibidem fuere *Ioannes Walrap*, *ibid. Nicolaus Benning*, *ibid.*

S. Aureus an recte dicatur *Auræus* media producta 7, primum *Rabani Mauri* adſcriptus inuenitur martyrologio 6, tum variis in Germania *Vſuardi* exemplaribus, *ibid.* ac tandem Baſileenſi & Romano, vna cum ſociis, *ibid.* Calendariis item Moguntinis, *ibid.* Moguntiæ in exilium pellitur 10, 16, reuertitur, *ibid.* patitur 7, an ab Hunnis, an ab Arrianis 8, Moguntiæ, an Heiligenſtadii 7, 9, quo tempore martyrio affectus fuerit 7, Moguntiam translatus coniicitur 14, cum diu latuiſſet, reperitur 19, miraculis inclareſcit, *ibid.* aliquoties poſthac reuelatur 20, 21, quotus in ordine Epiſcoporum ſit Moguntinenſium 7

B

de *Baden* (Carolus *Marchio*) *Adolfo II* opem contra *Dietherum* ſpondet, & pignori acceptis quibusdam locis fert 161, terram Palatini cum ſociis ingreditur 173, deuaſtat eam, *ibid.* Heidelsheim obſidet, *ibid.* prœlio vincitur & capitur 174, lytro conſtituto reſtituitur libertati 180, de pace inter *Adolfum* & *Dietherum* componenda agit 191 (Georgius *Marchio*) Epiſcopus Metenſis, terram Palatini cum ſociis ingreditur 173, deuaſtat eam, *ibid.* Heidelsheim obſidet, *ibid.* prœlio vincitur & capitur 174, lytro conſtituto reſtituitur libertati 180

B. Bardo natus Oppershouii 73, Abbas fuit Hersfeldenſis 74, Werthinenſis, *ibid.* fit Archiepiſcopus Moguntinus, *ibid.* quando ordinatus fuerit 70, facundus fuit 74, acceptus Regi *Henrico* 75, tres conſecrauit Epiſcopos, *ibid.* inunxit *Agnetem* Imperatricem 72, 75, abſoluit ædem *S. Martini* 72, 75, dotauit Collegiatam *S. Ioannis*, *ibid.* fit Legatus Apoſtolicus 76, futura prædicit, *ibid.* moritur, *ibid.* quando obierit 70, ſepelitur in metropolitana 72, 74, miraculis inclareſcit 71, 77, Sanctis an adnumeratus ſit 77, colitur, *ibid.* quo die colatur 71, vita eiusdem ſcripta auctore eiusdem ſæculi Clerico 70, reperitur in bibliotheca Vindobonenſi Cæſarea 70, 73, tumulus 72, 73, 74

Bauariæ Dux (*Ludouicus I*) 121, *Conradi I* Archiepiſcopi Moguntini theſaurum aufert, *ibid.* morte violenta perit, *ibid.*

Belgica diuiſa in *primam* & *ſecundam* 5, *prima* rurſum trifariam ſecta, *ibid.* miſere vaſtatur ab Hunnis, *ibid.*

Benna crux in theſauro eccleſiæ Moguntinæ ex auro ſolido 105, vnde id nominis tulerit, *ibid.* per vices mutilata fuit, *ibid.*

Benning (Nicolaus) Auguſtinianus Moguntinenſis virtutibus celebris 489

Bernhelmus doctus *S. Albani* Moguntiæ monachus 726

Bibliotheca Santalbanenſis Mogunt. 727
Auguſtinianorum *ibid.* 848
Carmelitarum *ibid.* 842
Carthuſianorum *ibid.* 838
Franciſcanorum *ibid.* 857
Metropolitana *ibid.* 864

Bingenſis Collegiatæ Præpoſitus Capellanus erat Archiepiſcopi 404

Bodewin 278

Bunde agri 479

Burchardus Præpoſitus *D. Petri* Moguntinos contra *Arnoldum* Archiepiſcopum concitat 83, 84

Burchardus Præpoſitus Moguntiæ ad *D. Victoris* 614, fit Epiſcopus Vormatienſis, *ibid.* in magno poſt mortem honore eſt, *ibid.*

Burgundiæ Dux (Philippus) de pace inter *Adolfum* & *Dietherum* reducenda agit 173

C

Cæſares, *Henricus IV* Imperat. monaſterio *D. Iacobi* in monte ſpecioſo bona quædam tradit & confert 804
Fridericus I Imperat. pacis fractæ reos pœnis afficit 110, Moguntinos ob cædem Arnoldi Archiepiſcopi grauiter punit 116, ſubmergitur in Armenia 119
Henricus VI Imperat. patri ſuccedit 119, moritur 120, ſepelitur Panormi 121
Fridericus II eligitur Imperator 127, coronatur, *ibid.* excommunicatur 127, 128
Henricus, cognomento *Raſpe*, Land-

INDEX V

Rerum præcipuarum.

Landgrauius Thuringiæ, in Regem contra *Fridericum II* eligitur 128, moritur Wartburgi, *ibid.*

——— *Otho IV* ab vna parte *Henrico VI* surrogatur 121, occiso *Philippo* Imperium quiete possidet 123, post Papæ contrarius fit, *ibid.* excommunicatur & Impetio priuatur, *ibid.*

——— *Philippus* Sueuiæ Dux ab vna parte in locum *Henrici VI* eligitur 121, occiditur Bambergæ ab *Othone* Wittelspachio 122

——— *Ludouicus IV* Imperator proscribit *D. Petri* Canonicos Moguntinos 484, in gratiam denuo eos recipit, *ibid.* in ciues Moguntinos ob deuastationem ædis *D. Victori* sacræ animaduertit 605 *& seq.*

Candidus succedit *Rabano* in regimine scholæ Fuldensis 50

Canonicorum antiqua vita & conuersatio 102

Capucini expetuntur Moguntiam a *Ioanne Suicardo* 861, eo veniunt 863, impetrant curiam Westerburgensem ad clausstrum statuendum, *ibid.* quod excitant, *ibid.* adhibentur ad moderandas conscientias, *ibid.* tempore belli tricennalis obsistunt, ne Sueci suggestum in metropolitana & ad gradus occupent 864, in vtraque propterea concionandi funguntur munere, *ibid.* magnam bibliothecæ metropolitanæ partem publico seruant, *ibid.* obtinent locum *zur Noth Gottes* dictum *ibid.* Conuentum instituunt Waltdüræ 865, Benshemii 864 *& seq.*

Carmelitæ veniunt Moguntiam tempore *Wernheri* Archiep. 839, exstruunt sibi domicilium, *ibid.* quod cum nimis angustum esset, aliud sibi postea statuunt, *ibid.* multorum experiuntur beneficentiam 841

Carmelitarum ædes Moguntiæ incendio deformatur 841, instauratur 842, conuentibus Academiæ inseruit *ibid.* Ordinis item Medicorum sollemnitati anniuersariæ, *ibid.* amplificatur & renouatur 843, celebris est a duarum Fraternitatum panegyri 844, a pluribus Nobilium deligitur in locum sepulturæ *ibid.*

Carmelus Moguntinus Capitulis prouincialibus celebrandis subinde lectus 839, a pluribus itidem dignitate eminentibus in hospitium 840, Studiis Ordinis generalibus adnumeratur, *ibid.* aula exornatur noua 841, ad augustiorem redigitur formam 842, ad substructionum molem maiorem exsurgit 843

Carmeli *Moguntini Priores* ex virtute legendi 841

Carolomannus Caroli Regis filius in æde *D. Albani* captiuus detinetur Moguntiæ 728

Carthusia Moguntinensis initia sua debet Archiep. *Petro* 831, circa an. 1308, *ibid.* excitata primum fuit in valle Rhingauiæ, *Neuhaus* dicta, 832, certis de caussis dein translata Moguntiam 832, 833, statuitur iuxta monasterium *S. Albani* 833, confirmatur 834, vocatur *Domus in monte S. Michaelis, ibid.* ædem habet sacram, quæ exstruitur 835, consecratur, *ibid.* magnifice exornatur 838, præter ædem hanc tria habet sacella 835, 836, variis beneficiis afficitur, a *Catharina* zum *Spiegel* 833, *Carolo IV* Imperat. 836, *Ioanne II* Archiep. *ibid.* aliis, *ibid.* deuastatur ab *Alberto* Brandenburgico 837, reædificatur, *ibid.* a Suecis exspoliatur, *ibid.* instauratur 838

Catena magna ferrea, qua pii vincti dicuntur 725, pependit olim ante ædem *D. Albani*, *ibid.* post deuastationem in peristylio monasterii *PP. Dominicanorum* 784, hodie supra clathros sacelli *Santalbanensis* in monte, *ibid.*

Cathedraticum 482, 483

Christianus I, Archiepiscop. Moguntinensis, ortu fuit *Comes* de *Buche* 118, Cancellarius *Friderici I* Imperat. *ibid.* a quo Sedi Moguntinæ imponitur, *ibid.* dotibus corporis & animi fuit insignis, *ibid.* scripsit vitam *Friderici I*, modo dicti, *ibid.* in Italia pro eo bellum gessit 119

Christianus II Archiep. Moguntinus 129, vir fuit bonus & sanctus, *ibid.* Cantor, dein Decanus, & tandem Præpositus metropolitanus, *ibid.* eligitur, *ibid.* confirmatur, *ibid.* regalia accipit, *ibid.* Regem ad bellum sequi detrectat 130, tanquam inutilis Archiepiscopatui accusatur, *ibid.* ab Archiepiscopatu submouetur, *ibid.* videtur auctor esse chronici veteris Moguntini 93 *& seq.*

Chronicon vetus rerum Moguntinarum diuersis adscribitur 93, 101, *Conrado I* Archiep. Moguntino, *ibid.* *Conrado* Colonienſi, *ibid.* incertæ Sedis Episcopo, *ibid.* *Christiano II* Archiep. Moguntino, *ibid.*

D. Clara Sororum, quod Moguntiæ est, cœnobium fundatum ab *Humberto* de *Ariete* & *Elisabetha* zum *Jungen* 871, ab eisdem lautis possessionibus instructum 872, insigni bene-

ficio augetur a *Petermanno* zum *Iungen* & *Margareta* eiusdem vxore 873, *Wigelone* de *Wannenbach* & vxore 874, *Hermanno* item de *Wannenbach*, *ibid.* & *Ioan. Adamo Ebersheim*, *ibid.*

D. Claræ Sororum, *de tertia regula*, quod Moguntiæ est, cœnobium cœpit sub *Ioanne Suicardo* 877, ad preces *P. Vigerii*, *ibid.* euocatis Colonia sanctimonialibus, *ibid.* quæ vetus *Antonitarum* obtinent domicilium, *ibid.* in id immigrant, *ibid.* templum repurgant 878, vtrumque amplificant & exornant, *ibid.*

Coepiscopus quid nonnunquam significet 421

Colæ 105

Colonienſis (Conradus *Archiepiscopus*) in locum *Sifridi III* postulatur a Moguntinis 129, sed a Pontifice haud admittitur, *ibid.* perperam auctor *chronici veteris Moguntini* a quibusdam habetur 93, 101 (Theodericus *Archiepiscopus*) pro pace *Adolfum* inter & *Dietherum* reducenda agit 173

Concilia Moguntiæ in monasterio *D. Albani* habita 727 *& seq.*

Congregatio B M. V. Ordinis *D. Augustini* cœpit Moguntiæ auctore *Carolo Henrico* Archiep. 879, sanctimonialibus Lucenburgo euocatis, *ibid.* immigrat primum in vetus Suffraganeorum domicilium 880, coemit & ad vsus suos accommodat alias ædes, *ibid.* nouum sibi statuit domicilium, *ibid.* puellas & adolescentulas optimis format institutis, *ibid.*

Conradus I, Archiepiscopus Moguntinus, *Comes* fuit de *Wittelspach* 117, Sedi a Cæsare imponitur, *ibid* adhæret *Alexandro* 118, ad eum fugit & Episcopus Sabinensis designatur, *ibid.* fit Episcopus Salisburgensis, *ibid. Christiano* mortuo ad Sedem Moguntinam redit 119, grauem Clero imponit exactionem, *ibid.* Moguntinam maiorem igne destructam reædificare incipit 120, in Palæstinam transfretat, *ibid. Leonem* Armeniæ Regem coronat, *ibid.* Barue & alias vrbes expugnat, *ibid.* reuersus in Hungariam concedit 121, rediens in itinere moritur, *ibid.* sepelitur Moguntiæ, *ibid.*

Consolatio 867

Cornua, vinum, 668

Corva, *Corvale* 464

Costa prægrandis in frontispicio peristylii ædis Albanensis olim fuit affixa 784

S. Crescens, Paulo memoratus, dicitur Chalcedonis fuisse Episcopus 1, a Græcis colitur, *ibid.* a nonnullis etiam adscribitur Galliæ, *ibid.* & Viennensium vocatur Antistes, *ibid.* dicitur aliis rediisse in Galatiam 2, Moguntinis vero, e Gallia ad se venisse, *ibid.* & ad *D. Hilarii* sepulturæ inuenisse locum 3, quod tamen aliis dubium videtur, *ibid.*

S. Crucis *Collegiata* instituta est ab Archiep. *Erkenboldo* 685, in campo libero patenteque, *ibid.* dedicata *B. M. V. ibid.* vocata primum *B. M. V. in campo*, *in campis*, *ex campis* 686, dein *S. Crucis*, *ibid.* ob *S. Crucis* imaginem in ea repositam 686, 689, interdum iunctim *S. Crucis* al. *B. V. in campis*, *ibid.* decem instructa fuit Canonicis, *ibid.* duabus aucta parœciis 687, in magnum venit discrimen 689, conflagrat incendio Brandenburgico, *ibid.* instauratur 690, pristinum decorem nondum recuperauit, *ibid* dedicationis festum Dominica post exaltatæ *Crucis* sollemnitatem nunc celebrat 691, olim Collegiatam *ad gradus* anteceſſit, *ibid.*

——— *Collegium* decem debet constare Canonicis, non pluribus 687, hodie, præter Præpositum & Decanum, sex constat Capitularibus, duobus Domicellaribus, & Vicariis quinque 691, partem quandam bonorum a Præposito consequitur 687, in vrbe sacra aliquandiu in ædc *D. Christophori* obiit 690

S. Crucis imago, nefario ausu a nebulone *Schelkropf* dissecata, cruore fit madida 686, transfertur in ædem *B. M. V. in campis* 689, cui deinde nomen, quo hodie appellatur, conciliat, *ibid.* maxima colitur religione 690, 691, tempore belli reponitur in æde *D. Christophori* 691, rebus tranquillatis in sedem ordinariam transportatur, *ibid.*

Custos *maioris Moguntinæ* semper Præpositus est Collegiatæ ad *D. Ioannis* 693

D

Decima & *Decimatio* differunt 426

Decretum cum lectura *Henrici Bock* 491

Dietherus, Archiepiscop. Moguntinus, gente Comitum Isenburgico-Büdingensium ortus 137, metropolitanæ Moguntinæ fuit Custos, *ibid.* ad *D. Victoris* & *Ioannis* Præpositus, *ibid.* eligitur interposito compromisso, *ibid.* an donis rem egerit, *ibid.* a Papa per legatos petit confirmationem, *ibid.* ipse Mantuam venire iubetur, *ibid.* absens tandem confir-

confirmatur 138, ad curiam Romanam accedere negligit, *ibid.* bello cum Palatino implicatur, *ibid.* acie ab eo vincitur 139, pacificatur cum eo 140, accusatur apud Papam, *ibid.* excommunicatur a Iudicibus Cameræ Apostolicæ 141 ad futurum Concilium appellat, *ibid.* conuentus agit, *ibid.* in Moguntino Pontificem accusat 142, multa in sui excusationem dicit, *ibid.* soluto conuentu postulat veniam 144, suæque renuntiat appellationi, *ibid.* exauctoratur 145, *& seq.* a Pontifice non bene instructo ad melius instruendum prouocat 155, sibi obiecta confutare haud pigratur 156, ad munita loca se recipit, *ibid.* multa castra & oppida sibi obnoxia facit 157, æmuli consilia de vrbe per proditionem subigenda Senatui patefacit, *ibid.* ciuitatem Moguntinam suas ad partes trahere nititur, *ibid.* *Fridericum* itidem Palatinum 158, conuentionem cum *Adolfo* facit 159, diem a Palatino præstitutum per suos Oppenhemii obit, *ibid.* conuentione dicta haut stat, *ibid.* Palatino Stradam montanam oppignerat, *ibid.* ciuitatem Moguntinam sibi obnoxiam facit 160, plures in adiutorium belli sibi adsciscit, *ibid.* excommunicatur a Pontifice 163, arbitrorum, quos denominat, iudicio se stare velle significat 164, cum Palatino Moguntiam venit 165, vt Clerus appellationi adhæreat, petit 166, villas ditionis Königsteinensis deuastat ac incendit, *ibid.* Rhingauiam inuadit 167, Palatino trecentos adducit equites 174, hostibus in vrbem irrumpentibus fuga sibi consulit 183, ciuibus laborantibus auxilium pollicetur ac mittit 184, cum *Adolfo* denuo de pace agit 190, inducias cum eo pangit, *ibid.* & tandem *Henrici* Landgrauii opera pacem 191 *seq.* Archiepiscopatu decedit 194, tribus oppidis ac præfecturis ad sustentationem acceptis, *ibid.* *Adolfo* mortuo denuo eligitur Archiepiscopus 195, arcem Moguntiæ extruit, *ibid.* Academiam ibidem excitat, *ibid.* Administratorem impetrat, *ibid.* oppida, villasque oppigneratas redimit, *ibid.* moritur Aschaffenburgi, *ibid.* sepelitur Moguntiæ in æde primaria, *ibid.* consequitur epitaphium, *ibid.*

Disibodenberg monasterium instauratur a *Ruthardo* Archiep. Moguntino 806, transfertur ab eo in montem, *ibid.* committitur *Burchardo*, Abbati *D. Iacobi* in monte speciosо, *ibid.*

Dominicani sub *Gerhardo I* veniunt Moguntiam 850, commendantur ab *Alexandro IV*, *ibid.* consequuntur licentiam per diœcesin Moguntinam docendi 851, templi sui vsum Santalbanensibus ad tempus concedunt 853, donatione consequuntur ius patronatus ecclesiæ Wallusensis, *ibid.* a quampluribus beneficiis afficiuntur 436, 853, 854

Dominicanorum, quod Moguntiæ est, cœnobium opus est *Arnoldi Walpodonis* 850, iniecto igne deformatur 852, reficitur 853

Dorsalia 102

Dürenses detinent caput *S. Annæ*, Stephanitis Moguntinensibus subtractum 573, compellantur, vt id restituant 573, 574, dum renuunt, sacro notantur interdicto 575, caussam denique in curia Romana peruincunt 575, 576

Eberbach cœnobium Cistercience fundatum ab *Adelberto I* 111

E

Ebersheim (Ioan. Adamus) parthenoni *D. Claræ* sex agri iugera attribuit 874

Eichelstein monumentum in honorem *Drusi* exstructum Moguntiæ 113, in monte speciosо, *ibid.*

D. Emerani parochialis Petrinis olim concessa fuit 470, 471

Episcopi olim munia pontificalia per se obiere 419

Epitaphium Adolfi II *Archiepiscopi Moguntini* 195

de Alenconio (*Philippi*) Cardinalis 285

Balthasaris *Episcopi Mysiensis* 446

de Berg (*Marquardi*) 340

Dietheri *Archiepiscopi Moguntini* 196

Dionysii *Episcopi Cyrenensis* 437

Eberzonis 867

Erhardi *Episcopi Vicecomponensis* 440

Folckeri *Abbatis Santalbanensis* 670

Friderici *Episcopi Tullensis* 431

de Fürstenberg (*Friderici*) 360

(*Ioan. Godefridi*) 361

Georgii *Episcopi Spirensis* 289

Hardouici *Comitis Sponheimensis* 400

Henrici I *Archiepiscopi Moguntini* 109

Hottfelderi (*Iodoci*) 671

Ioannis *Episcopi Slesuicensis* 431

Ioannis *Episcopi Brixiensis* 372

Ioannis *Episcopi Cyrenensis* 433

INDEX V

Rerum præcipuarum.

Ioannis *Episcopi Vicecomponensis* 442
zum Iungen (*Petermanni*) 873
zum Laderam (*Catharinæ*) 867
Lyncker (*Ioannis*) 494
a Luzenvvick
Neustetter (*Ioannis Christophori*) *dicti* Sturmer 314
Rau (*Ioannis Ruperti*) *de* Holtzhausen 388
de Reck (*Ioachimi*) 389
Rosenberg (*Annæ*) 870
de Rüdesheim (*Othonis*) 301
Ruperti *Episcopi Ratisbonensis* 385
de Schoneburg (*Ioannis*) 286
Schutzbar (*Adolfi Danielis*) 396
dicti Milchling
Sclafenati (*Ioan. Iacobi*) Cardinalis 288
Sifridi II *Archiepiscopi Moguntini* 128
Sifridi III *Archiepiscopi Moguntini* 129
Sifridi *Archiepiscopi Coloniensis* 274
de Stein (*Marquardi*) 291
Thomæ *Comitis* de *Rieneck* 889
Truchsess (*Melchioris*) 404
Truchsess (*Laurentii*) 305
de Bommersfeld
Woltheri Henrici *Episcopi Ascalonensis* 451
Epitaphia in æde *S. Albani* ante factam status mutationem ibi sepultis posita 729 *& seq.* posita post eam 784 *& seq.*
de *Eppenstein Domini* Vasalli fuere Collegiatæ *S. Stephani* Moguntiæ 543 (*Eberhardus* Dominus) multum contulit ad subigendam Moguntiam 185
Erbacensis (Ruthardus *Abbas*) isque primus 112, vir pius, *ibid.* 42 annos monasterio præfuit, *ibid.*
von *Eten* (*Bartholomæus*) Medicus 185
Exfestucatio 698

F

de *Falckenstein Domini* fuere Vasalli Collegiatæ *D. Stephani* Moguntiæ 543
Familiæ extinctæ de *Berg* 340
Neustetter 315
de *Sinzig* 398
de *Wonsheim* 412
Fastradana fil. *Rudolfi* Comitis Franciæ orientalis 730, *Caroli M.* coniux tertia, *ibid.* obit Francofurti, *ibid.* tumulatur Moguntiæ in æde Santalbanensi 31, 730, honorata monumento 31, quod interiit, *ibid.* substituto ei alio, *ibid.* quod post incendium Brandenburgicum in metropolitanam translatum, *ibid.*
Fautrecht 543
Ferrici (Petrus) Canonicus Maioricensis, Nuntius Pontificius, discrepationem *Ludouici* Bipontini cum *Adolfo* Archiep. reducit ad concordiam 188, pacis conditiones a Badensi latas ad Pontificem perfert 191, pacem interea conclusam auctoritate Pontificis confirmat 193
Ferto 705
Fistulæ 105
Flaslandius (Ioannes) Decanus Basileensis mittitur a Papa in Germaniam 144, vt Archiepisc. Dietheri facta inspiciat, *ibid.* & de alio, qui ei opponatur, cum aliis consultet, *ibid.* *Adolfi* Nassouii studiosus maxime fuit 145, ab eo remuneratur, *ibid.*
Florianus designatus Archiepiscopus Gnesnensis 837, Moguntiæ ingreditur Carthusiam, *ibid.*
Franciscus Decanus Toletanus mittitur a Pontifice ad conuentum Moguntinum 141, ad Ducem Burgundiæ 178
Ffr. Franciscani petunt locum Moguntiæ 854, impetrant a *Ioanne Suicardo* Conuentum maiorem 856, eundem occupant, *ibid.* magna excipiuntur beneuolentia, *ibid.* plurimis afficiuntur beneficiis 856, 857, 859, 860, bibliothecam *Ioannis Schneid* dono accipiunt 857, dilatant monasterium suum 859, 860, nouum templum sibi exstruunt 859, quod inauguratur 860, nouo exornatur cultu, *ibid.* nouum sibi statuunt domicilium, *ibid.* aliud itidem pro aduenis, *ibid.*
Fraternitas vetus inter ecclesiam *metropolitanam* Moguntinensem & *S. Albani* extra mœnia 761
Fraternitas S. Chordæ 858
S. Iosephi 844
Mariæ, Ioachimi, & Annæ 844
S. Scapularis 844
S. Sebastiani 847
des Steinbocks 847
Fridericus, Archiepiscopus Moguntinus, a variis laudatur virtutibus 461, statuit Collegialem *D. Petri* 459, 460, 461, eam liberaliter admodum dotat 461, inaugurat 462
Fritzlariensis Præpositura an. 1593 exstincta est 353
Fuldensis (Ratgarius *Abbas*) 50, seuerus erga suos monachos 51, remouetur magistratu 52
Fuldensis schola celebritas 49, 53

G

S. Gangolfi, quæ Moguntiæ est, Collegiata cœpit auctore *Theoderico*, Præposito maioris, & tandem Archiepiscopo Treuirensi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX V

Rerum præcipuarum.

Treuirensi 711, XII ab eo instructa fuit Canonicis, *ibid.* hodie Capitulares habet VI, Vicarios IV, *ibid.* sita est in inferiore parte vrbis, *ibid.* deiicitur, & noua a fundamentis exstruitur, *ibid.* inauguratur 712, dedicatur honori *SS. Martini & Gangolfi*, *ibid.* a Suecis bello tricennali profanatur, *ibid.* expiatur, *ibid.* notabilis est *a*) crypta, in qua Electorum defunctorum viscera condi solent, *ibid. b*) inscriptionibus quibusdam, *ibid. c*) sindonis sacræ ἐκτύπῳ, *ibid.*

Gerhardus I, Archiepiscopus Moguntinensis, stirpe Comitum Siluestrium prognatus 130, surrogatur *Christiano II*, *ibid.* numeratis Herburgdunensi Archiepiscopo CC marcis pecuniæ, *ibid.* Wilhelmi Cæsaris partes sequitur, *ibid.* Ducem Brunsuicensem bello petit, *ibid.* ab eo capitur, *ibid.* a *Richardo* multo redimitur ære, *ibid.* moritur Erfurti, *ibid.*

Germania prima & secunda quæ prouinciæ 5

Gosvvinus scriptor *vitæ & passionis* S. Albani 726

Gosvvinus doctus *S. Albani* monachus 727

H

Hassiæ (Henricus *Landgravius*) cum *Diethero* Archiepiscopo & *Friderico* Palatino fœdus facit 160, pacem *Diethero* cum *Adolfo* conciliat 191 *& seq.*

(Ludouicus *Landgrauius*) cum *Adolfo* Nassouio facit tempore dissidii 169, villas *Ludouici* Isenburgico-Büdingensis incendit, *ibid.*

Heiligenstadium Eichsfesdiæ ciuitas 9, 12, sub Rege *Dagoberto* id nominis accepisse dicitur 12, ab eo fundata esse videtur, *ibid.*

Heimburgenambt 518

Heimburger (Gregorius) per contumeliam *Errorius* dictus 141, *Sigismundi* Austriaci ad conuentum Moguntinum legatus, *ibid.* acrem in eo habet orationem, *ibid.*

Helding (Michael) patria Langenenslingensis 443, humili natus genere, *ibid.* ex ludimoderatore & Ecclesiasta Moguntino fit Suffraganeus, *ibid.* Episcopus Merseburgensis 445, Cameræ Spirensis Iudex, *ibid.* Consilii Cæsarei sanctioris Præses, *ibid.*

Henricus I, Archiepiscopus Moguntinus, vir pius & bonus 106, accusatur apud Papam, ac si inutilis sit, *ibid. Arnoldum* Romam mittit 106, 107, a quo non tam defensus, quam incusatus dicitur 107, Wormatiam citatur a legatis Pontificis, *ibid.* excusatur a *S. Bernhardo* 108, exauctoratur 107, 108, ad Deum iudicem prouocat, *ibid.* concedit Einbeccam 109, moritur ibi & sepelitur, *ibid.*

Herberge 542

Herialdus Danorum Rex Moguntiæ baptizatur 728

de *Heusenstamm* (Eberhardus Wolfgangus) sacellum septentrionale in monte *S. Albani* instaurat 786, sollemniter id curat consecrari 786, 787, chorum templi Santalbanensis deuastati reparare cœpit 787, *& seq.*

Hildebertus Archiepiscopus X priorum Episcoporum Moguntinensium corpora e *S. Hilarii* æde in Albanensem transfert 14, 17, 31

Hildegardis Abbatissa montis *S. Ruperti* 88, 112, diuinis reuelationibus illustris, *ibid.* monet *Arnoldum* Archiepiscopum de instanti periculo, *ibid.*

Hillinus Archiepiscopus Treuirensis Sedem Moguntinam suum sub imperium cogere conatur 82

Honufrius, Episcopus Tricaricensis, pacis conditiones, a *Carolo* Badensi latas, ad Pontificem perfert 191, pacem dein ipsam *Pii II* auctoritate confirmat 193

Hugovvicio super *Decretum* 330

Humery (Conradus) Iuris Canonici Doctor, ciuitatis Moguntinæ fuit Consiliarius 156, Cancellarii ciuici tandem auctus titulo, *ibid.*

Huobecinse 523

I

S. Iacobi, quod Moguntiæ est, monasterium, in monte speciosо situm 113, 803, ædificari cœptum a *Bardone*, *ibid.* absoluitur a *Luitpoldo* successore, *ibid.* multis ab eo prædiis dotatur 804, monachis traditur Benedictinis 803, beneficiis afficitur ab *Henrico IV* Imperat. 804, a Comite Palatino Rheni, *ibid.* a *Cunecha*, femina illustri 805, incenditur a ciuibus Moguntinis 807, paullatim reædificatur 808, consecratur a *Conrado I* Archiepiscopo, *ibid.* circumductis operibus castelli in modum a ciuibus munitur 810, reformatur per Patres Vnionis Bursfeldensis 812, multum tempore dissidii inter *Dietherum* & *Adolfum* damni facit 814, cuius intuitu ab *Adolfo* postea bona quædam accipit, *ibid.* singulari ab *Alberto* Administratore priuilegio afficitur 815

INDEX V

Rerum præcipuarum.

——— *Abbates* 804 *& seqq. Priores* 821 *Patres & Fratres* 823, *ædes sacra* 814

S. Ignatii parochialis 600, Collegio *D. Victoris* concessa fuit, *ibid.*

Imagines prodigio memorabiles, *Christi* Seruatoris, *in agonia* constituti 864 *S. Crucis*, a nebulone *Schelkropf* dissectæ 686

Inuestitura per traditionem cuiusdam libri sacri codicis 490

Ioannes II, Archiepiscopus, potestatem consequitur, Abbatiam *S. Albani* ecclesiæ Moguntinæ incorporandi 772, iussu Papæ monasterium *S. Albani* mutat in Collegiatam 775, compensationis gratia Præposituram monasterii Höchstensem ab Abbate accipit 773

Ioannes doctus *S. Albani* monachus 726

S. Ioannis ædes Collegiata dicta olim *B. V.* 211, Moguntinensium antiquissima 692, *Dagoberti* videtur esse opus, *ibid.* fuit olim metropolitana 211, 692, noua dote & congregatione instruitur a *Bardone*, *ibid.* bonis aliis & iuribus a *Conrado* Canonico 693, *Rutgero* & *Alberto* Præpositis 695 *& seq. Friderico* Præposito, & *Christiano II* Archiep. 699, *Godefrido* Præposito 701, *Gerhardo II*, *ibid. Conrado Emelrici*, *ibid.* Nobilibus quibusdam 702, progressu temporis facit vitium 698, instauratur, *ibid.* sæc. 14 a fundamentis exstruitur 703, renouatur 704, viscerum *B. Bonifacii* sepulcro memorabilis est, *ibid.* Capitulares habet IX, Exspectantes II, Vicarios vero V 704

Iornalis 531

zum *Iungen* Petermannus & Margareta duo pro sacerdotibus sæcularibus in æde *D. Claræ* instituerunt beneficia 873

S. Iustinus Subdiaconus passus videtur Heiligenstadii 14, quo dein reliquiæ illius partim Moguntiam translatæ, *ibid.* partim Hersfeldam, *ibid.* partim Corbeiam Saxoniæ, *ibid.* partim Pragam 23

S. Iustina Virgo *S. Aurei* soror, fratrem in exilium euntem comitatur 16, martyrio afficitur Moguntiæ, *ibid.*

K

Karitas 753

zum *Korb* (Conradus) patritia *Landeckerorum* gente ortus 875, *S. Agnetis* monasterium Moguntiæ statuit,

Κυνοφοβία pœna olim Principum, pacem publicam violantium 82, 110

L

zum *Laderam* (Catharina) *Albarum Dominarum* ædem amplificari curat 867

(Gertrudis) *Catharinæ* soror, cœnobii *Albarum Dominarum* Abbatissa 870

Landecker Patritii nobiles Moguntini 875 *Conradus*, zum *Korb* dictus, *ibid.* *Orto*, *ibid. Iacobus*, *ibid.*

Lectulus Brunihildæ 514

de *Leiningen* (Hesso *Landgrauius*) 140, pacem inter *Dietherum* Moguntinum & *Fridericum* C. P. Rheni composuit, *ibid.*

Libatius *S. Albani* monachus 726

Liber impositionis 508

Libri olim catenis alligati in bibliothecis 491, 670 in templis item 562 magno olim constarunt pretio 379 380

Limpurgensis Præpositura conferri solet ab Archiepiscopo Moguntino 373, cuidam ex Capitularibus metropolitanis, *ibid.*

Litteræ formatæ 430

Liutgarda Othonis I filia 730, sepelitur Moguntiæ in æde *S. Albani*, *ibid.* fuso argenteo ibi in memoriam eius suspenso, *ibid.*

Ludouicus, cognomento *Barbatus*, quo genere ortus fuerit 731, an Vicedominus fuerit Thuringiæ, *ibid.* Moguntiæ vita excedit 730, tumulatur in æde *D. Albani*, *ibid.*

Luidolfus *Othonis I* filius 730, obit in Italia, *ibid.* sepelitur Moguntiæ in æde Albanensi, *ibid.*

Luitpoldus, Archiepiscopus Moguntinus, absoluit monasterium *D. Iacobi* in monte speciosо 803, magnifice id exornat, *ibid.* multis bonis afficit, *ibid.* consecrat, *ibid.* eleuatur post mortem 812

Lullus Anglus gente 38, vocabatur in monasterio *Irtel*, *ibid.* proficiscitur in Germaniam, *ibid.* Diaconus Dealuno scribit 39, *S. Bonifacio* commendatur, *ibid.* ad *Zachariam* Papam mittitur, *ibid.* Episcopus ordinatur, *ibid. Bonifacio* in ecclesia Moguntinensi succedit, *ibid. Hadriano* Pontifici suspectus est 40, *S. Bonifacii* mortem prædiscit, *ibid.* monitis ab eo instruitur, *ibid.* Regibus fuit venerabilis 41, vitam *S. Bonifacii* scribi curat, *ibid.* litanias celebrat petente Pippino, *ibid.* Angliæ pacem conciliat apud Carolum M. *ibid.* librorum & litterarum studiosus est 42, in dubiis consulitur, *ibid.* zelo fuit præditus, *ibid. S. Goaris* corpus eleuat, *ibid. S. Wigberti* reliquias dat Hersfeldensibus 43, morbo periculoso decumbit, *ibid.* moritur Hersfeldæ,

INDEX V

Rerum præcipuarum.

feldæ, *ibid.* sepelitur, *ibid.* laudatur a virtutibus, *ibid.* inuidentiæ incusatur a Ludgero 44, excusatur, *ibid.* Hersfeldense monasterium amplificat, *ibid.* Fuldensibus reconciliatur 45

Lulliana vita scriptores 38, 45

Luminis perpetui in ædibus sacris vsus 478, 508

M

Manlius (Iacobus) 199

Manusideles 463

Manvverc 584

B. Maria Virg. Collegiata vocatur *ad gradus* 643, contigua est templō principi, *ibid.* a *Sifrido I* ad Collegialis euecta est dignitatem, *ibid.* bonis subinde aucta ab *Adelberto I* 644, *Arnoldo* 645, *Bertholdo* Præposito 647, *Christiano I* 648, *Henrico* Canonico 649, *Othone* Præposito 650, *Emechone* & *Minna* ciuibus Moguntinis 652, *Henrico* Sacerdote *S. Gereonis* 653, *Sifrido II* 654, *Theoderico* Præposito 655, *Guda* dicta *Vngeleuben* 658, *Gerhardo II* 661, vitium facit 653, deformatur incendio 660, fulmine incenditur 661, deflagrat 662, instauratur, *ibid.* immutatur & renouatur 662

B. M. V. ad gradus Collegium bona quædam cum Disibodenbergensibus commutat 657, cum Canonicis item Colonienſibus 661, bona quædam in tractu villæ Rockenbach emit 658, bona item S. Cornelii Indensis in tractu villæ Drechtingshusen 659, villam insuper Griesheim 660, Vogteiam Osthovensem Archiepiscopo *Theoderico* tradit 662, administrat portiones præbendales 669, habet ius eligendi Præpositum, *ibid.* hodie XVI constat Capitularibus, V Exspectantibus, & XVI Vicariis 663

de *Marpurg* Nobiles, fuere Vasalli ecclesiæ *S. Stephani* Moguntinæ 544

D. Mauricii, quæ Moguntiæ est, Collegiata auctorem habet *Luitbertum* Archiepiscopum 705, in retrusiori ciuitatis parte sita est, *ibid.* sacra est *D. Mauricio*, *ibid.* censu non admodum amplo est 706, beneficio aucta ab *Hermanno* Præposito, *ibid.* fratribus *de Turri* 709, *Simone* Wildgrauio, *ibid.* *Hermanno Kepchin* 709, *Elisabetha* zum *Marschalck*, *ibid.* accipit Conseruatorem, *ibid.* antecedit Collegialem *D. Ioannis*, *ibid.* X hodie habet Canonicos, & II Exspectantes 710

D. Mauricii Canonici Moguntinenses olim vna habitarunt 707, præbendas distribuunt ipsi 708

D. Mauricii honori plura templa dedicata 705

Megingor pro Christi nomine occiditur 721, in monte *S. Albani* sepelitur *ibid.*

Megingoz, *Megingaudus* 785

Mengotus fax & tuba seditiosorum Moguntiæ 84

de *Merlau* Nobiles fuere Vasalli ecclesiæ *S. Stephani* Moguntinæ 544

Metensis (Georgius *Episcopus*) terram Palatini cum sociis ingreditur 173, deuastat eam, *ibid.* Heidelsheim obsidet, *ibid.* prælio vincitur & capitur 174, lytro constituto restituitur libertati 180

Moguntia longius olim a Rheno sita erat 15, 26, ab Hunnis solo tenus euersa 16, instaurata a Catholicis Principibus 17, 27, Germaniæ primæ est metropolis 5, mœnibus denudatur ob cædem *Arnoldi* Archiepiscopi 116, 117, proditione ciuium quorundam ab *Adolfo II* intercipitur 183, fluctuante fortuna incenditur 184, se dedit 185, misero post occupationem est statu, *ibid.* priuilegiis exuitur, *ibid.* ditioni Archiepiscoporum vere obnoxia fuit 195

Moguntina diœcesis miserе deuastatur dissidio inter *Philippum* & *Othonem IV* Anticæsares 120, 121, *Othonem* dictum & *Fridericum II* Anticæsares 127, *Dietherum* & *Adolfum II* Antarchiepiscopos 162, 194

Moguntinensis maior vocatur *monasterium S. Martini* 102, *monasterium Episcopale*, *ibid.* *monasterium maius*, *ibid.* prima fundamenta debet *Willigiso* 211, absoluitur a *Bardone*, *ibid.* aliquoties conflagrat 120, prodigioso turbine damnum accipit, *ibid.* ornatu olim ecclesiastico vario, copioso, pretioso referta fuit 102 *& seq.* thesauro item varii generis diues 103, *& seq.* qui quidem ornatus & thesaurus valde imminutus est 110, 116

Moguntinensis arx siue regia Electoralis excitatur a *Diethero* 195, vocatur *castrum S. Martini*, *ibid.* conflagrat, *ibid.* reædificatur 196

Moguntinus Clerus tempore dissidii partim cum *Diethero* facit, partim cum *Adolfo* 168, iurat Senatui, *ibid.* & denuo *Diethero* 169, appellationi cum conditione adhæret 171

Moguntini Episcopi primi 7, decem priores e *S. Hilarii* æde transferuntur in Albanensem 14, 17, 31

Moguntini ciues odio prosequuntur *Arnoldum* Archiepiscopum suum 81, eundem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

temere incuſant, *ibid.* res nouas moliuntur 83, *Arnoldum* ex Italia aduenientem vrbe excludunt, *ibid.* eundem apud Cæſarem accuſant 84, ſed reiiciuntur ab eo & condemnantur, *ibid.* hinc aliquandiu ſimulate acquieſcunt, *ibid.* tum vero redeunt ad ingenium, *ibid.* nouas turbas dant 85, regiam Archiepiſcopalem expilant & deuaſtant 86, domos eidem fauentium exſpoliant, *ibid.* accuſantur apud Cæſarem 87, pœnas dant 87, 88, occaſionem *Arnoldi* obtruncandi quærunt & arripiunt 89, cœnobium *D. Iacobi*, in quo diuertebatur, inuadunt & incendunt, *ibid.* eum miſere trucidant 90, cæſum ignominioſe tractant, *ibid.* puniuntur propterea a Cæſare 116, *S. Victoris* eccleſiam deuaſtant 605, 732, monaſterium *S. Albani* incendunt 732, cœnobium *S. Iacobi* caſtelli in modum circumuallant 732, 810, excommunicantur 732, banno notantur Imperii 734, cum Canonicis *S. Victoris* tranſigunt 607

Mundat 612

Mundiburdus, Mundiburdium 464

N

Naſſouiorum Comitum e gente, præter *Adolfum II*, tres eccleſiæ Moguntinæ præfuerunt Archiepiſcopi 145, plures eiusdem Canonici fuerunt, *ibid.*

Naſſouia (Adolfus *Comes*) Carmelitarum Moguntinenſium humeris ad ſepulturam deportari vult 841

Neuhauſen Collegialis ſita prope Wormatiam 108, Regum Francorum olim aula, *ibid.* a *Dagoberto* in Canonicorum verſa Collegium, *ibid.* a *Carolo M.* & *Ludouico Pio* egregie amplificata & dotata, *ibid.*

O

Odenmünſter parochialis Moguntina 481

Orkonde 278

P

Pacis tractatio inter *Dietherum* & *Adolfum* prope Moguntiam 172, Oppenheimii 190, Idſtenii, *ibid.* Moguntiæ, *ibid.* Zeilshemii in caſtris 191, vbi tandem abſoluitur, *ibid.*

Pacis Zeilshemenſis articuli ſiue capita 191, *& ſeq.*

Palla 102

Palatinus Comes Rheni (Fridericus) cognomento *Victorioſus*, bello cum *Diethero* implicatur 139, Schauenburg obſidet & capit, *ibid.* ædes Canonicorum extra mœnia Moguntina diripit ac partim incendit 140, *Dietherum* acie vincit 139, eocum pacificatur 140, ei exauctorato opem promittit 158, ei & *Adolfo* diem ſtatuit, *ibid.* minaciter obiurgatur a Papa 164 *& ſeq.* cum *Diethero* venit Moguntiam 165, procedit contra *Ludouicum* Bipontinum 170, rurſus venit Moguntiam 171, exercitum per Rhenum traducit, *ibid.* Rhingauiam inuadit, *ibid.* recedere cogitur, *ibid.* ſuum regreſſum Moguntinis excuſat, *ibid.* eos contra *Adolfum* vocat in auxilium 172, Metenſem, Badenſem, & Wirtenbergenſem prœlio deuincit, & cum multis Nobilium capit 174, victoriæ obtentæ *Ludouicum*, Bauariæ Ducem, certiorem reddit 176, Principes captos Heidelbergam ducit 177, laute eos excipit, ſed ſine pane, *ibid.* lytro conſtituto tandem dimittit liberos 180, 181, Epiſcopum Spirenſem debellat 180, ad certum tempus ſe ab armis quieturum ſpondet 190

——— (Hermannus) bello diœceſin Moguntinam affligit 110, ad κυνοφοβίαν damnatur, *ibid.*

——— (Ludouicus *Niger*) Dux Bipontinus, *Adolfo II* contra *Dietherum* fert ſuppetias 160, caſtrum & oppidum Vlmen defendendum ſuſcipit 161, pro ſtipendio pignoris loco accipit præfecturam Böckelnheimenſem, *ibid.* de Moguntia ſubigenda cum *Adofo* conuentionem facit 182, vrbis deditionem poſtulat 185, magna potitur præda 187 *& ſeq.* de pace agit Oppenhemii 190

D. Petri Collegiata, quæ Moguntiæ eſt, a *Friderico* Archiepiſcopo excitata eſt 459, in ſuburbio ad plagam aquilonarem, *ibid.* circa medium ſæc. X 461, liberaliter item ab eo dotata, *ibid.* rituque ſacro inaugurata 462, priuilegiis, bonis, fundis aucta ab *Ida*, *ibid.* *Sifrido I*, *ibid.* *Aſmaro* Præpoſito 463, *Adelberto II* 465, *Gerbodone* Præpoſito 475, 476, *Stephano* Decano 477, quodam ædis Canonico 479, a Nobilibus *de Naekheim* 485 in vrbem transferenda erat 472, inſtauratur 475, aquis an. 1447 ſuperfunditur 484, occluditur ad tempus 485, penitus euertitur 486

D. Petri Collegium ab initio XXI conſtitit Canonicis 460, hodie conſtat XIII & XVI Vicariis 486, ius habet libere eligendi Præpoſitum 469, 484, in

484, in vrbem transferri desiderat ecclesiam 472, bona Schönresteidensia redimit 474, censum Lonsheimensem recuperat 476, Præbendas administrat 478, altare *B. Mariæ* in sacello Teutonico commutat cum Fr. Domus Teutonicæ 481, ius habet cathedraticum per Præpositurum *D. Petri* colligendi 482, 489, turbulento tempore *Ludouici IV* Imperat. fuit statu 484, transfert cultum sacrum in parochialem Odenmünster 486

D. Petri *Præpositus* libere eligitur a Capitulo 469, 484, cum Decano maiori de προεδρία contendit 471, 528, vocabatur *Chorepiscopus* 471, amplissimo præerat Archidiaconatui, *ibid.* Synodos in eo coegit, *ibid.*

D. Petri *Decanus* Moguntiæ *os Cleri secundarii* est 486

Pictauia 693, 867

Pietatis exercitia peculiaria in æde B. M. V. *ad gradus* 662

Piscatoris (Sifridus) al. de *Moguntia* 433 Ordinis Dominicani monachus, *ibid.* fit Suffraganeus Moguntinus, *ibid.* fugam tempore dissidii iniens retrahitur 187, beneficus fuit erga Dominicanos Moguntinenses 436

Pius II Pontifex *Dietherum*, Archiepiscopum Moguntinum, exauctorat 146, *Franciscum Toletanum* ad Ducem Burgundiæ mittit 178, Burgundum litteris compellat 178, 179, & vt Adolfi caussam contra *Dietherum* tueatur, grauiter monet, *ibid.*

Præbenda precaria 539

Probus doctus *S. Albani* monachus 725

Processiones e templo metropolitano Moguntinensi in ædem *B. Mariæ* Virg. *ad gradus* 663, ad ædem *S. Albani* 729, 762, Moguntia Waltdüram 663

Pugna Seckingensis 174 *& seq.*

R

Rabanus cognomen *Mauri* accipit ab *Alcuino* 46, more sæculi istius, *ibid.* vocatur etiam *Magnentius*, *ibid.* natus fuit Moguntiæ 47, circa an. DCCLXXVII 48, illustri ortus genere 47, Fuldæ fit monachus 48, sub *Alcuino* in litteras incumbit, *ibid.* sociis Hattone, Haimomone, Samuele, *ibid.* scholæ Fuldensis regimen suscipit 49, discipulos habet permultos, *ibid.* sacerdotis initiatur honore 50, iter instituit Hierosolymam 52, fit Abbas Fuldensis, *ibid.* præclare munus obit, *ibid.* sequester est inter *Ludouicum Pium* & filios 53, rei familiaris curam non abiicit, *ibid.* beneficus est in pauperes, *ibid.* Hirsaugiam mittit coloniam 54, Abbatia se abdicat, *ibid.* confert se ad studia litterarum 55, fit Archiepiscopus Moguntinus, *ibid.* Synodos agit 56, 57, Fritislariæ ædem *S. Wigberti* dedicat 57, a scribendi studio haud se reuocari patitur, *ibid.* erga S. Patres magna est obseruantia 58, magno pro fidezelo 59, morum celebris integritate, *ibid.* singulari in dicendo auctoritate, *ibid.* & animi modestia 60, moritur, *ibid.* sepelitur in monasterio S. Albani 61, transfertur Halam, *ibid.* multis celebratur elogiis 62, multa scripsit, *ibid.* scriptorum, quæ ei tribuuntur, quædam spuria sunt, *ibid.* quædam edita & anecdota, *ibid.* quo singula tempore scripserit 64 *& seq.* habet nonnulla, quæ animaduersione digna videntur 68

Ratisbonensis (Sifridus *Episcopus*) Imperialis aulæ Cancellarius, ortu Rhingrauius 532

Reliquiæ in æde *S. Albani* fuerunt permultæ 720 *& seq.* quædam alio translatæ 722, 724, 780, quædam posteris temporibus reuelatæ 722 *& seq.* 779, 781 *& seq.* quæ post deuastationem ædis Santalbanensis reliquæ fuerint 782 *& seq.*

zum *Retgen* ædes sacra prope vicum *Wallof* in monte vinifero 167, in bonis olim fuit cœnobii *Denckendorfensis*, *ibid.* transit dein in ius ecclesiæ Moguntinæ, *ibid.*

de *Rüdesheim* (Rudolfus) a Pontifice mittitur ad conuentum Moguntinum 141, Dietheri orationem in eo habitam confutat 142 *& seq. ceterum conf. p.* 622

Rupertus doctus *S. Albani* Moguntiæ monachus 726

Ruscher (Thomas) primus in nouella academia Moguntinensi Theologiæ Doctor creatus 440, fit Suffraganeus Moguntinus, *ibid.*

Ruthardus, Archiepiscopus Moguntinus, monasterium *D. Disibodi* instaurat 806, & in montem id transfert, *ibid.*

S

Salica terra 581

Salmonis societas 504

Salue Regina singulis diebus in æde B. M. V. *ad gradus* decantatur 680, ex instituto quidem *Ioannis* de *Breitbart* *ibid.*

INDEX V

Rerum præcipuarum.

Sarcophagi varii iuxta peristylium ædis Santalbanensis Moguntiæ inuenti 786

Saxonia Dux (Wilhelmus) *Othonis I* e nobili Slauica filius 736, Abbas S. Albani 735, Archiepiscopus Moguntinus, *ibid.*

——— (Wilhelmus) ab *Adolfo II* in societatem belli contra *Dietherum*, constituto stipendio adsciscitur 161

Schechenambt 518

Schencken de Schvveinsburg Vasalli fuere Collegiatæ *S. Stephani*, quæ Moguntiæ est 544

Schola ad *D. Albanum* Moguntiæ olim valde celebris fuit 725

Fuldensis maxime olim floruit 49, 53

Sellæ portatio pœna olim inferiorum, pacem violantium 82, 110

Sepulcra in æde Santalbanensi Moguntina, *a*) Archiepiscoporum, *Ricolfi* 729, *Haistulfi*, ibid. *Otgarii*, ibid. *Rabani*, ibid. *Caroli*, ibid. *Lindeberti*, ibid. *Sunderoldi*, ibid. *Hildeberti*, ibid. *Friderici*, ibid. *Wilhelmi*, ibid. *Hattonis II*, ibid. *b*) aliorum, *Fastradanæ* 730, *Luidolfi* Ducis, *ibid. Liutgardæ*, ibid. *Ludonici* Barbati, *ibid. Ekkehardi* S. Galli Præpositi 731

Sifridus II, Eppensteinius, Bingæ ab vna Capituli parte eligitur 122, confirmatur a Pontifice, *ibid.* Binga a *Lupoldo* exturbatur, *ibid.* Coloniæ consecratur, *ibid.* creatur Cardinalis, *ibid.* mortuo *Philippo* Moguntiam reuertitur 127, Episcopatum Vormatiensem administrat, *ibid. Fridericum II* inungit, *ibid.* eum excommunicatum denuntiat, *ibid.* in Thuringiam fugit, *ibid.*

Sifridus III, Archiepiscopus Moguntinus, primum laudabiliter regit ecclesiam 128, postea vero non ita bene, *ibid.* contra *Fridericum II* Imperator. se erigit, *ibid. Henricum*, Thuringiæ Landgrauium, eligit Cæsarem, *ibid. Wilhelmum* item Hollandum, *ibid.* cum *Conrado* Landgrauio bellum gerit, *ibid.* in Longobardiam cum exercitu proficiscitur, *ibid.* maiorem Moguntinam exædificat 129, moritur Bingæ, *ibid.* sepelitur Moguntiæ in choro ferreo, *ibid.*

Sighardus doctus *S. Albani* Moguntiæ monachus 727

Sigillum *Arnoldi* Archiepiscopi 588
Conradi I Archiepiscopi 591
Sifridi II Archiepiscopi 595
Gerhardi I Archiepiscopi 600
Wernheri Archiepiscopi el. 601
Matthiæ Archiepiscopi 605
Henrici III Archiepiscopi 847
Christiani Episcopi Sambiensis 433
Sifridi Episcopi Cyrenensis 436
Abbatis Santalbanensis 749
Abbatis ad *D. Iacobum* 806
Christiani Cantoris ecclesiæ maioris 596
Capituli ecclesiæ Xantensis 916
Henrici Præpositi *ad S. Stephanum* 537
Henrici Scholastici *S. Ioannis* 888
Septem Adsertorum pacis in tractu Rheni 547
Philippi de *Boland* 598

de *Schvvarzburg* (Henricus *Comes*) auxiliarius *Adolfi II* aduersus *Dietherum* 161

Slesuicensis (Ioannes *Episcopus*) 431, variam experitur fortunam, *ibid.* fit Suffraganeus Moguntinus, *ibid.* reuertitur ad sedem, *ibid.*

Speculum iudiciale 491

Spirensis (Ioannes *Episcopus*) adhæret *Adolfo II* 180, a *Friderico* Victorioso debellatur, *ibid.* pacem cum eo facit, *ibid.*

Sponheimense monasterium reformatur 815

S. Stephani, quæ Moguntiæ est, *Collegiata* fundata est a *Willigiso* 513, excitata intra mœnia in monte, *ibid.* ab eodem consecrata 514, XXXVI instructa Canonicis, *ibid.* liberaliter dotata, *ibid.* bonis aucta ab *Othone III* 515, quæ postea commutatione facta transierunt ad ecclesiam Bambergensem 516, 517, beneficiis afficitur a *Gerhardo I* 537. *Wernhero* Archiep. 538, 540, *Walthero* Decano 539, *Wernhero Falckensteinio* 540, vetus deiicitur, nouaque excitatur 544 *& seq.* renouatur 547

S. Stephani Collegium commutat bona quædam cum aliis 522, 523, emit bona Porcetensia 529, Biburgensia & Muscebacensia 531, Wickerensia 533, Dromersheimensia 534, Schönenburgiorum 542, multos habuit Vasallos 543 *& seq.* ecclesiæ Moguntinæ vicum Costheim vendit 547, administrat præbendas 536, præter quatuor Prælatos XI constat Canonicis Capitularibus 547, VII Domicellaribus, *ibid.* XV Vicariis, *ibid.*

Strata montana a *Sifrido III* ecclesiæ Moguntinæ incorporata 159, pignoris titulo a *Diethero* conceditur *Friderico* Victorioso, *ibid.* a *Ioanne Suicardo* ad dominium Sedis Moguntinæ reducitur, *ibid.*

de *Strevesdorf* (Woltherus Henricus) *Henriqueziorum* in Hispanis familia ortus 450, Suffraganeus Erfurtensis, *ibid.* Moguntinus, *ibid.*

Subtilia

INDEX V

Rerum præcipuarum.

Subtilia 102, 103
Suffraganei (Weihebiſchoffe) ordinarii ſub modium ſæc. XIII introducti 420
Suffraganei Moguntini, ſiue in pontificalibus Vicarii 421
Abellinus, Bardonis Suffraganeus 421
Adolfus Godefridus Episcop. Dioclетianopolitanus 452
Albertus Ibunenſis Episcopus 427
Albertus Ippuſenſis Episcopus 428
Ambroſius Episcop. Myſienſis 450
Balthaſar Episcop. Myſienſis 445
Bertholdus Episcop. Panadenſis 437
Chriſtianus Episcop. Licouienſis 422
Chriſtianus Episcop. Sambienſis 422
Conradus Episcop. Bundizenſis 428
Conradus Episcopus Chriſtinopolitanus 432
Dionyſius Episcop. Cyrenenſis 437
Dithmarus Episcop. Gabulenſis 426
Edmundus Episcop. Mallenſis 453
Erhardus Episcop. Vicecomponenſis 439
Fridericus Episcop. Tullenſis 430
Georgius Episcop. Sidonienſis 445
Gerhardus Episcop. Chriſtinopolitanus 432
Helmbertus Episcop. Hauelbergenſis 421
Henricus Vicarius Episcop. *Arnoldi* 421
Henricus Epicop. Roſſenſis 434
Henricus Episcop. Vicecomponenſis 438
Hermannus Episcop. Scopienſis 430
Humbertus Chorepiſcopus *Haiſtulfi* 904
Iacobus Episcop. Panadenſis 425
Iacobus Episcop. Lauacenſis 429
Incolerius Episcop. Buduenſis 425
Ioannes Episcop. Hettouienſis 422
Ioannes Episcop. Lauacenſis 425
Ioannes Episcop. Scopienſis 428
Ioannes von *Kaiſerſtul* 430
Ioannes Episcop. Sleſuicenſis 431
(Ioannes *Epiſcopus Samaritanenſis*) 908
Ioannes Episcop. Cyrenenſis 433
Ioannes Episcop. Vicecomponenſis 442
Leonhardus Episcop. Myſienſis 446
Matthias Episcop. Cyrenenſis 437
Matthias Episcop. Coronenſis 452
Michael Episcop. Sidonienſis 443
Nicolaus Episcop. Geſtopolitanus 443
Petrus Episcop. Sudenſis 424
Petrus Episcop. Myſienſis 451
Reginboldus, Otgarii Archiep. Suffraganeus 421
Rudolfus Episcop. Salonienſis 427
Sifridus Episcop. Cyrenenſis 433
Sivardus Episcop. Deblaſenſis 421
Stephanus Episcop. Myſienſis 446
Theodericus Episcopus Vironenſis 422
Thomas Episcopus Vicecomponenſis 440
Widekinus Episcop. Miſſenſis 423
Woltherus Henricus Episcopus Aſcalonenſis 450
Summa Hoſtienſis 491
Synodus Papienſis in cauſſa *Alexandri III* & *Victoris* 86, 87

T

Terra Dominicalis 531
Salica 581
Theobaldus Prædicator crucis 560, affert *S. Annæ* caput ex Oriente Moguntiam, *ibid.*
Theodericus, Archiepiſcopus Moguntinus 136, laudabiliter eccleſiæ ſuæ præfuit, *ibid.* Aſchaffenburgum multis ædificiis exornauit, *ibid.* multis eluxit virtutibus, *ibid.*
Theodericus doctus Moguntiæ *S. Albani* monachus 726
S. Theoneſtus, D. *Albani* ſocius, diuerſus a *Theoneſto*, Tabræ & Tabrathæ ſocio 28, dicitur Episcopus, *ibid.* videtur ſicca morte obiiſſe, *ibid.*
S. Theoneſti ſacellum, in loco, quo D. Albanus paſſus eſt, ædificatum 459, villæ Mumbacenſis parochialis fuit, *ibid.*
Congregatio in ſuburbium translata 459
Campi 496
Thuringiæ Landgrauius Fridericus Moguntiæ Præpoſitus fuit ad *D. Stephani* 522
Ludouicus beneficus fuit erga *D. Stephani*, quod Moguntiæ eſt, Collegium 520

V

de *Venlo* (Eberhardus) Abbas *S. Iacobi* 166, Pontificis obtemperar mandato, *ibid.* in exſilium a *Diethero* expellitur, *ibid.* transfertur ad *montem monachorum* prope Bambergam 813, cui monaſterio laudabiliter omnino præfuit, *ibid.*
Verdenſis (Thietmarus *Epiſcopus*) Moguntiæ in æde *D. Albani* ordinatur 728
S. Victoris eccleſia vna ex antiquiſſimis Moguntiæ 577, exſtructa extra mœnia Moguntina, *ibid.* in monte prope Weiſſenauiam, *ibid.* vſibus monachorum griſeorum conceſſa fuit, *ibid.* a *Willigiſo* ad Collegialis euecta dignitatem eſt 578, luculentis ab eo poſſeſſionibus inſtruitur, *ibid.* ab *Othone* item *III*, *ibid.* *Burchardo* Præpoſito 579, *Wezzil* Canonico, *ibid.* *Sifrido I* ibid. *Adelberto I* 580, 581, 583, *Emechone* Canonico

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX V

Rerum præcipuarum.

nonico 583, *Adelberto II* 584, *Henrico I* 585, *Adelberone* Decano 588, *Conrado* Præpoſito 590, *Ruthardo* Canonico & Cellerario 592, *Chriſtiano* Præpoſito 595, *Philippo* de *Bolandia* 597, *Ludouico* Præpoſito 599, 602, *Ludouico* Cantore 602, *Wernhero* de *Bolandia* 604, *Henrico* Cuſtode 605, *Ioanne Scherpelin* 607, *Nicolao Grünenberg* 609, *Henrico Thœnen* 611, inſtauratur 593, a ciuibus Moguntinis vaſtatur 605, multum accipit damni tempore diſſidii inter Virnenburgium & Naſſouium 607, redintegratur aliquantum 607 *& ſeq.* in nouo eſt periculo 609, reconciliatur 610, in magno tempore belli Bauarico-Palatini diſcrimine eſt 610, deuaſtatur ab *Alberto* Brandenburgico, *ibid.* magna fuit amplitudine 611, typographeum habuit, *ibid.*

S. Victoris Collegium habet poteſtatem eligendi Præpoſitum 604, 611, 616, 617, 620, vendit bona, ab *Othone III* eccleſiæ donata, Collegiali B.M.V. Erfurtenſi 578, priuilegio gaudet, quod Canonici bona intra immunitatem cuicunque volunt donare poſſint 588 *& ſeq.* eccleſiam in vrbem transferri cupit 600, recipitur a Ciſtercienſibus in communionem bonorum operum 603, conſtitutionem augendo ſacrorum ornatui facit, *ibid.* transfertur in vrbem 610, cultui ſacro in monte inſtaurando ſacellum *S. Michaelis* exſtruit 611, inſignia habet iura 611, 612, conſtat hodie XIX Capitularibus, & XVII Vicariis 611

S. Victoris Præpoſitus inſignibus gaudet iuribus 612, Archidiaconatum olim habuit ſatis amplum, *ibid.*

Vinum Hunicum 287, 654, 655

Vngebodendinge 543, vt haberi ſolebant Münſterliederbaci, *ibid.*

Vnio Cleri Moguntini 167

Voluſius (Adolfus Godefridus) patria Hanouienſis 452, tranſit ad Pontificios, *ibid.* ad varios emergit honores, *ibid.* fit Suffraganeus Moguntinus, *ibid.*

Vrethkorn 523

Vuardi exempla mſcr. varia 6

W

de *Walenburg* (Petrus) fit Suffraganeus Moguntinus 451, ſuccedit fratri Coloniæ, *ibid.*

Walpod (Arnoldus) auctor fœderis ciuitatum Rhenenſium 851, Dominicanis clauſtrum & templum ſtatuit Moguntiæ 850

Walpodii Patritii Moguntini 850, diuerſi a *Dynaſtis* de *Walbott* 851

Walrap (Ioannes) Auguſtinianus Moguntinenſis virtutibus celebris 849

Waneman (Balthaſar) vir doctus & facundus 445, Suffraganeum agit Hildeſienſem, *ibid.* Concilio interfuit Tridentino, *ibid.* Comitiis item Auguſtanis, *ibid.* adhibetur ad inſtaurandam academiam Ingolſtadienſem, *ibid.* fit Suffraganeus Moguntinus, *ibid.*

de *Wannenbach* (Hermannus & Wigelo) *D. Claræ* cœnobio Moguntiæ bona & reditus quosdam attribuunt 874

Weberus (Stephanus) Suffraganeus Moguntinus 447, impigre muneris ſui partibus fungitur, *ibid.* admodum beneficus eſt in *PP. Franciſcanos* 856, 859, & *Capucinos* 859, 863

Weberorum familia viris præſtantiſſimis clara 448 *& ſeq.*

Weite 530

Willigiſus, Archiepiſcopus Moguntinus, duas valuas æreas ædi B.M.V. *ad gradus* donat 643, excitat Collegiatam *S. Stephani* 513, Canonicis eam inſtruit 514, liberalique dote, *ibid.* conſecrat eam, *ibid. S. Victoris* eccleſiam ad Collegiatæ euehit dignitatem 578, eamque locupletat, *ibid. metropolitanam* primus exſtruit & dedicat 211

de *Wirtenberg* (Vlricus *Comes*) ab Adolfo II in auxilium adſciſcitur conſtituto ſtipendio 161, terram Palatini cum ſociis ingreditur 173, deuaſtat eam, *ibid.* Heidelsheim obſidet, *ibid.* prœlio vincitur & capitur 174, lytro conſtituto reſtituitur libertati 180

Wormatienſis (Lupoldus *Epiſcopus*) ab vna parte Capituli, *Philippo* Rege adnitente, poſtulatur Archiepiſcopus Moguntinus 122, excommunicatur a Pontifice, *ibid.* mortuo *Philippo* Moguntia eiicitur 127, Epiſcopatu Wormatienſi priuatur, *ibid.*

Z

Zaringiæ Dux (Conradus) 115, bellum mouet *Friderico* Hohenſtauffio, *ibid.* a quo Turegio exuitur, *ibid.* moritur, *ibid.*

——— (Rudolfus) a ciuibus Moguntinis *Arnoldo* occiſo ſurrogatur 114, 115, theſaurum eccleſiæ imminuit, *ibid.* a Pontifice repudiatur & Cæſare, *ibid.* fit Epiſcopus Leodienſis 115 *& ſeq.* auaritiæ incuſatur 116, in Palæſtinam proficiſcitur, *ibid.* veneno vitam finit, *ibid.*

Ziegenhainii Comites etiam ſe ſcripſere *Comites* de *Reichenbach* 412

FINIS.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sphalmata extantiora,
quæ operarum festinatione & negligentia irrepserunt.

p. 31 v. 44	pro *Carthusiani*	l. *Carthusiam*
p. 35 v. 40	pro *editĭs*	l. *editis*
p. 38 v. 7	pro *Sect. III*	l. *Sæc. VIII*
p. 55 v. 27	pro *Mogunti*	l. *Moguntini*
p. 85 v. 18	pro *omnina*	l. *omnia*
p. 89 v. 2 in marg.	pro *Mogunti viuentes*	l. *Moguntini videntes*
p. 111 v. 42 col. 2	pro *crucibus*	l. *cruribus*
p. 113 v. 13 col. 2	pro *extructum*	l. *extructam*
p. 119 v. 12 col. 2	pro *Huic*	l. *Hinc*
p. 146 v. 18	pro *constituta*	l. *constituti*
p. 153 v. 30	l. *semper fui & est de præsenti*, expuncto post *est* commate	
p. 156 v. 4 col. 2	pro *vnd*	l. *Vns*
p. 162 v. vltimo	l. *vitiatæ nuptæ*, expuncto commate	
p. 171 v. 1	pro *propter apud*	l. *propter quod*
p. 194 v. 5	pro *tantem*	l. *tantum*
p. 301 v. penult.	pro *Administrator*	l. *Archiepiscopus*
p. 313 v. 44	pro 9 *Febr.*	l. 16 *Febr.*
p. 320 v. 48	pro *secundam*	l. *secundum*
p. 342 v. 18	pro 1990	l. 1590
p. 349 v. 22	pro *oppido*	l. *oppidi*
p. 366 v. 14	pro 1457	l. 1157
p. 372 v. 36	pro 133	l. 331
p. 404 v. 32	pro *Rudesheim*	l. *Rüdesheim*
p. 443 v. 27	pro *vtique*	l. *vtrique*
p. 471 v. 7	pro *nullatenus*	l. *vllatenus*
p. 477 v. 29	pro *Iudice*	l. *Iudicio*
p. 521 v. 42	pro de *Buclingen*	l. de *Büdingen*
p. 522 v. 23	post *fouere* pone comma	
p. 527 v. 17	pro *exfecustacionis*	l. *exfestucacionis*
p. 537 v. 3	pro *reuertatur*	l. *reuertantur*
p. 561 v. 26	pro *Anno* 1349	l. *Circa an.* 1344 *vel* 1345
p. 722 v. 17	pro *prcedenti*	l. *præcedenti*
p. 729 v. 46	pro 568	l. 685
p. 739 v. 11	pro *Mathildus*	l. *Mathildis*
p. 746 v. 48	pro *communire*	l. diuisim *communi re*
p. 777 v. 36	pro *contiget*	l. *continget*
p. 393 v. 11	pro *vtrem*	l. diuisim *vt rem*
p. 854 v. 37	pro *profitetor*	l. *profiteor*
p. 871 v. 9	l. *Humbertus & Elisabetha*	
p. 894 v. 21	pro *an.* 1361	l. 1316
p 908 v. 27	pro *dominum*	l. *dominium*
p. 911 v. 38	pro *alii*	l. *aliis*

Cetera, quæ in oculos sponte incurrunt, Beneuol. Lector ipse, quod peto, emendet.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf